Cax lib.

Est 55
nº 75

R. 16
4/18

IC
O

na re
nate co
i rem
cuplet
tem p
aui, q
& om
barba
burca
ne piet
ijs inf
uman
λιαν g
Qua
grauis
ita co
ilem f
tis ill
entia
gno
s land
imia
ate pr
antoc
exe
lege
riben
ut pr
n dig
um n
ius m
aud f
fruć

IOHANNIS IVSTI LANSPER-GII BAVARI CARTHVSIA-

ni omnium Epiſtolarum ac Euangeliorum dominicali-
um totius anni Enarrationes, Sermonesqꝫ, ueterem
illum atqꝫ germanum orthodoxorum pa-
trum ſenſum pietatemqꝫ referẽtes.

Acceſſerunt ijs authoris eiuſdem exhortationes in præcipuis an-
ni feſtiuitatibus, ad ueteris hominis abnegationem, Deiqꝫ
amorem mirum in modum ſtimulantes.

Omnia ab ipſo authore, quum uiueret, reuiſa, emen-
data, & in pluribus locis augmentata.

¶Cum Indice locupletiſſimo.



COLONIAE, ex officina Melchioris Noueſiani,
Anno à Chriſto nato M. D. XLI.

(*)

IN LAVDEM IOHANNIS Iuſti Lanſpergij Epigramma.

IVſtus Iohannes claro Lanſpergius ortu
Bauariam ſtudijs excoluit patriam.
Nomine non tantum iuſtus, ſed rebus honeſtis
Iuſtus uterq; parens, iuſtus & ipſe fuit.
Palladios frutices & Chriſti robora carpens
Aethereum niueo pectore triuit iter.
Quum ſacris animum ſcriptis ornaſſet acutum,
Illecebras fugiens Carthuſiam petijt.
Delicijs animum ſtudio ſubtraxit opimis,
Prædulces epulas uiribus effugiens.
Aera ſub æterno feruenter rege merebat
Hæreticis terror dæmonibuſq; fuit.
Arrepto fidei furias mucrone fugabat
Sydereo clypeo uicerat omne ſcelus.
Rebus in afflictis docti ſolatia tantum
Præbebant, nec non fortia ſcripta uirum.
Ante oculos ſemper Chriſti radiabat imago,
Ante oculos ſemper uirgo ſacrata ſtetit.
Iuſtitiam coluit magna pietate celebrem
Quam Deus immenſo miſit ab axe pater.
Nunquam proſilijt Titan rubicundus ab ortu
Quin properet menſæ ſacra parare Dei.
Verba nec incaſſum ſummo de pectore fudit
Sed linguæ ualido fræna labore parat.
Sæpius aduerſa preſſus ualetudine miles
Attamen infracta mente pharetra tulit.
Luxuriæq; patrem ſæuum contempſit Iacchum;
Spicula laſciuæ ſpreuit amara deæ.
Otia non fouit, ſalſis ſudoribus omnes
Scripturæ nitido peruolat ore locos.
Haud ſecus ac tenui lætos cum murmure flores
Sedula luſtrat apis, dulcia mella legens.
Cum iam ſpectaret tantis erroribus orbem
Inuerſum, mortis ſæpe diem petijt.

τέλος

PRAESTANTISSIMO VIRO D. THEODORICO HEZIO

ſacræ Theologiæ Licenciato, necnon Canonico D. Lamberti cathedralis Eccleſiæ Leodien. & ſedis Apoſtolicæ protonotario, cognato ac patrono ſuo obſeruando, frater BRVNO Loher a Stratis, familiæ Carthuſianæ in Colonia Monachus, & Vicarius immeritus,

S. D. P.

HAud mereri ullum melius de Chriſtiana religione poſſe, mihi ſemper uiſum eſt cognate coniunctiſſime, quam ſint illi qui pro uirili rem literariam ſuis uigilijs illuſtrare atq; locupletare in animum induxerunt. Inter eos autem potiſſimum maximi faciendos eſſe putaui, qui non contenti meliora reſtituiſſe ſtudia, & omni genere ſcientiarum expolitius inuecto barbariem illam, qua cunctæ diſciplinæ conſpurcatæ erant, abſterſiſſe, una diuinarum ſcripturarum ſyncera interpretatione pietatem ueramq; religionem, ubiq; profligatam, tardis hominum ingenijs inſerere ſtuduerunt. Quid enim refert dictionis perpolitæ ſplendore, humanitatis artes omnes poſteritati tradendo, inanem quandam atq; τὴν ἀνεμόλιαν gratiam auferre? ſi ita doctos ut non meliores etiam lectores relinquas. Quanto rectius faciunt illi, qui ſimul ſermonis puritate atq; ſententiarum grauitate, & talia inſtillant dogmata, quibus animi maculæ eluantur, atq; uita corrupta uitijs emendetur? Nemo enim ſanæ mentis non malit tolerabilem ſtyli elegantiam cum pietatis ſtudio coniunctam habere, quam impietatis illius Babylonicæ (uti eſt apud Diuum Ambroſium) phaleratam eloquentiam. In qua ſententia & hic religioſiſſimus pater Iohãnes Lanſpergius, cognomine & re hauddubie Iuſtus, noſtræ quondam inſtituti uitæ fuiſſe, ſuis ſanctis pariter atq; eruditis ſermonibus conteſtatus eſt. Qui non tantum eximia ſacrarum rerum ſcientia ualuit plurimum, uerumetiam ſingulari pietate proximi ſaluti conſulendo omnium proborum teſtimonio inclaruit. Tantoque efficatius diuina dogmata prodidit, quod quæ uerbis docuit, eadem exemplo bene uiuendi præeundo comprobauit, meditando die ac nocte in lege domini. Dum nunc orationibus ſpiritiferis, nunc ſacra lectione, nunc ſcribendo ijs incumbens, quibus aut ipſe ſecretiori afflatu ad ſuperna rapitur, aut proximum Chriſto lucrifaciat. Huius uiri æterna memoria cœlo quidem digni, ſed nobis atq; omnibus ueræ religionis ſtudioſis deſideratiſſimi, cum nihil uerius habeamus, quam diuinas plane quaſdam lucubrationes, & illius meriti & noſtri officij eſſe putauimus, eaſdem Chriſtianis omnibus, haud ſine

fructu,qua accepimus ſynceritate communicare. Reliquit enim moriens complures ſermones,partim in Epiſtolas,partim in Euangelia totius anni, non minori eruditione quam pietate confertiſſimos. In quibus non nuperam quorundam concionatorum, ſed ueterum illorum orthodoxorum theologorum conſuetudinem ſequitur. Nõnulli horum ſermonum ante biennium excuſi maxima auiditate a ſacrarum literarum myſtis diſtracti ſunt, uerum (partim propter archetypi difficilem lecturam, partim ob properationem temporisq; breuitatem) mutili adeo, ut non ſolum proſore cernerem ad incudem priorem illam editionem reuocare, ſed quoq; neceſſarium, cum ad authoris exiſtimationem, tum ad ſtudioſorum utilitatem. Quocirca a capite ad calcem ad exemplar, quod author ipſe uiuus manu propria correxerat, extremo, quoad fieri poterat, iudicio, recognitis ſermonibus ſingulis attẽtius, ſuppletiſq; defectibus, & expolitior & locupletior non pœnitendo auctario, propter ea potiſſimum quæ author uiuus poſtea ſuperaddidit, noſtra qualicunq; opera T. D. nuncupata in lucem denuo editur. Acceſſere quoque multæ, tum Epiſtolarum paraphraſes, tum Euangeliorũ exegeſes. Sermones quoque partim de tempore, partim in præcipuorum ſanctorum ſolennijs habiti, poſt editionem priorem ab ipſo authore cõgeſti. Tum & hæc commoditas, Index copioſiſſimus ad quiduis memoria dignum prompte inueniendum, atq; concordantiarũ marginalium ſcripturæ teſtimoniorum, quarundamq; commoditatum quæ in editionibus prioribus deſiderabantur, non cum exigua harum literarum ſtudioſorum fruge & compendio, diligens annotatio, ut merito non renouatus, ſed penitus renatus hic author uideri poſſit. Huius ergo reſtitutionis, & mei qualiſcunq; laboris præmium ſi quod eſt, tibi nuncupo, de me, atq; adeo toto Chriſtiano orbe optime merito, cum propter ſolidam multiiugamque eruditionem, tum integritatem admirandam. Qua olim Romæ ſedi Apoſtolicæ, ante Louanij toti Vniuerſitati, nũc Leodij, imo toti orbi innotuiſti, ut uix quiſquam ſit ſyncere doctus, cui Hezij & uita & doctrina non ſit commendatiſſima. Ob quas animi dotes & in Italia & in Germania ad ſummas honorum dignitates prouectus, nunc etiam fidei Catholicæ, quæ paſſim a tot beluis immanibus impetitur, diſcerpiturq;, tanquam Hercules Lerneæ hydræ delendę, propugnator præpoſitus es. Hunc ergo noſtrum laborem & benemerendi affectum beneuolo accipe animo, quem iuſtiori beneficio conteſtari deinceps ſtudebimus, ſi hæc Tuæ Dominationi non diſplicuiſſe ſentiamus. Vale Germaniæ decus. Ex Carthuſia Agrippinenſi XIX. Calen. Auguſti. Anno ſalutis hoĩm reſtitutæ, M. D. XLI.

*

IN-

INDEX OMNIUM PRAECIPVARVM SENTENTIArum, quæ paſſim in Sermonum de tempore uolumine tractantur, ſecundum alphabeti ordinem luculenter digeſtus.

¶ Antequam autem lector pie hunc Indicem accedas, priorem noueris deſignare numerum foliorum: alterum columnas, a priorem columnæ cuiuſlibet medietatem, b autem alteram medietatem, deinde ſine errore procedendum.

ABba pater quid notet. 185.3.b
Abnegare ſeipſum qd. 40.4.b
Abraham & Iob in vtendis diuitijs quomodo imitandi. 157.1.a
Abrahæ fides quanta fuerit. 152.1.a
Abrahæ quantopere prouiderit DEVS. 163.1.a
Accuſantia hominem ante iudicem quæ ſint. 190.4.b
Accuſatur dominus tripliciter coram Pilato. 97.1.b
Acedia boni ſpecie quomodo fallat. 49.4.a
Acediæ remedia quę. 42.2.a 68.1.a
Acedia qualis lepra animę. 216.2.a
Acedia quos periculoſius teneat. 42.1.a
Actio quæ ſit licita, quæ illicita. 138.2.b
Actiua vita quid exerceat. 69.2.b
Aduentum Chriſti quales recepturi. 3.4.b. & 20.2.a
Aduentus CHRISTI multiplex. 1.1.b. 2.1.a. 9.4.b
Aduentus Chriſti patriarchis reuelatus. 2.3.a
Aduentus Chriſti primus quam ſit miſericordia plenus. 146.4.b
Aduentus Chriſti quam homini neceſſarius. 183.3.b
Aduentus domini in carnem cur celebretur. 2.1.b
Aduentus ſpiritus ſancti tria ſigna viſibilia. 143.4.a
Aduerſitas quomodo ſit à deo. 44.4.a
Aduerſitatibus ne exterreamur. 158.3.a
Adulatio quanto ſtudio vitanda. 153.2.a
Aetas prima cultui diuino mancipanda. 31.1.a
Aeterna vita quomodo cœna dicatur. 161.1.b
Affectiones cordis quomodo ad deũ conuertendę. 232.2.a.b
Affectiones cordis quot. 232.1.b
Afflictiua vita quid ſit. 69.3.a
Agnos in ſinu portare quomodo Chriſtus dicatur. 164.3.b
Agon CHRISTI Ieſu vnde prouenerit. 94.4.a
Agricola quomodo dicatur CHRISTVS. 62.3.b
Alapæ Chriſto illatæ grauitas quanta. 95.4.b
Alendos eſſe pauperes. 120.3.b
Ambitionem excæcare mentes humanas. 98.2.a
Ambitionis tentatio quam ſit periculoſa. 72.1.b
Ambulare poſt Chriſtum, quibus non competat. 128.1.b
Amicis ſeculi quam formidabile iudicium. 9.1.a
Amicieid occulti quomodo vexentur à mundo. 9.2.a.b
Amor carnalis & diuinus quot modis differant. 233.1.b
Amor carnis & mundi perfectionem impedit. 127.1.a
Amor creaturarum quantum impediat amorem dei. 211.4.a
Amorem Chriſti piorum omniũ eſſe querimoniam. 113.1.b
Amorem dei non otioſum eſſe. 141.3.b
Amorem habere neceſſe eſt, non ſentire. 113.2.b
Amoris in deo & homine quam ſit ratio diſpar. 145.2.b
Amor Dei magnus erga nos quadrifariam. 145.3.a
Amor dei q̃ immenſus erga nos. 145.2.b
Amor diuinus quõ ſeruandus. 142.3.b

Amor multiplex impedit fructificationē verbi dei. 63.4.b
Amor multiplex prohibet nos fieri ſpirituales. 126.3.b
Amor fidelis omne tormentum ſuperat. 211.4.b
Amor patris nihil negat orantib. 131.1.a
Amor quanta efficiat. 113.1.a
Angelos fuiſſe tres in dominico ſepulchro. 106.4.b
Angelus cur in dextra ſederit ſepulchri. 106.4.a
ANNA prophetiſſa quàm laudabilis. 25.2.a
Animam proximi vitæ noſtræ corporali prçponendam eſſe. 158.4.a
Anima quomodo diligenda. 232.2.b
Apoſtoli cur baptizarint in nomine Ieſu Chriſti. 144.4.b
Apoſtoli cur prçſentem Chriſtū vere nō agnouerint. 126.2.b
Apoſtoli cur Spiritum ſanctum accipere non potuerint pſente Chro. 126.3.a.b
Apoſtoli quomodo viderunt præſentiam Chriſti. 209.1.b.2.a
Apoſtolorum fidem de Chro non ſatis explicitam fuiſſe. 132.2.a
Apoſtolorum fidem ſæpe fuiſſe imperfectam. 43.2.b
Apoſtolos fuiſſe prophetas. 127.3.b
Appetitum petulantem eſſe cohibendum. 112.3.b
Appropinquare Chriſto quomodo debeamus. 163.4.a
Appropinquare Deo & recedere à Deo quid. 165.3.b
Aqua quam ob rem benedicatur in Eccleſia. 182.4.a
Aquis vnde virtus regenerandi proueniat. 113.4.b
Arbori quare comparatus ſit homo. 189.2.b
Argui mundum à DEO multipliciter. 129.3.a
Aſina & pullus quid ſignent. 2.4.b
Aſinæ ſimul & pullo cur dominus inſederit. 91.2.b
Atrium diaboli mundus. 19.1.a
Auaritiæ remedia. 68.1.b
Auaritia qualis lepra animç. 215.4.a.b
Auaritia quo fuco nos decipiat. 49.3.b
Audire Chriſtum quàm fuerit delectabile. 172.3.b
Audire Iohannis Baptiſtæ vocem clamantis quid. 17.3.a
Auditus corporalis & ſpiritualis. 61.1.b
Author mortis quis. 225.1.a
BAptizatis in nouitate vitæ ambulandum eſſe. 176.3.a
Baptizatus Chriſtus à Iohanne Baptiſta cur. 19.1.b
Baptiſmus Sancti Iohannis quid egerit. 16.4.b. 19.2.a
Baptiſmus quid efficiat. 150.1.b
Beatitudo cœleſtis cur cœna dicatur. 159.2.b
Beatorum non æqualis eſt gloria. 56.3.b
Beatum in vita neminem exiſtere. 169.4.b
Bel, & Beel, & Beelzebub, quid notent. 78.2.a
Belus qui & Iuppiter, pro deo primus eſt habitus. eodem.
Benedicere dona dei quid ſit, & quam laudabile. 182.3.b
Benedictio creaturarum cur ſit in Eccleſia. 182.3.b
Benedictio multiplex. 24.2.a.b
Beneficia Dei patris omnipotētis multos conuertere. 129.4.b
Beneficia Dei ſeptem reficientia mentem cogitata. 183.3.b
Beneficia prudenter eſſe conferenda. 35.1.a.b
Blaſphemare deum & ſanctos, quam ſit hodie receptum. 93.3.b
Blaſphemare docet idioma diabolicum eſſe. 117.3.a
Blaſphemia quotupliciter committatur. 234.4.a.b
Bona cur à domino DEO receperimus. 200.3.a
Bona diſpenſanda quæ nobis commiſſa ſint. 190.3.b
Bona iniuſta reſtituenda. 194.1.a. & 194.2.a
Bona in peccatis operata, non manere irremunerata 155.3.a
Bona multiplicia recepimus. 192.3.a
Bona conſilia à quatuor eſſe quærenda. 253.1b
Bonorum & malorum nullam eſſe pacem. 116.4.a
Bonorum paſtorum quam exiguus ſit numerus. 121.4.a
Bonitas dei quanta. 197.3.b. & 197.1.a & 198.1.b
Bonitatem eſſe moralem vel naturalem. 186.2.a
Brauium vt aſſequamur quomodo nobis ſit currendum. 54.1.a

Calamitas

Calamitas omnis de manu dei ſuſcipienda. 77.1.a
Calamitates quomodo noceant, quomodo non. 172.2.a
Calamitatibus multos conuerti. 129.4.a
Chananæa mulier multipliciter laudabilis. 74.3.b.4.a
Capharnaum quare CHRISTI ciuitas dicatur. 234.2.b
Carnales non recipere ſpiritum ſanctum. 126.3.b.& 127.1.a
Carnalibus vitijs primo tentamur. 71.2.b
Caſtellum quid denotet. 2.4.b
Caſtigatio corporis quàm non ſit otioſa. 54.2.b
Caſtitas perfecta quæ. 85.2.b
Cœleſtia & temporalia ſimul quærere nõ poſſumus. 218.2.b
Cœlum & terra quomodo peribunt. 9.1.a
Cæci quales ad cœnam introducantur. 162.1.a
Cœnam duplicem electis à Chriſto exhiberi. 159.1.b.2.a
Cœna quibus modis dicatur magna. 159.2.a.b
Cæremoniæ, quibus vſus fuit Chriſtus in curando mutum ſurdumque atque obſeſſum, quales. 204.4.b.& 205.1.a.b
Ceſſandum eſſe à peccato. 166.4.b
Chaos inter electos & reprobos firmatum quod. 155.4.b
Charitas CHRISTI quàm immenſa fuerit. 104.1.b.2.3.a.b
Charitas erga proximum qualis ſit. 52.4.b
Charitas eſt via qua Chriſtꝰ venit ad nos & redit ad patrem. 128.3.a
Charitas non conſiſtit abſque mandatorum obſeruantia. 128.3.b
Charitas noſtra ad Deum quanta eſſe debeat. 233.1.a.b
Charitas qualẽ excludat timorem. 153.1.b
Charitas quàm ſit nobis maxime neceſſaria. 136.4.b
Charitas quando durius agat. 178.2.b
Charitas quid efficiat. 85.2.b & 128.3.b
Charitas quomodo nunquam excidit. 64.4.b
Charitatem eſſe duplicem. 152.3.b
Charitatis augmentum quomodo ſumẽdum. 53.4.b
Charitatis Chriſti magnitudo quomodo contemplanda. 104.2.b
Charitatis infinita menſura. 53.4.b
Charitatis quantum nobis debeat eſſe ſtudium. 180.4.a
Chriſtianæ militiæ tollenda impedimenta. 54.1.b
Chriſtiano quę ſcienda ſint de ſancta Trinitate. 150.3.b
Chriſtianos CHRISTI vita gloriantes eſſe paucos. 129.1.a
Chriſtianos homines Moſaica lege conſtringi. 81.3.b
Chriſtianus quibus debeat. 252.4.b
Chriſti conſilium nunquam mutari poteſt. 3.1.a
Chriſti opera vbique ſunt ædificatoria. 43.1.a.& 100.2.a
Chriſto datur quicquid pauperi datur. 193.1.b.& 193.2.a.b
Chriſto Ieſu qualiter nobis ſit occurrendum. 4.4.b
Chriſtum à nobis expellendum non eſſe. 109.2.a & 107.2.b
Chriſtum eſſe Meſſiã quę probẽt. 86.4.a.b
Chrs quõ ſit exauditus in horto. 94.3.b
Chriſtum eſſe nobis omnia. 166.1.a
Chriſtum conculcare quid. 197.1.a
Chriſtum induere quid. 2.4.b
Chriſtus ad ſe turbas attrahit multipliciter. 166.1.b
Chriſtus apud Caipham noctu quãta ſit paſſus. 96.2.b
Chriſtus bis vendentes de templo expulit. 196.3.b
Chriſtus cur fleuerit. 195.3.a.b.&.197.1.b & 191.2.a.b 198.1.a
Chriſtus quare gemuerit curando obſeſſum. 205.1.a.b
Chriſtus cur in mundum venerit. 127.4.b 163.3.a.& 204.2.a
Chriſtus cur mediator dicatur noui teſtamenti. 86.1.b
Chriſtus cur naui vſus. 236.1.a
Chriſtus quam ob rem ſacerdos & pontifex dicatur. 85.4.b
Chriſtus quare ſuis paſſionem prædixit ſecreto. 65.3.a
Chriſtus mendicaſſe creditur. 29.4.a
Chriſtus miniſter circuncifionis. 7.1.a
Chriſtus modis omnibus noſtram quęrit ſalutem. 7.2.a.166.1.b
Chriſtus nimium ab Apoſtolis ſuis dilectus. 126.3.a
Chriſtus nomen ſuum cur occultari voluit. 12.2.a
Chriſtus lux dicitur multipliciter. 147.1.b
Chriſtus pro quibus fleuerit. 197.4.b
Chriſtus quare dictus ſit propheta magnus.

gnus. 224.1.a
Chrs quas ambulauerit vias. 128.1.a.b.3.a
Chriſtus qualiter illuſus. 66.2.a
Chriſtus quomodo bonis & malis apparebit. 8.1.b
Chriſtus quomodo eijcere potuerit vendentes de templo. 196.4.a
Chriſtus quomodo fleuerit. 197.3.a
Chriſtus quomodo probauerit ſe eſſe Deum. 235.1.b
Chriſtus quomodo ſit exauditus in horto. 94.3.b
Chriſtus quoties fleuerit. 197.2.a.b
Chriſtus vbi quærendus & inueniendus ſit. 30.4.a
Chriſtus via eſt ad patrem iuuans infirmitatem noſtram. 128.1.a
Cibus delicatior quibus permittatur 265.1.a.b
Cibus quomodo ſumendus ſit inculpate. 254.2.a.b
Ciuitas quę ſit à nobis inquirēda. 112.4.a
Clamare Iohannem Baptiſtam cur oportuit. 18.2.a
Clamor dei multiplex. 205.2.a.b
Claudi quales ad cœnam introducantur. 162.1.a
Clericis frugaliter de bonis eccleſiæ viuēdum eſſe. 120.4.a.b
Clericoꝝ vitia nō vulgo reuelent. 121.1.b
Clericos etiam malos non eſſe ſpernendos. 121.1.b
Cogitationes malæ quamprimum reſcindendæ. 50.1.a
Cogitationes malæ quæ. 237.4.a
Comeſtio Chriſti poſt reſurrectionē qualis. 115.3.a
Committere ſe deo q̄ expediat. 182.1.a.b
Cōpaſſio ad impoſſibilia ſe extēdit. 192.1.a
Compaſſio Mariæ erga filium vnde augebatur. 103.1.b.2.a
Compaſſio quanta fuerit in patiente Chriſto. 103.4.a.b
Compaſſio ſubuentione maior eſſe debet. 192.1.a
Compatiēdum eſſe Chriſto paſſo. 108.4.b
Compelli quales dicantur ad cœnam. 160.4.b.& 162.1.b.2.a
Concipere CHRISTVM in mente quid. 21.2.b
Concupiſcentiam peccati quàm ſit neceſſarium euelli. 135.1.b
Condemnare quomodo non oporteat. 168.4.a
Condemnatio Chriſti quàm ſit lachrymabilis. 98.2.b
Conditio moriendi triplex. 224.2.b
Confeſſionem cur diabolus multifariam impediat. 80.1.b
Confeſſionem multorum impedit diabolus. 79.4.b.& ſeq.
Confeſſio cur ex pudore non ſit relinquēda. 80.2.b.3.a.b
Confeſſio fit fruſtra ſine reſtitutiōe. 80.4.a
Confeſſionis ſacramentum cur vtiliſſimum. 80.1.b.2.a
Confeſſio quare faciēda ſacerdot. 214.3.b
Confeſſio quibus perſuaſionibus impediatur. 80.2.b
Confeſſio quomodo facienda. 8.3.a
Confidentia ad DEVM quomodo nutriatur. 237.1.a.b.& 2.a.b
Confidentia ad Deum tribus modis augetur. 237.2.b
Confidētia bona ad q̄t ſe extēdat. 236.4.b
Confidentia futuræ beatitudinis ex tribꝰ fulcitur. 237.2.b
Confidentia in creatura aut dono quolibet cur non habenda. 236.4.a,b
Confidētia quęnam diſpliceat deo. 71.3.b
Confidentia quotuplex. 236.3.a
Confidentia ſancta quæ. 236.4.b
Confidentia ſancta quantū donū. 237.3.a
Cōcordiæ & pacis differentia quæ. 116.3.b
Coniugum dilectio mutua quæ. 37.2.b
Coniugum vita qualis eſſe debeat. 107.3.a
Conſcientia quomodo poſſit eſſe trāquilla. 164.4.a
Conſolationē diuinā eſſe delicatā. 126.3.b
Conſilium bonum quærendum à quatuor. 253.3.b
Conſuetudo iurandi quō vincatur. 93.3.a
Conſuetudo peccandi quomodo ſit abijcienda. 80.4.a.b.93.3.a
Cōtentiōibus cur vacandū nō ſit. 171.4.b
Contradictores Chriſti q. 271.a.b.& ſeq.
Cōtraria eſſe ſtudia Chri & diaboli. 79.2.a
Contriſtari non oportere. 112.1.b
Contumeliæ quando ſint diſſimulandæ, quando refellendę. 87.3.a.b.88.4.b.&c.
Contumelias nolle pati quàm ſit indignum. 89.4.b
Conuerſionem peccatoris omnibus modis eſſe quęrendam. 166.2.a
Conuerſionis initia plærunque moleſta. 82.4.a.b
Conuerſionis noſtrę multiplices cauſę. 129.3.4.a.b
Cōuerſionis tēpus nō differendū. 57.4.a.b
Conuerſis ad vitæ nouitatem neceſſaria quę.

quæ. 183.1.a
Conuiuia diuerſa quę approbanda, quęve reprobanda. 218.2.b.1.b.3.a.b
Conuiuia quæ reprehenſibilia. 1.3.b
Conuiuia qualiter inſtituēda ſint. 107.3.a, & 111.2.b
Cordis apertio quid ſignet in CHRISTO. 104.3.b.4.b
Cordis cuſtodes quales conſtituendi. 143.2.a
Cordis exercitia ſeptem, vt offeratur domino. 5.2.a
Cor locare, vendere &c. quid. 5.1.a.b
Corpora quomodo diligenda. 232.2.b
Corpori quomodo ſatisfaciendum ſit. 72.1.a
Corporis Chriſti diſpoſitio in cruce quid doceat. 103.4.b
Corpus Chriſti nunquam ſine ſanguine ſumi. 107.2.b
Corpus cur neceſſe ſit affligi. 73.2.b
Corpus quomodo ſit regēdum. 179.1.a.b
Correptio fraterna quomodo & quando exhibenda. 253.2.b
Correctio quæ ſit ordinata. 169.3.b
Correptiones qualeſcunque libenter ſufferendas. 147.3.b
Correptionis inutilis impedimenta quæ. 130.1.b
Correptio quando fieri debeat, quando non. 147.4.b
Correptio quibus modis adhiberi debeat 130.1.a.b.2.a.b.& 178.2.b
Correptio vt fructificet, quatuor requirit. 166.2.b.3.b
Creati quare ſint homines à deo. 183.3.b
Creatura omnis terreſtris animæ rationali diſſimilis. 254.4.b
Creaturas in eccleſia licite benedici. 182.2.b.4.a
Credens in Chriſtum quomodo non iudicetur. 145.4.a
Credere deo & in deum quid. 145.3.b
Credere quæ debeamus. 152.1.b
Crucem portare quid. 41.1.b
Crucifixio Chriſti quàm pœnoſa. 101.4.b
Crucifixio Chriſti quota hora ſit peracta. 98.4.a
Cura animarũ à q̃libus ſuſcipiēda. 118.4.a
Cura animarum inter officia maximum. 191.2.b
Cura Deo quanta de creatura. 219.4.a.b
Cura qualis ſit habenda pro tēporalibus. 220.2.a
Curioſitas pacis turbatiua. 117.2.a
DAEmones quomodo tentent. 5.3.b 31.1.b.& 176.2.a
Damnatorum inuidia quanta. 156.7.a
Dandum quid ſit pauperibus. 120.3.b
Dauidis patientia quæ. 125.2.b
Debet homo tribus. 179.1.a
Debiles quales introducātur ad cœnam. 162.1.a
Debitores domini omnes ſumus. 191.4.b
Debitores oēs homines eſſe Dei. 247.3.a
Decimæ quare inſtitutæ. 253.1.a
Delectatio in neceſſarijs corpori qualis q̃renda. 211.3.b
Delectationes licitas ſibi ſubtrahere quā gratum Deo. 303.1.b.& 203.2.a.b
Delicate viuentibus quid curandum ſit. 154.2.b
Derelictio Chriſti qualis fuerit. 99.2.b. 162.3.b.& 104.4.a
Derelinqui neminem ſperantem in Deo. 182.1.a.b
Deſertum cur Chriſtus intrauerit. 69.2.b
Deſertum quale pœnitens intrabit. 73.2.a
Deſideranti ſpiritum ſanctum quæ neceſſaria. 143.1.b
Deſideria dilata creſcunt. 77.1.a
Deſideria ſæpe vtiliter differri. 132.3.a
Detrahens lingua quid efficiat malorum. 89.1.b
Detrahentes eſſe cōfutandos vt emendentur. 89.1.b
Deuotio torpens qualiter excitāda. 14.3.a
Dei conſilium ſuper noſtra redemptione quale. 6.1.b
Dei ſolius eſſe mentium ſecreta cognoſcere. 133.2.b
Deo quales exhibere nos debeamus. 135.3.a.b
Deo quid debeamus. 179.1.b
Deo quomodo multa placeāt quæ tamē non iuſſit. 203.1.a.b.& 203.2.a.b
Deo ſeruire cum diuitijs quid. 222.1.a
Deum cognoſcendi glorioſior modus quis. 151.4.a.b
Deum debere chariſſimum nobis eſſe. 185.2.a
Deum non minus amare pœnitentem, q̃ ſemper ſtantem. 184.1.a
Deum nullius miſereri ad malum. 170.1.a
Deum ſemper præſentem eſſe loquentibꝰ de ſe. 110.1.b.114.2.a
Deus an aliter hominem ſaluare potuerit quàm per Chriſtum. 94.3.a
Deus cum qualibus peccatoribus non habeat familiaritatem. 163.3.b

Deus

Deus cum ſit immutabilis quomodo exaudiat. 135.4.a
Deus cur homo factus. 6.1.a.7.2.a
Deus cur neminem cogat. 195.4.b
Deus cur nos amet. 145.2.b
Deus cur nos flagellet. 197.3.b
Deus cur velit rogari ꝓ donis ſuis. 131.3.a
Deus odio haberi non poteſt. 218.3.a
Deus diligendus perſeueranter. 212.2.b
Deus diligendus trifariam. 211.2.b
Deus quàm multipliciter vocet ad pœnitē tiam. 205.2.a.b
Deus quare diligat peccatores. 184.2.b
Deus quare non poſſit ſaluare inuitum. 205.1.a.b
Deus quomodo contemnatur. 218.3.b
Deus quomodo corrigat ſigno & flagello. 129.3.a.b.162.1.b
Deus quomodo diligendus. 230.4.b
Deus quomodo habeatur odio. 218.3.a
Deus quomodo nos viſitet. 198.b
Deus quo ordine diligendus. 209.3.b
Diaboli fraus. 201.2.a.b
Diaboli poteſtas quomodo incomparabilis. 79.1.a
Diaboli retia quàm ſint varia. 176.1.a
Diabolo qui ſint captiui. 10.2.b
Diabolū quomodo poſſimus non timere. 76.2.b
Diabolus an diabolum expellere poſſit. 78.3.b
Diabolus an cognouerit Chriſtū. 70.1.b
Diabolus cur bene agere aliquibus permittat. 201.2.a.b
Diabolus diligi non poteſt. 218.3.b
Diabolus humilitate non potentia Chriſti victus. 70.2.b
Diabolus immundiciæ amator. 128.1.b
Diabolus multipliciter opprimit homines. 109.3.a
Diabolus quomodo CHRISTVM aſſumpſerit. 70.3.a
Diabolus quomodo nos obſeruet. 163.1.b
Diabolus quomodo per ſenſus ad nos introeat. 117.3.a
Diabolus quomodo princeps mundi dicatur. 142.1.b
Dies tranſiendi quomodo. 224.3.a.b
Differentia inter gratiam gratis datam, & gratum facientem. 194.3.b.& 194.4.a
Digitus dei dicitur SPIRITVS SANCTVS. 78.4.b
Dilectio ꝓximi qualis præcipiatur. 42.3.b
Dilectio qualis in noſtro corde naſci debeat. 135.3.b
Dilectio quatenus ad ſalutem neceſſaria. 211.2.a
Diligentibus quomodo cuncta vertātur in bonum. 77.1.a
Diligere alium quid ſit. 231.2.b
Diligere DEVM ex toto corde quid. 209.3.b
Diligere Deum vel hominem num ſit facilius. 153.1.b
Diligere nos DEVM quomodo ſciamus. 232.4.a.b
Diligere quæ teneamur. 232.1.a
Dimittendum quatenus proximo. 249.3.a
Diſceſſionem quid vocet Paulus. 7.4.a
Diſcipulorum obedientia quomodo nos ædificet. 84.4.b
Diſcretio condimentum in opere bono. 185.1.a
Diſcretio Iudæorum ab alijs hominibus quæ. 256.1.a
Diſcretio qualis à prælatis exhibenda ſit. 175.2.a
Diſcretio qualis neceſſaria ſit. 71.3.b.4.b
Diues Epulo diuitijs abuſus tripliciter. 154.1.b & 2.a.3.
Diuina dignatio erga hominem quanta. 145.3.a.b
Diuina tantum virtute fieri conuerſionē noſtram. 108.1.b
Diuinitas Chriſti quibus argumētis probata ſit. 181.3.a
Diuites domino cognitos nō eſſe. 154.4.a & 156.3.b
Diuites quomodo intrare arctam portam poſſint. 193.3.b.& 193.4.a
Diuitiæ cur nobis datæ. 192.4.b & 193.1.a
Diuitię dantur ad neceſſitatem, non ſuperfluitatem. 68.2.1.b
Diuitiæ quando reprehendantur. 61.4.a. & 153.4.a.b
Diuitię quare māmona iniqtatis. 192.2.a. & 192.4.b
Diuitiæ quatenus CHRISTO aſcribātur. 190.3.a
Diuitię quatenus impediāt ſalutē. 241.1.b
Diuitiæ quomodo bonæ ſint, & malæ. 153.4.a.b
Diuitiarum pericula quanta. 157.4.b. & 153.4.b
Diuitiarū ſuperfluitas eſt pauperꝫ. 68.1.b & 154.3.b
Diuitias in conuiuia profundere quàm ſit damnabile. 154.3.a
Diuitias quomodo nobis vtiles faciamus,

mus. 191.4.a
Diuitibus quid faciendum de bonis iniuſtis. 194.1.a
Diuitijs contingit quadrupliciter peccari. 157.1.b.3.4.a.b
Diuitijs quõ vtendum ne obſint. 157.2.b
Diuitijs ſeruire quid. 219.1.a.&.222.1.a
Diuitum ſeculi vanitas quanta. 193.4.a.b
Diuitum ſolicitudo qualis. 112.2.b
Dolor de peccatis qualis erit. 8.3.a
Dolor patientis CHRISTI quàm immenſus. 102.1.a
Dolorum Chriſti patientis magnitudinẽ aggrauant ſex. 102.1.b.2.3.4.a.b
Dominica in paſſione cur ſic vocet. 86.2.a
Dominica lætare cur hilaritatem pręſe ferat. 81.3.a.82.2.a.84.1.b.2.a
Dominica Palmarum qd nos doceat. 90.3.a
Dominis duobus nõ poſſe ſeruiri. 218.2.b
Dominus indeterminate poſitum quid ſignet. 91.1.b
Dominus quomodo ſit prope. 8.2.a
Dona noſtra omnia eſſe à Deo. 125.3.b & 131.3.a.132.4.a.181.2.b
Dubia quando non ſint vertenda in partem meliorem. 168.3.b
Dubijs rebus quomõ conſulendũ. 22.4.a
Duodecim cophinos duodecim Apoſtolos eſſe. 85.4.a
Dulia qualis cultus. 255.4.b
Duplicitas quam ſit fugienda. 253.2.a
Dydimus quid ſignet. 115.4.b
ECcleſiam eſſe vnam. 173.1.a.174.2.a
Eccleſia ſignatur per mulierem Chananæam. 76.1.b
Eccleſiaſtica bona ſuperflue conſumi. 120.4.a.b
Egenis quàm alacriter tribuendũ. 768.2.a
Egenum paſcens quomodo Chriſtum paſcat. 120.3.b
Eijci extra ſynagogam quid. 138.1.a
Electi cur de fine mũdi nõ doleãt. 9.1.a.b
Electi multiplicem ferunt crucem. 29.4.a & 9.2.a.22.2.a
Electis omnibus prænunciatas eſſe tribulationes. 122.4.b.139.4.b
Electis omnibus commune quid. 194.3.b
Electorum gaudium quale ſit in hac vita. 123.4.b & 125.2.b
Electorum paucitas formidabilis. 58.3.a
Eleemoſyna danda eſt. 191.4.b
Eleemoſynas liberaliter diſtribuendas eſſe. 68.1.b.171.1.b
Emendatio finis correptionis. 130.2.a
Emorroiſſa quid myſtice. 257.3.b
Emptio & venditio in templo qualis fiebat. 196.3.b
Epiſcopus cur vocetur Chriſtus. 118.3.a
Error IVDAEIS & hæreticis vnde veniat. 3.2.b
Eſſe cum deo finis eſt hominis. 127.4.b
Eſuries Chriſti qualis fuerit. 69.4.b
Eſuries iuſtitię quando ſatietur. 172.3.b
Eſurire quàm edere mirabilius in Chriſto. 69.4.b
Euangelia per Lutherum & Eraſmum commendata: Contra. 188.4.a
Euangelicam perfectionem in veteri lege ſeruatam eſſe. 179.4.b
Euangelici carnales qui & quales. 25.4.b. & ſeq. 27.4.a.b.128.4.a.139.3.b
Euangelium cur Iudæis primo annunciatum. 204.3.a
Euangelium Lutheranorũ quod. 188.4.b
Euchariſtiam indigne ſumere aut miniſtrare quàm malum. 196.4.b & 197.1.a
Euchariſtiam laicis tribuendam non eſſe ſub vtraque ſpecie. 111.3.a
Eufraziæ obedientia quanta. 174.4.b
Exaudiri nos ſemper nõ expedire. 132.3.b
Excuſatio recuſantium cœnam quomodo intelligatur facta. 160.1.b
Exempla quõ bona paſcant nos. 121.2.b
Exemplar quale Chriſtus ſe nobis exhibuerit. 165.4.b
Exemplo aliorũ Deus terret nos & emendat. 129.3.a
Exemplum cuiuſmodi Chriſtus reliquerit. 118.1.b
Exercitia corporalia pœnitentialia quomodo facienda. 187.1.b
Exorciſmi cur ſint in vſu eccleſiæ. 182.4.a
Exiſtimatio qualis de proximo ſit habenda. 166.3.a
FAlcones mortuos in fimum abijci. 123.1.b
Falſi doctores & prophetę q ſint. 185.4.b
Fama læſa quomodo ſit defendẽda. 89.1.a
Familia Dei triplex. 54.4.b
Familia domus ſpiritualis quæ ſit. 143.3.b
Familiarem omnibus cur ſe Chriſtus exhibuerit. 166.7.a.2.a
Fercula cœleſtis conuiuij quæ. 161.1.b
Fermentum vetus quid vocarit Paulus. 105.3.b
Feruore ſpiritus quomodo pœnitens confortetur. 82.4.b
Feſtiuitates Iudæorum quæ. 29.1.a
Feſtiuitas ſabbati quibus violetur operibus. 229.3.b

Feſtu-

Feſtucã videre in oculo fratris qd. 169.3.a
Fidei generalis regula quæ ſit. 252.2.a
Fidei perſeuerantia teſtatur adoptionem filiorum Dei. 113.3.a
Fide ſola nos mereri. 151.4.b
Fidem nudam non ſufficere ad ſalutem, 145.3.b.186.3.b
Fides abſq; charitate num eſſe poſſit. 108. & 3.6.113.3.a.b
Fides aliena quãdo alicui proſit.234.3.a.b
Fides Petri quanta. 175.2.b
Fides quæ non ſaluet. 209.3.a
Fides quid faciet. 216.3.a
Fidelium vniuerſitas dicit̃ mũdus.145.1.b
Fiducia in ſolo Deo ponenda. 202.3.a
Fiduciam in Deo cum bona vita iungendam eſſe. 153.1.b
Fiducia quanta habenda in deum.219.3.a
Filia Sion qd denotet in ſcripturis. 91.1.b
Filij Dei quomodo per inuocationem Ieſu efficiamur. 134.4.b & ſeq.
Filij huius ſeculi quomodo prudentiores filijs lucis. 192.1
Filij quomodo ſint optime ditandi, eodẽ.
Filij quomodo ſint docendi. 174.3.a
Filij ſeculi quàm ſint diſſimiles. 9.2.b
Filioꝝ dei & diaboli diſcrimẽ q̃d. 123.2.b
Filios eſſe dei ſupremus theſaurus.134.3.b
Filios tenebrarum hic florere, poſt cruciari. 123.1.b.2.a.b
Filius hominis quomodo ſolus in cœlum aſcendit. 150.4.b
Filius prodigus quare reſipuerit. 162.2.b
Filius quomodo ſuæ diuinitatis teſtimonium dederit. 114.1.a
Fimbria Chriſti myſtica quæ. 258.1.b
Flagellari à dño quantũ beneficiũ.197.3.b
Flagellatiõis Chr̃i acerbitas quãta.101.4.a
Flagellorum aſſiduitate filios Dei nos effici. 135.2.b
Flere cur debeamus. 197.2.b
Fleuiſſe nunq̃ Chriſtũ propter ſe. 104.2.a
Fora iudicij duplicia. 249.3.b
Fortunæ mutabilitas quanta. 92.4.b
Fragmenta quæ ſuperſunt vbi relinquenda. 83.4.b
Fratrem odiens quomodo dicatur homicida. 158.4.a
Fratrẽ quantopere diligi oporteat.158.4.a
Fructus ligni vitæ duodecim. 104.1.a
Fuga paſtorum qñ ſit fructuoſa. 119.2.b
Fulmina cur montem percutiant, non latronem. 129.3.b
GAudendi materia duplex in paſſione domini. 109.1.a
Gaudendum cur ſit ob reſurrectionẽ domini. 107.2.a
Gaudere de terrena felicitate cur non liceat. 92.4.b
Gaudium amicorum dei quale in hac vita. 125.2.b
Gaudium multiplex. 10.4.b
Gaudiũ mundanũ eſſe fugiendũ. 112.1.a
Gaudium mundi & ſanctorum quàm ſit diſpar. 124.2.a.b
Gaudium non amittendũ quomodo cõparetur. 123.4.b
Gaudium quale ſit petendum. 131.4.b
Gaudium quomodo maius in cœlo ſuper pœnitente, quam nonaginta nouem iuſtis. 165.1.b.166.4.a
Gentes ex miſericordia dei cõuerſę. 7.1.a
Genus adulatorum peſſimum. 254.1.a
Gloria duplex. 36.1.a
Gloria ętera priuari quãta pœna.187.2.b
Gloriam ponere in ore hominum quàm vanum. 254.1.b
Gloriam mundanam nõ efferri nos oportere. 92.4.a
Gloriam propriam quærere quàm ſit indignum. 87.4.b
Gloriari cruce Chriſti pauciſſimorum eſſe. 129.1.a
Gratia Dei in vacuum quõ recipiat̃.68.3.a
Gratiæ quomodo ante & poſt menſam agendæ. 85.1.a
Gratia gratis data quid. 194.2.b
Gratia gratum faciens quantum neceſſaria. 194.4.a.b
Gratia gratum faciens quid. 194.3.b
Gratia quomodo ſpiritui conferat victoriam. 126.4.b
Gratiam Dei nos habere quomodo ſciamus. 198.4.b
Gratiã Dei p q̃ habere poſſimus. 198.4.b
Gratiam nobis adferre iudicium. 147.1.a
Gula noſtra reprehenditur. 84.4.b
Gulæ mala quæ. 262.4.b
Gula qualis lepra animæ. 216.1.b
Gula vitiorum nutrix. 25.4.per tot.
Gutta dominici ſanguinis quomodo ſalutari poſſet. 104.2.b
Gutta quælibet ſanguinis Chriſti ſuffeciſſet noſtræ redemptioni. 104.2.b
HAEretici quando & quomodo ſint euellendi. 49.1.b. & ſeq.
Hæretici quantum vitandi. 188.3.b
Hæretici qui cenſendi. 188.2.a.b
Hęreticoꝝ noſtri tẽporis via q̃ ſit.128.4.b
Hæreticorum perſequutionem eſſe declinandam.

nandam. 186.4.b
Hæreticos exterminandos eſſe quæ probent. 49.4.b
Hæreticos quare Dei prouidentia permittat ſæuire. 189.1.b
Hæreticus vnde ſit diſcernendus. 186.1.b
Herodes Aſcolonita qualis. 18.4.b
Herodes cur cupierit videre Chrm̄. 97.2.b
Hezechiæ terminus vitæ prę̄nūciatus quo modo ſit mutatus. 136.2.b
Hypocritæ qui dicantur. 252.2.b
Hominem ad mentem q̄ reducāt. 191.2.b
Hominem eſſe ab alio. 151.2.b
Hominē in eodē ſtatu non pſiſtere. 79.3.b
Hominē per ſe non poſſe conuerti. 108.1.b
Homini malo morienti quæ contingant. 198.2.a.b
Hominibus eundem ortum eſſe & occaſum. 153.3.a
Hoīs infirmitas & pericula quāta. 133.3.a
Homini ſex neceſſaria cognitu. 151.2.b.
Hominis perditio à ſeipſo. 24.4.a
Homini vt iuſtus ſit q̄ neceſſaria. 201.2.b
Hominum conditio triplex in proceſſiōe palmarum. 92.2.a.b
Hominum diſpar conditio. 7.2.b
Hominum maiorem partem à diabolo decipi. 76.1.b
Homo iuxta animam ad imaginem dei factus tantum. 254.4.a
Homo pullis omnibus beſtiarum cur miſerior. 150.1.a
Homo quid ſibiipſi debeat. 179.1.a.b
Honeſtas congregationes eſſe adeundas. 117.3.b.4.a
Honeſtas quanta exigatur à Paulo. 77.3.b
Honorē Chro triplicē exhibēt turb. 91.3.b
Honor quibus ſit deferendus. 35.3.a
Hordeacei panes gulam noſtram arguunt. 84.4.b
Hoſpitium quale ſpiritui ſancto præparandum ſit. 142.2.b
Hoſtes ſuos qua virtute Chriſtus proſtrauerit. 95.1.a
Hoſtes tres quomodo vincamus. 46.1.a.b
Hoſtia viuens quid. 28.1.b
Hoſtibus ſuis cur Chriſtus abeundo ceſſerit. 84.3.a
Hoſtium iudicio ſe Chrs ſubmittit. 86.3.b
Humana remedia quomodo non ſint negligenda. 84.3.b
Humanas non eſſe adinuentiones omnia ſcripturis non expreſſa. 91.2.b
Humeri Chriſti myſtice quid. 164.3.b
Humiliatio quātopere neceſſaria ſit ad receptionem ſpiritus ſancti. 142.3.a
Humiliatio ſyncera pœnitentibus quantum proſit. 216.4.b
Humilis quantū ab oībus diligat. 201.4.a
Humilis ſolꝰ vincit in bono malū. 87.4.a
Humilitas Chriſti quanta. 101.1.a.135.1.b
Humilitas Chriſti quid ædificationis habeat. 206.1.a
Humilitas Chriſti quō meditanda. 85.2.a
Humilitas cur non odioſa. 201.4.a
Humilitas in reconciliatiōe proximi quā neceſſaria ſit. 178.4.a.b
Humilitas in paſſiōe Chri quanta. 101.1.b
Humilitas in quibus conſiſtat. 162.3.b
Humilitas maxime paſtori neceſſ. 119.4.b
Humilitas negato beneficio non offenditur. 75.2.a
Humilitas q̄lis oranti ſit neceſſaria. 132.3.b
Humilitas vera ad rationem reddendam vtiliſſima. 191.2.b
Humilitatem nos docet omnis vita Chriſti. 65.4.b
Humilitatis obtinendæ p̄cepta quę. 52.3.b
IDioma dei ac diaboli quale. 117.3.a
Ieiunare cur durum videri non debeat. 68.1.a
Ieiunia & abſtinētiæ hæreticoꝝ q̄. 188.2.b
Ieiunij fructus multiplices. 72.2.b
Ieiuniorum commendatio. 25.4.a.b
Ieiuniū à S. patribus frequentatum. 72.3.a
Ieiuniū naturę & culpæ ꝓbatur. 72.3.a.b
Ieruſalē cur vocetur à dn̄o caſtellū. 90.4.b
Ieruſalem eſſe duplicem. 81.4.b
Ieſu nomen eſſe lucem, cibum, medicinā, & multiplici ratione celebrandum eſſe. 133.3.b.4.a.b
Ieſus cur de loco tranſierit in locū. 82.2.b
Ieſus puer quomodo creſcebat. 26.2.a
Ieſus quadrifariam amittitur. 31.2.a
Imitandum nō eſſe Chriſtū ꝑ oīa. 118.3.b
Imitatio Chriſti perfectio noſtra. 169.3.a
Impedientia hoīm à deo quinqꝫ. 240.4.a.b
Impfectos benigne tractādos eſſe. 182.2.a
Impiorum furori cur cedendū ſit. 84.2.b
Inclemētia ad ꝓximū q̄ deteſtāda. 250.2.b
Indignis quō p̄ſtet deus beneficiū. 170.1.b
Infernus cur minus timeatur. 6.2.a
Infernus quomodo ematur. 55.4.a
Infidelitas peccatorum radix & ſcaturigo. 127.1.b
Infidelitatis ſpecies quæ. 220.3.b
Infidelium damnationem inexcuſabilem eſſe. 146.2.a.b
Infirmioribus improbos eſſe declinandos. 163.4.b

** Infir-

Infirmitas hominē oīno nō excuſ. 138.4.b
Infirmitates quare accidant. 245.1.a.b
Infirmitatis commoda quæ. 41.3.b
Infirmitatis tēpore quid faciendū. 235.4.b
Ingratitudo Chriſtianoꝝ et Iudęoꝝ quātopere Chriſti dolores auxerit. 102. 4.a
Ingratitudo noſtra qualis ſit erga Chriſtum. 105.2.a
Iniquorum gaudium triplex. 124.1.b
Iniurias ſufferendi remedia quinq;. 89.4.a
Innocens an pœnitēti p̄ferendus. 165.1.b
Inſpirationem diuinam qui recipiant, qui negligant. 147.3.a
Inſtructio qualis imperfectorum eſſe debeat. 182.2.a
Intentionē bonā ſemp nō excuſare. 138.2.b
Intentio praua diaboli tentatio non obeſt. 76.4.b
Intentio ſyncera debet eſſe. 29.3.a
Internam vitam pijs omnibus neceſſariā eſſe. 127.1.b
Inuidiam Iudęorū Chriſtus retondit quintupliciter. 89.4.a
Inuidia qualis lepra animæ. 216.1.a.b
Inuitamur ad cœnā multipliciter. 159.3.b
Ira & increpatio iuſtoꝝ qualis. 164.1.b
Iohannes quō laudetur à Chriſto. 13.3.b
Iohānes vox clamantis cur dicitur. 16.3.a
Iohannes Eliæ ſimillimus. 16.1.a
Iohannes cur prędicet in deſerto. 18.1.b
Iohan. cur mittat Chr̄o diſcipulos. 11.3.a
Iohānes cur auſterā duxerit vitā. 166.1.b
Ira multiplex. 180.1.a
Ira qualis lepra animæ. 216.1.a
Ira quando ſit aſſumenda. 125.4.b
Ira quando ſit venialis. 180.2.b
Ira quātopere ſit p̄ſidibus neceſſar. 180.1.b
Ira quid ſit. 1801.a
Ira quomodo ſit fugienda. 180.3.b
Iraſci iuſte & ſine cauſa quid ſit. 177.4.b
Ira zeli & ſecundū paſſionem qd. 178.1.a
Iſaac quomodo dominū orauerit pro cōceptu vxoris. 135.4.a.b
Iubilei & paſſionis domini multiplex conuenientia. 67.1.a.b
Iubilei priuilegia quō obtineantur. 67.3.b
Iubilei q̄les fuerūt obſeruatiōes. 67.1.a.b
Iudęa à Romanis vaſtata. 196.1.a.b
Iudam defleuit Chriſtus. 197.4.a
Iudæi Chr̄o detrahētes tripliciter. 89.2.a.b
Iudæi quomodo non ſint ex deo. 86.4.b
Iudæis cur multa myſteria Chriſtus abſcōderit. 62.1.b
Iudęis inſitam eſſe ſpem temporalis reſurrectionis. 110.2.b
Iudęis præcipue miſſus Chriſtus. 75.1.b
Iudæorum conſcientiam fuiſſe pediculoſam. 96.4.b
Iudęorum incredulitas quomodo inexcuſabilis. 137.1.b
Iudęoꝝ ingratitudo & cæcitas. 196.2.b
Iudæorum opinio de Meſſia vēturo. 3.2.a
Iudæorum tempore obſidionis calamitas quanta. 196.1.b
Iudę traditori quantam Chriſtus manſuetudinem exhibuerit. 103.3.a
Iudex viuorum & mortuorum cur Chriſtus dicatur. 109.3.b
Iudicare de dubijs quō liceat. 168.3.a.b
Iudicare proximum quàm ſit illicitum & quomodo fugiendum. 30.4.a
Iudicatos eſſe q nō credunt qd ſit. 145.4.b
Iudicia hominum ſpernenda. 63.3.a.b
Iudicium omne non prohiberi. 168.3.a
Iudicium quid notet. 177.4.a
Iuga boum quid deſignent. 160.2.b
Iugum domini quibus ſuaue ſit. 51.3.b
Iuliani apoſtatę impietas quāta. 196.4.b
Iurandi conſuetudo qua ratione vincatur. 93.3.a
Iuſtificatio quotuplex. 201.3.a
Iuſtitia dei quando principatum habeat. 108.2.a
Iuſtitia dei quanta. 102.1.b.2.a
Iuſtitiæ Euangelicæ & phariſaicæ diſcrimen quod. 177.2.b
Iuſtitiæ partes eſſe duas. 172.1.b
Iuſtitię verę & falſę differētia quę. 164.1.a
Iuſtitiā verā ex deo eſſe, nō à nobis 181.2.b
Iuſtitia noſtra quō arguatur à deo. 130.3.a
Iuſtitia quid. 177.1.a.b
LAborare in nocte quid. 173.2.b
Labores aſſumi pro vita æterna quā dignum ſit. 161.3.b
Laudatus quō quis ſe habeat. 254.1.b
Lęditur proximus trifariam. 179.1.b
Lęta triſtibus in hac vita miſceri. 90.3.b
Lętitię præſentis cauſa quæ. 195.4.a
Lętus quis eſſe ſemper poſſit. 124.2.b
Lapis angularis cur Chr̄s dicatur. 119.4.a
Largitas Chriſti patientis quanta. 104.1.a
Laſciuia carnis quantum vitanda. 1.4.a
Latronis ſera pœnitentia quomodo ſit accipienda. 99.1.b
Laudandi noſipſos nullam eſſe iuſtā cauſam. 218.3.b
Laudare deum & blaſphemare quàm ſit indignum. 93.3.a
Laudibus turbæ cur dominus fletum cōiunxerit. 92.3.b

Lazari

Lazari quanta miſeria fuerit. 155.1.a.b
Lazari ſuſcitatio myſtice quid. 214.3.a
Lazarus à diuite Epulone quintupliciter diſcernitur. 156.3.b
Lazarus quatriduan9 quid ſignifi. 205.1.a
Legem Moſaicã nõ fuiſſe malam. 179.2.a
Legem nouam ad maiorem nos obſtringere iuſtitiam. 179.4.b
Legi quomodo nõ ſumus obnoxij. 23.1.a
Legis Chriſtianæ honeſtas quãta. 221.3.a
Lepra carnis quatenus fugienda. 214.1.b
Lepra quæ ſpiritualis. 41.2.b
Leproſi attactus quid. 39.2.a
Leproſi quare miſſi ad ſacerdotes. 214.4.a
Leproſi ſpiritualiter qui. 214.1.b
Leproſorum genera decem. 215.3.a
Leproſus fide plenus curatur. 38.4.b
Lætaniæ cur à patribus inſtitutæ ſint. 114.2.b
Lex Euangelica, lex charitatis & gratiæ. 131.1.b
Liberati quõ ſimus à Chriſto. 67.2.b
Libertas Euãgelica apud quos ſit. 131.2.a
Libertas falſa quæ. 67.2.b
Libertas filiorum dei quæ. 84.2.b
Liberum arbitrium eſt iugum dñi. 52.2.b
Liberum arbitrium hominis quantũ poſſit. 195.4.b
Liberum arbitrium quando magis quando minus efficax. 205.1.b
Loco ſacro quomodo & quot modis irreuerentia fiat. 196.4.a.b
Loco ſacro reuerentia exhibenda. 196.4.a
Lucem eſſe duplicem. 147.1.a
Lucem odiſſe quis dicatur. 147.4.b
Lucerna mulieris dragmam inuenientis quid. 165.2.b
Lugendum propter quæ ſit. 124.3.b
Lupis quare comparati à domino ſint hęretici. 189.1.a.b
Lutherani quàm parum ſancti. 219.2.b
Lutheranorum opera quæ. 243.3.b
Lutheranos Mahumetanis fore peiores. 244.2.a
Luxuria qualis lepra animæ. 215.4.b
Luxuria quo fuco decipiat. 49.3.b
MAgiſterium affectare quàm ſit vitioſum. 169.1.b
Mala de proximis nec audienda, nec credenda. 193.2.b
Mala multa cur nobis occurrant. 237.1.b
Maledicta quomodo ſæpe diſſimulanda ſint. 87.3.a.b
Maledictum pro maledicto cur non ſit reddendum. 171.4.b
Mali quàm ſint vtiles bonis. 48.4.a
Malis in malo nõ obediendũ eſſe. 122.2.a
Malorũ vniuerſitas dicit mundus. 145.1.b
Malum bifariam non infertur. 168.2.b
Mammon quid. 218.4.b
Mandata dei quàm conueniant ſeruari. 161.3.a
Manſuetudo CHRISTI erga Philippum quæ. 84.4.b
Mãſuetudo qbus maxime profit. 166.2.b
Manſuetudo ſeu mititas Chriſti patiẽtis quanta. 103.2.b.3.a
Manuũ iniectio in Chrm q̃lis fuerit. 95.3.a
Mare pœnitentiã quõ repræſentet. 82.3.b
Maria cur deſponſata. 21.3.b
Maria plus dilexit Chriſtum quã omnes creaturæ ſimul. 103.1.b
Maria quomodo conſenſit in matrimonium. 21.4.b
Maria quomodo filium dilexit. 25.1.b
Martini Luth. q̃ ſit peſtis nociua. 187.4.a
Martyres ſancti cur in pœnis exultarint. 134.3.a
Matrem cur in cruce ſibi Chriſtus aſtare voluerit. 103.2.b
Matrem ſuam cur Chriſtus mulierem vocauerit. 104.4.a
Matrimonium quale debeat eſſe. 37.1.a
Meditandi ratio paſſionem domini ꝑ ſimplicibus quæ. 105.2.b
Melchiſedec, qui & Sem, ædificator Ieruſalem. 99.4.a
Memoriam mortis Chriſti duorum nos admonere. 108.4.b
Mercedẽ q̃rere quaten9 liceat. 186.3.b.4.a
Meritum redemptionis Chriſti baptiſmo nobis applicari. 113.4.b
Militia Chriſtiana quæ. 4.4.b
Miracula cur à Chriſto facta. 204.a.b
Miracula nõ eſſe leuiter petenda. 34.4.b
Miracula quõ fecerit Chriſtus. 243.3.b
Miſerendi ſpecies duæ. 168.1.b.2.b
Miſerandum non eſſe proximo ad malum. 170.1.b
Miſereri in deo nec nouum eſſe, nec mirum. 181.3.b
Miſeretur deus quadrifariam. 184.2.a.b
Miſeria hominum quanta. 197.2.a.b
Miſericordes in deũ eſſe nõ poſſu. 169.4.b
Miſericordes quibus potiſſimum eſſe debeamus. 170.3.a
Miſericordia Chriſti patientis erga nos quanta. 105.1.a.b
Miſericordia dei erga nos quanta. 164.3.a
Miſericordia dei quãta ſup hoĩes. 249.2.b

Miſericordia dei quō imploranda. 76.2.b
Miſericordiæ laus quanta. 167.4.b
Miſericordiam dei quomodo obtineamus. 167.4.b
Miſericordiam Dei tantū in hac vita nos promereri. 108.2.a
Miſericordiam homini naturaliter ineſſe. 170.3.b
Miſericordia quō cadat in deum. 167.1.a
Miſericordia ſeu compaſſio quid. 168.1.a
Miſericors quomodo ſit dominus. 67.4.a
Mitis corde quis ſit. 51.4.b
Moleſtiæ quomodo ſuſtinendæ. 45.1.b
Monachatus vbi commendetur à Chriſto. 34.2.a
Monachi cur ſtatuta cuſtodiant humana. 179.3.a.b
Monaſteria cur inſtituta. 236.2.a
Monaſticam vitam Euangelio non repugnare. 179.3.b
Monaſtica vita quàm laudabilis. 21.1.a
Montem cur aſcēderit Chriſtus. 84.3.b
Mori pro nobis adhuc paratus eſt Chriſtus. 105.2.a
Mori bene quomodo poſſimus. 198.3.b
Mori ſecure quomodo debeamus. 108.4.a
Mors animæ quæ. 225.2.b
Mors impiorum peſſima. 197.1.b
Mors iuſtorum precioſa. 197.1.b
Mors quibus non metuenda. 198.4.a
Mors ſæpe cogitanda quare. 198.2.a
Mortis meditatio quid faciat. 198.2.a
Mortem amicorum quomodo flere poſſimus. 197.3.a
Mortē cur timore expectandā eſſe. 108.3.b
Mortem dominus quomodo timuerit & affectarit. 94.3.a
Mortui ſuſcitati à Chriſto myſtice quid. 224.1.b
Mortuos tres q̄re ſuſcitauit Chrs. eod.a
Moſes mitis & iratus qualiter. 180.2.b
Mulieres q̄ venerint vncturę dn̄m. 106.2.b
Mulier exclamās de turba q̄ fuerit. 79.3.b
Mulierum imperfectio viſitantium domini ſepulchrum quæ. 106.2.a
Mundi huius cæcitas quanta. 81.2.a
Mundi vita quæ. 7.4.b
Mundiciam cordis eſſe diligēdam. 128.1.b
Mundicia corporis ad vanitatem conducit non ſanctitatem. eodem.
Mūdum à ſpiritu ſancto nō argui. 129.3.a
Mundum ſumi tripliciter. 145.1.a
Mundus cur caſtellum dicatur. 3.1.a
Mundus cur mari conferatur. 44.3.b
Mundus fallax eſt & ſpernendus. 68.2.b
Mundus hic quomodo gaudeat. 124.1.a.
Mundus quando ſit in nobis. 129.2.b
Muti multiplices in eccleſia. 79.4.b
Mutus ſpiritualiter quis. 205.2b
Myſteriorum noſtrę redemptiōis deus admonendus. 76.4.a
NAtiuitatem eſſe triplicem. 150.1.a.b
Natura in Chr̄o duplex fuit. 231.4.a
Naturalia nr̄a decli. ex ſe ad malū. 124.3.a
Naturalis triſtitia quomodo ſit moderanda. 124.2.b
Naturā humanā ouē eſſe perditā. 164.3.a
Natus ex deo quomodo nō peccet. 87.1.a
Nauiculam Petri cur dn̄s intrarit. 173.1.a
Neceſſaria nobis eſſe duo. 89.1.b
Negligentiam noſtram exprobrat nobis Chriſtus. 129.1.b
Nemroth (q̄ & Saturnus) qualis. 78.2.a
Nicodemus cur ad Chriſtum nocte venerit. 149.3.a
Nihil eſſe principium ſuıпpſius. 151.2.b
Nihil habere & oīa poſſidere qd ſit. 69.1.b
Nihil infelici9 felicitate peccantiū. 124.2.a
Nihil ſumere in via quomodo prohibuerit Chriſtus. 83.3.a
Niniuitis prænunciatum excidium quomodo ſit mutatum. 136.1.b.2.a
Ninus, qui & Aſſur qualis fuerit. 78.2.b
Nobiles ad cōuerſionem vocantur. 93.4.a
Nobiles ſpūales quō viuere deceat. 120.4.b
Nobiliū vita q̄ ſit nunc ignobilis. 93.3.b
Nomen Ieſus quanta laude celebrandum ſit. 133.3.b
Nouit deus quos diligit, non nouit quos reprobat. 119.3.a
Nuptiæ dei cum anima quæ. 238.3.b
OBediendi difficultatem tria præſtant. 174.4.b
Obedientia Chr̄i patientis quāta. 103.3.b
Obedientia Chriſti qualis & quāta. 30.3.b
Obedientia Chriſti q̄ perpetua. 128.4.b
Obedientia quantū deo placeat. 203.2.a
Obedientia quibus augeatur & commendetur. 174.4.b
Obedientia quomodo meditanda, quidq̄ efficiat. 85.2.b
Oblectamenta vitæ huius eſſe reſpuenda. 112.3.b
Obſeruare aliquem in verbis quàm vitioſum. 253.4.b
Obſeruationem eſſe triplicem. 227.1.b
Occidere quomodo liceat. 177.3.a
Occupationis fructus & diuerſitas qualis. 58.2.a
Occurrendum quō ſit ſpūi ſancto. 143.4.b

Oculo-

Oculorum continentia laudatur. 83.1.a
Oculum ſimplicem habendum in opere miſericordiæ. 170.3.a
Oculus dexter myſtice quis. 221.1.b
Oculus ſiniſter myſticus quis. eodem.
Odijs mundi ne exterreamur. 158.3.a
Odium ſanctum quod. 38.2.a
Offenſo abſenti quō recōciliemur. 178.3.b
Offertur quō Chriſtus quotidie. 107.4.b
Olei tres conditiones. 133.4.a
Oliua myſtice quid. 93.1.a
Omnia à deo eſſe. 151.3.a
Oīa de manu dñi ſuſcipienda eſſe. 161.2.a
Opes terrenas inter bonum & malum eſſe medias. 153.4.a
Opera bona non eſſe damnanda. 141.1.b
Opera bona ad deū clamantia ſex. 249.4.a
Opera miſericordiæ corporalia & ſpiritualia quæ. 170.1.b
Opera miſericordię q̄ placeāt deo. 170.2.a
Opera miſericordiæ proximo præſtanda. 93.1.b
Opera noſtra bona cuius ſint. 200.1.b
Opera pœnitentis quomodo ſint in Deo facta. 146.3.b
Opera qualia liceat ſabbato facere. 227.2.b
Operantium mala qui iudicētur. 146.3.b
Opere implendum eſſe quod legimus & audimus. 131.1.a
Operis aut occupatiōis fructus dup. 58.1.b
Orandi debite conditiones ſeptē. 132.2.b
Orandi modus quis. 202.3.a.b
Orandum eſſe cum fiducia. 131.4.a
Orandum eſſe in nomine filij. 131.1.b
Orandum eſſe perſeueranter. 132.3.a
Orandum pro lumine fidei. 68.2.b
Orandum vtiliter quomodo. 202.1.b
Orantis bene conditiones quæ. 202.3.a.b
Orantis fœminæ clamorem cur diſſimularit dominus. 74.4.b
Oratio aliorum q̄ vtilis peccatori. 204.4.a
Oratio cōtinua paſtorib⁹ neceſſar. 120.1.a
Oratio cuiuſmodi ſeruanda. 41.4.a
Oratio feruens & cōtinua quantopere neceſſaria. 133.3.a
Orationē operib⁹ p̄mittendā eſſe. 176.2.b
Orationes multitudinis exaudiri citius. 114.2.b
Orationis diſtractio quomodo reprimenda. 66.3.b
Oratio non intermittenda, ſi non exaudiatur. 77.1.a
Oratio quæ continua. 41.4.b
Oratio ſit cum verecundia & reſeruatione. 34.3.b
Otioſitas quàm ſit vitanda. 186.3.a
Otium incentiuum luxuriæ. 257.4.b
Oues quales exigat Chriſtus. 118.4.b
Ouis conditiōes quæn ā imitandę. 121.1.b
Os caute ſeruandum eſſe. 117.2.a
PAcem cū oībus habendā eſſe. 93.1.b
Pacem eſſe bonorum tātum. 116.4.b
Pacem eſſe triplicem in hac vita. 115.1.a
Pacem omnem non eſſe bonam. 116.3.b
Pacem poſſidere quō poſſimus. 117.2.b
Pacificos eſſe nos oportere. 135.2.a
Palmites triplices. 55.1.b
Pane multiplici reficimur. 51.1.b
Panes duodecim propoſitionis myſtice qui. 104.1.a
Parabolas rei propoſitæ per omnia conuenire non eſt opus. 57.1.a
Parētes erga filios q̄les eſſe deceat. 31.3.a.b
Parentes quō proles enutrient. 29.2.a
Paruuli baptizati, cum non credant an ſaluentur. 146.1.a
Paſcha cur tranſitum ſonet. 108.1.a
Paſchalis feſtiuitas qualis. 29.1.a
Paſcha multiformiter ſumi. 107.3.b
Paſcha noſtrum corpus Chriſti. 105.4.b
Paſcha quibus indigne celebretur. 107.2.b
Paſcit nos Chriſtus tripliciter. 120.2.b
Paſſio Chriſti pœnitentiæ exēplar. 68.1.b
Paſſio Domini contra tentationes efficax. 67.3.b
Paſſio domini cur cunctis nunciata, & nō transfiguratio. 68.1.a
Paſſione dñi quō liberati ſimus. 67.2.b
Paſſionem Chriſti frequenter meditandā eſſe. 105.2.b
Paſſionem Chriſti ſummam eſſe virtutū & exemplar. 100.2.a
Paſſiones Chriſto ſeruiebant non dominabantur. 92.4.a
Paſſiōes hui⁹ vitę quō ſint modicę. 163.2.b
Paſſiones qualiter inerant Chriſto. 195.3.a
Paſſiones quando ſint peccata. 177.4.b
Paſſione ſua CHRISTVS quanta ſit operatus. 107.2.a
Paſſionis Chrī meditatio duplex. 108.4.b
Paſſionis dominicæ immemor cur non ſit verus Chriſtianus. 94.1.a
Paſſus eſt Chrs & ꝓ duobus popul. 86.2.a
Paſtores ad ſeſe quō redibunt. 42.4.b
Paſtoribus quō ſint oues proprię. 119.1.b
Paſtori quando fugere liceat. 119.2.b
Paſtor qualis eſſe debeat. 119.4.b
Paſtoꝝ iudicium q̄ ſit formidabile. eodē.
Paſtorum quorundam negligentia quanta. 227.3.b

Pater quando teſtimonium Chriſto dederit. 114.1.a
Pati cur Chriſtum oportuit. 110.4.b
Patientia Chriſti patientis quāta. 101.3.b
Patientia quid. 64.4.a
Pati pro Chriſto quis dicatur. 139.1.b
Patres antiqui quomō fide viderint Chriſtum. 209.1.b
Patrum erga Chriſti aduentum quātum deſiderium. 10.1.b
Pauperes à diuitibꝰ quadrupliciter diſcernuntur. 156.3.b
Pauperes commendantur & confortantur à Chriſto. 30.1.a
Pauperes ex peregrincs eſſe inuitandos. 111.2.b.
Pauperes ad cœnam quales introducantur. 161.4.b
Pauperes quantꝰ ſequat honor. 155.2.a.b
Pauperibus ſubueniendum ex multiplici cauſa. 192.4.b
Paupertas duplex. 30.2.a.b
Paupertas totius vitæ CHRISTI quanta. 100.2.b
Paupertas CHRISTI in natiuitate quāta. 100.2.b
Paupertas Chriſti inſtante eius paſſione. 100.3.a
Paupertas Chr̄i in ſua paſſione. 100.3.a.b
Paupertatis falſi profeſſores q ſint. 100.4.b
Pauperum non obliuiſcendū eſſe. 185.1.a
Pax inter ſuperbos cur non diuturna. 201.4.a
Pax multiplex in ſcripturis. 116.3.b
Pax pectoris quid ſit. 142.1.a
Pax quantopere ſit appetenda 114.4.b
Peccans quō ſe vendat diabolo. 247.4.b
Peccare contemptim quis dicatur. 218.4.a
Peccare per contemptum quid. 218.4.a
Peccata cur dicātur opera mortua. 86.1.a
Peccata deflenda ſunt. 197.3.a.b
Peccata enormia cur ſacerdoti ſint reuelanda. 80.3.b
Peccata non obeſſe, ſi nō diligant. 148.1.b
Peccata omnia vitari poſſe ſi velimus. 148.2.a
Peccata quō nobis auferantur. 67.4.b
Peccata ſpiritualia occulta quomodo ſint diſcutienda. 166.3.b
Peccata totius mundi in Chriſto punita eſſe. 102.1.b
Peccati iugum quomodo ſit excutiendum. 148.3.a
Peccato inhærentis quàm conditio ſit miſera. 148.1.b
Peccato mortali quomodo perpetua debeatur pœna. 250.3.a
Peccator an peccatorē bn̄ corrigat. 169.3.a
Peccatore conuerſo multipliciter gaudendum. 164.4.a
Peccatores obſtinati cur difficile conuertantur. 205.1.a
Peccatores eſſe omnes, eoque mundandos. 86.3.b
Peccatores quales venerit vocare Chriſtus. 10.1.a. 163.3.b
Peccator eſt cæcus, ſurdus, mutus, leproſus. 12.2.b
Peccatoribus communicare quàm periculoſum. 214.2.a
Peccatoribus purgari volentibus quid faciendum. 216.2.b
Peccatorib. q ſe debeāt adiūgere. 163.4.b
Peccatum eſſe occaſionem peccati. 148.2.a
Peccatum mortale infinitæ eſſe enormitatis. 250.4.b
Peccatū nō deleri niſi plangatur. 177.2.a
Peccatū omne voluntarium eſſe. 138.4.b
Pectus in oratione cur tundatur. 202.4.a
Penthecoſte quomodo Iudæis & Chriſtianis celebretur. 140.1.b
Percuſſus Chr̄s colaphis q̊ties fue. 101.4.a
Percuſſus Chriſtus q̊ties fuerit ad os. eod.
Peregrini conditiones imitabiles quadruplices. 111.1.a.b
Perfecti primū à leuiorib. tentant. 70.3.a
Perfecti quomodo mortem & iudicium timeant. 153.1.a
perfectionem q nequeāt adipiſci. 127.1.b
Perſecutiōes tres inferunt ſanctis. 186.4.a
Perſeuerantium in peccatis cōditio qualis. 138.3.b
Perſonarum in diuinis diſtinctio qualis. 151.2.a.b
Perſonę diuinę qn̄ veniāt ad nos. 141.2.a
Petere in nomine Chriſti quid ſit. 131.4.b
Petenda quæ ſint vt exaudiamur. 132.2.b
Petri humilitas & reueren. quāta. 175.3.a
Petri obedientia quanta. 173.2.b
Petri pœnitentia quæ pro negato Chriſto. 96.1.b
Petrum quantopere Spiritus ſanctus animauerit. 137.3.b
Phariſæi cur in Chriſto ſæpius Scandalizati. 234.4.b
Phariſæi orantis in templo ſuperbia quotuplex & quanta. 200.4.a
Phariſæi quid apud Hebræos. 200.3.b
Phariſæoꝝ iuſtitia in qbus fuerit. 177.1.b
Phariſæorum murmuratio contra Chriſtum

ſtum vnde. 164.2.a
Phariſæorum ſecta qualis. 200.3.b
Phariſæus orans cur reprobatus. 202.4.b
Philippus de panibus emendis cur interrogetur. 83.1.a
Philoſophorum patientia q̃ta fuerit. 89.4.b
Philoſophorum virtutes non fuiſſe meritorias vitæ æternę. ibid.
Pietas Chr̄i patientis quanta. 103.4.a
Pietas Mariæ quanta. 34.3.a
Pietatis affectus p̄latum decet. 84.4.a
Pietatis opera ſtrenue exercenda. 111.2.b
Pilatus ex humano timore damnat Chriſtum. 118.2.b
Piſcantur prælati tripliciter otioſe. 175.4.b
Piſcatores lauantes retia qui. 172.4.b
Piſcatores vł eſſe hoīm vel nūmor. 174.1.a
Piſces duo timor & ſpes. 85.3.a
Piſces eſſe quadruplices. 175.4.b
Placendum potius eſſe deo quàm hominibus. 92.1.b
Plangenda pctā ꝓpria & aliena. 124.3.b
Pœna æterna intolerabilis multifariam. 251.1.a
Pœnę patientis Chriſti quomodo ſint incomparabiles. 103.2.b
Pœnalitatis viam in Chriſto ſequendam eſſe. 128.3.b
Pœnitentes multa ſufferūt moleſta. 82.3.b
Pœnitentia cur in ſeculo difficulter agatur. 236.1.a
Pœnitentia cur mare Galilææ vocetur. 82.3.b
Pœnitentia cur minime differenda ſit. 99.2.a
Pœnitentiæ commoda q̃. 80.2.b
Pœnitentiæ qualem formam oſtenderit Chriſtus. 74.3.a
Pœnitentiæ ſtudium quomodo frequentandum. 14.1.b
Pœnitentiæ viam ingredi non ſufficit. 20.3.b
Pœnitentiam an innocentiæ præferat Deus. 164.4.b
Pœnitentiam non differendam vſque ad mortem. 207.4.b
Pœnitentia qn̄ facienda. 198.3.b
Pœnitentia quare neceſſaria. 43.4.b
Pœnitentia triplex. 166.4.b
Pœnitentibus q̃ deus ſit benignus. 8.2.b
Pœnitenti q̃ prius ſint reſpicienda. 44.1.a
Pœnitentis & orantis deſcriptio. 201.1.b
Portitores ſpiritualiter mortui q. 225.2.b
Potentes difficulter cōuerti. 175.4.b
Poteſtatem oēm à deo ordinatā eſſe. 98.1.b
Præcepta dei quæ. 232.4.b
Præcones conſcientiæ qui. 206.2.a
Prædeſtinata eſſe media cum finibus. 136.1.a
Prædeſtinationis cauſa non eſſe diſputandum. 136.2.b
Pṛdeſtinationis ſigna q̃. 58.4.a
Pṛdicationis officium neminem ſine ſpū ſancto digne exequi. 115.3.b
Prædicationis onus quando inutiliter aſſumatur. 69.3.b
Pṛdicator eſt cophinus ſententiatoris. 62.2.a
Prælati de quibus rōnem reddent. 192.3.a
Pṛlati quantopere obligentur ad correptionem. 130.2.b
Prælati qūo debeāt eſſe docti. 171.2.a
Pṛlati quomodo prudentes eſſe debeant erga ſuos. 175.2.a
Prælati propter quæ nō fructificent apud ſuos. 175.4.a
Pṛlati ruina quantum noceat. 197.4.b
Pṛlatis malis malos eſſe ſubditos. 169.2.b
Pṛlatis malis recta docentibus obſtrependum non eſſe. 139.3.b
Prælati ſolicitudo ſubdito quando non profit. 198.1.a.b
Pṛlatis circa diffamatum ſubditum vigilandum. 193.3.a
Prælatis quàm ardenter lucris animarum ſit inſiſtendum. 174.4.a
Prælatorum negligentia diſperſionis ouium cauſa. 119.2.a
Prælatorum ruina cur maxime deflenda. 197.4.a
Prælatus bonus & zeloſ9 qd faciat. eod.b
Pṛlatus contemptus quid faciat. 198.1.b
Pṛlatus quando ſubditum corrigere debeat. 227.2.a
Pṛlatus qūo debeat eſſe conſolat. 175.3.b
Præmium charitati reſpondebit. 56.3.b
Pṛparant tria locum Chr̄o. 14.2.b
Pṛparatio digna ſpūſancto q̃. 143.1.b
Præſentię ſpūs ſancti ſigna quæ. 142.4.b
Præſumptionis tentatio & remedium cuiuſmodi ſit. 71.3.a
Pṛſumptio vitanda. 203.1.a
Prandium diebus ieiuniorum quantum differendum. 262.3.b
Preces gn̄ales cur inſtituerint pr̄es. 114.2.b
Proceſſionum generalium efficacia quanta. ibidem.
Proles hominis myſtice quæ. 198.2.b
Proles quomodo inſtituendæ. 222.2.b
Prouerbia quid ſignent. 132.4.b

Prouidentiæ Dei omnia committenda eſſe. 136.2.b
Prouidentiæ Dei quomodo ſit innitendum. 182.1.a
Proximi vitia reticenda eſſe. 95.4.a
Proximo placere quõ debeamus. 6.3.a
Proximo quid debeamus. 179.1.b
Proximo tantum in licitis miſereri oportere. 170.1.b
Proximum capi quadrifarie.. 231.1.a
Proximum qui negligant. 81.1.b
Proximus noſter quis ſit. 211.1.a
Proximus qualiter inſtruendus. 11.4.b
Proximus quatenus diligendus. 209.4.a
Prudentia reprehenſibilis q̃. 38.1.a
Publicani quid. 200.3.b
Publicanus orans q̃re iuſtificatus. 202.4.b
Pudor bonæ actionis qd efficiat. 63.2.a.b
Pudor peccati ꝓbatur, non confeſſionis vel pœnitentiæ. 80.2.b
Pudor quomodo confeſſionem ſæpe impediat. ibidem.
Pueri quomodo tractandi. 31.3.4.b
Purgare ſe ab infamia qñ liceat. 88.4.b
Puſillanimitas quõ curanda ſit. 175.3.b
QVadrageſima nos monet operum pœnitentiæ. 88.3.a
Quærere dñm quid. 30.4.a
Quare deus ſit magis diligendus quàm timendus. 230.4.b
Quietem res omnis per finem ſuum aſſequitur. 127.4.b
Quinquaginta annorum cur habitus ſit Chriſtus. 88.2.b
Quinque panes hordeacei quid ſignent. 35.1.a.b
Quinq; panibus millia hoı̃m eſſe ſatiata cur non magnopere mirandum. 84.1.a
Quiſnam Ieſu Chr̃o vere ſeruiat. 187.1.a
Quotidie Chr̃s qualiter offeratur. 107.4.a
RAca quid notet. 178.1.b
Rami Oliuæ cur præferantur Chriſto. 93.1.a
Rami virtutum vñ ſint amputandi. 93.2.b
Ramos Oliuarum quomodo ſpiritualiter portemus. 93.1.b
Ratio diligendi proximum q̃. 231.2.a
Ratio pro quibus reddenda. 190.4.b
Rechabitarum obedientia q̃ accepta deo, & qualis. 203.2.a
Reconciliandos eſſe nobis infenſos. 93.1.b
Reconciliare fratrẽ quõ teneamur. 178.4.a
Reconciliare ſe quàm toties debet peccator deo. 256.2.a
Reconciliari proximo quibus difficile ſit. 178.3.b
Reddere quod debes quid. 179.1.a
Redemptio nr̃a cur ſolius dei fuerit. 4.2.a
Regnum cœloꝝ q̃ ſignificet. 47.1.b
Regnum dei quomodo q̃rendum. 220.4.a
Regulæ monachorum quomodo inuenta ſint hominum. 203.4.a
Regulæ monaſticę cur cõſcriptæ. 179.3.a
Regulus euangelicus quis. 243.2.a
Religioſi cur ſtatuta quædam teneant. 179.2.b
Remedia luxurię q̃. 257.4.b
Remittere peccata proximi quam æquum ſit. 170.4.b
Reprobi prius iudicabuntur. 48.3.b
Reſignatio noſtri quæ adferat commoda. 125.2.a
Reſpectus Chriſti ad Petrum qualis fuerit. 96.1.a
Reſpectus dei peccatoribus quàm neceſſarius. 217.1.a
Reſtitutio quorum bonorum ſit neceſſaria. 157.1.b
Reſurrectionem ſuam Chriſtus multipliciter probauit. 109.4.b
Reſurrectio prima quæ. 8.1.b
Retia diaboli quæ. 176.1.b
Retia myſtice quid. 172.4.b
Retibus cuiuſmodi ſit vtendum prælatis. 175.4.b
Reuerẽtia qualis exhibenda p̃latis. 175.3.a
Reuerentia corporalis & exterior exhibenda Chriſto. 90.2.b
Rixandum propter q̃ non ſit. 171.4.b
Ruina cur Chr̃s nominetur. 26.3.a
SAbbati priuilegia quæ. 229.3.a
Sabbatum multipliciter ſumit. 201.1.a
Sabbatum quare inſtitutũ. 229.2.a
Sabbatum quare ſeruandum. eod.b
Sabbatum veteris teſtamenti quid figurauerit. eod.1.a
Sacerdotibus quatenus deferendũ. 214.3.a
Sacramenta qñ non proſint. 216.3.a.b
Saluari poſſe hoı̃em ſi velit. 145.4.a
Saluatiõis incertitudo q̃ ſit metuẽd. 108.3.a
Samaritanoꝝ origo & cultus q̃lis. 87.2.a
Sancti quur damnatis non compatiantur. 155.4.b
Sanctificare dñm in cordibus qd. 172.2.b
Sancti ꝓpter quæ triſtentur. 124.3.b.4.a
Sanctoꝝ hiſtorię quõ legendę ſint. 93.2.b
Sanguinis iudicium Iudæis ablatum fuiſſe. 96.3.b
Sapientia dñi circa q̃ verſetur. 195.1.a
Sapientia & ſcientia differunt. ibid.

Satisfactio

Satisfactio Chri pro hoie qualis. 102.1.b
Satisfactionis timor impedit confeſſionem. 80.4.a
Satisfactio peccatorum per CHRISTVM qualis. 67.4.b
Scandalum quid. 89.1.b
Scandalum vbicunq; poſſit, amputandum eſſe. 89.2.a
Scire de deo quæ debeamus. 151.3.a
Scientia donum circa quæ verſet. 195.1.a
Scientia donum quid. ibidem.
Scopus perfectionis noſtræ quis. 211.2.a
Sacræ ſcripturæ multiplices virtutes. 70.2.b
Scripturam citare bonis & malis commune. 70.4.a
Scripturam ſacram dici lucem. 147.2.b
Scripturam ſacram quomodo exponant hæretici. 189.2.a
Sciptura nos conſolatur. 6.3.b
Scripturarum auctoritas & dignitas quanta. 156.1.b
Scripturas abſque fructu hodie legi. 131.1.b
Seculi lætitia quid ſit Auguſtino. 124.2.a
Semen cur nominet verbum dei. 61.4.b
Senectus inepta pœnitentiæ. 57.4.b
Senſus exteriores diligenter eſſe continendos. 117.2.b
Senſus noſtros eſſe portas domus. ibidem
Sepire vias ſpinis & maceria qd. 162.1.b
Septem verba in cruce quid nos doceant. 104.3.b
Septuageſima quid figuret. 54.4.a
Sequi Chriſtum quid. 40.4.a
Sequi CHRISTVM quibus vijs oporteat. 128.1.a.b
Sermonem Chri ſeruare qd ſit. 141.3.b
Serui dei tria maxime deſiderant. 142.2.b
Seruiendi deo multi modi. 202.2.b
Serui quibus rationibus dicamur dei. 247.3.a
Seruire carni quàm moleſtum. 222.1.a
Seruire dominis duobus quare non poſſimus. 218.1.b
Seruitium deo quale exhibendũ. 218.4.b
Seruos occultos DEVS habet multos. 202.2.b
Seruum Dei quanta decet humilitas. 221.2.a
Sexus fœmininus maſculino deuotior. 106.1.a.2.b
Sidon ciuitas qualis. 204.3.b
Signa qualia pcedent iudicium. 7.3.a
Signum contradictionis quur dicitur Chriſtus. 25.1.b
Silentium cur obſeruent monachi. 179.3.a
Similitudo aïæ ad deum qualis. 254.4.a
Similitudo Chri nõ oïs imitanda. 165.3.b
Simulatio & inſidiatio quàm deteſtanda res. 253.2.a
Singularia non abſque conſilio attentanda. 73.1.b
Sinus Abrahæ quid. 155.2.b
Sitis Chriſti qualis in cruce. 99.3.a
Sobrietas virtus in qbus conſiſtat. 163.1.a
Solicitari de craſtino quid. 17.4.b
Solicitudo duplex. 11.1.b
Solicitudo laudabilis quæ. 222.2.a
Solicitudo licita quæ. 222.1.b
Solicitudo nimia q̃ nociua. 237.1.b
Solicitudo quid. 222.1.b
Solicitudo ſeculi q̃ abijcienda. 219.3.a
Solicitudo tolerabilis quæ. 222.1.b
Solicitudo vituperabilis quæ. eod.2.a
Solitudo expetenda. 42.4.b
Sol, patiente Chro cur obſcuratus. 7.3.a
Sperare quid debeamus. 68.2.b
Spiritualis dicendus quis. 27.3.a
Spiritum ſanctum habentibus quę ſint curanda. 144.2.b
Spiritum ſanctum in nobis eſſe vel nõ eſſe quæ probent. 128.2.b
Spm̃ ſanctum qui nunq̃ recipiãt. 138.3.b
Spũs ſancti noïa multiplicia q̃. 137.2.b
Spiritus ſanctus, cur in ſignis viſibilibus mittebatur apoſtolis. 140.2.b
Spiritus ſanctus cur non à multis recipiatur. eodem.
Spiritus ſanctus cur non prius apoſtolos repleuit. 126.3.b
Spũs ſanctus cur vocet̃ paracletus. 137.2.b
Spiritus ſanctus nunquam relinquet eccleſiam. 127.3.b
Spiritus ſanctus odit tria. 142.2.b
Spiritus ſanctus quomodo ſit obtinendus. 127.3.a
Spiritus ſanctus quomodo excludatur à nobis. 143.3.b
Spiritus ſanctus quomodo mundum arguat de peccato 130.1.a
Spũs ſanctus q̃s regat & illuminet. 139.1.a
Spiritus ſan. triplici modo pulſat. 143.4.a
Spirituum bonorum & malorum diſcrimen quod. 106.4.b
Spolia diaboli quæ. 79.1.b
Stadium quid. 110.1.b
Status gr̃æ & culpę differentia q̃. 108.1.b
Subditi q̃ta moderatione regendi. 175.4.b
Subditos debere obedientes eſſe. 171.2.b

Succur-

Succurrendum quō ſit pximo. 254.3.b
Sumptuoſa ædificia Chriſtianis indigna eſſe. 128.4.b
Surditas myſtica multiplex. 206.3.a.b
Surdus & mutus dæmoneq́; obſeſſus quē ſignificet. 204.3.b
Surdus myſtice quis. 205.2.a
Superbia bona opera deſtruit. 200.3.b
Superbia carnalis in qbus cōſiſtat. 215.3.b
Superbiæ malum eſt omnibus commune. 7.2.b
Supbiæ tollendę remedia q̄. 76.3.b
Supbia exterminatur humiliatiōe. eod.a
Superbia facit ex conſuetudine neceſſitatem. 160.2.a
Superbia q̄ deteſtabilis 228.1.b
Supbia q̄ grauis lepra animæ. 215.3.a
Superbia quam ſit nociua. 76.3.a
Superbia q̄tum vitanda. 200.2.a.b
Superbia quatenus fugienda. 228.[illegible]
Superbia quō latere velit. 49.2.b
Superbia quotuplex. 215.3.b
Supbia ſpiritualis quid. ibid.
Superbi quàm difficile illuminent. 231.4.b
Superbire quid. 200.2.b
Superboꝝ ſpū quotuplex genus. eodē a
Superbus q̄ odibilis. 201.4.a
Suſtentationi neceſſaria ſolum eſſe quęrenda. 112.2.b
TAcendo qn̄ nō peccetur. 253.4.a
Taciturnitas quænam laudabilis ſit. 97.2.b
Taciturnitas reprehenſibilis q̄. 81.1.b
Talenta qualia à deo accepimus. 247.3.a
Tauri quare dicti patres veteris teſtamenti. 238.4.b
Tędium in diuinis quomodo vincendum ſit. 125.1.a
Temerarium iudicium quale ſit. 168.3.a
Tempora hodie q̄ malicioſa. 236.1.b
Temporalia moderate q̄renda. 222.1.b
Temporalia noſtra non eſſe, nec amanda. 157.4.b
Temporalia quomodo amanda. 232.3.a
Temporalis pax q̄ ſit imperfecta. 115.1.a
Temporaliter lugendum eſſe vel perpetuo triſtandum. 158.2.a
Temporis otioſa conſumptio quàm vitanda ſit. 186.3.a
Tempus quodlibet conuerſioni commodum. 57.4.b
Tenebras eſſe duplices. 240.2.a
Tentare deum quid ſit. 70.4.b
Tentari dn̄s cur voluerit. 70.1.a.b
Tentatio Chriſti cur foris, non intus fuerit. 70.1.b
Tentatio de mutando ſtatu qualis. 73.1.a
Tentationes carnis abſq́; culpa non tranſigi. 128.2.b
Tentationes cui aperiendæ & concredendæ. 45.4.a
Tentationes ex triſtitia prouenientes eſſe periculoſas. 125.1.b
Tentationes libenter ſufferendæ. 45.4.b
Tentationes non obeſſe ſi non conſentias. 128.2.a
Teſtimonium Chr̄o q perhibeant. 139.2.b
Tentationum cauſa & diuerſitas q̄. 45.2.a
Tentationum diabolicarum proceſſus quis. 71.2.b
Tentationum gn̄ale remedium ꝗ. 45.3.a
Tentationum vtilitas quadruplex. 72.2.a
Tentatus fuit Chr̄s tripliciter. 71.2.b
Terræ differentia triplex. 61.2.b
Terra fructificans quid. 63.1.b
Terrenos terrena loqui. 134.3.b
Teſtimonium duplex. 139.1.b
Tepor nr̄i temporis quantus. 4.3.b
Thomas abſens quando ſpiritū ſanctum acceperit. 115.4.b
Thomas incredulus cur non ſpernendus. 116.1.a
Tibicines ad funera qd cecinerint. 256.4.a
Timendum quomodo ſit. 117.4.b
Timor laboris & difficultatis impedit fructificationem verbi dei. 63.3.b
Timor qualis in charitate nō ſit. 153.1.b
Timor recidiuandi confeſſionem impedit. 80.4.a
Tradidit ſeipm Chr̄s multiplicit. 118.2.b
Traditiones hominum quatenus reprehendantur. 179.2.b
Trahēdos eſſe paupes ad menſam. 111.2.b
Transfigurationem ſuam cur dominus occultauerit. 68.2.a
Transfretare mare Galileæ quid myſtice. 82.3.b
Tranſitus triplex. 108.1.b
Tranſitus vitæ huius quàm ſit periculoſus. 108.3.a
Tribuenda quænam ſint deo. 254.2.b
Tribuenda quænam ſint homini. ibidem.
Tribuenda q̄ ſint carni. ibidem.
Tribuenda q̄ ſint ſpiritui. 254.3.a
Tribulationes eſſe ſuſtinendas. 110.4.b & 122.4.b
Tribulationum ſignis electos inſigniri. 122.1.a
Tribulatio quid boni efficiat. 43.1.b

Tribu-

Tribulatus quo confugiet. 43.3.b
Trinitatis venerationem quænam doceant. 152.2.b
Triſtandũ non eſſe in tribulatiõe. 138.2.b
Triſtitia mentis quam fugienda ſit. 45.2.b
Triſtitia noxia q̃uo pellenda. 125.1.a
Triſtitia quę bona, q̃ mala. 124.2.b
Triſtitias quãtas Chriſtus habuerit in paſſione. 102.4.a
Triſtium geſtus qui. 195.3.b
Turbæ cur poſt Chr̃m cucurrerit. 172.3.b
Turbæ deſiderium audiendi Chr̃m quantum fuerit. eodem a
Turba Iudæorum quid de Chriſto ſentiret. 235.2.a
Tyrus ciuitas qualis. 204.2.b
VAna gloria quale vitium. 36.1.b
Vana gloria q̃uo pellatur. 36.2.a
Vana gloria vitanda quantum. 204.4.b
Verba Dei non audientium triplex genus. 87.1.a
Verbi dei non fructificantis impedimenta triplicia. 63.2.a
Verbo dei paſcit nos Chriſtus multipliciter. 121.2.b
Verbum contumelioſum quando non ſit illicitum. 178.2.a
Verbum dei ardenter ſitiendũ eſſe. 172.3.a
Verbum dei cibum animaꝝ eſſe. 121.2.b
Verbum DEI non negligenter audiendum. 62.4.b
Verbũ dei opere implendũ eſſe. 131.1.b
Verbum dei per Iohannem, quid clamauerit. 17.2.a
Verbum dei quid ſit. 185.2.a
Verbum DEI qui libenter non audiant. 61.2.b
Verbum dei quomodo ſeminetur. 61.1.b
Verbum DEI ſine gratia non fructificat. 61.2.a
Verecundandum eſſe de peccato, non de pœnitentia. 80.2.b
Verecundiam nullam ineſſe luxurioſo. 257.4.b
Vermis conſcientiæ inſinuat damna peccati. 206.2.b
Veſte nuptiali indutos ad cœnam intrare quid. 161.2.b
Veſtes exuere & Chriſto ſubſternere quid. 93.1.b
Veſtibꝰ vti p̃cioſis an culpa careat. 154.1.b
Veſtimenta Chr̃o quis ſubſternat. 3.4.b
Veſtimenta ouium quid ſignent. 185.4.b
Veſtimenta ouium rationalium q̃. 188.2.b
Veſtis nuptialis quæ. 240.1.a
Vetus homo nr̃ crucifixus quid ſit. 176.4.a
Vexatio quæuis in bonum nobis verti poteſt. 76.4.b
Viæ anguſtę & ſpacioſę differentia. 112.4.b
Viæ arctæ labores quid temperet. ibidem
Viæ quæ ſint per quas Chriſtum ſequamur. 128.1.a
Viæ viuendi duplices. eodem b
Viam domini dirigere quid. 28.2.b
Victores pugnæ ſpiritualis cur non euadamus. 127.1.a
Viduarum officia quæ. 25.4.a
Vigilandum eſſe in orõnibus. 136.3.b
Vigilandum q̃ ſit neceſſario. 143.3.b
Vigilare q̃ ſit neceſſarium. 176.2.a
Vigilare q̃uo cõueniat. 9.3.b
Villicum iniquitatis quomodo laudauerit dominus. 192.1.b
Villicus Chr̃i quis ſit. 190.3.b
Villicus quiſque de quibus rationem reddet. 192.3.a
Villicus quis ſit. 192.2.b
Vinculum linguę confeſſionem impedie͂s triplex. 207.2.a
Vindictam hic non eſſe q̃rendam. 112.3.a
Virginitas q̃ grata deo. 203.1.b
Virginitatis laus quanta. 25.2.3.34.1.a
Virtus puritatis Chriſti in ſua paſſione quanta. 103.2.b
Virtus paſſionis CHRISTI ab humilitate. 100.4.b
Virtutes Chr̃i quid doceant nos. 4.4.a
Virtutes & virtutum examen quomodo coaceruemus. 93.2.b
Virtutes nr̃æ cui aſcribendæ. 200.1.b
Virtutes omnes in Chr̃i paſſione nobis exhibitas eſſe. 105.1.a
Virtutes ſuas quare ſancti tam ſtudioſe abſconderunt. 254.2.a
Virtutum omnium exemplar Chriſtꝰ nobiliſſimum. 90.1.a
Vita abſtracta quare quęrenda. 183.3.a
Vita Chriſtiana vita crucis. 44.2.b
Vita Chriſti Ieſu domini nr̃i regula viuendi. 27.2.a
Vitæ breuis inſtitutio q̃. 129.1.b
Vitę æternę iucunditas quanta. 159.3.a
Vitę humanę parem introitum & exitum eſſe. 153.3.b
Vitæ noſtrę mediæ quam ſit diſpar conditio. ibidem.
Vitam corporis animę proximi poſtponendam eſſe. 158.4.b
Vitã æternam ex gratia dari non ex iuſtitia. 181.2.b

Vitam pœnitentiæ cur Chriſtus exercuerit priuatim. 69.4.a
Vitam quidque ſuam quantopere tueatur. 7.4.b
Viſus vbinam ſit Chrs in Galilæa. 107.1.b
Vitia noſtra cuius ſint. 200.1.b
Vitia quomodo virtutes mentiant. 49.2.b
Vitium luxuriæ quantus laqueus diaboli ad capiendas animas. 257.4.b
Vitulus ſaginatus & occiſus quomodo Chriſtus vocetur. 159.1.b
Vituperatores quare amandi. 254.2.a
Viuendi genus triplex, eſſe à Chriſto obſeruatum. 69.2.b
Vltionem malorum Deo relinquendam eſſe. 172.1.b
Vnitatem eccleſiæ per hæreticos impugnari. 173.1.a
Vocati & venientes ad cœnam quadruplices. 161.1.b
Vocatio dei multiplex. 57.2.a
Vocatio dei multiplex ad cœnam. 159.3.a
Vocationem dei erga hominem fieri multifariam. 191.1.a
Vocationem hominis à Deo fieri dupliciter. 240.3.b
Vocatorum hominũ ad cœnam genus triplex. 160.1.b
Vocem dei qui celerius audiant. 160.3.b
Vocem eſſe duplicem. 159.3.b
Voluntas bona pro amore obtinendo neceſſaria. 113.2.a
Voluntas noſtra quando relinquenda. 21.4.b
Voluntas noſtra quantum ad ſalutem valeat. 148.2.a
Voluntas noſtra quomodo iudicetur bona. 184.1.b
Voluptas carnis quo præcipitet hominem. 160.3.a
Vorago luxuriæ quanta. 257.4.b
Vtilitates infirmitatis corporalis q. 245.2.b
Vulnera CHRISTI quomodo meditanda. 85.2.a.b
Vulnera Chriſti quot fuerint. 102.2.b
Vulnera interna & ſpiritualia eſſe periculoſa. 166.3.b
ZElo charitatis quanto nos redemerit Chriſtus. 104.1.b
Zelotypia Dei quæ. 218.4.b
Zelus phariſæorum qualis. 164.1.b
Zelus quomodo diſcrete obſeruetur. 87.2.b
Zelus rectus & falſus quid operentur. 164.1.a
Zizania quænam eradicanda. 49.2.b
Zoroaſtes qui, & Aſſur qualis fuerit. 150.1.a

FINIS.

DOMI-

DOMINICA PRIMA ADVENTVS, EPISTOLA Beati Pauli Apoſtoli, ad Romanos XIII.

SCIENTES QVIA HORA EST iam nos de ſomno ſurgere. Nunc enim propior eſt noſtra ſalus quam cum credidimus. Nox enim præceſſit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, ſic ut in die honeſte ambulemus. Non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione, ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum.

PARAPHRASIS IN EANdem epiſtolam.

QVanquã nulli non tempori hæc Pauli congruat exhortatio, qua (quãdoquidẽ vitæ noſtræ tempus vt hora tã breue eſt) nos excitat vt à ſomno peccati à ſomno ignorantiæ, à ſomno deniq; euigilemus incuriæ & negligentiæ: tamen huic maxime conuenit tẽpori hæc lectio, quando domini celebramus aduentum. Aduentus Chriſti triplex. Siue enim domini meditemur aduentum in carnem, ſiue in mentem, ſiue ad iudiciũ adhuc futurum, (triplex enim huius eſt hic aduentus) ſumma nobis cura agendũ eſt, vt à ſomno euigilemus peccandi. Nam quomodo celebrare poſſumus domini aduentum in carnem, niſi gratias eidem pro tanta charitate qua ad nos venit acturi? Quomodo autẽ gratias agemus, Rom.6 non intellecto beneficio? Eſt igitur aduertenda dominici aduẽtus ratio, vt ſciamus eum propterea veniſſe, qui liberos nos faciat ab omni peccato. Sed quomodo ob dominicum hunc gaudebimus aduentum, quomodo exultabimus ob eius aduentum qui à peccatis nos redemit, nihil- Roma.13 ominus in peccatis perſeuerantes? Hora igitur eſt, quandoquidem qui ad redimendos nos venit prope eſt, à ſomno & obdormitione nos ſurgere, ne eius charitati videamur velle illudere, qui ad liberandos a peccato nos venit. Quod ſi aduentum domini in mentem ſuſpiramus, quomodo hora non eſt nos à peccatis ceſſare? Fruſtra enim in peccatis perſeuerantes hunc expectamus aduentum, ſiquidem in maliuolam animam non introibit ſapien- Sapien.1 tia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Poſtremo, ſi vltimum recolimus aduentum quo iam à domino iudicandi, & iuxta operum noſtrorum cõditionem ſumus accepturi, haudquaquam nos oportet moras agere, quin à peccatis ante euigilemus. Hora igitur nunc eſt nos à ſomno ſurgere, morari diutius dedecet. Propior enim nũc ex aduentu ſaluatoris noſtri eſt nobis noſtra ſalus, (quare incumbit quoq; nobis minime in torpore vetuſtatis obdormire) quàm eo fuit tempore cum legis vmbra relicta, credere cœpim9. Nox & vmbra veteris legis trãſijt, in qua 1.Cor.10 omnia in obſcuro & in figura agebantur dies aũt & tempus euãgelicæ legis appropinquauit, in quo ad ſalutem noſtram diligentius nos vigilare & opari decet. Abijcienda igitur nobis ſunt opera tenebrarum. Opera tenebrarum peccata ſunt & actus vitioſi, quia turpitudinem, verecundiam & ignominiam hæc habent, & ad principem pertinent tenebrarum. Abijciamus igitur opera tenebrarum, dãnemus plangamusq; peccata præterita, futura autem caueamus, iuxta conſilium ſapientis, qui dicit: Fili peccaſti, ne adijcias iterũ, ſed Ecci 21

de præteritis deprecare vt tibi dimittan-
tur. Induamur quoq; arma lucis, quę ſunt
dona ſpiritus ſancti, quibus contra mun-
dum, contra carnē, contraq; hoſtis nequi
tias munimur, & ad vincēdas iniquas ini
mici ſuggeſtiones cōfortamur. Sunt quo-
que virtutes arma lucis, ſeu mūimina gra
tiarum, quibus à dño veſtimur & exorna-
mur. Indui aūt iubemur, non quod in fa-
cultate ſit noſtra ornari munirīq; donis
Iſaiæ 61 & virtutibus diuinis. Siquidem vt quidā
dicit: Induit me dñs veſtimento ſalutis, &
indumento iuſtitiæ (ſeu vt alia habet le-
ctio) lætitiæ circundedit me, & quaſi ſpon
ſam decorauit me corona: ſed q̄d ad hæc
indumenta debeamus ſuſpirare, anniti, ea
dem optare, pro his dñm orare, & nullum
obicem impedimentumve diuinæ opera-
tioni obijcere. Induamur itaq; arma lucis
ſic vt in die gratiæ, qui per Chriſti nobis
illuxit aduentum, honeſte ambulemus.
Honeſte ambulamus cum innocenter vi-
uimus, dumq; diuinæ legi ſubiecti, virtuo
ſe ac reuerenter coram Deo ambulantes,
proximos noſtros bono ædificamus ex-
emplo. Ad quod Chriſtus nos hortatur,
Lucæ 5 dicens: Sic luceat lux veſtra (vides quia in-
quit lux veſtra luceat, non tenebræ obſcu
rent) coram hominibus, vt videant bona
facta veſtra, & glorificēt patrem veſtrum
qui in cœlis eſt. Ambulemus, inquit, ſicut
in die, ne in tenebris offendentes quempi
am ſcandalizemus. Non aūt ambulemus
in comeſſationibus vitioſis, gulæ & luxui
deditis, aut ad inanem gloriam, aut ad ſu-
perfluitatem paratis. Quia tametſi hone-
ſta conuiuia decenter & religioſe obſerua
ta non reprehendantur, & hoſpitalitas v-
bique in ſacra ſcriptura laudata ſit, illa ta-
men ſunt euangelica conuiuia de quibus
Lucæ 14 Chriſtus loquitur, docens nos cum pran
dium facimus non inuitare diuites, aut a-
micos & vicinos, qui habent vnde nobis
retribuant, aut qui iterum nos inuitent,
ſeu nobis beneficium refundant aut ho-
norem. Hæc enim quærere non eſt Chri-
ſtum quærere, ſed eſurientes & inopes vo
ca ad prandium, nā & illos multo minori
bus īpenſis reficies, q̄ optimates & diuites
In illis etiam Chriſto places, Chriſtum re
cipis, Chriſtum paſcis, qui pro illis tibi re
tribuet in retributione iuſtorum: quando
quidem illi non habent vnde tibi retribu
ant. Propter Chriſtum igitur ſolum, & ex
commiſeratiōe illis ſolatium beneficiūq;
impēdas. Cæterum alijs comeſſationibus
epulationibuſq; abſtinendum eſt. Admo
net enim nos ſaluator noſter dicens: Vide Lucæ 21
te ne grauentur corda veſtra crapula aut
ebrietate. Ambulemus itaq; nō in comeſ-
ſationibus, non in cubilibus & impudici-
tijs. Laſciuiam carnis & luxuriam, libidi-
nemq; vetat impudicam, quæ in matrimo
nio quoq; haud raro excedit, in oſculis,
tactibus, & huiuſcemodi alijs prouocati-
uis, quæ luxuriam in coniugio conſtitu-
tis nullo licet reſpectu coniugij commo-
uent. Sunt enim hæc beſtialia vitia gula,
ebrietas & impudicitia, efficiunturq; vt be
ſtiæ, ac bruta animalia, hi, qui vitijs huiuſ
cemodi ſeruiunt. Propterea dicit Spiritus Oſee 4
ſanctus: Fornicatio & ebrietas auferunt
cor. Nec ſolum carnalibus eſt vitijs abſti-
nendum, ſed ambulandum quoq; nobis
eſt non cōtentione & emulatione, hoc eſt
in ira & liuore. Vbi enim (ſicut Iacobus in Iacobi 3
epiſtola dicit) zelus & contentio, ibi in-
conſtantia & omne opus prauum. Opti-
mum igitur viro eſt conſilium ꝙ Thimo 2. Thim. 2
thæo Paulus ſcribit: Noli verbis conten-
dere, ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuer-
ſionem credentium. Poſtremo vbi mo-
nuit nos quid nobis ſit vitandum Paulus,
non tacet quid ſit etiam amplectendum,
dicens: Sed induimini Ieſum Chriſtum.
Suauiſſimum hoc eſt verbum. Non dicit,
tegite aut operite vos Chriſto, ſed indui-
mini Ieſum Chriſtum. Qui veſtem induit
omnem nuditatem ſuam celat atq; inuo-
luit: Ideo qui Chriſtū iubetur indui, ple-
na perfectaq; iuſtitia & ex omni parte ab-
ſoluta iubetur operiri, vt nulla pars actio
nis maneat à ſynceritate aut à iuſtitia nu-
da. Qui enim in quibuſdam actiōibus eſt
iuſtus, in alijs item iniuſtus, quaſi hoc la-
tus cooperuit, illud nudauit. Indui igitur
iubemur dominum Ieſum Chriſtum, hoc
eſt, figuram totius vitę ipſius in nos tranſ
formare, imitari, atq; in nobis exprime-
re. Sic enim à Paulo monemur, vt quomo 1. Cor. 15
do portauimus imaginē terreſtris Adæ,
ita portemus & cœleſtis figuram, eius vir-
tutes & opera in nos transformando. Ad
hæc autem hodiernum nos quoq; inuitat
Euangelium, quod hodie vt ſequitur, le-
gitur.

EXEGESIS EVANGElij eiuſdem dominicæ I. Aduentus, Matthæi XXI.

Aduen-

ADVENTVM domini celebrãtes, hoc tempus ſignificamus q̃ patres noſtri deſiderijs feruẽtiſſimis, clamoribuſque importunis dei filij incarnationem ſuiq́;, hoc eſt, humani generis redemptionem poſtularunt. Nos aũt de domini aduentu aliqd dicturi, primum de quo (cum multiplex poſſit intelligi aduẽtus dñi) dicere ſtatuamus, vobis ſignificari neceſſe eſt. Eſt em̃ aduentus domini in carnem.

Aduentus in carnem

Hic iam aduentus præterijt, Deus enim homo factus eſt, non iterum hoc modo in mundum venturus. Eſt aduentus alius domini ad iudicium, quem expectamus quidem omnes, licet non pari fiducia & conditione. Veniet enim in fine mundi dominus Ieſus iudex ad gñalem mortalium cunctorum reſuſcitationem, diſcuſſionem, & retributionem, daturus omnibus vt ſcriptura habet, mercedẽ iuxta eorum opera. Quibuſdam em̃ daturus eſt vitam felicitatemq́; æternã, glorificaturusq́; corpora eorum, quæ pro ſuo hic honore eſurierunt, alſerunt, ſudauerunt, perſecutiones, itemq́; odia ſuſtinuerunt mundi, quãobrem eadem coronabit tunc inenarrabili felicitate, & gloria multiplici. Porro alijs ediuerſo eorum ſuperbiam, laſciuiam, voluptatem, aliaq́; ipſorum peccata reddet, vt meruerunt. Huius aduentus hodie iuxta euangelium præſens, quod multis in eccleſijs legitur, nulla fit memoria, quæ ex litera colligi poſſit. Eſt tertius aduẽtus ſpũalis, inuiſibilis ſecretusq́; dei in mentem hominis, qui nullo non tempore fit, imo quotidie omniq́; momento. Hic tametſi omni tempore cogitari, optari, expectarique debeat, tamen in hoc Euangelio non præcipua illius ſeruatur memoria. Cuius igitur inquis ſeruatur memoria? Primi aduentus in carnẽ. Cuius ideo nũc recolimus, q̈ infinitam ſuam miſericordiam ſuper nos magnificarit Deus, eruẽs nos ab omnibus malis, & implens omnibus bonis. Euangelium itaq́; quod hodie legitur, dominicæ quæ palmarum vocatur conformis eſt, hodie tamen nihilominus legitur, propter prophetiam Zachariæ de venturo Meſſia loquentis, quæ hoc in Euangelio enarratur. Cuius certe aduentus ſignum ſeu indicium certum poſuit ipſe Propheta, quo Chriſtus & Meſſias venturus agnoſceretur. Quod indiciũ cum illa dei quam nos Palmarum dominicam vocamus dñs exhiberet, factum eſt vt propterea illa quoq́; dominica idem legatur Euangelium, hic quidem propter prophetiam & ſignum Zachariæ, dicẽtis: Dicite filiæ Sion, quia rex tuus venit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam. Quaſi diceret: In hoc ſigno cognoſces Chriſtum Meſſiamq́; tuum veniſſe, cũ videris illum ſedentem ſuper aſinam pauperem & manſuetum aduenire. Quod cũ in vltima dominica antequam moreretur impleretur, ſtatutum eſt ab eccleſia vt tunc quoq́; idẽ Euangelium legeretur. Huius Euangelij expoſitionem pro illo tempore congruã inuenies infra in eadem dominica. Quod vero hodie legitur non fit propter hyſtoriam, ſed propter prophetiam, qua nobis ſignum datur manifeſtum quo verum agnoſcere debeamus Meſſiam. Itaq́; nunc quidem pro aduentu domini pro ſigno indiciove quo Chriſtus agnoſcatur legitur, vt dixi. Circa domini vero paſſionem die qua geſtum eſt iteratur, quia rei tunc geſtæ hiſtoria deſcribitur. Audiamus igitur Euangelium.

Iohan. 1 — Aduentus iudicij. — Apoca. 22 — Aduentus myſticus. — Zach. 9 — Ibidem.

Cum appropinquaſſet Ieſus Ieroſolymis, & ueniſſet Bethphage ad montem Oliueti, tunc miſit duos diſcipulos, dicens eis.

Ex monte nobis dñs propinquat Oliueti (Ieroſolomitę em̃ iuxta myſticum ſenſum ſumus omnes) quia de magna eius miſericordia venit, vt noſtram ſuſciperet naturam, noſtram infirmitatem & miſeriam. Ipſe enim tũc nobis appropinquabat qñ noſtra ſuſcepit, & ſua nobis tribuit. Nam incarnatus diuinorũ nos munerum ſuorum fecit participes, noſtræ infirmitatis ediuerſo ipſe particeps factus. Itaq́; cũ prope eſſet vt veniret dominus, mundũ ſuum aduentum non omnino latere voluit, ſed vt in ſe crederet mundus venturum, quaſi duos diſcipulos præmittens, mundum id docere voluit, vt in ſe credentes venturum per fidem ſalui efficerentur, quemadmodum & nos qui modo illũ credimus veniſſe. Qui, inquis autem duo hi fuere diſcipuli? Si iuxta literam & hiſtoriam fuerit reſpondendum, vt aliqui putant, Petrus fuit & Philippus (quãuis alijs aliud

videatur) qui domino aſinã & pullum adduxerunt. Porro ſi de aduẽtu dñi Euangelium hoc intelligamus, nõ incongrue dici poteſt hos duos fuiſſe ſtatꝰ ante Chriſti aduentum celebres, patriarcharum ſcilicet & prophetarum. Hi enim ab initio aut verbis, aut rebus & prodigijs venturum Meſſiam qui mundum liberaret prænunciauerunt. Nunq̃ eñ ætas aliqua fuit mundi, cui defuerunt viri iuſti, vel ex patribus, vel ex prophetis, qui clarius & ſupra alios tam diuina reuelatione, quàm rerum figurarumq́ꝫ ſignificatione illuminati, plebem de ventura ſibi redemptiõe vel in obſcuro docuerunt, eãdemq́ꝫ in fide cõtinuerunt redemptionis futuræ. Nihil enim faciet dominus, vt Propheta habet, ſuper terram quod non prius reuelet ſeruis ſuis prophetis. Quomodo ergo illos hoc ſaluti noſtræ tam neceſſariũ celaret? Quis enim dubitet Abraham in hac promiſſione intellexiſſe Meſſiam Chriſtum, quia audientem in ſemine ſuo benedicentur omnes gentes? Aut quis eum in filio ſuo, quem duxit iuſſus ad immolandũ domino, portante ſupplicium ſuum quo erat offerendus neget intellexiſſe figurari venturum Meſſiam? Deinde Melchiſedec nonne Chriſtum Chriſtiq́ꝫ ſacerdotium & ſacrificium palam omnibus ſignauit? Iacob quoqꝫ in benedictione filiorum ſuorum duodecim patriarcharum q̃ non raro ſub velamine verborum Chriſti meminit? Manifeſtius aũt vbi Iudæ dicit: Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus eſt (pro quibus Chaldaicam aiunt tranſlationem habere, donec veniat Meſſias) & ipſe erit expectatio Gentium. Moſes quoque non ignorauit de quo loqueretur cũ diceret: Mitte domine quem miſſurus es. Nec dominum non intellexit cum audiret: Prophetã ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum, ſimilem tui. Aut cum illud ad populum referret, dicens: Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi dominus deus tuus, ipſum audies. Deinde vix pſalmus occurrit quo Dauid de Chriſto non cantet futuro, redemptionis noſtræ modum, hoc eſt Chriſti paſſionem, non aliter quàm hiſtoriam recenſens. Prophetæ deniqꝫ omnes, & inter hos præcipue Iſaias, de aduentu domini prophetant. Iſaias nanque de Chriſto tam lucide ſuam prophetiam, perinde ac ſi euangelicã ſcriberet narrationem, profert. Quàm perſpicue enim de Chriſti loquitur aduentu, vbi dicit: Ecce dies veniunt dicit dñs, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex & ſapiẽs erit, &c. Item: Ecce virgo concipiet, & pariet filiũ, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Poſtremo, cum omnes enumerare prophetias nimis foret longum, Iohannes quoqꝫ propheta & plus quàm propheta non ſolum prædicit, ſed digito etiam ſuo nobis Chriſtum mõſtrat, & cauſam ſimul illius aduentus indicat dicens: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. Venit enim dominus Ieſus quærere & ſaluum facere q̃d perierat. Duos itaqꝫ dominus diſcipulos præmiſit, quia duo ſunt (vt dixi) ordines patriarcharum & prophetarum, qui Chriſtum mundo venturum prænunciauerũt aut lex & prophetæ: lex enim in Moſe ſignificatur, qui circũciſionem præmonuit de Chriſto futuro. Iſaias vero præcipue inter prophetas Chriſtũ eiuſdemq́ꝫ ortum, prædicationem, paſſionem, gloriã, & gentium vocationem narrat.

[Margin notes: Auguſtin. — Amos 3 — Gene. 22 — Gene. 14 — Gene. 49 — Ibidem. — Exodi 4 — Deut. 18 — Hierony. — Ierem. 23 — Iſaiæ 7 — Iohan. 1 — Lucæ 19]

Ite in caſtellum quod contra uos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea: Soluite & adducite mihi.

Vt paulo ante dixi, per diſcipulos duos à domino miſſos ſignificari legem & prophetas, ita per aſinã & pullum nemo non intelligit circunciſionem & præputium, hoc eſt, Iudæam ſeu populum Iudæorũ, & gentium. Quem vtrumqꝫ populum dominus Ieſus ſibi voluit adduci, quia vtriuſqꝫ voluit populi mentibus inſidere, vtrunqꝫ à peccatis liberare. Adducitur aũt aſina & pullus dum Iudæa primum, deinde Gentium quoqꝫ natio Chriſto docenda, frenanda, gubernanda, ac poſſidenda præparatur. Quod per legis & prophetarum eruditionem factum non dubitatur, quibus mundus ad Chriſti ſuſceptionem ad Chriſtiq́ꝫ fidem, & ad eius euangelicã prædicationem ſuſcipiendam eſt præparatus. Itaque mittens illos dicit: Ite in caſtellum quod contra vos eſt. Non iniuria mundum caſtellum vocat, quomodo alio quoqꝫ loco ſcriptum eſt: Ingreſſus eſt Ieſus in quoddam caſtellum, &c. Mundus eñ caſtellum eſt, quo fortis armatus multo tempore poſuit atrium ſuum, euange-

[Margin note: Lucæ 10]

lica

lica expugnatione nūc Chriſti expugnandum. Hoc erat caſtellum contra apoſtolos,quandoquidem & contra magiſtrum id eſt,contra dominum Ieſum erat, cuius iugum euangelicæ ſcilicet legis quamuis ſuaue,recipe ac ferre recuſabat.Erat quoque contra quoſcunq; dei ſeruos, amicos & prophetas, quos pariter omnes perſecutus eſt & oppreſſit.Quis enim fuit prophetarum quem mundus non eſt perſecutus? Alium lapidauit, alium interemit, alium ſerra lignea diuiſit,aliū capite truncauit.Propterea enim quod dominico voluerunt parere mandato, & adducere aſinam ad Chriſtū,à mundo & mundi principe,perſecutionem paſſi ſunt, licet mundus impedire non potuerit quin adduceretur. Lucæ 2

Et ſi quis aliquid dixerit uobis,dicite:Quia dominus his opus habet, & confeſtim dimittet eos.

Quantas paſſi ſunt contradictiones prophetæ & prædicatores ſancti qui aſinam adducere curarunt ad Chriſtum? Nemo tamen pſequentium prouidentiā & conſilium impedire valuit Chriſti.Nam &cū Iudæi nollent apoſtolorum prædicationem ſuſcipere, nec ſuper ſe mortem ſinerent Chriſti induci, vt videlicet illis imputaretur Chriſti crucifixio,ceu his q Chriſti mortem fuiſſent iniuſte machinati, & iccirco perſequerentur apoſtolos,monuit eos Gamaliel legis doctor, vt perſequi deſinerent apoſtolos docentes,nec eorundē prædicationi obſiſterent, ne dum ſe illis opponerent,omnipotenti Deo repugnaſſe inueniretur. Hoc modo Chriſtus dicit: Confeſtim dimittet eos. Quantum enim ad ſenſum hunc allegoricum pertinet,nemo principum huius ſeculi quantiſlibet etiam machinationibus ſe opponeret, apoſtolorum impedire valuit prædicationem.Eorum autem cōtradictio innuitur ex altero euangeliſtarum,qui ſcribit apoſtolis obiectum ac dictum. Vt quid ſoluitis pullum? Verum vbi his reſponſum eſt dominum hoc opus habere, & vbi ſignis & virtutibus atq; prodigijs oſtenderunt apoſtoli domini voluntatem eſſe, videntes tyranni quia impedire non poterant, dimiſerunt eos. Acto. 5

Zach. 9 Hoc autem totum factum eſt, ut adimpleretur quod dictum eſt per prophetam, dicentem: Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus uenit tibi manſuetus,ſedens ſuper aſinam,& ſuper pullum filium ſubiugalis.

Non leuis nec vulgaris opinio apud Iudęos de Meſſia venturo fuit credētes illum venturum,& ſuo aduētu & temporali poteſtate Iudæis regnum reſtituturum,&omnia illius ditioni temporali eſſe ſubijcienda.Inoleuerat aūt hic error multo iam tempore, vt aliud neſcirent Iudæi de Meſſia, nec qui hodie diſperſi ſunt aliud credūnt, q̄ vt Meſſias temporalis ſit rex futurus, potens & glorioſus, cui ſubijciantur omnia.Hæc autem opinio adeo manſit in cordibus Iudæorū fixa ac vulgata, vt mater quoq; filiorum Zebedæi dominum Ieſum verum credens regem ſeu Chriſtum & Meſſiam,pro filijs ſuis eundem rogauerit,dicens: Da mihi vt ſedeant hi duo filij mei tecum in regno tuo,vnus ad dexterā, & alius ad ſiniſtram. Putabat enim ilico eum poſt reſurrectionem regnaturum,& quod in ſecundo promiſſum eſt aduentu, in primo eſſe complendum.Nec apoſtoli etiam poſt reſurrectionem aliud ſuſpicati videntur, dum Chriſtum paulopoſt ad cœlos aſcenſurum interrogarunt:Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? Cauſam erroris non minimam præbuit ſcriptura perperam ab illis intellecta quomodo & cunctis hæreſibus præbuit, & præbebit cauſam à veritate hallucinandi.Legerant enim: Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium,& eleuabitur ſuper colles,& fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi,& dicent:Venite aſcendamus ad montem domini,& domū dei Iacob,& docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius. Et in Ieremia: In tempore illo vocabunt Ieruſalem ſolium domini, & congregabuntur ad eum oēs gentes in nomine dn̄i in Ieruſalem. Legerant etiam in pſalmis de Chriſto: Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes ſeruient ei:Quia liberabit pauperem à potente. Coram illo pcident Aethiopes, & inimici eius terram lingent.Et dominabitur à mari vſq; ad mare,& à flumine vſque ad terminos orbis terrarum. Hæc aliaque id genus multa legerant audierantve Iudæi de Meſſia Chriſto ſcripta,quæ non intelligentes ſpiritualiter implenda, crede-

Matth. 20 Acto. 1 Iſaiæ 2 Ierem. 3 Pſalm. 71

bantq; temporali maieſtate Meſſiam omni
bus imperaturum. Hinc illorum errorem
Zach. 9 Zacharias elidere volens propheta: Dici-
te, inquit, filiæ Sion, hoc eſt, genti Iudæo-
rum, dicite ſynagogæ Iudæorũ: Ecce rex
tuus Chriſtus, ſeu Meſſias veniet tibi, nõ
vt tu putas glorioſus ac imperioſus vt do
minator terrenus, ſed manſuetus & paup
puta ſedens ſup aſinam, pacis amicam, la-
Iob 39 boris patientem, & ſimplicem, non ſuper
bo vectus equo, qui procul oderetur bel-
lum. Quaſi diceret: Hoc habebis ſignum
filia Sion aduẽtus tui Meſſiæ, vt dum illũ
videris pauperem, manſuetum & ſuper a-
ſinam ſedentẽ ad te venire, ipm agnoſcens
Pſalm. 117 & benedicens, dicas: Benedictus qui ve-
nit in nomine domini. Chriſtus igitur vt
ſe probaret eſſe Chriſtum, ſe quoq; illum
teſtaretur eſſe de quo Zacharias prophe-
tarat, fecit ſibi adduci aſinam & eius pul-
lum, cui inſideret introiturus Ieruſalem
ad patiendum. Ideo hic dicitur: Vt imple
retur quod dictum erat per prophetam.
Non ſolum tamen ppterea tantum Chri-
ſtus hoc feciſſe credendus eſt vt prophe-
tia impleretur, ſed potius quia futurum
erat, à propheta prædicabatur.

Euntes autem diſcipuli fecerunt
ſicut præcepit illis Ieſus, & adduxe-
runt aſinam & pullum, & impoſue
runt ſuper eos ueſtimenta ſua, & eũ
deſuper ſedere fecerunt.

Ante iam dixi per aſinam & pullum ſigni
ficari gentes duas, Iudæorũ ſcilicet & Gen
tium. Per aſinam nanque non obſcure ſi-
gnificatur ſynagoga, quę oneribus aſſueta
legis domita fuit. Porro pullus quia laſci-
uus erat & effrenis, Gentes ſignificat, nul
lo iugo, nullis adhuc legibus ſubiectas.
Apoſtoli itaq; vtrunq; ad Chriſtum ad-
duxerunt. Quod ſi de tempore qđ Chri-
ſti præceſſit aduentum intelligatur, lex &
prophetæ de vtroq; populo multos præ-
parauit Chriſto adducendos. Nam circa
Chriſti natiuitatem & prædicationẽ mul
ti reperiuntur ex Gentibus conuerſi ad Iu
daiſmum, indeq; ad Chriſtum. Quoniam
Ieroſolymis ad diem feſtum paſchę multi
ſociabantur ex Gentibus, qui gratularen
tur Iudæis, & eorum communicarent fe-
Iohan. 12 ſtiuitati. Horum Iohannes Euangeliſta
quoq; meminit dicens, quod Gentiles ali-
quot erant ex his qui aſcenderant Ieroſo-
lymam, vt adorarent in die feſto. Hi ergo
acceſſerunt ad Philippum, qui erat à Beth
ſaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes:
Dñe, volumus Ieſum videre. Venit Philip
pus, inquit, & dicit Andrææ. Andræas rur
ſum & Philippus dixerunt Ieſu. Quo li-
quet non tantum in Iudæa notum cœpiſ-
ſe fieri Deum ſiue Chriſtum, ſed etiam ad
Gentes & Samaritanos nomen eius diffu-
ſum. Quod autem aſinę ſiue pullo apoſto
li impoſuerunt quo mollius ſederet Ieſus
ſua veſtimenta, eſt intelligendum ꝙ p̃di-
catores atq; nuncij Chriſti, tam hi qui an
te, q̃ qui poſt eius aduentum adducere cu
rarunt animas ad Chriſtum, non ſolum
Chriſti aut legis præcepta docuerunt, ſed
etiã humanis vſi ſunt perſuaſionibus eru
ditionibuſq;, de ſuo ingenio aut induſtria
nonnihil adijcientes, quicquid huic ſubie
ctioni & obedientiæ fidei noſſent accom-
modum aut vtile. Quod ſcite ſapientiſſi-
meq; nouit Paulus, vt illius epiſtolæ & a-
poſtolorum actus teſtantur. Hæc erant ve
ſtimẽta hominum quæ Chriſto quo mol-
lius ſederet, hoc eſt, quo ſuauius animabꝰ
illaberetur, reciperetur, & feruentius quie
tiuſq; inſideret, ſuppoſuerunt.

Plurima autem turba ſtrauerunt
ueſtimenta ſua in uia. Alij autem cæ
debant ramos de arboribus, & ſter-
nebant in uia.

Ad literam hoc quando dominus ſedens
ſuper aſinam Ieroſolymam pauloante paſ
ſionem ſuã intrauit, impletum eſt, vt hic
ſcribitur. Significatur aũt eorum deuotio
qui Chriſti receperunt aut recipere volũt
aduentũ, quo debeant deſiderio, quo gau
dio, quo deniq; honore occurrere ſaluato
ri. Portent ramos arborum ſiue palmarũ,
hoc eſt, celebrent victorias de hoſtibus ſu
is, id eſt, de peccatis ac vitijs ſuis, eoſq; do-
mino offerant atq; ſubſternant, nihil ſibi,
ſed grãæ & mirificentiæ illius victoriã ſeu
profectum ſuũ aſcribentes, & eũ propter-
ea honoribus & laudibus afficientes. Ex-
uant præterea veſtimenta ſua quæ veteris
ſunt hominis oportet, & quando iam
non in veteri vita, ſed in nouitate eſt am-
bulandum Chriſto eadem ſubſternant,
cõtemnendo prioris vitæ opera, & in an-
teriora ſe extendendo. Qui enim priorem
vitam ſuã dãnans atque deſpiciens, Chri
ſto eandem ad meliora reformandã ſub-
ijcit, hic veſtimẽta ſua Chriſto ſubſternit.

Ramos de arboribus cæſos Chriſto ſubiÿ cit, quiſquis virtutes & exempla perfectorum virorum, qui vt arbores florent in eccleſia, tanquam frondes inde cæſos, imitatur & exercet, vt in his nõ ſuam, ſed Chriſti gloriam quærat.

Turbæ autem quæ præcedebant, & qui ſequebantur clamabant, dicentes: Hoſihahna filio Dauid. Benedictus qui uenit in nomine domini.

Totum hoc quod factum eſt nihil aliud ſignificat quàm quod tam iuſte, quàm digne laudem regi vero, Chriſto vero, Meſſiæ vero, tribuerunt omnes pij quotquot Chriſtum confeſſi ſunt, à nobiſq; laudes tribuendę ſunt, quoniam fecit nobiſcum ſecundum miſericordiam ſuam. (Thobię 3) Venit enim omnipotens ad imbecilles, medicus ad infirmos, liberator ad captiuos, ad ignaros doctor, ad eos q in tenebris ſunt lux: & vt tandẽ ſimul dicã omnia, ad eos qui ad mortem erant ſempiternam cõdemnati, qui excluſi erant à regno Dei, redemptor & ſaluator aduenit. Iuſtiſſime igitur clamauerunt filio Dauid hoſyhahna, hoc eſt, recte & digne Chriſto domino, & Meſſię vero, quem nouerant filium deſcẽdere ex propagine Dauid, acclamauerũt hoſyhahna, id eſt, ſaluum me fac obſecro. Eſt enim ſenſus, ac ſi dicatur: Iuſte dicitur Deo, aut clamatur illi: Miſerere mei, quia illi competit miſereri, & non ab alio quàm ab eo maxime nobis neceſſaria eſt petenda miſericordia. (Pſalmo 50) Hoc modo ab Euangeliſta quoque dicitur, quod Chriſto clamauerũt turbæ, hoſyhahna, id eſt, ſaluum me fac obſecro, aſſerere volens quod turba illum habuerit vt ſaluatorem. Nos autem filij, qui non minorem quàm vulgus hoc vndecũque collectum fidem ad Chriſtum habemus, vtpote qui vere & indubitato Chriſtum Meſſiam, ſaluatoremque noſtrum, & Dei filium credimus dominum Ieſum, intelligamus quoq; neceſſe eſt, quis venerit ad nos, aut (ſi de adhuc venturo aduentu aliquo loqui volumus) quis ſit ille, qui venturus ad nos ſiue iudex ſiue inhabitator eſt, cuiuſque aduentus ſit celebrãdus. Certe Deus deorum. Certe ipſe eſt qui ſolus eſt Deus. Hic (quum propter inobedientiam noſtram præuaricatores eſſemus, (Ephe. 2) & ęternæ damnationis rei) propter nimiã charitatem ſuam qua dilexit nos, venit ad liberandos nos. Nemo enim nos alius ab æternę mortis potuiſſet cruciatu liberare niſi ipſe ſolus. Debuit enim eſſe homo qui pro nobis ſatisfaceret, quia in ea natura quæ peccauerat oportebat ſolutionem aut ſatisfactionem fieri: ſed hominũ nullus potuit infinitæ virtutis opus aliquod facere, quo ſolueret peccatũ quo infinitæ bonitatis Deus erat offenſus. Nullus etiã (Tobię 14) hominum erat mundus à peccato, ideo neq; pro ſe neq; pro alijs potuit ſatisfacere. Quis igitur alius potuit? Deus. At nõ debuit Deus (neque enim ipſe peccauerat) ſed hominem eſſe oportebat, vt in natura quæ peccauerat, peccatum puniretur. Inuenit igitur ſumma bonitas, infinita ſapientia, immenſaq; charitas, conſilium quo nobis parceretur, & nihilominus iuſtitiæ ſatisfieret diuinę pro peccato. Nam Deus ipſe Dei filius propter nos factus eſt homo, vt haberet ex natura humana qui deberet ſatisfacere, & ex diuina qui poſſet. Poſuit igitur pater ſuper eum (Iſaiæ 53) iniquitates omnium noſtrum, & in eo puniuit. Itaque ipſe pro nobis ſatisfecit qui nihil deliquit, Chriſtus ſaluator noſter (1. Pet. 2) Deus et homo. Ipſe vulneratus eſt propter (Roma. 4) delicta noſtra, ipſe attritus eſt propter ſcelera noſtra: noſtri miſertus eſt, nobis peccata donauit, quia vt donaret, pro nobis ſanguinem ſuum fudit. Ipſe pro nobis doluit, cuius liuore ſanati ſumus. (Iſaiæ 53) Videte itaque quis & quantus eſt qui nobis aduenit, & cuius aduentum celebramus. Nempe Deus & homo, vnus Emmanuel. Huius itaque aduentus, hoc eſt, tantæ miſericordiæ memoriam facturi, quę nobis per Chriſtum aduenit, ſtatuamus domino omnipotenti gratias agere, ipſum adorare, laudare & benedicere, pro charitate ſua immenſa, qua nos miſeros benigne reſpexit, miſericorditer propter nos homo factus eſt, nobis viam ad regnum cœlorũ aperuit, oſtendit, docuit, & in ſe pręmonſtrauit. Huic charitati o filij gratias agite, illum benedicite, illum vt amatorem veſtrum miſericordiſſimum ac fideliſſimum diligite: quoniam propter ſolam ſuam bonitatem ſaluos nos fecit dominus Deus noſter, qui in ſecula ſeculorum eſt benedictus. Amen.

SERMO IN EADEM dominica. Quomodo ad nos uenerit Chriſtus, quomodo etiam nos illi debeamus occurrere.

Dicitẽ

Zacha. 9 Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus veniet tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam. Matthęi XXI. Eccleſia hodie incipit celebrare aduentum domini, non quod iterum expectet in carne dominum venturum, nobiſque in ſpecie commoraturum humana: ſed aſſumit perſonam veteris eccleſiæ, quæ ante Chriſti fuit natiuitatẽ, quæ magno feruore Chriſti deſiderauit aduentum, illiuſque dilatione grauabatur. Inde ſunt prophetarum ac patrum oracula clamantium ad dominum & illius præſentiam poſtulantium,
Iſaiæ 45 quæ his quoque diebus leguntur. Verbi gratia: Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, & germinet
Iſaiæ 64 ſaluatorem. Vtinam, inquit, diſrumperes
Pſalmo 97 cœlos, & deſcenderes. Item, Oſtende nobis faciem tuam, & ſalui erimus. Item,
Pſalm. 84 Oſtende nobis domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuũ da nobis. Quæ verba Quid quæſo ſignificant, niſi deſiderium deuotum ac feruens Chriſtum videndi? Sicut ergo in die natiuitatis domini recolimus eiuſdem natiuitatem, natiuitatiſque & gaudium & fructum, ita nunc recolimus eiuſdem incarnationem, & pro illa deſiderium patrum ſuſpirãtium. Hæc autem recolendo, merito erubeſcimus tœporẽ noſtrum, qui ab illo patrum feruore nimis diſtamus: quia quum ſciamus nos aduentus dominici fructum poſſe huberiorem celerioremque obtinere quàm illos, poſſe intra nos Chriſtum ſuſcipere, & eius aduentum in nobis ſentire: nõ tamen pro illo clamamus, nec rogando ingemiſcimus. Planxit ſui æui tœpiditatem olim
Bernardus diuus Bernardus: At quàm rectiſſime noſtra plãgeret tempora, ſi hodie quis viueret Bernardus. Ita enim ſuper cantica dicit: Deſiderium ſanctorum patrum ſuſpirantium in carne præſentiam Chriſti frequentiſſime cogitans, confundor & compungor in memetipſo: & nunc vix contineo lachrymas, ita me pudet & tædet tœporis temporis huius. Admoneo itaque vos filij per celebrationem dominici aduentus reminiſci miſericordiæ immenſæ diuinæ, qui ſe propter vos exinaniuit, for-
Phil. 2 mam ſerui accipiens, vt haberet in quo vos poſſet redimere, in quo poſſet vos reconciliari patri, in quo poſſet pro vobis pati & mori, in quo denique vos poſſet docere, vobis poſſet viam vitæ, viam ad regnum cœlorum, & virtutum exempla oſtendere. Abſque ratione enim non eſt quare nobis nuncietur manſuetus, pauper, & ſedens ſuper aſinam aduenire. Zacha. 9
Penſate quo illud attineat quod is de quo prophetæ tam multa magnifica atque ſublimia ſcripſere, nullam tamen dicitur aut poteſtatem aut gloriam oſtentare: nec prę nunciatur in maieſtate aliqua venire, ſed pauper, manſuetus, & ſedens ſuper aſinam: niſi quod in hoc ſigno vult eum propheta agnoſci, in quo ipſe vult imitari? Vide igitur quomodo ille ad te venit, vt pari modo tu quoque ad illum accedere ſatagas. Ideo enim humilis, pauper, manſuetus ad te venit, vt eius diſcas formam humilitatis, manſuetudinis, paupertatis, aliarumque virtutum imitari. Nam quod rex hic vocatur, quamuis vere ſit rex, (is nempe in cuius veſtimento et fœmore ſcriptum erat: Rex regum, & dominus do- Apoc. 19
minantium,) nihil tamen hic exhibuit in mundo regium, aut quod poteſtatis eſ- Lucæ 2
ſet terrenæ. Nam matri, & fabro Ioſeph ſubditus fuit, in deſerto inter animalia ie- Marci 1
iunauit, pedes de ciuitate in ciuitatem am- Matt. 4
bulauit, à Iudæis ſputa & conuitia pertulit. Inter hęc Pilato regem quidem ſe non Iohan. 18
abnuens, Regnum meum, inquit, non eſt de hoc mundo. Eſt tamen re vera rex noſter nos paſcens, nos regens, nos defendẽs, nos liberans. Beatus qui ſe illi regendum committit, beatus qui ſe illi regendũ prębet, qui eius obtemperat mãdatis, qui eius ſequitur ducatum, qui ſeſe illi conformare, qui illum ſatagit imitari. Dicite igitur filiæ Sion: Ecce rex tuus quem tanto- Zacha. 9
pere deſiderabas, venit. Hic ingredietur, Zacha. 14
ante te, & præliabitur bella tua, acceptu- Lucæ 11
rus hoſtem tuum fortem illum armatum captiuum, armaque eius tollet ab eo, & ſpolia diſtribuet. Huius militiam diſce, quæ eſt paupertatem, & contemptum amare, ſeruare humilitatem, exhibere manſuetudinem, concupiſcentias & deſideria carnis & omnem amorem ſuĩpſius mortificare. Attẽde filia Sion, quia rex tuus vocari vult, quo intelligas & tibi & propter te ſolam ipſum aduenire. Animaduerte quoque quia tibi ſe prænunciari vult aduenientem, deſiderium tuum in hoc excitans, exhilaranſque ſpiritum tuum vt ſibi occurras. Occurrere autem ei dignius non potes, niſi amore feruens, quomodo ipſe feruens amore vrgetur ad te

tur ad te venire. Exurge igitur, occurre, et
amans illum tui amantiſſimum excipe.
Agnoſce regem tuum, et ad obediendum
illi te para. Adorna thalamũ tuum, quo
digne illum recipias hoſpitio. Quod in-
quis hoſpitium? Cor tuum. Sic enim iube
mur, ſcriptura dicente: Pręparate corda ve
1.Reg. 7 ſtra domino. Siquidem & ille nihil adeo
Prou.21 deſiderat quàm cor tuum, dicens: Præ-
Prou.8 be mihi fili cor tuum. Deliciæ enim eius
ſunt eſſe cum filiis hominum. Aduerte
autem hic primo quod cor tuum non ſibi
vult accommodari duntaxat, ſed dari:
quia vult non ſolum ad tempus, nec ad-
miſſus tantum, ſed verus ac perpetuus eſ-
ſe dominus, habitator ac poſſeſſor cordis
tui. Vult igitur cor tuum ſolus, & hoc
ipſum totum poſſidere, vt quicquid illi ob
ſequii, quicquid laudis, honoris & gratia-
rum actionis obtuleris, id ex corde proue
niat. Cor enim noſtrum ſcaturigo omnis
eſt boni, malique. Quamobrem qui cor
tuum deſiderat, teipſum totum deſiderat.
Sed quid mirum vt teipſum totum repe-
tat, qui ſeipſum totum prior dedit? Qui
igitur cor ſuum Deo tradit, ſeipſum totũ
tradit. Porro ille accommodat & nõ præ
bet, qui quandoq; & ad tempus illud do-
mino quando placet offert, & ſibi vbi vo-
luerit reſumit. Secundo, non vult ſibi cor
tuum locari. Locat qui pro mercede illud
domino tradit, hoc eſt, qui pro mercede
Matth. 6 dño ſeruit. Qui huiuſmodi ſunt audient:
Receperunt mercedem ſuam. Nam ſi pro
temporalibus bonis, ſi pro ſanitate, ſi pro
pter gloriam opinionẽq; hominum Deo
ſeruis, cor tuum locaſti dño, atq; pro mer
cede expoſuiſti. Tertio quoq; cor tuum ſi
bi non vult vendi. Vendunt qui Deo pro
pręmio cœleſti ſeruiunt. Et q̃uis præmiũ
cœleſte ſit ipſe Deus, impurus tamen ille
eſt amor ac pręmii appetitus, quo tibi præ
cipue bene optas, vt tibi bene ſit, ęſtimans
æternam beatitudinem eſſe vitã quæ nihil
habeat triſtitiæ aut mœroris, cui nihil de-
ſit gaudii, cui omnia abundent bona, & ni
hil ſit ibi tædii. Hanc igitur vitam ſi ſic a-
mas, ſi ſic optas, & pro illa tibi bene volẽs
Deo ſeruias, quo tibi bene ſit, vendis cor
tuum Deo, puta non ſeruiturus alioqui il
li, niſi æterna tibi ſeruiendo cõparare poſ-
ſes gaudia. Hic amor adhuc nimis quærit
ſeipſum. Ideo dñs vult vt cor tuum illi do
nes, præbeaſq; totum, vt ſi poſſibile foret
etiã gratis ei optares ſeruire: nõ præcipue
propter te, ſed propter ipſum, vt ille ex te
honorem habeat & laudem, quãuis in ſe
ille perfectus ſit, nec honore & laude tua
egeat. Voluntas tamẽ tua bona illi placet.
Quã quo minus de mercede cogitas, copi
oſius glorioſiuſq; coronabit. Quod ſapiẽ Iohã.Chryſoſto.
ter diſſerit B. Chryſo. dicens: Merces tibi
maior augetur quando non ſpe mercedis
operaris, ſed ſtudio placẽdi. Vt igitur cor
tuum totum Deo tuo offeras, præbeas, ac
plene reſignes, obſeruãda ſunt ſeptẽ exer-
citia cordis, quorũ ſcriptura ſancta nos cõ
monefacit. Primum eſt cor præparare, tã-
quam domum domino ad habitandum.
Quia ſcriptum eſt: Pręparate corda veſtra 1.Reg.7
domino. Quod maxime de aduẽtu dñi in
telligitur, cui eſt locus in ſe dignus præpa
rãdus. Quia vero ſcriptum eſt etiã: Domũ Pſalmo 92
tuam domine decet ſanctitudo: nec ipſe
habitare conſentit in corpore ſubdito pec
catis, neceſſe eſt, vt omnem ſpurcitiam, o-
mnem dolum & ſimulationem, omnẽq;
impuritatem à corde tuo eiicias. Alioqui Ioel.2
non delectabit illum habitare in medio
tui. Adorna igitur thalamum tuum Sion,
para dño locũ in te, non ſolũ mundum et
ſanctum, ſed etiã quietũ. In pace enim cũ Pſalmo 75
ſit ei factus locus, dedignatur impacatam
habere domũ. Eſto igitur ſimplex, humi- Tobiæ 4
lis, mitis, caſtus et pudicus, timens Deũ, et
recedens ab omni malo: & dubiũ nõ erit
quin eligat tecum dñs habitare. O ſi audi
re etiam merearis dñm tibi dicẽtem: Lau Zacha.2
da et lętare filia Sion, quia ecce ego venio,
& inhabitabo in medio tui, hoc eſt, in cor
de tuo. Beatus qui habet te habitatorem
dñe Ieſu. Beatus cui tu rex mãſuetus adue
niens inſides. Secundũ cordis exercitium
eſt cuſtodire. Ad quod ſapiens nos horta
tur, dicens: Omni cuſtodia ſerua cor tuũ, Prou.4
quoniam ex ipſo vita procedit. Alia debe
mus quę ad peccandũ nos vel trahunt vel
alliciunt vel inuitant proſcindere, vt ſunt
peccata peccãdiq; occaſiones, tã in homi
nibus q̃ in locis aliiſq; quibuſcunq; noxii s
euitãdis. At vero cor noſtrũ cõmunire de
bemus bona ac firmata voluntate, debe-
mus cuſtodire vigili cura & prudentia, de
bemus deniq; pręſidiũ diuinę cuſtodiæ o-
rando nobis aduocare. Niſi enim dñs cu- Pſalm. 126
ſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cu-
ſtodit eam. Tertium exercitium legimus
cordis in ſcriptura, quod eſt aperire. Vidẽ-
dũ tamẽ cui aperias cor. Neq; enim omni
bus aperiendum: Alioquin haudquaq̃ ad Deute. 4
hiben-

hibenda præciperetur nobis cuſtodia cor
dis. Deo igitur ſoli eiusq́; nuncijs ab eo
venientibus, hoc eſt, inſpirationibus ſan=
ctis, admonitionibusq́; diuinis aperien=
dum eſt cor. Aperiendum eſt & patefaciē
dum & conſentiendum ad recipiēda mo
nita & conſilia diuina. Ideo ſcriptum eſt:
2. Mac. 1 Adaperiat dñs cor veſtrum in lege ſua, &
in præceptis ſuis &c. Adaperiat, inquit,
hoc eſt, vos conſentire placereq́; faciat vo=
bis, legē ſuam. De hac apertione in Apo=
calypſi dñs loquitur: Ecce ſto ad oſtium
Apocal. 3 & pulſo. Si quis mihi aperuerit ianuam,
introibo ab illum, cœnaboq́; cum illo. Ni
hil enim magis deſiderat quàm aperiri ſi=
bi cor noſtrũ, quod ingrediatur. Propter=
Canti. 5. ea in Canticis rogat: Aperi, inquiens, mi=
hi ſoror mea, amica mea &c. Quartum eſt
cordis exercitium, ſtabilire illud. Optimũ
Heb. 13 eſt inqt Apoſtol. gratia ſtabilire cor. Cor
ſtabilire eſt in propoſito proficiendi atq;
ad meliora ſemper progrediendi perſeue
rare, ne hodie domino ſeruire dum decre
uimus, cras ab hac in aliud quod magis
Lucæ 10 placeat recidamus. Eſt quoq; ſtabilire cor
in hoc vnum, quod ſolum eſt neceſſarium
illud figere, nec ab illo propter vana, leuia
ocioſaque recedere. Quia vero filij indeſi=
nenter inſidiatur nobis communis hoſtis
noſter, tentans quomodo à bono ſtatu,
quomodove à bono propoſito nos aut re
trahat, aut impediat per media quæcunq;
Matt. 7 poteſt, eſt iccirco neceſſe vt domus noſtra
fundata non ſit ſuper harenam tantũ, ſed
ſuper petrã firmi immutabilisq́; boni pro
poſiti, quo nulli cedamus tentationi. Ten
tat enim et auertere nos molitur diabolus
à bono propoſito aut per vicia quę dilige
re conſueuimus, aut ſub colore ſpecieq́; al
terius boni melioris faciendi. Quod tamē
ſolum ꝓponit nobis, vt abducat nos ab
vtili bono, quo vnum deferentes aliud nō
obtineamus, aut vt ſaltem importunitate
tędioque ſuggeſtiones eius toties rejcien
di, victi deficiamus. Quapropter cōtra o=
mnes eius aſtus ſtabiliamus corda noſtra
nec hæſitemus circa ea ad quæ vocati ſu=
mus, maxime ſi his teſtimonium adferat
ſuperiorum noſtroꝝ catholicoꝝ aſſertio,
ſi ſacræ acceſſerit ſcripturæ auctoritas, ſi
deniq; ea noſtra probauerit cōſcientia, &
alioꝝ quoq; bonoꝝ virorum deũ timenti
um id roborauerit conſiliũ. Itaq; cũ nunq̃
non infeſtet nos ſerpētis aſtutia, quo à di
uinis nos præceptis, & à felici aut propo=
ſito, aut ſtatu, aut loco nos abducat, ſimus Eccli. 2
memores ſententiæ Eccleſiaſtici: Fili acce
dens ad ſeruitutem dei, ſta (hoc eſt, ſtabilis
perſeuera) in iuſtitia & in timore, & prępa
ra animã tuam ad tentationem. Et iterũ: Eccl. 5
Eſto firmus in via dei. Quintũ cordis ex
ercitiũ eſt dare. Nemini iuſtius, nemini ho
neſtius, nemini caſtius, nemini felicius
cor noſtrum dare poſſumus quàm deo, vt
pote cui totum debemus quod ſumus. Et
hoc ſolum cor noſtrum deſiderat. Quod
vbi habuerit, ſatis eſt illi. De hac donatiōe
ſeu oblatione cordis noſtri Deo facienda
pauloante ſupra dixi. Sextum exercitium
cordis in ſcripturis indicatum eſt leuare.
Propterea Paulus nos admonet, quæ ſur= Col. 3
ſum ſunt quærite, & in Threnis iubemur Thren. 3
leuare corda noſtra cum manibus. Iſaias
quoq; nos admonens, Eleuare, inquit, ele Iſaiæ 51
uare, conſurge Ieruſalem. Bis cor noſtrũ
eleuandum dicit, quia & intellectu & affe
ctu in ſupernorum meditatione & appeti
tione decet nos ſemper verſari. Septimum
legimus cordis exercitium, quod eſt ſcin
dere. De quo Ioel propheta: Scindite, in= Ioel. 2
quit, corda veſtra, & non veſtimenta ve=
ſtra. Erat Iudæorum conſuetudo, ſi quid
blaſphemiæ indignumq́; deo audirēt ſcin
dere veſtimenta, ſed hoc faciebant multi
Phariſæorum & Iudęorum duro & obſti
nato nihilominus corde. Dicit igitur Pro Eccl. 3
pheta, corda potius ſcindenda q̃ veſtimē=
ta. Væ enim duro cordi & obſtinato, quia
excludit à ſe gratiam & dei miſericordiã.
Ea autem corda quæ franguntur, quæve
ſcinduntur ad contritionem, ad compun
ctionem, & ad compaſſionem, aperiunt ſe
ad diuinæ miſericordię receptionem. Di= Zacha. 9
cite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi mã
ſuetus. Expende ſingula verba, & vide q̃
ſint ſuauia, quàm affectiua, quàm ſpiran=
tia amorem. Vide quàm paterno, q̃ aman
tiq́; corde, quàm blande deniq; te filiã vo=
cat, ſe regem tuũ nominat, vt habeas vn=
de in eo glorieris. Demum tibi, id eſt, pro=
pter te & in vtilitatem ac felicitatem ſe tu
am venire prænunciat. Ne autē vllo modo
timeas, & ne fortaſſe ingratitudinis & de
lictorum tibi conſcia, ad illũ accedere ve=
rearis, pręd icitur tibi quoq; ꝙ venit man
ſuetus. Neq; enim modo venit vt iudicet
mundũ, ſed vt ſaluetur mũdus per ipſum: Iohan. 3
venit ſaluare, non damnare: venit te ſibi at
trahere, non repellere. Ideo enim per Iere
miam tibi loquēs ait: In perpetua charita= Ierem. 31
te di=

cem, ſicut & Chriſtus ſuſcepit nos in honorem Dei. Dico enim Chriſtum
Ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſiõis propter ueritatem Dei, ad confirman
das promiſſiones patrum, gentes autem ſuper miſericordia honorare Deũ,
Pſalmo 17 ſicut ſcriptum eſt: Propterea confitebor tibi in gentibus domine, & nomini
Deute. 32 tuo cantabo. Et iterum dicit: Lætamini gentes cum plebe eius. Et iterum:
Pſalm. 116 Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. Et
Iſaiæ 11 rurſum Iſaias ait: Erit radix Ieſſe, & qui exurget regere gentes, in eum gen-
tes ſperabunt. Deus autem ſpei repleat uos omni gaudio & pace in creden-
do, ut abundetis in ſpe & uirtute ſpiritus ſancti.

PARAPHRASIS IN EAN- dem epiſtolam.

Roman. 15 ANte hęc verba Paulus monue
rat Romanos quo nemo ſibi
placeret: placere autẽ ſatage-
ret vnuſquiſque ſuo proximo
in bono ad ædificationem: in
hoc non eum laudans placendi appetitũ,
Pſalmo 53 de quo pſalmus loquẽs, Diſſipati ſunt (in-
quit) & confuſi qui hominibus placent, et
Galat. 1 de quo ipſe quoque Paulus ait: Si homini
bus placerẽ, Chriſti ſeruus nõ eſſem. Hic
enim placendi appetitus inanem gloriam
quærit ac diligit ſeipſum: ſed de ſtudioſa
obſeruatione loquitur charitatis, quam
Galat. 6 debemus alterutrum mutuis abſtinere of
fenſionibus, non quęrere quę noſtra ſunt,
ſed alter alterius portare onera, mutuam
inter nos abſq; offenſione ſeruare pacem,
viciſſimq́; prouocare nos officijs charita-
tis ad dilectionẽ. Nam et Chriſtus, inquit,
non placuit ſibi, (placere enim ſibi pabu-
lum priuati eſt amoris, germen ſuperbiæ,
patientiæ deſtructio, læſio charitatis) ſed
ſuſtinuit, ſicut ſcriptũ eſt: Improperia im-
properantium tibi ceciderunt ſuper me.
Docens enim veritatem Chriſtus, arguẽs
iniquitatem, honoranſq; patrem ſuum,
ſeductor mundi Deiq; blaſphemus iudi-
catus eſt, quod propter patrem & propter
nos patienter ſuſtinuit. Itaq; quæcunque
ſiue hæc ſiue alia in pſalmis, in lege & pro
phetis ſcripta ſunt propter nos magis qui
eadem intelligimus, quã propter eos qui
ſub veteri lege erant, & ea vtpote adhuc
futura non intelligebant, ſcripta ſunt: vt
per patientiam & conſolationem ſcriptu
Iacob. 5 rarum ſpem habeamus. Ad patientiam au
tem confirmat nos ſcriptura quoq; vt be
atificemus eos qui ſuſtinuerunt. Conſola
tionem quoq; inde recipimus & ſpem, ꝙ
domini paſſionibus conformamur, ſenti-
musq́; nos eſſe quibus dictum eſt à Chri-
ſto: Si me perſecuti fuerint, & vos perſe- Ioan. 15.
quentur. Item: Si mundus vos odit, ſcito-
te quia priorem me odio habuit. In ipſis
itaque ſcripturis conſolamur, docemurq́;
communicare paſſionibus Chriſti, doce-
mur in præſenti tempore habere patien-
tiam, docemur gaudere in tribulationi-
bus, docemurq́; in ſpe regni cœleſtis nos
erigere. Et hæc quidem ſcripturæ nos do
cent. Deus autem patientiæ & ſolatij id
eſt, qui eſt collator patientiæ & conſolati
onis, hæc tribuit, iuxta illud pſalmi: Quo Pſalmo 70
niam ab ipſo patientia mea. Et ſicut legi-
mus, Benedictus deus & pater domini no 2. Cor. 1
ſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum &
deus totius conſolationis, qui conſolatur
nos in omni tribulatione noſtra. Hic igi- 1. Cor. 1
tur deus patientiæ & ſolatij det vobis id-
ipſum ſapere, vt non ſint in vobis diſſenti-
ones & ſciſmata, ſed vnum idemq́; ſapia-
tis omnes, & hoc ſecundum Ieſum Chri-
ſtum. Qui enim ſecundum Chriſtum ſa-
piunt, proculdubio bonum eſt quod ſapi-
unt. Vt vnanimes idipſum ſentientes vno
ore pariq; confeſſione honorificetis deũ,
& patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, vt
mutua in vobis perſeueret concordia, ſu-
ſcipite inuicem, ſuccurrat alter alteri, &
hoſpitio vos mutuo ſuſcipite, quo non di
ſcernatis, vt olim ſub lege, mundũ ab im-
mundo, ſed omnia ſint vobis munda: nec
ſe præferat aut meliorem quis æſtimet,
quaſi ex circunciſione vocatus propterea
ſit dignior, quàm is qui vocatus eſt in prę
putio. Hæc, inquit, altercatio inter vos ſo
piatur, vt non vitetis alterutrũ: ſicut Chri
ſtus nõ vitauit ſed recepit vos, nullius hor
rens immundicias, nemini imputans pec
catum, ſed in honorem dei vos, cuius ve-

ros faceret cultores, ſuſcepit. Dico enim,
& verum eſt, Chriſtum Ieſum miniſtrum
ſe exhibuiſſe circunciſionis, in hocquod
Matth. 15 ipſe (quomodo dicit non ſum miſſus niſi
ad oues quæ perierunt domus Iſrael) Iu-
Heb. 3 dæis Euangelium prædicauit. Propter
quod etiam Iudæorũ vocatur alibi Apo-
ſtolus. Conſiderate inquit apoſtolum cõ-
Gene. 22 feſſionis veſtræ Ieſum. Itaq; Chriſtus mi-
niſter fuit circunciſionis in prædicando,
propter veritatem Dei complendam, qui
Pſalm. 131 Abrahæ & Dauid quod ex eorum ſtirpe
Chriſtus eſſet naſciturus, prædixerat: &
ad aliorum quibus mundi futura eſt reue
lata redemptio confirmandas promiſſio
nes patrum: Gentes autem dico cõuerſas
ſuper miſericordia & pietate illis à Deo
pręſtita honorare Deum, eidemq; gratias
agere. Neq; enim ante aduentum Chriſti
cognouerunt vt Iudæi Deum, nec lege ali
qua ſe illi profitebantur ſubiectos, ſed ex
Pſalm. 17 miſericordia dico eos vocatos. Sicut ſcri-
ptum eſt in pſalmo: Propterea confitebor
tibi in gentibus, & nomini tuo cantabo.
Hoc eſt: Ego Chriſtus filius tuus faciam
gentes tibi confiteri confeſſiõe laudis pro
Deut. 32 miſericordia ſibi facta. Et iterum: Læta-
mini gẽtes cum plebe eius. Quaſi diceret:
Non tumęſcant Iudęi quod Chriſtum ad
ſe veniſſe audiunt propter confirmandas
promiſſiones patrum, gentes vero ſuper
miſericordia honorare Deũ, quandoqui-
dem & illorum conuerſio atq; vocatio à
Deo præordinatæ & in ſcriptura prænun
ciatæ ſunt. Scriptum namq; eſt: Lætami-
ni gentes cum plebe eius, hoc eſt, gaudete
gentes cum Iudæis in Chriſtum credenti
bus, pro miſericordia vobis ſimul præſti-
ta. Quibus verbis ſignificabatur futurũ
vt ex vtroq; populo, puta ex gentibus &
Iohan. 10 Iudæis in Chriſto vnus adunaretur popu
lus, vnumque fieret ſub vno paſtore Chri
Pſalm. 116 ſto ouile. Et iterum: Laudate omnes gen-
tes dominum, & magnificate eum omnes
populi. Tam gentes quàm populi decem
tribuum Iudæorum laudate deum, grati-
aſq; illi pro vocatione veſtra agite, & ope
ribus veſtris ſanctis eum magnum ac ho
Iſai. 11 norabilem oſtendite. Et rurſus Iſaias idẽ
confirmans ait: Radix Ieſſe. i. Chriſtus ex
Ieſſe natus patre Dauid, exurget à mor-
tuis regere gentes, quas ſubijciet ſibi et pa
Phil. 4 tri. Et in eum gentes ſperabunt, credentes
eum ſuum redemptorem venturũq; iudi-
cem in fine ſeculorum, qui ſuſcitabit cor-
pora noſtra corpori ſuæ claritatis cõfigu-
randa. Deus autem ſpei, qui ſpem ſolus in
fundit, repleat vos omni gaudio ſpiritua-
li, & pace in credẽdo, vt poſt hac idipſum
dicatis omnes, nec ſint in vobis ſciſmata,
vt abundetis in ſpe ſemper proficientes, 1. Cor. 1
nunc diuinã dulcedinem pręguſtando, &
in virtute ſpiritus ſancti ad ſuperna anhe-
lando. Adducũtur hic teſtimonia ex ſcri-
pturis, multa de vocatione gentiũ, quare
ab re non eſt vt eccleſia hanc nunc lectio
nem ordinauerit, circa aduẽtum domini.
Sed videamus inde Euangelium.

EXEGESIS EVANGELIJ eiuſdem dominicæ II. aduentus, Lucæ XXII.

SAluator noſter do- Iohan. 11
minus Ieſus Chri-
ſtus, quia in mundũ
vt ſuos qui diſperſi
per mundum erant
congregaret, vt eos
qui perierant ſana-
ret, vt denique ſal-
uos faceret omnes, venerat. Nihil eorum
quæ occaſionem nobis præſtare queunt
conuerſionis ad ſe redeundi intermittit,
atq; eam ob rem terroribus & minis nos
interdum pulſat, quandoq; ſubtrahit be-
neficia, deinde mœſtos rurſus cõſolatur,
nunc promittit, nunc allicit, interdum mi
natur. Nonnunq̃ inuitat, aliquando iuſti-
tiam, aliquando vero miſericordiã præfe-
rens: omnia vero agit, vt nos ſaluos faciat.
Eſt aũt ad hęc non modica ſimilitudo in
arboribus, quarũ nonullæ (ſi colligi inde
debeãt fructus) virgis cædũtur, vt iuglãs,
dum alias interea arbores leuiſſime (ne de
ſtruãtur) oporteat tractari. Hoc modo ho
minum varia eſt conditio. Leuitate namq;
& manſuetudine alijs ſuadetur, alijs haud
quaq̃, ſed terrores, minæ quoq; vt adhibe-
antur, oportet. Sunt à quibus nihil impe-
trabis, niſi auſtere loquaris. Sunt ediuerſo
alij quos ſteriliores auſteritas facit. Vtro-
q; modo vſus eſt dñs, quo neminem non
vocãdum præteriret. Qui alijs in locis pœ Gregori.
nitentes laudat, atq; de illorũ pœnitentia
gaudium angelis quoq; futurũ pollicetur,
hic vt ad pœnitentiã peccatores cõuertat,
mundi finem, malaq; tunc imminentia, tri-
ſtia prænunciat. Sciendũ vero nonnullos
tã duros ſylueſtreſq; inueniri homines,
quos neq; blãda inuitẽt, neq; formidanda

terreāt, hos relinq̃re volumus, quādoqui
dē nemo corrigit eū quē Deus deſpexerit.

Erūt ſigna in ſole & luna, & ſtellis,
& in terris preſſura gentiū, areſcēti-
bus hominibus p̄ timore & expecta
tiōe, quę ſuperuenient uniuerſo orbi.

Dn̄s noſter Ieſus Chriſtus diē volens prę
nūtiare extremū, q̄ terribilia hunc diē præ
ceſſura ſint indicia manifeſtat, quo nobis
ſignificare voluit, q̄ terribilis ſit futurus
ſuo ad iudiciū aduentu, quandoquidem ſi
gna ſui aduentus terrorē prænuntiantia
adeo erunt formidoloſa, vt virtutes cœlo
rum quoq; moueantur, & homines præ
timore areſcēt. Itaq; dicit: Erūt ſigna in ſo
Ioel. 2 le &c. Quæ iſta ſunt ſigna, propheta præ-
Actor. 2 nunciat, dicēs: Sol cōuertetur in tenebras
& luna in ſanguinē, anteq̄ veniat dies dn̄i
Matt. 27 magnus & manifeſtus. Scimus in Chriſti
olim paſſione ſolem eſſe obſcuratum, pro
pterea ꝙ lumen ſuū recuſaret ad tam nefa
rium mundi ſcelus (quod mundus Chri-
ſtum mitem, manſuetum, humilē ac inno
centem, non ſolum negauit, ſed varijs etiā
pœnis ac cruciatu multiplici affectū occi
dit) adminiſtrare. Hoc modo creditur dn̄s
vniuerſalē ſolis obſcurationem prænunti
aſſe ante mundi finem futuꝝ, nec lunam
daturam ſuum lumen per ſolis deliquiū
vniuerſale ac ſupernaturale. Naturale em̄
deliquium ſolis haudquaq̄ hic prænuntia
Gregori. tur. Siquidem quę modo fiunt naturali, ſi
gna aut prodigia dici non debēt. Ante ta-
Lucæ 21 men quàm hæc fiant quæ Lucas hic ſcri-
bit, erit in terris preſſura gentium, audien
tur prælia, & opiniones bellorū. Erunt e-
nim in terris perſequutiōes, tempeſtates,
terræ motus, fraudes, aliæq; calamitates
multæ. Surget enim gens contra gentem,
& regnum aduerſus regnum, atq; adeo e-
runt abſq; pace omnia, vt in eadem domo
cohabitantibus nulla ſit futura quies, nul
Micheæ 7 la abſq; metu ſecuritas. Tradet enim fra-
ter fratrem, et ſoror erit aduerſus nurum:
Apoc. 6 & inimici hominis domeſtici eius. Erit e-
nim tunc tempus illud quo dabitur ſedē-
ti ſuper equo rufo, vt ſumat pacē de terra,
& homines alterutꝝ ſe interficiāt. Quan-
to enim quis tunc plus valuerit, tanto ali-
os plus opprimet per potentiam. Neq; e-
nim erit iuſtitia, neq; iudiciū, quomodo
ęque nulla erit obedientia. Hanc rebellio
nem ſeditioſam qua homines alterutrum
nocebunt, vtpote vbi nemo alteri mane-
bit ſubiectus, putatur Paulus vocaſſe diſ-
ceſſionem. Niſi, inquiens, venerit diſceſſio 2. Theſ. 2
primum. Clerus enim à pontificum obe-
dientia deficiet, ſummoq; pontifici nō ob
temperabunt. Reges auerſabuntur Impe-
ratorem, regem principes oppugnabunt,
nec principibus acquieſcent nobiles, &
ijs quoq; ne plebęi quidem, ſed tumultuo
ſa fraudibus, impoſturis & ſeditiōibus ple
na erunt omnia, vtpote abſq; ordine, abſq;
fœdere, ſine iuriſdictione, ſine regimine. Roma. 1
Erit pręterea pſequutio Antichriſti gene-
ralis, tantaq; calamitas ac tribulatio, quā Matt. 24
ta fuerit nūquam ab eo tempore, quo gē-
tes eſſe cœperunt, hoc eſt, à mundi initio,
quando filij Dei ex Abel deſcendentes, à Gene. 11
filijs Chain, vnde gētes orti ſunt, fuere di
uiſi: Aut quādo à tēpore diluuij filij Sem, Gene. 8
ſeu filij Abrahę mā ſerunt in vnius Dei ve
ri cultu ſeparati ab alijs natiōibus ad ido Gene. 12
lolatriam & tyrannidem prolabentibus,
atq; iccirco gentiū nomen obtinentibus.
Ruent præterea qui circa illud tunc tem-
pus in mundo inueniētur gladio, & peſte
& in captiuitatē ducētur, fames quoq;, &
rapina deuorabit eos: atq; vt hic ſequitur
areſcēt homines prę confuſiōe ſonitus ma
ris, & expectatiōe quę ſuperueniet vniuer
ſo orbi. Timor enim formidoq;, & malo
rum grauioꝝ expectatio ſola faciet, vt ho
mines pallidi, meticuloſi, exanimati, inde-
q; areſcentes fiant. Nihil enim ſubito pe-
rit, Videmus virentia quæq; quātopere vt
ſuam retineant vitā conentur ſe tueri. Vi-
demus animata quoq; ſenſibilia pro vita
ſua digladiari. Et nihil habēs vitā vult pe-
rire, ſed quandiu hanc poteſt, tuetur. Hoc
tamen quoq; conſtat dum creatura quæ-
uis perire debeat, id fieri haudquaq̄ abſq;
magna preſſura & violentia. Homo quan
to cruciatu & dolore, quanto tremore,
quāq; terribilibus moritur indicijs? Quo
conatu ſe tueri nititur vita hominis ne fi-
niatur? quantum patitur ne à corpore ſe-
paretur anima? Pari modo mūdi vita, hoc
eſt, flos, lætitia, gaudiū, voluptas, honor,
potentia, ſanitas, fortitudo, hubertas, &
id genus alia, quæcunque ſuis amicis ad-
miniſtrare ſolet mundus, antequam inte-
reant, magno debent terrore, magna cala
mitate ingentiq; greſſura finiri.

Nam uirtutes cœloꝝ mouebūtur.

Virtutes cœlorum, hic angelos cœleſteſq;
crea-

creaturas vocat, quæ viſis mirabilibus his mouebuntur ſtupore diuinæ iuſtitiæ. Nã in ſe licet ſint ipſæ ſecuræ atq; tranquillæ, videntes tamen tantã venturi iudicis irã, tantã iuſtitiæ diuinæ cenſuram, tantã impiorum damnandorumq; multitudinem & calamitatẽ expaueſcẽt admiratiõe, reuerẽtiaq; quadam erga iudicem ſe inclinãtes.

Et tunc uidebũt filium hominis uenientem in nube, cum poteſtate magna & maieſtate.

Matth. 16 Olim in nube aſcenſurus in cœlũ mundo iudicatus receſſit dñs Ieſus, nũc ſimili modo iudicaturus mundũ in nube adueniet, quod Apoſtolis quoq; dum in cœlũ ſuſpicerent aſcendentẽ prædictum eſt ab angelis: Viri inquiunt, Galilęi, quid admiramini? &c. Sic veniet, hoc eſt, in carne veniet, Acto. 1 quemadmodũ vidiſtis eũ euntẽ in cœlum. Bene aũt additur, Cum poteſtate magna. Iohan. 18 A mundo nãq; olim iudicatus ante iudicem ſtetit humilis atq; veluti infirmus: nũc vero mundũ iudicaturus videbitur in poteſtate & maieſtate, vtpote cui data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra. Nullo Matt. 28 tamen eſt modo putandũ q impij ſiue dãnandi Chriſtũ viſuri ſint in maieſtate diuinitatis, ſed in ſola duntaxat humanitate. Porro boni videbunt eũ in humanitate & diuinitate. Cogitate modo filij, q̃ læti erunt tunc, q̃ exultabunt ſancti in cubilibus ſuis, qui modo in dño dormierunt, q̃ Pſalm. 149 ſecuri reſurgẽt qui ante, hoc eſt, modo in vita hac mortali reſurrexerunt à peccatis & vitijs ſuis, quomodo beatus eſt qui habet partem in reſurrectione prima. Prima Apo. 20 reſurrectio eſt animę in hac vita à peccato ad virtutem, per pœnitentiã atq; emendationem vitæ reſurgentis. Quicunq; itaq; iam in prima hac reſurrectiõe partem habet, peccata ſua damnãs, mundũ calcans, à malo abſtinens, bona operans, & ad finem vitæ hoc modo perſeuerans, haud illi nocebit quod aliquãdo vitijs fuerit ſubiectus, q mundo ſeruierit, quod à diabolo fuerit captus, captiuusq; ad tempus mãſerit, maxime ſi eo tẽpore quo adhuc tam mala quàm bona agere potuerit, ſuorum pœnituerit malorum, ſi Chriſti gratiam quęſierit, ſi ad Dei præceptorum obſeruantiam redierit. Neq; enim in extremo tempore timere habebit, ſed iudici ſecurus tanquillusq; aſtabit, ab eodem non abijciendus, ſed benedicẽdus. Proinde modo filij quæ tunc euẽtura ſint vobis, præcogitate. Modo timete, modo delicta veſtra plangite, Pſalm. 146 modo Dei miſericordiã quęrite, dñs enim (vt quotidie nunc legimus) prope eſt. Pro Iſai. 55 pe eſt tibi ad erogandã miſericordiã, prope eſt ad gratiam in te multiplicandã, prope eſt, occurretq; tibi, vt te ſicut prodigũ filium reuertẽtem, pater in amplexus recipiat, omnia donans tibi delicta, teq; ſui cõ Lucæ 15 ſtituens regni cohæredem. Si igitur reuerſus ad illum fueris (quomodo monet) toto corde, effundet ſuæ in te gratiæ benedictionem: poteris quod te modo putas nõ poſſe. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonẽ & draconem. Pſalm. 90. Cadẽt à latere tuo mille hoſtes, & decem milia inimicorum, inſidiarumq; à dextris tuis, ad te autem malum non appropinquabit. Cuſtodiet enim te dominus vt pupillam oculi, & ſub vmbra alarum ſuarum, Pſalm 17. hoc eſt, ſub brachijs ſuis in cruce ſuper te expanſis, proteget te. Filioli, non deterreat vos peccatorum, neq; multitudo, neq; enormitas. Quem timetis? pater eſt veſter, ſi vultis, non iudex. Sanare vult, non percutere. Aduocat, non repellit. Et quid dico aduocat, quum etiam vobis occurrat, in amplexuſque ſuos vos recipere feſtinet? Nolite illum ſua expectatione fraudare. Facite quæſo gaudium patri ſuper reuerſione veſtra conuiuium inſtauranti. Fa Lucæ 15 cite gaudium Dei angelis in cœlo, ſuper veſtra pœnitentia tripudiantibus. Quid cunctaris o anima peccatrix? Patrem vides tuum, in tui amplexus brachia extendentem, & formidas? Tuus eſt amator, ſaluator tuus eſt qui occurrit. Ad eum, ſi ab omni vis metu fore liber, fuge. Vide quàm deſideranter te expectat. Vide quã amanter inuitat. Vide quàm miſericorditer recipit, quàm protegit & benigne, & potẽter. Iam igitur filij in eius recipiamur gratiam, iam eius efficiamur amici, & in extremo iudicio non timebimus. Siquidẽ quomodo hinc eximus, ita in iudicium citabimur. Scriptum namq; eſt: Lignum Eccl. 11 ſiue ad auſtrum ceciderit, ſiue ad aquilonem, ibi erit hoc eſt, homo quomodo in morte inuentus fuerit, & quomodocunque ſuam terminauerit vitam, iuxta hoc reperietur in iudicio. Itaque ſi caſtus, ſi benignus, ſi miſericors, ſi Dei charitatem habens ac proximi, vixeris, perſeuerauerisq; vſque ad mortem, nihil in illo tibi iudicio timendum eſt. Neminem tunc accuſatorem

terreāt, hos relinq̄re volumus, quādoqui dē nemo corrigit eū quē Deus deſpexerit.

Erūt ſigna in ſole & luna, & ſtellis, & in terris preſſura gentiū, areſcētibus hominibus p̄ timore & expectatiōe, quę ſuperuenient uniuerſo orbi.

Dn̄s noſter Ieſus Chriſtus diē volens prę nūtiare extremū, q̄ terribilia hunc diē præceſſura ſint indicia manifeſtat, quo nobis ſignificare voluit, q̄ terribilis ſit futurus ſuo ad iudiciū aduentu, quandoquidem ſigna ſui aduentus terrorē prænuntiantia adeo erunt formidoloſa, vt virtutes cœlorum quoq; moueantur, & homines præ timore areſcēt. Itaq; dicit: Erūt ſigna in ſo
Ioel. 2 le &c. Quæ iſta ſunt ſigna, propheta præ
Actor. 2 nunciat, dicēs: Sol cōuertetur in tenebras & luna in ſanguinē, anteq̄ veniat dies dn̄i
Matt. 27 magnus & manifeſtus. Scimus in Chriſti olim paſſione ſolem eſſe obſcuratum, propterea q̄ lumen ſuū recuſaret ad tam nefarium mundi ſcelus (quod mundus Chriſtum mitem, manſuetum, humilē ac innocentem, non ſolum negauit, ſed varijs etiā pœnis ac cruciatu multiplici affectū occidit) adminiſtrare. Hoc modo creditur dn̄s vniuerſalē ſolis obſcurationem prænunciaſſe ante mundi finem futurā, nec lunam daturam ſuum lumen per ſolis deliquiū vniuerſale ac ſupernaturale. Naturale em̄ deliquium ſolis haudquaq̄ hic prænuntia
Gregori. tur. Siquidem quę modo fiunt naturali, ſigna aut prodigia dici non debēt. Ante ta
Lucæ 21 men quàm hæc fiant quæ Lucas hic ſcribit, erit in terris preſſura gentium, audientur prælia, & opiniones bellorū. Erunt enim in terris perſequutiōes, tempeſtates, terræ motus, fraudes, aliæq; calamitates multæ. Surget enim gens contra gentem, & regnum aduerſus regnum, atq; adeo erunt abſq; pace omnia, vt in eadem domo cohabitantibus nulla ſit futura quies, nul
Micheæ 7 la abſq; metu ſecuritas. Tradet enim frater fratrem, et ſoror erit aduerſus nurum:
Apoc. 6 & inimici hominis domeſtici eius. Erit enim tunc tempus illud quo dabitur ſedēti ſuper equo ruſo, vt ſumat pacē de terra, & homines alterutrū ſe interficiāt. Quanto enim quis tunc plus valuerit, tanto alios plus opprimet per potentiam. Neq; enim erit iuſtitia, neq; iudiciū, quomodo ęque nulla erit obedientia. Hanc rebellionem ſeditioſam qua homines alterutrum nocebunt, vtpote vbi nemo alteri manebit ſubiectus, putatur Paulus vocaſſe diſceſſionem. Niſi, inquiens, venerit diſceſſio 2. Theſ. 2
primum. Clerus enim à pontificum obedientia deficiet, ſummoq; pontifici nō obtemperabunt. Reges auerſabuntur Imperatorem, regem principes oppugnabunt, nec principibus acquieſcent nobiles, & ijs quoq; ne plebęi quidem, ſed tumultuoſa fraudibus, impoſturis & ſeditiōibus plena erunt omnia, vtpote abſq; ordine, abſq; fœdere, ſine iuriſdictione, ſine regimine. Roma. 1
Erit pręterea pſequutio Antichriſti generalis, tantaq; calamitas ac tribulatio, quā Matt. 24
ta fuerit nūquam ab eo tempore, quo gētes eſſe cœperunt, hoc eſt, à mundi initio, quando filij Dei ex Abel deſcendentes, à Gene. 11
filijs Chain, vnde gētes orti ſunt, fuere diuiſi: Aut quādo à tēpore diluuij filij Sem, Gene. 8
ſeu filij Abrahę māſerunt in vnius Dei vere cultu ſeparati ab alijs natiōibus ad ido Gene. 12
lolatriam & tyrannidem prolabentibus, atq; iccirco gentiū nomen obtinentibus. Ruent prætꝫrea qui circa illud tunc tempus in mundo inueniētur gladio, & peſte & in captiuitatē ducētur, fames quoq;, & rapina deuorabit eos: atq; vt hic ſequitur areſcēt homines prę confuſiōe ſonitus maris, & expectatiōe quę ſuperueniet vniuerſo orbi. Timor enim formidoq;, & malorum grauiorū expectatio ſola faciet, vt homines pallidi, meticuloſi, exanimati, indeq; areſcentes fiant. Nihil enim ſubito perit, Videmus virentia quæq; quātopere vt ſuam retineant vitā conentur ſe tueri. Videmus animata quoq; ſenſibilia pro vita ſua digladiari. Et nihil habēs vitā vult perire, ſed quandiu hanc poteſt, tuetur. Hoc tamen quoq; conſtat dum creatura quævis perire debeat, id fieri haudquaq̄ abſq; magna preſſura & violentia. Homo quanto cruciatu & dolore, quanto tremore, quāq; terribilibus moritur indicijs? Quo conatu ſe tueri nititur vita hominis ne finiatur? quantum patitur ne à corpore ſeparetur anima? Pari modo mūdi vita, hoc eſt, flos, lætitia, gaudiū, voluptas, honor, potentia, ſanitas, fortitudo, hubertas, & id genus alia, quæcunque ſuis amicis adminiſtrare ſolet mundus, antequam inteꝛreant, magnó debent terrore, magna calamitate ingentiq; greſſura finiri.

Nam uirtutes cœlorū mouebūtur.

Virtutes cœlorum, hic angelos cœleſteſq; crea-

creaturas vocat, quæ viſis mirabilibus his
mouebuntur ſtupore diuinæ iuſtitiæ. Nã
in ſe licet ſint ipſæ ſecuræ atq; tranquillæ,
videntes tamen tantã venturi iudicis irã,
tantã iuſtitiæ diuinæ cenſuram, tantã im-
pior; damnandorumq; multitudinem &
calamitatẽ expaueſcẽt admiratiõe, reuerẽ-
tiaq; quadam erga iudicem ſe inclinãtes.

Et tunc uidebũt filium hominis ue-
nientem in nube, cum poteſtate ma-
gna & maieſtate.

Matth.16 Olim in nube aſcenſurus in cœlũ mundo
iudicatus receſſit dñs Ieſus, nũc ſimili mo
do iudicaturus mundũ in nube adueniet,
quod Apoſtolis quoq; dum in cœlũ ſuſpi
cerent aſcendentẽ prædictum eſt ab ange
lis: Viri inquiunt, Galilęi, quid admirami
Acto.1 ni? &c. Sic veniet, hoc eſt, in carne veniet,
quemadmodũ vidiſtis eũ euntẽ in cœlum
Bene aũt additur, Cum poteſtate magna.
Iohan.18 A mundo nãq; olim iudicatus ante iudi-
cem ſtetit humilis atq; veluti infirmus: nũc
vero mundũ iudicaturus videbitur in po
teſtate & maieſtate, vtpote cui data eſt o-
Matt.28 mnis poteſtas in cœlo & in terra. Nullo
tamen eſt modo putandũ ꝙ impij ſiue dã
nandi Chriſtũ viſuri ſint in maieſtate di-
uinitatis, ſed in ſola duntaxat humanita-
te. Porro boni videbunt eũ in humanita-
te & diuinitate. Cogitate modo filij, ꝗ̃ læ-
Pſalm.149 ti erunt tunc, ꝗ̃ exultabunt ſancti in cubi-
libus ſuis, qui modo in dño dormierunt, ꝗ̃
ſecuri reſurgẽt qui ante, hoc eſt, modo in
Apo.20 vita hac mortali reſurrexerunt à peccatis
& vitijs ſuis, quomodo beatus eſt qui ha-
bet partem in reſurrectione prima. Prima
reſurrectio eſt animę in hac vita à peccato
ad virtutem, per pœnitentiã atq; emenda-
tionem vitæ reſurgentis. Quicunq; itaq;
iam in prima hac reſurrectiõe partem ha-
bet, peccata ſua damnãs, mundũ calcans,
à malo abſtinens, bona operans, & ad fi-
nem vitæ hoc modo perſeuerans, haud il
li nocebit quod aliquãdo vitijs fuerit ſub
iectus, ꝙ mundo ſeruierit, quod à diabo-
lo fuerit captus, captiuuſq; ad tempus mã
ſerit, maxime ſi eo tẽpore quo adhuc tam
mala quàm bona agere potuerit, ſuor; pœ
nituerit malorum, ſi Chriſti gratiam quę-
ſierit, ſi ad Dei præceptor; obſeruantiam
redierit. Neq; enim in extremo tempore ti
mere habebit, ſed iudici ſecurus tanquil-
luſq; aſtabit, ab eodem non abijciendus,
ſed benedicẽdus. Proinde modo filij quæ
tunc euẽtura ſint vobis, præcogitate. Mo-
do timete, modo delicta veſtra plangite, Pſalm.146
modo Dei miſericordiã quęrite, dñs enim
(vt quotidie nunc legimus) prope eſt. Pro Iſai.55
pe eſt tibi ad erogandã miſericordiã, pro-
pe eſt ad gratiam in te multiplicandã, pro
pe eſt, occurretq; tibi, vt te ſicut prodigũ
filium reuertẽtem, pater in amplexus reci Lucæ 15
piat, omnia donans tibi delicta, teq; ſui cõ
ſtituens regni cohæredem. Si igitur reuer
ſus ad illum fueris (quomodo monet) to-
to corde, effundet ſuæ in te gratiæ benedi-
ctionem: poteris quod te modo putas nõ
poſſe. Super aſpidem & baſiliſcum ambu- Pſalm.90.
labis, & conculcabis leonẽ & draconem.
Cadẽt à latere tuo mille hoſtes, & decem
milia inimicorum, inſidiarumq; à dextris
tuis, ad te autem malum non appropin-
quabit. Cuſtodiet enim te dominus vt pu
pillam oculi, & ſub vmbra alarum ſuar;, Pſalm17.
hoc eſt, ſub brachijs ſuis in cruce ſuper te
expanſis, proteget te. Filioli, non deterre-
at vos peccatorum, neq; multitudo, neq;
enormitas. Quem timetis? pater eſt ve-
ſter, ſi vultis, non iudex. Sanare vult, non
percutere. Aduocat, non repellit. Et quid
dico aduocat, quum etiam vobis occur-
rat, in amplexuſque ſuos vos recipere feſti
net? Nolite illum ſua expectatione frau-
dare. Facite quæſo gaudium patri ſuper re Lucæ 15
uerſione veſtra conuiuium inſtauranti. Fa
cite gaudium Dei angelis in cœlo, ſuper
veſtra pœnitentia tripudiantibus. Quid
cunctaris o anima peccatrix? Patrem vi-
des tuum, in tui amplexus brachia exten-
dentem, & formidas? Tuus eſt amator,
ſaluator tuus eſt qui occurrit. Ad eum, ſi
ab omni vis metu fore liber, fuge. Vide
quàm deſideranter te expectat. Vide quã
amanter inuitat. Vide quàm miſericordi-
ter recipit, quàm protegit & benigne, &
potẽter. Iam igitur filij in eius recipiamur
gratiam, iam eius efficiamur amici, & in
extremo iudicio non timebimus. Siquidẽ
quomodo hinc eximus, ita in iudicium
citabimur. Scriptum namq; eſt: Lignum Eccl. 11
ſiue ad auſtrum ceciderit, ſiue ad aquilo-
nem, ibi erit hoc eſt, homo quomodo in
morte inuentus fuerit, & quomodocun-
que ſuam terminauerit vitam, iuxta hoc
reperietur in iudicio. Itaque ſi caſtus, ſi be
nignus, ſi miſericors, ſi Dei charitatem ha
bens ac proximi, vixeris, perſeuerauerisq;
vſque ad mortem, nihil in illo tibi iudicio
timendum eſt. Neminem tunc accuſato-

torem habebis peccatorum tuorum, modo tu accuſaueris teipſum, in hac vita pœnitēs, Nunc igitur nō diſſimulemus peccata noſtra, modo accuſet nos cōſcientia noſtra. Ante vulneret animam noſtram, afficiatque mœror, quàm ad ſacerdotem accedimus, quod tam inque, quā negligenter in Dei egimus officio. Filioli, non ſufficiat vobis cōfeſſori narrare peccata veſtra, tanq̄ is qui enarrando texit hiſtoriam, aut fabulam enunciat, ſed mœrenti atque irato in vos animo oportet confiteri quicquid egeritis mali. Nec tamen mœror hic veſter generetur ex priuato amore, puta ex verecundia atq; intolerantia ignominiæ quā peccando coram hominibus cōtraxiſtis, nec propterea quod vitiorum notati ſitis apud homines: ſed ideo o pœnitens tibi eſt dolēdum, quod piiſſimum dominum creatorem, ac redemptorem tuum offenderis, quod amatori fideliſſimo perfidus, contumelioſus, ingratuſque fueris, quod denique eius amicitia & gratia (quam ſuper omnia debueras ambire) te ſpoliaueris, aut quod ſaltim illam vires tuas labefactando, non auxeris. Si itaq; hoc modo teipſum planxeris, in iudicio extremo eris ſecurus, nec quod plangas, ſed pro quo gratias agas habebis.

His autem fieri incipientibus reſpicite & leuate capita ueſtra, quoniam appropinquat redemptio ueſtra.

Tremenda hæc quæ prænunciat, quantū bonos & electos exterrere non debeant, ſed potius conſolari, per hæc verba quæ ſuperioribus ſubiungit, indicat. Conſolatur enim omnes quibus hic aut non placet mundus, aut qui mundum non diligunt, quod ſui illis appropinquat redemptio. Siquidem non raro contingit, vt qui mundum non diligunt, non diligantur quoque à mundo. Mox enim ſuos percipit mūdus, vel amicos, vel inimicos. Blanditur enim amicis ſuis, odiētes ſe infeſtat. Vnde fit vt ij qui mundum non amant, moleſta hic multa quæ mundus illis propinat ferre cogantur. Hos itaq; qui mundi ſunt hoſtes, quos mundus hic premit perſecutionibus, moleſtijs, ærumnis, infirmitatibus, alijſque calamitatibus multis, dominus alloquitur, vt non propterea timeāt ſi finis appropinquet mundi: quia hæc mundi tribulatio illis erit redemptionis occaſio, qua ab omni miſeria liberentur. Leuate, inquit, capita veſtra, exultate & gaudete, quoniā appropinquat redemptio veſtra. Exilium veſtrum tunc finietur ſoluetur captiuitas qua hic detinemini inuiti. Quare veſtrum nō eſt in mundo plorare, ſed ſuper mūdi ruina gaudere. Mundi enim ruina erit, non tam animæ quàm corpori veſtro vera perfectaq; libertas.

Et dixit illis ſimilitudinem: Videte ficulneam, & omnes arbores. Cum producunt iam ex ſe fructum, ſcitis quoniam prope eſt æſtas. Ita & uos cum uideritis hæc fieri, ſcitote quoniam prope eſt regnum Dei.

Quemadmodum ex fructu arborum vicinā cognoſcitis æſtatē, ita ex ruina mundi prope cognoſcite regnum Dei. Fructus namque veſter, mundi ruina eſt. Quare enim mundus floret, quare germinat, quare fructum parit, niſi vt primo flos pereat, deinde germen, tandem fructus, poſtremo mundus quoq; cum ſuo germine intereat? Illis autem tranſeuntibus, vobis appropinquabit regnum Dei. Nihil enim hic naſcitur perpetuū, nihil ſtabile manet, nihil abſq; miſeria perſeuerat beatū. Propterea filij nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo ſunt. Nihil eſt in mundo veſtrum, nō eſtis vos de hoc mundo. Cadat, ruat, tranſeat mundus, & omnis concupiſcētia eius. Vos diligite dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & aduentum eius: Hunc maxime, quo reformabit corpora infirmitatis veſtræ, configurata corpori claritatis ſuæ. Iohan. Phil. 4

Amen dico uobis quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum & terra tranſibunt: uerba autem mea non tranſibunt.

Aut generationem hanc carnalem Iudæorum intelligit, quæ non deficiet, quin alius alio ſemper moriente naſcatur, ſucceſſioque naſcentium ſit continua, donec hæc omnia euenerint. Aut quod eccleſiæ generatio filiorum ac fides nunq̄ vſq; in finem deficiat. Affirmat autem hoc modo ſuo conſueto loquendi. Amē dico vobis, ac ſi diceret: In veritate hoc certiſſimum teneatis, potius cœlum, & terram tranſitura, q̄ verba mea aut imperfecta, aut manere nō implenda. Non quod cœlū & terra prorſus peribunt, ſed quod iuxta hunc modū eſſendi

eſſendi quem habet modo, peribit cœlum
terraq́;. Neq; enim cœlum iuxta hunc mo
dum quo modo regitur, manebit, quia nõ
mouebitur, & clarius quã modo erit: ma-
nebit tamẽ ſecundum ſuam ſubſtantiam
eſſentiamq́;. Vos ergo filij ad patrem ve-
ſtrum cœleſtem aſpirate, de mundi ruinis
exultate, vt omnium electorum appropin
quet redemptio deſiderata, vt omnes re-
formemur & impleamur gloria cœleſti,
per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,
qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

SERMO IN EADEM dominica. Qui ſint qui de aduentu domini gaudeant, qui metuant, et de triplici aduẽtu dñi.

REſpicite & leuate capita ve-
ſtra, quoniã appropinquat
redẽptio veſtra. Luc. XXI.
Si ea quæ præcedunt hęc ver
ba filij recolimus, inueni-
mus dñm ſigna quædã nobis de mundi fi
ne pręnunciaſſe, quæ oĩa triſtia fore ſigni
ficantur & calamitoſa. Propterea electos
ſuos amicos, quibus mundus faſtidio eſt,
dñs conſolatur quoq;, quod eoꝝ appro-
pinquet redẽptio, vtpote qui cum hoc mũ
do nõ peribunt, ſed ipſoꝝ captiuitas, ipſo
rum ærumnę, grauamina, tribulationesq́;
Iſaiæ 25 finientur. Abſterget enim tunc Deus o-
Apo. 21 mnem lachrymã ab oculis ſanctorum ſu-
orum, quoniam priora, hoc eſt, luctus, do
lor, clamor, mors, aliaque id genus triſtia
tranſibunt. Conſolatur igitur eoſdẽ, quo-
niam his fieri incipiẽtibus, appropinquat
ipſoꝝ redẽptio: quõ impijs quoq; terrorẽ
ediuerſo vult incuti, ꝙ his eiſdem fieri in-
cipientibus, illoꝝ finitur cõſolatio, pereũ-
tibus his in quibus cõfidebant: incipit ve
ro illoꝝ deſolatio ac mœror, qui perpetu
us illis durabit. Manifeſtum itaq; eſt, qui
bus pijſſimus Ieſus formidandũ ſeculi fi-
nem, quibus metuendum ſuum prædicit
aduentũ. Nempe his qui amici ſunt huius
ſeculi, qui filij ſunt mundi, qui præſentia
amant, qui à caducis his rebus grauatæ fe
runt ſeparari. Nam apoſtoli electi quoq;
Dei omnes, quomodo triſtarẽtur de fine
mundi, cũ in mundo haud aliter tenean-
tur, q̃ in captiuitate conſtituti? Coguntur
enim in mundo videre, coguntur audire,
coguntur deniq; tractare, quæ inuiti audi
unt, vident & tractant imo quæ ſecundũ
Dei voluntatem odiunt. Quicquid enim
mũdus iactat, quicquid miratur & amat,
hoc ipſi vilipendunt & ſpernunt. Quãob-
rem ipſi quoq; rurſus à mundo ſpernun-
tur & odiuntur. Dicit itaq; dñs electis ſu-
is: His fieri incipientibus, reſpicite & leua
te capita veſtra. Mœrentium, oppreſſoꝝ
ac calamitoſoꝝ eſt oculos, & caput ad hu
mum deflectere. Quare liberationis, con-
ſolatiõiſve ſi illis oriri ſpes cœperit, ſubito
animæquiores facti, & oculos et capita eri
gunt. Multos varioſq́; hic in mũdo Deus
habet amicos, & plerumq; adeo ſecretos,
vt ſæpenumero qui in delitijs, qui in felici
tate huius mundi verſari videantur, in tri
bulatione ſiue mẽtis, ſiue corporis ſint ma
xima conſtituti. Multi enim qui florere vi
dentur in mundo, adeo premuntur à mũ
do in omnibus ipſis aduerſario, vt licet
in exteriori homine, circa eos appareat, vi
deaturq́; mundi ſchema, in eoꝝ tamẽ cor
dibus iam aruit. Sciunt hoc nõ pauci, ij ſci
licet qui in medio viuunt mũdi, nec à mun
do ſe excutere poſſunt, viuentes ſub neceſ
ſitatibus mundi in anguſtia cordis, qbus
nullã parit mundus conſolationẽ (ſed vt
dixi) neceſſitatem & preſſuram. Hi reuera
(quãuis ſæpe aliter, hoc eſt, indigne iudi-
centur) nõ ſunt filij ſeculi huius, ſed ſunt
de hoꝝ numero, quibus ex fine mundi ap
propinquat eoꝝ redemptio. Hæc dixerim
filij iccirco, ne quiſpiã fratrẽ ſuum iudicet
propter ea quę in exteriori videntur homi
ne. Multiplex enim variaq́; crux eſt homi
num, præcipue quæ foris non videtur. Sed
quotquot ſunt, illis prædicit dñs: quoniã
appropinquat redẽptio veſtra. Quaſi dice
ret: Non ſemper in pręſſura anguſtabitur Sapiẽt. 5
cor veſtꝝ, nec vos odio ſemper mũdus ha
bebit, nec erit vt diutius filijs huius mun-
di ſitis in deriſum, & ſimilitudinẽ impro-
perij. Siquidẽ cum mundi videritis finem,
etiam exilij calamitatumq́; veſtraꝝ finem
adeſſe gaudete. Leuate igitur capita veſtra
ſpem reſumite, quoniã prope eſt redẽptio
veſtra, ſoluetur captiuitas, apparebit pa-
tria tantopere deſiderata. Heu filij, cur in
captiuitate, & exilio hic poſiti captiuita-
tem, & exilium amamus? Cur hinc ſepa-
ramur tam inuiti? quandoquidem his qui
Deum amant, erit egreſſus eorum redem
ptio, erit libertas, erit pax & ſecuritas, cũ
ediuerſo vita hæc præſens ſeruitus, & ca-
lamitas, labor ſit & afflictio ſpiritus. Vere
o beatos illos captiuos, beatos afflictos,
quos mala mundi perturbantia non per- Lucæ 21

turbant,qui aĩas nouerunt ſuas poſſidere
in patiẽtia.O felices,inquã,eos quos nihil
niſi læſa cõſcientia,nihil ꝑter Dei offenſio
nẽ cõtriſtat. Hi ſunt qui in hoc mundo vi
uunt quidẽ,de mundo tamen nõ gaudẽt:
qui in mundo ſuſtinent preſſurã, vt in ſo-
lo vero Deo cõfidentes gaudeant, quoꝝ
ſtudiũ,quoꝝ amor, quorum lætitia ſolus
eſt Chriſtus dñs noſter.Prçceſſere nos ho
Hebr.11 rum multi ad patriã, q̃ olim in exilio con-
Iacobi 5 ſtituti,ludibria & verbera experti,inſuper
& vincula & carceres.Lapidati ſunt, ſecti
ſunt, in occiſiõe gladij mortui ſunt. Ecce
beatificamus eos qui ſuſtinuerunt. Saluti
feꝝ nobis tam vitæ q̃ mortis ſuæ relique-
runt odorẽ,non verbis tantũ, verum ope
1.Iohan.2. re & virtute etiã nobis clamant:Nolite di
Iacob.4 ligere mundũ,neq; ea quæ in mũdo ſunt.
Trãſit eñ mundus & cõcupiſcentia eius.
Itẽ: Qui vult amicus eſſe huius ſeculi, in-
imicus Dei cõſtituetur. Quis hic nõ videt
filij q̃ præſtet Dei habere amicitiã q̃ mun
Roma.6 di:eſſe Dei filium,Dei amicũ, q̃ ſeculi:Sti-
pendia eñ peccati(q̃ adminiſtrat mũdus)
mors:gratia aũt (quã habemus per Chri-
1.Pet. 4 ſtũ) vita æterna eſt. Eſtote igitur filij pru-
Roma.13 dentes,& vigilate in oratiõibus.Vigilate,
nõ in ebrietatibus aut comeſſatiõibus,nõ
in cubilibus & impudicitijs,non in mun-
di leuitatibus (quã vigiliã hodie Apoſto-
lus ſomnum.i.Dei obliuionem vocat, di-
Ibidem cens:Hora eſt iam nos de ſomno ſurge-
re,) ſed in orationibus cõtra aduerſarium
noſtrum diabolum,qui tanq̃ leo rugiens
Ephe.6 circumit,quærens quem deuoret. Vigile-
mus contra tela illius nequiſſima, ſcilicet
contra ſuperbiam, inuidiã, temulentiam,
crapulã,luxuriam,cenodoxiã, auaritiam.
Pſalm.38 Recolamus quod aduenæ duntaxat & pe
Hebr.13 regrini ſumus ſuper terram. Neq; eñ nr̃a
Ephe.2 hęc eſt patria, nec manẽtem hic habemus
ciuitatem in terra, propterea non ſeculi,
ſed regni cœleſtis ciues ſumus. Ad modi-
cum hic incolæ ſumus & viatores, quoꝝ
eſt mundum tranſire, nõ in mundo quie-
ſcere.Gaudeant hic igitur quoꝝ eſt mun-
dus patria, qui ſolũ hoc quod breue mo-
mentaneum eſt felicitatis habebunt. No-
ſtrum qui in captiuitate ſumus conſtitu-
ti non eſt gaudere de carcere, ſed gemere,
aſpirareque ad noſtri redemptionem. No
ſtrum eſt die noctuq; votis ſupplicibus ad
patrẽ clamare,ad eius ianuã pulſare,vt ali
quãdo ad ſe nos introducat orare.Hoc de
ſideriũ adeo nobis debet eſſe cordi, adeo
in animo fixũ, adeo perpetuũ, tam potẽs
atq; vehemens , vt quid interea iuxta nos
mundus agat nõ aduertamus , hoc eſt, vt
nihil penſi habeamus à mundo ſiue beati
ficari,ſiue vituperari,exoſum haberi an di
ligi . Conuenit quoq; nos nec pro hono-
re contendere,nec pro diuitijs rixari , ſed
ne lætari quidem pro tẽporalibus bonis,
quinpotius aduentũ Chriſti in ſilẽtio prę
ſtolari,auſcultare ad vocẽ præconis dicen Matt.25
tis:Ecce ſponſus venit,exite obuiã ei.O q̃
beati ſunt illi,qui hanc vocem læti ſecuri-
q; audiunt.Omnibus eñ nobis(quod ſub
typo parabolæq; decẽ virginũ,quaꝝ quin-
q; prudentes & quinq; erant fatuæ)audi-
re cõtinget media nocte.i. hora qua non
putabimus:Ecce ſpõſus venit, exite obui-
am ei.Ad hanc vocẽ alij trepidabunt, alij
exultabunt. Quõ eñ in magna domus fa
milia ſit dñs qui aliquãto fuerit tẽpore à
domo abſens aduenire ꝓdicetur, de fami-
lia quidã,puta q dño fuere fideles , & qui
dñi amãt deſiderantq; aduentũ gaudent:
alij triſtantur,vtpote ſerui pigri,inobediẽ
tes,& qui peccauerũt in dñm.Ideo autem
triſtantur,quia neq; cõſolationem à dño,
neq; laudẽ meruerunt præuaricatores.Ex
pectant itaq; dñm triſtes, à quo ſciũt ſe ca
ſtigandos,nõ remunerandos. Mulier ad-
ultera non gaudet de ſui mariti aduentu:
porro fidelis & caſta coniunx vehemen-
ter vbi adeſſe maritus nunciatur, exultat.
Sic qui de aduentu dñi non lętatur,ſignũ
eſt eum ita vixiſſe, vt magis formidet iudi
cem, q̃ vt ſentiat cõſolatorem. Mallet igi-
tur dñm nunq̃ ventuꝝ,ne dare illi pœnas
cogeretur.Itaq; tu vis gaudere de aduen-
tu Chriſti:Eſto bonus & fidelis,& erit ti-
bi Chriſti aduentus gaudio . Quamuis e-
nim aduentus eius ille in carne olim præ-
terierit, eſt tamen aduentus adhuc alius
Chriſti futurus , quo veniet ad iudicium,
ſiue ad mortem.Licet eñ inter vtrũq; nõ-
nulli diſtinguãt,quaſi alius ad iudiciũ par
ticulare, alius ſit aduentus ad iudiciũ vni-
uerſale,hic tamen ꝓ vno accipimus.Si eñ
circa mortem in iudicio illo(vt vocãt)par
ticulari fueris liber& abſolutus,in iudicio
extremo,quod vniuerſale dicunt , pariter
ſtabis à timore immunis . Triformis igiť
Chriſti eſt aduẽtus.Primus eſt aduẽtus in
carnem.Hic fuit manſuetus & pius,miſeri
cordia nimirum & pietate plenus . Venit Lucæ 19
enim filius hominis colligere,nõ diſperge
re.Venit miſereri & parcere. Venit in mũ Iohan.3
dum

dum, non vt iudicet mundum, ſed vt ſal-
uetur mundus per ipſum. Quod vt nobis
oſtenderet eccleſia, in multis hodie locis
Matth. 21 idē legitur Euangeliū ꝙ in die palmarum
Zach. 9 cōſueuit legi: Dicite filiæ Sion, quia rex tu
us venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſi-
nam. Vere manſuetus, qui ſeipſum quoq;
veniſſe teſtatur, non propter iuſtos, ſed vt
Matth. 9 peccatores vocaret ad pœnitentiam. Eos
nimirum peccatores, qui ſe peccatores &
agnoſcunt & arguunt. Huiuſmodi enim
peccatoribus ſe pium, benignum, exhibu
Matth. 11 it & affabilem. Cum huiuſmodi mandu-
cauit & bibit, adeoq; ſe illis exhibuit non
modo propitium, verumetiam familiarē,
vt à phariſæis publicanorum amicus cri-
Lucæ 7 minaretur. Quo palàm oſtēdit ſe in hunc
Matth. 11 veniſſe mundum, vt ſaluum faceret quod
Lucæ 19 perierat. Itaq; huius aduentus celebratio,
nihil aliud eſt, quàm diuinę incarnationis
cōmemoratio, gratiarumq; actio & laus.
Admonemur enim gratitudinis tantum
beneficium recolentes, quo ex ingenti ca
lamitate ac miſeria erepti ſumus. Admo-
nemur deinde deſiderij atq; expectatiōis
ſanctorum patrum expectantium in lym-
bo, qui non minus patientia longanimi,
quā ardenti deſiderio expectarunt Chri-
ſti aduentum. Hic noſtra o filij accuſatur
tepiditas, noſtra frigiditas ſeu inertia da-
mnatur, qui de Chriſti aduentu ferme ni
hil exultamus. Hi enim patres de Chriſti
aduentu certi, multis deſiderijs tempus in
carnationis eius, eius paſſionis, ſuæq; redē
ptionis expectabant. Nos multo ſumus
certiores facti, ſiquidem Chriſti incarna-
tionem, noſtri redemptionem, & quicqd
præterea antiqui credebant futurum, nos
credimus conſummatum ac impletum.
Quanto ergo quod factum ac preteritum
eſt creditur certius, eo quod adhuc reſtat
ſperaturq; futurum, tanto nos certiores,
quàm patres fuere antiqui, ſumus in fide.
Deinde quicquid ipſi poſt longiſſimam ca
ptiuitatem, poſtq; multoꝝ annorum cur
ricula erant accepturi, nos, modo illis fi-
de & opere pares fuerimus, aut ſaltem eos
fuerimus imitati, mox poſt mortem abſq;
vlla diuturniori captiuitate recipimus. Il-
lis nil cōtulit quæuis iuſtitia vt cœlum in-
Matth. 11 trarent, anteq̄ filij Dei ſanguine forent re
conciliati, adeo vt Iohannes quoq; Bapti-
ſta, quo maior ſurrexit ſanctorum nemo,
lymbum ingredi expectareq;, dum cōſum
mata foret hūani generis redemptio, co-
geretur. Nos mox vt à corpore egredi-
mur, niſi propria nos culpa purganda re-
moretur, beatitudo plena recipit. Nihilo
tamen ſumus gratiores Deo, nec gratias
agimus Deo tantas pro beneficio quod fa
ctum eſt, quantis illi deſiderijs ac votis vt
fieret impetrarunt. Cum igitur idē ſit præ
ſtitum beneficium ex Dei incarnatione tā
his qui præceſſerunt, quā iſtis qui Chriſti
ſunt incarnationem ſequuti (Nempe vt ijs
qui in captiuitate expectabāt plena dare-
tur liberatio: iſtis vero ne captiuitatē co-
gerentur ingredi, libertas: & maius ſit ca-
ptiuitatē nō ingredi, q̄ à captiuitate q̄diu
perpeſſus es liberari) quare tā parua deuo-
tione hoc Chri beneficiū. i. eius incarnati
onem celebramus? Eſt alius aduentus, in
mentē hoīs. ſ. Hic adeo eſt vnicuiq; ad ſa-
lutē neceſſarius, vt ſine ipſo primus aduen
tus nemini proſit. Quiſqs em̄ Chrm̄ non
receperit in mentē, huic non ad ſalutē, ſed
ad dānationē erit Dei incarnatio. Dei em̄
beneficijs nō vti, & ingratū eſſe, dānabile
eſt. Hic aduentus quotidie agitur. Quoti-
die em̄ mentibus humanis Chriſtus illa-
bitur, & q̄tidie parādus illi eſt locus. Pro- Roma. 13
pter hunc aduētum in epiſtola hodierna
admonemur de ſomno, hoc eſt, de peccato
ſurgere. Habet em̄ ſomni ſimilitudinem
pctm̄. Quomodo em̄ ſomnus vſu hoīem
priuat rationis, qūo eum nihil percipere
ſentireq; facit, ita peccatum q̄q; facit. Qua Prouer. 23
propter ſcriptū eſt: Traxerunt me, & ego
non ſenſi, verberauerunt me, & ego non
dolui. Trahitur re vera à diabolo pecca- Prouer. 7
tor, nec tamen peſſimi dæmonis tractum
ſentiens, ſequitur vt bos ad victimā. Spon
te enim ſe homo ante diabolo ſubijcit,
quam in illum quicquam poſſit diabolus.
Veruntamen poteſtate in eum ſemel acce
pta, victo durius imperat. Ah filioli, adue
niat dn̄s noſter Ieſus Chrs in nos, atq; il-
luſtratione aduentus ſui, hoc eſt, viſitatio
ne ſpūs ſui, in nobis deſtruat opa ſathanæ
vinculaq; qbus ille nos cōſtrinxit, ſoluat.
Credite filij nō leuē eſſe rē captū teneri à
diabolo hoīem ac vinctum, qūo vos eſtis
oēs quotq̄t in mortali detinemini pctō, q̄t
quot in voluntate pſeueratis mala, agendi
aliqd quod ſit peccatum mortale. Conti-
nuo em̄ ceruicē vobis frangeret, & animā
e corpore extruſam mergeret in inferni a-
byſſum, idq; merito ac iure faceret (quod
illi etiam nonnunq̄ à Deo conceditur) ni-
ſi dei id benignitas vetaret, ad pœnitentiā

te expectans,atq; ſaluare,nõ damnare cu=
Ezech.18 piens. Nolo em̃, inquit, mortem pctõris,
ſed vt conuertatur & viuat. Sed audi qd
Apoſtolus tibi clamet:An ignoras qa be=
nignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?
Roma.2 Tu vero ſecundum duritiã tuã,& impœ=
nitens cor,theſaurizas tibi iram in die iræ
& reuelatiõis iuſti iudicij Dei, qui reddet
vnicuiq; ſecundum opera eius.Deus qui=
dem te miſericorditer expectat.At tu hac
expectatione abuteris,theſaurizans tibi i=
Threno.3 ram.Veriſſime igitur dixit quidam:Miſe=
ricordię dñi q non ſumus cõſumpti.Mul
tæ em̃ ſunt miſerationes eius.Nos tamen
quaſi in ſomno ambularemus,& perinde
ac ſi eſſemus ſecuri,qũo qui dormiunt ſe=
curos ſe putant,quia periculum nullũ ſen
tiunt,ita nihil ſoliciti ſumus, nihil time=
mus,nihil deniq; agimus p ſalute noſtra,
cum re vera magna opus eſt nobis ſolicitu
dine,ingenti pauore, quandoquidẽ quis
amore odioue dign⁹ ſit,prorſus neſcim⁹.
Eccl.9 Conſcientia tamen noſtra inferno nos ob
noxios (ſi iuſte nobiſcum ageretur iuxta
demerita noſtra)clamat.Quotus enim in
nobis eſt noſtrum, qui non ſemel victus
ſponte ſuccubuerit diabolo? Quotus qui
nunq̃ peccauerit mortaliter? Quis bapti=
ſmi gratiã innocentiãq; ſibi à Chriſto co=
emptam hactenus ſeruauit? Vereor profe
cto filij,ex adultis neminem, aut perpau=
cos eſſe huiuſmodi.Si q tñ ſunt,gaudeant
ſuper miſericordia dñi,quæ niſi eos cuſto
diſſet,innocẽtes nõ eſſent,ſed eſſent vt re=
liqui nos oẽs,pabulũ & eſca gehẽnę ignis
Et qũo læti atq; ſecuri in tantis periculis
merito non diceremur dormire.Euigila
te igitur filij,qm̃ hora eſt iam nos de ſom
no ſurgere. Haudquaq̃ diutius eſt nobis Rom.13
expectandũ,ſed hac hora cor,mens oẽsq;
cũ animi tum corporis vires à pctõ auer=
tendæ,& ad Deum ſunt conuertendę.Ho
die incipiamus nos corrigere (cras em̃ an
nobis vita ſuperſit incerti ſumus.) Hodie
de ſomno euigilantes,ad Deum nos con=
uertamus,atq; dñi aduentui pręparemus
locũ. Tertius eſt aduentus ad iudiciũ. De
iudicio hoc nouiſſimoq; die quo extremũ
agetur iudicium, Chriſtus Caiphæ reſpõ
dit adiuranti: Videbitis filiũ hoĩs venien=
tem in nubibus cœli.Qui itaq; ſecundum
aduentũ guſtauit,& pſeuerãs vſq; ad mor
tem,de hoc mundo abſq; mortale pctõ,ſi
ue in grã Dei exiuit,ſecurus videbit Chri
ſti vltimũ aduentum ad iudiciũ.Gaudete
igitur filij qcunq; hic eſtis in pſſura,quicũ
que paupertate afflictione,perſequutionib⁹
ærumniſq; hic opprimini,qa preſſura ipſa
quam fertis,vobis prænunciat, quoniam
prope eſt redẽptio noſtra in Chro Ieſu.

DOMINICA III. ADVENTVS DOMINICI, epiſtola B. Pauli Apoſtoli, ad Philippenſes IIII.

GAudete in domino ſemper. Iterum dico,gaudete. Modeſtia ueſtra nota ſit omnibus hominibus,domin⁹ enim prope eſt.Nihil ſoliciti ſitis,ſed in omni oratione & obſecratione,cum gratiarum actione,petitiones ueſtræ innoteſcant apud Deũ. Et pax Dei quæ exuberat omnem ſenſum,cuſtodiat corda ueſtra & intelligentias ueſtras, in Chriſto Ieſu domino noſtro.

PARAPHRASIS IN EANdem epiſtolam.

OBſeruauit eccleſia vt in his
diebus aduentus dñi epiſto=
la ſemp legatur, quæ memo=
riam aduentus habeat dñici,
vel in carnem,vel ad iudiciũ.
Quamobrẽ hodie quoq; hac vtitur epiſto
la,quæ aduentũ dñi vicinũ,ac ppe eſſe no
bis ſignificet in hac aũt epiſtola crebrius
nos admonet gaudere Apoſtolus, haud
dubiũ qd in libertatem filiorum Dei vocati
ſumus.Siquidẽ cum nõ omne gaudiũ ſit Iacob
iuſtorum, nec pax quo quis exultet gau=
dio referat,ne putemus in honoribus, in
pompis,in voluptatibus alijſve mundi va
nitatibus gaudẽdum,omnibus his exclu=
ſis gaudium vnum nobis inculcat religio
ſum dicens:Gaudete in dño ſemper. Gau Philip.4
dete in beneficijs, in donis & miſerationi
bus diuinis,gaudete in grã adoptiõis filio Roma.8
rum Dei,gaudete in oĩbus bonis quæ fe=

cit vobis Deus veſter, gaudete poſtremo
in tribulationibus,etiã dum in varias ten
Iacobi 1 tatiões incideritis. Neq; ẽm ſanctum hoc
gaudium in luctu quoque deeſt homini
pio,nec ſancta punctio impeditur in hoc
Philip. 4 gaudio. Gaudete igit in dño gaudio ſem-
2. Cor. 7 per continuato, quo à vobis ſeculi exclu-
datur triſtitia,quæ mortem operatur. Ite-
rum quoq; dico gaudete.Eſt ẽm alacritas
ſpũs certiſſimum ſignũ inhabitantis grãe
Dei,& præſentiæ ſpũs ſancti. Ne tñ foris
2.Cor. 6 prodeat hoc gaudiũ ĩmodeſte muteturq;
in temporale gaudiũ,vnde fiat poſtea vo-
bis occaſio triſtitiæ,ſeruetur modus in oĩ-
bus,vt ſitis foris quaſi triſtes, ſemp aũt in-
tus in Deo gaudentes.Qui ẽm theſaurum
inuenit magnũ,non põt de inuento,non
gaudere theſauro. Veꝝ ſi prudens eſt,me
tuit inuẽtum aliĳs manifeſtari ex gaudio
rum eruptiõe,vnde eueniat illum theſau-
ro iterum priuari,gaudet quidem ſecum,
ſed gaudium ſuum foris celat,ne amittat.
Ita vobis quoq; expedit ſpũs alacritatem,
& deuotionis lætitiam modeſte per exter
na gaudiorum ſigna oſtendere, ne erum-
pendo immoderate gaudium amittatur.
Hæc aũt vobis debet ineſſe modeſtia,non
in hoc tantum vt non excedatis in ſuper-
flua effuſione gaudĳ,ſed in omnibus etiã
verbis, motibus, paſſionibus, & actioni-
2. Cor. 2 bus veſtris aliĳs. Nota ſit modeſtia veſtra
omnibus hominibus, vt omnes in vobis
ædificentur,ſitiſq; bonus odor Chriſti in
1.Petri. 2 omni loco.Simile aliqd Petrus dicit:Con
uerſationem veſtram inter Gentes habe-
te bonam,vt in eo quod detrectant de vo
bis tanq̃ de malefactoribus,ex bonis ope
ribus vos conſiderantes glorificent Deũ
Matth. 5 in die viſitationis.Et Chriſtus: Sic luceat
lux veſtra coram hominibus vt videãt o-
pera veſtra bona,& glorificent patrem ve
ſtrum qui in cœlis eſt. Sit igitur in omni-
bus veſtris moribus modeſtia. Dominus
ẽm prope eſt vobis, & nunq̃ deſeret vos,
paratus dare vobis quacunq; re indigueri
1.Petri 5 tis.Nihil igitur ſoliciti ſitis, omnem ſoli-
citudinem veſtram proĳcientes in eum,q̃-
Pſalm. 33 niam ipſi cura eſt de vobis.Siue enim fueri
tis in tribulatione, iuxta eſt dominus his
q tribulato ſunt corde.Et in pſalmo de ſe
Pſalm. 90 ipſo dicit:Cum ipſo ſum in tribulatione,
eripiam eum & glorificabo eum.Siue fue
Matth. 6 ritis in egeſtate, modo primum quærite
regnum Dei & iuſtitiã eius,&omnia adĳ
cietur vobis.Eſt ẽm quędã ſolicitudo pro
rebus temporalibus,qua auari pleni ſunt,
& adeo occupati vt aĩam ſuam cum vita
æterna &negligant & amittant,hæc inter
dicitur.Eſt tamen aliã ſolicitudo ſpiritua
lis,quæ eſt diligentia animi pro virtutibꝰ
pro gratia Dei ſibi augenda, ad euadenda
pericula ſuperandaſq; tentationes.Quam
ſolicitudinem ſcriptura commendat, Mi Micheæ 6
chæa dicente:Indicabo tibi homo quid ſit
bonum,& quid Deus requirat à te,vtique
facere iudicium & diligere miſericordiã,
& ſolicite ambulare cum Deo tuo.Eſtote
igitur ſine mundi ſolicitudine,ſed ea qui-
buſcunq; indigetis ad Deum recurrentes
poſtulate.Semper itaq; in omni aduerſita
te aut neceſſitate veſtra, petitiones veſtræ
innoteſcant apud Deum,id eſt,huiuſmo-
di ſint quæ Deo innoteſcant,hoc eſt, pro-
batæ ſint Deoq; acceptæ,quæ enim Deus
non probat aut quæ auerſatur,dicitur nõ
nouiſſe.Veſtræ autem petitiones innote-
ſcent in omni veſtra oratione obſecratio-
ne & gratiaꝝ actiõe qua pro delictis præ-
teritis veniã rogatis,aut vbi ꝑ futuris Dei
donis obſecratis, aut vbi pro acceptis be-
neficĳs gratias agitis.Et pax Dei quæ exu
berat omnem ſenſum & intellectum hu-
manum,cuſtodiat corda veſtra,vt imper-
turbata inter quaſcunq; etiã permaneant
moleſtias,in Chriſto Ieſu dño noſtro.

EXEGESIS EVANGE- lĳ eiuſdẽ dominicæ III. Aduen- tus, Matthæi XI.

CVm audiſſet Io-
hãnes in uinculis
opera Chriſti,mit
tens duos de diſci
pulis ſuis, ait illi:
Tu es qui uentu-
rus es,an alium expectamus?
Verba hæc ſunt Iohannis Baptiſtæ per di-
ſcipulos ſuos quos ad Ieſum miſerat,inter
rogantes an Ieſus ipſe foret,qui Chriſtus
diceretur,& quẽ lex Meſſiam futuꝝ pro- Iſaiæ 45
phetaret,qui foret expectatio gentium,&
oĩm ſalus ac redẽptio. Interrogat igitur:
Tu ne es,quẽ ꝓphetæ nunciarunt, quẽ ex Gene. 49
pectamꝰ,Meſſias & Chrs vẽturus,an aliũ
poſt te adhuc(q is ſit futurꝰ)expectare ha
bemus?Sunt q (vt Hierony. & Gregori.)
hanc interrogationem Iohannis intelli-
gunt de Chiſti deſcenſu ad inferna,vt ſit
verbo-

te dilexi te, ideo attraxi te miſerans tui.
Sed nunquid in nobis inuentum eſt,quod
deum attraheret aut inuitaret? Nihil præ
ter dona ſua.Nulla enim fuere merita no
ſtra, quare ad nos veniret. Sola bonitas
ſua impulit,ſola charitas coegit vt ad nos
veniret,vt nobis ſubueniret, vt beneface-
ret,& vt omnia ſua ac ſeipſum nobis lar-
Oſee 14 giretur. Sic enim per Oſee loquitur: Sa-
nabo contritiones eorum, diligam eos
ſpontanee,hoc eſt, nullo exigente eorum
merito, ſed propter memetipſum hoc fa
Eccli 3 ciam. Homo tamen duræ ceruicis quam
uis multis eiuſmodi promiſſionibus con-
ſolaretur, inuitareturque ad redamandũ,
nihil tamẽ aut parum credere potuit ver-
bis,niſi ea admirabili etiam modo viſibili
busq; oſtenderentur exemplis.Nam cum
nihil in ſe agnoſceret diligendum, de di-
uina charitate non aliter æſtimabat, quã
de amore humano, qui meritis prouoca
tur humanis, augeturque & fouetur eiſ-
dem. Voluit igitur hanc ab homine ſu-
ſpitionem Deus tollere, & beneficio im-
menſo atq; re ipſa ſuæ charitatis magnitu
dinem homini monſtrare. Eamobrem fa
ctus homo ad nos venit,& tantæ dulcedi
nis,manſuetudinis & dilectionis ſigna in
nos erogauit,vt nobis neq; diuertendi eſ-
Pſalmo 18 ſet locus,neq; excuſandi,imo nõ eſſet,qui
ſe abſcõdere poſſet à calore eius. Nihil e-
nim ad trahendum violentius eſt amore,
Cant. 8 quo nos ad ſe trahere voluit. Fortis enim
Bernardus eſt,vt mors dilectio.Vt enim diui Bernar-
di non prorſus verbis ſed ſententia vtar,
Deus volẽs nobilem creaturam reuocare.
Si,inquit,inuitum illum coegero,aſinum
habeo,propterea quod non libens ſed re-
1.Cor. 9 nitens veniat. Nunquid aſinis meũ dabo
regnum,aut de bubus cura eſt mihi? Scio
quid faciam. Homo quia pro conditione
naturæ ſuæ timidus eſt,terrebo eum ſi for
taſſe hoc modo conuertatur & viuat. Et
comminatus eſt quæq; acerbiſſima quæ
poſſunt audiri,puta perpetuam à ſe ſepara
tionem,dolores interminabiles, tenebras
æternas, vermes immortales, ignemque
inextinguibilem,aliaque id genus, cuiuſ-
modi multa habet ſcriptura ſacra. Verum
homo ſentiens,quia hæc ſibi non mox in
ferebantur,quia dilationem ſenſit ex mi-
ſericordia ſibi fieri, diſtulit & ipſe ad Deũ
conuerti,nec minas has timuit. Itaq; cum
hoc modo non reuocaretur, dixit domi-
nus: Non ſolum timidus eſt homo, verũ-
etiam cupidus: Promittam ei longæuos et
felices dies, bonorum & diuitiarum abũ
dantiam,ſanitatem, pacem, & nouiſſime
vitam æternam. Sed adhuc nihil ſe profice
re videns,vnũ, inquit, adhuc reſtat, ineſt
enim homini quoq; amor, & per hunc eũ
obtinere poſſum. Venit igitur ipſemet
Deus factus homo,et hominum benigniſ Matth.28
ſimum,humillimum,fideliſſimum, dulciſ
ſimũq; ſeſe exhibuit, adeo vt in eius paſſi-
one lapides quoq; ſcinderentur.Quid igi
tur ad hanc manſuetudinem, ad hãc cha-
ritatem, fidelitatemq; cõuerti noluerint,
ſunt certe audituri: Quid vltra facere de- Iſai.8
bui,& non feci? Quoniã non acceptaſtis
manſuetudinẽ & miſericordiam meã, ne-
ceſſe eſt vos ſentire iuſtitiam meam. Ani-
maduertite filij quanta propter nos facit
Deus, quanta facit nobis, quantum diſſi-
mulat,quàm parcit, q̃ benefacit nobis in-
uitans expectanſq; nos ad pœnitentiam,
quàm miſericorditer nobis dimittit pec-
cata noſtra,propterea quia nos diligit, &
non vult nos perire. Conuertamus igitur
corda noſtra ad eum cum lachrymis, pec-
cata noſtra,duritiam atq; ingratitudinem
noſtram flentes,& non ſinamus in nobis
perire,aut ocioſam eſſe charitatẽ eius tan
tã,ne tãtis eius beneficijs nõ reſpõdeat fru
ctus ſalutis noſtræ,præſtante dño noſtro
Ieſu Chriſto,qui eſt benedictus in ſecula.

DOMINICA SECVNDA DO- mini aduentus,epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Romanos XV.

QVæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. Deus autem patientię et ſolatij det uo bis idipſum ſapere in alterutrum, ſecũdum Ieſum Chri ſtum, ut unanimes uno ore honorificetis deum, & patrẽ domini noſtri Ieſu Chriſti. Propter quod ſuſcipite inui cemr,

verborum ſenſus, quæſtioniſq; intentio, quod Iohannes præuidens ſuū finem adeſſe (ſicut prædicebat: Me oportet minui, illum, hoc eſt, Chriſtum, vero oportet creſcere) interrogare voluerit Chriſtum, qd in lymbo vellet nuntiari patribus, an per ſeipſum etiam foret ad illos deſcenſurus, quomodo iam in mundum venerat incarnatus. Verum alij aliter exponunt, quorū explanatio verior ſonat, vt paulo poſt dicam. Non obſcurum eſt, quando, aut quare Iohannes in vincula ſit captiuitatemq; coniectus. Vbi em̄ Herodem Antipam argueret de illicitis nuptijs, puta qui fratris ſui adhuc viuentis Philippi, ablatam duxerat vxorem, & eos qui ſe nefariaca copulatione coniunxerant, ſeparare tentabat, dicens: Non licet tibi o Herodes rex habere coniugem vxorem fratris tui. Ad Herodiadis adulteræ ſuggeſtionem, quam (vt dixi) tunc ſub nomine cōiugis in delitijs rex habebat, Iohannes in carcerem coniectus eſt opportuno tempore, propterea quo veritatem dicens Iohannes iniquitatem arguiſſet, necandus. Quod non multo poſt euenit. Hic in carcere poſitus, cum videret ſuos diſcipulos circa ſe errare, hoc eſt, eos putare ſe eſſe Chriſtum qui mundo promiſſus fuerat, cum Meſſiæ, id eſt, Chriſti pręcurſor duntaxat erat, antequā ab hoc mundo per martyrium egrederetur, erui ſuos diſcipulos optabat ab hoc errore, vt ſepoſita æmulatione pro ſuo magiſtro, in verum Dei crederent filium, verum Chriſtum, verumq; Meſſiam. Quam obrem miſit duos ex diſcipulis ſuis, qui impenſius forent creduli, ad Chriſtum, percunctari eos faciens, & qui Chriſto dicerent.

Iohan. 3

Matth. 14
Marci 6

Tu es qui uenturus es, an alium expectamus?

Quærit fortaſſe continuo quis: Si id Iohānes voluit, vt diſcipuli agnoſcerent Chriſtum, quare manifeſte hoc illis non dixit? Quare ne ſe Chriſtum diſcipuli cogitarēt non prohibuit? Satis prohibuerat Iohannes, dicens: Quē me putatis eſſe, non ſum ego. Et ad ſe ab Iudæis miſſos cōfeſſus eſt ſe non ſolum Chriſtum, ſed ne prophetā quidē eſſe. Veruntn̄ diſcipuli zelantes magiſtri ſui honorē, & putātes eū id q̄d eſſet ex humilitate negare, ei nō credebāt. Miſit igitur eos ad Ieſum, nō dubitans tanta apud eum viſuros, audituroſq;, vt ad eundem conuerſi, vere ip̄m eſſe Chriſtum & magiſtrum ſuum, non ſolum humilia, ſed etiam vera de ſe profitentem, crederent. Miſit aūt eos poſtq̄ audiuit op̄a Chriſti. Quæ? Nempe hæc quæ Chriſto digna erant, quæ Chriſtum loquebantur, vt ſunt loqui veritatem, pœnitentibus miſereri & parcere, euangelizare regnum Dei, facere virtutes & ſigna, humilem ac mitem non minus inter adulantes q̄ inter perſequentes eſſe, peccata condonare, pro malis beneficia retribuere, &c. Miſit itaq; Iohānes diſcipulos ſuos ad Chriſtum, vt illum audirent, & re ipſa probarēt illum eſſe Chriſtum. Neq; em̄ Iohānes dubitare poterat dn̄m Ieſum ip̄m eſſe, qui fuerat mittēdus, Chriſtum atq; Meſſiā: q̄nquidem ip̄m in vtero virginis necdū natus q̄q; agnouit. Baptizauit præterea & agnouit. Nā Chriſto loquens Iohānes: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? q̄uo eundē non nouit? Agnouit deniq; paulo poſt patris audiens vocē ſuper eum, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Non caret autem inſtructione hoc factum Iohannis. Cōmendat em̄ nobis ſolicitudinem piā, q̄ pro ſuis gerebat, ne moriēs eos in errore ignorātiaq; relinqueret, vt etiā eis notitiam, familiaritatemq; cum Chriſto cōpararet, quo poſt ſuā mortē illi adhærerent. Et vos filij ſuper familia domus veſtræ vigilate, & ne peccatū, neve ignorātia eos ſeducat, curate. Inſtruite eos in viā veritatis dirigite, atq; ad pia opera eos (maxime q vobis cōmiſſi ſunt) exercete. Sit vobis gaudio familiā veſtrā & eos q vobis ſociantur, non ſolū ex inſtructione ſed ex cōuerſatione veſtra etiā fieri meliores, Non detineatur vobiſcum Iohānes in vinculis, hoc eſt, zelus iuſtitiæ & prædicatio veritatis à vobis non ſolum nō impediatur, ſed etiam ne abſcōdatur quidem. Loquimini vnuſquiſque veritatem cum proximo ſuo. Nemo odiat fratrem ſuum ſed vbi deliquerit publice, aut clanculum, iuxta conditionem delicti arguat eum. Nolite, inquit, communicare peccatis alienis, magis autem redarguite. Cum Iohannis diſcipuli ad Chriſtum veniſſent vt Lucas quoque refert, dixerunt: Iohannes Baptiſta miſit nos ad te, dicens: Tu es qui venturus erat, an alium expectamus? CHRISTVS ſciens quare ad ſe miſſi fuerant viri, opere magis ac veritate illis reſpondit, quam ſermone. Refert enim Lu-

Lucæ 1
Iohan. 1
Matth. 3
Lucæ 3
Ephe. 4
Leuit. 19
Matth. 18
Ephe. 5
Lucæ 7

Lucas: In ipſa autem hora multos curauit Ieſus à languoribus ſuis, & plagis, & ſpiritibus malis, & cæcis multis donauit viſum. Erant enim (vt dixi) miſſi propterea, vt videntes opera Chriſti, Chriſtũ crederent. Non poterant autem certius informari, quam vt opera, quæ præter Chriſtum nemo potuit facere alius, ipm viderent facientem. His enim viſis, iure hæſitare non poterant, quin foret Chriſtus. Reſpondit igitur Ieſus ad Iohannis quæſtionem (vt dixi) non voce, ſed opere, quo ſe Chriſtum & filium Dei probaret. Fecit enim ſigna hæc non orando, ſed præcipiendo, hoc eſt, propria virtute, quod ſolius Dei eſſe cognoſcitur. Eam ob rem Iudæos quoq; non multo poſt quod non crederent ſibi, inexcuſabiles pronunciauit, dicens: Si mihi non creditis, operibus credite. Item: Si opera non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. Quaſi diceret: De ignorantia ſe excuſare nequeunt, quoniam opera mea teſtantur me vera loq, alioquin haud quaquam quæ facio poſſem efficere, ſi falſitas aut impoſtura foret in me. Hoc modo ijs, qui ad ſe miſſi fuerant, etiam hic loquitur, facto ac re ipſa loquens, quaſi reſponderet. Interrogatis me an ſim ille qui mundo venturus promiſſus eſt, opera mea, videte & expendite, an ſint Chriſti filij Dei opera, an probent Meſſiam, an ve alius qui mundũ redimat quærendus ſit.

Iohan. 10

Iohan. 15

Et reſpondens Ieſus, dixit illis: Euntes renunciate Iohanni quæ audiſtis & uidiſtis. Cęci uidẽt, claudi ambulant, læproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus eſt qui nõ fuerit ſcandalizatus in me.

Non verbis ſed operibus vultis, inquit: ego vobis reſpondeo. Ite tantum & dicite quæ vidiſtis, cæcos recipere viſum, claudos greſſum, &c. Beatum tamen nihilominus qui nõ fuerit ſcandalizatus in me, hoc eſt, qui ſcandalum non patitur ex operibus humanitatis, quæ pro infirmitate carnis, & ad probandam humanitatis veritatem volens tolero, vt minus credat mihi ineſſe potentiam, virtutemque diuinam. Qui eñ propterea quod edo, quod bibo, quod dormio, quod patior, quod morior in me ſcandalizatur, propterea non credens me Deum, illi erit hic aduentus meus, non in ſalutem, ſed in ruinam. Beatus igitur qui non fuerit ſcandalizatus in me. Eatis igitur, & quæ vidiſtis & audiſtis, renunciate Iohanni. Quaſi dicat: Ipſe enim vbi hæc feceritis, exponet vobis prophetiam Iſaiæ de Meſſia futuro: Ecce Deus ipſe veniet & ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet quaſi ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Vide quàm modeſte, quàm caſte Chriſtus reſpondit. Nõ enim dicit ſe eſſe Meſſiam aut Chriſtũ, opera tamen coram illis huiuſmodi exhibuit, quæ neceſſario ipſum teſtarentur Chriſtum. Voluit autẽ Chriſtus non faciliter ſibi nomen hoc vſurpare Chriſtus, quia & Romanis & Iudæis erat nomen inuiſum atq; inuidioſum. Sonabat enim regem, non quod quempiam timeret Ieſus, ſed vt neminem ſcandalizaret, hoc eſt, vt ſcandalũ quod alij inde reciperent (quamdiu ita congruit) euitaret. Propterea diſcipulis ipſum Chriſtũ confitentibus prohibuit, ne cuiquam hoc, puta quod eſſet Chriſtus, dicerent. Voluit igitur donec euangelizaſſet mũdo, donec que tẽpus illius adueniret, quo ęgredi de hoc mundo per paſſionem ſtatuerat celari, & non vocari Chriſtus. Quo tempore adueniente, modeſte confeſſus eſt ſe eſſe Chriſtũ. Videte aũt hic filij, quæ ſigna fuerint, quibus Chriſtus ſignificauerit ſe eſſe Chriſtum: Cæci, inquit, vident, ſurdi audiunt, &c. Nunquid filij, quia cæci iam non illuminantur, nõ eſt nobiſcum Chriſtus, aut nõ ſumus nos Chriſtiani? Si ſigna hęc ſpiritualiter intelligimus, hodie quoq; ipa fiunt. Hæc eñ in vniuſcuiuſq; cõuerſione fiunt. Chriſtus in carne veniens in mundum, multa contulit mundo beneficia ſanitatum. Et nunc idem in mentes hominum veniens, non pauciora donat beneficia animarũ. Peccator nanq;, q̃ diu eſt peccator, oĩa hæc in ſe habet vitia. Eſt eñ cæcus, eſt ſurdus, eſt claudus, eſt læproſus, eſt mortuus. Ab ijs omnibus ærumnis, ſi Chriſtus in eius venerit mentem, liberatur. An peccator non eſt cæcus qui in oculis dei frontoſus peccat, qui peccati defor mitatem non exhorreſcit, qui Dei oculos non reueretur, qui futuram ſibi damnationem nõ metuit, vbiq; clauſos habens oculos, vbi ſuæ eſſet ſalutis admonendus, aut vnde-

Iſaiæ 35

Matth. 17

vndecunq; poſſet cõuerti? Non videt peccati turpitudinem, non ſuam attendit inhoneſtatem. Non videt, hoc eſt, non penſat, dei cuncta cernentis, iuſtitiam. Non videt poſtremo perpetuam peccatis debitã damnationem, nec ſuppliciorum enormitatem. Sub hac cæcitate libere peccat, & quaſi, aut non eſſet Deus, (ſicut ſcriptum
Pſal.13.52 eſt: Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus) aut quaſi fabulæ forent quæcunq; ſcripta ſunt, quæcunq; nobis credenda ꝓponuntur. Securus in peccato edit, bibit, dormit, gaudet & ridet. Breuiter, ducitur à diabolo ad infernales furcas, nec videt. Peccatum enim illum excæcat, ſicut ſcriptum eſt: Excæcauit eos malitia eorum.
Sapien.2 Quomodo itaq; peccator cæcus eſt, ita etiam ſurdus. Non audit, hoc eſt, nõ recipit verbum dei, non retinet. Audit quidẽ aure corporeo Chriſtum in Euangelio loquentem, ſed non audit aure cordis. Nihil enim in vita eius deprehenditur, vnde ꝙ dei verbo iam obediat, agnoſcatur. Non ergo audit ſanam doctrinam, quia ad cor eandem non recipit, nec ad intima traijcit voluntatis. Eſt quoq; claudꝰ, quia ad opera pietatis, & ad dei præcepta, neq; pedes corporis, neq; greſſus affectuum mouet. Quarto, peccator efficitur læproſus. Infectus enim eſt peccati corruptione, inficitque alios verbis malis, & vitæ exemplo.
1.Cor.15 Corrumpunt enim bonos mores colloqa mala. Sicut ergo in ſuo primo aduentu Chriſtus eſt hæc ſigna opatus, dum viueret hic nobiſcum in carne, quibus ſe Meſſiam eſſe verum teſtatus eſt, ſic in his in q̃rum mentes venit, eadem ſigna operatur ſpiritualiter. Vbi enim te comperis de peccato erubeſcere, peccati turpitudinẽ horrere, dei præſentiam & iuſtitiam contemplari, quæ ante non videbas peccata, aut paruipendebas, nunc magnifacere & deteſtari, inferni pœnas formidare, intellige in te, hoc eſt, in mentem tuam veniſſe, qui illuminat in te abſcondita tenebrarum, vt quæ non videbas videas. Si item te verbi diuini lectio, aut prædicatio delectat, cœperisq; in lege domini meditari, quomodo eandem perficias, aures tibi Chriſti reſerauit aduentus. Si quomodo alijs fuiſti ſcandalo, verbis & operibus infirmiores olim trahens ad peccatum, ita nunc bono exemplo, exhortationeq; ſancta ad bonũ inuitas, à læpra mundatus es, & Chriſti ſpiritum in te habes habitatorem. Si poſtremo, quamuis non ſingulari præditus ingenio, nec virtutibus diues, alijs cœperis euangelizare, hoc eſt, annunciare bonum eosq; ad charitatis opera, ad dei quoq; cultum inſtruere, de pauperibus, id eſt, de humilibus illis es, qui Chriſtum euangelizant: & Chriſti in te ſentis aduentũ. Porro ſi hoꝝ nihil in te ſenſeris, time ne Chriſtum non habeas in corde tuo, fortaſſe qa locum habes immundum, quem deteſtatur inhabitare, fortaſſe nec illum deſideras, aut etiam ei repugnas, quare tecum recuſat habitare.

Illisq; abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Iohanne: Quid exiſtis in deſertum uidere? Arundinem uento agitatam? Sed quid exiſtis uidere? Hominem mollibus ueſtitũ? Ecce qui mollibus ueſtiuntur in domibus regum ſunt.

Exierant turbæ ad Iordanem, audientesque prædicationem Iohannis, in ſignum pœnitentiæ de peccatis priſtinis, & pro ſigno quod vitam inculpatam ſeſe corrigẽtes poſthac ducere vellent, baptizabãtur à Iohanne. Dicit ergo Ieſus: Quid exiſtis in deſertum videre? Commendare voluit turbis Iohãnem, hoc tamen facere noluit in præſentia diſcipulorum Iohannis, ne adulari videretur Iohanni, putareturve ꝙ hunc ideo coram ipſis diſcipulis cõmendaret, ꝙ ſciret eos omnia Iohanni relaturos. Expediebat quoq; nihilominus Iohannem non cõmendari coram illius diſcipulis, qui nimium zelabantur pro ſuo magiſtro, atq; propterea in Chriſto ſcandalizabantur inuidia aliqua quod ille baptizaret, quodq; populi accurſum haberet Ieſus, quo magiſtri ſui gloria minueretur. Fuit tamen ſcandalum ſiue æmulatio hęc ex ignorantia, nõ ex mala voluntate, atq; ideo nõ fuerunt reprehenſi à Chriſto, ſed diſſimulãter informati. Illis igitur abeuntibus, dixit Chriſtus ad turbas: Quid exiſtis in deſertum videre? quaſi dicat: Quæritis hominem in deſerto? Quem illum iudicatis? Nunquid arundinem vento agitatam? Nunquid hominem leuem & inconſtantem, qui ad auræ flatum moueatur, qui hominum ſe moribus attemperet vt quod multi laudant laudet, quod item vituperant multi vituperet, idipſum hodie cum laudantibus laudans, cum vituperanti-

rantibus iterum arguens, quo accommodet ſe adulantiū more alienis iudicijs hominumq́ꝫ fauoribus? Nunquid exiſtis videre hominem mollibus veſtitum? quaſi diceret: An putatis eum delitijs aſſuetum carnem ſuam mollibus fouere? Minime. Neq; eſt arundo quæ vento in vtranq; flectitur partem, hoc eſt, neq; ex naturæ malitia incōſtans ac leuis eſt, à veritate deflexibilis, neque ſtudio malæ conſuetudinis hoc vitium contraxit, vt aduletur. Quod ſi eſſe vellet, iā nō eſſet in carcere vinctus. Quam pręterea ſit alienus à mollitiæ veſtium & ciborum, quam ſequūtur hi qui amant oblectamentum carnis teſtatur eremus, teſtatur vaſtum durūq; cubile, teſtatur inhumanus agreſtiſq; cibus, teſtatur poſtremo veſtimentum hiſpidum, ex pi-
Lucæ 1 lis ſcilicet camelorum cōtextum. Non eſt igitur arundo, qui in ſpiritu & virtute pręcedit Eliæ, parare domino plebem perfectam. Non veſtitur quoq; mollibus, neq; mollitiem ſuo quęrit corpori, quandoquidem qui mollia quærunt in domibus regum ſunt, ijs nihil cum eremo eſt commune.

Sed quid exiſtis uidere? Prophetam? Et iam dico uobis, plus quam prophetam.

Quaſi diceret: Prophetam æſtimatis inueniſſe quando recepiſtis Iohannem. Verum tamen ego vobis illum pronuncio pluſq̄ prophetā. Cauſam aūt quare propheta & plus q̄ propheta eſſet Iohannes, adiungit.

Mala. 3 **Hic eſt em̄ de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui pręparabit uiam tuam ante te.**

Scimus in familia regū eos qui magis vicini iuxta regem ambulant, turba eſſe præſtantiores. Quo ergo prophetæ Chriſto fuere viciniores, eo etiam ſunt in hoc ge-
Iohan. 1 nere præſtantiores. Adeo aūt vicinus erat Chriſto Iohannes, vt faciem eius (quo nihil vicinius) præcederet, & eum quoq; digito monſtraret. Erat igitur non ſolū propheta, ſed etiā in aliquo maior quàm propheta, vtpote angelus, id eſt, nūcius Chriſti, Chriſti magnus amicus, Chriſti vicinus præcurſor, & Chriſti monſtrator. Videte autem quā ſapienter citat Chriſtus dominus auctoritatem illam ſeu ſententiam illam Malachiæ: Ecce ego mitto an- Mala. 3
gelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Hucuſq; enim loquitur, & hic ceſſat, tacēs ea quæ ſequuntur, puta. Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator quem vos quæritis, & angelus teſtamenti, quem vos vultis: quia non poterant de alio aliquo verba hæc intelligi, quàm de Meſſia ſeu Chriſto venturo. Hæc tamen verba (vt dixi) Chriſtus tacet, præcedentia tantum citās & perducēs attentionem auditorum, qui in lege & prophetis ſatis erant eruditi vſque huc, ne ſe iactare videretur Chriſtum, ſed potius ipſi quæ mox ſequuntur verba meditarentur expenderentq́ꝫ, quandoquidem hæc quæ Chriſtus citauit ex Mala- Ibidem.
chia eſſent impleta, implenda forent etiā quæ ſequūtur, ſcilicet: Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator quē vos quæritis, & angelus teſtamenti quem vos vultis. Quæ de Meſſia intelligi non ignorabant. Diſcerent igitur ſi impletum eſſet & adeſſet præcurſor Chriſti atq; eiuſdem viæ præparator, qui faciem eius præcederet, nihilo longius eſſe Chriſtum expectandum, quin ſuum præcurſorem ſequeretur, mundoq́ꝫ iam natus appareret. Videte quam ſecreto innuit ſe eſſe, ne ſe videatur iactare Chriſtū. Sequuntur autem plures commendationes quam hodie leguntur, in eodem Euangelio de Iohanne quę ſuo loco dicenda forent. Nos interim glorificemus & adoremus dominum Ieſum Chriſtū qui eſt benedictus in ſecula.

SERMO IN EADEM Dominica. Rectene ab operibus pœnitentiæ Iohannem Chriſtus commendauerit.

TV es qui venturus es, an ali- Matth. 11
um expectamus? Verba hęc ſunt Iohannis ad Chriſtum per nuncios ex carcere loquētis, qui quomodo Chriſtum non ex ignorantia ſua interrogauit (nihil enim de Chriſto Iohannes dubitabat) ſed pro diſcipulorum ſuorum inſtructione, ita Chriſtus quoq; Iohanni quidē reſpondens, eidem quæ voluit renunciauit, quo tamen Iohannem non hæſitātem non voluit inſtruere, ſed nuncios ab eodē ad ſe miſſos voluit erudire, atq; ab errore (cui illos non ignorabat implicitos)

eripere. Reſponſio Chriſti fuit, vt ea quæ
vidiſſent & audiſſent nunciarent Iohanni
Adeo enim hæc miracula hominiq́; ſoli
impoſſibilia fuere, vt vel nuncij hi qui in-
terrogare aduenerant, non poſſent aliter
de Chriſti, quàm de Dei operibus iudica-
re. Quo cogebantur quoq; (aberat ẽm o-
dium & inuidia iudicantibus) Chriſtum
dñm eſſe verum Meſſiã, prædicare. Quip-
pe in quo omnia eſſent quæ à prophetis
de Chriſto forent prædicta. Non itaq; eis
verbis, ſed operibus reſpondit. Dicite, in-
quiens, Iohanni quæ vidiſtis. Magis volu
it vt illi ipſi qui erant miſſi, hæc cordibus
ſuis inſcriberent, quàm vt Iohanni nunci-
arent. Nihilominus tamen pijſſimus do-
minus nunciorum detulit verecundiæ, ſci
ens ſibi miſſos, vt occaſione ex obliquo
ſumpta, ab errore reuocarentur. Illis itaq;
abeuntibus, cõmendationem incepit Io-
hannis. Noluit enim illis præſentibus Io-
hannem cõmendare, ne adulari videretur.
Omnia autem laudũ præconia quæ Chri
ſtus de Iohanne perhibebat, de auſterita-
te eius vitæ in cibo, potu, de illius conſtan
Lucæ 7 tia & veſtium vilitate fuerunt. Quo certe
mirandum eſt, ꝙ inter euangelicas lau-
Matth. 11 des Iohãnem Chriſtus cõmendauerit ab
eo, ꝙ panem non comederit, ꝙ vinũ non
biberit, quod mollibus non ſit veſtitus, ꝙ
delitijs carnis abſtinuerit: cum hæc opera
ſint oĩa piorum hoĩm & monachorum,
quorum ſtatus profeſſioq́; ab hæreticis da
mnatur (quaſi eorum qui ſuis adinuentio
nibus quærant ſalutem, qui ſuis operibus
nitantur mercari cœlum, qui poſtremo ir
ritum inanemq́; reddere præſumãt Chri-
ſti pro nobis ſatisfactionem) aſſeueranti-
bus inania eſſe omnia opera noſtra bona,
ad ſalutem. Mirandum itaq; dico, quo-
modo Chriſtus hoc neſcierit, erransq́; Io
hannem (qui cum monachis recte ac hæ-
reticis fatuus iudicari poſſit) laudauerit ꝙ
à delitijs abſtinens, carnem ſuam eremo,
carcere, abſtinentia, hiſpido veſtimento,
vilitateq́; cibi afflixerit. Nonne iuxta illos
omnia hæc ſtulte inaniterq́;, imo præſum-
ptuoſe egit? Cur ergo dominus (ſi cum re
uerentia ſic loqui liceat) Iohanne ſtultior,
illum ab ijs commendat? Aut forte potiꝰ
mirandum erit, quomodo hereticus calu
mniari opera pœnitentiæ audeat, puta ie-
iunia, caſtigatiões carnis, & reliqua id ge-
nus opera, cum e diuerſo Chriſtus illa lau
det? Hæreticus eadem opera Deo dicit nõ
eſſe accepta, nulliusq́; eſſe meriti, ſed ho-
minum eſſe inuenta, hoĩm inſtituta, qui-
bus adeo nihil aſſit cõmodi, nihil frugis
vt etiã qui talia agunt decidãt à fide Chri
ſtianæ redemptionis, volẽtes ſuis (vt aiũt)
operibus introire regnum Dei. Chriſtus
vero interim opera huiuſmodi laudat, cõ-
firmat, atq; ſibi accepta cõmonſtrat. Quo
modo enim Chriſtus opera bona nõ lau
daret, quæ ipſe in homine operatur? Abſ-
que ẽm Deo, homo nõ operatur bonum,
ſicut ſcriptũ eſt: Omnia opera noſtra, ſcili Iſaiæ 26
cet bona, operatus es in nobis. Quomo-
do item eadem non remuneraret, cum de
bitorem ex promiſſo ſe conſtituerit: vt po
te adeo bonus, vt quæ ipſe in nobis & no
biſcum, nõ tamen ſine nobis operatur bo
na, eiſdem promittat reddatq́; mercedem
Beatus, inquit Pſalmographus, vir cui nõ Pſalm.
imputauit dominus peccatũ. Beatus pla-
ne ſimiliter, cui opera ſua Deus, ea nempe
quæ eius gratia operatur in eo & cum eo,
imputat ei ad meritum, conſtituens ſe ex
promiſſo pro hoc opere mercedis debito
rem. Quid tu liuore torqueris hæretice?
Si oculus tuus nequã eſt, ſcito quia Chri- Matth.
ſti oculus bonus eſt, qui vbiq; quærit mi-
ſereri & parcere, idq́;, ſalua iuſtitia, hoc eſt
occaſiones q̃rit vt iuſte miſereatur. Quid
ſi Chriſtus in nobis opera ſua quæ in no-
bis idem operatur nobiſcum, coronat?
Quid ſi ita ꝙ poteſt vult facere? Nonne
hinc eius tam miſericordia q̃ ſapientia cla
rior elucet? Nonne magnificentiæ eſt ma
ioris operari cum homine bonum, dare il
li, vt quod agit, eſſe ac dici poſſit bonum,
bonoq́; huius ſic operato promittere da-
req́; mercedem (tametſi opus ipſum non Matth.
foret maius quàm cyphum, ſeu calicem fri Marci
gidæ aquæ porrigere ſitienti: & hoc pro-
pter Deum) quàm nulli bono operi, quã-
uis diuina ſit virtute in homine conſum-
matum, quamuis gratia ſit diuina per ho-
minem operatum, donare præmiũ? Con-
futauit igitur Chriſtus hæreticos ab ope-
ribus pœnitentiæ, ab aſperitate veſtium, à
caſtigatione carnis, à ieiunijs deniq; & ab
ſtinentia Iohannem laudans, confutauit
omnes dicentes, nullius momenti, nul- Pſal.
liusq́; vtilitatis eſſe opera bona. Certe De
um nullis operibus noſtris bonis ægere,
nullis laudibus fiere ſanctiorẽ, nec ex ab-
ſtinentia noſtra ditiorem effici, quis igno
rat? Acceptum tamen eſſe illi non diffite-
mur, ſi nos ipſius amore delectationem
quan

quantulãcunq; nobis ſubtraxerimus, aut
ſi incommodum,calamitatem,tribulatio
nemve aliquam fuerimus eius intuitu per
peſſi.Chariſſimi igitur filij,ſpretis horum
viliſſimorum hominum calumnijs,qui cũ
bona grauẽtur opera agere,cum carnem
mortificare propriam nolint, cum deniq;
deſiderijs ſuis ſeruire,nõ mori conſtitue-
rint,ne propterea habeantur contemptui
nimiſq; fiat manifeſtum, quàm nulla ſan-
ctitas,nulla virtus, nulla apud eos ſit con
tinentia, detrahũt aliorumq; ſtudijs pijs,
calumniantur opera bona,ne ipſi bona o-
pera non habentes minoris ſint æſtimati-
onis.Sunt em̃ maxime propterea apud ſu-
os opinionis,ꝙ inſatiabili diligentia cui-
uis ſtatui probe inſtituto,norint detrahe-
re,inſectariq; omnes alios:ſe vero magni-
ficare,ſuam fidem extollere,quæ tanta(vt
inquiunt) eſt, vt abſq; bono fructu , imo
cum peſſimis fructibus credant arborem
bonam, credant item ſeſe abſq; opere bo-
no,hoc eſt, abſq; diuinoꝝ præceptorũ ob
ſeruantia,ſola Ieſu paſſiõe ſaluandos.Cre
dant Ieſum in mundo vixiſſe, ſic & ſic do-
cuiſſe, hæc & illa feciſſe, hæc illaq; præce-
piſſe,ea tamen quæ præceperit,factu(quo
niam ſunt opera bona)neceſſaria non eſſe
ſed quiſquis crediderit verbis , dominiciſq;
præceptis, eum non poſſe perire. Et hoc
non ꝙ Dei præcepta fecerit aut impleue-
rit,ſed ꝙ ea crediderit,quia ſola fides hęc,
eos(vel ſi dijs diſplicuerit)ſaluabit.His igi
Titum 2 tur vt hominibus peſtiferis relictis, vos
filij operimini bonum ad omnes, frangi-
Galat. 5 te deſideria veſtra,abnegate voſmetipſos,
vt non quæ vultis faciatis,crucifigite car-
nem veſtram cum concupiſcentijs veſtris
id eſt,affligite veſtram carnẽ,à delectatio-
nibus abſtinendo,cõcupita negando,quę
moleſta ſunt vobiſipſis propter Deum pa
tienda imperando:& vt ſimul dicam oĩa,
quicquid Deo cognoueritis placere,quic
quid,& in quouis tempore à vobis exigit,
haud negligẽdo. Prætermittite quicquid
illi cognoueritis diſplicere, quicqd ſuper
vos ponderis poſuerit,ęquanimiter ferte.
Et cum omnia hæc feceritis, inutiles ſer-
uos dicite. Hæretici cum nihil de præce-
ptis domini obſeruent, quod inutiles ſe
dicunt ſeruos, gloriantur, cum quicquid
libuerit carni,indulgeant,quod ſola ſe fi-
de credant poſſe ſaluari ſibi blandiuntur.
Vos domini præcepta cuſtodite,& nihilo
minus inutiles infructuoſoſq; iudicate.

Cum omnia diligenter feceritis, nihil in
operibus veſtris , ſed in dei miſeratione
Chriſtiq; benignitate confidite. Credite
bonis maliſq; operibus congruam à Deo
reddendam mercedem. Veſtra opera ta-
men huiuſmodi non credatis eſſe ea qui-
bus debeatur merces,ſed quibus formide
tis ſupplicium.Nihilominus tamẽ à quo-
uis bono opere,quod poteſtis,non abſti- 1.Cor.9
neatis,ſed ire contendite per anguſtã por
tam,ita non quaſi aerem verberantes cer-
tate,tam diligenter laborate, vt quaſi ni-
hil adhuc apprehenderitis virtutum,imo
quaſi violẽtia quadam regnum cœlorum Matth. 11
rapere nitamini.Atq; iterum de veſtris o-
peribus,de induſtria veſtra, deq; omni q̃
nauatis opera pro ſalute veſtra adeo deſpe
retis, vt ex ſola Dei miſericordia,ex eiuſ-
dem bonitate ſaluari & oretis,& confida-
tis.Sectamini chariſſimi cum Iohanne Ba
ptiſta pœnitẽtiam,eremum,ſolitudinem,
abſtractam vitam, carnis macerationem,
animi ſtabilitatem , grauitatem morum,
charitatem ac Dei zelũ. Execremini cum
eodem auaritiam, luxum, delitias, volu-
ptatem,crapulam,cæteraq; vitia huiuſmo
di,vt Chriſto in vobis locum præparetis
venturo,detis venienti,& ipſe vos inhabi
tet,vos regat,voſq; poſſideat. Si ita fece-
ritis, parabitis in vobis Chriſto digniſſi-
mum habitaculum.Celebramus enim do
mini aduentum.Quo obſecro,ad quid a-
liud monemur quàm vt domino locum
in quo illum habitare delectet,paremus?
Tria autem ſunt quæ Chriſto præparant
locum,ſeu dignum efficiunt quem inhabi
tet Deus: Legimus eius eſſe delitias cum
filijs hominum.Quare ex ipſo nõ eſt,ſed
ex nobis tantum ipſis quod Deus non ha
bitat in nobis.Si enim eius ſunt delitiæ eſ
ſe (vt teſtatur)cum filijs hominum,quo-
modo non libenter eſt cum homine ſi lo
cum inuenerit ſibi congruum, aut ſe di-
gnum,hoc eſt, non ſe indignum? Nemo
em̃ illi dignum parabit locum. Primum
itaq; filij quod ad hoc eſt neceſſarium, vi-
detur eſſe humile ferueñſq; deſiderium,
quo anima tua æſtuet pro aduentu Dei.
Nihil dignius, nihil vtilius, nihil habere
potes melius,quàm Deum. Indeſinenter
proinde roga Deũ,ne ſe elonget à te. Ipſe Pſalm.41
enim eſt fortitudo tua,virtus tua, theſau-
rus tuus.Adueniat in mentem tuam,hãc
regat,hanc poſſideat.At fortaſſe dicis:De-
uotionem non ſentio, quomodo orabo?

Si ſenſus cordis contradicit tibi orare vo-
lenti, & inuenis in te cor aridum, ſterile ac
lapideum, ora voluntate rationali, ora fi-
de nuda. Propone tibi bonum ſummum
atq; immenſum eſſe Deum, maxime tibi
vtilem, maxime neceſſarium, ſine quo ni-
hil es, taceo vt aliquid poſſis, maximeq; ic
circo abs te deſiderandum, ſi ſenſum cor-
dis nequis ſpiritu, intellectu, voluntateq;
rationali deſidera, vt rem nobiliſſimam,
fructuoſiſſimam & neceſſariam. Contra
ſenſum cordis tui, inter ariditatem, ſterili
tatemq; mentis, corpus tuum humilia, ge-
nua vt ſe inclinent compelle, labia vt lo-
quãtur Deo, & ſalutaria petant vrge, opta
deſideria deuotiſſima, atq; affectuoſiſſima
te ſi placeret Deo habere, reſigna te vt ari
ditatem mentis ad beneplacitũ Dei, quã-
diu ille voluerit ſuſtinere cõſentias. Non
ex deſidia mentis, ſed pro ſubiectione &
abnegatione tuæ voluntatis. Aeſtima te
deuotione, conſolationeve ſenſibili indi-
gnũ. Nihilominus tamen clama pro Deo
ſe tibi donãdo, clama oratiõe fortaſſe nõ
dulci aut ſuaui, tamen forti. Crede fili, ſi
perſeueraueris, ſi te propterea quia aridũ
ſentis cor humiliaueris, ſi culpam huius
tibi aſſcripſeris, ſi nihiloſecius corde licet
duro, orando inſtiteris, ſi te eius obtuleris
reliquerisq; volũtati, ſi ei credideris quod
paterna prouidentia tecũ egerit, daturaq;
ſit q̃ tibi ſunt vtiliſſima: Deus etiam inſen
ſibiliter habitabit in corde tuo. Hæc enim
non poſſes, niſi deus in corde tuo habitãs
te erudiret, te cõfortaret, in te operaretur,
quamuis tu aliter putes, quamuis non ſen
tias, quãuis habeas credasq; te deſolatum
& derelictũ. Loquor autem hæc filijs bo-
næ voluntatis, qui pauperes ſunt ſpiritu, Matth.5
qui terrena non ſapiunt, ſed amant, eſuri-
untq; & ſitiunt iuſtitiam ac virtutes. Non Pſalm.4
vobis hoc dico filij hominum qui graui
eſtis corde, qui diligitis vanitatem, & quæ-
ritis mendacium, hoc eſt, huius ſeculi fi-
gmentum, quod oſtendit mẽtiturq; ſe ali
quid eſſe, cum nihil ſit. Hoc quãdiu quæri
tis, quamdiu diligitis, Deũ amare, aut pu-
re quærere nõ poteſtis. Erratis miſeri, ma
gnipendẽtes quæ nulla ſunt, cum quibus
peribitis & nihil efficimini, quod autẽ ve-
ſtras poſſet ſaluare animas, negligitis. Se-
cundum quod pro impetrando aduentu
Dei in mentem tuam eſt neceſſarium, eſt
munditia cordis. Neq; enim cor inquina- Sapien.1
tum aut immundum introibit ſapientia,
neq; habitabit in corpore ſubdito pecca-
tis. Sit igitur in te timor domini, qui ſu- Eccl.1
per te vigilans, te cuſtodiat, arceatq; ne de
um offendas, ne quoq; intra te quippiam Exo.19
quod illi ſit inimicum foueas. Quare enim Leuit.
in veteri teſtamento toties, ſi quiſpiã im- 15.16
mundum quid tetigerit, ſua lauare veſti- Num.19
menta iubetur, immundumq; ſe profiteri
vſq; ad veſperum, niſi vt intelligeremus
quanta diligentia, qua vigilãtia nobis cu- Matth.15
ſtodiendum ſit cor noſtrum, ex quo egre
ditur quod coinquinat hominem? Tertiũ
eſt voluntatis noſtræ cõformitas cum di-
uina. Hæc conformitas non tam inuitat
ad ſe Deum, q̃ ſeruat etiam. Dignatur eñ
libenter hoĩem ſua viſitatiõe Deus, digna
tur ſua inhabitatiõe, vbi nullã ſenſerit ſibi
fieri repugnantiam, vbi ſubiecta ſibi inue
nit oĩa, qui eſt in ſecula benedictus, Amẽ.

DOMINICA IIII. ADVENTVS DOminici epiſtola Beati Pauli Apoſtoli, I. ad Corinthios IIII.

SIc nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. Hic iam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo eſt, ut a uobis iudicer, aut ab humano die. Sed neque meipſum iudico. Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui autem iudicat me, dominus eſt. Itaque nolite ante tempus iudicare, quouſq; ueniat dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cõſilia cordium, & tunc laus erit unicuiq; a Deo.

PARA-

PARAPHRASIS in eandem epiſtolam.

HAnc Paulus ſcripſit epiſtolam Corinthijs, quos pſeudoapoſtoli ad parum bene ſentiendum de Apoſtolo induxerant, cauſantes non verum eſſe ipſum apoſtolum, infacundum, contemptibilē, atq; ideo cōtemnendum. Ad quod ſobrie, humiliterq́; Apoſtolus reſpondens: Sic inquit, nos, id eſt, me & Apollinem exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti. Nolo enim plus minuſve de nobis quis ſentiat, quam diuinitus eſt nobis conceſſum. Sumus enim non viliores quā miniſtri Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum, hoc eſt, eccleſiaſticorum ſacramen-
Philip. 2 torum Dei. Nolumus quis nos æſtimet, quaſi haberi æſtimarive optemus domini. Sed dubitant quidam de noſtra fidelitate. Iccirco quæritur inter vos, quis inter diſpenſatores fidelis inueniatur, cui ſit merito credendum, quiq́; recte & fideliter omnia diſpenſet, quādoquidem non omnes quæ Ieſu Chriſti, ſed magis quæ ſua ſunt, quærunt. Subindicat autem hic vel propterea Corinthios reprehenſibiles, quod ipſi hic inquirere præſumāt, id quod poſt hanc vitam dominus eſt facturus, & ſuos prælatos, à quibus ipſi debēt iudicari, contendant iudicare. Vos, inquit, iudicatis diſpenſatores, alios fideles, alios infideles. Mihi aūt pro minimo eſt cuiuſmodi iudicer, puta infacundus, contemptibilis; aut nō ſyncerus, & hoc ſiue à vobis ſiue ab humano die. Humanum diem hoc tempus vocat Apoſtolus quo homines, vt homines ſe inuicem iudicant, ignorantia & affectionibus deprauati. Sed neq; meipſum iudico. Quanto igitur minus vos iudicare poteſtis me quā ego, qui meipſum penitus noui? Quamuis enim nullius peccati grauioris aut letalis mihi conſcius ſim, non tamen propterea iuſtificatus ſum, nec
Pſalm. 18 iuſtum me confiteri audeo. Delicta enim qs intelligit? Qui aūt iudicat me, dñs eſt. Hic abſq; heſitatione nouit oīa. Nam etſi poſt cōuerſionē meā & in apoſtolatu male infideliterve egiſſe me non recolam, nō tñ propterea gloriari præſumo: qm̄ ſub illo iudice virtutes etiam humanæ trepidabunt. Hæc aūt oīa exaggerat Paulus ſeſe humiliās, quo illos ad mentē ſaniorē, q ad vindicandū erāt proni, reduceret. Ideo ſequitur: Itaq; nolite ante tempus iudicare, præcipue in dubijs & incertis, nec in alios ſententiam ꝓnunciare, qui ſincero, qui fictove ambulant aīo, aut qui prædeſtinati, q ſint reprobādi. Hæc eñ ſoli deo ſunt manifeſta. Patebunt aūt vobis quoq; in tempore aduentus Chr̄i, q̄ nos iudicabit oēs. Interim de huiuſmodi nolite vos iudicare vſq; quo veniat dñs, q illuminabit abſcondita tenebrarum, occulta pctā faciēs manifeſta, & manifeſtabit conſilia cordiū. i. cogitationes firmas, aīmq́; & intima cordiū ſecreta nudās. Tunc eñ & ſimplicitas & hypocriſis apparebit & videbūtur pleriq; vtiles fuiſſe & digni, qui hic habiti ſunt deſpecti, qūo multi quoq; q hic aliquid videbantur eſſe, ibi inuenietur inglorij. Et tūc Deo arcana cordiū reuelante vnicuiq; laude digno erit laus à Deo. Interim obſeruādum & illud euangelicum: Nolite iudica- Matth. 7
re, & non iudicabimini. Et illud Eccī: Ne laudes hoīem in vita ſua. De oībus quidē Ecci 11
bene ſentire, charitatis eſt & ſanctæ ſimplicitatis. Hic eñ nullū conſcientiæ eſt periculum, tametſi fallaris. Porro laudib9 hominem extollere nimijs apud alios, eſt interdū alios fortaſſe laude digniores deprimere, aut eos qui tuo teſtimonio credunt improuidi fallere. Non raro eñ vidimus alioꝝ laudibus & cōmendatione fulcitos ad officia honoreſq́; promoueri, quoꝝ tñ vita moreſq́; vbi poſtea clarius eruperūt, etiam eos qui ante cōmendabant & fautores fuerant improuidarum laudum ſuaꝝ, non potuiſſe, non erubeſcere. Tu igitur lauda parce, ſed vitupera parcius.

EXEGESIS EVANGElij eiuſdē dominicæ IIII. Aduentus, Iohannis I.

ERAT MVLTOrum opinio eo tempore q̄ Iudæi ad Iohannē miſerūt legatos, Chriſtū aut eſſe natū, aut ꝓxime naſciturū. Multæ nāq; prophetiæ de Chr̄o aliqñ futuræ, nunc cōſummari videbātur atq; hoc tp̄s Chriſti eſſe natiuitatis tēpus oſtēdere. Quo circa, qa ſcriptum erat: Nō Gene. 49
auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat q mittendus eſt, & ipſe erit expectatio Gentiū, cū ſemp hactenus iudices, duces, reges, ac principes

 habue

habuerint Iudæi ex ſua gente ꝓprios,ſem
per eos q̄q; habituros illis ꝓmiſſum: eſt,vſ=
que ad tp̄s quo is qui mittendus erat (ni=
mirum Chr̄s)naſceretur.Principatu vero
Iudæoꝝ nunc in alienam gentem tranſla
to,atq; alienigenæ tradito,Iudæorum ſtir
pi ſceptrũ ablatũ eſſe, & ducē de fœmore
Iudæ defeciſſe,palam ſignificabatur,adeſ=
ſeq; tp̄s quo naſciturus prænunciatus erat
Chriſtus. Hoc itaq; Iudæi conſiderantes,
non paruã habuere ſuſpitionē de Iohãne
ip̄m fore Chr̄m. Miſerũt igitur ad illum
nuncios,q eũ quis eſſet interrogarent. Et
hoc recitat Euangeliũ hodiernũ, dicens:

Miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes & Leuitas ad Iohannē, ut interrogarent eum: Tu quis es?

Iudæi Chriſtũ obſeruabant & Iohannem
ne forte alter eoꝝ eſſet Chriſtus. Miſerũt
igitur ad Iohannem ip̄m interrogantes.
Quare,inquis, nõ miſerunt ad Chriſtum
quoq; interrogantes? Reſpondendũ,ma=
iorem eos opinionem habuiſſe de Iohãne
q̄ de Chriſto.Primum quidē, ꝙ Iohãnes
de parẽtibus eſſet natus clarioribus, puta
Lucæ 1 de Zacharia ſummo ſacerdote, cuiꝰ fama
non erat incelebris, adeo vt Iohannis na=
tiuitas præconiũq; mox nati diuulgeba=
Lucæ 2 tur ſup oĩa montana Iudææ. Tanq̄ eñ de
viro præſtante nati infantis celebrabatur
Matth. 13 ortus.Chriſti vero obſcuꝝ putabãt Iudęi
eſſe ortũ, vocantes eũ fabri ſeu Ioſeph &
Marci 6 Mariæ filium. Galilæã deniq; patriã eius
contẽptui habebant,vt bonus ille Natha
Iohan. 1 nael diceret: A Galilæa poteſt aliqd boni
eſſe?Deinde Iohãnes auſteriorem agere vi
debatur vitã q̄ dñs Ieſus, quare Iohãnem
Matth. 3 propterea æſtimabant ſanctiorem.Indue
Marci 1 batur nanq; Iohannes veſte de pilis came
loꝝ,& zona pellicea ad lumbos, quo con
formis ad Eliæ veſtitum accedebat.Abſti
4. Reg. 1 nebat à ſicera & vino. Antrũ cubile erat.
Lucæ 1 Cibus locuſta & mel ſylueſtre. Chriſtus
vero nullo p̄ cæteris abſtinebat cibo, nec
Matth. 11 alio q̄ cõmuni vtebatur veſtimẽto. Ede=
Matth. 9 bat,bibebat,conuiuia intrabat,peccatoꝝ
& publicanorum,quorum ſaluti aduene=
rat.Quãobrem Iudæi aduerſus eum mur
Ibidem. murabant, vocantes eũ hoĩem voracem,
potatorem vini,amicum publicanorũ &
peccatorum. Tribuebant igitur Iohanni
ſanctitatis opinionem maiorē q̄ Chriſto.
Matth. 21 Vide etiam quod ſolenniores nuncios mi
Marci 11 ſerunt ad Iohannem quàm ad Chriſtum
Iudæi. Ad Chriſtum nanq; miſerunt di=
ſcipulos ſuos cum Herodianis.Porro hic
ſacerdotes mittunt &Leuitas ab Ieruſalē
q̄ ſimul hos nuncios doctos intelligas.In
Ieruſalem eñ legis & ſcripturaꝝ ſchola
erat.Vide deinde Iohannis humilitatem,
Iohannis cõfeſſionem, ſynceritatem atq;
conſtantiam. Veniunt Iudæorum legati,
& parati illum pro Chriſto recipere,offe=
rentes ei maxime huius dignitatis opini= Matt. 11
onem.Veruntamen,quod Chriſtus dice=
bat de eo,oſtendit ſe haudquaquam arun
dinem vento agitatam.Nulla vacuitas in
ipſo fuit,ſed erat in Iohanne ſynceritas, i=
deo ſibi noluit quod non erat, arrogare. Auguſtin.
Non eum mouebat ventus inanis gloriæ,
qui cedros libani quoq; ſæpenumero co=
gnoſcitur deieciſſe.Illis itaq; qui miſſi fue
rant Iohannem interrogantibus:Tu quis
es? vt teſtimonium tanquam vir cõſtans
Iohannes vel de ſeipſo proferret, audie=
runt.

Et confeſſus eſt & nõ negauit,& confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus.

Vide quia negationem Iohannis, puta ꝙ
non eſſet Chriſtus, confeſſionem hic vo=
cat.Sic enim re vera erat. Se enim negan=
do Chriſtum, Chriſtum ipſum qui vere
erat Chriſtus,confitebatur.Vnde ſi Iohã
nes Chriſti ſibi arrogaſſet nomen,ſi Chri=
ſtum ſe dixiſſet, Chriſtum verum domi=
num Ieſum negaſſet.Voluit igitur Euan=
geliſta oſtendere quàm glorioſus eſſet Io
hannes confeſſor Chriſti, qui dũ ſe Chri=
ſtum negaret,cõfitebatur Chriſtum, quē
(vt dixi) certe negaſſet, ſi ſeſe Chriſtum
dixiſſet. Confeſſus itaque eſt, puta Chri=
ſtum, & non negauit. Confeſſus eſt, hoc
ſcilicet modo. Quia non ſum ego Chri=
ſtus.Pergentes igitur legati ad aliam quæ
ſtionem,interrogant.

Et interrogauerũt eum:Quid ergo? Elias es tu? Et dixit:Non ſum.Propheta es tu? Et dixit:Non.

Sciebant ante Chriſti aduentum ventu= Mala. 4
rum eſſe Eliam. Quod futurum quoque
eſt, ſi ſecundum intellexerimus aduen=
tum, quando mundum eſt Chriſtus iu=
dicaturus vniuerſum. Tunc enim duo il=
li prophetæ Enoch & Elias contra Anti=
chriſtum prædicabunt,à quo tandem oc=
cidentur, inſepulti manebunt, reſurgent,
&

& in cœlum aſſumentur. Hunc vero aduē
tum, qui erat Chriſti in carnem non Elias
Matt.11.17 ſed Baptiſta Iohannes præceſſit, qui non
Lucæ 1 in carne, ſed in virtute ac ſpū (iuxta Chri-
ſti teſtimonium) erat Elias. Iohannes igi
Marc. 9 tur reſpondit, non eorꝫ mentem videns in
terrogantium de perſona Eliæ. Nā in my
ſterio Iohannes ipſe erat Elias. Cui in mul
tis erat ſimilis Iohannes habens eandē gra
tiam, eandem vitę auſteritatem ac rigorē.
Matt.3 Vterq; eremo vixit, vterque zona pellicea
4.Reg.1 cinctus. Par quoque zelus vtrobique. Ille
3.Re.16.17 quomodo Ahab & Iezabel arguens perſe
Matt.13 quutionē paſſus eſt, ita hic Herodē & He-
rodiadem corripiēs, carcerem mortemq;
Marc.6 ſuſtinuit. Eſt deniq; vterq;, hic primi, ille
ſecundi dñici aduentus præcurſor. Con-
tinuant legati ſuas interrogationes. Pro
pheta es tu? Ex habitu, ex victu, ex ba-
ptiſmo & prædicatione conijciebant eum
ad minus prophetam: cum multo eſſet q̄
Matt.11 propheta maior. Quod Chriſtus quoque
manifeſtat turbę, loquens: Quid exiſtis in
deſertū videre? Prophetā? Etiam dico vo-
bis, & plus q̄ prophetam. Sed Iohannes re
ſpondit: Non. Negauit ſe prophetā eſſe of
ficio, non negauit gratiā & virtutem pro
phetæ. Prophetæ nāq; officium eſt, quare
propheta vocatur, de Chriſto futura præ
dicere, non aūt præſentē Chriſtū mōſtra-
Iohan.1 re. At Iohannes nō de vēturo, ſed præſen
te Chriſto loquebatur eidē teſtimonium
perhibens, ꝙ baptizaret in ſpiritu ſancto,
ꝙ tolleret peccata mundi, ꝙ illius non ſo
Matt. 3 ret dignus calciamenta ſoluere. Poteſt eti
Marc.1 am dici Iudæos de illo propheta interro-
Iohan. 1 gaſſe, de quo Moſes loquebatur: Prophe-
tam de gente tua, & de fratribus tuis ſuſci
Deut. 18 tabit tibi dñs Deus tuus. Ipſum tanq̄ me
Acto. 6 audietis. Quod Iohānes intelligens, iccir-
co hunc ſe eſſe prophetā negauit. In omni
bus his humilitas commendatur Iohan-
nis. Relegauit eīm à ſe quicquid erat hono
ris: Chriſtum ſe negauit, Eliam prophetā
ſe diffitetur: cuius vtriuſq; ſibi potuiſſet ar
rogare gloriam. In hoc maxime honora-
tus, ꝙ ſpernit fugitq; gloriā mundanā. Ha
bet eīm hoc ipſa gloria, ꝙ fugientem ſequi
tur, appetentē ſe fugit. Quæſierūt itaq; le
gati cū ſe Iohannes negauerat q̄d nō erat.

Dixerunt ergo ei: Quis ergo es, ut
reſpōſum demus ijs q̄ miſerūt nos?
Quid dicis de teipſo?

Vide quō vrgent Iohannē. Vide quamuis
aliqui videantur ſentire, quod legati hi
propterea ad Iohannem venerint, quaſi il
lum pellicientes, vt diceret ſe Chriſtum,
& quod hoc animo à phariſæis miſſi fue-
rint, vt ſi ſe fateretur Chriſtum, recepturi
illum eſſent pro Chriſto. Non tamen ex
omnibus tam præcedentibus quā ſequen
tibus eorum verbis id apparet. Quapro-
pter magis videntur iniquo animo miſſi
ad explorandum. Phariſæi enim vt reor,
cum Iohanne egerunt, quomodo cum
Chriſto. Et certe quum in Chriſto multa
vidiſſent ſigna, non tamen crediderunt.
Quomodo ergo Iohanni credidiſſent, qui
prorſus nullum fecit ſignum? Putandi igi
tur ſunt (ſalua cuique ſua opinione) inui-
dia, æmulationeque phariſæi permoti, vi-
dentes turbas ad Iohannis prędicationē,
ad Iohanniſque baptiſmum egredi, vnde
ſuæ æſtimationis cernebant fieri iacturā.
Non igitur illis baptizandi hæc nouitas,
quamuis perſuaſibilis propter tempus, ne
forte ex Deo eſſet, placuit: ideo ſciſcitati
ſunt, an eſſet Chriſtus Iohannes. Quem
ſi ſe mentitus fuiſſet, putas phariſæi credi-
diſſent? Equidem puto, minime, ſed cum
eo perinde atque cum domino noſtro Ie-
ſu Chriſto egerunt, agerent. Nam ſi Io-
hanni teſtimonium vero Chriſto perhi-
benti non crediderunt (neque enim pro-
pter Iohannis teſtimonium dominum Ie
ſum Chriſtū receperunt) quomodo Iohā
ni crederent ſeipſum Chriſtum dicenti?
Reſpondens eis Iohannes ait:

Ego uox clamantis in deſerto. Diri
gite uiā dñi, ſicut dixit Iſaias prophe Iſai.40
ta. Et q̄ miſſi fuerāt erāt ex phariſęis.

Quaſi diceret: Ego non ſum verbum, ſed
ſum vox verbi clamantis (puta in me, ſeu
per me) in deſerto. Quid clamat verbum, Gregori.
id eſt, Chriſtus, per vocem, id eſt, per
Iohannem in deſerto? Dirigite viam do-
mini, ſicut dixit Iſaias propheta. Vera &
humilis reſponſio Iohannis. Erat enim
revera vox verbi incarnati in ipſo claman
tis in deſerto Iudææ, hoc eſt, facientis
ipſum clamare: Dirigite viam domini, &
cætera. Quod Lucas quoque inſinuat, di- Lucæ 1
cens: Factum eſt verbum domini ſuper
Iohannem Zachariæ filium in deſerto.
Non enim incongrue dicitur Iohannes
vox verbi incarnati. Eſt enim verbū ſeu cō
ceptus mētis, quod eſt ante vocē atq; ſine
voce. Si tamen id debeat agnoſci, audiri,

intelligiq́ʒ, neceſſe eſt præire vocem, qua ſit vt intelligatur. Ita Dei filius, patri quidē coęternus, hoc eſt, verbū patris, ſemper fuit. Veruntamen vt mundo quoqʒ fieret notus, vt audiretur, vt intelligeretur à mūdo, caro factum eſt, hoc eſt, quodammodo audibile aut perceptibile factū eſt. Cuius verbi vox præcedens Iohānes fuit Baptiſta, qui Chriſtum nunciauit, monſtrauitque præſentem, quemadmodum pater eius Zacharias quoque teſtabatur, infanti mox nato loquens: Tu puer propheta altiſſimi vocaberis. Præibis enim ante faciem domini, parare vias eius. Alia eſt ſimilitudo. Scimus verbum quodcunque enunciatur per vocem, æque ac per vehiculum deferri ad aures audientium, vt percipiatur. Pari modo Iohannes Chriſtum Iudæis manifeſtauit, teſtimonium de ipſo perhibens, & quantum in ſe fuit, cordibus auditorum illum inuehens. Ideo dicit ipſe: Vt manifeſtetur, Chriſtus ſcilicet in Iſrael, propterea veni ego in aqua baptizans. Tertia eſt ſimilitudo. Vox, vbi ad mentem hominis detulit verbum, vbi conceptum mentale loquentis intulit auribus auditoris, ipſa in nihilū vertitur, peritque, verbo manente in mente audientis. Hoc modo poſtquam Iudæorum excitauit corda Iohannes ad recipiendum Chriſtum, ipſe à prædicatione baptiſmoque deſijt, Chriſti baptiſmo recepto & manente. Quod ſatis clare fatetur Iohannes quoque dicens: Me oportet minui, (intellige ſecundum officium eius, & iuxta opinionem hominum) illum vero, hoc eſt, Chriſtum, oportet creſcere, hoc eſt, opinione, gloria, auctoritatiſque vſu oportet fieri maiorem. Eamobrem quoque Iohānes à Chriſto vocatus eſt lucerna, quia præluxit ducens ad Chriſtum. Lucerna namque ardet & lucet. Et iccirco vocatus eſt non ſolum lucerna, ſed additur etiam ardens & lucens, quaſi ſingulariter lucida præ cæteris, qui lucernæ dici poſſent. Conſtat autem lucernam in nocte præſtare illuminationem. Siquidem die adueniēte à ſole illuminatur terra clarius, quàm à lucerna. Imo ſolita ſuo exuberat lumine lucernam, vt lucernæ lux non ſentiatur, ſed ſit fruſtra. Videte cuiuſmodi fuerit lucerna Iohannes, lucens nobis nimirum, hoc eſt inuitans nos ad pœnitentiam. Quicquid em̄ in omni eius vita inſpexeris, nōne hoc ad pœnitentiam, nonne ad mundi nos contemptum inuitat? Vides veſtimentum hiſpidum ac piloſum? pœnitentiam, non gloriam monſtrat. Prædicat cibus eius, & potus delitijs abſtinendum. Clamat deſertum quoqʒ nihili pendēdos plauſus hominum: Denique fauores regum non quærendos, nec pro iuſtitia metuendas principum minas, carcer eius probat. Eſt igitur vere Iohannes vox clamantis in deſerto, qui in vita, in conuerſatione, in moribus, & in prædicatione non aliud docet, quàm dirigere viam domini, hoc eſt, idoneam facere viam, qua Chriſtus ad cor hominis veniat, hominemq́ʒ poſſideat. Vide autem quàm diſſimulanter indicat Euangeliſta, quod non animo ſyncero hæc omnia interrogarint. Dicit enim: & qui miſſi fuerant, erant ex phariſæis. Hi enim ſemper glorię inuidebant alienæ. Propterea igitur rurſus obijciunt legati.

(Margin: Iohan. 1; Lucæ 2; Iohan. 1; Iohan. 3; Iohan. 5; Matt. 3)

Et interrogauerunt eum, et dixerūt ei: Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neqʒ Elias, neqʒ propheta?

Quaſi dicerent: Quid tu hac nouitate vteris, aut quomodo tibi vendicas auctoritatem hanc vt baptizes, baptiſmumq́ʒ prædices in remiſſionem peccatorum? Hic intelligendum eſt baptiſmum Iohannis nō operari remiſſionem peccatorum, ſed eius baptiſmum receptum in pœnitētiam, ſeu in ſignum pœnitentiæ, quæ pœnitentia operabatur remiſſionem peccatorꝫ. Homines enim pij qui ad prædicationem venerunt Iohannis, ab eodem ad pœnitētiam retroactæ malæ vitæ inſtituebantur, vnde compuncti in ſignum quod pœniterent, atqʒ inter pœnitentes ſe conſtituerent, baptiſmum recipiebant pœnitentiæ, hoc eſt, quo pœnitentiam profitebantur. Itaque non ex virtute baptiſmi Iohannis, ſed ex pœnitentia hi qui baptizabantur, remiſſionem obtinuerunt peccatorū, aut ſaltem ad minus ſeſe faciebant dignos ad receptionem baptiſmi Chriſti, qui plene à cunctis mūdabat delictis. Quocirca Iohānes de ſe humiliter vbique ſentiens & loquēs.

(Margin: Matt. 3)

Reſpondit eis dicens: Ego baptizo in aqua, medius autem ueſtrum ſtetit quem uos neſcitis.

Ego corpora veſtra aqua lauo, nihil amplius vobis donans, q̄ miniſter eius, qui

vos intus lauabit atq; mundabit ſpiritu ſancto,donans vobis omnia delicta.Ego baptizo vos aqua, externũ miniſterium ego foris impleo.Medius autem veſtrum ſtetit,quem vos neſcitis,hoc eſt,inter vos eſt,quamuis eum nõ cognoſcatis,qui vos baptizat in ſpiritu, hoc eſt, qui vos lauat ab omnibus delictis,ſicut paulopoſt ſequi
Iohan.1 tur.Qui miſit me baptizare,inquit Iohã-nes,ille mihi dixit:Super quem videris ſpiritum ſanctum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Et ego vidi & teſtimonium perhibui,quia hic eſt filius Dei.

Ipſe eſt qui poſt me uenturus eſt, qui ante me factus eſt,cuius ego non ſum dignus ut ſoluã eius corrigiam calciamenti. Hæc in Bethania facta ſunt trans Iordanem, ubi erat Iohannes baptizans.

Hic eſt, inquit, qui poſt me venturus eſt, qui prędicabit,qui baptizabit,qui ſeſe mũdo oſtendet in virtutibus, & miraculis poſt me. Breui quidem tempore poſt me ex matre natus eſt,ſed ante me factus eſt, id eſt,mihi prælatus eſt, ſuperior atque dignior me eſt,quia prior me erat: vtpote patri coæternus. Videtis filij, quomodo vbique ſe humiliat Iohannes. Et nos do-
Lucæ 1 cet humiliare nos. Eſt Iohannes humilis,
Matt.11 ſed ſanctus, ſed magnus coram domino: imo quo maior Chriſto teſte,nemo ſurrexit.Quàm humiles nos oportet eſſe peccatores. Docet autem nos domini præcurſor Iohannes,vt ſi quippiam in nobis appareat commendabile, hoc latet oculos noſtros, quos in defectus noſtros luſtrandos debemus conuertere. Explorare nos conuenit curioſitate pia alienam ſanctitatem,alienam perfectionem, alienaque opera bona magnificare, nihil de noſtris iactãre ſed vilipendere. At ſi quid etiam alij in nobis laudant,non debemus credere. Si laudamur, alienæ id debemus humilitati aſſcribere atque errori, falli quoque eos putare in æſtimatione ſua, circa nos, maiora melioraque quàm oportet de nobis ſentientes.In omnibus itaque vilis ſit ęſtimatio nobis de nobis,quo ſemper iuxta Chriſti monita non ſolum à Iohanne,
Matt.11 verumetiã à Chriſto diſcamus eſſe mites, & humiles corde, qui eſt benedictus in ſecula.Amen.

SERMO IN EADEM dominica. Quid uerbum Dei in deſerto clamauerit.

EGo vox clamãtis in deſerto, dirigite viam dñi. Iohan. I. Miſerant Iudæi ad Iohannẽ Leuitas & ſacerdotes,qui illum quis eſſet interrogarẽt, ſuſpitionẽ habẽtes ne forte eſſet Chriſtus aut propheta ille magnus quẽ Moſes ſuſci Deut.18
tandũ prædixerat,& perinde ac ſe audiendum monuerat.Multifariam itaq; Iohanne interrogato,hoc ſolũ didicerunt Iudęi ꝙ fatebatur Iohannes vocẽ eſſe ſe clamantis in deſerto. Cuius vocẽ? Verbi Dei, filij Mala.3
Dei,cuius erat & angelus,hoc eſt, nũcius & pręcurſor. Clamabat itaq; verbum Dei ꝑ Iohannẽ,clamabat quoq; per ſeipſum. Vultis ſcire quid verbum Dei clamauit? Clamauit primo vt non diligamus mundum, neque opera mundi. Niſi quis (in- Lucæ 14.
quit) renunciauerit omnibus quæ poſſidet,nõ poteſt meus eſſe diſcipulus.Quod fuerunt tunc qui audierunt hanc vocem auribus corporeis,non tamen audierunt aure cordis. Amici certe huius mundi ad hanc vocem obſurduerunt. Legimus iuuenem veniſſe ad Chriſtum , interrogantemq; quid facto opus eſt quo ad vitam ingredi poſſet æternam,Chriſtus ei reſpõ Matt. 19
dit,ꝙ ſeruaret Dei mandata. Verum cum Marc.10
hic à iuuentute ſua diceret ſe feciſſe hæc Lucæ 18
omnia,audiuit à Chriſto: Vnum tibi adhuc deeſt,vade & vẽde omnia quę habes, & da pauperibus,& ſequere me. Hanc vocem iuuenis audiens triſtis abſceſſit:multas enim habuit poſſeſſiões, à quibus ęgre potuit auelli. Quis ergo audiuit hanc vocem? Audierunt apoſtoli, dicentes: Ecce Matt.19
nos reliquimus omnia,& ſequuti ſumus te. Audierunt primitiæ credentiũ in Chriſtum poſt diem Penthecoſtes, de quibus ſcribitur, multitudini credentium fuiſſe cor vnum & animam vnam in domino. Quotquot agros & prædia habebant,ven Acto.4
ditis illis, precium ad pedes offerebãt apoſtolorum. Nec quiſquam(quomodo ſcriptum eſt)aliquid ſuum dicebat, ſed erant illis omnia communia. Audierunt hãc vocem tempore Marci Euangeliſtæ,& tẽporibus ſequentibus multa milia colentium Deũ,qui in deſertis Alexãdriæ,qui in Aegypto, qui in Thebaide atque Nitria à ſe mundo abdicato,ſuaꝗ; ſeſe alebãt manuum

um laboribus. Nec ſe tantũ, ſed & egenos
reficiebant. Canebant hymnos Deo ante-
lucanos. Macerabant ieiunio ac vigilijs
corpora ſua. Inter quos Anthonius, Hila-
rion, Pacchomius, alijq; cum grege mo-
nachorum innumero præcipui emicabant.
Audierunt hãc vocẽ Benedictus, Bruno,
Bernardus, Franciſcus, Dominicus, alijq;
cõplures, qui nõ contra Euangeliũ, vt hæ
retici ſomniant, ſed propter Euangeliũ,
hoc eſt, vt iuxta Euangeliũ, & iuxta Chri-
ſti vocem, iuxta eiuſdẽ conſilium ac bene
placitum viuerent, paupertatẽ diligentes.
Et quia conſilio ſapientiſſimo credidiſſe
ſe inuenerunt, alios quoq; huius partici-
pes fore ſapientiæ, optauerunt. Quapro-
pter alumnos ſuos oẽs, vt ſine proprio a-
poſtolico more viuerent, ſtatuerũt. Inter
hos vos quoq; filij oẽs quotquot eſtis mo
nachi, Chriſtũ audiſtis. Cur enim ad mo-
naſteria cõuolaſtis, niſi vt abrenunciaretis
omnibus quę poſſidebatis, & Chriſti fiere
tis diſcipuli? Nec tñ hinc qa monachos di
co, ꝓpterea vos excludẽdi eſtis ſeculares.
Seculares vos dico, nõ propterea ꝙ nõ e-
ſtis monachi. Poteſt enĩ veſtris multis cõ-
tingere, vt quibuſdam ſitis monachis reli
gioſiores, qui terrena bona atq; diuitias
habetis quaſi non habentes, qui in hoc
mundo viuitis, quaſi hoc mundo nõ vten
tes, qui deniq; gaudetis quaſi non gaudẽ-
tes, hoc eſt, qui ex neceſſitate, aut pro con
ditione ſtatus veſtri bona poſſidetis terre
na, quæ animo contẽnitis. Qui eſtis rebus
Matt.5 diuites, pauperes ſpiritu. Oẽs vos vna be-
atos prędico, quia vocẽ clamantis audiſtis
Gala.5 in deſerto. Secundo clamauit in deſerto
Dei verbum, vt vitã carnalem odiamus,
abnegantes deſideria noſtra praua, & cru
cifigentes corpora noſtra cũ concupiſcen
Lucæ 14 tijs ſuis: Si quis, inquit, vult poſt me venire
hoc eſt, ſi quis vult me ſequi, ac miniſter
meus eſſe, puta vt vbi ego ſum, illic ſit &
Iohan.17 ipſe miniſter meus. Abneget ſemetipſum,
abrenũciet deſiderijs carnis, frãgat, morti
ficetq; cõcupiſcẽtias, vitia ac illicitas paſſi
ones, & tollat crucẽ ſuã.i. q̃ moleſta ſunt
nõ fugiat, quæ dura ſunt nõ recuſet ferre,
ſed mei contemplatiõe pati gaudeat. Hãc
vocem nõ audierunt, qui relinquunt iter
rectum, & ambulãt per vias tenebroſas, q
Prou.2 lætantur cum malefecerint, & exultant in
rebus peſſimis. Quorum viæ peruerſæ, & in-
fames greſſus eorum. Nec hi qui laſſati ſunt
in via iniquitatis. Et qui nõ dormiunt, ni-
ſi cum malefecerint, & non capitur ſom-
nus ab eis, niſi ſupplantauerint. Contra ve
ro vocem hanc hi audierunt, quos ad He-
bræos Apoſtolus cõmendat, qui ludibria Heb.11
& verbera experti, inſuper & vincula, &
carceres, qui lapidati ſunt ſecti ſunt, tenta
ti ſunt, in occiſiõe gladij mortui ſunt. Cir
cumierũt in melotis, in pellibus caprinis:
egẽtes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus
non erat mundus, qui gaudent in tribula
tionibus, puta ꝙ digni habiti ſunt pro no Acto.5
mine Chriſti contumelias pati. Qui perdi
derunt animas ſuas in hoc mundo, vt in
vitam æternam cuſtodiant eas. Tertio cla
mauit, vt non ſolum proximum, ſed etiã
inimicos diligamus, benefaciamus ijs qui
oderunt nos. Dimittamus quoque debi- Matt.5
toribus noſtris, ex cordibus noſtris. Si- Matt.6
mus miſericordes, vt miſericordiam con- Matt.5
ſequamur. Quarto clamauit quoque ijs,
qui moleſtijs ſunt prægrauati, aut oppreſ
ſi oneribus, vocans eos ad ſe, atque exone Matt.11
rationem eis promittẽs: Venite, inquit, ad
me omnes qui laboratis, aut onerati eſtis,
& ego reficiã vos. Reficiam vos, vt non la-
boretis, hoc eſt, non vt ocio inertiaq; mar
ceſcatis, ſed vt in pace & gaudio ſpiritus
conſtituti, laborem ſi quem mei cauſa ſuf Matt.6
fertis, non ſentiatis. Quinto, ne de craſti-
no ſoliciti ſimus, ſed præmiũ, hoc eſt, præ-
cipue quæramus regnum Dei, non quod
nulla prorſus ſit nobis cura, aut ſine vlla
prouidẽtia viuamus, nec vt induſtria ope-
ratione ve omni relicta, à Deo ſolo paſci
nos credamus, ſed vt vbi operã noſtram
nauauerimus, vbi labore noſtro & indu-
ſtria vſi fuerimus, nihil de Deo hęſitemus,
nihil anguſtiemur formidoloſi: nulla deni
que inaniter pro futuris ſolicitudine ani-
mum diſcrutiemus, quaſi defuturus ſit no
bis aut cibus aut veſtimentum, nec etiam
noſtram operam ita temporalibus bonis
locemus, vt vel tranſgrediamur, vel negli
gamus Dei præcepta, ſed regnũ Dei & iu-
ſtitiam eius noſtris cõmodis & bonis qui
buſcunq; terrenis anteferenda credamus. Ibidem
Tunc enim non modo corporis neceſſa-
ria, ſed oĩa etiã adijcientur nobis. Quod
adeo nõ debet nobis eſſe ambiguũ, vt cũ
videamus infideles, impios, atq; adeo vo-
lucres & beſtias à Deo paſci dicamus, quã Ibidem
tõ magis pater idẽ cœleſtis ſuorum curã ha-
bebit filiorum? Sexto clamat ad nos, vt vigi-
lemus ad nouiſſimã viuendi horã, ne tũc Lucæ
imparati inueniamur, aut indigni intra-
re ad

Matt.25 re ad nuptias. Quæ autem illa ſit hora, incertum nobis eſſe vult, vt omnem habeamus ſuſpectã horam, omniq; tempore vigilemus, ignorantes an mane, an ſero, an media nocte, an galli cantu, an meridie filius hominis veniat. Hic nos vigilantes in ueniri neceſſe eſt, ſi tamẽ cũ Chriſto optamus intrare ad nuptias. O filij, quã beati ſunt, qui ad fores ſapientiæ vigilauerunt quotidie. Beati qui vigilant, præſtolãturq; aduentum filij Dei, vt ſiue in prima, ſiue in ſecunda tertiave vigilia venerit, & vigilantes inuenerit, confeſtim aperiant ei. Expectemus chariſſimi vigilantes, vt nihil intra nos reſidere ſinamus, quo occurrere non auderemus in conſpectũ Dei. Si timemus occurrere Deo, inueſtigemus timoris cauſam. Quæ vbi inuenta fuerit, puta fortaſſe quod aliquid extra Deum diligimus, id nobis mox vltro ſubtrahendũ eſt, & abducẽdum. Neq; enim deſiderare feruenter poſſumus Chriſtũ neq; expectare, quamdiu cor habemus amore aliquo noxio implicatum. Veræ quàm beati erimus, q̃ exibimus læti de hoc mundo, ſi vigilantes nos in oratiõbus inuenerit Chriſtus. Quotidie igitur filij aduẽtum expectãtes Chriſti, puri & immaculati eſtote: quæ male egiſtis plangite. Ab eodẽ enim feliciter recipientur tam innocentes q̃ pœnitẽtes, nec Dei miſericordia à vobis excludẽt peccata quæ plangitis. Nõ vos quomodo olim fuiſtis, ſed quomodo tunc eſtis in illa qua vos vocabit hora, iudicabit Chriſtus. Quæ hora, cũ ſit vnicuiq; ignota, oẽm horam habeamus ſuſpectã, ad oẽm horam ſimus parati, vt cũ ſponſus noſter, hoc eſt, qui toto corde nobis optandus, deſiderandus amandusq; eſt, venerit, introeamus cũ eo ad nuptias. Videndum poſtremo, quare Iohãnes in deſerto habitauerit prædicando, cum locus ille minus videbatur ad huiuſmodi officiũ idoneus. Dicẽdum, Chriſtum prædicare noluit Iohãnes, verbo tantum, verumetiam opere et veritate. Quod vt poſſet, nõ hoc ſolum ei erat neceſſarium vt loqueretur, verumetiam vt in ſe non haberet quod auditorũ animos à fide auerteret, hoc eſt, ne viderent in Iohanne, quo auditores ſcãdalizati eius ſermonem contemnerent. Sed ne hoc quidẽ ſatis. Erat enim neceſſe, dum Iohãnes mũdi amatoribus prędicaret ac peccatoribus vt ſimul & pœnitentię formam & iuſtitię exempla monſtraret. Quamobrem eremum petijt Iohannes, vt ipſe à mundo tutus, immaculatusq; maneret, & alijs quid illis, quo mundi pollutionem effugerent foret neceſſarium, in ſe monſtraret. Fuit etiam gentibus hoc ad conſolationem. Siquidem dum Ieruſalem legis & prophetarum ſaginaretur prædicatione vſq; ad faſtidiũ, Iohannes in deſertũ abijt, quo gentibus, qui à lege, à ſcripturis, à promiſſionibus, à prophetis, à cultu deniq; veri Dei erant alieni, & quaſi deſerti, ſignificaret poſt hac eſſe prædicandũ. Non caret etiã ratione, quod prędicatio Iohannis dicitur clamor. Clamatur enim vbi eſt prædicanti feruor, vbi neceſſitas eſt propter inſtantiã maioris periculi, vbi minor audientia, & vbi lõgius abeſt auditor. Oĩa hæc locũ tam in Iohannis q̃ in Chriſti prędicatiõe habuere. Vterq; enim zelũ habens animarum, licet menſura impari, ferueuter eos qui perierant reducere reſtaurareq; ſatagebat. Aderat quoq; ſubueniendi vrgens neceſſitas, q̃ vt vel ex clamore intelligerent homines, clamatũ eſt. Nã gentes impietate indurucrant. Iudæi vero obſurduerant terrenorum amore. Vt igitur vel illorum obſtinatio flecteretur, vel horum reſeraretur ſurditas, expediebat alte clamari. Deniq; clamatum eſt, quia non erat auditus. Erat namque tunc tempus quo homines dormiebant, voluptatũ terrenorumque bonorũ ſomno oppreſſi. Quare dormientes vt excitarentur, clamari oportuit. Poſtremo his qui longe erant à Deo, (quod de gentibus dubitari non poteſt, qui quaſi ſine Deo in hoc mũdo viuebãt) damnãdum erat. Nam Iudæi haudquaq̃, licet prope viderentur, erant vicini regno Dei: & hoc propter eorum ambitionem, auaritiam & hypocriſim. Quos ſæpenumero ſeuere arguit non tam Iohannes, q̃ ipſe Chriſtus. Vox demum clamantis ſi quæratur quæ fuerit, exprimitur. Siquidẽ clamantis in deſerto hæc ſunt verba: Dirigite viam domini. Nihil hic ambiguum eſt quæ via intelligatur domini. Nemo enim hanc ignorat. Nemo aliam exiſtimat quàm eam, qua Chriſtus ad cor hominis, & humanum cor accedit ad Deum. Hanc dirigere iubemur, hoc eſt, rectam facere, vt ſine curuitate in ſimplicitate, in planicie et abſque deuiatione viator nõ remoretur à Deo, neq; Deus procludatur, differaturve à viſitatiõe hominis. Quod vt fiat largiatur hoc nobis dominus

Marginalia: Matt.25; Marc.13; Matt.25; Lucæ 12; Matt. 3. 23; Lucæ 3; Iſai.4

nus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt benedi-
ctus in ſecula, Amen.

EXEGESIS EVANGE- lij eiuſdem dominicę IIII. aduentus, iuxta ritum Romanæ eccleſiæ. Lucæ III.

POST TEMPVS
illud, quo Chriſtus
cum matre Ieroſoly
mam, aſcenderat an
Lucæ 2 norum factus duo-
decim (quod Lucas
ipſe ſcribit nihil de
Chriſto legimus vſ-
que dum trigeſimum attigiſſet annũ. Ideo
Iohan. 1 poſt prædictam hiſtoriã in Luca mox ſe-
quitur temporis deſcriptio, quo Iohãnes
Baptiſta à Deo miſſus, cœperit prædicare.
Nominat enim principes Romani Impe-
rij atq; Iudæoꝝ pontifices, ſub quibus Io
hannes prædicare exorſus eſt. Vnde colli-
gitur Iohannẽ tunc annorum fuiſſe trigin
Lucæ 3 ta: quandoquidẽ paulopoſt Lucas Ieſum
cum baptizaretur, refert cœpiſſe fieri fer-
me annoꝝ triginta. Iohannes aũt tunc prę
dicationem ſuã baptizandiq; officium fu
erat exorſus, qui ſex mẽſibus Chriſto erat
natu maior.

Anno quintodecimo imperij Ti-
berij Cæſaris, procurante pontio Pi
lato Iudæam, tetrarcha aũt Galilęæ
Herode, Philippo autem fratre eius
tetrarcha Iturææ, & Trachonitidis
regionis, & Lyſania Abilinæ tetrar-
cha, ſub principibus ſacerdotum An
na & Caipha, factũ eſt uerbũ dñi ſu
per Ioannẽ Zacharię filiũ in deſerto.

Vt prædixi, tempus hic certũ nobis Euã-
geliſta oſtendit, quo Iohannes à Deo miſ-
ſus, quove officium ſuum prædicãdi & ba
ptizandi fuerit exorſus. Dicit igitur. An-
no quintodecimo imperij Tiberij Cæſa-
ris. Tiberius hic ſequutus eſt Octauianũ
Auguſtum, qui ſeptem & quinquaginta
imperauerat annis, cuius anno imperij
quadrageſimo ſecundo natus fuerat Chri
ſtus. Procurante pontio Pilato Iudęam, te
trarcha autem Galilææ Herode, Philippo
quoq; fratre eius tetrarcha Iturę æ & Tra
chonitidis regionis & Lyſania Abilinæ te
trarcha, ſub principibus ſacerdotũ Anna
& Caipha, factũ eſt verbum dñi ſuper Io-
hannem Zacharię filium in deſerto. In ve Pſal
teri teſtamento, q̃ diu notus in Iudæa tan-
tum erat Deus, in deſcriptionibus tempo
rum prophetaꝝ recenſentur hi tantũ prin
cipes aut reges qui tunc in poteſtate erãt
conſtituti Iudęorum, ſub quibus vixerãt
prophetæ. Vnde dicitur: Viſio Iſaiæ in die Iſaia
bus Oziæ Ioathan, Achaz Hezechiæ regũ
Iuda. Hic vero in Euangelio vtriuſq; gen
tis principes memorantur, quo intellige-
remus non ſolum Iudæos, ſed gentes quo
q; nunc pertinere ad populum Dei. Recẽ-
ſentur aũt præſides multi eo tempore qui
tunc regnabant inter Iudęos, quoꝝ genus
ſigillatim diſcutere, & vnde ſint nati, cu-
iuſve fuerint cõditionis, inutile, imo & ſu
peruacaneum mihi videtur. Auditis enim
hoꝝ tetrarchaꝝ conditionibus omnibus
nihil propterea peritiores eritis, quia aut
non intelligetis, aut memoria nõ tenebi-
tis. Cũ igitur huiuſmodi genealogiarum
ſtirpiumve deſcriptiones nihil vobis con
ferant ſimplicibus & illiteratis, tranſeun-
dũ iudico, hoc tantũ dicere iuuat, Herodẽ Matt
magnum Aſcolonitã dictum, ſub quo na
tus eſt Chriſtus, & qui innocentes pueros
in Bethlehẽ Iudæ in Chriſti perſequutio-
nẽ occidit, poſtq̃ in Iudęa triginta ſeptem
regnauit annis, mortuus eſt. De cuius hæ
reditaria ſucceſſiõe in regnum, cum non
cõuenirent inter ſe filij, Romani regnũ in
quatuor tetrarchias, hoceſt, principatus
ſeu partes quatuor regni decernunt parti
endum, & ita quatuor cõſtituerunt tetrar
chas. Iohannis igitur exordio prædicatio
nis, ij qui hic recenſentur, tetrarchijs prędi
debant, quãuis Pilatus nõ ſatis apte tetrar
cha, ſed procurator in Euangelio voca- Luc. 3
tur. His itaq; in Iudæa gubernãtibus, hoc
eſt, quolibet ſua terra ſeu tetrarchia præſi-
dente, & Anna & Caipha ſucceſſiue pon-
tificatũ interea adminiſtrãtibus, cœpit Io
hannes ſpiritu ſancto (quod eſt verbũ dñi
ſuper eum factũ eſſe) impulſus prædicare
& baptizare. Modo enim conformi quo
circa alios prophetas ſcriptura vtitur, de-
ſcrbit hic etiã Lucas Euãgeliſta Iohannẽ.
Nam factum eſt (inquit vetus ſcriptura)
verbũ domini ſuper illo, aut illo prophe
ta. Sic in hoc loco Lucas dicit: Factum eſt Iſaiæ 1
verbum domini ſuper Iohannem. Hoc eſt Iere. 1
miſſus eſt à domino Iohannes impletuſq;
eſt ſpiritu & gratia alijſque donis ad hoc
opus neceſſarijs. Super Iohannem Zacha

riæ

riæ filium Zachariam ſummum fuiſſe ſacerdotem Iohannis patrem, nemo ignorat. Cuiuſmodi tamen fuerit ſummus ſacerdos, non eſt vna omium ſententia. Dauid enim cultum dei volēs fieri maiorem vigintiquatuor conſtituit fieri ſummos ſacerdotes, e quibus tamen vnus eſſet iuriſdictione atque præminentia digniſſimus. Aut ergo fuit ſummus ſacerdos, hoc eſt, vnus de vigintiquatuor, aut ſummus ſacerdos, hoc eſt potiſſimus ex vigintiquinque ipſis aliiſq; cunctis ſacerdotibus prælatus. Non oportet nos hic filij diſputando contentiones fouere, quod nihil aut parum, aut fidei aut morum conducat ædificationi, ſcire an pręcipue ſummus, an inter alios vigintiquatuor fuerit ſummus ſacerdos, puta vnus ex illis. Hoc tamē nos ædificat, nobilem profecto fuiſſe Iohannem ſummi ſacerdotis, prophetæ & ſancti viri filium: nihilominus tamen, humillimum.

1. Para. 24

Et uenit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Iſaiæ prophetæ.

Iſaiæ. 40

Venit Iohannes pręcurſor Chriſti populū inſtructurus ad recipiendam prædicationem & Chriſti baptiſmum. Quod non incongrue uidetur factum ut Chriſtū pręiret, & ante Chriſtū baptizaret, quā Chriſti daretur baptiſmus. Erat enim Chriſtus (vt hoc pro prima ratiōe ſumatur) ad baptiſmum venturus, ex humilitateq; baptizandus, & aquas cōſecraturus, hoc eſt, aquis vim peccata abluendi quādo (ſacramentaliter his ex intentione vtimur) daturus. Quapropter neceſſe erat vt ante eſſet qui Chriſtum baptizaret, quàm in nomine Chriſti, & Chriſti baptiſmo quis alius baptizaretur. Secunda eſt ratio, vt turbis accurrentibus ad baptiſmum, Iohannes data occaſione, Chriſtum prædicaret. Tertia eſt vt homines ſuo aſſuefaceret baptiſmo ad baptiſmum Chriſti. Quarta ut homines ad baptiſmum venientes prædicando, ac ad pœnitentiam mouendo præpararet, dignoſq; Chriſti efficeret baptiſmo. Sciendum præterea Iohannis baptiſmum, quatenus ad ritum modumq; ſpectaueris, fuiſſe à deo, licet ſi effectum ſeu fructum quæſieris, inueniatur eſſe ex hominibus. Spiritus enim ſanctus, qui Iohannem impleuit, & miſit, ille eidem hunc ritum baptizandi quoque clam inſpirauit. Ideo ex deo fuit. Fuit uero ex hominibus quia ex ſeipſo nullum adduxit fructum baptizato, quem homo non poſſet præſtare. Neq; enim peccatum ſoluit, neq; contulit gratiam Iohannis baptiſmus, quemadmodum Chriſti conſtat conferre baptiſmus. Iam ſi quæras, cuiuſmodi baptiſmo Chriſtus fuerit baptizatus, Baptiſmo dico Iohannis. Voluit enim baptiſmum ſerui accipere dominus, ut accipiendo ſuum baptiſmum inſtitueret. Neq; enim ægebat baptiſmi ſanctificatione aliqua Chriſtus, cuius virtus aut gratia non poterat augeri: vtpote qui gratiam accepit nō ad menſuram. Accepit baptiſma ſerui, quo nos inuitaret ne detrectemus baptiſma ſuſcipere domini.

Actu. 13.

Auguſti.

Iohan. 3

Vox clamantis in deſerto: Parate uiam domini, rectas facite ſemitas dei noſtri.

Vox de Iohanne, intelligitur vt ſit vox clamantis, hoc eſt, quæ clamat in deſerto. Vel Iohannes eſt vox clamantis, id eſt, Chriſti in deſerto. Deſertum non incongrue, Iudæa intelligitur. Multis enim modis deſerta tunc fuit à deo, hoc eſt, derelicta, carens præſtantioribus donis quæ in templo defecerant illo poſt reditum ex Babylonica captiuitate ædificato, quæ in primo fuerunt. Nam carebant igne illo, qui iugis ac perpetuus perſeuerabat in templo, nec imbribus, nec vento (vt fertur) extinguibilis. Secundo defuit eis arca teſtamenti illa ſcilicet, quam Moyſes fecit. Tertio defecit eis vnctio regum & pontificum. Poſt captiuitatem nāq; Babylonicam neq; reges neque pontifices habuerunt vnctos Iudæi, cuiuſmodi ante ſolebant. Quarto in ſecundo templo deerant diuina reſponſa, quæ dabantur ſacerdotibus in Salomonis templo. Quinto defecerant ſcientia & veritas, hoc eſt, fulgor quidam (vt Ioſephus ait) ſubito proſiliens de lapidibus rationalis & ſuperhumeralis, quo ſignificabantur ſummi ſacerdotis preces apud deum acceptæ. Hæc omnia apud Iudæos defecerant. Quare haud immerito Iudæa deſertum dicitur. Dominus quoque Ieſus illis comminabatur maiorem ad huc deſolationem futuram, dicens: Relinquetur vos- Matt. 23

bis domus ueſtra deſerta. Sed quid clamauit vox illa in deſerto? Parate viam domini, rectas facite ſemitas dei noſtri. Hæc pręparatio bene intelligitur de aduentu Chriſti in mentem hominis. Neque enim opus eſt nobis clamari, vt præparemus nos ad aduentum Chriſti in carnem. Semel incarnatus eſt, nō iterum poteſt incarnari. Laudemus eum, gratias agentes quia hoc fecit Non expectemus vt iterum hoc faciat. Habemus tamen alium aduentum, quem toto exoptemus expectemusq; corde. Hic eſt in mentem aduentus eius, ſeu viſitatio ſpiritus. Pro hoc aduentu orandum eſt quoque. Eſt denique locus ei venienti parandus. Locus quem optat, & quo libenter recipitur, eſt munda conſcientia. Ibi libenter recipitur verbum dei & operatur. Audis vocem eſſe clamantis in deſerto. Vis in te vocem clamare verbi? Eſto deſertum tu, vt à tumultu cogitationum occupationumq; ſecularium ſis pacatus, quietus ac liber. Sis quoque à vitijs mundus, & audies in te clamorem diuinæ inſpirationis. Audies inſtinctus diuinos. Para viam domino, & rectas fac ſemitas viæ eius. O quā beati qui audiunt verbum dei, & cuſtodiunt illud. Verum qui aures non habent audiendi, quomodo audient? Vbi mundi terrenarumq; rerum clamor eſt multus ac varius, quando Chriſtus audietur, qui haud aliter atq; in ſilentio loquitur? Clamat in nobis ſuperbia, clamat ambitio, clamat inuidia, clamant poſtremo gula & acedia, & quomodo audietur manſuetiſſima vox Chriſti? Quomodo ergo dixi, ſi dn̄i vocem audire voluerimus, vt deſertum ſimus neceſſe eſt, in quo ſolitudo ſit atq; ſilentium. Hęc eſt autem vox, quam audire debemus Parate viam domini &c. Quid eſt domini viam parare? Ex rebus temporalibus cernimus, quomodo ſternitur, quomodove planatur via. Ita agamus circa interiora quoq; noſtra, vt peccatorum malarumq; affectionū ſcopulos amoueamus, quo via ſit parata domini, hoc eſt, vt abſq; impedimento, & abſq; moleſtia ambulari poſſit à deo ad nos, & à nobis ad deum. O felices, o feliciſſimos, qui nullum ſuſtinent medium inter ſe & deum, vnde impediri eorum poſſet acceſſus ad deum, aut dei acceſſus ad ipſos. Hinc ſummopere eſt ſeruanda puritas cordis tāquam res multo maxime neceſſaria. Itaque via noſtra ad dominum, aut domini ad nos ſit parata vt excluſo peccato nihil à nobis dominum excludat. Rectas quoque faciamus ſemitas dei noſtri. Semitæ domini, conſilia vocari poſſunt euangelica. Semitę enim paruę ſunt viæ, quibus iumenta & currus non ducuntur, ſed quaſi per compendium citius his inhærendo ad terminum perducunt. Conſilia itaque euangelica cuſtodiens, rectas facit domini ſemitas, citiuſque ad perfectionem pertingit. Eſt enim in his rectitudo maxime neceſſaria, hoc eſt, ſyncera intentio. Niſi enim hæc fuerit ſyncera, totum opus erit infructuoſum. Caueamus igitur obliquitatem, caueamus adulationem, ne in gratiam duntaxat hominis loquamur. Amemus cordis munditiam: Loquatur veritatem vnuſquiſq; cum proximo ſuo. Quod in corde tuo eſt intus, hoc dicito foris, id eſt, non aliud ſimules, & aliud intendas. Permane in iuſtitia & veritate, & veritas ipſa excuſabit te. Si enim recte ambulaueris & ſyncere, non habes formidare homines: quandoquidem magis ipſi formidabunt te.

Iſaiæ.40 Lucæ.11 Lucæ.8 Apo.3 Zach. Aug.

Omnis uallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur.

Profunda humilitatis implebuntur, deſcēdentq; ad ea riui gratiarum, quomodo rurſus montes & colles, hoc eſt, quæ excelſa ſunt & magna in mundo, humiliabuntur: & hoc per aduentum Chriſti, ſiue in carnem, qui ſuo exemplo docebit humilitatem, aut per ipſius aduentum in mentem. Excelſus enim ſolus dominus humilia reſpicit, & alta non aliter niſi à longe cognoſcit.

Pſal.

Et erunt praua in directa, & aſpera in uias planas. Et uidebit omnis caro ſalutare dei noſtri.

Quæ grauia, quæ moleſta, quæ difficilia denique ſunt, hæc per aduentum domini in mentem fient ſuauia, portabilia atque iucunda. Quæ poſtquam ita omnia impleta fuerint, videbit omnis caro ſalutare dei. Non hic omnes videmus Chriſtum oculis carnis, ſed oculis cuncti videmus fidei. In extremo quoque iudicio videbunt omnes, Alij ad felicitatem, alij ad perpetuam calamitatem. Dominus noſter Ieſus Chriſtus miſereatur noſtri, & benedicat nobis, illuminet vultum ſuum ſuper nos & miſereatur noſtri, vt hic fide & charitate cognoſcamus, & poſt mortem læti quo

Pſal.

que

que videamus ſalutare dei benedictum in
ſecula. Amen.

SERMO DE EA-dẽ Dominica. Quid Chriſtum faciat recipi intraq́ nos morari?

OMnis vallis implebitur, & o-
mnis mons & collis humilia-
bitur, & erũt praua in directa,
& aſpera in vias planas. Luc. 3.
His verbis filij nobis inſinua-
Bernard. tur quis ex aduentu Chriſti nobis fructus
proueniat. Neq; enim ſine ſalute Ieſus, nec
Baruch. 3 abſque vnctione Chriſtus aduenit. Olim
Matth. 5. 11 aduenit in carnem de virgine conceptus,
natus, in carne viſus, cum hominibus con
uerſatus, docuitq́; verbo euangelizans, &
vitæ ſuæ exemplo nobis quomodo ſit imi-
tandus commonſtrans. Venit enim filios
Lucæ. 19 ſuos, hoc eſt, adoptionis æternæ alumnos
qui in mundo erant diſperſi, quærere, col-
ligere, & quod perierat ſaluum facere. At-
Actu. 10. tulit mundo ſalutem: quoniam ſanauit o-
mnes oppreſſos à diabolo, eos puta, qui in
firmitatibus ſuis agnitis, quærebant à ſal-
uatore remediũ ſalutis. Quomodo enim
ſanaret (tametſi ex nimia eius bonitate ali
quando id fiat) eum, qui ſanari non quæ-
rit? Aut quomodo ſanari is cupiet, qui in-
firmum ſe ignorat? Huiuſmodi infirmi e-
rant phariſæi, ſcribæ, alijq́; in mundo mul-
Iohan. 9 ti, qui in oculis ſuis iuſti, nec (vt putabant)
infirmi, non ſanabantur. His Chriſtus lo-
quens arguit eos interrogantes: Nunquid
& nos cæci ſumus? Si cæci, inquit, eſſetis,
peccatum nõ haberetis. Nunc autem quia
dicitis, Videmus, peccatum veſtrum ma-
net quaſi diceret: Quandiu cæcos vos (vt
vere eſtis) non cognoſcitis, tam diu nullũ
obtinebitis illuminationem. Om̃es igitur
qui quæſierunt à domino ſalutem, conſo-
lati ſunt, quia quod quęrebant inuenerũt.
Sed noli triſtari tu, quod in diebus Chri-
ſti, quando in terris ambulauit, non vixe-
ris. Putas enim cuncta te impetrare potuiſ
ſe. Putas, ſi illum audiſſes, obediturum te
fuiſſe in omnibus. Nihilo enim nunc mi-
nus habes, quã habuerunt ij olim qui Chri
ſtum viderunt in carne. Nam pro præſen-
tia eius viſibili ſeu corporali, tu præſentem
quoties volueris habere potes in mente.
Iohan. 1 Hæc autem præſentia multo eſt corporali
viſione melior. Quot enim Chriſtum vide
runt in carne, audieruntq́;, quibus tamen
hæc viſio nihil contulit? quandoquidem il
lum non receperunt in mente. Profuit igi-
tur parum aut nemini Chriſti viſio corpo-
ralis, niſi ijs qui viderunt Chriſtum ſimul
& fide, & qui tenuerunt eum per dilectio-
nem in mente. Eundem igitur fructum, &
multo certiorem ex aduentu domini in
mentem aſſequeris, quem aſſequutus fo-
res ex eius præſentia in carne, cum hic nil
tibi, niſi in mẽtem veniat quoq;, prodeſſet?
atq; ideo vterq; nunc celebratur. Tu mo-
do vigila, vt domum ei pares mũdam. Do
mum enim eius decet ſanctitudo. Dubitas Pſal. 92
fortaſſe, quomodo tuam cuſtodias conſci
entiam (hanc enim Chriſti domum eſſe
non dubitas) mundam? Vide quomodo
vaſa vtenſiliaq́; domus ſeruentur munda,
lauantur, purgantur, exhauriuntur, exiccã
tur. Nihil enim in vſu eſt hominis quod
non inquinetur. Sed qui munditiam dili-
git, ſtatim vbi perceperit ſordes eluit aut
abradit. Si ergo omnia te munda delectãt
quomodo Chriſtum cor mundum nõ de-
lectet? aut quomodo cor pollutũ inhabita Bernard.
re poſſet? Et tu qui domus tuæ vtenſilia vis
munda habere omnia, quare cor non cu-
ras habere mundum? Nõ poteſt fieri, quin
aliquando inquineris, ſed noli in ſordibus
iacere, noli tolerare ſordes. Eijce abs te
quicquid oculos dei cuncta cernentis of-
fendit. Si ita feceris, Chriſtum non ſolum
aduenientem, ſed intra te etiam recipies hã-
bitantem. Vnde implebuntur in te ea quæ
hodie in euangelio Lucas ex Iſaia deſum- Lucæ. 3 Iſaiæ. 40
pta pronunciat, puta, vt om̃is vallis implea
tur &c. Chriſtus nanq; peccatis & peccan- Matth. 5. 11
di voluntate abs te excluſis, in cor tuum ad
ueniens, tui infundet tibi cognitionem,
docebit pauperem te fore ſpiritu, atq; de-
preſſum, humilemq́; vt vallem. Videbis di- Phil. 4
uino eius lumine illuſtratus, tua opera eſſe
nulla. Videbis nihil te eſſe ſine deo, aut poſ-
ſe. Cum iam in oculis tuis fueris vilis, par- 2. Reg. 6
uus, humiliatus, atq; confuſus, eius te gra-
tia implebit, non totum mox perfectum fa
ciet, ſed ſemina in te proijciet creſcentium
virtutũ, vnde germina aliquando ex te no
bilia erumpãt. Porro ſi aliquando in cogi-
tatiõe ambitio, ſuperbiave titillauerit, atq;
ex profectu quem fortaſſe ſenties, aut quẽ
ſuſpicaberis, mens tua ſeſe inſtar mõtis ex-
tulerit, aut ſaltem efferri concupierit, repri
met te mox Chriſti aduẽtus, hoc eſt gratię
eius te inhabitãtis operatio, atq; aut igno
minia humiliabit aut infamia, qua cõpreſ-

ſus non audeas erigere caput. Siquidem cũ omnia putaueris ſana, atq; tibiipſi pene gratulari cœperis, quod fortiter egeris, læuiſſima tentationis aura te ſubito concutiet, & ante cecidiſſe te inueuies, quàm te ſenſeris impugnatũ. Mons igitur & collis, hoc eſt, tam excellentia quam præſumptio, quamuis modica, in te humiliabuntur. Et erunt praua in directa. Tortuoſos homines ſignificat, & homines Christi ſeruitio ineptos. Hos enim Chriſti aduentu nihiloſecius oportet conuerti. Illuſtrat enim omnes domini aduentus, illuſtrat diuina viſitatio, vt quid in nobis ſit plangendum, quid deſiderandum, quæ relinquenda, quæ ſectanda, quæ etiam fugienda videamus. Concipimus inde ſpiritum ſalutis, reconciliamur deo per confeſſionem dilictorum, ac per pœnitentiæ aſſumptionẽ. Placet nobis aliam vitam eligere, in qua mori ſit ſecurius. Fit mutatio vitæ. Ecce vitam eligis à mundo abſtractam, eligis monaſticam, aut fortaſſe etiam heremiticam, quo facilius abſtineas peccato, moriaris mundo, viuas deo. Verũ profligatis peccatis magnis, quibus olim prorſus fuiſti à deo alienus, nunquid mox vbi pœnitentiæ vitam inchoaueris, vbi pœnitentiæ ſeu monaſtices habitu indutus fueris mutaſti etiam omnia tua naturalia, vt quæ ad dei ſunt cultum agas perfecte omnia, facias omĩa cum ſuauitate? Nũquid praua & tortuoſa mox tua erunt directa? Paucis hoc contingit. Tunc enim primum vadis ad pugnam. Hactenus contra diabolum, contra eius conſilia peſſima, & contra grauia peccata dimicaſti. Iam contra teipſum pugnabis. Siquidẽ dum in monaſterium aut in pœnitentiæ ſtatum aduenisti, tecum pariter naturalia tua, hoc eſt, inclinationes malas, paſſiones, corruptiones, malas conſuetudines atq; vitioſas concupiſcentias adduxiſti. Nunquid cucullus monaſticus, nunquid veſtitus alius ſancte aſſumptus, naturalia tua praua aut aboleuit, aut mutauit? Minime. Ecce venit ad monaſterium homo naturaliter ſuperbus, inclinatus eſt, & corruptione vetuſta ante pœnitẽtiam aſſuetus efferre ſe, iactare opera ſua magnifacere nolle deſpici, velle opprimere & reſiſtere, (hæc enim peccatorũ ſunt reliquię, hæ corruptiones quas ſecum circunfert, & etiam eaſdem nolens cogitur ſuſtinere) quid faciet? Nunquid non impugnabitur, quia à peccatis deſiit? Sentiat nolens oportet, quantum adhuc à iuſtitia caro eius diſſidet. Sed nonne iam eſt, inquis, conuerſus? Quare igitur modo ſentit eadem quàm olim grauius ſibi incumbere Modo ſentiens inde grauatur, olim dum peccatis foret circundatus, has paſſiones nec ſenſit, nec grauabatur. Paratus enim vltro ad peccãdum repugnare noluit prauæ ſuæ inclinatiõi, ideo ſuas inclinationes non etiam agnouit. Portauit igitur ſecum ad monaſterium ſua praua naturalia, & grauiora moleſtioraq; eadem poſt conuerſionem quam ante ſentit. Nondum praua eius mutata ſunt in directa, nõdum conuerſa ſunt aſpera in vias planas. Multum certe facit, ſi non præbuerit membra ſua iniquitati. Multum in principio proficit, ſi exteriora poterit ſua in rectitudine ſeruare, interioremq; prauitatem, ne erumpat, ne foris ſeſe prodat, neve conſentiat iniquitati, cõpeſcere. Cogitur ſentire (fateor) quæ non vult. Cogitur ægere atq; carere tam his quæ male, quam is quæ ſalubriter cupit, ſed abſq; periculo. Habet enim hoc conſolationis interim, quod nihil damnationis audit eſſe iis q ſunt in CHRISTO IESV. Conſolationem habet, ſciens ſe haudquaquam poſſe inquinari ab his quę ſentit quantiſper non conſenſerit: ſciens quoque aliud eſſe ſentire, aliud conſentire, vtpote, quorum prius eſt carnis ſeu ſenſualitatis, quod iudicio eſt rationis nõ ſubiectum: alterum rationis eiuſq; iudicio parens. Itaque huiuſmodi homo, dum putabat ſe inuenturum quietem, inueniet adhuc prælia multa: fiet aliquando tamen, vt praua eius mutentur in directa, propter gratiam Chriſti quæ in eo habitat, qua fit vt peccatum quidem ſit ac ſentiatur, non tamen regnet in eius mortali corpore, nec peccato mente rationeq; conſentiat. Sed quando, inquis, erit vt praua eius fiant directa? Quãdo fiet vt quod tortuoſum fuerit & ineptum fiat aptum & rectum? Poſt multa profecto certamina, poſt agones multos multiplicemq; conflictum hoc erit, vt ex præſentia dei eiuſq; gratia in te inundantius rorante, & inter prælia te regẽte ac protegente, aliquando ita vincas, quo aut prorſus prauitate hac careas, aut eam ligatam quaſi canem oblatrantem ſentias, nullo negotio vincendum: puta quam citius contemnendo quam pugnando tunc compeſcas. Vide igitur quam feliciter inſtituta ſint monaſteria, in quibus exerceamur tanquam in paleſtra ad virtutes

Iſaiæ. 26

Rom. 6

Rom. 8

Matth. 3 Lucæ. 3 tes & ad vitia expugnanda. Nam ſi in ſeculo quis pœnitentiam elegerit, aut iuxta Iohannis Baptiſtæ conſilium, fructus dignos voluerit pœnitẽtiæ agere, quot mox ſentiet contrarios, quot aduerſarios, qui diſſuadeant hanc nouitatẽ habebit? Quot ſentiet deriſores? Quot audiet qui ad priſtinam vitam atque ad mores reprobos moliantur retrahere? Odioſa enim lippis oculis lux eſt. Vix tamen vnum interea inueniet qui adulatione abſtinens illum ad id quod cœperit ſtrennue perſeuerandum admoneat. At vero in monaſterijs probe inſtitutis ſecus eſt. Ibi enim ſunt conſtituti qui excitent negligentes, informent ignorantes, tardiores vrgeant, arceant maleuolentes, deſides compellant ad pœnitentiam & virtutem. Bona ſunt hæc ſtudia exercitiaq́, & charitate magiſtra ac inueſtigante ſaluberrima, negligentes, ignorantes, pigros atque aliquando recalcitrantes (iuxta CHRISTI parabolam) com- Lucæ. 14 pellere, vt conſentiant intrare in regnum cœlorum. Nemo igitur doleat quod in monaſterio ſit conſtitutus bene inſtituto, gaudeat potius quod liceat illi ibi cum multis bene agere, quod ſi infirmior eſt quam vt propterea gaudeat, hoc ideo eſt quia nondum aſpera ei mutata ſunt in vias planas. Suſtineat igitur correctiones, admonitiones recipiat, faciat de neceſſitate virtutem, vt quæ agit priuato amore nondum mortificato inuitus, ex ratione qua ſeſe ad obedientiam compellit eadem agat deuotus, vt quod alioqui non ei foret acceptum aut voluntarium, propter deum tamen ſibi id faciat eſſe voluntarium, vt tandem conculcatis vitijs videat ſpiritu, ſentiatq́; guſtu ſalutare dei, quod eſt benedictum in ſecula. Amen.

EXEGESIS EVANGELIJ IN UIGILIA NATIUITATIS CHRISTI. MATTH. I.

PEr omẽ tempus hoc quo dominici aduẽtus celebrauimus memoriam chariſſimi, crebro ſumus cõſolati ex prophetarũ oraculis, quibus hoc tempore ſacra eſt vſa eccleſia. Nunciabatur enim nobis prope eſſe tempus, vt ſaluator noſter Meſſias veniat. Item, cito nobis aduenturam ſalutem. Vnde manſimus inter hæc promiſſa expectabundi. Porro hoc die certa nobis conſtituitur dies qua dominum videbimus. Iam enim adeo eſt prope nobis, vt nobis cantetur: Hodie ſcietis quia veniet dominus, & mane videbitis gloriam eius. Item: Craſtina erit vobis ſalus. Quis 2. Para. 20 iam domini ſuſpirans aduentum non gaudeat? Quis non votis om̃ibus deſiderijsq́; feruentiſſimis deum præſtoletur, audiens: Hodie ſcietis quia veniet dominus? Multo Iſaiæ. 14 enim tempore olim fuerat promiſſus, diu expectatus, tandem dictum eſt præſtolantibus prope eſſe vt veniat, & dies eius non elongandos. Nunc ad vltimum hunc diem expectatio hæc venit. Siquidem non iam dicitur prope eſſe, ſed hodie ſciri, hoc eſt, manifeſtum fieri, quia veniet dominus & mane videbimus gloriam eius. Hoc idem alijs verbis quoque nobis nunciat eccleſia, dicens: Craſtina erit vobis ſalus, hoc eſt, non ſemper gemetis, non ſemper expectabitis, vltra non differetur deſiderium veſtrum: ad vnum & hũc vltimum diem peruenit expectatio veſtra. Craſtina erit vobis ſalus. Quis filij non gaudeat? Quis ad deuotionem ſe non exerceat? Quis ſinum ſuum, quis brachia non expandat dilatetq́; ſua pro vehemẽti deſiderio ad amplexus? Nam quanto amatur feruentius, quanto expectatur deſiderãtius, tanto maiori lætitia & exultatione auditur, quod hodie ſciemus quia veniet dominus. Quapropter filij ſi vere deſideratis vt adueniat Chriſtus, exultabitis, vel modo audientes, quia venit. Dulce profecto eſt & ſuaue vobis nuncium: Dominus venit. Sed dicit fortaſſe quis. Semel venit dominus. Olim incar- Iſaiæ. 30 natus & natus eſt, non iterum naſcetur. Credite filij, Corporaliter ſemel natus eſt, non iterum hoc modo naſcetur. Sed ſi vis, quotidie naſcetur in corde tuo. Quotieſcunq́; enim ſalutare aliquid concipis in animo tuo, quoties id obſeruare propoſito firmo decernis, deum in mente concepiſti. Quoties præterea conceptum ſeu propoſitum ſalutare in opus producis, toties ex te naſcitur CHRISTVS. Iam cogitare filij ſi omni id vobis tempore contingere poteſt, quãtomagis cras obtinebitis, quo die melliflui fiunt cœli, & mirum foret, ſi quid iuſtum dominus petenti negaret? Si igitur nihil poteſt negare quod ſit ſalutiferum, quomodo negare poſſet ſeipſum? Petite

igitur ſecuri dominum filij, petite importune & feruenter, petite humiliter ſimul ac violenter. (Violẽtiam hic intellige, qua Chriſtus rapiendum cœlum pronunciat) quia certiſſime accipietis illum. Dabit ſeipſum vobis, & negare nimia eius bonitas non poteſt. Curate igitur vt (quomodo Ieſus dicit: Qui ſunt fratres mei, & quæ eſt mater mea? Et extendens manus in diſcipulos, Quicunque, inquit, fecerit voluntatem patris mei, hic meus pater, frater & ſoror eſt) non tam in vobis naſcatur Chriſtus, quam etiam vos in eodem renaſcamini. Sed videamus nunc quid hodie loquatur nobis Euangelium.

Matth. 11
Matt. 12

Cum eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph, antequam conueniret inuenta eſt in utero habens de ſpiritu ſancto.

Multa in hoc occurrunt euangelio percunctanda. Primum, cum virgo dei mater (ſicut conſtituerat) foret manſura virgo, cur fuit deſponſata? Credo, ne partus calumniam pateretur. Putaretur autem Chriſtus illegitimus, & propterea non immerito repudiaretur, ſi ex non coniugata fuiſſet natus. Deinde maluit de ſuo ortu Ieſus dubitari, quam de matris pudore. Error ille tolerabilior erat matrem ex coniugio ſuſpicari filium concepiſſe, quam ex fornicatione natum IESVM dicere. Quod certe dictum fuiſſet, ſi viro Maria deſponſata non fuiſſet. Maluit iccirco dominus IESVS fabri filius credi quam extra matrimonium ſuam matrem eſſe fornicatam exiſtimari. Neque enim probro erat virgini ſiue puellę in coniugio parere, fuiſſet vero ei periculo extra matrimonium genuiſſe. Si enim extra matrimonium Maria peperiſſet, nonne iuxta legem fuiſſet lapidata? Putas crederet quis eam ſeſe virginem dicenti? Putas crederetur puellæ parturienti, quod ſine viro de ſpiritu ſancto puerum concepiſſet? Quis non diceret hoc commento puellam ſcelus ſuum tegere velle? Deſponſata igitur fuit Maria CHRISTVM paritura, quandoquidem tempus non erat illud prædicandæ virginitatis Mariæ, ſed tempus erat magis famæ eius contutandæ. Tertio, noſtræ fuit in hoc conſultum fidei. Roborauit enim fidem noſtram, qua credimus Mariam peperiſſe virginem, vel ex mariti ſui teſtimonio, qui proculdubio ad vindicandum eſſet motus ſuum obprobrium, niſi cognouiſſet ſacramentum. Antequam conuenirent, id eſt, vt coniugaliter cohabitarent. Veterum hoc habuit antiquitas, vt ſponſi ſponſæq́; antequam matrimonium conſummarent, aut ſimul, aut diuiſim tempore aliquo intermedio orationi vacarent: & hoc potiſſimum fiebat in domibus eorum quas erant habituri maritos, ad quas ſponſæ ante tempus nuptiarum introducebantur, vt domus conſuetudines, & ſponſi diſcerent mores. Proinde ad ſponſorum domos (vt dixi) quas erant habituri maritos, puellæ ante nuptias introducebantur, quamuis ediuerſo ſponſi in domos interdum ſocerorum, hoc eſt, ad ſponſas fuerint introducti quas erant habituri, quod de generis futuris Loth legimus, & Tobiæ iunioris exemplo docti ſumus. Hoc modo fieri potuit, vt beata Maria quæ conditionaliter deo (ſi eidem ita placeret) virginitatem ſeruandam promiſerat, cum domini intellixiſſet voluntatem vt deſponderetur conſenſit, committens ſe prouidentiæ diuinæ. Conſenſit enim (vt dici ſolet) explicite quo verum eſſet matrimonium, in copulã (quod diuus Thomas fuſius explanat) quæ eſt vinculum animorum, non corporum. Implicite vero conſenſit (ſi deo ita placeret) in copulam carnalem. Quamuis enim vellet manere virgo, non tamen voluit non obedire deo, docens nos in ijs quoque quibus dei honorem ac beneplacitum quærimus, non debere nos proprij eſſe ſenſus aut voluntatis, ſed noſtra ſtudia exercitiaque (quæ plerumque nobis ex priuato amore meliora videntur,) deo & ſuperiorum iudicio ſubijcere, & nonnunquam relinquere, vbi ad alia nos diuina voluntas abducit. Noſtra enim perfectio, noſtra plenitudo eſt diuinæ voluntatis impletio. Quicquid ergo diuinæ placere potius voluntati cognoſcitur, hoc quibuſcunque alijs bonis operibus eſt anteferendum. Ad inſtitutum redeundo. Deſponſata beata Maria, atque in domum Ioſeph haud dubium adhuc virginis introducta, atque in oratione conſtituta, ſalutata eſt ab angelo, concepitq́; deum. Deinde licentia à Ioſeph accepta, putatur viſitaſſe Elizabeth, cum qua tribus menſibus habitauit, & forte tam diu, donec Elizabet infantem peperiſſet. Inde rediens, ab Ioſeph inuenta eſt

Auguſti.
Gene. 19
Thob. 6
Ambro.
Thom. Aquin.
Luce. 1
Luce. 1

eſt antequam coniugaliter conuenirent, in vtero habens. Vterus nanque eius virgineus intumeſcens, poſt tertium menſem ipſius conceptum palam prodebat. Quam paucis verbis multas abſoluit quæſtiones. Ignoratur quomodo conceperit, ſed inuenta eſt inquit, in vtero habens.

Ioſeph autem cum eſſet uir iuſtus, & nollet eam traducere, uoluit occulte dimittere eam.

Perpende quos cogitationum fluxus & refluxus, quos ſuſpitionum quoque tumultus tunc cor viri iuſti ſuſtinuerit. Nihil mali, nihil non ſancti in virgine offenderat, manifeſtam eius cognouit in omnibus moribus pudicitiam & ſanctitatem. Vterus tamen eius tumidus, conceptum nunciabat. Quid ageret vir iuſtus? Si voluit quaſi cum honeſta habitare atque quod factum putabat diſſimulare, ſuam conſcientiam lædebat, quia deum offenderet quod alieni eſſet peccati particeps ac tutor. Porro ſi eam iuxta legem Moſi accuſaret, ipſam faceret lapidari, quod nimis ei videbatur crudele, quam licet vtero eius reclamante, ream non poterat dicere puellam tot ornatam virtutibus ſic traducere. Cogitabat igitur occulte relinquere eam, ne aut cohabitando eius peccato conſentiret, aut quod de alieno viro concepiſſet manifeſtare, cogeretur: ideo clam voluit abſcedere, quia palam nullam potuit allegare honeſtam quare diſcederet, cauſam. Occulta autem (cum eſſet iuſtus) in præiudicium puellæ haud quaquam putabat reuelanda. Si queris quare non interrogauit Mariam? Reſpondetur. Adeo Mariam ſanctam in cuius facie tam venuſtas quam ſanctitas elucebat, amabat, adeo venerabatur, vt non ſolum ei nullum legis animaduerſionem voluerit procurare, verum etiam ne verbo quidem eam contriſtare voluit, vt diceret: quare ſic feciſti? Maria etiam beatiſſima cognoſcens in ſpiritu ſponſum ſuum ſanctum Ioſeph turbatum, timidum, anxium, variaq; meditantem, quanta putatis compaſſione fuit & ipſa turbata? Non enim ſuſpicionem vt à viro amouere tentaret videbatur conſultum: quandoquidem tantam rei nouitatem vt crederet vir non videbatur veriſimile. Putaret potius peccatum ſuum figmēto hoc velle eam obūbrare & nihilominus de tanta nouitate ſingularitatis gloriam quærere. Tacuit igitur & rem abſcondit, committens ſe deo, qui ſuæ ageret & famæ cuſtodiam, & innocentiæ excuſationem. Neque enim tantum audebat reuelare myſterium abſque conſilio dei. Vides quomodo ſanctiſſimi & deo dilectiſſimi in hoc mundo anxiantur, & propterea maxime quando neſciunt quæ ſit voluntas dei beneplacens & perfecta. Itaque Ioſeph hoc cogitans quomodo Mariam occulte dimitteret, dum inter ambigua fluctuaret, hoc, vt tutius aliquid quod vicinius erat ad miſericordiam, puta clam ab ea diſcedere, elegit.

Hæc autem eo cogitante, ecce angelus domini in ſomnis apparuit ei, dicens: Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam.

Hoc eſt, noli hoc cogitare propter quod times retinere Mariam cōiugem tuam: neque enim ex aliquo vt ſuſpicaris, concepit viro.

Quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Pariet autem filium & uocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum.

Ne fortaſſe quare hoc ſit vocandus nomine mireris, audi: Ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. A ſaluando enim nominandus erat ſaluator ſiue ſalutaris. Vide quia Mariam ante conceptionem præmonuit angelus, eiq; myſterium hoc reuelauit. Neque enim expediebat quod futurum erat, quodque expertura in ſe erat, ante non informari, ne nimium turbaretur, neſcia quid ſibi contingeret. Ioſeph vero non fuerat præmonitus, ſed vbi factum erat, reuelauit ei angelus. Nam ſi fuiſſet præmonitus, potuiſſet hæſitare de magnitudine huius nouitatis, ſicut Zacharias. Luce. 1 Difficilius enim erat & mirabilius concipere virginem, quam concipere ſterilem, quamobrem erat & credi difficilius. Vbi igitur vteri tumor conceptum probabat, & vbi animam Ioſeph ſuſpicio timorque ſatis diu fatigauerat, & vltro iam optaret in hac ambiguitate conſilio iuuari, tempus erat vt ei myſterium hoc reuelaretur, quia tunc magis erat ad credendum

idoneus. Aedificat itaq; vos fides Ioſeph, qui angelo in ſomnis credidit ſibi loquenti. Vide præterea quantum honorauit Ioſeph ſpiritusſanctus, quia cum dixiſſet angelus, Pariet filium, (non vtique tibi, quia tuus non eſt filius, ſed pariet filium in ſalutem vniuerſo mundo) adiecit. Et vocabis nomen eius Ieſum. Nomen quidem hoc e cœlo delatum, tu primis impones. Quam uis enim in generatione hac nihil tibi ſit commune, facies tamē patris officium: cuius eſt nomen filio dare. Hoc autem dabis quod pater ei cœleſtis impoſitum cœlitus tibi & per te prænunciat imponēdum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Ipſe, inquit, iuxta ſui nominis cōgruitatem (Ieſus enim ſaluator dicitur) ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Vide hic etiam quam loquatur de infante naſcituro magnifice. Saluum, inquit, faciet populum ſuum, puta tam Gentilem quam Iudaicum, vterque enim eſt modo populus eius, precioſo ſanguine eius emptus. Saluum autem hunc faciet à peccatis eorum. Hic diuinitatem indicat. Mar. 2 Lucæ. 5 Quis enim poteſt peccata dimittere, niſi ſolus deus? Confirmat autem hæc omnia tandem (ne tam admirabilis videretur nouitas) per prophetiam Iſaiæ, qua iamdudum idipſum futurum prophetatum erat: Ecce virgo in vtero habebit & pariet filium & vocabitur nomen eius Emmanuel quod eſt interpretatum, Nobiſcum deus. Chariſſimi filij diſcatis hic vt quando in ambiguitate aliqua eſtis anxij, incertique quid ſit eligendum, firmetis cor veſtrum in charitate qua nihil velitis, nulliq; affectui conſentiatis, niſi ei quem videritis beneplacito diuino conformem. Porro ſi id inueneritis quod altero eſt melius, non dubium eſt illi eſſe conſentiendum, atque viliori quod ſanctius eſt præferendum. Si inuenire non poteſtis, in animo id eligere ſit vobis certum atque ſtatutum, id amplecti quod magis à deo probari creditis. Inter hæc oratio veſtra ſit ad deum pro illuminatione mentis veſtræ, & pro directione voluntatis in id quod ſuo ſit honori maxime acceptum. Nunquam enim illuminare deus hominem deſinit. Aut enim per hominem informat, aut per ſcripturam inſtruit, aut docet per inſpirationem: Quod ſi tanta foret obſcuritas, tantaque rei difficultas, vt nihil horum ad hominis ſufficeret inſtructionem, potius in ſomno, aut aliter hominem certiorem faceret, quam in dubio ſineret perire. Non eſt tamen expectandum miraculum, aut reuelatio ſuperna, quam diu ad manum eſt conſilium aut humanum, aut modo naturali humano ingenio, aut certe dei alia prouidentia præparatum. Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſuam det nobis benedictionem & gratiam ſempiternam. Amen.

DOMINICA PRIMA POST domini Natiuitatem. Epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Galatas IIII.

Qvanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt a ſeruo, cum ſit dominus omnium: ſed ſub tutoribus & actoribus eſt, uſque ad præfinitum tempus a patre. Ita & nos, cum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus ſeruientes. At ubi uenit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret: ut adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem eſtis filij dei, miſit deus ſpiritum filij ſui in corda ueſtra clamantem, Abba pater. Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius: quod ſi filius, & hæres per deum.

PARAPHRASIS IN EANdem epiſtolam.

Gala.3

ANte hæc verba dixerat Paulus legem Iudæis fuiſſe pædagogum, ſub quo regerentur donec Chriſtus veniret: in quem qui crederent, ſub eodem non iam ſicut ſub pædagogo viuerent, ſed liberati à lege, filij per Chriſtum fierent adoptionis & bonorum dei hæredes. Quo oſtendere voluit poſt Chriſti manifeſtationem, noſtra redemptione iam impleta & mundo vulgata, nos lege vetere (quantum attinet ad ceremonialia præcepta) eſſe abſolutos & liberatos. Ad quod probandum hac vtitur ſimilitudine: Puer qui ſui eſt patris hæres futurus, quanto tempore & ætate & ſcientia paruulus eſt, nihil differt à ſeruo: non quidem eſt ſeruus, ſed à ſeruo nihil differt quia nullam habet poteſtatem, regitur alieno imperio, & alterius cogitur obedire voluntati, cum ſit dominus omnium quæ pater eius poſſederat. Eſt enim ſub tutoribus qui illum defendunt ab iniurijs, & ſub actoribus, ſeu procuratoribus, qui illius nomine agunt, quæcunque ille agere per ætatẽ aut neſcit aut non valet. Et hoc vſque ad tempus ſibi conſtitutum à patre. Quo finito deinceps libere ſuæ voluntati relaxatur Pari modo, inquit, de Iudęorum populo quoque ſentiendum eſt, qui per Chriſti gratiam futurus erat regni cœlorum hæres. Hic quanto erat tempore paruulus ſcientia ſcilicet, actione, & viribus ad reſiſtendum peccato, ſub diſciplina erat legis non aliter atque ſub gubernatione pædagogi, coactus præceptis ſeruire diuinis, cum tamen per Chriſtum dominus eſſet omnium bonorum patrię cœleſtis. Lex enim vt pædagogus illum admonebat, arguebat & puniebat, arcens illum ab idololatria & reliquis peccatis. Itaque hoc dicere vult Paulus ſimilitudinem aptans, cum ait: Ita & nos Iudæi cum eſſemus paruuli non ætate ſed intellectu & diſcretione ſub elementis mundi eramus deo ſeruientes, ceremonialia legis præcepta elementa vocans. Sicut enim pueri per elementa incipiunt diſcere ſcripturas, quas antequam intelligunt, elementa quidem componunt, literas coniungunt & pronunciant, quibus paulatim ad cognitionem veniant ſcripturarum. Ita Iudæi legis ceremonias obſeruantes primum quidem quid ſignificarent non intelligebant, per illas tamen quaſi per primordia ac elementa ad dei tandem peruenerunt cognitionem, & ſpiritualem intelligentiam. Dicuntur autem elementa mundi, quia adhuc carnalibus & temporalium bonorum amatoribus data erant, qui æterna inuiſibiliaq; nondum appetere nouerant, ſed corporalibus pœnis cogebantur, temporaliumq; bonorum promiſſionibus tam pueriliter quam ſeruiliter ad dei compellebantur cultum. Hæc autem ad tempus durauit. At vero vbi plenitudo venit temporis, cum præfinitum tempus eſſet impletum (in quo pater nos Iudæos vt pueros ſub elementis voluit veteris gubernari teſtamenti, tanquam ſub pædagogo) & iam ſtatuiſſet nos à vinculo legis tanquam à ſeruitute liberos reddere, miſit deus filium ſuum factum ex muliere, id eſt, ſecundum humanitatem natum ex virgine matre, qui ſecundum diuinitatem non factus ſed genitus eſt ex deo patre. Miſit itaque filium ſuum in ſpecie humana ac viſibili legi quidem ſubditum, quamuis legi nihil deberet. Voluit IESVS quamuis eſſet dominus legis nihiloſecius ſubdere ſe legi, & iuxta legem circuncidi ac in templo offerri, vt Iudæos qui ſub lege erant à ſeruitute legis redimeret, legaliumq; obſeruantia ſua paſſione & morte ceſſaret. Et ideo Petrus, vt in Actis habetur cum quidam Iudæorum zelarentur pro lege, quam ex gentibus quoque conuerſis tentabant imponere ſeruandam, ingenue contradicebat dicens: Quid tentatis ceruicibus imponere diſcipulorum, quod neque nos neque patres noſtri portare potuimus? ſed per gratiam domini noſtri IESV CHRISTI credimus ſaluari. Paulus quoque alibi Iudæis, Per IESVM, inquit, remiſſio vobis peccatorum annunciatur ab omnibus, in quibus nõ potuiſtis in lege Moyſi iuſtificari. Itaque à legis ſeruitute CHRISTVS nos liberauit. Iudæos qui eramus rei & compreſſi ſub delicto & onere legis, vt ſimul omnes tam Iudæi quã ex gentibus ad CHRISTVM conuerſi adoptionem filiorum, quam perdidimus in Adam, per gratiam nouæ libertatis iterum reciperemus in CHRISTO, qui propterea noſtram aſſumpſit naturam, vt quam ab æterno cum patre habet nobis participaret ſuam, quo filij dei efficimur adoptiui. Quoniam autem eſtis vos Galathæ ſicut nos IVDAEI filij Dei per adoptionem (ſicut ſcriptum eſt. Quotquot autem receperunt eum dedit

Luc.2

Actu.15. Actu.15

Iohan.1

dedit eis poteſtatē filios dei fieri) miſit de-
us ſpiritum filij ſui, qui à patre filioq́; pro-
cedit, hoc eſt, ſpiritum ſanctum in donis ſu
is, in corda veſtra clamantem, hoc eſt, qui
vos faciat clamantes ad deum, non tam ve
re, quam ingenti affectu & filiali deuotio-
ne: Abba pater, quod idem ſignificat. Ab-
ba enim Hebræa vox dicitur, quæ expoſita
patrem ſignificat. Itaq; iam tempore euan
gelicæ legis ac gratię, is qui olim fuerat par
uulus nihil à ſeruo differens, ſed ſub pæda
gogo legis ſeruiens, non eſt ſeruus ſub ſer-
uili timore conſtitutus, & qui non manet
Iohan.8 in domo in æternum: ſed filius. Quod ſi fi-
lius eſt, ſicuti revera eſt, & hæres erit vitæ
Rom.8 æternæ, gloriæq́; cœleſtis per deū, ſeu per
dei miſericordiam. Hæres quidem dei, co-
Iſaiæ.64 hæres autē Chriſti. Quæ hæreditas quam
optanda ſit non poſſumus explicare, niſi
1.Cor.2 quomodo Apoſtolus idem dicit: Oculus
non vidit, nec in cor hominis aſcēdit, quæ
præparauit deus diligentibus ſe. Hanc hæ-
reditatem filij credimus nos non ſolum vi
dere, ſed & poſſidere in terra viuentium.
Amen.

EXEGESIS EVAN- gelij in eadem Dominica Lucæ. II.

Lucæ.2 QVanquam in nocte
Chriſtus nobis na-
tus ſit, & veluti igno
tus ſub vili habita-
uerit infās tugurio,
apud matremq́; la-
tuerit verecundam
non obcura tamen
Matt.2 eius fuit natiuitas. Prædicauit enim illam
Lucæ.2 ſtella de cœlo, nunciauit angelus paſtori-
Matt.2 bus, aduenientes quærunt magi. Vnde He
rodi quoq; mox ſuſpectam reddunt, ſitq́;
Lucæ.2 vt hanc paſſim loquantur omnes. Nam
dum in templum induceretur infans à ma
tre, Simeon ſenex & iuſtus adueniens, mul
Ibidem ta de eodem prophetat. Anna quoque vi-
duitatis ſpeculum & mulier ſancta acceſſit
confitens domino & teſtimonium reddēs
infanti coram omnibus qui expectabant
redemptionem Iſrael. Quamobrem cun-
ctis Chriſti natiuitatem loquentibus, non
immerito miratur Maria, miratur & Io-
ſeph, quem patris vocabulo ſcriptura di-
gnatur, ſuper his quæ de puero dicebātur.
Sic enim hodiernum exorditur euange-
lium.

Erat Ioſeph & Maria mater eius
mirantes ſuper his quæ dicebantur
de illo.

Euāgelij huius hiſtoria, in feſto hoc quod
Purificatio virginis dicit, impleta eſt. Bea- Ibidem
tiſſima enim virgo Maria dum intuliſſet
infantem Ieſum in templum, occurrit illi
Simeon iuſtus ac ſenex, qui diu tempus
illud expectauerat ſibi promiſſum, quo
Chriſtum ſuis adhuc in carne conſtitutus
cerneret oculis. Quare cum ſpiritu ſancto
reuelante, Chriſtum templo percepiſſet il
latum, mox ſpiritu eodem plenus occur-
rit, infantemq́; apprehendens, & inter vl-
nas ſuas hunc aſtringens, ait: Nunc dimit-
tis ſeruum tuum dñe ſecūdum verbum tu
um in pace. Cognouit enim in ſpiritu,
quis eſſet infans iſte. Senſit item in corde,
quo diuinæ ſuauitatis rore interea mens ei
us perfunderetur. Hoc audito, vt Euange-
liſta dicit, Erat Ioſeph & Maria mater eius
mirantes. Mirantur parentes, non vt ij qui
ignorarent cuiuſmodi hic puer eſſet: nec i-
deo, quod tā inexploratū illis dubiumq́;
foret, quomodo ea quæ de illo dicebantur
fieri poſſent. Sed mirabantur quod ſe tacē
tibus Chriſtū infantem tot hominum ge-
nera loquerentur. Admirabantur item q̄d
Chriſtus infans non modo paſtoribus, ve
rum regibus etiā & ſacerdotibus notus eſ-
ſet. Mirabantur igitur quod eum quem
ſolos putabant ſeipſos agnoſcere, loquebā
tur palam & homines cęteri. Siquidem ad Lucæ.1
uenerat Maria ad Elizabeth, & vix ad ſalu
tādam illam os aperuerat & mox audiuit
ab eadem: Benedicta es inter mulieres, &
benedictus fructus ventris tui. Item: Bea-
ta quæ credidiſti, quoniā perficientur ea Lucæ.1
quæ dicta ſunt tibi à domino. Dum quoq;
in Bethlehem peperiſſet ab hominum cō-
ſortio ſeparata atq; ſola, angelis prædican
tibus venere paſtores, qui quærerēt de ver
bo hoc quod ſibi factū fuerat ab angelo.
Dixerat eñ angelus ſaluatorem illis natū,
quare gaudium magnum foret omni po-
pulo celebrādum. Atq; ideo Chriſtum in
uenientes infantem credunt, omnibusq́;
euulgant audita. Sic magi à remotis terræ
partibus aduenietes: Vbi eſt, inquiunt, qui Matth.2
natus eſt rex Iudæorum? Vidimus enim
ſtellam eius in oriente. Adeo autem fama
tunc de Chriſto mox percrebuit, vt Hero-
des omñiſq; Ieroſolyma turbaretur cū illo. Ibidem
Eamobrem Euāgeliſta, Erat, inquit, pater
Ieſu

Ieſu & mater eius mirantes. Vide quomodo Ioſeph patrem nominat Ieſu ſcriptura. Ita enim patrem nominat, quomodo tūc putabatur. Nec tamen incongrue vocabatur Ioſeph pater Ieſu: Erat enim vere virginis Mariæ maritus, licet virgo & coniunx. Quare cum Mariæ verus eſſet coniunx, iuſte etiam dicebatur pater Ieſu, quia Ieſus Ioſephi, licet non ex ipſius ſemine, tamen ex ipſius coniuge, erat filius. Recte igitur dicebatur Ioſeph pater Ieſu, quia ſuæ coniugis erat filius Ieſus, quare iuſtius ei erat pater per Mariam coniugem, quam fuiſſet aut eſſe potuiſſet per adoptionem. Poteſt tamen Ieſus nihilominus dici filius Ioſeph, quia alumnus nutritio patre Ioſeph educabatur, & communis omnium fama ſic eum, hoc eſt, filium Ioſeph habebat & loquebatur. Noluit igitur Euangeliſta tam ſancto viro quicquam honoris derogare, ſciens nihilominus fidelibus aliunde ſatis notum, non ex ſemine Ioſeph Ieſum natum, ſed eum patris maluit decorare vocabulo, qui vt talis putaretur Mariam eſt in coniugem accipere iuſſus. Matt. 1.

Et benedixit illis Simeon.

Indignum fortaſſe tibi videtur, quod Mariam virginem ac dei matrem (cuius tanta eſt dignitas, tanta puritas, vt nihil in cœleſtibus, nihil in terrenis poſſit creaturis illi æquari) Simeon benedixerit, Multoq; adhuc abſurdius quod Chriſtum benedixerit. De Maria reſpondendum, non indignū fuiſſe, vt maior à minore benedicatur. Benedictio enim non datur ex merito ſanctitatis, ſed ex officio. Haud dubium eſt Mariam longe fuiſſe Simeone digniorem, ſanctiorem, maioremq; merito vitæ & ſanctitate. Benedicenda tamen erat à ſacerdote, licet inferiore ſecundum vitę meritum, iuxta officiū tamen ſuperiore. Sacerdotibus enim conuenit benedicere. Verum id non ſua virtute efficiunt, ſed diuina, quicquid ſalutis benedictio operatur. Sacerdotum igitur eſt benedicere, ſed id conuenit eis nō ex merito vitæ, ſed ex officio, vtpote à domino ad benedicendum populo conſtitutis. Benedicunt igitur & hodie, hi quoque quorum reproba eſt vita ſacerdotes: at nō ſuo merito, ſed ordinatione inſtitutioneq; diuina, atq; in dei verbo. Heu quam ſæpe inferiores, imo & mali benedicunt ſanctos ſed non in ſuo, ſed in dei nomine, & in verbo id faciunt dei. Non igitur eſt attendenda benedicentis vita, propterea quod miniſter eſt tantum, & benedictionis pronuntiator, non gratiæ collator, ſed diuina ordinatio reſpicienda quandoquidem neque qui plantat eſt aliquid, neque qui regat, ſed qui incrementum dat deus. Quod cum ita ſit, quantomagis non ſpernenda eſt benedictio, conſecratio, miniſterium ve aliud quodcunque, aut ſacramentorum, aut operationum dei ab eo miniſtro, qui licet vitæ ſit merito inferior, dei tamen ordinatione ad hoc eſt officium conſtitutus. Nulli dubium eſt igitur, quin humillime Maria ſuſceperit Simeonis benedictionē. Sit igitur tibi quoque accepta prælati aut ſuperioris tui ſpiritualis adminiſtratio. Scito hunc in miniſterium à deo miſſum. Siue igitur benedicat, ſiue conſecret, ſiue prędicet, arguat aut conſoletur, omnia reuerenter, humiliterq; ſuſcipias, omnia tu æquanimiter ſuſtineas: credens non pro ſua animi illum voluntate id facere, ſed diuina inſpiratione monitum, ideo hæc agere, quod tu vel alius quiſpiam benedictione aut reprehenſione hac ægeat. Vbiq; igitur deum in homine auſculta, ab homine nō aliter, præſertim in his quorum eſt à deo miniſter inſtitutus, atque à dei ore ac manu quicquid dixerit, quicquid circa te egerit, accipe. Verum vt ad Simeonem reuertamur, benedixit Ioſeph & Mariæ. At de beata virgine iam tibi ſatisfactum puto. Verum quomodo benedixerit puero, magis te vrget. Eſt enim & puer idem ſacerdos ſanctus & immaculatus, ſecundum ordinem Melchiſedec, nec ſacerdos ſolum, verum & pontifex, & non minus quam homo, deus. Dicendum igitur ſolum eſſe deum qui benedicat, hoc eſt, qui benedictionem det gratiæ ſuæ, opereturq; in homine ſalutem, idque per miniſtrum quaſi per inſtrumentum (cui te inclinari oportet) facit. Hoc modo deus non poteſt ab homine benedici. Poteſt tamen homo vtiliter atque humiliter non ſolum pontificem, ſed etiam deum benedicere, quatenus benedictionis vocabulo vtimur pro laude, gratiarum actione, atque confeſſione. Hoc modo CHRISTO non ignauiter Simeon benedixit, non vt benedictione hac CHRISTO quid accederet gratiæ & virtutis, ſed vt illum Simeon commendaret, illum exaltaret, illi confiteretur, illi gratias ageret.

Hebræ. 7 · Nume. 6 · 1. Cor.

Et di-

Et dixit ad Mariam matrem eius: Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael.

Cur Simeon poſtquam illis benedixerit, ſoli Mariæ deinde tanquam infantis matri loquutus fuerit, non prorſus ratione caret Ipſa enim ſola infanti carnem , qua Chriſtus pateretur, cuius paſſiōe erat ipſa quoque diſſecanda, dederat: futurum quoq; videbat Simeon, vt Ioſeph Chriſti non videret paſſionem, ante ad patres moriendo iturus. Ideo matrem alloquens ſolam, dicit: Ecce poſitus eſt hic in ruinā &c. Non ita intelligendum eſt, vt propterea dicatur veniſſe Chriſtus, vt aliqui ex hominibus cadant, alij reſurgant, quaſi ipſe cauſa fuerit cuipiam ruinæ. Certe quotquot reſurrexerunt, horum vt reſurgerent fuit cauſa non item vt ruerēt: quia à ſeipſo habet homo vnde cadat: non autem à ſeipſo vt reſurgat. Eſt tamen verum, quod occaſionaliter multis fuerit in ruinam, his ſcilicet qui contempſerunt illum, qui eum non audierunt. (Matth.15) Nulli enim ſcandalum præbuit ipſe, licet multi ſua malitia ſcandalum acceperunt, ſicut apoſtoli dixerunt: Scis quia phariſæi verbo hoc audito ſcādalizati ſunt (Matth.11) Ipſe quoq; de ſe loquens, Beatus, inquit, qui non fuerit ſcandalizatus in me. Venit itaq; Chriſtus, non quantum in ſe erat in ruinam hominū, ſed potius, vt dicit, (Iohan.10) Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant, in mundum venit. Quod vero homines ex occaſione ſumpta, à Chriſto ruunt aut peccant, non à Chriſto (vt dixi) habent, ſed à ſeipſis, hoc eſt, à praua ſua inclinatione, à concupiſcentia mala, ab acedia, quia nolunt vitijs reſiſtere, & ab amore recedere priuato, quandoquidem diligunt, aut odiunt ea quæ non deberēt contra deum. (Iohan.3) Sic enim dominus loquitur: Lux venit in mundum. Quare igitur non fuere illuminati omnes? Quare non reſipuere? Non ex luce hoc accidit, (Iohan.1) (omnem enim hominem paratus fuit illuminare venientem in hunc mundum) ſed ex hominum id accidit malitia. Vnde ſequitur: (Iohan.3) Sed dilexerūt homines magis tenebras quam lucem. Ideo non venerunt ad lucem, ne arguantur (Iohan 12) opera eorum mala in tenebris facta. Atq; ideo etiam non ſunt illuminati, quia fugerunt lucem, oderunt lucem, amauerunt tenebras, dilexerunt opera ſua mala, à quibus diuidi noluerunt. Inde igitur factum eſt, vt Chriſtus lux mundi ſit occaſio eis, non ex ſeipſo data, ſed ab illis in ſeipſis ſumpta, vt per Chriſtum nō ſint facti meliores, ſed malitia ſua qua indurauerunt, facti ſunt deteriores. Quid enim hoc ſoli imputandum eſt, ſi tui ſint oculi lippi? Aut ſi ex ſole non clarius videas, ſed habeas faſtidium? Verum eſt ex ſole tibi eſſe occaſionē, non tamen cauſam quare tu moleſtiam ſentias. Infirmitas eñ tua hoc tibi incommodi affert, non ſol. Quapropter quomodo lux nocet oculis lippis, ita Chriſtus nocuit impijs, qui dixerunt: (Iob) Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Aduertendum quoq; eſt eamobrem Euangeliſtam non dixiſſe Chriſtum poſitum eſſe in reſurrectiōem omnium, ſed multorum: quia licet ad ſaluandos venerat omnes, hos tamen ſaluauit ſolos qui crediturj erant in nomine ipſius. Horum quoq; vt reſurgerent, vt ſaluarentur, non tam occaſio fuit quam cauſa, ipſo teſtante: (Ioh) Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet. Non eſt autem de ſolo Chriſto prophetatum, quod poſitus ſit in ruinam & in reſurrectiōem multorum in Iſrael, ſed etiam de ipſius membris, quorum eruditio vitaq; alijs quidem fuit, vt cōpuncti corrigerentur, alijs vt obſtinati grauius indurarentur atq; perirent. Quamob rē dicit Apoſtolus: (2.Co) Chriſti bonus odor ſumus deo in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor vitę in vitam. Itaque tuum eſt fili, vt quomodo velis ſit tibi poſitus Chriſtus. (Ioh) Venit enim tibi lux in mundum. (Iſai) Surge igitur & illuminare, quomodo (Pſal) ſcriptum eſt: Accedite ad deum & illuminamini. Accede, auſculta, ſerua eius verba & ſermonem. Audi non vt ſcias tantū, ſed ſerua in corde etiam, hoc eſt, diligas, viuendoq; exprimas, vt in illorum habearis numero de quibus loquitur Chriſtus: (Ioh) Si quis ſermonem meum ſeruauerit, non morietur in æternum. Origenes hunc locum exponens non de alijs qui cadant & alijs qui reſurgant, ſed de eiſdem vult eſſe dictum, quibus Chriſtum in mundum veniſſe dicit, vt primum feliciter cadant, feliciuſq; deinde reſurgant. Ad hunc igitur ille ſenſum exponit: Peccatum viuit in homine, ſuperbia, auaritia, luxuriaq; viuit. Sine Chriſto ſemper viueret, & in mortē duceret. Stat igitur, aut potius ſtare ſibi videtur homo viuens peccato, & male ſecurus

rus eſt. Felicior autem erit ſi Chriſto credat, vnde ruat in eo peccatum, hoc eſt, vt ruat in eo vel auaritia, vel ſuperbia, &cæt. quia vbi ruerit, poterit reſurgere. Itaq; ruat in te o Chriſtiane, ſuperbus, ſurgat diuerſo hũilis, cadat incontinens, reſurgat caſtus, ruat auarus, reſurgat liberalis & miſericors. Hoc modo ſimul cuiuis in ruinam & reſurrectionem venit Chriſtus. Omnes enim nos inuenit languidos, oẽs infectos morbo. Verbo aũt ſuo nos proſtrauit omnes qui videbamur ſtare & incolumes eſſe, vt ibi quo putabamur erecti nos inueniremus humo iacentes. Per eius igitur implorationem gratiæ reſurgere conemur. Nihil igitur aliud dicere vult Origenes, quàm eos ruere, in quibus ruit occiditurq; peccatum. Reſurgere vero eos quibus deſtructo peccato religioſe contingit viuere. Proinde ſi luxurioſus efficitur caſtus, ſi auarus liberalis, ſi atrox fit mitis aut miſericors, moritur in eo peccatum, reſurgit vero iuſtitia.

Et in ſignum cui contradicetur.

Contradixerunt Arrius, Neſtorius, Eutices, aliaq; prodigioſa hæreticorum monſtra. Contradicunt hodie domino Ieſu hæretici, quia vitã eius impugnant. Quomodo enim non impugnant, quando eius amatores, eius imitantes veſtigia derident, obganniunt, perſequuntur? Quis veſtrum ſimplicitatem eius amplectens, eius imitans orationes, eius genuflexiões, eius vigilias, eius ſobrietatẽ & temperantiam ſequens, non mox audiet quod operibus ſuis fidat, ceremonijs velit ſuis mercari cœlum, hypocrita ſit, orationes faciat quibus Deus non ægeat, probraq; huiuſmodi alia? Verum de hoc alias.

Et tuamipſius animam pertranſibit gladius.

Beatiſſimæ Mariæ dolorem futuræ compaſſionis prænunciat Simeon. Hæc enim cum vehementiſſime amaret filium, quæcunq; in corpore paſſus eſt filius, ipſa pertulit in anima. Siquidem multas habuit amandi rationes Maria præ cæteris matribus, quæ ſuos etiam diligunt filios. Erat enim ei dominus Ieſus filius. Erat ei vnigenitus, quia nullum alium præter hunc habuit. Erat benignus & virtuoſus. Erat pulcherrimus. Erat ab eadem non abſque graui labore educatus. Erat eius creator & Deus. Hæc ſingula amoris exaggerabant magnitudinem. Qui amor ad Chriſtum quo erat maior, eo etiam amantis matris dolor pro eodem fuit grauior.

Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

Vt reuelentur. Hic ly. vt, intelligendum eſt conſequutiue, non cauſaliter. Ex his enim quę Chriſtus paſſus eſt ſequutum eſt vt cogitationes bonorum malorumq; reuelarentur. Alij enim ad Chriſti mortem gaudebant, alij lachrymabantur. Alij aſtabant, alij fugiebant, latro confitebatur Chriſtum, dum Petrus negaret. Reuelabatur igitur quid in cordibus foret hominum hac occaſione. Iohan. 18 Lucæ 23 Matth. 26 Marci 15 Lucæ 23

Et erat Anna prophetiſſa filia Phanuel de tribu Aſer. Hæc proceſſerat diebus multis, & uixerat annis ſeptem cum uiro ſuo a uirginitate ſua.

Ante virgo vixerat: viro ſeptem annis deinde coniuncta fuit, reliquo tempore vidua, pijs operibus, ieiunijs & orationi vacabat. Diligenter omnia Euangeliſta diſſeruit quæ ad eius pertinebant laudem, quo dignam illam oſtenderet ſpiritu prophetiæ, quàm erat inducturus ad confitendum domino, & teſtimoniũ Chriſto præbituram. Quocirca videndum quot laude dignas de eadem proferat conditiones, vnde merito introducatur de Chriſto eius teſtimonium. Eſt enim vita eius omnibus mulieribus ſpeculum, vtpote quæ virginibus virgo, nuptis nupta, & viduis vidua ſanctæ vitæ præbuerat exemplum. Prima huius ſanctæ mulieris conditio, quod virginitatem ſuam vſque ad matrimonium conſeruauit. Laudabilis plane & res pulcherrima virginitas, quæ vbi ſemel amiſſa fuerit, non poteſt recuperari. Neque enim, tametſi peccato venia impetretur à Deo, poſt lapſum poteſt virginitas reſtaurari. Hæc virtus à Chriſto laudata, & à Paulo eiuſdem præcone eſt vehementer cõmendata, propter ſui tamen nobilitatem arduamq; cõtinentiæ obſeruantiam à Chriſto non eſt præcepta, ſed ſuaſa, vbi ait: Sunt eunuchi qui ſe caſtrarunt propter regnum Dei. Sint igitur eunuchi quibus caſtitatem obſeruare placet, angelicamq; vitam ducere in terris, & in carne Matth. 19 1. Cor. 6 Matth. 19 Hierony. Matth. 22

 ſine

ſine carne viuere, vt regni cœleſtis ciues fi eri mereantur: ſintq́; non in cœlo tantum, Lucæ 20 ſed in hac quoq; vita, qui neq; nubãt, neq; nubantur, ſed ſunt ſicut angeli Dei in cœlis. O felices vos virgines, o animas Deo ſacratas, Deo dilectas, ô Chriſti ſponſas & cœleſtis paradiſi roſas. O vos, inquam, felices quibus datum eſt de tanto virginitatis tanq; precioſo gaudere monili. Felices, inquam, vos, qui de tam pręclara gemma & adhuc intemerata exultatis caſtimonia, q̃ certe inter tot hoſtium inſidias, non vos, ſed dñs amator & ſponſus veſter cœleſtis vobis ſeruauit. Itaq; quotq̃t theſaurũ hunc habetis, omni cura, omniq́; vigilantia immarceſſibilem cuſtodite, vel perpetuum, vel ſi aliter placet, ad coiugiũ vſq;, vt cũ timore Dei tũc virgo puella viro iungatur & virgini, ſeruatis nihilominus dierum aliq̃t inducijs, quibus vterq́; coniugũ coniungatur Deo, idq́; exemplo iunioris Tobiæ 6 Tobiæ, aliorumq́; veterum ſanctorum.

Et hæc uidua uſq; ad annos octo ginta quatuor.

Secunda eius conditio laudanda, q̃d poſt viri ſui mortem, tametſi annis tantum ſeptem illum habuiſſet, nunq̃ alteri voluit copulari marito, ſed manere innupta. Oſtendens quod erat cũ viro, cum quo fuerat vna caro hac vita defuncto ſimul mortua, puta quo ad carnalia cõiugaliaq́; ope 1.Cor.6 ra; Vnde abſoluta à lege viri, noluit ſe mũdo iterum illaqueare, ſed Deo. Imitentur illam mulieres ſanctæ, dum ſunt cum maritis, ſi eos ad caſtitatem (ad quam ſæpius illos inuitare debent) non poſſunt inducere, gemant ſuam ſeruitutem, neceſſitatẽ tolerent, animo diligant exoptentq́; (ſi ita liceret) magis caſtitatem. Porro à lege viri ſi contingat eas abſolui, ſi admiſerit deuotio, vt Anna, ſe contineant. Contineãt aũt orationibus & ieiunijs vacantes, vt veræ viduæ ſint. Nam quæ in delitijs viuit vidua mortua eſt. Tertia eſt conditio, q̃d laudabiliter in ſtatu viduitatis vixit. Multa eſt laude dignum poſt expertam illecebram carnis vitijs poſſe conſuetis abſtinere. Cum em̃ ſint coniugio vtentibus multa ſolatia delectabiliaq́;, his viduam abſtinere valde eſt laudabile.

Quæ non diſcedebat de templo ieiunijs & obſecrationibus ſeruiens nocte & die.

Quarta conditio huius viduæ fuit, quod frequẽs fuit in templo. Ideo dicitur, quod nunq̃ diſcedebat à templo, hoc eſt, quantum potuit, ſemper templo interfuit, orationi vacans. Neq; enim quod Apoſtolus in quibuſdam adoleſcentioribus obiurgabat, per domos diſcurrebat otioſa & verboſa loquens, quæ non expedirent: ſed tẽpus omne quod habuit, oratiõi & ſanctæ compunctionis ſtudijs dedicauit. Quinta eius cõditio, quod ieiunijs quotidianis afflixit corpus ſuum, paſſiones carnis ſubijciens ſpiritui, ſobriamq́; Deo faciens animam. Deuotioni prorſus contrarium eſt, eſcis multis extendere ventrem. Vbi em̃ ſunt eſcæ multæ, ibi & potus oportet vt abundet, ibi continẽtia periclitatur, areſcit compunctio, acedia imperat, otium amatur. Atq; ideo pœnitentium ſunt arma nobiliſſima oratio & ieiunium. Nonne dæmoniorum quoddã eſſe genus dicit Chriſtus, quod ejci nõ poſſit, niſi oratiõe & ieiunio? Nonne Paulus ſuum corpus caſtigat, atq; in ſeruitutem redigit, metuens ne cum alijs prædicauerit nõ frenato per abſtinentiam aut caſtigationem corpore, ipſe reprobus efficiatur? Vides quam probe illuminata hæc ſancta fuerit mulier, quę huiuſmodi ſtudia frequentauerit, quibus fieret ſpiritualis. Hæc ſtudia, qui hodie Euãgelicos ſe audent iactare, execrãtur, adeo vt etiam in alijs Deo deuotis eadem impugnen, quia volunt manere (vt ſic dicam) carnales. In carne enim eſt vita eorũ tota, vt prorſus nihil, niſi quatenus loquuntur verba Euangelij, habeant de ſpiritu. Ne aũt ſanctorum vitę ex diametro contrarij arguantur deſpicianturve, ſanctorum ieiunia & opera bona carpunt, & quaſi impij fuiſſent ſancti, qui ſuis tribuiſſent operibus quicquid ſibi Deus foret largitus, (quod nemo ſanctorum fecit vnq̃) in ſanctos blaſphemant, ipſi vero hæretici propterea videantur pij, quod tantũ tribuunt Chriſti merito, vt ſine vllo opere bono etiam contemptores, ingrati & præuaricatores ſaluentur, in ſanctos blaſphemant. Poteſt quidem Deus ſine opere bono (q̧ & facit infantibus, quãdo de opere bono proprie loquimur) ſaluare. At homo ratione vtens, & nolens operari bonũ, vbi Deus præcepto ab eo id expoſtulat, quomodo, niſi pœniteat, in peccato poſſit ſaluari? Mandata enim habemus euangelica, quæ nobis data ſunt, non tantum vt ſciamus

mus ea,ſed vt etiam eadem faciamus. Quę vbi intermittimus, iam non ſolum ſumus negligentes,ſed etiam præceptorum diuinorum præuaricatores, qui regnum Dei durantibus his peccatis noſtris,intrare non poſſumus. Accipiant quæſo informationem ab hac euangelica vidua carnales illi euangelici,diſcant eam imitari, audiantq́;,vel inuiti Euangelium eius opera & ſtudia bona cõmendare (propterea eñ tam diligenter deſcribuntur) atq; prophetię donum illis tribuere. Ideo enim bonis actibus & obſeruationibus ſtipata introducitur,vt ex prophetiæ dono digna fuiſſe,& quæ Chriſtum prædicaret, crederetur. Sexta conditio Annæ narratur,quod obſecrationibus in templo vacauerit. Iam dictum eſt ſupra,quod ieiunijs & orationibus aptã ſe fecerit, quæ à ſpiritu ſancto imbueretur. Eſt eñ laus,gratiarum actio, oratio quoq; in multiplici etiam genere, gratiſſimum Deo ſacrificium.

Et hæc ipſa hora ſuperueniens confitebatur domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Iſrael.

Septima hic eius conditio laudatur,quod donum habuerit prophetiæ. Loquebatur enim omnibus expectantibus redemptionem Iſrael, hoc eſt, cõſolabatur & roborabat in ſpe,& expectatiõe firma eos, qui Herodis tyrannide grauati, expectabant liberationem Iſrael per Chriſtum. Hunc itaq; Chriſtum adeſſe iam natum,qui redẽpturus eſſet Iſrael, prædicabat. Re vera enim per Chriſtum ſumus liberati ac redempti, licet non à temporali ſubiectione & ſeruitute, cuiuſmodi Iudæorũ multi expectantes fruſtra credebant,ſed à captiuitate peccati, & à tyrannide diaboli.

Et ut perfecerunt omnia ſecundũ legem domini, reuerſi ſunt in Galileam, in ciuitatem ſuam Nazareth. Puer autem creſcebat & confortabatur plenus ſapientia, & gratia Dei erat in eo.

Lucæ 2 Non modo tantum,ſed ab initio quoque conceptionis ſuæ ſapientia fuit plenus puer Ieſus,qui nihil iccirco potuit agere vanum aut inhoneſtum. Et gratia Dei (quæ illi data eſt abſq; menſura) erat in illo. Dictus eſt autem ab Euangeliſta proficere, Iohan. 3 non in aſtutia ſermonis, non honoribus & diuitijs,ſed virtute & gratia, quæ magis quotidie in eo lucebant. Iuxta enim ætatẽ permiſit ſemper ſapientiæ plus erumpere, quo ſeſe & manifeſtaret mundo, & attemperaret ætati. Itaq; nõ ſapientia creuit, ſed qua ſemper plenus erat ſapientia, hanc foras magis ac magis paulatim exhibuit puer Ieſus in ſecula benedictus, Amen.

SERMO IN EADEM Dominica. Quam multipliciter Chriſtus nobis ſit ſignum cui contradicitur.

ECce poſitus eſt hic in ruinã, & in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum cui contradicetur. Lucæ 2. Simeoni ſancto, & ſeni legimus reuelatum & promiſſum (haud dubium pro magno eius deſiderio videndi Chriſtum) non viſurum illum mortem, niſi videret Chriſtum dñi. Annoſus itaq; quem diu expectauerat, vbi tandem illum adeſſe ſentiret, in ſpiritu venit ad templũ. Venit quidem corpore, ſed in ſpũ veniſſe dicitur, eo ſcilicet ducente aut impellente, quo Chriſtũ eſſe in templo cognouit. Spiritu venit,quia ſpirituali cogitatione,qua præter Chriſtum tunc nihil cogitabat aliud, & Deo abſorptus in templum venit, Chriſtumq́; infantem in exultatione ſpiritus exoſculans,& caſtiſſimo ſibi amplexu aſtringens,quaſi dominum à promiſſo abſolueret, dicit: Nunc dimittis dñe ſeruum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuũ. Hæc verba cauſam quare dñm promiſſi abſoluerit, indicant. Fatetur eñ ſibi fideliſſime quod ꝓmiſſum fuerat impletum. Atq; ideo diutius viuere non deſiderãs, cũ quod optauerat, propter quod diutius quoq; vixerat, iam ſibi conceſſum etiã ipſe fateretur, dicit: Nunc dimittis dñe ſeruum tuũ in pace. Prophetauit aũt Mariæ futurę, vt is in reſurrectionẽ & in ruinam foret multorum poſitus. Erat enim Daniel. 2 Chriſtus lapis ſine manibus exciſus: lapis Pſalm. 117 inquam, offenſionis & petra ſcãdali in via Iſaiæ 28 omnibus expoſitus, in quem multi impegerunt, alij ad ſalutẽ, alij ad dãnationem. Matth. 21 Ephe. 2 Attulit quidem oĩbus cauſam & precium Acto. 4 1. Petri 2

 ſalutis

ſalutis, nulli tamen ipſi præbuit dānationis: quamuis multi eam ſibiipſis ſua malitia ſumpſerint, quare occaſionaliter poſitus dicitur in ruinam multorum. Huiuſmodi ſimile quid apud Iohānem legitur:
Iohan. 9 In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident cæci fiant. Propterea certe Chriſtus venit vt non videntes omnes illuminaret. Verum quia multi ad hanc lucem venire noluerunt, ſed tenebras ſuas prætulerunt luci, dum ſe videre putabant, cæci facti ſunt. Venit etiā dominus in ſignum nobis poſitus, ad quod affectionum noſtrarum iaciamus ſagittas, ad quē aſpiremus, & quē imitemur, ſed contradicimus huic ſigno. Eſt enim primo poſitus nobis in ſignum paupertatis & contemptus rerum caducarum. Ideo paſtoribus dixit angelus: Et
Lucæ 2 hoc vobis ſignum: Inuenietis infantē pannis inuolutum, & poſitum in præſepio. Vide hic in Chriſto paupertatem & omniū rerum mundanarum contemptum. Quid tenero infanti neceſſarium non deficit? Hoc ſigno nos voluit erudiri. Sed ſignū eſt cui mundus contradicit vniuerſus. Quis enim aut quotus eſt, qui non mundi quærat opes, qui non honores ambiat, aut qui non carnis quærat delitias? Fruamur (aiunt quidā) bonis à iuuentute, quoniam hæc eſt pars noſtra, & reliqua quæ
Sapien. 2 ibi in libro Sapiētiæ, horum perſonam figurant. Secundo, eſt nobis poſitus in exemplum virtutum & operum omniū bonorum, tanq̄ ſignum ſeu chorda atq; regula qua dirigimur in opibus bonis. Proinde dum diſcipulis pedes lauiſſet, non ſolum de hoc humilitatis opere, verumetiā de aliis quibuſlibet loquens, dixit: Exem-
Iohan. 13 plum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Hoc eſt ſignum ſeu exemplar de quo Moſen dominus cōmonefacit: Omnia, inquiens, fac ſecundum
Exod. 25 exemplar, quod tibi in monte monſtratū eſt. Montē Chriſtum intelligimus, iuxta
Hebræ. 8 Iſaiæ 2 illud: Erit mōs domus dñi in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & fluent
Mich. 4 ad eum oēs gentes. At in hoc ſigno Chriſto contradicunt plurimi. Nonne hodie omnes gloriantur ſe Chriſtianos, imo & euangelicos? Sed reſpondetur multis, q̄d
Titum. 1 confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negāt. Nolunt aduertere illud Iohannis:
1. Iohan. 2 Qui dicit ſe eſſe Chriſti, debet ſicut & ipſe
Matth. 7 ambulauit, ambulare. Nō aduertūt Chri-

ſtum loquentem: Quid dicitis mihi, Domine dñe, & non facitis quæ dico? Item- Lucæ 6
que: Qui ſeruat mandata mea, & facit ea, Iohan. 14
ille eſt qui diligit me. Non dicit, qui legit ea, non dicit qui prædicat, ſed qui facit ea, hoc eſt, qui opere explet. Tertio poſitus eſt in ſignum ſanitatis, quomodo in figu- Num. 21
ra eſt Moſi dictum: Fac ſerpētem æneum, & pone eum pro ſigno, qui percuſſus inſpexerit eum, viuet. Ita Chriſtus in paſſione nobis ſignum poſitus eſt, vt quiſqs fide intuetur illū, ſaluetur. Omnes enim morbo Adæ, hoc eſt, originali laboramus peccato, à quo nunq̄ liberabimur, ſed peribimus, niſi hoc inſpexerimus ſignum. Quā-
obrem Chriſtus. Sicut, inq̄t, exaltauit Moſes ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in illum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Huic ſigno etiam contradicit mundus. Debet enim quiſquis ſanari vult, intueri Chriſtum crucifixum oculis fidei & compaſſionis, recolēs verbi quod ſcriptū 1. Pet.
eſt: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplū, vt ſequamini veſtigia eius. At omnes recuſamus pati, & compati Chriſto. Volumus quidem eum ſequi in delitiis, ſed his non inuenitur Chriſtus nos præceſſiſſe. Viam enī duram hic am- Bern.
bulans, quæ carni ſunt moleſtiora, elegit. Propterea ſuis dicit imitatoribus: Qui Matt.
vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Non putes paruum militiæ eſſe genus, ſi Luc.
teipſum abnegare contenderis. Deſideriis omnibus tuis bellum indicas neceſſe eſt. Ibiq; gloſſas omnes, quæ tibi blandiuntur ſuadereq; nituntur, vt ſcilicet hic & hic tecū diſſimules, tibi parcas, hoc tibi bene licere, hoc perfectioni non aduerſari, & huiuſmodi feruore conſtanti proſcindas. Non declines à feruore & propoſito pro- Rom.
ficiendi: rationabile tamen ſit illud & diſcretum, iudicio prælati moderandum & dirigendum. At quia nunc pene oēs quæ mundi ſunt ſapiunt, Chriſto in hoc ſigno cōtradicunt. Quarto poſitus eſt nobis in ſignum diſcretionis, quo ſcilicet diſcernitur inter filios gratiæ & filios hominum. Filii hominum, inquit, vſq; quo graui cor- Pſal.
de? vt quid diligitis vanitatem & quæritis Luc.
mendacium? Vnde ſubindicatur q́ filii huius mundi, qui prudentiores ſunt filiis lucis in generatione ſua, diligunt & quærūt ea quæ ſunt in mundo, quæ enumerat Iohan-

Iohan.2 hannes: Omne quod eſt in mũdo (dicẽs) aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Porro filij lucis, filij gratiæ, atq; vt totum dicã filij Dei, nõ ea quæ mundi ſunt diligunt. Semper em̃ in eorum cordibus hæc vox auditur: Qui diligit mundum, nõ eſt charitas patris in illo. Semper audiũt: Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitã æternam cuſtodit eã. Inter vtroſq; igitur filios, gratię ſcilicet & huius mundi, ſignũ diſcretiõis, id eſt, Chriſtus in ſua paſſione poſitus eſt, quo ab alijs alij diſcernuntur. Chriſtus em̃ eos ſibi adoptat filios, quos ſanguine ſuo ſibi aſſignat. Cuius habem9 figuram in Exodo, vbi de ſanguine agni iubentur filij Iſrael tingere ſuperliminaria domorum, vt hoc videns ſanguine linitã domum angelus percutiens, tranſeat, & immunem relinquat. Sic quiſquis huius mundi, hoc eſt, oĩm mundanoꝝ effugere quærit excidium, ſignet ſe ſanguine agni immaculati Ieſu Chriſti, quo vincere poſſit & elabi inſidias dæmonũ, & nequitias ſpiritui malignorum. Vnde pari modo viris qui debebant percutere ciuitatem, dictum eſt: Super quos videritis thau (quod eſt ſignum crucis) ne occidatis eos. Signari enim ante dominus fecerat frõtes virorum gementium & dolentiũ ſigno thau. Vnde ab illorum percuſſione qui ſignati fuerant viros qui ciuitatẽ percuſſuri erant deterruit dicẽs: Super quos videritis thau ne occidatis eos. Hoc eſt, q̃d dicimus crucem domini ſeu paſſionem Chriſti ſignũ eſſe quo ſerui Dei ſignantur, diſcernuntur que à filijs ſeculi in frontibus eorum. Et vbicunq; ſignum hoc fuerit inuentum, angelus percutiẽs non habebit poteſtatem. Eſt ergo Chriſti paſſio nobis in ſignum quod filij Dei ſumus, ſi tamen eandem (vt ſignum redemptionis noſtræ) circunferamus in cordibus noſtris. Verum huic ſigno quoq; contradicitur à multis. Vt em̃ iam declaratum eſt, imprimitur viris dolentibus & gementibus ſuper peccatis ſuis, & ſuper paſſionibus Chriſti. Qui igitur luxu mundi delectantur, neq; de peccatis ſuis, neq; ſuper Chriſti paſſione compunguntur hi ſuis prauis moribus Chriſto vehementer contradicunt. Chriſtus itaq; alijs quoq; rationibus nobis eſſe in ſignũ poteſt oſtendi, ſed in ſignum cui contradicetur. Vocamus enim ſignum ſcopum aliquando, quo mittitur ſagitta. Hoc modo

Marginal notes (left column): Ibidem. — Iohan.12 — Exod.12 — Ezech.9 — Auguſtin.

Chriſtus nobis ſignum factus eſt, quo in ſeipſo ſignificet nobis, indicetque quæ ſit via ad regnum cœlorum, qua ſit etiam eundum ad ſe. Vnde in ſua vita oſtendit nobis hoc vitale ſignum, quæ loquitur nobis, vt ad hoc ſignum Chriſtum curramus, ipſum imitemur, ſi optamus ſalutẽ. Ad quod exhortans nos Apoſtolus. Curramus, inquit, ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in auctorẽ fidei, qui propoſito ſibi gaudio crucem ſuſtinuit, confuſione contẽpta. Eſt igitur re vera Chriſti vita regula quædam, iuxta quam ſit nobis viuendum. Quid enim in CHRISTO videmus non imitandum? Quid inuenimus in eius vita, quod nobis non ſit ſignum iuxta quod debeamus viuere? Paupertas eius nobis eſt ſignum, quo ſpreto mundo, contemptiſq; diuitijs paucis viuamus contenti. Humilitas eius nobis ſignum eſt quo ſuperbiam vanamque gloriam declinemus. Et hoc modo de ſingulis eſt virtutibus cogitandum, quibus Chriſtus nobis in ſignũ factus quo eundũ quõve ſit viuẽdum ſignificat. At proh dolor, à permultis ſigno huic contradicitur. Contradixerunt ſcribæ & phariſæi. Contradicunt hæretici & mali Chriſtiani. De ſcribis phariſæiſq; quantum contradixerint Chriſto, omnibus ex euangelica hiſtoria eſt euulgatum. Hæretici quoq; non conſentientes ſanæ fidei Chriſtianæ, contradicunt Chriſto. Aliter em̃ aliaq; hæreticorum atq; Chriſti eſt eruditio, aliter quoque quàm Deus eos docet, ipſi Chriſtum prædicant. Vnde magis Chriſtum impugnant. Cõtradicunt poſtremo mali Chriſtiani. Ea em̃ quæ verbo & opere docuit Chriſtus, male viuendo mali impugnant Chriſtiani. Chriſtus humilitatem ac mititatem docuit, at Chriſtianus ſuperbiam exercens, Chriſto contradicit. Eſt aliquãdo ſignũ aliquid nobis ſignificans, vt circulus ante tabernam ſignificat vinum ibi eſſe venale, cucullus ſignificat monachũ, corona raſa in capite ſignificat ſacerdotẽ. Hoc modo iterum Chriſtus eſt ſignum. Significat enim nobis ſalutem ex ſe quærendam, ſignificat nobis ſe lucem eſſe mũdi, Dei filium, omnipotentem, miſericordiſſimum. Hæc enim omnia nobis ſignificant ſigna, prædicatio & opera Chriſti. In Chriſto itaq; eſt veritas, vt quę ſigna indicant, eadem ſint vere in Chriſto. Aliter autem nobiſcum eſt. Sæpenumero enim

Marginal notes (right column): Hebræ.12 — 1.Timo.6 — Matth.11

ſigna falſa abſq; re præferimus. Nõne pariter omnes ſignum mõſtramus Chriſtianæ militiæ? Chriſto tamen, hoc eſt, Chriſtianæ vitæ multi contradicimus. Circunferimus veſtem religioſam, qua nos ſpirituales, hoc eſt, ſpũ viuentes ſignificamus, cum ſæpenumero conuerſatio noſtra adhuc ſit in carne, quare magis mortui iudicandi ſumus quàm viuentes, dicente Apoſtolo: Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Qui igitur carnẽ domat, qui deſiderijs carnis imperat, qui iuxta ſpiritum viuit, loquitur, cogitat, & ſic viuendum docet, ſpiritualis dicendus eſt. Fallit itaq; ſæpenumero ſignum externũ, quomodo ſignum fallit indicans venale vinum, ſi non fuerit in domo vinum. Hoc modo externam ſæpe ſignificamus pietatem religionem atq; deuotionem, cum nihil parumve horum ſit in nobis, viuat vero in nobis mundus. Chriſti itaq; vita & eruditio ſignum nobis eſt (vt dixi) quomodo imitando illum nos eſſe oporteat pauperes, humiles, peregrinos & aduenas ſuper terram, nihilq; de hoc modo amantes, ſed corda noſtra ad Deum ſemper erigentes. Verum cõtradicimus huic ſigno. Omnes eñ qui Chriſtum imitari aut nolunt, aut non ſatagunt, ſigno huic contradicũt. Videre vis an cõtradicas vitæ Chriſti, quæ tibi ſignum eſt quod imiteris, quæ veluti exemplar in monte tibi conſtitutũ eſt, iuxta quod agas? Vide quo currat affectus tuus, quid libentius cogites, cui inſiſtas diligentius, & quid tenacius ſerues. Si de gloria temporali, ſi de delectatione carnis, ſi de voluptate aut diuitijs ſermo fiat, & tu mox ſolicitus agis, in menteq; tua verſatur quomodo ea poſſis obtinere, ſi ad rememorationem rerum mũdanarum incitatur exultatq; animus, ſi te audiſſe voluptatis quid delectat, & ſi eadem alijs recenſere animum tuum iuuat, in via es mala, vbi Chriſto, vbi ſigno vitæ contradicitur. Pernicioſiſſima eſt cogitatio, mundi ſpurcitias, illecebramq; meditari carnis, cũ deſiderio obtinendi. Hic tamen à iuuentute vehemẽter Chriſto domino noſtro cõtradicitur. Non hoc nos Chriſtus docuit. Nos enim in mundo quærimus oblectamenta, Chriſtus pro nobis moleſta & tormenta pertulit, ſuiſq; dixit imitatoribus: In mundo preſſuram habebitis. Itemque: Nolite mirari ſi odio vos habet mundus, ſed ſcitote quia me priorem odio habuit. Heu quàm rarus eſt hodie qui Chriſti vitam, hoc eſt, Euangelium audiens, intra ſe compunctus gemat, quod in hoc & in illo deformis Chriſto ſit, quod à Chriſti vita tantum adhuc diſſideat. Quam rarus inquam eſt, qui ex toto corde Chriſti virtutes, ſi quando eas cõſiderauerit ex lectione euangelica, optet, dicatq;: Vtinam pijſſime Ieſu, in hoc imitari te poſſem. O ſi me aliquando vincam, vt quomodo tu ambulaſti, ita & ego ambulem. O quàm paucis contingit, qui ſuam omnem ſolicitudinẽ, & curam eo dirigunt, vt quomodo imitari ea quę in Chriſti vita didicerunt, queãt, ſicuti videmus eos ſolicitos atq; ſtudioſos mundi amatores, qui nihil negligunt, vbi opes, gloriam, luxum, aliave id genus terrena comparare ſperauerint. Nihil illis difficile, modo obtineant quod concupiſcunt. Quare pari ſtudio, pari deſiderio non incitantur, qui euangelici hodie volunt nuncupari? Quantum ad euangelij literam attinet, ſunt ipſi qui ſe primos iactant & vocant euangelicos, imõ & ſtudia ſua peſſima, peſtilentiſſimaſque machinationes, verſutias, detractiones, inuectiones virulentas, odio inuidiaq; plenas, prædicationesq; ſuas peſſimas euãgelium vocant, & eos qui in huiuſmodi ipſis conſentiunt, euangelium dicũt amare. Quod Euãgelium? Impune peccare, ad omnem peccandi libertatem effrenos eſſe, carnalibus deſiderijs ſuis ſatisfacere, & peſſimis operibus inſudare, quia opera bona, inquiunt, ad ſalutem ſunt ſuperflua & nulla. Et ideo vbi de Chriſti imitatione agitur Euangelium Chriſtique vita illis eſt ſignum cui contradicunt. Iuxta Euangelium nanque viuere, carni & vitijs mortificandis inſiſtere, Chriſti vitam imitari atq; in ſe exprimere, papiſtarum, monachorumq; eſſe volunt, non Euangelicorum. Neque eñ propterea ſunt Euangelici, vt iuxta Euangelium, & pro euangelicæ integritatis obſeruantia viuant, ſed vt ſub Euangelij nomine liberius peccent, dum ſub velamine Chriſtianæ libertatis, nihil obediunt eccleſiæ, quàm non ſolam perſequuntur, ſed impugnant etiam vita, moribus & eruditione Chriſtum. A quorum contagione vos ſeruet Chriſtus dominus in æternum benedictus, Amen.

Roma. 8

Iohan. 16

Iohan. 13

DOMI-

DOMINICA SECVNDA poſt domini natiuitatem, epiſtola beati Pauli apoſtoli, ad Romanos XII.

OBſecro uos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium ueſtrum. Et nolite conformari huic ſeculo: ſed reformamini in nouitate ſenſus ueſtri, ut probetis quę ſit uolũtas Dei bona, & beneplacẽs, & perfecta. Dico enim per gratiã quæ data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter uos, non plus ſapere quam oportet ſapere: ſed ſapere ad ſobrietatem. Et unicuiq; ſicut Deus diuiſit menſuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus ſumus in Chriſto. Singuli autẽ alter alterius membra in Chriſto Ieſu domino noſtro.

PARAPHRASIS IN EANdem epiſtolam.

OBſecro, non per potentiã vobis impero. Nihil eñ aliud ago q̃ quod ſuſcepi officium vos reconciliandi Deo. Quare obſecro vos ꝑ miſericordiam Dei nobis factam. Vide hic quanta ſe humilitate deijcit Paulus, quanta manſuetudine rogat qui iubere potuiſſet. Sciens nimirum humanum ingeniũ faciliꝰ blandis, ſed veris perſuaſionibus ac lenitate duci, quàm imperio auſteriori impelli, vnde quàm ſtulte egerit Roboam liquet, qui derelicto conſilio ſeniorum benignitatem ſuadentium, iuuenum ſecutus eſt conſilia, & dure populo loquens, decem à ſe tribus Iſrael auertit. Itaq; Pau-
3.Re.12 lus (vt mater ad eos quos Chriſto gene-
2.Para.10 rat) obſecro, ait, vos per miſericordiã Dei factam, vnde ſalus noſtra & non ex vllis meritis noſtris nobis conſiſtit, vt vnuſquiſque veſtrum ſeipſum mactet Deo in ſacrificium, per abnegationem & mortificationem deſideriorum ſuorum carnalium, vt corpora veſtra Deo exhibeatis hoſtiam viuentem. Viuens hoſtia dicitur, quando ab hac vita homo non deficit, & nihilominus à carnalibus deſiderijs Dei ſe amore occidit. Itaque hoſtia viuens dicitur corpus pro Deo afflictum. Viuit enim virtutibus, moritur vitijs. In hoc enim ab his qui ſub lege viuebant, nos ſub gratia conſtituti differimus, quod illi corpora brutorum offerebant animalium, hoſtiam mortuam, nos modo tempore Euangelij corpora humana noſtra hoſtiam Deo offerimus viuentem. Sequitur ideo: Exhibeatis Deo corpora veſtra hoſtiã viuam, hoſtiam ſanctam, à delictorum contagio purgatam & mundam, Deo placentem. Tunc enim placet Deo, ſi quicquid facitis, in gloriam Dei, & vt illi placeatis, facitis. Videte quomodo nos docet Paulus corpora noſtra ſacrificare Deo per abſtinentiam, per laborem, per vigilias, per ieiunia, cæteraſq; id genus afflictiones, quibus caro ſubijcitur ſpiritui & Deo, & operum bonorum virtutumq; fit inſtrumentum, quo digna fiat in nouiſſimo die cum anima coronari, quæ hic in Dei ſeruitio quoq; ſimul ſunt in Dei holocauſtum mactata. Deinde, rationabile, inquit, ſit obſequiũ veſtrũ, ne quid à vobis fiat nimiũ, ne quid immoderatũ, ne quid deniq; imprudenter, & ne quid cuius rationẽ non poſſitis reddere, faciatis. Vitium
enim, non natura perſequenda eſt. Et ſi- Prou.29
cut qui delicate nutrit ſeruum ſuum, hoc Iſai.61
eſt, carnem ſuam, ſentiet contumacem, ita e diuerſo de rapina offert holocauſtũ, quiſquis corpus ſuum immoderate afflixerit. Quapropter neceſſariũ nobis eſſe ſal diſcretionis Chriſtus cognoſcens, Habete,
inquit, in vobis ſal. Sequitur in epiſtola. Matt.5
Et nolite conformari huic ſeculo, hoc eſt, nolite formam huius ſeculi vobis imprimere, nolite hominibus mundum amantibus conformari. Hi enim carnalia, mundana, temporaliaque amant, quę-

runt, & meditantur. Et quia mundum amant,ideo etiam mundus ſunt. Huic ẽm aſſimilatur homo,quod diligit, ſicut Au-
Auguſt. guſtinus ait:Si terrã diligis,terra es: ſi aurum diligis, aurũ es:ſi Deũ diligis, Deus,
1. Iohan. 2. hoc eſt,diuinus es. Vult ergo amorem & omnem actum ſeculi in nobis expiari, ac ſi cũ Iohanne diceret:Nolite diligere mundum,neq; ea quæ in mundo ſunt. Qui enim diligit mundum, non eſt charitas patris in eo. Sed reformamini inquit,ad imaginem Dei,quę in vobis per peccatum deformata eſt. Hanc, inquit, Dei ſimilitudinem in Adã amiſſam,& ex proprijs quoque peccatis conculcatam, per Chriſtum recuperate. Reformamini autem in nouitate ſenſus veſtri,quo per ſtudium lectionis & meditationis verbi Dei, ſenſus veſter interior à Deo illuminetur,& ſemper magis ac magis creſcat, vt probetis, atq; reipſa & guſtu ſpiritus diſcatis quæ ſit voluntas Dei bona,beneplacens& perfecta. Qui enim virtuoſam internamque duxerit vitam, agnoſcit guſtu ſpiritus ſui, cui pariter in hoc teſtimonium perhibet ſpiritus ſanctus, qui tranquillã eius reddit cõſcientiam,& hanc in bono cõfirmat, quo ſciat quæ ſit voluntas Dei bona, quodve ab eo præceptum, quæ item ſit beneplacens,aut quod eius conſilium,quæ poſtremo ſit perfecta eius voluntas ad ſuperogationem & perfectionem pertinens. Dico enim vobis,per gratiam quę data eſt mihi, hoc eſt,apoſtolica vobis auctoritate præcipio,omnibus qui ſunt inter vos, cuiuſcunque hi ſunt ſtatus aut cõditionis, nõ plus ſapere, aut inueſtigare de occultis & myſterijs Dei,quã oportet. Datur hic intelligi quoſdam inter eos fuiſſe, qui curioſius quàm oportebat conabantur rimari ſecreta Dei,quos apoſtolica nunc corrigit auctoritate, Non plus inquit, expedit ſapere,quàm oportet ſapere,& quantum ad fidem & religioſos pertinet mores,ſed ſape-
Eccli 3 re ad ſobrietatem. Scriptum enim eſt: Fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper. Hoc enim eſt,quod monet ſapere ad ſobrietatem,ac ſi diceret:Sapite ad ſobrietatem,vt quæ neceſſaria vobis ſunt & ſalutaria, iuxta vires, modum & captum intellectus veſtri inueſtigetis, ne ſapientiæ nimietate mens veſtra inebrietur, ſi in his quæ ſupra vires humanæ ſunt rationis, vos immerſeritis. Sapite igitur ſicut vnicuiq; Deus diuiſit menſuram fidei, hoc eſt, ſecundum modum & menſuram quam fides docet ſeruandam, quo ſeſe in ſcientia ſcripturarum vnuſquiſq; occupet exerce atque iuxta ſtatum,iuxta ingenium,iuxta gradum quoque et officium ſuum. Huius rei adducens ſimilitudinem,qua prędicta confirmet. Sicut enim, inquit, in vno corpore multa ſunt mẽbra,puta oculus, manus, pes,cor & reliqua: omnia autẽ membra non eundem actum habent,ſed ſingula quæque ſuos quo vnumquodque membrorum ſuo deſeruiat officio: ita in corpore quoque eſt eccleſię(vnum enim corpus myſticum multi ſumus)& diuerſos ſinguli habemus actus. Alius ẽm verbo ſtudet ſapientiæ,alius eruditioni, alius conſolationi mœrentium, alius reficiendis eſurientibus. Quare fit, vt quum nemo ſingula habeat dona per communicationem,tamen habeant omnes omnia, & ſinguli ſingula. Quicquid enim vnuſquiſque in ſe non habet per charitatis communionem, hoc habet in alio. Vnum namque corpus (vt dixi) multi ſumus in Chriſto. Singuli autem alter alterius membra,puta,vt quẽadmodum in corpore vnum membrum alteri ſeruit, & ſuo officio alteri obſecundat, & ediuerſo alterius quoq; officio, & obſequio iterum eget, ita inter nos quoq; alter alteri ſubueniat,& quodcunque habet à Deo munus communicet proximo. Ad hoc namque nos charitas per vnitatẽ fidei in Chriſto compaginat, vt (ſicut dixi) multi in Chriſto ſumus vnum corpus.

EXEGESIS EVANGELIJ dominicæ eiuſdem II. poſt natiuitatem Chriſti.

Lucæ II.

NON PAVCIS cum ſanctis tum ſapientibus viris viſum eſt fratres mei ſi mũdus reformari, aut eccleſia deberet, id cum pueris, à qbus inchoandum foret, tentari oportet. Inueterati namq; in vitijs Dan atq; male aſſueti, vix à ſuis poſſunt moribus auelli. Aetas vero tenera antequã mala imbuitur conſuetudine, idonea eſt, ſi pręceptores habeant virtutũ ſtudioſos, nõ minus ad bonos mores, quàm ad literas imbi-

imbibendas. Legitur hodie Euangelium nobis, quo, quomodo pueri ſint inſtituendi à parentibus, quomodove parentibus obedire debeant pueri, diſcamus. Narratur enī quomodo ſe puer habuerit Ieſus ad ſuos parentes. Dicit itaq; Euangeliſta.

Cum factus eſſet Ieſus annorum duodecim, aſcendentibus illis Ieroſolymam ſecundum conſuetudinem diei feſti.

Tres erant feſtiuitates præcipuæ Iudæorũ (plures enī minores, ſed hic de omnibus nihil eſt opus diſſerere) de quibus præcepit dominus in Exodo: Tribus vicibus in anno mihi feſta celebrabitis. In quibus omnes mares debebant apparere coram domino, vbi erat eius memoria, quę fuit poſt ædificationem templi in Ieruſalem. Propterea dicitur in Exodo iterum: Ter apparebit in anno omne maſculinum corā domino Deo ſuo. Prima erat feſtiuitas Paſchæ, q̄ ſeruabatur quintodecimo die lunæ primi menſis, hoc eſt Aprilis, iuxta eorundē computationem. In hac feſtiuitate vniuerſus populus per familias et domos ſuas immolabat hædum, & ſimiliter quælibet familia aut domus comedebat agnū ad veſperam. Hęc eſt feſtiuitas illa quæ hodie recenſetur, ad quam Ioſeph aſcendit cum Maria coniuge & Ieſu duodecim annorũ puero: & vocabatur ſolennitas paſchæ ſeu phaſe. Alia feſtiuitas Iudæorũ fuit quinquageſimo die poſt illud paſcha, quę erat Penthecoſte: & vocabatur ſolennitas nouarũ frugū. Tūc etiam lex eis olim per Moſen data fuerat. Tertia fuit feſtiuitas ſcenopegiæ, hoc eſt, fixionis tabernaculorum, & fiebat quintodecimo die Septembris. Exibant aūt domos ſuas, & habitabant in tabernaculis ſeu vmbraculis octo diebus. Hę tres feſtiuitates inter alias erāt præcipuę, quibus apparere debuit oē maſculinum corā dño in tēplo. Nec poterant niſi per infirmitatem mares excuſari, præſertim in feſto paſchæ. Nā in duabus alijs feſtiuitatibus poterant tam per viæ longitudinem q̄ infirmitatem excuſari. Aſcendentibus igitur illis, aſcendit puer quoq; Ieſus. Dicit quis: Quare Maria aſcendit? Neq; enim habuit præceptum. Dicēdum eam non potuiſſe ſeparari à dño Ieſu. Si enim vt aliæ matres habuiſſet filium hominem, putanda eſt propter viarum diſtractionem (quæ tamē quamuis illi haud poterant nocere, tamen ſolebat omnia vitare impedimenta) ſola manſura domi. Modo vero, quando nō ſolum feſtiuitatis deuotio hanc inuitabit, verumetiā pietas erga filium Deum eandē trahebat, quomodo potuit illum relinquere? Quis enim Deum ſecum habens præſentem, non libenter manebit cū eo? Aut quis nō grauate ferret, ſi à Ieſu, ſi à Deo diuideretur? Vide autem deuotionis ſtudium, quod Ioſeph tam longam viam duxit puerum ſecum in Ieruſalem ad feſtiuitatem. Quare putamus id factum, niſi vt detur poſteris exemplum, quanto ſtudio debeant parentes filios ſuos educare aſſuefacereq; ad pietatem, ad cultum Dei, ad obſeruantiam feſtorum, & ad omnia quę redolēt virtutum religionem & pietatem? Ad Euangelium redeamus.

Exod. 24 · Exod. 34 · Exod. 12 · Exod. 32

Conſummatiſque diebus cum redirent remanſit puer Ieſus in Ieruſalē.

Septem diebus durauit ſolennitas, quibus māſerunt in Ieruſalem. Diſce tu quoque in templo in diuino officio perſeuerare, nec ante diuinæ laudis conſummationem te ſubducere. Remanſit puer Ieſus in Ieruſalem. Non caſu id accidit, non parentum obliuione, vt remaneret in Ieruſalem, ſed ſtudioſa pueri deuotiōe. Voluit enī exemplum nobis dare, vt quantum in nobis eſt, hoc eſt, ſi corporalis id infirmitas, ſi domeſtica neceſſitas, ſi denique proximi id ferret neceſſitas, ſemper optemus ſpiritualibus atque diuinis vacare exercitijs. Remanſit puer Ieſus in Ieruſalem. Sed quare, inquis, illis Ieſus non dixit, vt cum illorum conſenſu manſiſſet? Reſpondendum, parentes fuiſſe pro puero ſolicitos, & zeloſos. Quare nō reliquiſſent puerum poſt ſe metuentes negligentiæ accuſari apud Deum, ſi Archelaus fortaſſe Herodis filius in illū faceret, quod meditatus fuerat eius pater. Ideo neſcientibus illis manſit, ne vel parentum conſcientiam grauaret, vel opus patris ſui, & voluntatem intermitteret.

Exod. 12 · Matt. 2

Exiſtimantes autem eum eſſe in comitatu, uenerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. Et non inuenientes, regreſſi ſunt in Ieruſalem requirentes eum.

Hæc

Hæc erroris fuit occaſio, quod filius tanta cura, tantoque parentum amore educatus, fuerat amiſſus. Erat enim mos ille apud Iudæos in huiuſmodi peregrinationibus obſeruatus, mares ambulare ſeorſum, & mulieres ſeorſum, pueros vero cum altero illorum, hoc eſt, aut cum matre, aut cum patre. Conſuetudo ſane pulcherrima & ſancta. Quæ ſi Chriſtianis quoque eſſet hodie in Litanijs, proceſſionibus & peregrinationibus, oratio Deo ſæpe offerretur purior, & acceptior. Iam vero quum mixtim vterque ambulabat ſexus, fiunt multa quæ religioſum alioqui inſtitutum hoc coinquinant ac propemodum perdunt. Exiſtimabat igitur mater puerum Ieſum eſſe in virorum comitatu cum Ioſeph, & Ioſeph putabat eundem eſſe in comitatu mulierum cum Maria. Ambo decepti ſunt. Vbi igitur iter vnius diei confecerant, viderunt quia neutrum eſſet comitatus. Simul Ieruſalem vrbem, hoc eſt, eadem die egreſſi fuerunt Ioſeph & Maria. Altera igitur die quæ erat ſecunda, quæſierant Ieſum inter cognatos & notos, hoc eſt, inter cõſanguineos, affines, vicinos contribules & notos, ſperantes illum pro iuncta ſibi amicitia apud eorundem aliquem detentum. Cum non inueniſſent eum, redierunt tertia die in Ieruſalem, qua nec dum illum inuenerunt.

Et factum eſt poſt triduum, inuenerunt illum in templo ſedentem in medio doctorum audientem illos et interrogantem.

Heu quantus hoc temporis interuallo dolor virgineũ maternumq; cor Mariæ ſauciauit. Quot lamẽta, quot ſuſpiria interim anxia mater fudit. Experimento eñ tunc didicit ſibiipſi pręſagiens, quantus ſuo corde inſtabat futurus dolor, cum moriẽtem eſſet viſura filium, illumq; amiſſura, quando iam tãtam ſenſit cordis triſtitiam, hoc triduo ab eodem ſeparata. Triſtabatur autem partim propter ſubtractionem ſanctiſſimæ ac gaudioſiſſimæ contemplationis, quam habuit ex ſuauiſſima filij ſui cõtemplatione. Triſtabatur præterea ex humilitate, quia arbitrabatur ſe indignam, cui tam precioſus fuerat commiſſus theſaurus, nec tantam ſe diligentiam adhibuiſſe, ac reuerentiam erga eum, quo digna fuiſſet eum retinere, ſed propter ſuam indignitatem amiſiſſet eum. Vides quantis omnium innocentiſſima & ſanctiſſima anguſtiatur doloribus in hac vita, cui nihil etiam pepercit filius, quin eidem æque & multo grauiorem imponeret crucem, quã cæteris, tametſi foret innocens à peccato. Hoc enim dominus ſuis electioribus dare amicis conſueuit, vt in hac vita durius præmantur, & crucẽ hic multiplicem tolerent, gaudia illis non præſentis ſed futuræ vitæ potiſſima largiturus. Sed dubitatur hic à quibuſdam quid puer Ieſus his tribus diebus comederit quibus manebat in Hieruſalem. Creditur enim miraculoſe non abſtinuiſſe à cibo, nec ſibi etiam miraculoſe prouidiſſe cibum, quia ſigna nulla fecit in pueritia. Primum eius ſignorum fuit conuerſio aquæ in vinum (Iohan) in Chana Galilææ. Relinquitur igitur ꝙ oſtiatim mẽdicauerit, quod licet verecundum ſit audire, eſt tamẽ pijſſimum ita ſentire de Chriſto, quod nihil erubuerit honeſtum, licet mũdo probroſum videatur, (Bern) propter nos æquanimiter ferre. Audi Bernardum Chriſto loquentem: Per illud triduum vbi eras bone Ieſu? quis tibi miniſtrauit cibum, aut potum, aut hoſpitium? Vt per omnia te conformares noſtræ paupertati, & omnes in te humanas miſerias ſuſciperes, quaſi vnus de turba pauperũ, & ipſe per oſtia mẽdicabas. Quis mihi dabit buccillarum tuarum participem fieri, & illius ſacri edulij reliquijs ſaginari? Hec ille. Circa q̄d maxima eſt erga nos Chriſti aduertenda dignatio. Non erubuit propter nos mẽdicare, ne nos quoque de paupertate, deformitate ac parentum vilitate erubeſcamus, quemadmodum contra de diuitijs quoque, de nobilitate, pulchritudineque corporis nihil eſt gloriandum. Hæc enim & illa, dantur à domino bonis & malis. Nec propter illa laudandi nec reprobandi ſumus. (Pſal) Voluit autem dominus Ieſus ſuam nobis paupertatem commendare, atq; in ſeipſo exhibere: nec ſolũ paupertatẽ, ſed & mendicitatem. Siquidẽ in eius perſona Pſalmiſta dicit: Ego aũt mendicus ſum & pauper. (Pſal) Voluit eñ ſeipſum nobis ponere in exemplũ. Iccirco paupertatem ſuam quibuſdam oſtẽdit ad inſtructionem, puta, diuitibus, vt eo magis ad miſericordiam eos prouocaret, ſcientes quicquid in pauperes eſſent facturi, hoc accepto ferri à Chriſto, tanquam ſibi impenſum, (Matt) iuxta illud: Quicquid vni ex minimis meis feciſtis, hoc mihi feciſtis. Et alibi

Lucæ 10 alibi ad ſuos ait: Qui vos recipit, me reci-
pit: & qui me recipit, recipit eum qui me
miſit. Deinde etiam honorantes Chriſti
in ipſius perſonæ veritate paupertatem,
Matt. 26 & mendicitatem (quàm his diebus oſten-
Lucæ 22 dit, & dum vltimum foret paſcha man-
ducaturus, agnum, locum, cæteraq; neceſ-
ſaria à quodam ſuo diſcipulo ſecreto per
Apoſtolos quos præmiſerat emendica-
uit) eo forent erga pauperes clemẽtiores.
Matt. 5 Si enim pauperum eſt regnum cœlorum,
Lucæ 6 tu qui diues es iccirco temporalia tibi bo
na cognoſce à Deo collata, vt à pauperi-
bus illud tibi compares, adhortante ad
Lucæ 16 hoc ipſum Chriſto, vbi dicit: Facite vo-
bis amicos de mammona iniquitatis, vt
quum defeceritis accipiant vos in æterna
tabernacula, haud dubium de eleemoſy-
na loquens. Secundo quod Chriſtus men
dicauit, in conſolationem id fecit paupe-
rum, vt paupertatem hi æquanimiter fer-
rent, aut etiam omnia propter ſe relinquẽ
tes, paupertatem vltro amplecterentur.
Voluit enim Chriſtus nemini probro-
ſam fore paupertatem, nemini mendicita
tem exprobrari, quãdoquidem ipſe men
dicus fuit & pauper, ingenue confitens,
Matt. 8 Vulpes foueas, & cœli volucres habere ni
Lucæ 9 dos, ſe autem filium hominis non habe-
re vbi caput ſuum reclinet. Eſt igitur ma
gna conſolatio ijs qui paupertatem ſuf-
ferunt, aut patienter, aut etiam libenter,
(vt ſunt qui ſuis facultatibus ſeſe pro-
pter Chriſtum nudauerunt) propterea
quod in ſuo rege mendicitatem, & pau-
pertatem meditantur, cuius amore ipſi
quoque hic malunt eſſe pauperes quam
diuites, vt domino ſuo qui quum diues eſ
ſet, propter nos egenus factus eſt, effician-
2. Cor. 8 tur conformes. Confortantur autem hac
ſpe interim, quod credunt eius patriæ, &
regni fieri conſortes, cuius hic exilij &
paupertatis fuere participes. Quis enim
regum relegatus in exilium & in pauper-
tatem, ſi inueniat aliquos milites qui ſui
amore cum eo vltra ſe tradant in exilium
& mendicitatem, poſtquam ad regnum
ſuum redierit, immemor ſuorum erit mi-
litum, qui ſeſe non ob aliud in exilium
cum eo quàm propter ipſius amorem tra-
diderunt? Et quomodo tunc de exilio re-
diens iterum ad ſuum illos non recipiat
regnum, qui cum eo laborum eius in exi-
lio fuerunt participes? Eſt igitur ſuorum
dominus memor pauperum, qui dicit per

Sophoniam: Derelinquã in medio tui po- Sopho. 3
pulum pauperem & egenum, & ſperabũt
in nomine dñi. Pauperes enim ſemper ha- Matt. 26
betis, inquit, vobiſcum. Verum quid illis Marc. 14
promittatur pauperibus, quæ in Sopho- Sopho. 3
nia ſequuntur, indicant. Ipſi paſcentur &
accubabunt, & non erit qui exterreat. Poſ
ſit obijci ab ijs qui cõtradicere vellent mẽ
dicitati Chriſti, illud Deuteronomij: O- Deute. 15
mnino indigens & mẽdicus nõ erit inter
vos. Et illud Prouerbiorum Salomonis:
Mendicitatẽ & diuitias ne dederis mihi, Prou. 30
tribue tantum victui meo neceſſaria. Ec-
cleſia quoq; inſtituit nullum ad ſacerdoti
um promouẽdum, niſi vnde viuat ſit pro
uiſus propter vitãdam mendicitatem. Vn
de videtur Chriſtus non mendicaſſe. Sed
reſpondendum eſt quomodo S. Thomas Thomas
Aquinas reſpondet in Summa cõtra Gen Aquin.
tiles, oĩa hæc & huiuſmodi alia vera eſſe, ſi
loquamur de paupertate coacta, verecun-
da, aut ſcandaloſa, non autem de pauper
tate voluntaria qua ſe quis Dei intuitu, cũ
habeat, aut cũ poſſit bona habere tempo-
ralia, pauperẽ facit, nolens habere poſſeſſi
onẽ aut propria, ſed vltro aut ſufferẽs, aut
cupiens ſentire paupertatem. Hęc enĩ pau
pertas, hęc mẽdicitas ex virtute oritur, &
eſt voluntaria, ideo haudquaq̃ illicita. Se-
cus de paupertate coacta & inuolũtaria.

¶ Stupebant autem omnes qui eum
audiebant, ſuper prudentia et reſpon
ſis eius. Et uidentes admirati ſunt, &
dixit mater ad illum.

In medio ſedit doctorũ, quo omnes poſſet
audire & interrogare. Quid tamen inter-
rogauerit, q̃dve audierit, aut qua de mate-
ria diſputatũ ſit, nihil certi habetur. Credi
tur tamen eos de Chriſto diſputaſſe, an il
lius fuerit tẽpus impletũ quo naſci debe-
ret. Erat enim tũc rumor & muſſitatio in
populo, q Chriſtus iam eſſet natus. Diuul
gatum enim fuerat, quod reges alienigenę
Chriſtum quęſierint & adorauerint. Quę Mat. 2
etiam teſtimonia Simeõ & Anna poſt pa- Lucæ 2
ſtores Chriſto præbuerant, multorũ ore
narrabatur. Quapropter cũ in plebe foret
quoq; muſſitatio, natum eſſe Meſſiam, &
ſcripturæ monſtrarent tempus adeſſe, di-
ſputauerunt inter ſe Scribæ & Legiſperi-
ti de hac quæſtione. Cui CHRISTVS
interfuit, & interrogando doctores eru-
diuit, & audiendo docuit. Quum enim
inter-

Hay decreto del Sto tribunal de la Inquisicion, q. prohibe se enseñe o predique q. N. S. J. C. pidio limosna. Año 1700 y tantos. &c.

interrogauit eos,non aliquid quæſiuit ab eis,ſed tradidit illis ſenſum ſcripturæ ve ramque ſapientiam. Stupebat autem Maria hic inueniẽs filium inter doctores medium, & materna auctoritate alloquens natum, ait:

Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.

Non dicit arguẽdo, Male feciſti,ſed,quid ſic nobis feciſti,admirando,quia in omnibus Mariæ verbis prudentia, diſcretio & humilitas inueniebatur. Vide virginis humilitatem. Coniugem ſuum honorat, primo eum nominando, dolentes quærebamus te. Quanto quis rem quamuis amauerit,tanto plus eandem dolet amiſſam. Vehementiſſime igitur quum diligerent parentes filium, maiores ideo dolores ſentiebant etiam ex eiuſdem amiſſione. Multo autem acriorem habuit dolorem mater quàm Ioſeph de amiſſiõe Ieſu, non ſolum quia illi erat filius,ſed etiam quia erat ei perfectius notus. Volunt aliqui plus conſolationis Mariam accepiſſe ex intuitu filij, quàm Adam ex contemplatione amœnitatis paradiſi. Volunt etiam nonnulli Mariam nõnunquam admiſſam cõtemplari filij ſui diuinitatẽ: quia eius diuinitas reſplendebat ac redũdabat in carne.

Et ait ad illos: Quid eſt quod me quærebatis? Neſciebatis, quia in his quę patris mei ſunt oportet me eſſe? & ipſi non intellexerunt uerbum.

Voluit ſe dominus his verbis oſtendere filium Dei,cuius præferendus eſſet honor, præferendaque voluntas matri homini, &patri putatiuo. Parentes tamen eius nõ intellexerunt hoc verbum. Non enim cõſueuerat dominus de ſua diuinitate loqui. Et fortaſſe beatę Mariæ inſueta erat hæc loquutio, ſeu loquendi modus, ideo non intellexit. Aut ſi intellexit eum de cœleſti patre loquentem, non tamẽ horum verborum finem, hoc eſt, cauſam, quare ſcilicet hæc loqueretur intellexit.

Et deſcendit cum eis, & uenit Nazareth,& erat ſubditus illis.

Tanti fecit obedientiã Chriſtus, tantum honorauit volũtatem matris, vt ſuam abnegaret voluntatem, matriſque perficeret. Noluit enim ſibi dilectiſſimam contriſtare. Chariſſimi, omnibus nobis quærendus eſt Chriſtus ſed q̃rendus ibi eſt, vbi inueniatur, neq; eñ inuenit in terra ſuauiter viuentiũ. Non inuenitur in voluptatibus carnis, tametſi aliqui ibi quęrant eũ. Dicis qui ſunt, qui in delitijs quærunt illum? Hi nimirum,quorũ deus venter eſt & gloria in pudendis eorum, qui de potu ciboque delicato,qui de carnis voluptate cogitant aſſidue, & in his ſuum æſtimant bonum,hi ventrem ſuum pro deo colunt. Illum enim colunt pro deo, cui magis obtemperant,vero Deo poſthabito. Illũ pro deo colunt, cuius deſiderijs acquieſcunt. Illud vt deum habẽt, quod plus q̃ Deum diligunt. Atq; ideo Paulus auaritiam idolorum nuncupat ſeruitutem. Quærendus igitur eſt in templo. Neſcitis inquit Paulus,quia templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos? In teipſum igitur ingredere, ibi in corde tuo Deum quære. Quære diligẽter. Noli deſiſtere à quęrendo, donec inuenias. Quære vt famelicus panem. Hoc pane confortatus Elias, dormiens ſub iunipero,ambulauit in illius fortitudine, q̃ ſcilicet hic panis ei præſtabat, quadraginta diebus & totidem noctibus, vſq; ad montem Dei. Quærite igitur dominum,& viuet anima veſtra. Bonus eſt dominus ſperantibus in eum, & animæ quærenti illũ. Quærite etiam cito, hodie & nũc ſcilicet, non differendo. Qui mane, inquit Sapientia, vigilauerint ad me, inueniẽt me. Quęrite dominum in hac vita, dum inueniri poteſt, inuocate eum dum (per gratiam & miſericordiam) prope eſt. Si cũ fatuis virginibus poſt clauſam ianuam quæſieritis, cum eiſdem etiam vobis reſpondebitur: Neſcio vos. Reminiſcamini diuitis epulonis, qui in tormentis conſtitutus, vt vidẽs Lazarum, quem hic, dum viueret vtroq; oculo compaſſionis intueri nolebat, rogauit extremo digiti eius aqua intincto, ſuam ardentiſſimam linguam refrigerari. Sed quid impetrauit? Quid audiuit? Fili, recepiſti bona in vita tua. Dic tu etiam tibi: Tu ſi hic recipere vis bona in vita tua, recipies cum epulone haud dubie æterna mala. Cito igitur ad dominum conuertere, vt in templo cordis tui illum inuenias, poſſideaſque eum in æternum, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Iob 21
Phil. 3
Col. 3
1. Cor. 3
3. Reg. 19
Pſalm.
Thren. 3
Prou. 8
Iſaiæ 55
Matt. 25
Luc. 16

SER-

SERMO DE EADEM dominica. Per quæ amittatur dominus Ieſus: quomodo item ſint proles erudiendæ.

Permanſit puer Ieſus in Ieruſalem, & non cognouerũt parentes eius. Luc. II. Oſtẽdere nobis voluit deuotionis ſuæ exemplum Chriſtus, quo ſuo nos exemplo cohortaretur inuitaretq́; vt in prima ætate à teneriſq́; annis nos diuino cultui mancipemus. Hanc enim teneram ætatẽ conuenit Deo non mundo de- Threno. 3 dicari. Bonum namq; eſt viro cũ portauerit iugum ab adoleſcentia ſua, vt in Threnis dicitur, nimirũ de iugo hoc loquẽs, de Matt. 11 quo apud Matthæũ Chriſtus. Tollite, inquit iugũ meũ ſuper vos. Atque ideo puer Ieſus mox vt eſſet duodecim annorũ aſcẽdere voluit Ieroſolymã, quod certe puero longũ erat iter, ſed nihil Chriſto vnq̃ fuit moleſtum quod in ædificationẽ nobis cõduceret, aut noſtrã iuuaret redemptionẽ. Deinde quod alijs recedentibus ipſe non receſſit, ſed mãſerit in Ieruſalem, & in templo in medio reſederit doctorum docens & interrogans, quid aliud nos docere voluit quàm deuotionis perſeuerantiam & feruorem? Inueniũtur enim qui ſpiritu interdum deuotiõis aguntur: verũ quia perſeuerantia deeſt & feruor, cito perit quod radicem non fixit. Sunt qui miſſam integram, aut horam cantandã nõ poſſunt ſtabiliter atq; in tẽplo perſeueranter audire. Contra eos igitur eſt hoc antidotum, qui ex choro, qui ve ex templo elabuntur propter deuotiõis inopiam. Oĩa enim tunc alia peregrina magis delectant interim ꝙ diuino intereſſe deberẽt officio. Quod plane diaboli eſt artificium. Semper enim vbi aliquid teneris facere, interim faciendũ aliud ſuggerit, vt eius quod interim negligis accuſationẽ culpãq́; habeas, & eius quod Bernar. interim q̃uis ſpeciẽ habeat pietatis, facis, amittas laborem pariter ac fructum. Gratũ eñ nunq̃ ſpiritus ſanctus id habet aut accipit, quod illi offers, ſi huius occaſione nõnihil interim quod debes, neglexeris, quin etiam pro eo quod negligis, interim quod facere debuiſſes, peccas: & hoc q̃d interim facis, licet alioquin bonũ, nihiloſecius perdis, quia in tẽpore nõ ordinato, & cum culpa facis. Vtraque igitur virtus ęque eſt neceſſaria viro deuoto, vt perſeuerantia ſit in opere bono, & diſcretio ſit in modo. Neq; eñ nimium debet fieri (ſicut Eccle. 7 ſcriptũ eſt: noli iuſtus eſſe nimis) ne virtus inquinetur vitio: neq; minus, ne nõ poſſit eſſe virtus, hoc eſt, ne à virtute opus deficiat. Non debet deniq; illi quod præceptũ aut neceſſarium eſt, arbitrarium quid præferri: nec quod fieri debebat, ꝓpter opus q̃libet nobile, eſt intermittendum. Poſtq̃ igitur Maria aduertit abeſſe Ieſum, vtroq; parente ex Ieruſalem ſine Ieſu reuertente in fine diei primæ, triſtis eum cœpit quærere. Quatuor ſunt, quorũ occaſione homines amittunt Ieſum, q̃uis horum nullum ſit aſſcribendum parentibus Ieſu, licet aliquo modo hic nobis cogitãdi materia tribuatur, ꝙ his Ieſus occaſiõibus ab anima recedit. Primo amittimus Ieſum ꝑ ineptã lætitiam aut proſperitatem. Hæc enim minus cautũ, minus vigilãtem, minusq́; reddit hominẽ prouidũ. Hoc quãuis in neutro fuerit Chriſti parente, tamen ſignificatur nobis in alijs id eſſe vnã ex multis occaſionem amittẽdi Chriſtũ per hoc, quod in feſtiuitate illũ amiſerunt. Secũdo, amittitur per diſtractionẽ & turbationẽ. Hæc eñ reddit æque alienũ à ſe hominẽ, vt ſui imꝓuidus ſit. Quod ſignificat, quod Maria illũ in turba amiſit. Tertio, amittitur in nimia fiducia de ſapientia, fortitudine, aut de donis à Deo collatis. Siquidem propter hanc quoq; minus efficitur timidus, minusq́; ſolicitus animus. Innuitur illud quoq; hic per illud, ꝙ Maria ſperabat Ieſum eſſe in comitatu cũ Ioſeph, & ediuerſo perinde confidebat quoque Ioſeph. Quarto amittitur Ieſus per ignorantiam eorum quæ Dei ſunt. Vbi enim ignorãtia locum habet, cito poteſt committi, quod Ieſus ſaltem ad tempus recedat de mente tua, præſertim quo ad ſenſum, aut ſpiritualem conſolationem. Hoc inſinuatur per hoc quod dicitur. Et nõ cognouerunt parentes eius. Deinde ſequitur, quod quæſierunt dñm inter cognatos & notos, ſed nõ inuenerunt. Fruſtra ibi quæritur, quia amici fere oẽs ad hæc inſtruunt ſuos cõſanguineos hęc optãt filijs & nepotibus, hoc illis pręcantur, per hoc gratulantur & laudant, ꝙ prudentes iuxta ſeculi aſtutiam et mundi gloriam ſint, quod mundi honores obtineant, quod acquirant diuitias, ꝙ deniq; magni euadant, & opinione & literatura. Eamobrem Abrahæ dixit dñs:

Gene.12 Egredere de terra tua, et de cognatiõe tua
Pſalm.44 & de domo patris tui. Itẽ in Pſalmo: Au-
di filia & vide, & inclina aurem tuã, & ob-
liuiſcere populum tuum, & domum pa-
Lucæ 14 tris tui. Chriſtus quoq;: Si quis, inquit, ve-
nit ad me, & non odit patrem ſuũ, & ma-
trem ſuã, non poteſt meus eſſe diſcipulus.
Inueniebatur aũt Ieſus in Ieruſalem, & in
templo. Ieruſalem viſio dicitur pacis. Et
Pſalm.75 ſcriptum eſt: In pace factus eſt locus eius.
Iacobi 3 Vbi enim zelus & contentio, vbi ira & iur
gia, ibi non inuenitur Ieſus. Nihil enim
Lucæ 2 tam ſtudioſe cõmendauit Chriſtus mun
Lucæ 24 dum intrans & exiens, per reſurrectionẽ
Iohan.20 quoq; rediens, q̃ pacẽ. Sed proſpiciendum
quoq; vobis qui proles habetis, ne amitta
tis eos per negligentiam veſtrã, qua non
corripitis, non arcetis, non docetis, non
inuitatis & non compellitis filios veſtros
ad diſciplinam & deuotionem, ad humili
tatem, ad caſtitatem, ad verecundiam & ti
morem Dei. Quare hortor vos in domi-
no quotquot proles habetis, vt ſummo-
pere eos ſtudeatis promouere, inuitare,
veſtroque exemplo trahere ad opera cha-
ritatis, ad opera pietatis & miſericordiæ,
& ad omnia virtutum (quæ abſque operi-
bus data occaſione ſeruari non poſſunt)
Matt.6 genera. Iuberis clauſo ſuper te oſtio orare
in abſcondito. Verum hac in re non pro-
hibendus, ſed monendus es, vt ores corã
filijs tuis Deũ, quos verbo & tuo ipſius e-
xemplo inuites, moneas atque compellas
tecum orare deum. Quid dicam? Etiam
munuſculis conducas, vt tot pſalmos, tot
orationes dominicas dicant, totieſque be
atiſſimam virginem ſalutent. Interrogas
quare? Eamobrem profecto, vt conſuetu-
dinem accipiãt orandi, laudãdiq; Deum.
Ridebit fortaſſe hæreticus, aut indeuotus
quiſpiam quæ dico? Nonne magis riden-
dus, imo execrandus eſt ipſe, qui ſuos fili-
os aſtutias, dolos, nugas, & reliqua id ge-
nus mundana docet, qui ad prolium ſua-
rum vafricies, leuitates, dolos, mendacia-
que ridet, quique gratulatur puero quod
ex ſtudijs huiuſmodi illum ſeculo cogno-
ſcit fore idoneum, quãuis in Deũ impius
credatur futurus. Quid quod matres pue
ros docent cantica laſciua, & obſcœna,
quæ ab amicis parentibuſque magno au-
diuntur plauſu? Quid quod maledicenti-
bus, iurantibus, blaſphemantibuſq; filijs
parentes quidam nullam opponunt cen-
ſuram? Vbi zelus tuus in huiuſmodi eſt
pro Chriſto, pro Euangelio, cum quoti-
die digladietur os tuũ cõtra Papam, con
tra monachos, contra ſacerdotes, & cõtra
quoſcunq; deuotos homines, qui virtutũ
ſtudioſi, nolunt tecum in carne viuere? Po
tes ferre filium tuum blaſphemantem, iu
rantem, maledicentem, & nõ potes ferre Matt.
monachum orantem? Legis in Euãgelio Marc.
oẽm proximum diligendum, & ferre po- Lucæ
tes, ſi audias filium tuũ ſacerdoti, aut pio
cupiã inſultantem? Euangelicam pauper
tatẽ profitenti illudis, & Euangelicus es?
Cuiuſmodi hoc ſit Euangelium vere ne-
ſcio. Scio tamen Chriſti non eſſe. Verũ ad
Deo deuotos reuertamur. Impendite quę
ſo curã filijs veſtris, vt Deum timeãt, pec
cata euitent, Dei mandata ſeruent, quic-
quid eſt in honorem Dei feſtine efficiant,
quicquid in cõſolationem, aut vtilitatem
proximi, libẽter & miſericorditer agant.
Hoc eñ à vobis requiret Deus, quomodo
docueritis, quomodove corripueritis fi- 1.Reg
lios veſtros. Habetis ꝙ Eli propterea ꝙ in
dulgentior foret in filios ſuos, intermina-
tus ſit quid ei acciderit, quid pertulerit. 1.Reg
At ediuerſo Samuel q̃ ſuos filios, quia viã
ſuã imitari in Dei timore noluerũt, hono-
re priuauit, abiecit & deteſtatus eſt, lauda Gen
tur. Abrahæ quoq; ſecreta ſua fatetur do-
minus propterea reuelãda, ꝙ ſciret eũ do
ctuꝝ ac imperatuꝝ filijs ſuis timere Deũ.
Videmus q̃ rara eſt felicitas filioꝝ Deũ ti-
mentiũ, quanta vero e regiõe turba Deũ
abſq; iugo & diſciplina poſt tergũ ſuum
proijcientium. Cęterum ex eiſdem filijs q̃
rara, imo quàm miſera parentibus ſit iu-
cunditas compertiſſimũ eſt quoq;. Quod
non ob aliud illis contingit, q̃ quia filios
ſuos nõ erudierunt ad timorẽ Dei, nec de-
linquentes caſtigarunt. Itaq; omni diligẽ-
tia erudiendi, monẽdi, atq; q̃diu in teneri
ori ſunt ętate, cogẽdi ſunt filij ad honeſta
tẽ ſanctã, ad cãdidos mores, ad miſericor
diam, ad Dei timorẽ & amorẽ, & maxime Eccl
ad caſtitatẽ, quomodo Eccleſiaſticus mo- Deut
net: Filij tibi ſunt, erudi illos, & curua il-
los à pueritia eoꝝ. Hoc dominus in Deute
ronomio quoq; pręcipit parentibus doce
re p̃cepta Dei filios ſuos & nepotes. Quod
ſtudioſe Thobias ſuo præſtitit filio, dicẽs: Thob
Fili omnibus diebus vitæ tuæ in mẽte ha-
beto Deum, & caue ne aliquando pecca-
to conſentias, & prætermittas præcepta Ibidem
Dei noſtri. Item: Fili, pauperem quidem vi
tã gerimus, ſed habebimus multa bona, ſi
timue

timuerimus Deum,& fecerimus bene. De
Danie.13 Suſanna quoq; legimus filia Elchię,quod parentes illius cum eſſent iuſti, docuerũt filiam ſuam ſecundum legem Moſi timere Deum. Quæ eruditio quantum illi tulerit fructum, in duobus ſenibus, poſtea cũ viro eſſet nupta,eius amore captis, manifeſtatum eſt. Bonarũ atq; nobilium mentium eſt eruditione iuuare, verecundia corrigi,timore arceri,et laudibus inuitari. At duris & obſtinatis verbera adijcienda. Negligentibus quoq; diſciplina eſt imponenda & vniuerſæ pueritiæ inijciẽda ſunt fręna. Scitum eſt quod ſapiens admonẽs:Noli, inquit, ſubtrahere à puero diſciplinam.
Prou. 23 Si enim percuſſeris eum virga, non morietur. Tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis. Ante quoque di
Prou.13 xerat:Qui parcit virgę,odit filium ſuum. Adeo pueris virgæ ſunt neceſſariæ, adeo diſciplina. Conuenit autem,vt non verbis tantum filios tuos erudias, verumetiam tuis moribus inſtituantur. Vitæ tuæ exemplum ſit eis virga, quæ à malis eos operibus arceat. Ita te illis exhibe, vt te timeãt, nihilominus amẽt. Et id ſit virga ꝑlibus tuis,quæ eas abſq; vlla exhortatiõe probe agere compellat. Videant in te virtutem quam in ſe exprimant imitando. Satagãt tibi placere,& gratiam tuam ac laudem apud te habere cupiant, certentque inter ſe, dum harum quæuis ſtudioſius tuã implere voluerit volũtatem in virtutum obſeruatione. Tolerandus eſt hic gloriæ appetitus, & nonnunquam fouendus, quo pueri ad virtutem incitetur. Paulatim ſubinde diſcant in gloriam Dei fieri debere omnia: & nihilominus ſeruãdam gratiam parentum. Quapropter de profectu filiorum in Dei timore ſe gaudere parentes nonnunquam oſtendant,quo filij ad exhilarandos parentes fiant virtutis ſtudioſiores. Sunt em̃ vbi egerint male,ſiue arguendi,ſiue monendi, ſiue etiam obiurgãdi: & vbi tenerior eſt ætas,verberibus coercendi. Sunt item blanditijs familiariter & laudibus interdum confortandi. Maxime autem facit ad filiorũ integritatẽ, vt nihil in parentibus audiant videãtve ꝙ dedeceat. Sunt (vt dixi ſupra) alliciẽdi munuſculis, dum adhuc verba diſcũt formare, ad orãdum. Sic etiam vbi paulo ſunt prudentiores,nihil cupitum abs te impetrẽt, niſi primum orauerint. Monendi igitur, vt Deũ rogent qui inſpiret matri patrive, vt hoc illudve dilectum tribuant:aut vt illud q̃d oderint, puta virgas increpatiõeſve duras euadant. Hoc modo aſſuefaciendi ſunt pueri vt confidant in Deum, vt ad illum in deſiderijs ſuis aut timoribus orantes confugiant. Si eleemoſynam tu tribuere volueris,non tua, ſed pueri manu tribue. Fac vt certatim pueri accurrant,vbi egenis eſt aliquid tribuendum,& prolium vnaquæque pro egeno ſupplicet, quæuis munus expoſtulatum ſatagat hoc ferre mendico. Te xenodochia & infirmos viſitante, comitentur pueri qui te pauperibus importunitate ſancta rogent, atque dare etiam volenti,ſint tibi vt plus tribuas moleſti. Sunt enim ita docendi exercendiq; ad miſericordiam. Tecum templum ad Dei verbum audiendũ adeant,nunq̃ etiam, poſtq̃ inde fuerint reuerſi, quid in concione memoria retinuerint, non interrogẽtur. Zelentur parẽtes pro filiorum filiarumq; caſtitate,& ſi quo modo id poſſunt prouideant,vt quiſq; proliũ dormiat ſolus. Incredibile eſt em̃,quid pueritia curioſa tentet. Non ſinant parentes vt mundana amatoriaq; carmina ſiue cantilenæ à pueris diſcantur. Puellis, quia non poſſunt alienæ ſemper eſſe à cantu, ingerantur cantilenæ & carmina religioſa,vt ſunt de paſſiõe domini,de beata virgine,& de ſanctis. Vbicũque aũt fuerint pueri, prouideatur ne audiant colloquia obſcœna & vitioſa. Hæc dicta ſint de bonorum ſtudio parentum, vt ſuos liberos ſatagant ſeruare innocẽtes &pudicos. Reverá enim plurimum refert pueros adoleſcentuloſq; probe, an vitioſe aſſuefieri. Circa hos igitur ſummopere parentum cura vigilantiaq; verſari debet. Voluit præterea dominus Ieſus in templo manens, neſcientibus parentibus pueros erudire abſq; parentum cõſenſu id ſibi licere,vt monaſteria ingrediantur, religionem aſſumant, diuinoq; ſe cultui mancipent,niſi parentes ſint in tanta penuria neceſſitateq; conſtituti, vt ſeipſos iuuare nõ poſſint abſq; labore ſubſidioque puerorũ.
Tunc enim debet quis manere & iuuare Exod.20
parentem,animoq; eſſe religioſus. Manda
tum namq; Dei eſt:Honora patrem tuum Deut.5
& matrem tuam. Quod certe non ſolum Eccli.7
de cultu reuerentiæ intelligitur per ſigna Matt.15
exteriora,ſed etiam de ſubſidijs & charita Marc.7
tis officijs, per beneficia parentes quoad Ephe.6
poterit,alẽdo,iuuãdo,& eis ſeruiẽdo. Scri
ptum namq; eſt:Malæ famæ eſt,qui dere Eccli.3

linquit patrem, ſcilicet in neceſſitate. Porro ſi puer iam eſſet religioſus, aut in monaſterio conſtitutus, poteſt tamen nihilominus de cōſenſu ſui prælati, imo debebit (ſi aliqd ſciuerit in auxilium parētis operari, abſq; monaſterij ꝑiudicio) illud cōferre parentibus in auxilium. At vero vbi parentes filiorū ope poſſunt carere, aut vbi non egent, propter carnalem ſenſualemve parentum amorē non debent filij manere inter pericula & inter peccandi occaſiões in mūdo, nec ꝑpter illos à Chriſti ſeruitio debēt abſtinere. Eſt namq; cauendum quod Matt.10 Chriſtus minatur: Qui inquit, amat patrē vel matrem plus q̄ me, non eſt me dignus. Gregori. Amandus certe eſt genitor, ſed multo omnium maxime prçferendus creator. Hic enim locum habet quod vehementer admonet Hierony. diuus Hieronymus, ad quendam ſcribens, ne à perfectione, aut perfectiõis inſtituto lachrymis matris aut parentum ſe retineri patiatur, dolore: Licet enim, inquit, paruulus ex collo pendeat nepos, licet ſparſo crine, & ſciſſis veſtibus hubera q̄ te nutrierat mater oſtendat, licet in limine pater iaceat, percalcato perge pater, ſiccis oculis ad vexillum crucis euola. Pietatis genus eſt in hac re eſſe crudelem. Gladiū tenet hoſtis vt me perimat, & ego de matris lachrymis cogitabo? Quanti autē monachi, dum patris matriſq; miſerentur, ſuas animas perdiderunt? Recolendum poſtremo quod Chriſtus cuidam dixit: Sequere me. Et quum ille reſponderet: Domine permitte me primum ire & ſepelire patrem meum, adiecit dominus: Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Tu autē vade & annuncia regnum Dei. Ac ſi diceret: Non deſunt alij, qui in anima mortui ſunt, qui tuum (vbi tempus aduenerit) ſepeliant patrem. Tu vocationem tuam ſuſcipe, & annuncia regnum Dei. Neque enim tibi licet hāc negligere propter amicos. Maior igitur debetur obedientia Deo, quàm parentibus, quā vt reddamus Deo deuotiſſime, largiatur nobis obediens puer Ieſus Chriſtus, qui eſt benedictus in ſecula, Amen. Matt.

DOMINICA TERTIA POST natiuitatem domini, epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Romanos XII.

HAbentes donationes, ſecundum gratiam quæ data eſt nobis differentes: ſiue prophetiam ſecundum rationem fidei ſiue miniſterium in miniſtrando, ſiue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in ſimplicitate, qui præeſt in ſolicitudine, qui miſeretur in hilaritate. Dilectio ſine ſimulatione, odientes malū, adhærentes bono: charitatem fraternitatis inuicem diligentes: honore inuicem prçuenietes: ſolicitudine non pigri: ſpiritu feruentes: domino ſeruientes: ſpe gaudentes: in tribulatione patientes, orationi inſtantes: neceſſitatibus ſanctorum communicantes: hoſpitalitatem ſectantes. Benedicite perſequentibus uos, benedicite et nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Idipſum inuicem ſentientes, non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes.

PARAPHRASIS IN EANdem epiſtolam.

HAbentes donationes ſecundum gratiam &c. Vbi proxima dominica deſiit Epiſtola, hic hodierna incipit, eundemq; ſenſum cōtinuat ibi relictum. Vltimum autē illius fuit Epiſtolæ, quod vnū corpus multi ſumus, ſinguli autem alter alterius membra. Quod ſic intelligēdum eſt, vt quomodo in vno corpore multa ſunt membra, diuerſos actus habentia, vniuſcunque tamen membri opus officiumq; non pro ſeipſo exercetur tantum, ſed alijs quoq; membris ęque vt ſibi ſeruit. Verbi gratia: quomodo oculus in corpore nō ſibi tantū, ſed alijs quoque membris videt, ita nemo hominum ſibi natus

bi natus eſt tantum, nec dona gratiaſque gratis datas, & ſingularia Dei munera alia quæ tam bonis quàm malis ſunt communia, pro ſe dũtaxat accepit, ſed vt aliis quoq; membris illa communicans, diuidat. Sumus enim ſinguli huius corporis membra (vt dixi) habẽtes ſingularia quoque dona, differentia ſecundum gratiam, quæ vnicuique, puta alteri maior à Deo, alteri minor eſt collata, quæ in vtilitatem aliorum membrorum conuertenda ſunt. Siue enim prophetiam quis habuerit ad prẹnoſcẽda, vel obſcura vel futura, in hoc aliis ſit membris tanquam in corpore oculus prophetans, futuraq; præuidens mala, quẹ ab aliis caueantur. Verum hæc prophetia fiat ſecundum rationem fidei, quo nihil fidei contrariũ, nihil extra regulam fidei ſapiat aut loquatur. Siue habuerit quis miniſterium, aliis vtilem ſe faciat ille membris in miniſtrando. Siue qs doceat, per hoc quod erudit alios, ſit mẽbrum vtile corpori & membris iis maxime quæ docet. Qui vero exhortandi gratiam accepit, vtile ſe membrum faciat aliis in exhortando. Qui tribuendi copiam à Deo accepit, tribuat in ſimplicitate, nihil ab illis repetens, ſed propter Deum etiam ſeipſum impendens. Aut ita: Qui tribuit, id faciat in ſimplicitate, non propter vanitatẽ aut gloriam, aut aliud aliquid, ſed pure propter Deum. Qui præeſt à Deo conſtitutus rector aliorum, præſit, & vtilem ſe aliis membris præbeat in ſolicitudine, quam pro aliis gerit. Qui miſeretur afflicto, & compatiens, beneficio eidem ſubuenit, id faciat in hilaritate, certus quod ea quæ dedit non amiſerit, pro exiguis recepturus maiora. Dilectio Dei ſcilicet & proximi in nobis ſit ſine ſimulatiõe, ſicut Io-
1. Iohan. 3. hannes monet: Non diligamus verbo neque lingua, ſed opere & veritate. Simulata enim æquitas (teſte Auguſtino) duplex
Auguſt. iniquitas. Omnis autem dilectio quæ non eſt ſecundum Deum, ſimulata & ficta eſt. Sitis (inquit) odientes malum, in vobis &
Pſalmo 10 in proximis veſtris. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Adhærentes bono, adeo vt nulla vos poſſit tentatio auellere. Sitis quoque inuicem diligentes, charitatem fraternitatis ſtudioſi prouocare, & fouere quæ vos mutuo fœderet, vt fratres. Sitis honore inuicem præuenientes, hoc eſt, alius alium honore prẹueniat, nec honorari ſe, quantum in ſe fuerit ab alio permittat: ſed illum, imo omnes reuereatur, atque honore vt digniores præueniat. Si enim tuum proximum oculo conſideras ſimplici, ſemper debes & potes in veritate illum tibi præferre. Sentiens enim ipſum Deo adeo acceptum, adeo dilectum, vt pro illo Deus ſanguinem fuderit, pro eoque mortuus fuerit, credenſque illum, quamlibet modo negligẽs ſit, iuxta prædeſtinationem adhuc coram Deo maximum in eius gratia & amicitia futurum. Non potes illum contemnere, non potes non honorare, & tibi (ſi teipſum in peccatis & infirmitatibus tuis cõſideras) non præferre. Sequitur autem: Sitis (quod verbum vt alia quædam hic ſæpius ſubaudienda ſunt.) Itaque ſitis ſolicitudine non pigri, pro veſtra aliorumque ſalute: nihil negligentes eorum quæ ad ſalutem pertinent. Sitis ſpiritu feruentes, vt nihil tepidum aut remiſſum ſit in vobis: & domino, non priuato amori, aut proximorum adulationi, ſeruientes, vt quicquid feceritis, in eius gloriam faciatis. Sitis etiam ſpe gaudentes, vt non ad 1. Cor. 10
præſentia quæ videtis, ad futura quæ expectatis per fidem reſpiciatis, in quorum bonorum gaudeatis expectatione. Nihil enim felicius homine Chriſtiano, cui regnum promittitur cœlorum. Quomodo Hieron.
autem expectatio pœnarum aut triſtium rerum generat mœrorem ſeu triſtitiam, ita gaudiorum expectatio etiam in hac vita præbet lætitiam. Sitis igitur ſpe gaudentes, in tribulatione patientes, vt æquanimiter ea quæ vobis occurrunt aduerſa de manu domini accipiatis, nullo propterea odio, nullave ira in perſecutorem excitandi, ac haudquaquam murmuraturi. Quod in vobis vt fiat ſemper ſitis orationi, ne in tribulationibus deficiatis, inſtantes. Vbicunque enim humanum deficit tum conſilium, tum auxilium, vbicunque humana ſuccumbit infirmitas, ibi diuinum auxilium oratione præcipue implorandum eſt. Nec iam dicta vobis ſufficiant, ſed eſtote præterea ſanctorum neceſſitatibus communicantes, vt illis honeſte, non ſicut his qui à vobis ſtipem pro broſe poſtulant, ſed vltro alacriterque de bonis veſtris quæ neceſſaria ſunt, impartiamini. Beneficentiæ igitur (vt alibi habetur) erga huiuſmodi nolite obliuiſci. Heb. 13
Ad hæc hoſpitalitatis eſtote ſtudioſi, iuxta illud: Egenos vagoſque induc in do- Iſaiæ 58

mum tuam. Quo non eos tantum, qui à vobis id rogant, ſed etiam eos qui nolunt, aut non præſumunt rogare inuitetis, vt ad vos intrare conſentiant. Benedicite perſequentibus vos. Nolite illis qui vobis ſunt moleſti detrahere, nolite vlciſci, nolite denique indignari, ſcientes hæc quæ ab illis patimini, vobis in fructum animarum eſſe veſtrarum à Deo ordinata. Et eandem hortationem repetens Apoſtolus, quo intelligamus quàm vtile nobis, quàm ædificatorium proximis, quàm Deo denique ſit acceptum pro malis bona reddere, ait: Benedicite & nolite maledicere. Gaudere vos decet cum gaudentibus, puta de illorum ſpirituali profectu, & flere cum flentibus. Neq; enim de quouis gaudio fletuve proximorum hoc debet intelligi, ſed tunc ſolum gaudiũ veſtrum iungatis gaudentibus, & flentibus veſtras lachrymas ſocietis, vbi proximi veſtri religioſo gaudẽt gaudio in Deo, aut vbi ea flent quæ plãgenda ſancto ſunt luctu, puta aut ſua, aut aliorum peccata lugentes. Poſtremo idipſum ſentiatis, quo nulla inter vos reſideat diſcordia, nulla diſſenſio. Nec alta ſapiatis vnde tumeatis inflati cordibus & moribus, ſed humi-
Matt. 11 libus eſtote cõſentientes. Quod fieri non poteſt, niſi ipſi ſitis quoque mites & humiles.

EXEGESIS EVangelij dominicæ tertiæ poſt natiuitatem domini: Iohannis ſecundo.

Lucæ 2, 3 SVPRA TRIginta annos iam la-
Matt. 13 tuerat Ieſus huma-
Marc. 6 na præcipue oſtendens, & nihil diuinum, ita vt filius putabatur Ioſeph, & filius fabri à mundo, propterea quod nihil operabatur glorioſum aut diuinitatis oſtentiuum, adeo vt niſi omni ſcientia, & ſapientia illuminata fuiſſet Maria, nihil mirum fuiſſet, ſi in fide titubaſſet, videns tanto tempore & tot annis filium nihil prædicare, nihilque eorum propter quæ in mundi redemptionem venerat, operando docendove præ ſe ferre. Verum hodie ſuam manifeſtare cœpit gloriam, mutando aquam in vinum, quo omnibus ſe Deum & vniuerſorum probaret conditorem, qui ſicut creaturas ex nihilo facere, ita vnam in aliam poſſet mutare. Nobis autem fidelibus hominem ſe monſtrauit & Deum. Conuerſabatur enim inter homines homo Deus, Baruc. 3
edebat homo, bibebat homo, ſed miraculum agens, hoc eſt, aquam mutans in vinum, oſtendit ſe Deum. Huius igitur primæ oſtenſionis ſuæ, refertur hodie miraculum in hunc modum.

Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ, & erat mater Ieſu ibi.

Legimus dominum Ieſum nuptijs interfuiſſe hominum, legimus quoque quod mater erat Ieſu ibi, virgineũ vtpote domini templum, & illibatum ſancti ſpiritus ſacrarium. Venerat enim dominus colligere filios ſuos diſperſos atque adeo miſe- Iohan. 11
ricordem ac perbenignũ ſeſe oĩbus oſtendit, quo oẽs ſibi attraheret. Non eſt mirũ igitur ꝙ iuit ad nuptias, qui ad conuiuia ſedit publicanorum & peccatorum. No- Mat. 9.
bis quoque vbi ſimilis cum Chriſto datur occaſio, cum gentibus non prohibetur inire conuiuium, præcipue ſi noſtræ fidei, ſi aliorum conuerſioni, ſi denique Dei cultui charitate ſuadente ita congruat.

Vocatus eſt autem Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias.

Obſerua quod Ieſus vocatus eſt ad nuptias, non erat abſque ratione. Hauddubie nuptiæ hæ probatiſſimorum fuerunt hominum, quæ inuitarunt Chriſtum, quando nondum omnibus eius nomẽ fuit notum. Vnde conijcitur ſponſum aut ſponſam conſanguineam fuiſſe Chriſti. Creditur enim à multis ſponſum fuiſſe Iohannem IESV conſobrinum & matris IESV Mariæ, ſororis filium, quare refertur Mariam fuiſſe ibi, nimirum quaſi vnam de præcipuis conſanguineis. Neque enim legitur inuitata vt Chriſtus, quare datur intelligi, quod vna fuit, ad quam pertinebat ſimul curare de nuptijs. Nonnulli volunt quoque Iohannem hic ſponſum vocatum eſſe à nuptijs, ſecutũ eſſe CHRISTVM manſiſſe virginem: Et iccirco à CHRISTO familiarius dilectum. Putatur quoque à nonnullis Ioſeph hac vita defunctum, & CHRISTVM in cuſtodia habuiſſe ſuam matrem. Neque enim hic, neque poſtea Ioſephi eſt memoria,

ria, vnde vixiſſe credatur. Sunt aũt in hoc Euangelio multa, quæ ad pietatem nos inſtruunt. Primum: Quod Ieſus nuptijs interfuit. Quo ſtatum voluit commendare matrimonij in paradiſo inſtitutum, & quamdiu ſub velamine agebatur veteris teſtamenti (virginitatis gloria nondum propalata) celebrem. Nam in nouo quoque teſtamento, ita laudatam eſſe voluit virginitatem, vt non damnaret ſtatum coniugalem, ſed licitum & bonum oſtenderet. Virginitas quidem coniugio eſt illuſtrior, nec ſtatus ei adæquari poteſt coniugalis, atque ideo in nouo teſtamento, quando ſpiritui magis ſeruire debemus, quàm carni commendatione diuina coniugium egebat, quod ſua dominus præſentia corporali dignatus eſt honorare. Habet tamen virginitas honorem multo digniorem à domino, quippe quæ ſumma cum laude etiam in coniugio poteſt obſeruari. Neque enim deſunt nobis exempla in Ioſeph & Maria, in ſancto Henrico & Cunegunde eius coniuge virgine. In beatiſſima quoque Regina Edildrida, Hunbronenſium regis Ecgfridi coniuge, quæ cũm duobus maritis conſeruauit virginitatem, idque orando à maritis quos alioquin multum amabat, impetrauit. Hodie quoque coniuges qui vel in continentia DEO ſeruiunt, vel in virginitatis propoſito manſerunt, inueniuntur. Quapropter inter nuptias & virginitatem tantum eſſe diſcrimen ait poſt Paulum Hieronymus, quantum eſt inter non peccare & benefacere, aut quantum inter bonum & melius. In nuptijs enim ſolicitudo eſt, quomodo vxor placeat viro & vir vxori, & mens vtriuſque diuiſa eſt à Deo. Porro virgo & innupta cogitat quæ dñi ſunt, ſolicita quomodo pura inhæreat mente Deo. Dicit fortaſſe hæreticus quiſpiam dominum non interfuiſſe profeſſioni monachi, non monialis ſua præſentia commendaſſe velationem, quo monachatum cœlibatumve calumnietur. Dic ſatis cœlibatum à CHRISTO commendatum, qui matrem habere voluit virginem, qui niſi virgini, Ioſeph loquor, vt Hieronymus ait, & ab omnibus hodie creditur, eandem voluit eſſe deſponſatam. Poſt cuius mortem ipſe eius habuit curam, donec Iohanni virgini commendaret eandem. Qui denique ſanctorum teſtimonio ſponſum, cuius hodie interfuiſſe refertur nuptijs, virginem ſeruans à complexu ſponſæ, & à carnalibus deſiderijs abſtraxit. Cæterum monachatum nõ vno in loco commendans docuit, dum illum perfectionem nominat. Si vis inquit, perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me. Item: Niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt eſſe meus diſcipulus. Quis enim alius hodie ſuis renunciat bonis, Chriſtumque ſequitur accipiendo ſuam crucem, abnegando ſeipſum, & faciẽdo ſe eunuchum propter regnum Dei, quàm ſtatus monaſtici profeſſores? Neque enim dicit CHRISTVS. Niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt eſſe Chriſtianus, nec dicit non poteſt eſſe ſaluus, ſed non poteſt meus eſſe diſcipulus, id eſt, perfectus Chriſtianus. Item: Omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, aut vxorem, aut agrum & cætera. centuplum accipiet in hac vita, & vitam æternam poſſidebit. Verum de hoc alias. Hic dixi nuptias à Chriſto honorari debuiſſe, ne altioris continentiæ gloria adeo obfuſcarentur, vt putarentur (quod à quibuſdam factum eſt hæreticis) illicite. Secundum quod hic ædificat eſt, quod dominus non interfuiſſe legitur nuptijs diuitũ, ſed pauperum ac honeſtorum. Nihil enim in his aduerti poteſt nuptijs aliud quàm honeſtas, ſobrietas & paupertas. Modica enim vini prouidentia ibi erat. Ideo ſequitur:

Gene. 2 — Galat. 5 — Hierony. — 1. Cor. 6 — Hierony. — Iohan. 19 — Matth. 8 — Lucæ 14 — Matth. 19 — Matth. 8 — Lucæ 14 — Matth. 19

Et deficiente uino, dixit mater Ieſu ad eum: Vinum non habent.

Ex hoc iam tertium ſequitur: Quod in nuptijs ſanctorum honeſtum licet ſeruari gaudium. Credendum etiam eſt eos, quorum hic fuit nuptijs præeſſe, homines fuiſſe ſobrios, & indulgere vino haud quaquam aſſuetos. Quare in tanta ſolennitate decebat eos moderato gaudere. Quod tamen gaudium quam fuerit moderatum, quamve ſobrium indicat quod vinum defecit. Cum enim (vt dixi) eſſent homines ſobrij, putabant modicum vinum ſufficere. Quod vero in nuptijs conuiuia exerceantur etiã apud ſanctos, manifeſtum eſt ex cõiunctione Tobiæ iunioris & Saræ & cætera. Quartum quod ædificat eſt compaſſio Mariæ. Pijſſimum enĩ cor virginis miſericordiſſimæ non potuit bonorum hominum ferre confuſionem, Tob. 6. 7

vt ita loquar, aut verecundiam quàm ſtuduit præuenire. Videbat quia pauperibus nihil erat aliud cõſolationis aut remedij, quàm vt Deus eorum neceſſitatibus prouideret. Proinde plena fide filium acceſſit ſciens in ſpiritu tempus adeſſe oſtendendæ ſuæ diuinitatis. Vide quia non rogat, nec auctoritate iubet materna, quia (vt dixi) filij cor miſericordiſſimum ſciebat atq; ſuapte natura clementiſſimum, cui ſatis erat inſinuatam eſſe miſeriam alienam, imo qui ſe continere non poterat quin diuina eſſet virtute prouiſurus alienæ neceſſitati, potiſſimum his qui humano modo aliter ſuæ non potuiſſent mederi aut paupertati, aut improuidentiæ. Vide autem pijſſimum cor Mariæ, quia dignum illi videbatur non ſolum pro neceſſarijs, verumetiã pro rebus decentibus rogare. Clementiſſimo nanq; eius cordi graue erat videre, vel in aliquo paupertatem ſponſorum erubeſcere. Quod ne fieret deficiente vino cum ſumma fidutia filiũ accedens, ait: Vinum non habent. Itaque pijſſima mater quomodo non iubet ita etiam non rogat, ſed tantum inſinuat ſuum deſiderium, ſciens optime intelligi à filio, & paupertatem verecundiamq; ſponſi & ſponſæ, ſeu eorum qui tanquam parentes erant, & auctores nuptiarum non ignorari. Quo docemur in oratione eſſe tam verecundi quàm reſignati. Placet nanq; Deo valde inter orandum noſtra verecundia, qua nimium de nobis male ſentientes, indignos nos arbitremur, qui Dei dona recipiamus, ſi tamen affuerit magna pariter de illius bonitate confidentia, quamobrem nihil diffidamus. Placet item ei in nobis reſignatio illa fortiſſima, qua non aliud quàm quod
Philip. 4 Deo placet velimus, docti ſicut dicit Apoſtolus, in vtramq; partem, & abundare & penuriam pati, hocq; nobis ſit optatiſſimum, quo magis diuinæ conformamur voluntati. Itaque deficiente vino, hoc eſt, quando videbatur non ſufficere vinum pro toto prandio, acceſſit mater Ieſu ad eum, dicens: Vinum non habent. Honeſta inſinuatio magis quàm petitio. Sic Maria Magdalena & Martha nunciantes
Iohan. 11 infirmitatem Lazari. Domine, inquiunt, quem amas infirmatur. Non rogant vt illum ſanet, ſed ſatis erat eis viſum dum inſinuaſſent. Confidebant enim ipſum facturum id quod erat optimum. Vnde quoduis eſſet facturus, id illis non poterat non eſſe acceptiſſimum. Sic etiam Chriſti mater pro reuerentia filij inſinuabat vini defectum, non rogabat miraculum, nihil diffidens. Dabat enim ſatis cum Pſalmiſta intelligi: Domine, ante te omẽ deſiderium meum & gemitus meus non eſt abſconditus. Pſalm. Hic quæri poteſt, quare nunc ad primum hoc miraculum excitauit mater filium. Quare non ante eadem fuit vſa pietate pro impetrandis miraculis. Dicendum hactenus CHRISTVM ſe habuiſſe, vt alij ſe habent homines, salua tamen modeſtia & religioſitate, nihilque oſtendiſſe in ſe, quo Deus eſſe probaretur. Quamdiu igitur ſic latere voluit, non inducit illum mater ad miraculum, nec prodere, antequam vellet, illum tentauit. Porro vbi modo cœperat manifeſtari. (Nam à Iohanne receperat teſtimonium, Iohan. quod eſſet agnus Dei qui tollit peccata mundi, quod eſſet filius DEI, & aliquos iam diſcipulos ſuſceperat) cognouit Maria manifeſtandæ tempus adeſſe diuinitatis. Quintum, quod nos inſtruit, non facile aut leuiter petenda eſſe miracula aut expectanda, quandoquidem duriorem in reſpondendo ſe exhibet Chriſtus matri ſolicitanti pro miraculo. Ideo ſequitur:

Dicit ei Ieſus: Quid mihi & tibi mulier? Nondum uenit hora mea.

Duas naturas ſub vnitate perſonæ conſtat ineſſe Chriſto, vnam diuinam, humanam alteram. Vnde iuxta vtranque naturam quædam conueniunt Chriſto. Quemadmodum igitur homini diuerſa conueniunt ſecundum diuerſa. (Siquidem intelligere conuenit ei propter animam. Hoc enim non ex corpore, ſed ex anima habet homo. At vero edere aut bibere conuenit homini ex corpore) ſic parimodo miracula facere CHRISTO conueniebat ſecundum naturam diuinã, quàm accepit à patre, pati vero & mori competit eidem CHRISTO iuxta humanam naturam quàm recepit à matre. Itaque roganti matri vt miracula faceret, reſpondit: Quid mihi & tibi eſt mulier, ſcilicet commune? Nihil à te accepi vnde meum ſit miracula facere. Sed vnde poſſim pati, mihi tecum commune eſt. Ibi te cognoſcam matrem, dum Iohan. tempus patiendi mihi aduenerit, quæ tamen hora nondũ venit, ac ſi diceret: Non

hanc

hanc naturam qua miracula facio ex te recepi, ſed illam qua ſum mortalis & paſſibilis. Cuius hora dum aduenerit vt patiar, apparebit quid ex te ſim. Aut ſecundum Chryſoſtomum: Vini cura neq; ad me neque ad te pertinet, ſed ad eos qui nuptijs præſunt. Quid mihi & tibi eſt mulier de hoc curãdum? Si tamen vis vt ſuccurram, nondum hora adeſt qua ſubueniã. Oportet enim primum manifeſtari defectum, vt miraculum Deiq; beneficium agnoſcatur. Quod quo magis fuerit neceſſarium, tanto etiã magis erit gratum. Volunt nõnulli nihil vnquam beatam petijſſe virginem à Chriſto quod negauerit ille. Nec mirum. Habuit enim donum ſapientiæ, imo dona ſpiritus ſancti omnia, quo fiebat vt nihil non rationabile, nihil quod Deo diſpliceret, rogaret. Hic ſexto inſtruimur beneficia eſſe conferenda prudenter puta eo modo & tempore, vt agnoſcãtur beneficia. Quicquid enim beneficiorum non roganti offertur, gratis ſæpenumero impenditur, nec beneficium agnoſcitur. Vt ergo ingratitudinis vitio is cui benefacere ſtatuis nõ inquinetur, non imprudenter fit vt egentis neceſſitas (tametſi prærogare ex miſericordia beneficium alioqui velis) expectetur. Homines enim ingrati non ſentiunt neq; agnoſcunt ſibi benefactum, niſi omni auxilio & ſpe deſtituti iã non habeant vbi ſperare poſſint. Quamobrem prudenter fit vt ijs quibus etiam bene volumus, beneficium tam diu differamus donec beneficium hoc agnoſcant. Hoc modo Chriſtus miraculum prerogauit, donec neceſſitas, nec aliud conſilium adeſſet. Poſtulabat hoc etiam ratio miraculi. Quippe quod non aliter agnoſceretur miraculum, nec aliter ædificaret, niſi poſtquam auxilium aliud defecerit om͞e. Septimum quod nos inſtruit eſt, q Chriſtus decreuit facere miraculum, per Mariam voluit impetrari, vt nos doceret, nos inuitaret, noſq; alliceret, ad venerationem ſuæ matris. Quo voluit quoq; vt diſcam9 ea, quæ petimus interuentione pijſſimæ dilectiſſimæq; matris eſſe nobis impetranda. Diſcam9 oportet nos indignos qui exaudiamur agnoſcere, matris huius pijſſimæ interuentioni nos cauſaſque noſtras committere. Ipſa enim nunquam non exauditur, quàm filius in omnibus honorat. Videtur hic fortaſſe quibuſdam durũ, quod non magis dulciter amicabiliterve Ieſus ſuæ locutus ſit matri, nominãs eam generali vocabulo mulierem. Dicendum beatam virginem miro feruore amoris erga filium, hoc eſt, erga Deum ſuum vulneratam, quæ in Canticis: Vulnerata, inquit charitate ego ſum, adeo vt corpore nonnunquam (vt quidam volunt) debilis fieret. Eamobrem Chriſtus materno vocabulo ſæpe abſtinuit, proinde cum ipſo poſt magna charitate & pietate ingenti ſtantis ſub cruce curam haberet matris, quando maxime tamen noſtro iudicio ſuæ benignus dulciſque eſſe debuiſſet matri, non matrem ſed mulierem appellauit, cordis eius ſciens teneritudinem, quod facile ruptũ fuiſſet, ſi vel paulo dulcius matrem eam nominaſſet. Sic modo quoque cum pietas matris vehementer ſibi placeret, nõ tamen benignitate eſt vſus verborum, ne pietate affectam feruentius accenderet, & vnde corpore langueret, occaſionem daret. Octauum quod nos ædificat eſt fides conſtans Mariæ. Quomodo e͞m credidit certa eum hoc poſſe, credidit etiã ipſum hoc velle, alioquin nihil eidem de vino ſuggeſſiſſet, & poſtquam durius ſibi filium audierat reſpondentem, nihilo tamen ſecius credidit illum beneficium daturum. Quamobrem de filio certe nihilque hæſitans, in fide loquitur miniſtris, vt ſequitur:

[Margin: Iohannes Chryſoſto.] [Margin: Canti. 4] [Margin: Iohan. 19]

Dicit mater eius miniſtris: Quodcunq; dixerit uobis, facite. Erant aũt ibi ſex hydriæ poſitæ ſecundum purificationem Iudæorum, capientes metretas binas, uel ternas. Et dicit eis Ieſus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas uſq; ad ſummum.

Vides quia mater nihil hæſitans futurum expectat miraculum? Videſne quoque quam benigniter filius ſuæ condeſcendit obtemperatq; matri? Erant autem ibi ſex hydriæ poſitæ repletæ quidem mane aquis, ſed inde pro lauantibus interim exhauſta erat aqua, vt tunc non eſſent plenæ. Erat enim conſuetudo Iudæorum crebrius ſe lauare iuxta ſuas traditiones, quare in illum vſum & hydriæ ibi poſitæ erant & aqua, vt loturi paratam ſemper inuenirent aquam. Quapropter vt notius fieret miraculum, dicit miniſtris IESVS: Implete hydrias aqua. Capiebant autem ſingulæ metretas binas & ternas.

Metre-

Metreta menſuræ nominant genus iuxta illius regionis conſuetudinem, vt ſi diceretur hic duo aut tria quartalia, aut aliquid huiuſmodi, & impleuerũt eas vſq; ad ſummũ. Quot dñs Ieſus hic habuit miniſtros tot eoſdem habuit & miraculi teſtes. Eſt aũt non vile miraculum quo ipſius virtute ipſo ſedente, tacente, ac ita fieri tantum volente aqua in vinum mutata eſt.

Et dicit eis Ieſus: Haurite nunc & ferte architriclino.

Hic nono inſtruit nos dominus Ieſus in hoc, quod architriclino primum guſtandum vinum miſit, deferre his qui pręſunt honorem, quod apoſtolus quoq; monet
Rom. 13 Paulus, dicens: Cui honorem, honorem: hoc eſt, Cui honorem debemus, demus honorem, cui vectigal, vectigal impendamus. Neq; enim perſonarum eſt hęc acceptio, ſi vnuſquiſque iuxta ſuum ſtatum &
Prouer. 8 viuendi gradũ tractetur. Nam & his qui in officio, in poteſtate aut in honore à domino ſunt conſtituti (per me enim, inquit reges regnant, &c.) debemus tanquam à
Roma. 13 domino Deo conſtitutis honorem impẽdere. Omnis enim poteſtas à Deo eſt, & q̃
1.Tim. 5 poteſtati reſiſtit, ordinationi diuinæ reſiſtit. Et qui, inquit, bene præſunt duplici
1.Reg. 6 honore digni ſunt. Simus ergo humiles & nihil in oculis noſtris. Quibus ſi vlla debetur ſalus, hæc à ſola gratia & beneuolentia ſperetur & expectetur Chriſti.

Et tulerunt. Vt autem guſtauit architriclinus aquam uinum factam & non ſciebat unde eſſet: miniſtri autem ſciebant qui hauſerant aquam, uocat ſponſum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primo bonum uinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius eſt.

Hæc omnia Chriſtus ſponſo prædicere potuiſſet, ſed noluit, propterea, vt ignorante ſponſo, ignorante nuptiarum præpoſito architriclino, vnde hoc veniſſet vinum, perſcrutatio fieret ſeruorum neceſſaria. Quibus vt res geſta erat reſpondentibus ex bonitate id Chriſti didicerũt glorioſe quidem, ſed ſibi miſericorditer factum miraculum. Hic itaq; congruentior erat modus miraculi euulgandi, quo pedetentim multis interrogatis & diſcuſſis veritas tacente Chriſto, tacente eius quoq; matre, eluceſceret.

Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ, & maniſeſtauit gloriam ſuam. Et crediderũt in eum diſcipuli eius.

Hoc primum certe Chriſti aſtruitur miraculum, in quo ſicut mirabile eſt dominũ Ieſum (quem ad prædicandã ſobrietatem voluptatemq; confutandam & contemnendam in mundum conſtat veniſſe) voluiſſe hoc primo miraculo totũ illud conuiuium exhilarare optimo vino, ita ſatis dici non poteſt, quantum humanis neceſſitatibus pronus ſit ſubuenire. Nã vt hoc faceret miraculum nulla vrgebat viuendi neceſſitas. (Hæc enim tunc ibi aberat) ſed ſola tuendæ verecũdiæ famæq; honeſtas. Hoc autem pijſſimo cordi Ieſu ſufficiebat vt gloriam hoc miraculo commendaret patris, & ad ſalutem veniret hominum, quod & factum eſt. Nam non ſolum perfectius in eum crediderunt poſt hac diſcipuli, ſed multis quoq; alijs hoc miraculũ credendi occaſio in Chriſtum fuit, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

SERMO IN EADEM Dominica. De gloria contemnenda, & cuiuſmodi ſiue coniungi ſiue eſſe debeant coniugia.

MAnifeſtauit gloriam ſuã, Iohannis ſecũdo. Latuit dominus Ieſus triginta annis in hoc mundo, quibus vt filius
Ioſeph putabatur inglorius Lucæ
nec illi præ cæteris hominibus aliquid aſ-
ſcribebatur. Poſt hoc autem ſignũ, quod Iſaiæ
eius ſignorum omnium initium fuit, dicit Euangeliſta quod manifeſtauerit glo-
riam ſuam. Certe ſcriptum eſt: Gloriam Iſaiæ
meam alteri non dabo. Soli igitur Deo de- 1.Timo.
betur omnis honor & gloria. Quapropter Chriſto licuit manifeſtare ſuam gloriam. Nemini autem noſtrum id licet vt quærat ſuam gloriam. Vnde enim homo agnoſcet ſibi debere gloriam? Vnde glo-
riari quis poteſt? Quid habes quod nõ ac- 1.Timo.
cepiſti? Cur igit gloriaris quaſi nõ acceperis: quicq̃d ex te aut à te habes pctã ſunt,
de

de donis aũt tibi collatis gloriari non potes. Siquidem Dei dona tua non ſunt, ſed Dei. Pro his gloriam Deo debes. Nonne igitur vaniſſimum eſt in huiuſmodi gloriari quæ aliena ſunt, quæ neſcis quoq; q̃diu tecum ſunt? Quare quiſquis ſuam gloriam quærit, quiſquis vſurpat ſibi ſeipſum in hoc quærens, furatur Deo hanc. Eſt autem duplex gloria. Mundana & quaſi carnalis vna, ſpiritualis altera. Sunt enim qui gloriantur in diuitijs, in veſtibus, in poteſtate, in pulchritudine aut ſapiẽtia. Sed horum gloria nulla, neq; em̃ hæc omnia in quibus gloriantur eos iuuare poſſunt, aut liberare in die mala. Nihil hic tecum permanet, recedunt à te cuncta etiam te nolente. Imo potius tu ipſa deſeres, & ab illis recedes vel nollens. Propterea prophetæ
Ierem. 9 auſcultandum eſt monenti. Non glorie-
1. Cor. 1 tur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitijs ſuis, ſed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire & noſſe me, qa ego ſum dominus qui facio miſericordiam & iudiciũ & iuſtitiam in terra. Non igitur in vlla re caduca, neq; etiam in amicis ponas ſpem tuam, neq; in vlla creatura glorieris, niſi in domino Deo tuo, omnis em̃ creatura mendax eſt & fallit. Hoc
4. Reg. 20 vitio laboraſſe videtur Iezechias, qui nun-
Eſaiæ 38 cijs à rege Babylonis ad ſe miſſis omnia oſtendit quæ erãt in domo ſua, hoc eſt, quæcunque habebat precioſa. Verum, dominus illum obiurgans ei per prophetã prædixit omnia hæc transferenda in Babylonem. Eſt alia gloria inanis ſpiritualis quæ ex contemptu mundanæ gloriæ naſcitur. Verbi gratia: Quia diuitias fortaſſe & honores reliquiſti, quia mũdum & gloriam mundi contempſiſti, incipis iam tibi placere, & quaſi rem magnam feceris, nec niſi paucis imitabilem, in teipſo gloriari, item ſi tentatorem omnis boni hoſtem ſuperaſti, puta de luxuria, de gula alioq; vitio te inſtigantem, de victoria gloriaris atq; q̃d tam fortiter reſtiteris tibi places, tibi blandiris, & fortaſſe hoc notum alijs eſſe non cupiens, propterea in teipſo magis gloriaris. Vnde ſæpe fit vt qui ex vitijs non potueris ſuperari, ex virtutibus infirmeris.

Hoc namq; vitium inter omnia maxime latet, quandoquidem ex profectu atq; ex mortificatione vitiorum aliorum naſcitur. Vbique occurrit homini virtutum ſtudioſo. Si ieiunas adeſt, ſi cantas adeſt, ſi palàm facis quid laude dignum, vult ab alijs id videri, ſi hominum aſpectum declinas, de humilitate tibi blanditur, & nihilominus quaſi inuitum te óptas deprehendi. Reliqua vitia vel ætate, vel infirmitate, vel aſſiduitate pugnæ aut fatigantur aut profternuntur, vt minus ſæuiant.

Hoc vitium, quoties aliud vitium ſuperas ex victoria creſcit, naſcitur ex ſua morte. Comparatur hoc iccirco hydræ ſerpenti cui vbi vnum caput amputaueris plura repullulant. De hoc vitio expugnando pulcherrimum ſermonem ſcribit Bernardus Bernardus
Deo deuotiſſim9 de victoria Dauid cõtra Goliam Phiſtæum, alludens ad huius pugnæ ſimilitudinem, quod Dauid humilis 1. Reg. 16
iactabundum Goliath interemit proprio illius pugione. Hoc modo vanam hanc gloriam quoq; docet ſuperandam, verbi gratia. Si hac peſte fatigaris, & vbique gloriandi materia, vbique tibi fuerint inſidiæ poſitæ, arguas teipſum iudiceſque ſuperbiſſimum, à quo nihil procedat ſuperbia non inquinatum. Dic te omnium bonorum deſtructorem, omnium gratiarum Dei per ſuperbiam tuam euacuatorem. Dic te Deo ingratiſſimum, qui ex donis Dei ſuperbis, qui pro Dei beneficijs contumelias rependis. Mirare patientiam Dei, qui ſuperbiſſimum te tanta longanimitate tolerat. Hoc modo vbi te hoſtis diabolus, aut naturale hoc vitium tuum eleuare, vt tibi placeas, aut in te glorieris, perſuadere nititur, inde teipſum humiliandi, contemnendi, odiendi atque non aliter de teipſo quàm de ſuperbiſſimo aliquo ſentiẽdi materiam ſumas. Inde fiet vt teipſum ſuperbum iudicando humilis fias, inaniſque gloriæ appetitum gladio ſuo, id eſt, materia quàm miniſtrat puta ſi viliter de te ſentias atque iudices te ſuperbum, confodias. Sunt qui nimium paſſione hac fatigantur, adeo vt nihil efficere poſſint abſque vanæ gloriæ pulſu nihil tentare. Sunt ꝓpterea qui etiã puſillanimes fiunt ad inchoandũ perficiendũve opus aliq̃d bonũ, quare mox vbi bonũ aliquod ceperint, admouet ſe vana gloria, q̃ ſuũ quid ibi quærere molitur aut ſtabilire. Inde conterriti nõ audẽt in ceptis bonis ꝑgere ad perficiendũ, & retrahunt manus iam bene operantes. Tentat em̃ varijs modis diabolus, vel vt hac peſte vitioſos & infirmos ſibi ſubijciat, vel vt innocẽtes à bonis ſtudijs impediat, quem em̃ fallere non

poteſt

poteſt vt ſibi placeat,nec vt oculis placere
q̃rat alienis hunc tentãdo perplexũ facit
vt nihil audeat boni facere,ne gloriæ va-
næ,laudatum aliquid faciendo,ſeruire vi-
deatur.Quem igitur non poteſt inducere
ad peccatum,nititur per timorem ne pec-
cet,impedire à bono. Haudquaq̃ igitur
hoc modo profliganda eſt vana gloria,vt
pro huius euitatione à cœptis bonis deſi-
nas,ſed vt potius gloriam ipſam vanam
contemnas. Optimum igitur cõtra vanã
gloriam remedium eſt vt primum firmiſ-
ſimo pacto ſtatuas in animo tuo,nihil cõ
tra humilitatẽ, nihil ex vana gloria agen
dum,non vt quicquid cum appetitu ina-
nis gloriæ ſuggeritur mox cõtemnas,ſed
vt gloriæ appetitum contemnas, vt eo a-
nimo quo ſuggeritur,id eſt, ex motu ina-
nis gloriæ nihil facias. Sit igitur ꝓpoſitũ
tuum firmum atque conſtans,per vanam
gloriam nihil agere, ſit etiam ſimile pro-
poſitum propter timorem vanę gloriæ ni
hil velle omittere, ſed ſtudia bona conti-
nuare,intentionem facere rectam, & ſibi-
los illos vanæ gloriæ contẽnere.Dic paſſi
Matt.4.16 oni huic vitioſæ,illam exibilans. Propter
Marci 8 te hoc opus non faciam,neq; etiam inter-
mittam,faciam aũt id quod facturus ſum
propter amorem domini mei Ieſu Chri-
ſti.Vade retro Sathana.Vanæ itaque glo-
riæ contemptus eſt neceſſarius,vt tam vi-
lem paſſionem minoris æſtimes,quàm vt
propter illam facias quicquã,aut propter
illam vitandam boni aliquid intermittas.
Sentire motus vanæ gloriæ non eſt ratio-
nis,ſed ſenſualitatis,conſentire vero eſt ra
tionis.Quamobrem nihil tibi damnatio-
nis eſt,ſed in virtutis tibi vertitur exerciti
um,ſi impugnaris. Neq; enim ſentire idẽ
eſt q̃d cõſentire.Si titillationem aut phan
taſias vanæ pateris gloriæ,diſpliceant tibi
& nihil propterea quod alioqui non eſſes
facturus,agas,ſed & propterea quod eras
facturus bonum haudquaq̃ poſtponas.
Hæc obiter dicta ſint, quare legimus q̃d
dominus Ieſus manifeſtauit gloriam ſuã.
Matth.11 Hic manifeſtare potuit, quia humilis &
mitis eſt corde,hic potuit manifeſtare,q̃a
ſoli illi debetur. Manifeſtauit autem in ſi-
gno hoc,quo mutauit aquam in vinum,
in alijs miraculis inde ſequentibus.Mira-
culum hoc factum eſt, de quo præſens ait
Euangelium,dum annum ætatis ſuæ age
re Ieſus inciperet triceſimum primum in
die Epiphaniæ. In eodem die,anno ſupe-
riori,quo Chriſtus annum incipiebat tri- Luc
ceſimum fuit baptizatus idem à Iohanne.
Quo die etiam primo ſuæ natiuitatis an- Matth.
no idem dominus, à tribus fuerat magis
viſitatus.Nuptiæ igitur factæ ſunt in Ca- Iohan.
na Galilææ,& erat mater Ieſu ibi,vt muli
erum vna ad quam pertinebat diſponere
de nuptijs. Vocatus eſt aũt Ieſus vel ideo
quod conſanguinitate eſſet ſponſo iun-
ctus, vel quod religio, ac eius ſanctimo-
nia mundo iam incipiebat manifeſtari,at
que in opinionem venire hominum.Nar
rabatur eñ Iohannis teſtimonium de eo
euulgabatur,quæ Nathanaeli ſecreta atq; Iohan.
ipſius abſcondita nunciauerat,&quod di
ſcipulos colligebat. Quia igitur mundo
iam notus fieri incipiebat, vocatus eſt ad
nuptias,vt propter ſanctitatis ipſius præ-
ſentiam nuptiæ timentium Deum bene-
diceretur.Inde quoq; factum eſt,vt ratio-
nabile matri videretur Ieſum filiũ ſuũ in-
ducere ad miraculũ faciẽdum,quo fideli-
um horum ac pioꝝ hominum, qui voca-
uerant Ieſum conſolaretur remunerare-
turq; deuotio. Ingenti nanq; compaſſiõe
pijſſima Ieſu mater mota ad bonos illos
homines,qui filium ſuum honorauerant
cum eis videret vinum deficere,filio locu
ta eſt,vini defectum,ſimulq; ſponſi & ſpõ
ſæ verecundiam eidem nuncians. Quod
tamen pauciſſimis effecit verbis, nihil de
eius omnipotentia hæſitans, nihil de illi9
dubitans charitate ac pietate,quem confi
dentiſſime credebat facturum, quod ipſa
ſubindicabat:adeo vt precem iungere ſu-
perfluum illi videretur. Simul tamen etiã
nobis oſtendere voluit ſe,quæ tam ſollici-
ta fuerit vel vltro circa ægeſtatem alienã,
quàm prompta,quàm diligens,quàm cõ-
patiens deniq; nobis ſit, in neceſſitatibus
noſtris ſpiritualibus inuocata. Quam be-
nigne pro nobis loquatur,quàm fideliter
roget,quàm efficaciter impetret,quàm de
mum miſericorditer, quod impetrauerit
nobis impartiatur. Conſiderandum hic
Chriſtum veniſſe ad nuptias, quo hono-
raret matrimonium, quod eſt eccleſiæ ſa-
cramentum. Significat enim coniunctio-
nem Chriſti atq; eccleſiæ,ſignificat quoq;
vnionem Chriſti cum qualibet fideli ani-
ma, maxime autem, ſignificat vnionem
verbi cum humana natura. Duæ enim na
turæ,puta diuina & humana in vnam per
ſonam in Chriſto vnita ſunt. De nuptijs Hebr.
carnalibus ſi cum Dei agantur timore,ve
rum

Hebræ.13 rum eſt illud, Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Cuiuſmodi autem eſſe debeat connubium ſeu matrimonium, aut in voluntate contrahendi, hoc eſt, in intentione, aut in coniunctione, aut in conuictu paucis dicam. Primo enim neceſſaria eſt pura ſanctaque intentio, vt vir vxorem ducat, aut fœmina nubat viro præcipue propterea, vt prolem proleſve accipiat, quas in Dei timore & ad diuinum cultũ erudiat, & quantum in ſe eſt, cogat: cupiens Dei honorem & colentium Deum numerum in hoc augere. Hæc eſt præcipua ſanctiſſimaq; intentio, & contrahendi & conſummandi matrimonij. Eſt alia intentio ſimiliter licita, non tamen pari gradu meritoria, vt quis contrahat cum vxore, quo refrænare ſe poſſit ab illicito concubitu fornicario, aut ediuerſo. Ita eñ loquitur Paulus, quamuis id non dicat iuxta imperium, ſed iuxta indulgentiam: Vnuſquiſque vir vxorem ſuam habeat, & vnaquæq; ſuum virũ habeat propter fornicationem, ſcilicet vitandam. Hac intentione firmata quæ præcipua ſit quæ moueat ad contrahendum, ſi aliquid tunc ſiniſtri coinciderit, puta vt formoſam malit, quàm deformem vxorẽ, diuitem quàm egenam (modo Dei contemptricem & facinoroſam nolit) veniale eſt, aut ſi modo licito Deoque ſubiecta voluntate id optetur, poteſt (vt ſpero) abſque omni peccato deſiderari. Secundo, in coniunctione opus eſt, vt in Dei timore coniungãtur timentes & orantes Deum, à quo ſibi detur vt illi primum mereantur coniungi, nec aliter niſi in Deo ſe diligere, atq; cuncta quæ ſibi eueniunt, omnia quæ faciunt, in Dei beneplacitum ac gloriam dirigere proponant. Legant cõiunctionem Tobiæ iunioris & Saræ ſanctorũ coniugum. Septem enim viros, qui Saram propter eius pulchritudinem iniqua concupiſcentia duxerant, prima nocte dum illi vellent concumbere dæmon interfecit. At vero dum iunior Tobias veniſſet eius cognatus (cui ſecundum legem debebatur ipſa vxor) huic ex angeli iuſſu eſt coniuncta, & quia vt inſtruebatur ab angelo fecit Tobias, nihil mali paſſus à dæmone eſt. Nec ſolum non eſt correptus, verumetiam improbo ſpiritu penitus fugato accepit virginem cum timore domini. Hoc autem eo factum eſt modo: Tobias dum audiſſet Saram viris ſubinde ſeptem nuptam, & eoſdem ad vnum viros omnes à dæmone mox præfocatos, eam propterea accipere recuſabat, ne ſibi quoq; idipſum cõtingeret, timens. Quare ab angelo hortatus eſt dicente: Audi me, & oſtendam tibi qui ſunt quibus præualere poteſt dæmonium. Hi nanq; qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe & à ſua mente excutiant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus in quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæmonium ſuper eos. Tu autem cum acceperis eam, ingreſſus cubiculum per tres dies continẽs eſto ab ea, & nihil aliud niſi orationibus vacabis cum ea. Et paulopoſt: Tranſacta autem tertia nocte accipies virginem cum timore domini, amore filiorum magis, quã libidinis ductus. Hanc angeli exhortationem Tobias diligenter audiens, cum ad virginem eſſet ſponſam introductus, eandem hortatus eſt, dicens: Sara exurge & deprecemur Deum hodie & cras, & ſecundum cras, quia his tribus noctibus Deo iungimur, tertia autem tranſacta nocte, in noſtro coniugio erimus, filij quippe ſanctorum ſumus, & non poſſumus ita coniungi, ſicut gentes quæ ignorant Deum. Surgentes autem pariter inſtanter orabãt ambo ſimul vt ſanitas daretur eis. Dixitq; Tobias: Domine Deus patrũ noſtrorum & cætera. Et nũc domine tu ſcis, quia non luxuriæ cauſa accipio ſororem meam coniugem, ſed ſola poſteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in ſeculũ. Sic locutus eſt Tobias ad ſuam ſponſam, ſicque in Dei timore illi coniunctus eſt. Cuiuſmodi nuptiarum formam, vt imitentur omnes hortandi ſunt. Tertio, in conuictu coniuges ſe opus eſt vt integre ſancteque diligant. Nihil tamen coniugis eſt amore faciendũ, quod Deo diſpliceat. Amor hic & concordia coniugum ſi fundatur in Dei amore, leuem facit omnem tribulationem. Qui ſi coniugibus defecerit, nullæ eos conſolantur diuitiæ, nulli honores, nulla denique felicitas terrena. Debent itaque ſimul coniuges viuere vt in nulla re alteri alter conſentiat contra Deum, in reliquis omnibus concordes. Seipſos mutuo ad virtutum profectum, ad obſeruantiam præceptorum, tam Dei quàm eccleſiæ, ad omnem iuſtitiam, ad omnem miſericordiam, ad iniuriarum obliuionem, ad continentiam, ad deuotionem bonis perſuaſionibus cohortentur.

Marginal notes: 1. Cor. 6 — Tob. 6. 7 — Tobiæ 6 — Ibidem. — Pſalm. 31

1.Cor.7 Vir, vt inquit Apoſtolus, vxori debitum reddat, & vxor viro. Laudandus tamen eſt vterq;, ſi alter eorum cui continentia magis placet, licitam aliquam occaſionem alteri non petendi debitum aut præbeat, aut continendi, ſalua tamen ſemper obedientia & iure vtriuſque. Contentionum & irarum materiam alter alteri amoueat, offenſum placet, ſtatuta eccleſiæ & ieiunia iuxta ſuum ſtatum obſeruent. Itaque debet vxori maritus dilectionem ſicut cor-
1.Cor.14 pori ſuo, debet inſtructionem (propterea iubet Apoſtolus mulieres ſi quid diſcere volunt, domi viros ſuos interrogare) debet correptionem ex charitate prodeuntem, debet regimen & directionem, præſertim in rebus magis arduis, debet pacificam ſocialemq; cohabitationem, ad extremum carnalis debet debiti ſolutionem. Pari modo vxor viro poſt illius amorem & honorationem debet ſubiectionem & thori fidem. Non tamen decet virum ſuã habere vxorem vt ancillam, nec dire ei dominari, ſed agnoſcere conſortem, eamque vt ſororem modeſte dirigere, conſolari et conſilia cum eadem ſua tractare. Sciant coniuges debitum poſſe reddere abſque vllo peccato propter obedientiam, poſſe etiam exigere cũ merito cauſa prolis, aut cauſa fornicationis euitandæ in ſe, aut in altero. Informentur, ſi ita libidinoſe alter miſcetur ſuo coniugi, vt ſimili modo, cuicumque alteri paratus foret extra coniugium copulari, non diſcernens inter vxorem & mulierem, aut inter virum & maritum peccare eos mortaliter, quia vir vtitur ſua coniuge, non vt coniuge, ſed meretrice, & mulier viro, non vtitur vt viro, ſed vt lenone. Si tamen ex libidine conueniant, ita tamen quod neuter eorum conſentiret in carnalem actum extra matrimonium, nec limites iuris coniugalis, nec naturæ ordinationem, legesq; diuinas excedant, non ſunt dicendi peccare mortaliter. Videãt tamen & in ſecreto moneãtur coniuges, quandoquidem tam multa fœda, inordinata, & iuxta coniugij leges inſueta atque contraria ſæpenumero exercent (maxime vbi fuerint iuuenes & libidinoſi) abſque timore Dei viuentes, qui ſuis ſpurcitijs & abominationibus grauius offendunt Deum, quàm ſi eadem extra coniugium agerent. Vbi vero Dei fuerit timor, hic docet in omni ſtatu, quomodo ſit viuendum. Propterea vos hortor omnes, vt timeatis DEVM, horrentes illum offendere, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

DOMINICA IIII. POST DOMINI natiuitatem, epiſtola Beati Pauli Apoſtoli, ad Romanos XII.

NOlite eſſe prudentes apud uoſmetipſos. Nulli malum pro malo reddentes: prouidentes bona, non tantum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri poteſt quod ex uobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes, non uoſmetipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ. Scriptum eſt enim: Mihi uindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Sed etſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius. Noli uinci a malo, ſed uince in bono malum, in Chriſto Ieſu domino noſtro.

PARAPHRASIS IN EANDEM epiſtolam.

HAec epiſtola eundem ſermonem, quem ſuperiori dominica audiſtis continuat. Vbi
Roma.12 ẽm prior epiſtola finit. Non alta ſapiẽtes, ſed humilibus conſentientes, ibi hodierna incipit: Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. Vbi non omnẽ prudentiam inſectatur, quandoquidem ſcriptum eſt: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. Et Petrus dicit: Eſto- Matt. 1.Pet.
te

te prudentes & vigilate in orationibus.
Sed hanc prudentiam reprobat, quæ eſt a-
pud ſeipſum. Itaque vbi tenacitas proprij
eſt ſenſus, vbi nulli conſilio acquieſcitur,
vbi conſilium proprium placet, ibi eſt pru
dentia apud ſeipſum. Dicit itaq; Paulus
in epiſtola: Nolite eſſe prudẽtes apud voſ-
metipſos, ſeu in æſtimatione veſtra. Noli-
te vobis prudentiam arrogare. Qui enim
ſibiipſi prudens eſſe videtur, hic cum ar-
rogantia ſtultus eſt. Nulli malum pro
malo reddentes. Qui enim malumpro
malo retribuit, aut ſimile, aut grauius pec
catum admittit. Ille enim qui alteri malũ
prior intulit, fortaſſe malum quod intu-
lit, malum eſſe neſciuit. Hic autem qui ma
lum reddit, hoc ipſo quod ad vlciſcendũ
ſe parat probatur malum ſenſiſſe, quod læ
Prouer. 20 denti ſe reddere tentat. Hoc idem Sapiens
monet: Ne dicas, Reddam malum pro ma
lo. Expecta dominum & liberabit te. Et
1.Petri 3 Petrus ait: Non reddẽtes malum pro bo-
no, ſed econtrario benedicẽtes. Chriſtus
quoque: Benefacite, inquit, his qui oderũt
Matth. 5 vos. Prouidentes bona non tantum co-
Lucæ 6 ram Deo, ſed etiam coram omnibus ho-
minibus. Non ſatis ſit vobis, inquit, ſynce-
ram bonamq; habere coram Deo intenti-
onem, niſi & prouideatis quantum in vo
bis eſt, vt quod facitis, id proximo abſque
ſcandalo ſit. Non tamen hoc neceſſarium
eſt, vt opera veſtra hominibus placeant,
ſed opus eſt vt à vitio ſpecieve mala ſint
aliena, ne ſcandalizent. Et quamuis diffi-
culter fieri poſſit, quantum tamen fieri po
teſt, & quantum ex parte erit veſtra cum
omnibus pacem habete. Difficile eñ non
erit in pace eſſe iuſtis: ab omnibus autem
pacem habere, & omnium ſentire charita
tem vix poſſibile eſt. Nam verba iuſtorũ
& opera ſunt iniquis contraria. Maxime
autem, quia haud raro cogũtur boni pec-
cata reprehendere aliena, diſſentire, repu-
gnareq; voluntatib9 aliorum: quare non
poſſunt non offendere. Verum ſi aliena
corda turbantur quantũ ad vos attinet in
quit, veſtra ſint corda in pace. In qua tũc
recte ſunt, cum propter Deum ab omni
cauetis offenſione proximi, quando cha-
ritatis iura proximo ſeruatis integra, quã
do quicquid illi debetis exoluitis: quan-
do denique propter Deum vbi oportet
hominem offendere nõ timetis. Eſt enim
ex charitate odium, non quidem odium,
ſed zelus qui odium ſanctum aut perfe-
ctum dicitur, ꝓpterea quod iniquitatem
odiat. De quo in Pſalmo: Iniquos odio ha Pſalm. 118
bui, legem autem tuam dilexi. Hoc odio
etiam offenderat homines qui dixit: Per-
fecto odio oderam illos, puta iniquos. Pſalm. 138
Quod niſi faceret in pace non conſtitue-
retur. Sed audi quid ſequitur: Inimici fa-
cti ſunt mihi. Propterea dicit Paulus:
Quod ex vobis eſt pacem cum omnibus
habeatis. Vt videlicet iniurioſa omnia ca-
ueatis, charitatis vbi oportet impendatis
officia, nec quando debetis eruditionem
correptionemq; negligatis, à peccantibus
diſſentientes omnibus. Quod ſi perſecuti
onem propter a patiamini, audite Paulũ
quid moneat: Nõ voſmetipſos ſitis defen
dentes chariſſimi, quia & contentiones, ri
xæ ac pugnæ ad nihil aliud niſi ad ſubuer
ſionem audiẽtium proſunt. Veſtrum qui-
dem eſt neminem lędere, ſed ſi quis vos lę
dere voluerit, date vos locum iræ. Cedite
hoſti, ac ſinite illum quàm voluerit in vos
iram explere. Scriptum eñ eſt: Mihi vin-
dictam & ego retribuam. Non prohibet Deut. 32
tamen velle, ſi tibi iniuſtitia fiat, vt hoc ab
eo qui debet puniatur, ſed vt vlciſcendi a-
nimo neq; velis, neq; reddas cuipiam ma
lum. Neq; enim eſt vt appetas vindictam
ſed derelinquentis correctionem. Iuſti
nanq; ſuos magis cupiunt inimicos corri
gi quàm puniri. Sed audi benignum corri
gendi modum: Si eſurierit inimicus, tuus
ciba illum, ſi ſitit, potũ da illi. Et hoc mo-
do ſimilia in alijs eius indigentijs fac illi.
Hoc enim faciens cõgeres carbones ignis
ſuper caput eius, id eſt, in mentem eius v-
rentes accumulabis cogitationum ſtimu-
los. Dolebit enim ſe iniuriam feciſſe ei, à
quo bona recipit, indeq; ipſum lucraberis
vt depoſito odio te diligat. Noli vinci à
malo, ſed vince in bono malũ. Cum ma-
lo, hoc eſt, cum vitijs non tantum permit
titur nobis, ſed iubemur etiam vt pugne-
mus ſaltim, non vincamur. Certamen bo-
num eſt pugnaq; ſalubris, quo tu bonus
vitio & malo te opponas. Quod ſi victus
fueris, & malo conſenſeris iam duo erunt
mali. Itaque ſi tibi diſplicet malus, noli fie
ri malus, noli illũ imitari, ſed vince in bo-
no malum. Erga hominem patiens eſto,
& patientia vince malum. Nam ſi tua pa-
tientia inimicum aut iracundum feceris
miteſcere. Si manſuetudine tua, vt iniuria
perſecutioneve abſtineat, illum induxeris
malum viciſti.

EXEGESIS EVANGELIJ dominicæ IIII. poſt domini natiuitatem, Matthæi VIII.

ANTE EVANgelium huius dominicæ legitur dominus Ieſus aſcendiſſe in montem, in quo octo beatitudines, hoc eſt, legis euangelicæ pfectionem docuit, dicens: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati mites, quoniam ipſi hæreditabũt terrã, & reliqua in quibus nobis pfectionis cõſtituit regulam. Siquidem opus ſibi à patre commiſſum, quo ouem perditam recuperaret, quoq; diſperſos Dei filios congregaret in vnum prędicando exordiebatur, propter quod in mũdum miſſus venerat. Idcirco poſthac ſibi nõ pepercit mane & ſero prædicãs, vadensq; de ciuitate in ciuitatẽ, de loco in locũ, quo tp̃s nobis adeſſe nunciaret acceptabile, tempus euangelizaret ſalutis, exhiberet ſe mundo lumen, inuitaret nos à tenebris ad lucem, vt ambularemus in ſemitis eius. Poſt igitur illum, quem in monte fecerat ſermonem, ijs quę prædicauerat adhibere voluit teſtimonium, & prædicationi ſuæ facere fidẽ apud auditores, quo verbis ſuis veritas, virtus & ſalus ineſſe crederetur, de monte ad facienda miracula deſcẽdit. Miracula enim & ſigna quæ fecit dominus Ieſus, ſunt tanquam ſigilla in literis quibus cõfirmatur veritas prædicationis eius. Quamobrem? Si non, inquit, opera feciſſem quæ nemo alius facere potuit, peccatum non haberent, in me ſcilicet Iudæi non credendo. Itemque: Opera quæ ego facio, illa teſtimonium perhibent de me. Item: Si mihi non creditis, operibus credite. Itaque de monte deſcendens dominus duo mox patrauit miracula quæ Euangelium recitat hodiernum. Dicit itaq; Euangeliſta:

Matth. 5 · Iohan. 11 · 2.Cor. 5 · Auguſtin. · Iohan. 15 · Iohan. 10 · Ibidem.

Cum deſcendiſſet Ieſus de mõte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ.

In hoc mõte ſermonem dominus de perfectione bene longum texuit, duoque eſt miracula operatus. Mons enim ille non fuit Olіueti, ſed mons quidam Galilææ, fortaſſis mons Thabor. Secutæ ſunt autem eum turbæ multæ, alij vt diutius illũ audirent perfectiusq; ab eo inſtruerẽtur. Alij propterea quod in eius pulchritudine, in venuſtiſſimis eius moribus, in ſuauiſſimaq; ęius conuerſatione delectabantur. Quidam etiã ex vanitate ſequebãtur quo perciperent noua. Alij ex neceſſitate vt curarentur à languoribus ſuis.

Et ecce leproſus quidam ueniens adorabat eum, dicẽs: Domine ſi uis, potes me mundare.

Pulchre miraculi poſt ſermonem occaſio datur, vt ſupernaturalẽ eruditionem Chriſti operatio confirmaret ſupernaturalis. Si enim malo docuiſſet, ſi mẽdacium eſſet locutus, nullo modo Deus faciendo miraculum, teſtis foret eius mendacij. Leproſus iſte non interfuit ſermoni domini in monte, quia ſecundũ legem à populo excludebatur, credidit tamen ſecundum aliquos dominum Ieſum Meſſiam Chriſtũ atq; Deum, ideo adorauit eum, dicẽs: Domine ſi vis, potes me mundare. Nondum viderat miraculum, ſed fama inuitatus eruditionis Chriſti opem ſibi ferẽdam ab eodem petiuit. Vide tamen qua modeſtia vtitur, ac ſapientia ſuam petitionem in domini transferens arbitrium, deſiderio ſuo ante inſinuato. Dicit em̃: Domine ſi vis, potes me mundare. Quaſi diceret: Domine, tu feciſti cœlum & terram & omnia, tu omnia potes. Voluntas tua ipſa eſt poteſtas tua & opus tuum, opera enim tuæ obediunt voluntati. Te aliquid velle, eſt perficere. Ego quidem deſidero mundationem lepræ, ſed nolo tibi eſſe moleſtꝰ, nolo tuæ eſſe voluntati contrarius. Neſcio quid tibi placeat, q̃d mihi expediat ambiguus ſum, niſi quod tuæ voluntati obedire certiſſimam ſcio eſſe mihi felicitatem. Quicquid igitur vis, erit mihi id ad ſalutem, erit mihi bonum. Vnde, ſi vis, potes me mundare. Veruntamen tuæ id prouidentiæ committo. Deſiderium quidem meũ tibi manifeſto, at illud tuæ voluntati ſubijcio. Videte quàm plenus eſt fide q nullo adhuc viſo miraculo dominum credidit omnipotentem, ei ſe commiſit vt ſapientiſſimo vt beneuolentiſſimo ſeſe ſubiecit. Nihil de poteſtate dubitat, nec de eius hæſitat bonitate, idcirco non pro ſua orat emundatione, ſed orandi tantum deſiderium & impetrandi fiduciam indicat. Si vis, inquit,

Leuit. · Eſthe

quit, potes me mūdare. Credo quia tu es
4. Reg. 5 qui Nahaman Syrum mundaſti à lepra.
Iob. 14 Quis enim poteſt alius facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nonne tu qui ſolus es? Potes igitur non ſolum à Deo impetrare mihi ſanitatem, vt prophetæ fecerunt ſancti, ſed potes, ſi vis, ipſe
Sapien. 12 me mundare. Subeſt enim tibi cum volueris poſſe. Diſce hic orandi formam, diſce quàm reſignato debeas animo accedere ad orandum Deum. Vide etiam quàm verecunde ſuum inſinuat leproſꝰ hic deſiderium. Poſtremo, vide quàm vtilis illi fuerit infirmitas. Inde eñ motus eſt quærere Ieſum. Inde motus eſt Ieſum adorare. Inde eſt motus Ieſum cōfiteri Deum. Recte
Pſalm. 15 igitur Pſalmiſta dicit: Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerauerūt.
Pſalm. 82 Item: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuū domine. Nouit hoc benigniſſimus pater quid ſuis expediat filijs. Vbi enim corda ſentit dura, vbi mundanis inuenerit rebus atque amoribus corda nimis implicata, ſolet illis plerūq; mittere aduerſitates per quæ ad ſe redeant ærumnoſi, quoniam venire nolebant ſani. Hoc eſt verbum illud quod in alia parabola ſeruo mandat dominus qui cœnam
Lucæ 14 fecerit magnam, dicens: Compelle intrare, vt impleatur domus mea. Pro hac charitate ſingulares ſunt Deo gratiæ agendæ, quod non ſinit te licentioſe iuxta deſideria tua viuere, atq; impune peccare, ſed iuxta prophetam ſepit viam tuam ſpinis, vt cum velis non præualeas etiā peccare, nec peccandi vias tuas antiquas inuenire poſ-
Oſee 2 ſis. Obices enim & impedimēta vijs & deſiderijs tuis opponit, puta imfirmitates, ignominiam, paupertatem, calamitatem qua errantem reuocet, hallucinantē ſiſtat, pereuntem reducat atq; reſtauret. Propterea idem dicit Pſalmographus: In chamo
Pſalm. 31 & fræno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te.

Et extendens manum ſuam tetigit eum, Ieſus dicens: Volo. Mundare.

Quis Ieſum dubitet mundationem agere
Math. 8 potuiſſe leproſi ſine tactu manus? Quod & paulo poſt fecit cum ſeruo Centurionis, quem ſolo nutu pronunciauit ſanum niſi qui non perfecte credit in eum? Voluit tamen ſæpenumero vti humanitate tanquam medio atque organo quodam, ea quæ diuinæ ſunt virtutes, & quæ ad noſtram ſpectant ſalutem operās. Nihil præterea mireris quod dominus leproſum tetigiſſe legitur, cum in lege ſit Moſi prohibitus tactus leproſi. Quia Chriſtus non Exod. 19
erat legi ſubiectus, ſed dominus legis, nec præceptum hoc in Chriſto hic habuit locum. Prohibitum enim erat non tangere leproſum, ne tangens inquinaretur. Chriſtus vero non potuit inquinari, ſed tactu dextræ ſuæ lepram fugabat, quare tactus ipſe non fuit contra præcepti intētionem. Tetigit etiam dominus leproſum, tametſi abſque tactu beneficium præſtare potuiſſet vt ſuperbiam noſtram aut nimis delicatam conſuetudinem argueret, qui infirmos nimium horremus, docens nos neminem debere ſperni, neminem non conſolari.

Et confeſtim mundata eſt lepra eius. Et ait illi Ieſus: Vide nemini dixeris.

Non ſolum lepra corporis verumetiam animæ ei ablata eſt, puta interioris hominis. Vide, inquit, nemini dixeris. Hoc intelligendum eſt vt nemini ſe dicat mundatum, nec euulget miraculum, antequā à ſacerdotibus agnoſcatur indiceturque mundus. Noluit enim cæcis, hoc eſt, inuidis, quantum in ſe erat, ſcandalum præbere dominus Ieſus. Videtis humilitatem domini Ieſu qui potuit leproſos mundare, quomodo omnes depellere potuit morbos, tamen noluit eos quos curauit (vbi exigebatur ſacerdotum iudicium) abſque iudicio eorundem vt mundos haberi, ſed diuinam ſuam quoque virtutem (quæ operabatur miracula) iudicio ſubiecit ſacerdotum, quandoquidem quos diuina virtute ipſe curauit ſacerdotum iudicio adhuc examinandos, an vere ſcilicet mundi eſſent, ſubiecit. Poteſt autem & alius quoque hic eſſe intellectus, quare nemini voluerit dici miraculum. Certe quod omēs Math. 8
videbant (turba enim erat ibi hominum maxima) non potuit latere. Quo ergo attinebat vt prohiberet miraculum ſeu beneficium diuinum nemini dicendum? Credendum eſt aut ante iudicium ſacerdotum vt dixi, nemini ſe oſtentare iactareve debere pro mundo, aut illud præceptum non fuiſſe prohibitiuum, ſed indicatiuum & inſtructiuum. Quare eius non fuerit voluntas mundato præcipue vt ta-

 ceret

ceret, ſed nobis omnibus indicare, quod manifeſtari non cuperet, nec hominum gloriam affectaret. Potuit ſuſtinere vt homines miraculum ſcirent, nunciarentque ad animarum ſuarum ædificationem, ſed prohibendo, euulgari id ſolum voluit, vt ſciremus quod hoc miraculum faciendo gloriam non quęſiuit ſuam, non quod ſibi à gloria vana (cui ſoli omnis debetur gloria) timuerit, ſed quia nobis metuebat ne imponeret nobis gloria inanis, auferretque boni operis à nobis omnem fructum. Ideo docuit nos cum bona opera fecerimus, non eſſe gloriæ auidos, ſed poti⁹ deſiderare nos manere in occulto & abſque gloria, quàm manifeſtari aut laudari, tametſi opus factum ſit in publico. Non ergo hoc modo præceptum erat vt occultaret, nec manifeſtans delinquebat, ſed nobis ex verbis his: Vide nemini dixeris, eruditio inferebatur vt appetamus non prædicari aut laudari.

1.Timo.1

Sed uade, oſtende te ſacerdotibus, & offer munus tuum, quod præcepit Moſes in teſtimonium illis.

Sacerdotes te videant & iudicent, qui ſi mundum videntes, te inter homines viuere decernant, ac mundũ pronuncient. Hic Chriſtus nos ſub lege gratiæ viuentes docet, quanquam ipſe ſit qui nos mundet à lepra peccati, idque per cõtritionem, quæ ſæpenumero, vt debet, præcedit confeſſionem, nihilominus tamen mittimur, quãuis coram Deo mundati ad ſacerdotem, cui noſtra confiteamur peccata. Quibus auditis & perſpectis nobis, an plaga hæc lepræ, hoc eſt, an voluntas peccandi in nobis curata ſit iudicat nos mundos, & iuſtos pronunciat.

Cum intraſſet autem Ieſus Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio rogans & dicens:

Capharnaum ciuitas fuit, ac metropolis Galilææ. Quod vero acceſſit ad eum Centurio, non intelligendus eſt in ſua perſona acceſſiſſe, ſed Iudæorum ſeniores miſit legatos, vt Lucas ait, pro ſe. Qui cum veniſſent ad Ieſum, rogabant eum ſolicite, dicentes: Dignus eſt vt illi hoc præſtes. Diligit enim gẽtem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. Quod lucidius pauloque poſt in eodem loco monſtratur. Sequitur enim quod Centurio renunciari fecerit Chriſto: Meipſum non ſum arbitratus dignum, vt venirẽ ad te. Per internuncios igitur loquens Centurio dixit:

Lucæ 7

Domine, puer me⁹ iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Ieſus: Ego ueniã & curabo eũ.

In Luca dicitur eo ꝓceſſiſſe infirmitatem vt naturali modo aliud non ſupereſſet, ꝙ mori. Vide hic quã fidelem ſe præſtet dominum Centurio, imo magis patrem quã dominum erga ſeruum infirmum. Et ait illi Ieſus, ſcilicet per internuncios. Ego veniam & curabo eum, hoc eſt, paratus ſum venire ad domum tuam, & tuum curare ſeruum ſi vis aut optas. Non enim aſſertiue hoc loquitur Chriſtus (quia futurum præſciebat vt nõ eſſet in eius domum venturus) ſed dicit id beneuolentiam oſtendendo, qua, ſi optauerit paratus ſit venire. Multæ huius Centurionis virtutes hic oſtendũtur. Habuit enim magnam fidem. Nam credidit Chriſtum etiam abſentem ſolo imperio infirmitates poſſe curare, vt pote cui obedirent omnia, nec tantã graſſari poſſe in homine infirmitatem, quam curare non poſſet. Fuit mirum in modum humilis, ideo ex humilitate ad dominum venire abſtinuit, arbitrãs ſe indignũ (cum eſſet gentilis ſeu paganus) venire ad tam ſanctum Dei. Non audebat alloqui, nõ audebat domo ſua ſuſcipere Chriſtum, non quod nõ deſideraret, ſed quod indignum ad hoc ſe æſtimaret. Habuit præterea magnam charitatem, qui tam feruenter, tam conſtanter, tamq; affectuoſe rogauit pro ſuo ſeruo, quẽ præ ingenti dilectione puerum nominauit, non ignarus illius Eccleſiaſtici: Seruus fidelis ſit tibi quaſi filius. Vide hic quoq; humilitatem Chriſti. Rogatus à regulo ad ipſius filium venire noluit non rogatus ad Centurionis ſeruum venire paratiſſimus fuit, adeo perſonarum haudquaq̃ acceptor. Chriſti reſponſione accepta, audiens ꝙ ad domum pararet ſe Ieſus venire illius, mox renunciat Centurio humilime, dicens vt ſequitur:

Lucæ 7

Eccl

Iohan

Et reſpondens Centurio, ait: Domine, non ſum dignus ut intres ſub tectum meum, ſed tãtum dic uerbo, & ſanabitur puer meus.

Sciebat Centurio ꝙ aboĩabile eſſet viro Iudæo

dæo in domum ire Pagani, ideo moleſtũ nimis putabat Chriſto futurũ vt ad ſe veniret. Nõ dubium eſt Centurionẽ illuſtratione diuina fuiſſe imbutum, qui virtutes diuinas haberet infuſas, vtpote vir religioſus, bonus ac timens Deũ, quemadmodũ de Cornelio in Actis apoſtolorũ legitur. Nam quod Iudæis ſynagogam ædificauerat indicabat quod vnius Dei veri cultor animoq; Iudæus erat. Explicat autem fidem ſuam plenius, qua credit Chriſti corporalem præſentiam non eſſe neceſſariã, ſed virtutem, hoc exemplo.

Acto.10

Lucæ 7

Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus habens ſub me milites. Et dico huic: uade, et uadit: et alio ueni, & uenit, & ſeruo meo fac hoc, & facit.

Quaſi diceret: Haudquaq̃ id rogo vt dominus Deus meus fatigetur aut humiliet ſe ad domum venire pagani, & incircunciſi. Neq; enim, id eſt neceſſarium, cum ex poteſtate quæcunq; vult operari poſſit omnia, & hoc multo plus quàm ego, qui multo ſum indignior, non dñs ſed ſub poteſtate humana maiori adhuc cõſtitutus. Quia tamẽ ſub me milites habeo, qñ dico huic: vade, vadit, alteri ſi dico: veni, venit, & omnes mihi obediunt, quantomagis tibi & homines & angeli obediunt, qui tuum exequuntur beneplacitum?

Audiens autem hæc Ieſus miratus eſt, & ſequentibus ſe, dixit: Amen dico uobis: Nõ inueni tantam fidem in Iſrael.

Audiens Ieſus verba Centurionis, quæ ſibi nunciabãtur miratus eſt, hoc eſt, ad modum mirãtis ſe habuit vt nos admirari faciat gentilis & incircuncíſi hominis fidẽ, oſtendatque, nobis quantum ſibi placeat hominis pagani huius fides, quantum Iudæorum contra diſpliceat infidelitas. Miratur igitur dominus, quia mirandum nobis inſinuat. Ideo ſequentibus ſe turbis dixit: Non inueni tantam fidem in Iſrael. Non putes Chriſtum prætuliſſe Centurionis fidem, fidei ſuæ matris aut fidei apoſtolorum, quia loquebatur de his qui ex prædicatione eius generali credere cœperant non de his qui etiam ante eius prædicationem in illum credebant. Alio quoq; poteſt dici modo dominum ſua verba voluiſſe intelligi comparatiue, vt diceret ſe non tantam inueniſſe in Iſrael fidem, quã tam in Centurione. Dignum autem erat maiorem eſſe & inueniri apud Iudæos, q̃ apud gentes. Et tamen iuxta cõditionem vtriuſque plebis & ſingulis expenſis, maior fuit fides Centurionis: quàm Iudæorum, non ſimpliciter, ſed collatiue, quia maior erat pro gentili homine in ſua ſorte & conditione, quàm Iudæorum in ſua vocatione: hec enim multo debuit eſſe maior, quàm gentium, qui nondum erant vocati. Eſt autem ſimilis locutio, quomodo ſi alicuius ruſtici laudetur prudentia, quæ maior ſit, quàm hominis docti aut ciuium ac philoſophorum, hoc intelligeretur verum in genere ſuo, puta, quod ruſtici prudentia in gente ſua maior appáret, quam oppidani, aut philoſophi inter ciues, aut ſapientes, & doctior inueniatur ruſticus, non inter philoſophos, ſed inter ruſticos, quàm philoſophus inter philoſophos.

Dico autem uobis, quod multi uenient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham & Iſaac, & Iacob in regno cœlorum. Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores.

Dico autem vobis, quod multi venient ab oriente & occidente, ad fidem per prædicationem apoſtolorum, & per illuminationem ſpiritus diuinam, & recumbent cũ Abraham, Iſaac & Iacob in regno cœlorum, filij autem regni, quia non hi qui ex ſemine ſunt Abrahæ dicũtur filij, ſed qui fide ſequuntur Abraham, eijcientur in tenebras exteriores. Filij regni, hoc eſt, Iudæi & omnes vocati, quibus ex vocatione deberetur (ſi iuxta ſuã viuerẽt vocationem) regnum Dei: ſi ſuam vocationem negligunt, eijcientur in tenebras exteriores. Ante cum intelligerent periculum ſuum peccatis abſtinere noluerunt, ſed in tenebras inciderũt interiores, vnde quo ambulent non vident, ſed tenebræ eos comprehenderunt, quia odiunt lucẽ, amãt vero ſuas tenebras. Faciamus nos aliter. Docẽt nos ambo tam leproſos q̃ paralyticus hic ad medicũ fugere, qui nõ minus paratus eſt mederi animabus, quàm corporibus noſtris. Propterea rogauit dñm Pſalmiſta: Dñe miſerere mei, ſana aĩam meam Pſalm.50.

quia peccaui tibi. Leproſus vero hic à do-
mino petiuit mundiciam. Cunctis fere eſt
hominibus naturale ac inſitũ diligere mũ
diciam. Vide ſi non omnia optes munda?
Mundam cupis habere veſtem, mundum
cibum, mundum lectum, vas mundũ, do-
mum & omnia alia munda. Quare non
item animam quærimus mundam? quare
cor non ſeruamus mundum & conſcien-
Matt. 5 tiam? Beati, inquit, mundo corde, quoni-
am ipſi Deũ videbunt. Qui igitur immun
do ſunt corde, Deum non videbunt. Quo
tidie igitur ad dominum clamet veſtrum
Pſalm. 50 vnuſquiſq;: Cor mundũ crea in me Deus,
ſpiritũ rectũ innoua in viſceribus meis.
Exterior immundicia corporalis non co-
inquinat hominẽ. Nam etſi oĩa forent im-
munda externa, q̃diu anima non inquina
tur, nihil refert. Placet Deo innocẽtia, pla
cet etiã pœnitentia, vñ ſi nõ oẽs ſeruamur
mundi, ſaltẽ Deo recõciliemur mundãdi.

Et dixit Ieſus Centurioni: Vade et
ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt
puer ex illa hora.

Piiſſimũ cor Ieſu nunq̃ tempore in ſe po-
teſt confidentes deſerere. Nam fides quæ-
cunque poſcit, impetrat. Nobis igitur qui
multis circundamur malis, & fides inſu-
per modica eſt, expedit pro fide dominũ
rogare. Quod apoſtoli quoq; fecerunt di
Lucæ 17. centes: Domine adauge nobis fidem. Qui
dam præterea filium ſuũ domino cum ob
Mar. 9. tuliſſet ſanandũ, ab eo audiuit: Si potes cre
dere, impetrabis. Omnia enim poſſibilia
ſunt credenti. Qui procidens, credo, in-
quit: Domine, adiuua incredulitatem me-
am. Hoc modo nos quoq; tametſi minor
q̃ æquum ſit fides noſtra, nobis augeri, ro
borariq; fidẽ rogemus. Quæ vbi nobis aſ-
fuerit, haud dubiũ quæcũq; deſideramus
impetrabimus, per dñm noſtrum Ieſum
Chriſtũ q eſt benedictus in ſecula. Amen.

SERMO IN EADEM dominica, quæ Chriſtiana ſit uita, quid Chriſtum imitari, & cuiuſmodi ſeruanda oratio.

CVm deſcẽdiſſet Ieſus de mon
te, ſecutæ ſunt eũ turbæ mul
tæ. Matt. VIII. Chriſtus de
Pſalm. 17 monte ſancto ſuo deſcendit
Phil. 2 ad nos, à ſummo cœlo enim
egreſſio eius. Vnde deſcendens exinaniuit
ſemetipſum formã ſerui accipiens, factus
vt eum poſſent ſequi turbæ multę. Aſſum
pſit enim naturam noſtram in qua à no-
bis poſſet videri, audiri & tãgi, in qua nos
poſſet docere, & ad viam inſtituere ſalu-
tis: in qua deniq; pro peccatis noſtris poſ-
ſit ſatisfacere, poſſet pati & mori pro no-
bis. Tunc ſecutæ ſunt eum turbæ multæ.
Ante non potuerunt eum ſequi. Poſtquã
autem ſeipſum præbuit exemplum, & fa-
ctus eſt nobis via, inuitat nos ad ſui imita
tionem. Icc irco enim venit in mundum.
Quid eſt igitur ſequi Chriſtum? Poſt eum
ambulare, & ſicut ambulauit ambulare. Luca
Quomodo inquis, ambulauit, & quo illũ
debemus ſequi? Si quis, inquit, vult poſt
me venire, abneget ſemetipſum & tollat
crucem ſuã & ſequatur me. Vides quia ſui
abnegatio, crucis ſuſceptio & vitæ Chri-
ſti imitatio fit Chriſtiana vita, fit ſeq Chri
ſtum. Tria certe hæc ſunt ardua, ſed nobi
liſſima tamen, quæ Chriſti hic faciunt diſ
cipulos, & imitatores, haud dubium quin Rom
in vita futura etiam cohæredes, & regni
conſortes. Quid eſt, inquis, abnegare ſei-
pſum? Attende & obſerua deſideria tua.
Vide quid te delectet aut afficiat, quid tu
deſideres aut concupiſcas, ad quid incli-
natum & pronum te inueneris. Si te dele-
ctant cogitare mũdana, obſcœna aut car-
nalia, ſi ſupba, vt honores officiaq; appetis,
Si in illo illove ſtatu eſſe appetis, ſi noxia
deſideras aut agenda aut ſaltẽ cogitanda,
abneges te, vt hęc nolis cogitare, repugna
his omnibus. Non acquieſcas concupiſ-
centię huic aut delectatiõi. Dic: Ego nolo
hæc cogitare, nolo his deſiderijs conſenti
re, mala ſunt, noxia ſunt, & in interitum
mergunt. Ite, ite turpes beſtiæ, non audi-
am vos. Non faciam, Deus auditor meus.
Ite. Nolo vos, nolo. Quare? quia Chriſto
meo hæc diſplicent, quia dominus Ieſus
hæc odit, hæc prohibet, quia dominus me
us Ieſus hic pauper fuit & deſpectus, quia
carnem ſuam hic affligens macerauit, nõ
blandiens fouit. Eamobrem ego domini
mei voluntatem ſciens, et quid pro me paſ
ſus ſit, quid mihi prohibuerit, quid me
docuerit, debeo me illi conformare. No-
lo igitur cor meum huiuſmodi immundi
tijs odioſis inquinare. Hoc modo facien-
do te abnegas, quia non vis, non admit-
tis quæ libenter velles, qa impugnas quæ
diligis, propellis quæ deſideras, vis care-
re his quæ appetis. Obſerua pręterea quid
horres

horres, fugis, q̃ue libẽter velis carere, aut exonerari. Si ad Chriſti eſt gloriam noli hoc abijcere aut fugere, ſi tibi miſſum eſt, ſi iniunctum, ſuſtine. Sentis laborẽ te grauantẽ, habes quod te inquietat officium. Toleras qui tibi eſt moleſtus hominẽ, audis tibi detrahentẽ. Et his omnibus velles aut liberari, aut carere, aut alijs imponi. Dic tibijpſi: Haudquaq̃. Tu non facies voluntatem tuam, non ſatisfiet deſiderijs tuis, quia Chriſtus non venit facere voluntatem ſuam, ſed patris ſui qui in cœlis eſt. Chriſtus ꝓ te dura ſuſtinuit, Chriſtus odientibus ſe benefecit, odiẽtes dilexit, pro te laborauit, fatigatus eſt, eſurijt, ſitijt, in mortẽ vſq; obediuit, & ego nihil ſuſtinebo? Si Chriſtus nõ venit facere volũtatem ſuã, quomodo ego tunc faciã volũtatem meam? Chriſtus non ſuam, ſed voluntatem fecit patris, & ego non faciã voluntatẽ meam, ſed dñi mei Ieſu Chriſti. Si ipſe ab hac me moleſtia liberare decreuerit, liber ero. Si liberare noluerit, ſi me aduerſa ſuſtinere voluerit, nec ego me liberabo, ſed ſuſtinebo, & tacebo. Quis ſum ego vt repugnem volũtati diuinæ. Quod ego nollem ſecundum carnem, iam volo ſecundum ſpiritũ. Quod nollem alioqui propter me, iam volo propter amorem & beneplacitum dñi mei Ieſu Chriſti. Ecce hoc eſt abnegare ſeipſum, frangere negare ſibi deſideria ſua. Portare vero crucẽ eſt omnem aduerſitatẽ, moleſtiã, tentationẽ, laborem, infirmitatem, & contrarietatem quãcunq; ſuper te venientẽ libenter accipere de manu dñi, hanc æquanimiter, & ſi non potes ſemper hilariter ferre. Cogitãda eſt quæuis tribulatio crux eſſe domini à Deo tibi miſſa. Crux inquã eſt tua. Nec iuberis aliam quàm tuam ferre crucem.

Johan. 5

Reſtat aũt tertiũ quod iuberis ſequi Chriſtum. Quid eſt ſequi Chriſtũ? Imitari eius vitã & actus virtutis, quibus te docuit & verbo & exemplo. Si auſcultas loquẽtem audis: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Ecce hic verbo te docet, & ex ſuis moribus iubet diſcendum, quia oportet eſſe mitem & humilem corde. Vbi vita ac moribus hoc docet? Nuſq̃ locus eſt, nullumq; tempus, quo id non exhibeat. In præſenti Euangelio namq; nonne humillimi ac mitiſſimi cordis erat, quod leproſo: Domine ſi vis potes me mũdare dicenti, continuo reſpondit: Volo, Mundare? Nonne humilitatis fuit & mititatis, quod leproſum bñdicta ſua manu tetigit? Quid tam à ſuperbia alienum, q̃ quod ad Cẽturionis ſeruũ accedere paratus fuit? Ego veniam inquit, & curabo eum. Porro quando Iudæi illum calumniabuntur, dicẽtes: Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Reſpõdit: Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico patrẽ meum. Quid humilius, quid mitius potuiſſet reſponderi? Quod voracẽ, potatorem vini, amicum publicanorum, & reliqua id genus, nomina in illum blaſphemi ſibi vſurpant. Num propterea vnquã dñs maieſtatis iraſci viſus eſt? Nunq̃. Tacuit & nihilominus illis benefecit, qui de ſe mala loquebantur. Nõ indigeremus idcirco alijs multis libris. Vna vita Chriſti liber nobis eſſet vitæ ſufficiens, ex quo diſceremus omnia Chriſti exempla, nobis plena eſſet informatio. Secutę ſunt itaque ſaluatorem turbæ multę. Refertur autem ibi quoq; fuiſſe leproſus qui omnium infirmoꝝ ſpeciem obſeruat. Quomodo aũt lepra corporalis eſt infirmitas, ita etiam quædam eſt animæ lepra quæ in corporali lepra ſignificatur, non quemcunq; peccatorem indicanss, ſed eum qui eſt manifeſtus & alijs contagioſus. Sunt enim quidam peccatores quorum colloquia mala bonos corrumpunt mores, quorum vita ſcandalizat, & quibus plerumq; non ſatis eſt, vt ipſi impie agant, niſi & alios ſecum ad peccata trahant. Hi ſunt leproſi, atque propterea vitandi. Conſortium enim illorum inquinat. Poteſt autem hic quoq; vniuerſum genus humanum quod erat leproſum intelligi. Quotquot enim ex Adam naſcimur, ex parentibus infectis, pariter & nos infecti originali peccato naſcimur. Sumus ergo à regno cœloꝝ vt immundi excluſi, niſi mundet nos ſaluator noſter Chriſtus Ieſus. Itaq; leproſi naſcuntur omnes, & nemo mundus à ſorde. Omne caput languidũ, & oẽ cor mœrens. Clamauit aũt natura humana lepra ſcilicet infecta per prophetas, & in patribus: Dñe ſi vis, potes me mundare. Non exigit debitum, ſed gratiã erga ſe prouocat & beneuolentiã, quia miſericordiæ eſt diuinę, ꝙ nõ ſumus cõſumpti: multo maioris aũt ꝙ ſumus redempti. Quando ergo ſibi placuit deſcendit ad nos de monte ſuo cœleſti. Diſtulit incarnari, quia voluit primo morbum ſatis agnoſci. Extendit dexteram ſuam, & tetigit nos. Quomodo natu-

Matt. 11

Matt. 8

Iohan. 8

Matt. 11

Iob 15

Iſaiæ 1

Threno. 3

ram

ram noſtrã tetigit? Quãdo incarnatus eſt, quãdo eandem ſibi naturam vniuit. Itaq; mundauit nos, dicens: Mundare. Non verbo ſolo hoc dixit, ſed opere & veritate.
Apoc.1 Dilexit enim nos et lauit nos in ſanguine ſuo. Poteſt aũt hoc modo de ſingulis pec catoribus exponi. Habemus nihilominus in hoc leproſo, hoc eſt, in hoc infirmo omniũ infirmoꝝ typũ ſanitatem optantiũ, & figuram modũq; orandi. Nos eñ cum infirmi ſumus non aliud clamamus, q̃: O dñe vtinã eſſem ſanus. Ah dñe ſana me. O ſi tu ſcires quanta tibi bona adfert infir mitas, nequaq̃ eandẽ tibi velis abeſſe. Poti us orares: O dñe da mihi patientiam, vt ęquanimiter ſuſtineã infirmitatem. Vis ſci re quid tibi cõferat infirmitas? Vide quan do melior ſis. i. quando magis te à peccatis cõtineas, ſanus an infirmus? Hunc igitur qui tibi ſalubrior eſt ſtatũ dilige. Si infirmus es primo à gulæ peccato liberaberis. Infirmus eñ nec edendi appetitum ha bens, quomodo poteſt gulæ peccato labi aut falli, cũ exoſum iã præ infirmitate ha beat cibum? Aegrotũ non delectant riſus & gaudia, non eſt ei cura de veſtiũ precioſitate. Multa deniq; quæ oblectare te ſolebant, ex infirmitate intereunt. Multa q̃ deſiderare ſolebas, faſtidis. Dolores te pre munt, & contẽptibilis factus es. Nũ vltra ſuperbies aut minaberis? Quãdo ergo ſen tis infirmitatẽ, meminiſſe debes, ꝙ à Deo ad mũdiante cecideris amicitiã: quare va nitate aut iniquitate deliqueris. Inde ergo pịſſimus medicus te nitit reuocare. Quã-
Pſalm.40 obrem nullo eſt pacto ei reſiſtendũ. Dicẽ dum potius: Sana dñe, quia peccaui tibi. Amouenda infirmitatis cauſa, peccatum. Hoc modo leproſus ille veniens, non audebat dñm rogare pro ſanitate, ſed dixit: Dñe ſi vis, potes me mundare. Tu quidem potes, ſed ego ſanitatem petere nõ audeo, quamdiu mihi tua eſt voluntas incõperta. Simili pene modo orandi, ſunt vſæ Maria
Iohan.11 Magdalena & Martha. Lazaro enim fra tre ſuo ægrotante miſerũt ad dñm Ieſum, dicentes. Domine quẽ amas, infirmatur. Non rogant vt ſanetur, ſed infirmũ ſignificant, atq; qd agendũ ſit de illius infirmi tate magiſtro committũt. Sic orauit Mar
Eſter 13 dochæus, dicens: Domine in ditione tua cuncta ſunt poſita. Si decreueris ſaluare nos continuo liberabimur. Hoc modo Chriſtus quoq; orauit, poſtq̃ naturæ humanæ infirmitatem oſtendiſſet, qua optabat, ſi Deo ita placeret, non pati, ſubiũgit quod in oratione erat præcipuũ, & quod omnino volebat. Veruntamen non ſicut Mat
ego volo ſed ſicut tu. Itaq; ſunt quædam Mar
quę nobis non poſſunt nocere, de quibus etiam certum eſt ea placere Deo: hæc licite poſſumus omni tẽpore orare, vt ſunt, veniam petere de peccatis, contritionem, emendationem vitæ, gratiã Dei, virtutes, beatitudinẽ & huiuſmodi alia, quibus nõ poſſumus nõ bene vti. Hæc ſemper exaudit Deus ſi perſeueramus orantes. Et ſi ali quãdo videamur vobis derelicti & à Deo proiecti, haudquaq̃ tamen derelinquimur ſed ſępenumero nos derelinquimus ipſos & Deũ, hoc eſt, hanc partẽ hominis negle ctam relinquimus quę erat in Deo. Modo enim feruenter oramus, paulopoſt adeo procul à Deo tendimus, vt prioris bonæ voluntatis vix moueat memoria. Quãdo ergo nos ab oratione deficimus, quando his pro quibus orauimus aut quæ petiuimus à Deo contraria agimus, quomodo exaudiemur? Neceſſe eſt igitur in oratiõe perſeuerare, non vt ſemper ad orationem ſtemus, ſed vt deſideria ſancta nõ deficiãt, prouidendum ne ab oratione ad noxia & contraria labamur. Qui eñ ſemper in deſi derio eſt, ſemper orat. Qui ſemper Deum Deiq; gratiã ac virtutes deſiderat, quamdiu nihil ab his diuerſum admittit, etiam dormiens orat. Differt tamen etiã interdũ dñs quod præſtare vult, vt doni neceſſitas dignitasq; dantis, item charitas, & ſuſcipi entis infirmitas plenius agnoſcatur. Non eñ abſq; conatu & induſtria noſtra vult Deus ſua nobis dona infundere, ne ignoremus à quo receperimus, magiſq; efficiamur ingrati. Nec dona ſua in nobis vult eſſe otioſa aut carere fructu, ſed terrã nos eſſe vult bonam & optimam quæ reddat fructum centuplum. Vbi ergo orãtes per ſeueramus, vbi omnem conatũ noſtrum expẽderimus, & agnouimus poſt vniuerſos labores noſtros pro virtute exantlatos, ex ſola Dei miſericordia nobis virtutem prouenire, laborem & conatum noſtrum quidem à Deo requiri, ſed fere nihil hunc niſi ad agnitionem noſtri & humilitatem ſuffragari, ab omnipotentis vero manu beneuolentiſſima omnia expectari, tunc à domino in his quæ nobis proſunt exaudimur. In ſecundo miraculo per paralyticum nobis homo acedioſus ſignificatur, quia acedia, hoc eſt, faſtidio tædioq;

dioćq; in diuinis ſuſcepto quicqd deuotionis eſt nauſeat. Periculoſa valde eſt hæc tentatio, & tepidis familiaris. Quæ tepiditas multo magis eſt noxia, quã frigiditas. Qui eñ in grauioribus aut lętalibus peccatis tenentur captiui, interdũ gemunt ſub oneribus & agnoſcunt ſuã captiuitatẽ, hi quoq; ſæpenumero humiliores ſunt citiuſq; aut frequentius cõpunguntur, q̃ tepidi & acedioſi, quia ſe agnoſcunt peccatores, ſeipſos corrigunt, & feruentes ex priorum delictorum conſcientia fiant. Porro tepidi iuſti, propterea ꝙ non grauium ſunt peccatorum ſibi conſcij, viuunt abſq; feruore, nec valde timent, quaſi ſua innocentia cõtenti, ideo raro ad meliora proficiunt. Qui aũt in eiuſmodi veniunt tepiditatem ſic perſeuerantes, fere ſemper periclitãtur potiſſimũ religioſi. Tędet eñ eos tanq̃ paralyticos manus admouere ad bona opera. Grauat eos in oratiõe ſtare, laus eis eſt diuina inſipida, deuotionẽ neſciunt, ſimplicitatem rident. Quicquid piũ eſt faſtidiunt. Vbi poſſunt à tẽplo, à choro, à ſermone, & ab officio abeſſe diuino, occaſiones quærunt. Nouitates & rumores mundanos audire affectãt. Hi etſi alia peccata grauia nõ habent, ipſa indeuotio acediaq; ad grauẽ eis culpã imputabitur, quia in Dei ſeruitio ſe tam habuerunt infideliter, q̃ negligenter. De hac infirmitate in Apocalypſi cuidã dñs facit nũciari: Vtinã eſſes calidus aut frigidus (hoc eſt, vtinã per deuotionem ferueres, aut ſaltẽ frigidus te peccatorẽ & reprobũ agnoſceres, citius tibi appropinquaret ſalus, q̃ quod tepidus es) ſed quia neq; calidus, neq; frigidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Hæc tentatio non curatur fugiẽdo aut occaſiões euitando. Quanto eñ te plus abſtraxeris à deuotionis exercitijs, tanto ſemper ſterilior, pigrior atque diuinorum eris faſtidioſior. Si igitur vincenda eſt hæc paſſio, contra teipſum te erigas oportet, & oẽm occaſionẽ quæras te ſtabiliendi in diuino officio, in pijs exercitijs, cogendiq; te ad ſtudia deuota ac pia, licet inuitum. Hic te non conuenit tecum diſſimulare, ſed inferre vim tibi ipſi, & nouis quotidie oneribus acediã tuam grauare. Dic tibijpſi: Tu ſtabis & manebis in hac miſſa, in his veſperis, in hoc ſermone etiã ſi cathena te cogat conſtringere. Imo cũ quod debes nolis, cogam te etiã facere quàm debes plura. Si vim itaq; intuleris tibijpſi, videbit dñs certamen ac laborem tuum, & dabit victoriã tibi, vt acedię ſpiritus abs te abſcedat, adiutuſq; eius gratia libereris per eum qui pro te pependit inter duros dolores in cruce, Ieſus Chriſtus dñs noſter benedictus in ſecula.

Apoc. 3

DOMINICA QVINTA POST natiuitatem domini, epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Romanos XIII.

NEmini quicq̃ debeatis, niſi ut inuicẽ diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam nõ adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc uerbo inſtauratur. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis eſt dilectio.

Exod. 20

PARAPHRASIS IN EANdem epiſtolam.

Roma. 13

ANte hęc verba Apoſtolus Romanos, imo & mortales cunctos p̃monuerat, vt oĩbus ſua redderẽt debita. Cui tributũ: tributũ, cui vectigal: vectigal, cui timorem: timorem, cui honorem: honorem, et hoc modo ſingulis quicquid deberent, redderent. Nemini aliquid deberent, nunc reddendum: quia abſque iniuria non fit, ſi alicui debeas aliquid & reddere poſſes, ſi non reddideris. Quo periculum peccatumq; intelligitur, præcipue horum, qui cum habeant quod debent, & liberare ſe poſſint, non tamen quod debere ſe fatentur, etiam ſoluunt. Grauate eñ nimis ferunt à pecunia exonerari. Dicit itaque priorem ſententiam confirmans. Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicẽ dili-

diligatis. Cũ em̃ alia fuerint à vobis reddi
ta oĩa, puta pecunia, vectigal, honor, ti-
mor, & id genus plura, vnũ manet quod
ſemp̃ debetis, vt vos mutuo diligatis. Nul
lum namq; tempus eſt quo nõ debeamus
nos diligere mutuo. Alia em̃ quæ debẽtes
reddimus, à nobis tranſeunt ad alios, qui-
bus damus. Charitas vero nunq̃ ſatis red
ditur, vt liberemus nos ſemel, poſthac nõ
dilecturi: ſed manet debitũ, vt quantũuis
ſoluimus, quantũuis reddimus, ſemper æ-
que debitores maneamus, nec etiã chari-
tas cũ reddimus eã aut impendimus à no
bis ad alios tranſit, ita vt nos deſerat, ſed
quo plus ſoluimus, eo plus retinemus. Eſt
ergo ſenſus: Cętera oĩa ſoluite, vt nihil de
beatis. Charitatẽ aũt ita ſoluite, ita effun-
dite, vt ſemper eam habeatis & debeatis.
Qui em̃ diligit proximũ, legem impleuit.
Charitas em̃ ſola eſt quæ legẽ implet, ſine
qua lex nulla impleri poteſt. Nihil aũt ob
ſtat, quod ſolã dilectionem proximi hic
cõmemorat, quia dilectionem Dei neutiq̃
tacet, quiſquis dilectionẽ mãdat proximi
obſeruandã propter Deum. Non enim ea
dilectio nobis proximi præcipitur, quę ex
affectiõe eſt naturæ, aut ſanguinis propin
quitate, aut ſociali, familiariue contracta
conſuetudine, ſed quæ propter Deũ conci
pitur, fouetur, & impẽditur. Dilectio itaq;
proximi legẽ impleuit. Nam non adulte-
rabis, quid aliud eſt q̃ proximum diligẽ?
Qui em̃ proximum diligit, eius nõ deho
Exod.20 neſtat vxorem. Itaq;, nõ adulterabis, non
occides, non furaberis, nõ falſum teſtimo
nium dices, non cõcupiſces rem proximi
tui: & ſi quod aliud eſt mandatum imple-
Matt.20 tur perficiturq; in hoc verbo: Diliges pro
ximum tuum ſicut teipſum. Quis em̃ eius
vxorem adulterat, quis illũ occidet, quis
ei furabitur, quis falſum contra illum teſti
monium proferet, aliaue iniuria aut con-
tumelia lędet quẽ diligit? Oĩa igitur hæc
legis pręcepta de dilectiõe proximi in hoc
vno coadunãtur. Diliges proximũ tuum
ſicut teipſum. Quapropter quõ te diligere
debes, hoc modo etiã proximum dilige,
puta ad virtutem, ad ſalutem, ad Dei ho-
norem, ad iuſtitiam quoq;: hoc eſt, quia iu
ſtus es, aut vt iuſtus fias te ac proximũ dili
ge. Dilectio enim proximi malum nõ ope
ratur. Charitas enim non peccat. Sed vide
quæ dilectio ſit charitas, ne alia quàm cha
ritatis dilectione hominem diligens ſedu-
caris. His enim qui ex profeſſo dominum
Deum ſolum volunt diligere, multa ſeſe
obijciunt, quibus fallitur irretiturq; ani-
mus ad diligẽdum, quæ ſub fuco quidam
ſe putant charitatis amare, ad quæ tamen
charitas non trahit, ſed carnalis, ſenſualis,
naturalis, vitioſuſque amor vt diligãtur.
Porro vbi vera eſt dilectio, vbi vera chari
tas, ibi plenitudo, impletio, conſummati-
oque eſt legis, dilectio.

EXEGESIS EVANGE-lij dominicæ V. poſt domini natiuitatem Matt. VIII.

POST LEPRO-
ſi & paralytici ſerui,
ſcilicet Cẽturionis,
curationem, vbi Pe
tri à febribus ſocrũ
curauerat, alioſque
multos dæmonia-
cos, & languidos, vi
dens turbas iuxta ſe voluit in alteram par
tem lacus transfretare. In omnibus volẽs
nos docere, atq; quomodo non ſolum in
terra, ſed etiam in mari potens eſſet mira
cula facere, cui quia dominus erat vniuer
ſorum, forent ſubiecta omnia, oſtendere.
Ait ergo Euangeliſta.

Aſcendente Ieſu in nauiculam, ſe-
quuti ſunt eum diſcipuli eius.

Quod Chriſtus vltra mare (Sic enim quæ-
uis lacum magnum aut aquarum congre
gationem Iudæi vocant) recedere voluit,
quaſi turbas fugiturus, nõ ideo fecit quod
ſecreto loco, ſolitudineue poſſet iuuari,
ſed nobis, vt alia omnia, hoc monſtrauit,
in exemplum, quo turbas hominumq; a-
ſpectus vbicũq; potuerimus declinemus.
Nobis enim timuit, ne popularis fauor,
turbarum acclamatio, laus, gloriaq; ho-
minum imponeret: ideo in ſe docuit nos
eligere ſecretum, & ab hominum occurſu
aſpectuq; nos ſubducere. Alia quoq; po-
tuit eſſe ratio (nihil enim nos non docere
voluit) vt poſt multas fatigationes turba
rum in alium ſecederet locũ, vltra ſcilicet
mare Galilææ, quo infirmitatẽ humanam
requie interdum egere monſtraret, quomo
do alibi Marcus illũ ſuis dixiſſe refert: Ve
nite ſeorſum in deſertũ, & requieſcite pu
ſillũ. Voluit præterea dñs hic p̃cipue præ
latos & eos, qui aut docere, aut p̃dicare a-
lijs ſolent docere, quõ, vbi neceſſitas eſt, a-
lijs viuãt, verũ vbi ſatis fecerint alijs (q̃bus
ſua

ſua opera ſubuenerunt) ſeſe ad ſe, hoc eſt,ad locum ſecretum,ad abſtractam vitam atq; mentis ſeceſſum recipiant. Neque enim aliis tantum, neq; ſibiipſis ſolum nati ſunt,ſed à deo in curam,in regimen,& in ædificationem ſunt multorū conſtituti,pro quorum eruditione & pabulo verbi dei, ipſi quoq; ſæpius redire habent ad paſtum, hoc eſt, ad lectionū, orationum, meditationumq; ſecreta ſilentia:vbi proprie vacent conſcientiæ diſcuſſioni,vbi deuotæ ſtudeant compunctioni,&in ſeipſis diſcāt quod alios ſunt docturi. Sciendum autem nihil hic in terris dominum egiſſe,quod non doceret,quod non ędificaret,quod nobis nō loqueretur. Humilitatis enim magiſter humilia nos vult libēter amplecti,quod ſuo nos propterea exemplo docuit. Siquidem nuſquam nauem cortinis opertam nuſquam negociatorum nauem aliquam ſumptuoſam: ſed piſcatorum tantum legitur nauiculas intraſſe. Quo nos humilia viliora quoq; docet amplecti,ſpretis ſuperbis atq; pompoſis.

Et ecce motus magnus factus eſt in mari,ita ut operiretur nauicula fluctibus, ipſe uero dormiebat.

Voluit ſuam uirtutem omnipotentiamque monſtrare nobis,cui omnia cogerētur obedire elementa: idcirco fortaſſe, non naturaliter, ſed eius diſpenſatione ſingulari tempeſtas in mari, hoc eſt, in ſtagno Genezareth quod tranſibat, exorta eſt,vehemēs,adeo vt ſubmerſi fuiſſent niſi à domino id magno prohibitum fuiſſet miraculo. Voluit enim diſcipulos maris aduerſitate,periculoq; mortis exterreri,quo compulſi confugerent ad orationem. Eſt enim præcipuus hic ſtimulus reuertendi ad dominum, eiuſque opem quærendi, dum tribulamur.
l.68 Manifeſtat hoc qui dicit:Exaudi me domine, quoniam benigna eſt miſericordia tua, ſecundum multitudinem miſerationum tuarum reſpice in me. Et ne auertas faciem tuam à puero tuo, quoniam tribulor,velociter exaudi me.Intende animæ meæ & libera eam. Propterea
.115 alibi quoq; refert Pſalmiſta:Clamauerūt ad dominum cum tribularentur, & de
.4 neceſſitatibus eorum liberauit eos. Ipſe vero dormiuit, & vt alius habet Euangeliſta,in puppi ſuper ceruical,in futuro miraculo virtutem oſtendere voluit diuinam, ideo dormiendo naturam exhibuit humanam.Neq; enim dormiuit ſecundum diuinitatem, neque ſecundum intellectiuam, ſed iuxta ſenſitiuam animæ portionem: idq; non coacte aut inuite,vt alii homines, qui ſomno ſolent obrui ,ſed ſponte & deliberata ratione. Rationis enim iudicio & imperio voluntatis,corporalis natura ſenſitiuaque animæ pars per omnia obediebat in Chriſto,tametſi cauſæ ſomni,e quibus oritur naturaliter ſomnus,puta vaporum aſceſio in caput corporaliſque naturę fatigatio, vere fuerint in CHRISTO.Dormiuit itaque dominus in naui diſſimulans diſcipulorum metum atque pericula.Sciebat enim quid futurum erat,& eo perducebat eos,vt illos inſtruens ſibiipſis oſtenderet. Irruerunt igitur ſentientes periculum, importunitate quadam ad dominum currunt.

Et rogauerunt eum dicētes. Domine ſalua nos, perimus. Dicit eis Ieſus: Quid timidi eſtis modicæ fidei?

Domine, inquiunt, ſalua nos perimus, hoc eſt,niſi tu nobis ſubueneris peribimus omnes à tempeſtate maris. At illis reſpondens IESVS: Quid timidi, inquit, eſtis modicæ fidei? Non omnino nullam habuerunt fidem de CHRISTO diſcipuli, ſed adhuc modicam. Nam timore inordinato timebant perire domino IESV dormiente. Dormiebat enim in naui dominus maris,ſed magis dormiebat in eorum cordibus. Quē excitabant, vt ipſius virtute tempeſtatibus imperante maris euaderent pericula. Videtis quantula eorum erat fides. Domino credebant vigilanti,vt ſub ipſius cura euaderent pericula: dormienti non confidebant, ideo excitabant quaſi de peccatis & tempeſtate maris neſcientem,aut quaſi fuiſſet eius virtus, & diuinitas ſomno oppreſſa. Quid timidi eſtis modicæ fidei? An vobis me dormiente quicquam euenire poſſet periculi, quod non eueniret me vigilante? An vigilans vos tueri poſſum, dormiens non poſſum? Quid ſi mors irrueret, nonne hanc conſtantiſſime deberetis ſuſtinere? Et quare ipſi non imperatis mari, vt quieſ-

cat? Si fidem haberetis, diceretis huic mōti tollere, & mitte te in mare, & fieret, omnia enim poſſibilia ſunt credentibus.

Tunc ſurgens, imperauit uentis & mari, & facta eſt tranquillitas magna.

Surgit à ſomno, imperat ventis, hoc eſt, auctoritate diuina præcepit eis, vt quieſcerent, & facta eſt tranquillitas magna, tam magna, vt maior ante nunquam viſa ſit in mari. Quæ enim miraculo fiunt diuino magnificentiora perfectioraque ſunt his, quæ naturali fiunt ordine, facta eſt autem hæc tranquillitas ſubito, vt omnibus manifeſtaretur virtute facta diuina. Marcus ita refert: Surgens comminatus eſt vento, & dixit mari: Tace, & obmuteſce. *Mar. 4*

Porro homines mirati ſunt dicentes: Qualis eſt hic, quia mare & uenti obediunt ei?

Mirantur hominem dormientem, deum imperantem, creaturam obedientem, ideo dicūt: Quis eſt hic, id eſt, quantus eſt hic, quia mare & venti obediunt ei. Hoc dixerunt illi homines. Qui fuere hi homines? fortaſſe nautæ, aut diſcipulos vocat hic homines, quia nondum perfecte potentiam nouerant ſaluatoris. Videte hic quam ſtudioſe Dominus diſcipulorum, omniumque noſtrum diligit quæritq; profectum. In naui dormire voluit & quaſi per ſomnum tempeſtatem non aduerteret diſſimulauit, quo diſcipuli exterriti, quod in cordibus eorum erat, tunc proderent, ſibiipſis manifeſti fierent, & ſeipſos agnoſcerent corrigerentque imperfectos. Habemus hic inſtructionem, quod homo in neceſſitatibus, famis preſſure, aut alijs periculis aduerſitatibuſque conſtitutus (quibus ſeipſum iuuare non poteſt, nec habet vnde iuuetur ab alio) non debet puſillanimis ac deiectus fieri, ſed deo ſe committere, deum inuocare, deo confidere, deoque ſe reſignare & relinquere, quandoquidem diſcipuli non de timore, ſed de fidei puſillanimitate hic arguuntur. Docemur quoque in omnibus rogare deum. Diſſimulauit enim dormiens, vt diſcipuli orarent. Hoc modo multis nos periculis exponit, vt cogat nos ad orationem. Quando enim (vt Ioſaphat dixit) ignoramus quid agere debeamus, hoc vnum nobis relictum eſt vt manus noſtras leuemus ad cœlum. Per aduerſitates igitur dominus inducit in timorem & anxietatem, per timorem in agnitionem deſperationemque infirmitatis noſtræ, per deſperationem noſtri conſilij reuocat nos ad conſiderationem diuinæ ſuæ bonitatis, ex hac conſideratione rurſus nos erigit ad ſpem & fiduciam erga ſe. Inde oritur nobis ad ipſum oratio, quæ nobis eſt vtilis tum propter humilitatem, quia de nobis diffidimus, tum propter fiduciam ad deum, qua deum honoramus bene de eodem ſentientes. Hæc autem fiducia inde augetur, in nobis quando ſentimus nos à deo adiutos noſtramque orationem auditam. Moraliter poteſt hoc euangelium exponi, vt per nauiculam intelligatur pœnitentia qua quiſquis in eam intrauerit ducitur ad portum ſalutis. Eſt autem pœnitentia adeo omnibus neceſſaria, vt nemo mare huius ſeculi tranſire poſſit qui hāc non intrauerit nauiculam. Figurata eſt namque per archam Noe extra quam quiſquis ad illam non receptus fuerat, vt periret, neceſſe erat. Hoc modo quia peccauimus omnes, & nemo ſe dicere poteſt mundum abſque peccato, niſi nauiculam hanc intrauerimus pœnitentię, peribimus omnes. Vita noſtra quotidiana (vere & vere dico) nil aliud eſt, nobis adhuc infirmis, nobis adhuc imperfectis tamen pœnitentibus & bonæ voluntatis, quam peccatum. Quid enim aliud agimus, quicquid agimus, quam quod ſemper deficientes, nihil ad plenam iuſtitiam perfectum, nihil non inquinatum, imo nihil dignum deo offerimus? Nihil re vera vnquam agimus, de quo quod ſanum, quod ſit emaculatum poſſimus gloriari. In quouis opere noſtro inuenimus, quod doleamus, cuius pœniteamus. Aut enim nimium eſt, aut minus, aut aliud acceſſit vitioſum, aut in modo & ordine defecimus, aut certe non ſatis pura intentione moti ſumus ad opus. Omnes igitur intrare hanc nauiculam pœnitentiæ neceſſe eſt: & omnes CHRISTO nos miſerante, CHRISTO nos protegente, CHRISTO nos ducente oportet nauigare. Nauigando autem per hoc ſeculum, per huius vitæ

tæ pericula, per ambiguos anfractus, atque per procelloſas tempeſtates, & tentationum fluctus, non minus impoſſibile eſt tempeſtatibus aduerſitatum, tentationumq́; nos concuti, quàm eos qui nauigant mare. Contra enim eum, qui ſe parat ad Chriſti militiam, armatur non ſolum diabolus, uerumetiam mundus totus. Neceſſe igitur eſt eum qui pœnitentiæ introire vult nauiculam, vt terrenis omnibus abrenunciet, hoſtiq́; diabolo ſimul ac carni ſuę indicat bellum. Certiſſimum eſt enim vt recedētem à ſe perſequatur Pharao, ſiue mundus ſiue diabolus cum omī exercitu ſuo, quomodo ſcriptum eſt: Accedēs fili ad ſeruitutem dei, ſta in timore dei, & præpara animā tuam ad tentationem. Alius enim, quod incipis relinquere mundi vana, & pœnitentiæ facere opera, te ridet, alius detrahit, alius obiurgat, alius dehortatur & diſſuadet, alius te ſuo exemplo ſcandalizat, & e centum non inuenies vnum qui te cōfortet, promoueat, extimuletq́; ad bonum perfectionis. Hæ itaq; tentationes vndecunq; veniant, aut aduerſitates, quid aliud ſunt quam maris motus & tempeſtates? Hæ exurgunt & nimio terrore moliuntur ſubmergere nauem. Veruntamen quamdiu Ieſus in nauicula eſt, licet dormiat, nulla tamen præualebit tempeſtas. Caue ne Ieſum extra nauem abijcias. Quod ſi feceris impoſſibile erit te non mergi. Verum vt dixi, licet dormiat, tu tamen non mergeris, quamdiu tecum eſt dominus. Pulſat voluptas inſurgit ira, ſæuit inuidia, luxuria æſtuat, exurgitq́; aduerſum te omne genus nequitiæ, tam humanę quàm diabolicę, non timeas, quia nihil tibi nocebunt omnia hęc, modo Ieſus tecum ſit in naui. Eſt autem dominus Ieſus tecum in naui quam diu auidus tu tuæ ſalutis ſtudes ca, quæ feciſti mala, plangere, vt etiam ſummopere caueas quicquid deum offenderit admittere, ſatagens concors inueniri in omībus diuinæ voluntati. Dormit autem, ſi te graui tentatione pulſante, diſſimulans auxilium ſubtrahit manifeſtum, licet occulte bonam voluntatem nunquam deſerat, ſed confortat, vires & conſilia ei ſancta adminiſtrans. Hunc igitur dormientem excitare te oportet oratione, vt imperans ventis fiat tranquillitas magna. Excitatio enim eius per clamorē fit orationis. Porro clamor cordis magnum eſt deſiderium. Domine, inquit, exaudi orationem meam, & clamor meus ad te perueniat. Ora igitur ad dominum: Domine ſalua me, quia nō eſt in me virtus, en pereo velociter exaudi me. Et ſicut habet Pſalmus, Exurge quare obdormis domine? exurge & ne repellas in finem. Quare faciem tuam auertis? obliuiſceris inopiæ noſtræ & tribulationis noſtræ? Itaque vigilare & excitatus Chriſtus dicitur, quando ſpiritualis eius in corde gratia ſentitur, vnde motus compeſcuntur tentationum, omniaq́; tunc tranquilla in homine conquieſcunt. De hoc Auguſtinus loquens dicit: Intrant venti in cor tuum, vtique vbi nauigas, vbi hanc vitam tanquam procelloſum & periculoſum pelagus trāſis, intrant venti, mouent fluctus, turbāt nauem. Qui ſunt venti? Audiſti conuicium, iraſceris. Conuicium ventus eſt. Iracundia fluctus eſt. Periclitaris, diſponis reſpondere. Diſponis maledictum maledicto reddere, Iam nauis propinquat naufragio. Excita Chriſtum dormientem in naui. Ideo enim fluctus & mala pro malis reddere præparas, quia Chriſtus dormit in naui. In corde enim tuo ſomnus CHRISTI, obliuio eſt fidei. Nam ſi excites CHRISTVM, id eſt, ſi recolas fidem, quid tibi dicit tanquam vigilans Chriſtus in corde tuo? Ego audiui, Dæmonium habes, & pro eis oraui. Audit dominus & patitur, audit ſeruus, & indignatur? Sed vindictam vis. Quid enim ego ſum vindicatus? Hæc dum loquitur fides tua, quaſi imperat ventis & fluctibus & fit tranquillitas. Hæc Auguſtinus. Vita igitur Chriſtiana eſt vita crucis, & vita pœnitentiæ, quam exercere oporet tribulationibus & aduerſitatibus. Omnes enim qui pie volunt viuere in CHRISTO, perſecutionem patientur. Patientur à carne, quaſi tempeſtatum commotiones. Patientur à mundo, quaſi turbationes maris. Patientur à diabolo, quaſi impulſus vētorū: ſed Chriſtus inuocatus & quaſi à ſomno excitatus imperat ventis & mari & fit tranquillitas magna: non vt omnino non ſentiantur, ſed vt cum tranquillitate, cum pace, & in ſilentio cordis tollerentur, præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

Marginal notes: Eccl. 2; Pſal. 100; Matth. 8; Pſal. 68; Pſal. 43; Auguſti.; Iohan. 8; 2. Timo. 3

SERMO IN EADEM Dominica Quomodo reſpicienda ſemper ſit prouidentia diuina, & quomodo ferēdæ tentationes.

DOmine ſalua nos, perimus, Matthęi octauo. Neminem puto fidelium chariſſimi adeo vel præſumptuoſum, Eſaiæ.64 vel ignarū, qui non ex Chriſti ſola miſericordia & protectione ſperet ſalutem. Scimus em̄, teſte propheta, quam contemptibiles ſint omnes iuſtitię noſtræ, quæ panno menſtruatæ comparantur. Quare licet mādata dei (ſine quibus æque non eſt nobis ſalus) ſeruauerimus, quod nūquam niſi ex maxima protectione & dei adiutorio faciemus, egemus tamen nihilominus quotidie miſericordia dei pro delictis, quæ nulla non hora committimus. Vnde nobis quotidie, imo aſſidue quouis die clamandum eſt: Domine ſalua nos, perimus. Hoc em̄ Matt.8 vnum eſt noſtrum, nobiſq; ſemper adhęret, peccare, dei beneficia deſtruere, dei negligere dona, & gratiæ eius ingratos eſſe. Ideo ex nobis nihil habemus, niſi vnde perimus. Viuimus præterea in hoc mundo non aliter quā in procelloſo mari, in quo multis naufragātibus vix pauci ad portum euadunt ſalutis. Comparatur idcirco nō iniuria mari ſeculum hoc, ſeu mundus. Siquidem quomodo in mari piſces maiores deuorant iuniores, ita quoque in hoc ſeculo qui potentiores ſunt opprimunt inferiores. Proinde Ia- Iaco.2 cobus ait apoſtolus: Nonne diuites per potentiam opprimunt vos? Deinde in mari quam rara eſt tranquillitas, tam rara, & multo minor eſt etiam in mundo. Iohan.16 Eamobrem Chriſtus ſuis prædixit: In mundo preſſuram habebitis. Poſtremo, tribulationes eodem ferme & ordine & cauſa eueniunt nobis in mundo, quo in mari tempeſtates. In mari nanq; oritur tempeſtas, vel quia inducit hanc cauſa ſuperna, puta ſtellarum & planetarum motus occurſus ſeu receſſus. Aut quia ab imo tumet feruetq; mare: aut à cauſa media, hoc eſt, à ventis mare concutiente. Parimodo tentatiōes, aduerſitatumq; tempeſtates hominibus in mundo eueniunt. Quædam enim à cauſa veniūt ſuperiore, hoc eſt, à deo permittente. Quādoquidem diſpenſatione ita agitur diuina, vt ille & ille habeat pati. Nemini tamē iubet deus inique agere, nec vult quēpiam facere iniquitatem fratri ſuo quamuis nō ſemper impedit, ſed relinquit hominem, dum ſatis monitus inſpiratiōes ſanctas, monita ſcripturæ, & exhortationes pias reſpuit, arbitrio ſuo. At vero illum, qui ſuſtinere habet moleſtiam, iubet nequitiam pati alienam, vt pro patientia illius habeat vnde iuſte eum coronet. Quantum igitur attinet ad inferendam moleſtiam, non eſt à deo aduerſitas Nemini em̄ iubet vt te perſequatur. Verum quantum ſpectat ad ſuſtinendam aduerſitatem, ſæpiſſime, imo nunquam non eſt à deo. Quare conſultiſſimū nobis eſt, vt ſemper hanc accipiamus à deo imo tanquam e manibus eius, noſtrum vnicuique dicentis: Fili hæc ſuſtine propter peccata tua, & propter me. Ego hęc Matt. tibi mitto patienda. Eſto mitis & patiēs mei amore. Legimus Nabuchodonoſor Exod. 4.5 quomodo afflixit, torſit, & in captiuitatem abduxit filios Iſrael, qui caſtigatione erant diuina digni, propter peccata ſua. Miſit enim deus filijs Iſrael & Iuda virgam diſciplinæ ſuæ, in hoc rege Nabuchodonoſor, quem voluit vt ferrent, cuiq; ſe captiuos traderent, quia eo vtebatur ad caſtigationem peccatorum ipſorum, diſpenſatiue permittens non iubens eum perſequi, affligere, captiuoſq; abducere filios Iſrael. In hoc igitur miniſter fuit diuinæ iuſtitiæ Nabuchdonoſor Iere. rex, quia afflixit qui diuina iuſtitia & peccatis ſuis exigentibus erant caſtigandi, & propterea in ſcriptura à domino vocatur ſeruus ſuus, & virga furoris ſui, quia per eum puniuit filios ſuos. Non tamen ita miniſter fuit dei, vt ideo perſequeretur quo diuinæ voluntati iuſtitiæque ſeruiret, aut vt eo ſuæ perſecutionis referret intentionem, quo diuino obtemperaret iudicio, ſed dum ſuæ ſatisfaciebat tyrannidi ac crudelitati ſæuiens in Iudæos, in hac neſciens dei exequebatur ſententiam, & afflixit quos dominus voluit eſſe afflictos. Eos afflixit ex ſuæ voluntatis malitia, quos afflictos voluit deus ex miſericordiſſima iuſtitia. Vnde licet in hoc vocaretur ſeruus dei, quod fecit id quod permiſit dominus, fieri, quodque affligendos voluit iuſte pati, nullam tamen

tamen in hoc laudem ſed iram meruit propterea à deo, ſibiÿſi, non deo obtemperans. Inde tamen colligitur quod Iudæi non tam Nabuchodonoſor perſecutionem hanc debebant aſcribere, ſed magis in illa diuinam intelligere iuſtitiam ſuis peccatis, vt commeruerant, digna reddentem, eandemque perſecutiōem à Nabuchodonoſor quidem factam, non tamen hanc ab eo, ſed de manu domini accipere. Hoc modo omnes tribulationes quæcunque nobis occurrunt recipiendæ ſunt à deo. Reſpiciendum namque ad eius ſapientiſſimam prouidentiam, qui ſuis nihil euenire ſinit electis, niſi quod illorum nouerit conducere ſaluti, & ad eius benigniſſimam voluntatem, quoniam diligentibus eum omnia conuertit in bonum, Roma.8 Iccirco tanquam ab eius manu ſunt omnia accipienda. Non igitur filiÿ veſtra ſit occupatio aut animi diſputatio, quis hanc vobis procurauerit (quam fertis) moleſtiam, aut cuius arte & ſtudio vobis illatum ſit malum, quoue auctore quod noluiſtis patratum ſit. Sed relictis hominibus, relicta inueſtigatione quacunque, ſiue triſte ſiue iucundum vobis quid euenerit, ad deum recurrite, de eius beneplacito, de paterna eius manu quicquid fuerit illud ſuſcipite, ſcientes neminem poſſe hominum vobis machinari malum, abſque eius permiſſione. Si igitur hominum aut cuiuis aut diabolo deus in te permittit poteſtatem tibi corporaliter aut temporalibus rebus nocendi, ſignum eſt quod à te vult illud quod te lædit ſuſtineri. Quod cum velit, tu quis es qui audes contrarium eius voluntati velle: aut qui auderes contra hanc eius voluntatem murmurare. Dic potius: Ego hæc merui, ego his dignus ſum, ideo pater meus qui amat me, illi mandauit, vt me Hebræ.12 flagellaret. Vt quid ergo murmurarem contra flagellantem, cum habeam ſciamque patrem, qui iuſſit me ſubdi flagellis, amantem? Hoc modo omnes tribulationes mundi à deo recipiendæ ſunt: vnde quoque veniunt, potiſſimum electis, qui non ſolum aduerſitates tolerando, ſed intelligendo etiam in his Acto.9 prouidentiam diuinam ſpiritu proficiunt. Eſt tamen aduerſitas quæ à deo ſingulariter dicitur inferri, vt quod PAVLVS ad terram deiectus ex equo nihil vidit: ideoq; reſpondit alloquenti ſcilicet CHRISTO IESV: Domine Ibidem quid me vis facere? & ſimiles huiuſmodi aliæ, vt ſunt infirmitates. Secundo tempeſtas ſeu calamitas oritur ex cauſa inferiore, vt ab hominibus malis tyrannis & improbis. De quo CHRISTVS loquens, Ecce ego, inquit, mitto Matth.23 ad vos Prophetas & ſapientes & ſcribas, & ex illis occidetis & crucifigetis & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem. Porro cauſa media tentationum noſtrarum ſunt hoſtes maligni, qui nobiſcum verſantur in aere. Variæ autem ſunt tentationes, aduerſitates, calamitates tribulationeſque multiplices electorum, aut in corpore, aut in fama, aut in rebus, aut in corde. Hæ autem quæ in animo verſantur tentationes ſunt plerumque multo grauiores, maxime ſpirituales, vt ſunt deſperatio contra ſpem, tentatio perfidiæ contra fidem, tentatio blaſphemiæ & triſtitiæ cōtra charitatem, vnde quandoque tentatio oritur ſui occiſionis. Coram his qui ad has tentationes inclinati ſunt, non eſt tutum de tentationibus huiuſmodi loqui. Statim enim vt nominari audierint, imaginationes & terroresque phantaſiaſq; recipiunt. Obſeruanda eſt autem maximeque cauenda triſtitia mentis, homini præſertim deo deuoto, quæ nihil aliud eſt quam nidus diaboli, in quem ſuggeſtionum malarum fraudumque ſuarum recondit oua, e quibus grauiſſimas excubare nititur tentationes ſpirituales. Eſt enim triſtitia idonea ad recipiendas fouendaſque paſſiones quaſcunque & tentationes, præſertim ſpirituales, vt ſunt inuidiæ, odiÿ, acediæ, blaſphemiæ, deſperationis, ſcrupuloſitatis, perfidiæ, & huiuſmodi. In omni quoque tentatione ſpirituali, fere ſemper prima occurrit triſtitia qua vbi hominem ſuperauerit, facile introducet alias quas voluerit paſſiones hoſtis malignus. Eſt igitur ſummopere vobis cauendum, ne in triſtitiam, hoc eſt, in quoddam tædium mentis cadatis, vt neque orare, neque legere, neque operari poſſitis, ſed omnia ſint vobis faſtidio tædeatque vos viuere. Hæc enim triſtitia mortem operatur. Quapropter ſi de generali eſt re- 2. Cor.7 medio loquendum contra ſpirituales

tentationes mentis, præcipuum quod facias ſit, vt triſtitiam illam amaram faſtidioſam & melancolicam non admittas: imo quantum in te eſt, & quantum potes age, vt eam non ſentias. Excute eandem ne illi conſentias, ne foueas, ſed ſi ſentire cogeris, inuitus ſentias. Coge te ad ſpiritualem lætitiam, quæ ſpem roborat, generat deuotionem aut compunctionem. Honeſtam etiam lætitiam, quæ in humana eſt conuerſatione, tunc fas eſt admittere. Item hymnos & cantica ſpiritualia in ſilentio frequentare iuuat non modicum. Porro tentationes, blaſphemiæ, & huiuſmodi fœdæ incidentiæ nunquam melius, quam per contemptum vincuntur. Fac igitur ſemel, qui huiuſmodi infeſtaris cogitationibus malis generalem confeſſionem bonam, ſi in ſtatu fuiſti peccandi, & firma voluntatem tuam in bono, vt ſemper maneat conformis cum voluntate diuina, nunquam aliud eligere volens quam illius beneplacitum, faciaſque pactum cum deo generale cogitationes illas quibus infeſtaris nunquam ſponte velle admittere. Quibus tamen, cum ſe ingerunt, non oportet econtrario repugnare, nec cum eis contendere (nam hoc modo magis tibi eas imprimis) nec etiam timere aut propter eas puſillanimem fieri, ſed prorſus tanquam rem indignam contemnere, & ceu rem vilem ſpernere, indignamque arbitrari cum qua debeat contendi, aut cui debeat reſponderi. Has enim debes tanquam anſerum ſibilos aut canum latratus contemptim præterire, deridere, nec tibi ſed diabolo imputare, quia tu nihil agis in hac tentatione, ſed pateris. Hoc modo multo citius vincuntur per diſſimulationem, quaſi nihil tibi fædum incidiſſet, contemptæ, & eas non timendo, quam ſi turbareris, aduerſum illas pugnando, aut cum ſcrupulo, quid inciderit inueſtigando, intuendo, recogitando & expendendo, aut ad confeſſorem currendo. Nam ſi bonæ alioqui fueris voluntatis, qui peccare & deum offendere nolis, ſibilos illos omnes dæmoni malo aſcribe, & te liberum, tranquillum, & alacrem, ac ſi nulla eſſet, aut fuiſſet tentatio huiuſmodi, ad orationem ſerua. Eſt præterea neceſſarium in huiuſmodi tentationibus viro alicui experto bonæ conſcientiæ (de quo poſſis præſumere ipſum nolle te fallere, ipſum nolle ſeducere aut inducere ad peccatum) credere magis quàm ſcrupulis proprijs, eiuſque diffinitionibus acquieſcere. Certiſſimus eſto nihil te recte iudicare poſſe, ſi timoratam nimis habueris conſcientiam, ſcrupuloſam ſcilicet, quia timor iudicium rationis mutat, in ambiguitate conſtitutum pro ſua parte, nec liberum eſt tunc iudicium rationis, ſed impeditum ab altera parte, ad quam amor, aut timor, aut nimia paſſio, inclinatio ve aut certe tentationis improbitas te trahit, atque ideo nunquam homo tentatus recte poteſt iudicare. Hoc præſciens nunquam tibi, nec tuo ſenſui opinioni ve credas, ſed acquieſcas ei oportet quem patris aut directoris loco animæ tuæ elegiſti. Nec multorum debes imitari morem, qui ſemper & multos interrogant, neminem tamen ſequuntur, quia nullum illis conſilium placet. Rectius enim, illud quod ſibi videtur arbitrantur, & ſuum alieno ſemper conſilio præferunt. Putant enim eis non ad inſtitutam quæſtionem recte reſponderi, aut ſe non ſatis intelligi, aut quod ſentiunt non ſatis ſe exprimere, vt poſſint intelligi. Sciendum poſtremo quod licet vitioſis quibuſcunq; ad quæ tentamur haud quaquam ſit aſſentiendum, ſubmittere tamen nos debemus diuinæ voluntati, & aſſentire deo, vt ſuſtineamus nos tentari, id eſt, vt contra preſſuram tentationis non murmuremus, nec contra moleſtiam repugnandi, Sed animo nos deo offeramus reſignato ſuſtinere hanc, aut quamlibet tentationem aliam, quamdiu beneplacuerit deo nobis eandem imponere, non orantes pro liberatione, ſed pro directione, confortatione, protectione diuina, & ne ſinat nos periclitari, aut ex tempeſtate huius ſcilicet tentationis naufragari. Hoc eſt enim quod apoſtoli quoque orauerunt: Domine ſalua nos perimus, hoc eſt, ſerua nos ne pereamus. Si nos tentari, ſi nos tentationum fluctibus vis concuti, ſi timere nos vis & trepidare, ſaltim ſalua nos, ſerua nos, quia niſi ſeruaueris tu nos, in tentatione ſuccumbemus, atque peribimus. Non prætereundum autem eſt quod à tribus generantur nobis tempeſtates, hoc eſt, tentationes in hoc mari magno: ſcili

ſcilicet à mundo,à carne, & ab hoſte maligno. Quicquid à mundo nobis tentationis occurrit,aut blanditur,aut terret. Blandimenta vt ſunt honores, diuitiæ, promiſſioneſque terrenæ, fuga vincenda ſunt. Ibi celeriorem non habebis victoriam,quam fugiẽdo occaſiones. Porro vbi terret, aut perſequitur mundus, vincendus eſt patientia. Neque enim ex aduerſo pugnare contra mundum, hoc eſt, contra malos homines, eſt vincere mundum,ſed potius ſuperari à mundo. Patiendo vero & tacendo vincimus. Lucæ.21 CHRISTO nobis idipſum prædicente: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Secundus hoſtis à quo nobis excitantur tempeſtates eſt caro. Hæc ſi vinci debet aut ſubiugari atq; in tranquillitatem conuerti, continue eſt caſtiganda & mortificanda. Abnegãda ſunt ei deſideria eius, ſubtrahenda voluptas, amara & laborioſa imponenda. Hoc enim,& nõ alio modo vincitur caro. Tertius hoſtis, à quo tempeſtas generatur eſt diabolus, qui fraudulento ſuo flatu, hoc eſt, ſuis doloſis ſuggeſtionibus nos 1.Petri.5 molitur ſubmergere. Huic reſiſtendum eſt in fide, ſcientibus nobis illum nihil boni nobis ſuadere, ſed ea tantum,quæ nobis ad ſalutem ſunt noxia,& quæ gratiam amicitiamque nobis tollunt aut minuunt dei: nihil quoque eum aduerſum nos poſſe, niſi quatenus ipſi volumus nos eidem ſubijcere. Adeſt enim volentibus nobis auxiliũ de cœlo. Quãobrem oratione vtamur aduerſus eum continua ad deum. Obſeruemus quoque alios priores hoſtes ne concitent nobis tempeſtates. Per hos enim ille artes nocẽdi inuenit,per hos nos oppugnat. Quare humilientur, ſubijciantur contemnantur hi,nec audiantur neceſſe eſt, vt vires habeat ſpiritus maiores contra diabolum, quibus illum vincat. Nam ſi diabolus per carnem & per mundum quoque nos tentat, non vnum tantum, ſed tres habemus hoſtes, qui æque nos impugnant, quibus in reſiſtendo ſpiritus fit debilior, præſertim cum familiarem ſuum amicum, hoc eſt,carnem iam habeat inimicum, & aduerſario conſentientem ac fœderatum. Dominus igitur IESVS CHRISTVS adiuuet Rom. 8 infirmitatem noſtram,& expugnet nobiſcum & in nobis omnem hoſtilitatem, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

DOMINICA SEXTA POST natiuitatem domini, epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Coloſſenſes III.

INduite uos ſicut electi dei ſancti & dilecti uiſcera miſericordiæ,benignitatem,humilitatem,modeſtiam, patientiam: ſupportantes inuicem,& donantes uobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam ſicut & dominus donauit uobis, ita & uos. Super omnia autem hęc charitatem habete,quod eſt uinculum perfectionis. Et pax Chriſti exultet in cordibus ueſtris, in qua & uocati eſtis in uno corpore: & grati eſtote. Verbum Chriſti habitet in uobis abundanter,& in omni ſapientia, docentes & commonentes uoſmetipſos in pſalmis,& hymnis,& canticis ſpiritalibus in gratia, cantantes in cordibus ueſtris deo. Omne quodcunque facitis in uerbo aut in opere,omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti: gratias agentes deo & patri, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.

PARAPHRASIS IN EANdem epiſtolam.

Col.3 ANte hęc uerba docuerat Co
loſſenſes Paulus veterem
expoliare hominem, indue
re nouum, qui ad imaginē
dei creatus eſt. Iuxta quem
hominem nouum (inquit) non eſt cir-
cunciſio, nec præputium, nec ſeruus aut
liber, nec vir aut mulier, ſed omnia & in
omnibus Chriſtus. Quem qui induerūt
eum, à quo habent omnia quæcunq; ha-
bent, induerunt, & quicquid faciunt bo
ni per ipſum faciūt. Iam ſequitur hodier
Apo.1 na epiſtola: Vos itaque qui Chriſtum
nouumq; hominē induiſtis, induite quo
que vos ſicut electi dei ad vitam ęternam
præordinati, & à deo dilecti (hic enim
dilexit vos & lauit vos in ſanguine ſuo)
vt magis de eodem diligamini. Induite
inquam, eas virtutes, quas ipſe diligit.
Induite viſcera miſericordię, vt internus
affectus pietatis quem intus geritis in o-
mnibus membris & operibus veſtris ex
omni parte ſe prodat. Induite benignita
tem quæ eſt ſerenitas quædam animi,
qua ad alloquendum (præcipue vbi dei
contemplatione eſt loquendum) quis hi
lariter, ad conuerſandum ſuauiter, & ad
tribuenda liberaliter ſua propter deum
Gal.6 incitatur. Induite humilitatem, quæ ver-
bis, operibus, moribus, veſtibus, ſignis,
& geſtibus veſtris nunquam deſit: imo
quæ nuſquam non luceat in vobis. In-
duite modeſtiam, qua in omnibus tem-
perati modum ſeruetis & honeſtatem.
Et quia nō raro aduerſitates & moleſtiæ
vobis occurrent, Induite quoque patien
tiam, ſupportantes inuicem, ſupplendo
alter alterius defectum, & alter alterius
portando onus: donantes alterutrum ac
viciſſim, ſi quis habuerit querimoniam
aduerſus aliquem de iniuria aut contu-
melia ſibi illata. Et hoc fiat non ficte, ſed
ex animo, plene ac perfecte: ſicut dn̄s do
nauit vobis. Super omnia aūt & maxi-
me omnium habete charitatem, quæ ex-
cellentiſſimum eſt vinculum perfectio-
nis reliquas virtutes conuertēs colligāſ-
que ne diſſipentur pereantve. Aliis enim
virtutibus dat charitas modum, nomen
& rem, quare ſint vocariq; debeant vir-
tutes. Et pax Chriſti quam Chriſtus ha-
bet & dat, qua eſtis deo & ſanctis ange-
lis eius recōciliati: pax quæ eſt animi trā
quillitas, voluntatis veſtræ ſtabilitio in
deo, qua item deum proximumq; diligi-
tis, qua deniq; in lege eius, & in eius be-
neficiis, potiſſimum redemptionis veſtrę
ſuauiter delectamini, exultet tripudiatq;
in cordibus veſtris, aut potius corda ve-
ſtra in deo faciat exhilarari, in qua pace
eſtis vocati vt ſitis vnum corpus eccleſię
ſeruantes inter vos concordiam, quam
vnius ſeruāt corporis membra, pro qua
vocatione grati deo eſtote. Quod vt poſ
ſitis, & vt dei pax veſtra corda ſemper
poſſideat, verbū Chriſti eruditioq; euan Iaco.1
gelica nunquam recedat de corde & me Iaco.3
moria veſtra: ſed perſeueret vobiſcum in
abundantia, & in omni ſapiētia, quæ de
ſurſum deſcendens inuenitur humilis,
pudica, ſuaſibilis, boniſq; conſentiēs, ne
in ſenſu veſtro pertinaces à cōmuni ſen-
tentia eccleſiæ recedatis. Ita enim vos ſa-
pere neceſſe eſt, quo ſcripturam ſacram,
& verbū dei, non iuxta capitis veſtri ſom
nia, ſed iuxta eccleſiæ intellectum & diſ
finitionem à ſpiritu ſancto præſcriptam
intelligatis. Eſtote igitur in om̄i ſapien-
tia docentes & exhortātes voſmetipſos,
in his quæ ſcitis excitantes & exercentes
vos in pſalmis & hymnis & canticis ſpi-
ritualibus, quæ in ſolo cōditore vos gau
dere delectariq; faciāt. Et id fiat in gratia
dei, ſine qua gaudiū quodcunq; mœror
ſit. Neceſſe eſt, vt in hac itaq; cātetis dn̄o
in cordibus veſtris, vbi ſecretā intimāq;
veſtræ mētis exultationem ſolus reſpici
at deus, iuxta illud: Confitebor tibi dn̄e
in toto corde meo. Omnia aūt quęcunq; Pſal.
facitis in verbo & opere, ſiue doceatis, ſi 110
ue corripiatis, & quæcunq; egeritis in no
mine domini noſtri Ieſu Chriſti, & ad
gloriam eius cum inuocatione nominis
eius facite: gratias agentes in omnibus
deo, qui vos creauit, & patri qui adopta-
uit vos etiam in filios per eum, hoc eſt, Rom.
per dominum noſtrum Ieſum Chriſtū
mediatorem noſtrū benedictum Amē.

EXEGESIS EVANGE lii Dominicæ Sextæ poſt domi ni natiuitatem, Matth. XIII.

CVm multas alias
parabolas domi-
nus loqueretur de
regno dei, hoc eſt,
de negotio præſen
tis eccleſiæ, hanc
quoque propoſuit
qua diſceretur quo
modo

modo ſit agendum cum his, qui contra
ria & pernicioſa eccleſiæ dogmata (vt
ſunt hæretici)ſeminant, ſintne extermi=
nandi,an tolerandi. Neq; enim ſcrupu=
1.Cor.5 lo caret hæc quæſtio, An hæretici iuxta
Apoſtolum ſint de medio tollendi, nec
neſcum ex vna parte, quoniam peſtilen=
tes alios inficiunt ſanos, videantur non
minus nocere reipublicę, quam latrones
& fures. Ex alia vero parte videantur to=
lerandi ſub ſpe reſuſcitationis & conuer
ſionis. Dicit itaque Euangeliſta.

Simile eſt regnum cœlorum ho
mini qui ſeminauit ſemen bonum
in agro ſuo. Cum autem dormirēt
homines, uenit inimicus & ſemina=
uit zizania in medio tritici, & abijt.

Euangelium hoc totum nihil aliud eſt
quam parabola, qua aliud nobis quid,
quam in vocibus exprimitur, ex vicina ſi
militudine ſignificatur. Simile eſt, inqt,
regnum cœlorum. Nō vno modo æque
accipitur in ſcriptura regnum cœlorum
Aliquando eñ in cœleſti patria ſocietas
ſanctorū dicitur regnum cœlorum, quo
modo Chriſtus de eo loquitur, cum di=
Matth.8 cit: Multi venient ab oriente & occiden
te & recumbent cum Abraham Iſaac &
Iacob in regno cœlorum. Interdum per
regnum cœlorum ſignificatur Chriſtus
habitans intra nos per gratiam ſuam, iu=
xta modū loquendi, quo dicit ipſe Chri
ſtus: Regnum dei intra vos eſt, hoc eſt,
Lucæ.17 per inhabitationē ſpiritus mei intra vos,
& per dominium gratiæ meæ inchoa=
tur in vobis via ad cœleſte regnum, ex=
primiturq; in vobis regni cœleſtis ſimili
tudo, quæ ē, vt cognoſcatis ametisq; per
fecte deum. Cognitio nanq; & amor dei
faciūt beatum. Inchoatio aūt huius bea
titudinis imperfecta hic eſt in via, vbi ho
minum ſanctorum corda Chriſtus inha
bitat. Hoc modo non incongrue intelli=
gitur hic, quando dicitur: Simile eſſe re=
gnum cœlorū homini ſeminăti bonū ſe
men in agro ſuo. Tertio, regnū cœlorū
intelligitur eccleſia militās, quam Chri=
Mat.13 ſtus poſſidet vt regnum ſuum, in ea re=
Matth.25 gnans conſtituit. Vnde dicitur: Simile
eſſe regnum cœlorū ſagenæ miſſæ in ma=
re: & decem virginibus. Quod haud du
biū non aliter quā de præſenti poteſt ec
cleſia recte intelligi. Quarto, ſignificat
ſtatus ſeu negotium militantis eccleſiæ.
Hoc modo accipitur, vbi dicitur: Simile Matth.20
eſt regnū cœlorū homini patriſfamilias. Matth.22
&c. & homini regi. Hoc etiā modo hic
accipi poteſt, parabola præſens de ſemi=
nante bonū ſemen, quæ paulo poſt à do
mino exponitur diſcipulis. Nā cum mul
tas dixiſſet parabolas, nec explanaſſet,
turbis relictis cū eſſet in domo cū diſci=
pulis ſolus interrogatus expoſuit para=
bolā. Qui ſeminat, inquit, bonū ſemen fi Matth.13
lius eſt hominis, Chriſtū ſeipſum haud=
dubie ſignificans, cui ſimile dicit factū re
gnū cœloꝶ. Inde liquet Chriſtum hic vo
cari poſſe regnū cœloꝶ, quia promiſſor,
doctor & dator eſt regni cœloꝶ. Ager
vero eſt mundus, hoc eſt, terra peregri=
nationis humanæ, in qua degimus hic
tanquā exules & peregrini. Bonū ſemen
quod ſeminatur, ſunt filij regni, puta ele
cti ac homines virtuoſi, quos Chriſtus
in omni habet loco per vniuerſum mū=
dū diſperſos. Illos enim ſeminauit, hoc
eſt, diſperſit per omnia climata mundi.
De hoc ſemine ſcriptū eſt in Iſaia: Omēs Iſaiæ.61
qui viderint eos cognoſcent illos, quia Iſaiæ.53
iſti ſunt ſemen cui benedixit dn̄s. Et de Gal.3
Chriſto idē prophetat: Si poſuerit pro Rom.4
peccato animam ſuā, videbit ſemen lon
geuum: Hoc eſt ſemen Abrahæ ſecundū
promiſſionem dei hæredes. Zizania au=
tem filij ſunt nequā. Hi parimodo ſunt
ſemen, ſed non dei. Sunt autem ſemen
diaboli, non quod eſſe naturæ à diabo=
lo habeant, ſed eſſe malitiæ, eo ſcilicet in
ſtigatore, eius ſuggeſtione, & machinati
one. Seminati ſunt ergo per vniuerſum
mundum, vt dixi, non inquantum ho=
mines (hoc enim modo boni maliq; o=
mnes eundem habemus creatorem) ſed Iohan.9
in quantū mali. Hoc modo quoq; quod Iohan.8
ſcriptum eſt, Omnis qui habet peccatū
ex patre diabolo eſt, quoniam ab initio
diabolus peccat, intelligitur Iudęos quo
que Chriſtus obiurgans, Vos ex patre, in
quit, diabolo eſtis, & deſideria patris ve=
ſtri vultis perficere. Ex hoc eñ ſeminatū
eſt ſemen malitiæ. Quotquot eñ in ec=
cleſia fuerunt hæretici, quotquot in mū=
do fuerūt mali, ipſius inſtigatiōe & cōſi=
lio facti ſunt mali, & in malo adiuti. In
Gen. legimus de tribus filijs Sē Chā & Gene.9
Iaphet dictū: Iſti ſunt tres filij Noe, ꝑ q̄s
diſſeminatū eſt om̄e genus hominū ſup
vniuerſam terram. Horum duo filij cre=
dun=

duntur fuiſſe boni. Tertius vero reprobus & maledictus. Quomodo ergo in duobus prioribus, maxime autē in Sem deus ſemen ſeruauit virtutis quod in poſteros diffudit. (Ab his enim didicerunt boni ritum colendi deum innocenterq́; Gene.5 viuendi:) ita diabolus ex Cham, qui ante diluuium fuit malus, poſt diluuium ſemen diffudit malitiæ eius in quoſcunque potuit homines, vt tam ſua inſtigatione, quā huius imitatorumq́; eius malorum hominum exemplo & praua cōuerſatiōe malitiam propagaret in alios, vt vniuerſum iterum paulatim corrum- Gene.6 peret genus humanum. Dicitur aūt diabolus hic homo parabolice, quia ſuos inſtruit, qui illum audierint, ad malitiam, tanquam pater filios. Meſſis vero conſummatio eſt ſeculi, dies ſcilicet iudicij, in quo electi ſeparabuntur à malis. Meſſores angeli ſunt boni quorum miniſterio cineres mortuorum colligentur ad iudicium ducendorum, qui auferent de Mat.13 regno eius, hoc eſt, de eccleſia ſanctorū, omnia ſcandala, id eſt, omnes qui alios ſcandalizant omneſq́; qui operantur ini- Apo.21 quitatem. Erit enim tunc eorum iniquitatis finis, nec ſcandalizandi, aut male agendi eis prorogabitur tempus, ſed iuxta opera tunc ſua quiſq; recipiet, ſiue bonum ſiue malū quod in corpore geſſit. 2.Cor.5 Hęc eſt expoſitio huius parabolę à Chriſto apoſtolis tradita. Sed inueſtigādum eſt, vbi aut quomodo Chriſtus bonum ſeminauerit ſemen. Dicendum Chriſtus in agro ſuo, id eſt, in eccleſia ſua militante, per ſeipſum & per apoſtolos ſuos doctrinam ſeminauit euangelicam, qua homines (vt ipſe exponit) creſcere cœperūt boni, adeo vt poſt Chriſti aſcenſionem Acto.4 mox à perfectione hi inciperent, tradentes venditis omnibus ſuis facultatibus precium ad pedes apoſtolorum, & de cōmuni prouiſione victitabant. Erant ergo tūc fere omnes ſancti homines quotquot conuertebantur ad Chriſtum.

Cum autem dormirēt homines uenit inimicus eius, & ſeminauit zizania in medio tritici, et abijt.

Inuidebat inimicus diabolus huic ſancto ſemini, & viſus eſt ipſum aut corrumpere aut ſaltem interturbare. Icc irco ſequitur: Dormientibus hominibus ſuperſeminauit zizaniam ſeu lolium in mediū tritici, vt ſemine ſuo iniquo ſuffocaret bonum ſemē. Vbi eñ in magna cœperat ſanctitate & ſynceritate florere eccleſia, ſeminauit diabolus in triticum, hoc eſt, inter bonos homines, ſemē malum, hoc eſt, impios & hæreticos, qui aut eruditione peſtifera, aut malæ vitæ contagio bonos torquerent & ſeducerent. Non tamē diabolus intelligendus eſt ita facere malos, vt eis neceſſitatē imponat, ſed vt eos incitet, alliciat, fallat & ſeducat. Hos itaque inter bonos vult cōuerſari, vt ex bonis quoq; aliquos ſeducens corrumpat. Neq; eñ magnopere curat, vt hæreticos aut impios habeat inter infideles, quia vtroſq; vbicunq; ſint poſſidet, ſed bonis vult malos eſſe mixtos, vt per malos tentet & decipiat bonos. Seminat autē malos ſeu hæreticos eos excitando ſcilicet, & animū ſuperbiamq́; in illis fouendo, atq; exufflando idq́; dormientibus hominibus, hoc eſt, prælatis, doctoribus & prædicatoribus, quorū eſt ſuper grege ſibi commiſſa, ſuper cuſtodia animarū, & ſuper ſana doctrina contutanda vigilare. Dormitant aūt & nō vigilant, cū ſibi ipſis magis quā animabus ſibi creditis proſpiciūt prælati & doctores, cum negligentius in animarum propulſandis periculis agunt, cum deniq́; nimium diſſimulantes neminem offendere volunt. Interea igitur inimicus homo .i. diabolus huiuſmodi malū ſemen, vnde & prodeant hæretici, & creſcant impij, ſpargit, et abit. Hæc eñ diaboli verſutia eſt, vt velit ignorari, nolit agnoſci, & ſub ſpecie angeli agat peſſimum diabolum. Hęc eius inquā eſt ars fallēdi. Propterea Apoſtolus quoq; nos præmonens dicit illum transfigurare ſe in angelum lucis, haud dubium nō aliā ob rem, niſi vt facilius ſupplātet. Quod ergo dicitur ſeminaſſe & abijſſe, nihil vult dictū aliud, quā quod fraude latēterq́; hoc fecerit, vt ſuę fraudis reportet fructū. Vult enim à ſe hoc quod ipſe hoc procurauerit aut fecerit, ignorari. Suſpectus enim omnibus eſt, eiuſque technæ, quod peſſimæ ſint, nemini non manifeſtum eſt, ideo ne cōſilia eius ſpernantur, non vult depræhendi, ſed ſub ſpecie fallit pietatis.

Cum autem creuiſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania.

Cum

Cum creuiſſet herba, puta tritici, & fructũ feciſſet apparuerunt & zizania. Quã diu in germine fuerat, non potuit facile alterum ab altero diſcerni, quia non euidens magnaq́; apparet diſſimilitudo. Verum vbi iam matureſcere cœperit ſpicãque emittere, diſſimilitudo inuenitur & lolij & tritici. Hoc modo hęretici vbi primum ſeminauerint fauoribus ſe curant commendare humanis, & coram pijs ſimulant pietatem, coram mundanis vero libertatem, aſſertionem vt ſuam impiam liberius oſtẽtent. Vnde fit vt vix poſſint tunc hæretici cognoſci. Verum vbi fructus eruditionis, potius dicerem seductionis, cœperit apparere, tũc primum à pijs cognoſcitur eorum impietas, quam ſub ſpecie pietatis tanto tempore abſcõderunt.

Accedentes autem ſerui patris familias dixerunt ei: Domine nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit.

Serui accedentes dixerunt domino ſuo: Domine nõne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Qui fuerunt hi ſerui qui hæc ſuggeſſerunt, ſuggeruntve dominis ſuis? Fuerũt & ſunt certe viri iuſti & timentes deum qui zelum habentes dei, dum vident in eccleſia malum, ſuggerunt deo hoc per orationem, precantes eius auxilium eccleſiæ citius aduenire, antequam malitia diabolicæ fraudis hæreticæq́; prauitatis adeo clanculum ſerpat cõfirmeturq́; nemine obſiſtente in hominum cordibus, vt paulo poſt nulla poſſit prælatorum diligentia curari. Primitiuæ igitur eccleſię patres cum viderent multas pullulare hæreſes, quando ſana vniformis eſſe debeat omnium fidelium eruditio, orationibus profecti ſunt ad deum, admirantes, cum dei verbum euangelicum vbique ſeminaretur, quomodo hæreſum zizaniæ ſimul ęque creſcerent. Et reſpondit dominus inſpirando eis, Semen quidem dei verbum eſſe ſanum & bonum, ſed tamen hominem inimicũ, id eſt, diabolum, qui non propter cõformitatem quam cum homine habeat corporalem ſed ratione mentis (quia ſpiritus eſt) homo dicitur, hoc feciſſe, vt ſenſus intellectusq́; verbi dei adulterinus, falſusq́; ex vera ſcriptura ab hæreticis aſſumeretur. Conſulunt autem dominum, an illi placeat zizaniam euelli. Ideo ſequitur.

Serui autem dixerunt ei: Vis imus & colligimus ea? Et ait: Non. Ne colligentes zizania eradicetis ſimul cum eis & triticum. Sinite creſcere utraq; uſq; ad meſſem.

Indignum eis videbatur, loco tritici lolium natum foueri, & reſpondit: Non. Neque enim hic ſoli iuſti viuere debent, qui perfecti nũquam fierent, niſi per malos ſibi coniunctos exercerentur. Nuſquam ergo ſolos colligit electos. Sed ſimul bonis malos coniungit, vt ſint qui probent & qui probentur. Quis enim hominum dicetur patiens, aut mitis, vbi nemo illũ deſpicit, vbi nemo iniuriam facit? Aut cui iniuriam donabit, ſi nullam ei quiſpiam intulit? Vides igitur exercitia virtutum haudquaquam eſſe poſſe vbi non fuerint vitia. Bonorum enim eſt officiũ iniurias patienter tolerare, non inferre. Porro mali ſunt qui alios perſequũtur. Si igitur pati debemus perſecutionem, neceſſe eſt eſſe, qui hanc nobis inferant. Et ſi hanc nemo infert niſi malus, ergo mali neceſſarij ſunt nobis & vtiles, nec prorſus abijciendi: quandoquidem electis dei magna venit de malis vtilitas, ſic ut etiam ex perſecutione, tentationibusque dæmonum, multa nobis eueniunt bona. Admonet igitur non eradicãdos malos, nec hæreticos omnes, rationem huius aſſignans, Ne cum velimus zizaniam euellere, ſimul euellamus & triticum Mali hæretici quoque multi, de quibus plene non conſtat eos eſſe malos aut hæreticos, ſi tollerentur de medio (poſſet euenire vt eis fieret præiudicium) quia aut ſunt conuertẽdi, aut adeo non ſunt mali quantum humana iudicat temeritas, ad iudicandum & damnandum alioqui prona. Fieret nanque tunc quod Christus dicit, vt cum putarent ſe euellere zizaniam, eradicarẽt triticũ. Quod alio quoq; poſſet contingere modo, dum hæretici ſunt potentes, habẽtve eos, qui in terrena ſunt conſtituti poteſtate fautores, vt non facili quæant modo e medio tolli, niſi cũ magna iactura & perſecutione fidelium. Tũc enim eos diuino

relin-

relinquere iudicio præſtat quam eradicare de terra: aut obſeruari expectariq́; oportet tempus opportunũ, quo abſque fidelium poſſint puniri incommodo graui ac iactura. Quod ſi nullum datur idoneum, veniet meſſis, id eſt, conſummatio ſeculi, & dicet dominus meſſoribus vt ſequitur.

Et in tempore meſſis dicam meſſoribus: Colligite primum zizania & alligate ea in faſciculos ad comburendum. Triticum autem congregate in horreum meum.

Collige inquit primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburẽdum. Hoc præſens tempus, tempus eſt ſeminationis vt Pſalmiſta ait: Qui ſeminant
Pſal.125 in lachrymis, in exultatione metent. Eũtes ibant & flebant, mittẽtes ſemina ſua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos. Et Paulus:
1.Cor.9 Qui parce ſeminat, parce & metet.
Matt.13 Quodcunque ergo ſeminauerit homo, hoc & metet. Colligite, inquit meſſoribus, primum zizania, hoc eſt, ſeparate eos de medio iuſtorum. Hinc colligitur, quod reprobi primum recipient iudicium, vt ante audiant ipſi ſententiam grauem damnationis, quàm ſancti aſcendant cum Chriſto in cœlum. Cum quibus benedictionem ſuam, tunc nobis quoque CHRISTVS largiatur, qui cum patre & ſpirituſancto viuit & regnat deus Amen.

SERMO DE EADEM Dominica. Mali utiles ſunt bonis, & quãdo euellendi, quando ſint tolerãdi.

SInite ea creſcere vſque ad meſſem. Matthæi decimo tertio. Verba ſunt hodierni euangelij, quibus interrogatus dominus an mali cũ bonis ſint tolerandi, reſpõdet vtrumq;, & lolium & triticum ſimul creſcere debere (tametſi nõ à ſe zizania, ſed bonum tantum ſemen eſſet ſeminatum) ne dum zizania putaretur eradicari, euellatur ſimul & triticum. Voluit autem nos docere impoſſibile fore, vt omnis zizania euellatur e tritico, hoc eſt, vt omnes mali ſeparentur à bonis. Nec etiam expediret, vt ſoli boni ſimul eſſent: quandoquidem exercendæ perficiendæq́; nullum virtutis haberent exercitium boni abſque malis. Multa autem bonis proueniunt bona à malis. Si enim non eſſent mali, ceſſarent multa opera bona, puta eruditiones ſacræ, correptiones, monitiones, exhortationes, orationes: quæ fiunt pro malorum correctione. Quando ergo zizania omnis tolleretur, multum euelleretur tritici, id eſt, magna pars bonorum operũ interiret, propterea quod tunc locum non haberent multa exercitia bona. Sic Apoſtolus dicit: Oportet 1.Cor. hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt manifeſti fiant. Quid enim tam claram lucidamque reddit fidem noſtram ſacramq́; ſcripturam, quam perſecutio hæreticorum Illis enim falſitatem prædicantibus neceſſe erat doctores veritatis ſudare, operamq́; omnem nauare ac quærere, quibus locis impietatem euincerent, quibus argumentis rationibusq́; hæreticorum errores confutarent. Vnde vehementer illuſtrata eſt eccleſia. Si nullus fuiſſet hæreticus, non haberemus fulgida ſcripta patris Auguſtini, multa nobis deeſſent ex Hieronymo præclara, ex veteribus item alijs admiranda nobis multa deeſſent. Itaque ſi CHRISTVS flagellat omnẽ Heb. filium quem recipit, quis nos flagellaret, id eſt, per quos deus flagellaret ſuos filios ſi non mali ſupereſſent qui torquerẽt? Ad quid autem mali torquẽt nos, vt idonei digniq́; efficiamur regno cœlorum? Et quid melius regno cœlorum? Quid vtilius? Vide, hæc per malos homines præſtat nobis deus. Sed abſit vt propterea quia nobis ſunt perſequendo vtiles, vt in hoc etiam ſibi ſint vtiles. Abſit vt iuxta id quod deus per malos nobis præſtat, etiam illis retribuat deus. Non iuxta hoc eis retribuit, nec miniſtros eos, vt pote flagellatores ſuos agnoſcit, nec quia nos deus purgare voluit, & illi nos purgauerunt, ideo deo obedierunt: Sed nobis reddit iuxta patientiam noſtram, & illis reddet ſecundum malitiam eorum. De hoc Auguſtinus diffuſe tractãs Aug. illum Pſalmum, Deus vltionum dominus: Videte (inquit) quanta nobis præſtitit deus de ipſo immaniſſimo ſcelere 1.C proditoris. IVDAS quippe tradit ad paſſionem filium dei, & per paſſionem filij

filiȷ Dei omnes gentes redemptæ ſunt ad ſalutem, nec tamen pro ſalute gentium merces tradita eſt Iudæ, ſed pro malitia eius, debitum ei ſupplicium retributum eſt. Nam ſi traditio, & non tradentis animus conſiderandus eſt, hoc fecit Iudas quod fecit Deus pater, de quo ſcriptū
Roma.8 eſt: Quia proprio filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Hoc fecit Iudas quod fecit ipſe do-
Ephe.5 minus CHRISTVS, de quo ſcriptum eſt: Qui ſeipſum tradidit oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Et tamen gratias agimus Deo, qui vnico filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis tradidit
Roma.8 eum. Gratias agimus ipſi filio, qui ſeipſum tradidit pro nobis, & in eo volun-
Iſai.5 tatem patris impleuit. Et deteſtamur Iudam, de cuius facto tantum beneficium nobis præſtitit Deus, & recte dicimus: Reddidit ei dominus ſecundum iniquitatem eius, & ſecundum malitiam eius diſperdidit eum. Non enim ille pro nobis
Matt.26 tradidit CHRISTVM, ſed pro argento quo vēdidit eum. Sicut ergo malis obeſt bonitas iuſtorum, ſic bonis prodeſt iniquitas impiorum. Hæc Auguſtinus. Aduertendum eſt autem diligenter (ſi quis hunc textum velit de hæreticis intelligi, nam hi ſuper verbo diuino zizania, id eſt, dogma peruerſum ſeminant) quod dominus cauſam aſſignans, quare hæreticos dixerit, non eradicandos, hoc inducit, ne forte euellatis cum zizania ſimul & triticum, inſinuans in hoc caſu nullum eſſe fructum exterminiȷ eorum. Ne tamen credantur placere Deo vitia & mala eorum, pręmonens dicit, quid ſit futurum eis tempore meſſis, quomodo in faſciculos ſint ligandi, & igne inextinguibili comburendi. Colligitur igitur hoc, vbi hæretici nocent fidei Chriſtianæ, vbi nocent animabus, quotidie animas Deo abſtrahentes, & in errorem mittentes, & quando ſatis moniti, & ſemper incorrigibiles (vt ferè omnium eſt hęreticorum conſuetudo) inueniuntur: ibi inquam ſunt de medio tollendi. Neque enim minori cura eſt agendum pro ſalute animarum, quam pro ſalute corporum, aut pro reipublicæ ſalute, idque iuxta aliam ſcripturam dicen-
Cor.15 tem: Auferte malum de medio veſtri. Primo enim ſunt ab eccleſia de medio fratrum, id eſt, de communione fidelium ſeparandi (eſt enim hæc ſeparatio medicinalis). Qui ſi non correxerint ſe, ſed præbuerint ſe in corruptionem multorum, multoſque ſeducant, ſunt etiam tradendi iudicio ſeculari, de quibus quid ſit faciendum leges declarant. Et hoc non prohibet fieri dominus, ſi modo ita abſcindi poſſint, ne ſimul pati perireque propterea habeant innocentes fideles. Nā quod pro multorum eſt ſalute inſtitutum (vt hę retici, qui maxime & prę omnibus nocēt, exterminentur) non debet fieri vbi contra multorum ſalutem. Vbi ergo hæretici principum habent protectionem ac fauorem, nec euocari euincique poſſint, nec etiam argui, ſed timeretur, expectareturque bonis perſecutio ſi punirentur plecterenturve morte corporali, tolerandi ſunt potius, quàm perſequendi, ne forte ſicut dominus dicit, quum euellimus zizaniam, hoc eſt, quum hæreticum de medio tollimus multo id pluribus noceat, quàm ſi fuiſſet diſſimulatus, hoc eſt, ſi eius punitio, aut ſublatio cauſa fuerit vt æque, aut maiorem propterea ſuſtineāt perſecutionē fideles, tūc eſt diſſimulandum, Deuſq; inuocandus vt fidei ſuę, ouibuſq; ſuis prouideat. Non eſt autem tacendum zizania quædam eſſe quæ ſeminat diabolus, aut etiam propria malitia, quæ non ſunt diſſimulanda, ſed magno zelo, quātotius extirpanda. Sunt autem vitia, quæ ſub virtutum ſpecie occultantur, & nonnunquam faciem induunt virtutum virtuteſque ab ignorantibus nominantur. Hæc extirpanda ſunt magna diligentia. Periculoſum enim eſt valde dum vitia virtutes creduntur, dum ſuperbia mentitur ſe humilitatem, dum ira iuſtitiæ zelum, dum amor carnalis charitatem ſe nominat. Vt igitur videamus, contingit primo ſuperbiam latere ſub ſpecie zeli aut iuſtitiæ. Sunt enim qui aliena carpunt vitia, & ſi modica ſunt, eadem etiam aggrauant, iudicantes grauiter, & damnantes, quo ipſi præſtantiores, perfectioreſque his, quos vituperant habebantur. Sunt quibus dominādi appetitus dominatur. Hi ſatagunt ſub ſpecie zeli alios ſibi committi inſtruendos, vt à diſcipulis magiſtri, à ſubditis patres appellentur. Latetque nonnunquam ipſos quoque ſuperbia hæc, vt quaſi per eſuriem iuſtitiæ videantur ſibi magiſterium officiumve aliquod appetere vt profint multis, vt ædificēt & plantent. Sed nō raro mentita eſt in

ſquitas ſibiipſi, quia ſi recte & omnes cor dis ſui latebras ſcrutarentur, inuenirent ſi bi dulcius arridere, præeſſe quã prodeſſe. Quod inde liquet: Nam dum quod cupiunt aſſequuti fuerint, tametſi in principio aliquam oſtentent diligentiam, paulopoſt, id ad quod videbantur anhelare puta eruditionem, ædificationem, exhortationes, deuotionis ſtudium, ſimul cum lectione negligunt. Secundo ſub ſpecie humilitatis palliat ſe ſuperbia, nam humiliando ſe naſcitur ſuperbia. Exercitia enim humilitatis, vt ſunt vilitas in veſtibus, paupertas in rebus, cum infimis conuerſari, honores ſpernere, gloriam fugere, plerumque ſuperbiam inducunt. Adeo difficile eſt diſcernere inter veræ fal ſæque humilitatis ſigna, adeo eſtque rarum à virtutibus vitia prudenter ſecernere. Eſt autem vitium quoduis latens eo periculoſius, quo minus manifeſtum. Noxium autem eſt magis omnino, vbi etiam ab eo quem obſidet, virtus putatur. Sunt præterea bona alia innumerabilia, ſub quorum ſpecie ſe ingerit ſuperbia, vt dum bonum quæri putatur, non virtuti ſed vitio ſeruiatur. Quod quid aliud eſt quàm zizania ſuper tritico ſeminata ab homine inimico? Simili modo fit in auaritia, quam inimicus ſuperſeminat ſub ſpecie triplicis boni. Fingit enim licitum eſſe theſaurizare ſub ſpecie prouidentiæ, vt ſuæ aliorumque neceſſitati pro uideat. De hoc vitio Gregorius dicit: (Gregori.)
Auaritia deuictum animum quaſi ex ratione ſolet exhortari dicens: Valde ſine culpa eſt, quod quędam habẽda concupiſcis, quæ non multiplicari appetis, ſed egere pertimeſcis. Secũdo ſub pietatis colore ſeminatur. Auari eñ congregant, & multa retinẽt beneficia ſacerdotes, vt magna cõdant teſtamenta, vt ſacerdotia dotent, vt eleemoſynas tribuant: & ſub illa quidem ſpecie congregant, quum in vita tamen nihil horum efficiant, quippe qui à pecuniis non poſſint ſeparari. Deinde quanta ſuperſeminat quę pertinent ad carnalẽ amorem, ſeu luxuriam ſub ſpecie amicitiæ, aut ſancti amoris? Nam conglutinat diuerſi ſexus homines amore inquietiſſimo, vt nihil cogitare, nihil loqui illis libeat, niſi de amata (vt ita loquar) perſona. Collocutio eorum inſatiabilis eſt ſalutationis infinitæ, literæ dulciſſimæ inter eos, & creberrimæ, munuſcula gratiſſima, nunciationes lepidiſſimæ. In his quaſi dormitare videtur hoſtis infernalis, donec ſic agglutinati fuerint, vt alteri alter nihil negare poſſit, tunc primum erigit ſe inimicus, & libidinum ſtimulis, aut vtrumque, aut infirmiorem concutit. Quo tandem emergant huiuſmodi, aut quo fine conſument hunc amorem, quem ab initio ſpiritualem putabant, verecundum eſt dicere. Seminauit enim inimicus ſuam zizaniam ſuper ſemine iuſto & ſancto charitatis. Eamus ad acediæ ſemen, quod ſub ſpecie diſcretionis & propriæ compaſſionis ſeminatur. Indulgetur enim ventri, indulgetur ſomno, indulgetur denique aliis ſolaciis carnis nimium, ſub ſpecie, ne nimia auſteritate ſibiipſi noceat. De hac inertia ac acedia (Augu.) Auguſtinus loquens, dicit: Acedia & ignauia dicunt: Si lectioni continuato ſtudio inſiſtis, oculorum caliginem incurris. Si indeſinenter lachrymas fuderis, ipſos etiam oculos amittis. Si quotidiano te labore afficis, ad opus ſpirituale quando ſurges? Eſt nihilominus alia fraus, quo ſub ſpecie virtutis acediam diabolus ſemi nat. Nam aliquos vbi viderit virtutis ſtudioſos, atque ſuperbiæ hoſtes, eis ſuadet à bonis operibus quieſcere, ne magni reputentur & ſancti: ſed potius quieſcant à bonis ſtudiis operibuſque, vt viles, humiles & ignoti maneant mundo, & vt delitescant in humilitate viuentes. Hoc modo vbique ſuper CHRISTI doctrinam ſanctam & ſalutarem ſuperſeminat diabolus dogma peſtiferum ſuum hæreticorũ, malorumque hominum, quod tamen eradicari vetat (vt dixi) in hoc ſolo caſu, vbi commode id fieri nequit, vt eradicetur ſola zizania, abſque graui turbatione electorum Dei. Nam ſi id fieri poteſt, vt tritico ſaluo euellantur zizania, nequaquam prohibet, quin euellantur. Quomodo enim velit zizaniis grauari triticum, vbi ſeparari poſſunt, quando adeo diligit triticum, vt ne ipſum euellatur ſimul zizaniam quoque propterea tolerat? Habemus autem exemplum de hæreticis, impiiſque exterminandis in zelo Moſi, qui poſtquam populum Iſrael adoraſſe (Num.) cognouit vitulum, Leuitis præcipit vir (Exod.) alioqui mitiſſimus iubente domino, dicens: Ponat vir gladium ſuper fœmur ſuum. Ite, & redite de porta vſque ad portam, per medium caſtrorum, & occidat vnuſ

vnuſquiſque fratrem ſuum & amicum &
proximum ſuum. Ceciderũt autem die il-
la quaſi viginti tria milia hominum. Simi-
Nume.25 li modo in Numeris legimus p̃cepto Mo-
ſi, de his qui incitati ſunt Beelphegor, hoc
eſt, qui fornicati fuerant cum filiabus Mo
ab, & adorauerant deos earum, cęſa vigin-
ti quatuor milia virorum. Non leuiorem
peſtem inferunt hæretici animabus alie-
nis, quàm hi præfati ſibiipſis. Atque ideo
vbi ſegregari poſſunt, & emendare ſe no-
lunt, non ſunt tolerãdi. Diſcamus poſtre-
mo oportet hic vigilare aduerſus inſidias
diaboli, ne ſeminet intra nos, id eſt, exuf-
flet & incendat malas cogitationes. Qua-
rum ſi ſemina in nos iecerit, hoc eſt, pri-
mos excitauerit paſſionum motus, eniten
dum ne permittantur creſcere, ſed in in-
itio eradicẽtur. Mora enim robur illis prę
ſtat, vt eo difficilius tandem euellantur,
quo diutius in nobis iacuerint. Addat no-
bis dominus virtutẽ & fortitudinem ad
contutandam cordis noſtri mundiciam,
& illuminet intellectum noſtrũ, quo pru
denter omnes diaboli technas euadere, o-
mnia retia eius dirumpere & cũcta ipſius
ſemina valeamus eradicare, per Chriſtum
dñm noſtrũ, q eſt bñdictus in ſecula. Amẽ.

EXEGESIS EVANGELIJ eiuſdem dominicæ VI. poſt natiuitatem Chriſti, iuxta ritum quarundam eccleſiarum. Matth. XI.

Matt.11 ANTE HOC Euãgeliũ ſcribit Mat
Matt.3 thæus dominum Ie
Matt.9 ſum ex pbraſſe mul-
tis ciuitatibus, in q-
bus virtutes fecerat
multas, ꝙ ad pœni
tentiam nõ fuiſſent
conuerſæ, ſed & in Iohanne præcurſore
ſuo qui auſterioris videbatur vitæ, & in ſe
qui clementioris atq; cõmunioris fuerant
homines incolę illarũ ſcandalizati, inſinu-
ans, quod eo grauius eſſent habituri iudi-
cium, quo præſtita eis fuerãt beneficia ma
iora. Ingratitudo enim erat ingens, quan-
do beneficijs Chriſti multis, qui præclara
Matt.11 corã eis variaq; miracula fecerat, fides eo-
rum non reſpondebat. Iccirco dixit: Væ ti
bi Corozaim, væ tibi Bethſaida, quia ſi in
Tyro & Sydone factæ fuiſſent virtutes, q̃
factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cine
re pœnitentiam egiſſent. Veruntamen di
co vobis, Tyroni & Sydoni remiſſius erit
in die iudicij quàm vobis. Et tu Caphar-
naum, nunquid in cœlum exaltaberis? Vſ-
que in infernum deſcendes. Quia ſi in So
domis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ
ſunt in te, remanſiſſent vtiq; vſq; in hunc
diem. Veruntamen dico vobis: Remiſſi-
us erit terræ Sodomorum in die iudicij,
quàm tibi. Reſpondens igitur Ieſus, ad
quæſtionem, quæ inde naſcebatur ex illis
verbis, & quæ potuiſſet illi fieri. (Sciſcita-
ri enim quis potuiſſet. Quare plebs Iudęo
rum, quorum hic ciuitatibus exprobra-
bat fuiſſent increduli, quum gentes adeo
fidem alacriter receperunt) patri ſuo gra-
tias agit, dicens:

Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.

Confiteor tibi, hoc eſt cognoſco, fateor,
ad laudemque tuam manifeſto, & tibi
gratias ago, qui pater es meus per æternã
generationem, aliorum autem membro-
rum meorum per adoptionem. Domine
cœli & terræ, hoc eſt, vniuerſorũ tam cœ-
leſtium quàm terreſtrium, viſibiliũ quàm
inuiſibilium. Quia aſcondiſti hęc à prudẽ
tibus & ſapientibus, & reuelaſti ea paruu-
lis. A prudentibus & ſapientibus, nõ à ve
re ſapientibus, ſed à præſumptuoſis, ab in
flatis, à tumidis & ſuperbis, qui ſapientes
ſunt in oculis ſuis, cuiuſmodi erant phari Iſai.5
ſæi, ſcribæ & legiſperiti, & reuelaſti ea par- Iohan.9
uulis, humilibus, nihil de ſe pręſumẽtibus
hoc eſt apoſtolis, & per eos credentibus.
Quæ ſunt autem quæ abſcondita ſunt ſu-
perbis, nota facta humilibus? Myſteria E-
uangelij, diuini beneplaciti ſecreta, conſi-
lia Dei & fidei arcana. Ea enim abſcondi-
ta ſunt prudentibus & doctis huius mun-
di, vt licet multa de his intelligant, multa
diſſerant & doceant, non tamen ea quę lo
quuntur mentem eorum afficiunt. Hi enĩ
quorum mens afficitur ſuauiterque con-
ſentiens quieſcit in amore veritatis, in co-
gnitione approbrationeque diuini bene-
placiti, vere ſunt ſapientes dono ſapientię
illuminati, & charitate confortati, quan-
tumlibet ſunt, ſiue eruditi, ſiue illiterati,
ſunt tamen humiles & paruuli, idonei ad

ſpiritus ſancti capiēdam illuminationem. Hi ſunt quibus Deus ſecreta ſua reuelat. Alij vero omnes quãuis eloquētes, quamuis docti, quamuis prudentes, ſtulti tamen ſunt coram Deo. Nihil enim ſtultius quàm Deo non obedire, cœleſtibus terrena præferre, caduca magis quàm Deum amare. Beati igitur quibus Deus ea reuelat, beati etiam quos Deus paruulos ac dignos hac reuelatione facit. Neq; enim habet homo vt glorietur ſe paruulum fuiſſe aut humilem, & propterea illuminatum. Si illuminatus es, à Deo illuminatus es, et ſi paruulus es, à Deo hoc quoq; accepiſti, vt paruulus eſſes. In omnibus igitur laudanda eſt multitudo dulcedinis diuinæ, et miſericordiæ eius exuberantia infinita. Itaque reuelat Deus ſecreta ſua, ea ſcilicet vt ſunt viæ ad ipſum occultæ, ad perfectionem tractus quidã, ſed et diſcretio quoq; prudentia ac moderamen, inter agenda, eligenda & reſpuenda cognitio item et amor diuinæ voluntatis quæ omnia humilibus reuelantur bonæ voluntatis. Horũ innumeri fuere ſuntque hodie omnes electi Dei, qui non in ſublimitate ſermonis, non in calliditate & aſtutia ſenſus, non in opinione magni nominis, aliquid apud filios huius ſeculi æſtimati ſunt, ſed à mũdo potius contempti atque viles inutileſque reputati. Hi inquam ſunt paruuli illi, quibus Deus reuelauit. Quapropter Apoſtolus dicit Corinthijs: Videte, inquiens, vocationem veſtram fratres, quia nõ multi ſapiētes ſunt inter eos (de mũdi ſapiētibus loquitur) ſed quę ſtulta ſunt mũdi elegit Deus, vt confundat ſapientes. Et iterum: Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi.

1.Cor.1.

Ibidem

Ita pater quoniam ſic placitum fuit ante te.

Ita fit, ita congruit, ſic te decet pater quoniam tibi ita agere eſt beneplacitum. Tua enim voluntas congruentiſſima, ſapientiſſima, iuſtiſſima ac optima eſt. Quare etiam cur hi illuminētur, iſti relinquãtur, ratio non eſt alia nobis inueſtigabilis, quàm diuinum ſanctiſſimumq; dei beneplacitũ. Volũtas eñ Dei eſt vt hic ſaluetur iſte relinquat. Petrus namq; Iudas vterq; peccauit, nec impoſſibile fuit Chriſto reſpicere miſericordiæ ſuæ oculo Iudam, quemadmodum reſpexit & Petrum. Sed quare non fecerit, non aliud reſpondere nos poſſumus, niſi quia non voluit. Propterea ſanctus Auguſtinus in homelia dicit ſuper verbo: Nemo venit ad me, niſi pater meus traxerit eum. Quem trahat, & quem non trahat, & cur iſtum trahat, & illum non trahat: Noli iudicare, ſi non vis errare. Nondum traheris: ora vt traharis. Hoc tamen certum legimus in ſcriptura Deum dici indurare, nõ miſereri, excæcare, & hic Deum proinde abſcondiſſe quibuſdam Euangelium ſuum. Deum hoc eſt Chriſtum locutum eſſe in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Verũ hęc & omnia alia de Deo intelligenda ſunt negatiue, hoc eſt, quod non quærentibus, non volentibus non dat gratiam ſuã, quõ ſol feneſtras ſuas occludentibus negat radios ſuos. Verũ qui aperit nonne ex dono Dei aperit. Nihil igitur poſſumus hic definire. Sed dicit quis. Et qui feneſtras ſuas aperit nunquid non ex dono Dei aperit? Dico verum eſt, cogimur igitur tacere quia non poſſumus inueſtigare, & fateri cũ Apoſtolo. Non eſt volētis, neq; currentis, ſed miſerētis dei.

Matt.26 Matt.27 Augu. Iohan. Exod. Eſaiæ Marc. Lucæ Rom.

Oĩa mihi tradita ſunt a patre meo.

Certum eſt filium Dei eſſe æqualem patri, Deum de Deo genitum, conſubſtantialem patri. Certum eſt etiam iuxta Chriſti humanitatem, omnia tradita Chriſto à patre ſuo, quãdoquidem ipſe quoq; poſt reſurrectionem apoſtolis fatetur, dicens: Data eſt mihi poteſtas omnis in cœlo & in terra. Quod tamen non ita craſſe intelligendum, vt pater ſe ab aliqua poteſtate aut virtute exemerit, ſeq; nudans eandem filio tradiderit, ſed ita tradidit filio omnia pater, vt eadem nihilominus quoq; remaneant in patre.

Matt.

Et nemo nouit filium niſi pater, neque patrem quis nouit niſi filius, & cui uoluerit filius reuelare.

Non eſt intelligendum quando dicitur: Nemo nouit filium niſi pater, aut ediuerſo, nemo nouit patrem niſi filius, quaſi pater non nouerit ſeipſum, aut ſeipſum nõ nouerit filius, ſed intelligẽdum eſt vt ſubintelligatur nemo alterius eſſentiæ nouit patrem niſi filius, tunc enim aſtruitur & cætera, noſce & filium & ſpiritum ſanctũ. Excipitur enim quilibet alterius eſſentiæ, non excipitur quilibet alterius perſonæ.

Nemo

Nemo igitur cognoſcit Deum perfecte niſi Deus, ſiue pater, ſiue filius, ſiue ſpiritus ſanctus. Deus enim ſolus cognoſcit ſeipſum, quia Deus quum infinitus ſit, à finito cognoſci non poteſt. Quamuis autem Deum nulla cognoſcere poſſit creatura, hoc eſt eius eſſentiam, radius enim aliquis diuinæ eſſentiæ communicari poteſt intellectuali creaturæ, quo iuxta capacitatem ſuam intellectualis creatura, ſiue angelica, ſiue rationalis aliquo modo illum cognoſcit. Siquidem in hac vita per fidem & donũ ſapientiæ cognoſcunt Deũ electi, non quidem perfecte, ſed ex parte. Porro in patria (ſicut Iohannes ait:) videbimus eum ſicuti eſt, ſcilicet in ſeipſo, non tamen plene comprehendemus eum, ſicut ipſe ſeipſum plene comprehendit, infinitus infinitum. Iam itaque vbi ſe æqualem in maieſtate mõſtrauit patri, vbi non omnibus ſui notitiam infuſam ſeu reuelatam oſtendit exclamat.

1.Cor. 13

1.Iohan. 3.

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos.

Venite ad me omnes per conuerſionem mentis. Conuertimini ad me in toto corde veſtro. Venite per deſiderium ſpiritus. Venite per auerſionem mentis veſtræ, à carnalibus deſiderijs, & rebus caducis, quæ nihil vobis proderunt in die viſitationis veſtræ. Venite ad me per imitationem virtutum, & actuum meorum. Venite igitur ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis. Omnes qui laboratis varijs ægritudinibus animæ, torpore, ignorantia, caligine, concupiſcentia, infirmitate, praua conſuetudine ex fomite peccati, vt per me adiuti non laboretis. Venite omnes qui laboratis & onerati eſtis peccato idololatriæ reliquiſque immaniſſimis ſceleribus, quæ vos grauant ponderoſius talento plumbi, deponentes omne hoc pondus & circunſtans vos peccatum. Venite etiam qui ſub onere eſtis legis, quod vobis impoſuit Moſes, id quod neque vos neque patres veſtri ferre poteſtis, & ego reficiam vos pane confortationis, & conſolationis & gratiæ meæ. Eſt autem multiplex panis quo nos CHRISTVS reficit. Panis ſuperſubſtantialis qui ſumitur in ſacramento, de quo Chriſtus dicit: Caro mea vere eſt cibus. Denique. Panis quem ego dabo vobis caro mea eſt pro mundi vita. Eſt iterum panis obedientiæ ac bonæ actionis, de quo Chriſtus idem dicit: Meus cibus eſt vt faciam voluntatem patris mei. Eſt deinde panis lachrymarum. Eſt quoque panis vitæ & intellectus omnibus his reficit Chriſtus. Exultemus igitur ad hanc vocationẽ ſuauem, omnique gaudio plenam, vbi non vnus aut alter, ſed omnes vocamur. Quo? A labore ad requiem, ab oneribus ad refectionem, ab ira ad gratiam, à morte ad vitã, à tenebris ad lucem, à captiuitate ad libertatem, à ſeruitute ad amicitiam Dei.

Ioel. 2

1.Petri 5

Heb. 12

Lucæ 6

Iohan. 6

Ibidem.

Iohan. 4

Pſalm. 79

Eccli. 15

Tollite iugum meum ſuper uos, et diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus ueſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

Iugum obedientiam legis Euangelicæ ſignificat. Vnde beatus homo qui portauerit iugum domini ab adoleſcentia ſua. De hoc iugo domini quod hic vocatur ſuaue Auguſtinus luculentiſſimum facit ſermonem quaſi interrogando dicens: Mirum videtur quibuſdam fratres chariſſimi cum audiunt dominum dicentem: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã vos: Tollite iugũ meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris: Iugum enim meũ ſuaue eſt & onus meum leue, & cõſiderant eos qui iugum ipſum intrepida ceruice ſubierũt, & ſarcinam illam mãſuetiſſimis humeris acceperunt tantis agitari & exerceri difficultatibus huius ſeculi, vt non à laboribus ad quietem, ſed à quiete ad laborem vocati videãtur, cum & Apoſtolus dicat: Omnes qui volunt in Chriſto pie viuere, perſecutionẽ patientur. Ait ergo aliquis: Quõ iugum leue eſt & ſarcina leuis, quandoquidẽ & illud iugũ & ſarcinã ferre nihil eſt aliud, quã pie viuere in Chriſto. Et quõ dicitur: Venite ad me qui laboratis et onerati eſtis, & ego reficiã vos, ac non potius dicitur: Venite qui vacatis vt laboretis? Nam & vacantes inuenit, quos conduxit in vineã, vt ferrent æſtum diei. Et ſub iugo illo leui & ſarcina leui audiamus Apoſtolum dicere: In omnibus commendantes noſmetipſos, tanquam Dei miniſtros, in multa patiẽtia, in tribulatiõibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis & cætera. Et alio loco in eadem epiſtola: A

Threno. 3

Auguſt.

2.Tim. 3

Matt. 20

2.Cor. 6

2.Cor.11 Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci. Nocte & die in profundo maris fui: & cætera quæ numerari pericula quidẽ poſſunt, ſed tolerari, niſi ſpiritu ſancto iuuante nõ poſſunt. Omnia ergo illa quæ commemorauit aſpera & grauia, frequentius & abundantius ſuſtinebat, ſed profecto aderat ei ſpiritus ſanctus, qui in exterioris hominis corruptione interiorem renouaret de die in diem, & guſtata requie ſpiritali in affluentia deliciarum Dei, in ſpe beatitudinis futuræ omnia præſentia deliniret aſpera, & omnia grauia releuaret. Ecce quàm ſuaue iugum domini portabat, & quàm leuem ſarcinam, vt omnia illa, quæ ſuperius enumerata dura, & immania omnis auditor horreſcit, leuem tribulationem diceret intuens interioribus, & fidelibus oculis, quanto precio temporalium emenda ſit futura vita, non pati æternos labores impiorum, & ſine vlla ſolicitudine perfrui æterna felicitate iuſtorum. Et poſt pauca in omnibus rebus quoque terrenis, quarum licet ſtudia, exercitiaq́; laborioſiſſima ac difficillima ſint, laborem tamen hunc oſtendit tolerabilem & ſæpenumero ſuauem, idque per amorem quo res huiuſmodi aut deſiderãtur, aut exercentur. Vnde difficillimis quibuſdam ac laborioſiſſimis enumeratis tandem concludens, ait: In omnibus his qui hæc non amãt, puta in militia, negociatione, venatione, ſtudio literarũ & reliquis id genus qui hęc nõ amant eadẽ grauia patiuntur. Qui vere amant eadẽ quidem, ſed nõ grauia pati videntur. Omnia enim ſæua & immania prorſus facilia & prope nulla facit amor. Quanto ergo certius ac facilius ad veram beatitudinẽ charitas facit, quod ad miſeriam, quãtum potuit, cupiditas fecit? Quàm facile toleratur quælibet aduerſitas temporalis, vt æterna pœna vitetur, æterna requies comparetur? Nonne immerito Paulus vas electionis dixit: Non

Roma.8 ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ecce vnde iugum illud ſuaue eſt, & ſarcina leuis. Et ſi anguſta eſt paucis eligentibus, facilis eſt tamen omnibus

Pſalm.15 diligentibus. Vnde dicit Pſalmiſta: Propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodiui vias duras. Sed quæ dura ſunt laborantibus eiſdem ipſis miteſcunt amantibus. Nihil enim tam facile bonæ voluntati, quàm ipſa ſibi, & hęc ſufficit Deo. Hęc Auguſtinus. Venite igitur qui hactenus laboraſtis in vitijs, & pro deſiderijs veſtris explendis, ſub graui iugo vt peccati ſerui militaſtis. Abijcite graue hoc iugum peccati quo diabolus vos premit, & propria voluntas. Abijcite infatigabile inſatiabileq́; peccandi deſiderium quod vectigal ac pẽſionem quotidianam à vobis exigit, vt à labore multo liberemini. Quę enim requies dulcior, quàm à peccatis ferias agere? Quæ ſuauior, purior, honeſtior ac quietior, quàm vitijs non ſeruire? Venite igitur, inquit Chriſtus omnes qui laboratis & mole prauæ eſtis conſuetudinis onerati, vt vos reficiam, vt vos releuem. Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Hic ponit vnde iugum ſuum nobis fiat ſuaue. Humilibus enim dominus ſemper dat gratiam, & humiles habent vnde nõ murmurent, vnde non fatigentur in opere Dei, vnde non glorientur, vnde ſibi nõ placeant. Quicquid enim fecerint minus illis, adhuc videtur, eo quod debent. Porro mitem eſſe corde, eſt eſſe non amarum non virulentum, non impatientem, non iratum, non durum, non inuidum. Humilitatem itaq; habere & mititatem, eſt habebere ad Deum proximũque charitatem. Qui enim humilis eſt, præcepta Dei ſeruat, legi ſe Dei ſubijcit, diuinis obtemperat mandatis, patienſque eſt vt quæ à Dei prouidentia ſibi mittuntur tolleranda nõ reſpuat, ſed æquanimiter ferat. Qui etiam humilis eſt proximum non deſpicit, non iniuriatur alicui, nemini exprobrat, nemini reſiſtit, neminem oppugnat. Quapropter cum omnibus habet pacem, concordiam & charitatem. Ad hæc quoque maxime iuuat mititas, quę facit verborum iniurias tolerare, benigno alienam iram ſermone ſuaui, ſerenoque vultu placare, ad contumelias tacere, non vlciſci iniurias, non pro malo malum reddere, dolos fraudeſque, aut non aduertere, aut pie diſſimulare. Has duas virtutes largiatur nobis dominus Ieſus Chriſtus, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Iacob.4 1.Pet.5 Roma.12

SERMO IN EADEM Dominica. Quibus domini iugum ſit ſuaue: & humilitas quomodo obtineatur.

Diſcite

DIſcite à me quia mitis ſum et
humilis corde. Iugum em̃
meum ſuaue eſt,& onus me
um leue, Matthæi XI.
Omnes nos pijſſimus ſalua-
tor non vocat ad iugum euangelicę legis,
auocans à iugo diaboli, à iugo peccati,&
à iugo proprię voluntatis. Sub his em̃ iu-
gis quamdiu aſtricti fuerimus , ducimur
captiui cum cõtumelia & contemptu dei,
ad omnem tranſgreſſionem diuinoꝝ præ
Pſalm. 2 ceptorum,& ad diaboli voluntatẽ. Quo
circa vt dirumpamus vincula eorum , &
proijciamus à nobis iugum vitiorum ne-
ceſſe eſt vt ſalutare ſuaueq́; iugum domi-
ni nobis imponamus,ſi domini volumus
eſſe iumenta. Ne autem territi cauſemur
iugum nos domini ferre non poſſe, pro-
mittit ſuum iugum graue non eſſe,ſed ſua
ue & leue ad hęc nos velle reficere,quo fa
cilius omnem feramus laborem. Hæc ita-
que domino promittente globum Cho-
reitaꝝ magnũ audio,hoc eſt,Chriſtiano-
rum impiorum,falſorumque monachorũ
ego audio murmurantiũ obloquentium
que quod nimis ſit graue domini iugum,
video quoq; quod ferme quotidie quæri-
tur occaſio qua domini iugũ nõ omnino
tollatur aut abijciatur, aut releuetur om-
nes clamãt: hoc mihi onus graue eſt. Hoc
ferre non poſſum: cum dominus interim
iugum ſuum dicat ſuaue , & onus leue.
Eſt re vera dñi onus ſiue iugum ſuaue,ſed
bonæ voluntatis hominibus , nam duris
immortificatiſq; hominibus,qui propriã
nolunt exuere voluntatem neceſſe eſt vt
durum,graue moleſtumq́; ſit & ſentiatur.
Porro anima quæ ad Deum ſe conuertit,
quæ ad Deum amans aſpirat, quæ Deum
quærit huic nihil eſt difficile,quicquid illi
occurrerit,quo ſe ſperat placere Deo, aut
perduci ad Deum. Dulcis em̃ adeo aut ſal
tim deſideratus illi eſt Deus,vt eiꝰ amore
neq; grauia aut moleſta faſtidire,neq; de-
clinare aduerſa poſſit,ſed gaudeat potiꝰ ꝙ
inuenerit vbi ſe cõmendabilem obedien-
temq́; exhibeat Deo. Deſiderium nanque
hoc placendi Deo, amandi Deum, hono-
randi Deum gratumq́; quid eidẽ exhiben
di,non ſinit hominem quieſcere neglige-
reve aliquid , nec permittit ſentire iugi
grauitatem ſeu moleſtiam. Quæcunq; ita
que anima à terrenis ſe abſtrahit,ſtudioſa
quomodo coniungatur Deo,quæ præter
ea conatur omniũ medio carere quod in-
ter ſe & Deum poteſt interuenire,huic ꝓ
culdubio ſuaue eſt iugum Chriſti,ſunt e-
nim qui tolerant, fouentque media inter
Deum animam ſuã,& diligunt ſua impe-
dimenta ipſa,his non mirum eſt,vt fiat iu
gum domini inſuaue. Porro qui ab omni
proprietate,hoc eſt,à ꝓprio amore,à pro-
pria affectione, ſenſu,iudicio, voluntate,
zelo,opinione, & inclinatione quacunq;
propria,hoc eſt,qua ſeipſum reſpicere aut
quærere poſſit, fuerit excitus ac liber , illi
ſuauiſſimum eſt iugum domini, quia vo-
luntatem habet communẽ in Deo. Nihil
enim torquet eum , cum non habeat in
ſe proprium quid,pro quo zeletur,timeat
doleat an gaudeat: ſed omnia habet com-
munia cum Deo: hoc eſt,vnũ velle & nol
le,& omnia illi placent,omnia ita vult,vt
accidunt à Deo. Ad nihil aliud reſpicit ꝙ
ad Dei beneplacitum quia negligit,nõ re-
cordatur,non quærit, non amat ſeipſum.
O quantam pacem habet,& quàm ſuaui-
ter portat iugum dñi qui proprietate om
ni caret,quicquid agit, quicquid patitur,
nihil aut modicum ſibi videtur,quia nun
quam ſuo poteſt ſatisfacere deſiderio ho-
norandi exaltandiq́; Deum. Quæ ſunt aũt
onera? hæc ſunt multiplicia grauamina,in
firmitates,incõmoda, aduerſitateſq́; quas
ſuper hoĩem venire ſinit. Sed heu quã pau
cis hæc ſunt leuia. Conqrimur omnes,ef-
fugere & euadere cõamur omnes,cum ta-
men homini adeo ſit neceſſarium pati, vt
vix ſpiritualis effici, vix ad interna venire
queat,niſi preſſuris & tribulationibus im
pulſus. Quapropter cum Chriſtum opor Lucæ 24
tuit pati & ſic in gloriam ſuam intrare,qd
aliud nobis expectandum eſt? Et ſi patien
dum eſt nobis, cur duplici afflictione con
terimus nos? Quare non voluntarij ſumꝰ
ad patiendum? quare nõ hilares patimur?
quare addimus onus oneribus noſtris?
Non igitur conſultius eſſe aut dici poteſt
homini quicquã , quàm vt ſuapte deuoti-
one reſignationeq́; ſpontanea ſubijciat ſe
Deo hũillime,& cõſentiat offeratq́; ſe Deo
in eius beneplacitum vniuerſum. Qui hu
iuſmodi eſt,onera portat leuia. Nihil em̃
illum conturbat. Quandoquidem omnia
iudicia ex manu Dei recipit. Iam videamꝰ
quod reliquum eſt. Inuitauit enim nos do
minus ad iugum ſuum euangelicum tol-
lendum, hoc eſt,accipiendum: quo ſigni-
ficat liberum arbitrium. Neq; enim cogit
nos, ſed ſi conſilio volumus acquieſcere

ſalutari, tollendum eſt eius iugum ſuper nos, oneraq́ portanda, quæ nobis ille ferenda imponit. Hortatur autem nos ad recipienda onera, promittens illa nobis fore leuia. Quod vt ita fiat, docet nos vt imitando eius diſcamus humilitatem, qua fiat vt nihil nobis graue intollerabileve videatur. Vide aũt quàm grata ſit illi neceſſaria nobis humilitas. A ſummo enim cœ
Pſalm. 18 lo egreſſio eius, ſed non magna ſubtilia ve nobis attulit philoſophica documenta. Non mundi docuit aſtutiam, ſed mititatẽ & humilitatem. Diſcite, inquit, à me, quia mitis ſum & humilis corde. Hanc eruditionem nobis legendam obtulit in libro vitæ, hoc eſt, in libro humanitatis ſuæ, in libro ſanctiſſimæ innocentiſſimæq́ conuerſationis ſuæ. Breuis eſt hæc lectio, qua nihil breuius poſſit doceri, nil capi faciliꝰ, nil obſeruari vtilius. Beatus qui humilitatem in hoc libro didicerit vitæ, qui in cor ſuum hanc inſcripſerit lectionem, vt ſæpius iterumq́ inſpiciat, ac imitari geſtiat exemplar ſibi præmonſtratum. Inter omnia agenda, in omni euẽtu Dei ſeruus ad exemplar, hoc eſt, ad librũ vitæ, ad vitam & humanitatem Chriſti deberet recurrere: in ſingulis ambiguis, eius mores, geſtꝰ actus & virtutes contemplari, ſeipſum interrogare inueſtigando, cuiuſmodi dominus verba, cuiuſmodi geſtus, in hoc aut ſimili caſu exhibuiſſet, & quomodo illum cõformiter debeat imitari. Gratiſſima certe Deo & hominibꝰ eſt humilitas, nec minus dulcis mititas. Vt igitur mites humileſq́ eſſe poſſimus, hæc quę ſequuntur obſeruare ſtudioſe nos decet. Primum qui ex animo cupiunt eſſe inueniríque coram Deo humiles, non refugiant humiliari. Tantum enim neceſſaria eſt introducendæ humilitati humiliatio, quantum curuitati virgę neceſſaria eſt curuatio. Quocirca omnia quæ ſapientes huius mundi, & filij ſeculi huius arbitrant̃ ignominioſa, debet ſtudioſus & amator humilitatis libenter amplecti. Certiſſimũ nanq́ eſt ſignum veræ contritionis, atq́ pœnitentiæ veræ probatio euidens, qua agnoſci de præteritis dolere peccatis potes, ſi in omnibus cupias haberi iuxta opinionem ſeculi minimus atq́ nouiſſimus, ſi ad æſtimationem tui nullam, hoc eſt, ſi ad nihilipendẽtiam tui poſſis, & ad tui contemptum peruenire. Hoc autem ſtudium debet eſſe vigil & continuum, quod conſtanter oportet cõtinuari. Eſt igitur pro regula tibi id generali tenẽdum alioqui quiſquis libenter eſſes humilis, de quibuſcunq́ licitis ſeculi amatores erubeſcunt aut ignominioſum ducunt, non erubeſcere. Intelligat aũt qui ſe hic exercere cupit magna indigere ſe Dei gratia, quantum cooperatricem inueniet paratiſſimam, modo induſtria propria adhoc vtens, voluntatem conatumq́ habeat feruentem. Cauendum quoque, ne ex ſui humiliatione, alia ſuperbia interior ſibi aut complacentia, aut vanæ gloriæ naſcatur appetitus. Qui tñ ſi cõtra voluntatem tuam ſe conetur ingerere, contemnendus exibilanduſq́ eſt, nec à bono ꝑpterea ſtudio exercitiove ceſſandum. Secundo, ad vere humilitatis apicem aſpiranti neceſſarium eſt (propter confringendos ſuperbiæ motus) in omni re, & vbicũque negligentia, error delictumve admiſſum fuerit, id ſibi aſcribere, ſibi culpam tribuere ac fateri, ſi offenſio humana contigerit, primo veniam petere, ſuam eſſe hãc culpam confiteri. Et quanquã id non ſemper ſit conſcientiæ neceſſarium, vt iniuriã patiens ſibi culpam aſcribat, atque lęſus à lædente veniam petat, eſt tamen exercitiũ obtinendæ perfectæ humilitati neceſſarium. Et hoc modo ſuperbiam oportet propriam confringi, hoc modo humilitatem conſtabiliri oportet. Hoc denique modo ædificatur, meliorq́ efficitur proximus, et ſe humilianti à Deo accedit gratia maior propter conculcationem victoriamq́ ſuperbiæ. Tertio, non minus te culpabilem æſtimare Deoq́ gratias agere cõuenit pro culpa ſeu delicto nõ perpetrato, quàm de peccato admiſſo & condonato. Ex eodem enim manat fonte bonitatis, & paris eſt miſericordiæ à delicto præſeruare, & delictum remittere. Omnium igitur peccatorum te clamareum, quæcunque homines audieris feciſſe. Nam ſi non diuina te gratia præſeruaret, iam cecidiſſes, hæc exiſtimatio profundius cor tuum penetret ac humiliet. Inde enim mitigaberis contineberiſq́ à iudicando proximum. Quẽ nolle vnquam iudicare in corde aut in verbis coram alijs tãta tibi proponere debes cõſtantia, tam firmo ſtatuere pacto, quanto ſtatuis non fornicari. Quarto charitatem ſinceram ad omnes te oportet habere, nõ ſeparatim hunc plus, hunc minus diligendo ex aliqua cauſa propria, puta, quia tibi fauet, quia te excuſat, quia tecum familiariter

riter conuerſatur,ſed pari,hoc eſt,diuino amore,eademq; charitate & bonos & malos diligere,vnumquẽq; ſcilicet in eo gradu quo à domino Deo diligitur. Ibi igitur omnis priuatus eſt excludendus affectus,relegandusq; amor omnis naturalis quo noſtros amicos, fautores, pulchros homines, cõterraneos huiuſmodiq; alios ſolemus in amore præferre. Quinto, in omnibus(vbi ſpirituali id profectui nõ aduerſatur) rebus temporalibus eligere locum viliorem, remq; ignobiliorem, alios quoq; ſemper tibi ex animo præferre: gaudere quod ea quæ alij reijciunt poſſis obtinere, alijs optionem relinquere atque te meliores æſtimare,& digniores in Dei oculis eſſe. Et hic vigilandum ne ex hoc æſtimationẽ tibi aliquã procurare velis,aut gloriari cupias. Syncerum enim eſſe debet quodcunq; ſtudium humilitatis. Quinto ad perfectam pertinet humilitatem ſuper nulla re conqueri. Cõqueri nanq; ſemper aut ſuperbiam, aut amorem priuatum habet annexum. Diſce igitur tu omnia in ſi-

Matth.6 lentio ſuſtinere,& quamdiu abeſt tibi periculum,aut animæ aut corporis diſce pa-

Threno.3 ti,diſce non murmurare,non conqueri,diſce tacere. Habet enim ſæpenumero magnam ſpeciem aut gloriantis inaniter,aut immortificati &impatientis conqueri,aut ſaltim alijs narrare quid ſuſtinueris. Quid enim opus eſt vt hominibus id referas, ſi ab hominibus non expectas mercedem? Porro ſi ab hominibus mercedem aut fauoris,aut opinionis,aut gloriæ quæſieris, apud Deum nullam expectabis, ſed dicetur tibi: Reddita ẽ tibi in vita merces tua. Diſce igitur vbiq; in ſilentio præſtolari ſalutare Dei. Non igitur teipſum defendas, non teipſum excuſes,non pro te pugnes: ſed tu tace, & dominus pugnabit pro te. Chariſſimi hortor, moneo ac rogo vos omnes aduertere hãc lectionẽ Chriſti, & à Chriſto diſcere quàm oporteat vos eſſe humiles. Abſq; humilitate nihil vobis cõducit,imo nocent vehementer quæcunq; alia habetis bona à Deo. Cum humilitate non nocebunt etiã bonæ voluntati mala præterita. Quare? quia eleuãt vos in ſuperbiam; Superbia autem deſtruit omnia bona,cunctaq; dona à Deo accepta. Nõne vi- Lucæ 18

diſtis hoc in ſupbo phariſæo? Quanta eñ ille enumerat, quæ ad laudem pertinent, (quãuis propter laudẽ non dicat, quia in ſecreto orãs recenſuit,nec etiam ſibi eadẽ aſcripſit,imo pro his tanq̃ à Deo acceptis, gratias egit) nec tamen oĩa illa bona ei pſuerunt propter ſuperbiã quæ eius bona deſtruebat? Sed vbi aut vnde erat ſupbus. Quia deſpexit alios. Nõ ſum, inquit, ſicut cæteri. Nõ ſum ſicut publicanus iſte. Contempſit peccatores,& eũ quẽ errans etiam iudicabat peccatorem, tñ illum dei gratia per humilitatem ipſius iam iuſtificauerat. Contemnendo itaq; nõ ſolum omnia bona ſua contaminauit,& non accepta Deo fecit,ſed etiã graui ſeſe peccato aſtrinxit. Quid ergo profuerunt ei omnia bona illa, qñ hoc defuit ei, vnde reliqua placere debuiſſent, ſcilicet humilitas? Porro publicanus quem phariſęus peccatorem iudicauerat, nõ agnoſcebat in ſe bona vnde gloriaretur, agnouit aũt mala multa quorũ pœniteret,& pro quibus ſe humiliãdo veniam precaretur. Quod vbi verba quinq; tantum loquens faceret dicẽdo: Deus propitius eſto mihi peccatori, exiuit iuſtificatus de tẽplo. Videtis quid fecit ſuperbia? Videtis qd fecit humilitas? Diſcite igitur, inquit, Chriſtus à me qa mitis ſum & humilis corde. Hæc nãq; eſt diſciplina Chriſtiana,vt ſimus humiles neminẽ iudicantes aut contemnentes,ſed nos potius om̃i creaturæ &c. ſubijcientes propter Deum. Simus mites,neminem exaſperãtes aut lædentes,ſed iniurioſos atq; inimicos etiam quoſcunq;,non ſolum toleremus,verum etiam diligamus illis benefacientes. Non eſt alia via ad regnum cœlorum. Qui ſaluari cupit,hanc ambulet viam. Quiſquis aliam ambulat,regem filiorum omnium ſuperbiæ imitatur,& ad infernum ambulat. Quiſquis aliam docet,ad gehennam ignis te mittit. Dominus noſter Ieſus Chriſtus quod iubet doceat, & quod nos docet, nobis infundat, vt hic ipſum imitemur in terris,& poſtea cum eo regnemus in cœlis, qui eſt benedictus in ſecula, AMEN.

DOMINICA IN SEPTVAGESIMA epiſtola Beati Pauli Apoſtoli, I. Corinthiorum XI.

Neſcitis

NEſcitis quod hi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit brauium? Sic currite, ut comprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam. Ego igitur ſic curro, nõ quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aerem uerberans, ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo: ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Nolo enim uos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moſe baptizati ſunt, in nube, & in mari. Et omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt. Et omnes eundem potũ ſpiritualem biberunt. Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra. Petra autem erat Chriſtus.

PARAPHRASIS IN EANDEM epiſtolam.

SAtis ante hunc locum epiſtolæ Paulus explicat, quãta di-
1. Cor. 9 ligentia, quãto vteretur quoque ſtudio ad promouẽdum Euangelium, cuius receptione multi ſaluarentur, quorunq; ipſe ſalutis promotor & particeps eſſet. Tantam autem operam impendit euangelicæ promotioni, vt nihil negligeret, omnem moueret lapidem, omnia pateretur, omnia proſpiceret quo caueret, ne ſcandalum pareret, aut offendiculum Euangelio. Qui enim, inquit, pro victoria & præmio currunt, ab omnibus abſtinent quæ ſe impediunt, & quamuis omnes currant, omniũ vnum idemq; ſit ſtudium, vnus conatus, alios præcurrere: vnus tamen ſolus obtinet brauium. Hoc modo, vult inducere, vt omnibus præcipua & vna ſit cura, vt quibus poſſint viribus currant, omneque robur ſuum extendant ad obtinendum brauium æternæ felicitatis. Quapropter dicit: Neſcitis quod hi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, & vnuſquiſque primus ad terminũ ſpacij venire contendit, quo celerioris curſus ſui obtineat præmium, nõ tamen omnes, ſed vnus tantum accipit brauium, vtpote, qui primus ad metam terminumq; curſus pertigerit?
Philip. 3 Hac Paulus vult nos ſimilitudine docere, quod oẽs debemus nos in anteriora extendere, nec aliter niti, q̃ ipſi velimus brauium obtinere. Conatus nanq; tuus bene faciendi eo ſe debet extendere, ac ſi tu ipſe eſſe velis primus, qui cæteris velocior currat primuſq; veniat. Et quamuis conatus corporalis & virium in curſu viarum Dei proficiendi eſſe poſſit nimius, adeo, vt nõ ſolum non promoueat, ſed impediat etiã celeritatem veniendi ad perfectionem virtutum, charitas tamen & deuotio in infinitũ ſe poteſt extendere, vt nunq̃ tantum ames Deum, quin poſſis plus diligere. Nunquam tam magna eſt charitas, quin eſſe poſſit maior. Quopropter nullam vnquam tibi conſtituas menſurã charitatis, quàm attigiſſe in hac vita tibi putes ſufficere, nec terminũ proficiendi vltra quem extendere te nolis tibi præſcribas: ſed ad Ibidem
anteriora te ſemper extende, quod tamen intelligendũ eſt de affectu charitatis, non de exercitio, de bona voluntate, non de voluntatis executiõe. Neceſſe enim eſt in exercitijs ac operibus charitatis eſſe menſuram, ne indiſcretio nimietaſq; & ſpiritum extinguat, & corporis eneruet vires. Sic igitur curre, ſic in charitate creſce, adeo dilates, & extendas affectũ tuum ad placendum domino Deo tuo, & ad eius amorem vt omnium optes eſſe perfectiſſimus, deuotiſſimus, fideliſſimus, acceptiſſimuſq; Deo, & in eius ſeruitio cùm primis ſtrennuus. Id tamen haudquaquam fiat reſpectu tuipſius, quo exaltationem aut præminentiam tui quæras, ſed intuitu dei quo illi adeo placere, adeo eſſe fidelis cupias, vt quicquid feceris, quantumuis dilexeris, minus te feciſſe, imo nihil te feciſſe æſtimes. Itaq; hic conatus oĩm ſit Chriſtianorum in ſtadio huius vitę ad cœleſtis regni bra-

brauium currentium, vt nemo inferior, ſed alius alio in charitate cupiat inueniri perfectior: quandoquidem omnis hic abeſt vanitas, omnis inhoneſta abeſt cupiditas, ſola ad deſiderij extenſionem erga Deum immenſa flagrat charitas. Proinde omnes currant & laboris ſui mercedem à Deo iuxta ſua merita recipiant, licet vnus tantum præminentiã & rurſus victoriam ante reliquos obtineat. Itaq; ſic currite vt comprehẽdatis. Militiæ ſpecies amor eſt,
Lucæ 9 diſcedite ſegnes: Quandoquidem nemo ponens manum ſuam ad aratrum & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. Sic, inquã currite, & cum tãto feruore, cum tanta diligentia, patientia in curſu perſeuerate, vt æternæ felicitatis brauiũ obtineatis. Currite faciendo quæ ad curſum iuuant, abijciendo quæ impediunt. Et quia vnus accipit brauium, quæris fortaſſe quis ſit iſte vnus? Vnitas eccleſiæ. Vnitas eorum qui ſunt corpus Chriſti. In hac vnitate quiſquis eſt conſtitutus, & currit animo feruente obtinebit brauium æternæ felicita-
1. Cor. 15 tis, tametſi beatis (vt idem Apoſtolus dicit de planetis & ſtellis, alia ſit claritas lunæ, alia ſolis, & ſtella differat à ſtella in claritate) differẽtia ſit in gloria. Sumit aũt & aliã ſimilitudinẽ, qua nobis perſuadeat feruorem & diligentiam à pugile. Oĩs eñ, inqt qui in agone contendit, ab oĩbus ſe abſtinet, quæ poſſent remorari in pugna luctã-
Iob 7 tem. Hoc modo quia militia eſt vita hoĩs
Ephe. 6 ſuper terram, incumbit nobis contra carnem & mundum pugnare quotidie, eſtq; nobis colluctatio aduerſus principatus et poteſtates, aduerſus ſpiritales nequitias in cœleſtibus, ideo oĩa impedimenta ſunt nobis proſcindenda, quæ nihil ad pugnã faciunt, ſed potius pugnantibus nocent. Huiuſmodi vidit impedimentum in iuue-
Matth. 19 ne Chriſt9, cui, vt vẽderet oĩa ſi vellet eſſe perfectus, cõſuluit. At ille triſtis abſceſſit.
Marci 10 De quo Chriſtus diſcipulis: Quã, inquit, difficile qui pecunias habent intrabunt in
Lucæ 18 regnum cœlorũ? Sunt igitur pecuniæ impedimentum, quia raro ſine amore poſſidentur. Quapropter ei qui pugnare cõtendit aduerſus diabolum, temporalium bonorum cura amorq; reſecanda ſunt, vt ad pugnam reddatur expeditior. Quod in alijs quoq; rebus ſeruandum eſt, vnde ſibi occaſionem inuenit homo, qua retrahitur impediturve à Deo, quia vt dicit: Qui in agone habet luctari, ab omnibus ſe abſtinet. Nõ ab vno tantum quæ noxia ſunt abſtinendum eſt. Agoniſtæ aũt huiuſmodi id inſumunt laboris, vt corruptibilem accipiant coronam: nobis vero ideo abſtinendum eſt ab his quæ noxia ſunt, quæve animam impediunt, vt coronam percipiamus incorruptam, immarceſſibilem, & æternã. Ego igitur, qui vt prædixi, omnia facio propter Euangelium, tam ferueñter, tam fideliter, & expedite curro ab omnibus quæ retinere poſſunt, abſolutus & liber, non vt is qui in incertum currit. Currit autem in incertum, qui ſic viuit vt aliqua agat vnde ſperet, aliqua item agit vnde deſperet. Sic quoque pugno contra diabolum, & omnes tam animæ quàm Dei hoſtes, non quaſi aerem verberans, inaniter & abſque fructu, aut ſicut qui dirigit ſagittas in aerem. Sed, vt hoſtem poſſim ferire, carnem ſcilicet & diabolum, caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Vides quid exempli cauſa poſuerit Paulus, quo probare quàm non inutiliter currat aut pugnet, voluit? Nempe contradicentibus omnib9 Lutheranis & deteſtantibus, id in teſtimonium aſſumpſit quod caſtigaret corpus ſuum, quàm caſtigationem, ex humilitate quoque ſibi quaſi neceſſariam confitetur, ſubiungens: Ne forte cum alijs prædicauerim ipſe reprobus efficiar. Væ tibi miſer Paule, quomodo excidiſti à Deo, vt in abſtinentijs & carnis macerationibus remedium quæras contra petulantiã carnis in hiſq; confidas? Neſcis quia Lutherani hæc omnia abijciunt, & ocioſa ſe fide ſaluari ſperant? An ignoras quod propterea monaſteria ſua deſeruerunt, quia graue eis ibi erat carnem mortificare, luxuriamque vincere, vt hoc profiterentur Euangelium, hanc ſectam (ad quàm non ſegnius quàm Paulus ad brauium cucurrerunt) in qua impune inculpateq; ſibi liceret edere & cum mulieribus fornicari Moabitibus. Sed abſit vt in ieiunijs & carnis caſtigationibus fideret Paulus: ſciuit tñ ea eſſe neceſſaria vtiliſſimaq; ſpũi. Quę Lutheranis nõ aliã ob cauſam inuiſa ſunt & inutilia vidẽtur, qa ſecundũ carnẽ viuere (liceat id erubeſcãt fateri) eoꝝ ꝓfeſſio ẽ & inſtitutũ, nõ opa carnis ſpũ mortificare. Vult aũt Paulus nos docere hoc ſuo exẽplo, ne in hoc ſolo con- Galat. 5
fidamus quod baptizati ſumus, & à peccatis omnibus ſuperioribus ſemel mundati:

eſcam

eſcam quoque corporis & ſanguinis dñi percepimus,quaſi Deus propterea quę in terim iterauimus peccata diſſimulet aut impunita relinquat.Sed currere & pugnare,inquit, debet omnis Chriſtianus q̃diu in huius vitæ ſtadio eſt conſtitutus ſicut ego,ne poſt omnia bona quæ à Deo miſericorditer accepit,adhuc reprobus efficiatur.Siquidem vt de Hebræis,inquit, aliqd inferam,qui noſtri figuram tenuerũt.Nolo vos ignorare fratres,quoniã patres noſtri omnes ſub nube fuerunt eos protegen-
Exo.13.14
te ab æſtu ſolis in die, & ab Aegyptijs abſcondente,& omnes mare trãſierunt,hoc eſt,per alueum maris, per omnipotẽtiam Dei deſiccatum,in quo eorum perſecutores relabẽtibus vndis perierunt, & oẽs in
Exod.16
Moſe baptizati ſunt figuraliter in nube et mari,quia ſignum baptiſmatis acceperũt, & omnes eandem eſcam ſpiritualem man-
Num.11
ducauerunt,puta manna.Quod cibus vocatur ſpiritualis tametſi corporaliter refi-
Deut.8
ciebat & corporeum eſſet alimentum, vel propterea,quod virtute diuina & miniſterio generabatur angelorum in aere.Et omnes eundem potum ſpiritualẽ biberunt
Exod.17
emanantẽ de petra quẽ Moſes virga percuſſerat. Dicitur aũt potus ſpiritualis,qa
Num.20
naturali modo de petra non fluxit,ſed ſpirituali gratia & miraculo. Vel, quia potũ Chriſti ſanguinis nobis præfigurabat. Bibebant autem de ſpiritali petra eos conſequente,id eſt, deſiderijs eorum ſeruiente. Aut conſequẽte eos petra,id eſt, Chriſto per totum eremum vt vbicunq; deficeret humana ſubſidia conſtitutis in via, ibi Chriſtus in petra ſignificatus eis neceſſaria miniſtrabat. Ideo ſequitur: Petra autem erat Chriſtus, non re, ſed figura & præſignatione.

EXEGESIS EVANGELIJ dominicæ Septuageſimæ, Matthæi XX.

IN HAC DOminica filij hodierna Septuageſimã inchoamus,in qua lætitiæ cantica ex officio ſubducimus diuino,ſic ſtatuẽte eccleſia,vt hodie deuiationem noſtram recolamus, qua humanum genus multipliciter deuiauit à creatore ſuo,lapſuq; miſerabili à paradiſi amœnitate excluſum ſuo merito cecidit in multiplicem miſeriam.Cecidit enim vt dixi ab incolatu paradiſi, in exiliũ hoc quo viuimus laborioſum. Cecidit de vita in mortem,de requie ad inquietudinem, de pace ad perturbationes, de incolumitate & tranquillitate ad afflictionem.Hæc autem omnia primi nobis parentes ac ſucceſſoribus noſtris in paradiſo ſua comparauerunt præuaricatione.Recolimus igitur humani generis lapſum ſtatuſque noſtri miſeriam in luctu & triſtitia. Idcirco hodie quoq; legitur Euangelium quod noſtri nobis exilij indicat laborem & conatum,per quẽ à labore iterum ad requiem, ab afflictioneq; ad pacem redire contendimus. Eſt enim laborioſa hæc noſtra vita, & exilium nobis calamitoſum in pœnitentiam datum, vt peregrinantes per varias difficultates ad patriã, q̃ amiſimus,reuertamur.Huius autem laboris nobis in hoc Euangelio dominus Ieſus narrat ſimilitudinem, dicens:

Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamilias q exijt primo mane conducere operarios in vineã ſuã.

Homo natus ad laborem dicitur, quomodo Iob
auis ad volandum.Et hoc maxime in hoc exilio,in quo nobis à Deo dictũ eſt: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Ad Ge
monet itaq; nos per ſimilitudinem Chriſtus non otio indulgendum,ſed labori, q̃ æternam,iuxta ſuam conuentionem,hoc eſt,iuxta ſuam miſericordiſſimam promiſſionem, ab eodẽ recipiamus mercedem. Dicitur igitur: Simile eſt regnum cœlorũ homini patrifamilias. ac ſi diceret:Negocium & ſtatus eccleſiæ militantis comparari poteſt homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Homo iſte paterfamilias,Deus eſt omnipotens,qui triplicem habet familiam,cœleſtium,terreſtrium & infernorũ. Prima eſt familia filiorum cum patre regnantium. Secunda familia eſt militum pro honore patris & ſua ſalute pugnantium. Tertia familia eſt incarceratorum & operum ſuorum malorum pœnas ſoluentium. Ad ſecundam familiã pertinet,quicquid hic de his qui conducuntur in vineã dicitur. Eſt enim vinea præſens eccleſia quæ regno aſſimilatur cœlorum, quia in ea & non alibi negocium agitur,quo per-

ueniatur ad regnum cœlorum. Deus aũt pater idcirco homo dicitur propter pietatem, pater autem familias propter gubernationem. Exit autem non mutando locum, ſed diffundendo pietatem. Exit, ſed nihilominus vbiq; manet, vbiq; operans, omnia gubernans, omnia ſeruans. Exire tamen dicitur vbi nouos producit effectus. Verbi gratia: In mundum veniſſe dicitur, quia in mundo aſſumpſit carnem. In hominem quoq; venire dicitur, quando noui aliquid in homine operatur charitatisq; diffundit feruorem. Dies hic ſignificat ætatem mundi, ſeu ætatem hominis. Diuerſæ itaque ætates, diuerſæ ſunt horæ diei. Mane igitur, ętatem ſignificat primã mundi, puta tempus illud ab Adam vſq; ad Noe. Exijt ergo paterfamilias mane, hoc eſt, in principio mundi conducere operarios, id eſt, iuſtos quoſlibet, qui intermedio hoc tẽpore, ſcilicet inter Adam & Noe, exierũt, quos miſit in vineam ſuam, id eſt, in eccleſiam ſuam, vt alios quoq; ædificarent verbo & opere, & vnuſquiſque hæc dona quæ accepit à Deo proximis ſuis libenter impartiatur, ad cooperandam omnium ſalutem. Ad hoc enim accepit qlibet à Deo talenta ſeu dona, non vt in terram fodiat, nec vt ſibi ſoli his vtatur aut abſcondat, ſed in vtilitatem præferat multorum. Vnde dicit Paulus: Ego plantaui, Apollo rigauit. Hoc igitur eſt in vinea domini operari, donis à Deo acceptis in gloriam patrisfamilias, & in fertilitatem vineæ vti. Vinea eñ etiam ex operarijs ipſis conſtituitur. Hi enim qui in vinea domini operantur ſunt ipſa vinea, aut vites in vinea. Quemadmodum eñ eccleſiæ membra eccleſiam conſtituunt, ſic operarij, qui etiam vites dicuntur ſeu palmites, conſtituunt vineam. Chriſtus tamen ſe nominat vitem. Ego ſum vitis, inquiens, & pater meus agricola eſt. Nos vero vocat palmites, qui ſub triplici ſunt diſcrimine. Sũt nanque palmites in vite, id eſt, in Chriſto per fidem manentes, ſed nõ virent, nec fructum afferunt per operationem. De his dicit: Omnem palmitem in me ſcilicet manentem, non ferentem fructum, tollet eũ: hi ſunt peccatores ſed fideles. Sunt alij palmites exciſi aridiq; ad ſolum ignem idonei. Hi ſunt hæretici & ſciſmatici, qui nec Chriſto inhærent per fidem, nec per operationem. Vtrique palmites ſupradicti ad ignem, ſi ita inueniantur in fine, projicientur. De his dicit Chriſtus: Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmis, & areſcet. Et colligent eos, & in ignẽ mittent. Tertij ſunt palmites qui in vite, id eſt, Chriſto manent per fidem & operationem. De his Chriſtus: Qui manet, inquit, in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.

Matth. 25

1. Cor. 3

Iohan. 15

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, miſit eos in uineam ſuam.

Conuentio patrisfamilias cum operarijs eſt promiſſio mercedis, promiſſio æternæ retributionis, æternæ vitæ. Denarius præmium eſt ſeu felicitas æterna, debita ex pmiſſo diuino iuxta dignam operationẽ, obſeruantiamque decalogi pręceptorum Dei. Denarius enim olim, vt quidam dicunt, decem nummis computabatur. Dicitur autem diurnus, quia pro eo continue laboratur, & quotidie regnum cœleſte ingredientibus datur. In prima hac mundi ætate miſit Adam, Abel, Enoch, Seth, & quotquot fuerunt ſancti vſque ad Noe. Sciendum in hoc labore ſpirituali nunquam deeſſe conſolationem laboris ſpemque præmij. In labore vero ſeu operatione corporali ſæpenumero & opus & opera perditur, ſpes quoque & præmij & fructus luditur. Nam hominum impoſtura nonnunquam operantem fallit, nonnunquam quoque gratis laborem impendit, quia nullus reſpondet fructus propter ſterilitatem, aut propter aeris inclementiam, aliamve ſiue terræ, ſiue temporis conditionem malam. Nam in vinea temporali aut in agro ſępe operatio q̃uis ardua, nil proficit, neq; fructũ, neq; gratiã, aut conſolationem operanti referens. At in opere ſpirituali nunquam conſcientiæ deeſt hæc conſolatio, quod iuſta operatus ſis. Eſt enim honeſtum, iucundum delectabileque cuicunque homini, quoties recolit ſe bene egiſſe, aut bene operatũ eſſe. Eſt etiam bene operanti alia cõſolatio maxima, credere ſe Deum habere propitium & amicum. Quamuis enim ex operibus ſuis nemo ſibi fiduciam promittat, nec conſolationem accipiat (id enim humilitas prohibet, qua fit vt ſi etiam iuſtus vir quid bene egerit, id omnino ignoret, aut non iudicet bonum) non operans tñ bonum, certam habet conſcientiam quod Dei præcepta

K

pta non ſeruat. Non ſeruantibus autem Dei mandata, non poteſt eſſe ſpei bonæ conſolatio, ſed futuri ſupplicij metus.

Et egreſſus circa horam tertiam, uidit alios ſtantes in foro otioſos, & dixit illis:

Tertia hora eſt decurſus mundi à Noe vſque ad Abraham, conſtituens ſecundam ætatem mundi. Et inuenit ſtantes otioſos. Quiſquis enim fidem non habet, otioſus eſt. Cum autem fides non recipiatur per infuſionem & reuelationem, omnis homo in ſe & iuxta naturam ſuam conſideratus infidelis & extra vineam conſtitutus eſt, idcirco iure dictus otioſus. Inueniuntur autem in foro, id eſt, in ſeculo iſto negociationibus, emptionibus & venditionibus, lucris quoque & damnis expoſito. Ibi enim plerique pro commodis delectationibuſque corporeis ſpiritualia bona, puta Dei gratiam, Dei dona, virtutes, conſolationes ſpirituales & præmia æterna ſibi comparant. Non vt emptionis modo iuſte ac digne pendant precium pro bonis ſpiritualibus, ſed quod Deus adeo ſit miſericors, adeo liberalis, vt non poſſit

Matth. 19 non reddere cẽtuplum, quemadmodum promiſit his, qui vel ſimplum illi offerunt, hoc interim ſibi pro illius amore quod delectat ſubtrahentes. Alij rurſus tam naturæ, quàm gratiæ bona venditant pro temporalibus lucris, aut pro carnis delectationibus. Emunt igitur quidam regnum cœlorum, nõnulli infernum comparant. Quomodo, inquis, emitur regnum cœlo-

Lucæ 18 rum? Audiendo Chriſti vocem. Vade & vende omnia quæ poſſides, & da pauperi-

Matth. 19 bus, & ſequere me: & habebis theſaurum in cœlo. Itemque: Omnis qui reliquerit agrum, aut vxorem, aut parentes, aut filios centuplum accipiet, & vitam æternam poſ-

Matth. 5 ſidebit. Item: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Emitur igitur regnum cœlorum paupertate, ſeu omnium rerum abdicatione. Emitur

Iſaiæ 56 etiam caſtitate. Vnde per Iſaiam dominus dicit: Non dicat eunuchus, Ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit dominus eunuchis: Qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus. Nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit. Hi ſunt eunuchi qui (vt Chriſtus dicit) ſeipſos caſtrant Matth. 19

propter regnum cœlorum, qui neque, nubent neque nubentur, ſed erunt ſicut an- Matth. 22

geli Dei in cœlis. Verum, quomodo, inquis, emitur infernus, aut quis vult emere Lucæ 16

gehennam ignis? Omnis auarus & immundus, & alij crimínoſi omnes, de qui- Galat. 5

bus Apoſtolus pronũciat quod regnum Dei non conſequentur, comparant ſibi infernum: præferunt enim voluptates ſuas Deo eiuſque regno, ſpoliantes ſe eius gratia eiuſque beatitudine pro noxijs, immundis, breuiſſimiſque delectationibus. Matt. 8

Et quid mirum eſt, ſi operibus malis emitur infernus ac dæmonum ſocietas, quan- Matth. 25

do ſeruus etiam piger & inutilis eijcitur in tenebras exteriores, quando negligens Lucæ 13

qui non facit fructum bonum ac ſterilis in ignem mittitur? Redeamus ad textum, & audiamus quid paterfamilias, his quos hora conduxit tertia locutus ſit. Ait namque illis:

Ite & uos in uineam meam, & quod iuſtum fuerit dabo uobis. Illi autem abierunt.

Iuxta modum ac menſuram charitatis veſtrę, reddetur vobis merces æterna, quę non minor erit meritis veſtris, ſed tam incomparabiliter, quàm miſericorditer ea excedet. De hac mercede ſcriptum eſt: Ec- Apoc. 22

ce venio cito, & merces mea mecum eſt, dare vnicuique iuxta opera ſua, id eſt, iuxta exigentiam meritorum ſuorum. Illi autem abierunt, hoc eſt, à vitijs ad virtutes, ab operatione mala, & à bonorum ſterilitate operum ad bonorum operum fœcunditatem.

Iterum autem exijt circa ſextam, & nonam horam, & fecit ſimiliter.

Circa horam ſextam & nonam inuenit quos ſimili modo conduceret mitteretque in vineam ſuam. Sexta hora tertia eſt ætas mundi, extendens ſe ab Abraham vſque ad Moſen. In hac ætate miſſus in vineam eſt operari Abraham, Iſaac, Iacob, duodecimque patriarchæ cum reliquis iuſtis. Porro à Moſe vſque ad Chriſtum, quicquid temporis interfluit nonam conſtituit horam, quartamque mundi ætatem. In hac ætate Moſes, Ioſue, Aaron, Dauid, Hezechias, Ioſias, cæterique reges & iudices boni cum Samuele & prophetis reliquis,

cum

cũ principibus & ſacerdotibus intrarunt vineam domini, & quod bonum eſt operando vineam domini excoluerunt. In hac ætate Iob quoque, & nonnulli alijs ex Gentibus ad domini vineam ſunt vocati.

Circa undecimam uero horam exijt, & inuenit alios ſtantes otioſos, & dixit illis: Quid ſtatis hic tota die otioſi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & uos in uineam meam.

Hora vndecima tempus eſt Euangelicæ legis ac gratiæ. Tunc enim quinta ætas mundi incipit, in qua paterfamilias ſuum filium miſit in vineam ſuam cum apoſtolis, ſanctiſque omnibus, tum prædicatoribus, tum alijs quibuſlibet credentibus, & ea quæ recta ſunt operantibus, qui non minus opere docent & exemplo, quàm verbo. Quotquot enim fuerunt à tempore Chriſti, eruntve vſque ad finem mundi vbi ætas hæc terminabitur, in hãc ætatem ſuſcipiuntur numerandi. Exijt itaque circa vndecimam, & inuenit alios ſtantes in foro otioſos. Qui ſunt iſti alij, niſi Gentes à Iudæis (qui ante referuntur vocati) moribus diuiſi atq; ſine Deo viuentes in hoc mundo otioſi? Et dixit eis: Quid ſtatis hic tota die otioſi? Qui tranſacto longo mundi tpe pro ſalute ſua laborare negligebant, quaſi otioſi adhuc in foro ſtabant, ideo reſponderunt, quia nemo nos conduxit. Nemo prophetarum, nemo ad gentes patriarcharum miſſus fuerat, nemo eis viam ſalutis prædicauerat, idcirco dicunt: Nemo nos conduxit, nemo nos quid agere debeamus inſtituit. Idololatria namq; vbique dum Chriſtus in mundum veniret regnabat. Dicit autem & illis: Ite & vos in vineam meam, id eſt, in ouile meum. De his enim ouibus per apoſtolos ſuos conuertendis Chriſtus loquebatur: Alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient. Et fiet vnum ouile, & vnus paſtor. De Gentibus hoc dictum intelligimus, per Apoſtolos & doctores ſanctos vſque in finem mundi conuertendis.

Gregori.

Iohan. 10

Cum autem ſero factum eſſet, dicit dominus uineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens a nouiſſimis uſque ad primos.

Cum ſero factum eſſet, cum finis adeſſet mundi, dixit dominus vineæ, hoc eſt, Deus pater, ſuo procuratori, hoc eſt, Chriſto filio ſuo, cui data eſt omnis poteſtas à patre in cœlo & in terra. Voca operarios, & redde illis mercedem. Voca eos ad iudicium, qui in eccleſia laborauerunt fideliter. Ipſe enim dominus tunc in iuſſu & in voce archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo. Et vt alibi dicitur: Veniet tũc hora in qua omnes qui in monumentis ſunt audient vocem eius. Vocare itaque operarios eſt labori diei & mundo finem imponere, & reddere operarijs mercedem id eſt, vitam æternam. Hæc eſt autem, inquit, vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum. Nihil itaque aliud eſt dicere, Voca operarios quàm mortuos reſurgere iube, & tanquam iudex viuorum & mortuorum, redde illis mercedem, incipiens à nouiſſimis, ab his ſcilicet, qui circa vndecimam venerunt, hoc eſt, ab his qui tempore gratiæ vocati ſunt. Hi enim quaſi citius remunerati ſunt, q̃ priores alij q ante Chri natiuitatẽ opati ſunt in vinea, quia multo breuiori tempore à regno cœloꝝ, & à perceptione cœleſtis beatitudinis ſunt dilati. Antiqui enim patres longo tempore poſt mortem ſuam (cum necdum illis reſeratus fuerat Chriſti paſſione aditus regni cœlorum) expectarunt in lymbo ſuæ captiuitatis liberationem. Porro in nouo teſtamento Gentes mox vbi à corpore fuerint abſoluti remunerationem, quo ad animam, beatitudinis æternæ accipiunt. Vicinior quoque illis conſummanda beatitudo quo ad gloriam corporis fuit, quia quanto ab eorum morte ad reſurrectionem vniuerſalem propius illa diſtabat, tanto citius dici poſſunt alijs, qui diu ante ſunt mortui, laboris ſui præmium recepiſſe.

Matth. 28

1. Theſſa. 4

Iohan. 5

Iohan. 17

Cum ueniſſent ergo qui circa horam undecimam uenerant, acceperunt ſingulos denarios.

Gentiles & qui tarde conuerſi ſunt ad Chriſtum, receperunt ſingulos denarios,

hoc eſt, mercedem quam promiſerat paterfamilias his qui circa horam fuerant primam conducti. Receperunt ſingulos denarios, non quod multi ſint denarij ſiue Dij ſiue beatitudines, ſed vnus tantum eſt Deus, vna beatitudo, vnus denari9: & hoc quatenus loquimur de eo, qui beatificat, confert aut cauſat beatitudinem. Nam ſi loquamur de his qui participant beatitudinem, ſeu qui recipiunt Deum ſiue denarium, tunc ſunt multæ fruitiones aut viſiones, vbi ſinguli beati habent ſuā. Secundum Auguſtinum enim viſio Dei eſt tota merces regni cœleſtis.
Auguſtin.

Venientes autem & primi, arbitrati ſunt, quod plus eſſent accepturi. Acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios.

Venientes primi, hi ſcilicet qui ad vineam ante illos qui circa vndecimam venerant, miſſi diutius fuerunt operati, arbitrati ſunt quod plus eſſent accepturi, propter opus plus diuturnum, acceperunt autem & hi ſingulos denarios. Non intelligendum eſt omnes in gloria beatitudinis eſſe pares, ſed iuxta diſcretionem meritorum, alios alijs eſſe ſuperiores aut clariores, ita tamen beatos ſingulos, vt nulli quid deſit ita plenos, vt capere plus non poſſint. Eſt enim dolium vino plenum, eſt etiam bathus, aut quarta aut vaſculum paruulum plenum, vtrobique eſt plenitudo, magna tamen eſt differentia plenitudinis huius, iuxta vaſorum magnitudinis ſeu capacitatis differentiam. Pari modo iuxta merita
1. Cor. 15 vniuſcuiuſque, quantum capere poteſt, omnibus erit beatitudinis plenitudo. Erit tamen magnum diſcrimen, ſeu differentia claritatis: quandoquidem ſtella differt à ſtella in claritate, & quomodo hic diſpares ſunt electi in merito ac gratia, ita erūt quoque non æquales omnes in gloria, licet omnes perfecti ſint beati. Sciendum quoq;, Deū in remuneratione, ſeu mercedis collatione non attendere ſolum ad laboris arduitatem, operis difficultatem, operumque multitudinem, ſed ad charitatis magnitudinem atque feruorem, iuxta quem meritum eſſentiale menſuratur, & ad cordis mundiciam, quæ iuxta gradus ſuos perfectius & clarius, aut imperfectius Deum videbit. Charitati enim eſſentiale præmium reſpondebit. Porro laboris magnitudini & ſimilibus circunſtantijs redditur præmium accidētale iuxta quod maior aut minor fuerit operis difficultas.

Et accipientes murmurabant aduerſus patremfamilias, dicentes: Hi nouiſſimi una hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æſtus?

Gregor. Regnum cœlorum murmuratorum nemo intrat. Quomodo ergo aliqui referuntur mercedem beatitudinis accipientes murmuraſſe? Dicendum, eos murmuraſſe, id eſt, admiratos fuiſſe ſeu expauiſſe incomprehenſibilem diuinæ benignitatis multitudinem, quæ in omnes præcipue autem in eos qui circa vndecimam ſunt horam vocati, erat tanta vt non mirum eſſet primos murmurare contra patremfamilias, ſi murmurare poſſent. Aut eſtote, quod aliqui poſſent murmurare hæc & ſimilia dicerent: Hi vna hora fecerunt, et pares eos nobis feciſti (ſcilicet in præmio) qui portauimus pondus diei & æſtus, id eſt, qui maiores laboris, temporis, ſudoriſque portauimus difficultates. Hic colligitur vndecimam horam vltimam fuiſſe diei, vſq; ad duodecimā quæ diei erat finis, indeque conficitur ſextam fuiſſe meridiem, Chriſto teſtante: Nonne duodecim horæ ſunt diei? Sequitur itaq; ſexta hora fuiſſe meridiem qua Chriſtus dominus noſter fuit crucifix9, nonam vero tertiam horam fuiſſe poſt meridiem, qua in cruce mortuus eſt Ieſus. Matt.

At ille reſpondens uni eorum, dixit: Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conueniſti mecum? Tolle quod tuum eſt, & uade. Volo autem & huic nouiſſimo dare, ſicut & tibi. An non licet mihi quod uolo facere? An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Sic erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi.

Qui inter murmuratores recenſebatur cuidam dn̄s reſpondit: Amice, non facio tibi iniuriam. Si tibi quod promiſi dedero, nullam tibi facio iniuriam, tametſi alteri plus dedero, quā tu fortaſſe aut ille meruerit

ruerit. Nonne mihi licet dare & ſupererogare etiã vltra meritum quæ volo? Num ſubiectus alicui addictuſve ſum, vt quod mihi libet, nõ liceat facere? Si cõſiderationes argumentationeſq; tuæ erroneæ ſint aut iniquæ, ego tamen nihilominus bonus ſum, & iudicia mea vera & iuſta ſunt. ¶Sciendum Euangelium hoc parabolicum eſſe, & ſimilitudinem narrare. In ſimilitudine aũt & parabola, non oportet partes comparandas omnino ſiue ad oĩa, ſed in his tantum iuxta quæ data eſt ſimilitudo, quadrare. Hic em̃ tanta vt dixi miſericordia oſtenditur Dei, vt æquitatem humanam quoq; videatur excedere, atq; (ſi fieri in illa vita id poſſet) murmurandi occaſionem inuidiæq; præſtare materiã. Sic erunt nouiſſimi, ſcilicet, in labore & conductione primi, & primi nouiſſimi.

Multi enim ſunt uocati, pauci uero electi.

Multi ad fidem ſunt vocati & baptiſmi gratiam aſſecuti, pauci vero electi, id eſt, prædeſtinati ad vitam, & gloriam adepturi. Neminẽ puto niſi ſtipites & lapides nõ terret hoc verbum, neq; parum neq; leuiter, & facit de ſuis meritis quemuis, ſi qua ſunt (humilis enim ſui cognitor non inuenit in ſe quæ æſtimet enumeretve merita) prorſus diffidere. Certi em̃ ſumus omnes nos eſſe vocatos, verum an electi ſimus, neſcimus. Non poteſt aũt veritas fallere, quę ex multis vocatis dicit electos niſi paucos ſaluari. Cogitet igitur vnuſquiſq; noſtrũ & timeat fortaſſe ſe non eſſe electum. Inquirat ſi in ſtatu ſuo, ſi in officio, ſi in operibus ſuis, occupationibus atq; negocijs inueniat quo nõ poteſt intrari in regnum cœlorum. Si inuenerit doleat, pœniteat, corrigat, & confidat quia Deus pœnitentes non abijcit. Curate igitur filij ne vita veſtra contrarium vobis præbeat & teſtimonium & argumentum, puta vt non ſitis de illis paucis, qui ſunt electi Dei, clamante hoc aduerſum vos etiam vita veſtra. Miſericordiam autem vobis omnibus largiatur dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

SERMO IN EADEM dominica. Quam multiplex Dei uocatio, quam utilis labor, quanq; otium ſit pernicioſum.

Simile eſt regnum cœlorũ homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Matthæi XX. Per hanc vineam vniuerſa eccleſia ſignificatur incipiens ab Abel vſque ad vltimum electum circa finem mundi. Hi omnes ſunt palmites vitis huius fertiliſſimæ, ſcilicet Chriſti, qui dicit: Ego vitis vera vos palmites eſtis. Itaq; nos ſumus palmites, e quibus cõſtituitur vinea, germina ſcilicet vitis fructuoſiſſimę Chriſti. Cum itaq; vitis huius ſimus palmites, nihilominus operarij in vineã conducimur, quo nobis & proximis noſtris ſalutẽ operemur, reſecantes ex nobis quicquid noxium eſt, & plantãtes confirmanteſq; quicquid ſalutiferum eſt. Atq; ideo & vinea ſumus, & in vinea operamur. Nõ tamen æque ad hanc vineam, hoc eſt, ad obſeruantiam euangelicam ſeu ad pœnitentiam, ad modum recte colendi Deum, & ad Dei ſeruitutem vocamur. Quidam enim mox ab vtero matris vocantur ad Dei cognitionem ſtudiumque bonę vitæ. Hi primo mane à patrefamilias in vineam ſuam ſunt conducti, in prima ſcilicet ætate eorum. Hæc autem incipit, quãdo puer doli eſt capax, quod tempus non æque in omnibus incipit. Alij enim alijs prudentiores callidioreſque ſunt, citiuſq; capiunt. Eſt itaq; ætas illa quæ circa decimumtertium annũ terminatur. In hac ætate multi ſanctorum vocati ſunt, puta Iohannes Baptiſta, ſanctus Nicolaus, ſanctus Vitus, alijque multi, qui martyrium quoque pro Chriſto paſſi ſunt. O quàm felices, quos dominus præuenerit in benedictionibus dulcedinis ſuæ, copijs gratiarum, timore ſuo ſancto reliquiſq; ſpiritus ſancti eos donis confortans, & adhuc infantes præſeruans à corruptione vitiorum ac peccatorum. O quanta eſt gratia Dei quæ homini data ſeruat innocẽtiam. Quàm plãgenda vero negligentia & infidelitas parentum patrinorumq;, qui tenentur teneram hanc ætatem inſtituere docereque ad orationem, ad Dei cultum & amorem, ad pręceptorum obſeruantiam diuinorum, ad opera pietatis & miſericordiæ, ad legem charitatis fraternæ, & vt Dei timorem in ſe nutriant, ſummopere cauentes ne peccent. Heu quanta eſt perditio & damnatio puerorum ex negligenti cuſtodia parentum. Heu quàm grauiter hæc non in

Iohan. 15

Pſalm. 20

pueris,ſed et in parentibus qui in pueritia nimis diſſimulauerunt aut eos nimis carnaliter dilexerunt(quare male aſſueti peccare didicerunt pene infantes) punietur. Filiĳ chariſſimi per D E V M omnipotentem vos obſecro , omne ſtudium veſtrum , idque vigilantiſſimum ſit pueros veſtros , quā cito quatuor aut quinq; attigerint annos,docere,pro captu eoꝝ qualicunque timere Deum , eis prohibere malum,caſtigare in eis peccatum , promiſſis quoque eos, imo & laudibus & muneribus allicere ad bonum , & vt ſtudioſi ſint virtutum , atque miſericordes continue eos admonere,vrgere, atque ab omni laſciuia, petulantia, diſſolutione nimia , ab impudico ſermone , omnique inhoneſtate ac à proximi iniuria arcere . Curetis vt in vineam domini,hoc eſt,in Dei cultum ſe tradant, vt ad innocentiæ ſtudium , ad bonæ famæ conſeruationem, & ad pœnitentiæ opera, vtpote in remedium contra futura peccata inſtituantur . Eſt præterea magnopere aduertendum omni puero Chriſtiano vt cum cœperit vti ratione, & intelligere quid eligendum quidve reſpuendum . Eligat itaque ſibi Deum ſuum, cui optet ſeruire, cui ſtatuat obedire, cui ſemper velit inhærere , cui denique ſummopere ſtudeat placere omnibus diebus vitæ ſuæ. Hæc enim prima conuerſio ad Deum,qua ſibi puer Deum eligit , ſtatuitque eius nunquam negligere beneplacitum , operabitur in homine exercebitque perpetuo ſpiritum ſalutis . Porro circa tertiam horam quoſdam vocat in vineam ſuam : & hi ſunt qui in ſecunda ſunt ætate vitæ ſuæ à decimotertio anno , ſcilicet vſque ad vigeſimumquartum, aut vſque ad trigeſimum annum . Tunc enim maxime vocat eos, quos ad viam trahere vult ſalutis . In hac enim ætate apoſtolus Iohannes vocatus eſt . In hac ætate hodie quoque ad monaſteria, ad pœnitentiam, & ad alia bene viuendi genera homines vocantur . Tertia ætas eſt hominis , quæ per horam ſextam ſignificatur,& circa vigeſimumquartum , aut circa trigeſimum annum incipit , terminatur vero circa quinquageſimum annum . In hac ætate ſanctus Auguſtinus , Ambroſius , Germanus, ac innumeri aliĳ S A N C T I vocati ſunt . In hac ætate Paulus quoque, item aliĳ multi ſancti vocati ſunt,qui in vineam Dei ſunt vocati, magnoque cum fœnore laborarunt . Quarta ætas hominis eſt hora nona,quæ in homine incipit circa annum quinquageſimum, & terminatur circa ſeptuageſimum annum. Tunc enim homo deficiēs in ſenectam inclinat. Cæterum periculoſum eſt valde pœnitentiæ tempus atq; viam ſalutis in ſenectam ipſum (quando iam vires deficiunt ad laborandum)differre. Quis enim ſibi audeat promittere vt ad ſenectam perueniat? Et ſi attigerit,quis illi promittet,aut vnde ſecurus eſt , quod miſericordē dominum inuocabit? Timendum nanque eſt valde ne is qui,dum poteſt peccare, Deū pro miſericordia inuocare noluerit,differens conuerſionem vltro in futura tempora , cum ad extrema venerit vitæ & iam ei longius peccare non liceat, tunc nō poterit etiam dominum inuocare pro venia, propterea quod diuino iudicio tunc obſcuratus, obſtinatus,impœnitens,& plerumque deſperans inueniatur.Omnibus tamen promittit Chriſtus hic veniam,quacunque hora gemuerit homo vere pœnitens . Vult igitur in hac nos docere parabola , nullum tempus eſſe ineptum ad Dei ſeruitutem, ſed quoſdam in infantia, quoſdam in pueritia:nonnullos rurſus alios in virili ætate, in extrema demum ſenectute aliquos incipere Deo ſeruire & pie viuere.Quocirca nemo ſuperbiat, nemo ſe iactitet mane ſe vocatum,diu ſe laboraſſe,ab adoleſcentiaq; iugum domini portaſſe,nemo præ ſe alium contemnat,nemo quoque tarde vocatus deſperet, quia miſericordia Dei bonitaſq; eiuſdem eſt inueſtigabilis,quæ hic nouiſſimis dedit ſicut primis , imo ex nouiſſimis fecit primos . Quicunque ergo vocati tarde venerunt,hoc ipſum feruore charitatis ac ſtudio pœnitendi vehementiori ſuppleant , quod tarditate conuerſionis neglexerunt . Nemo tamen in infantia,pueritia,virilitateve admonitus, in ſenectutem bene viuere differat . Graue enim & ingratitudinis intolerabile eſt vitium , vt vocatus monituſque ſæpius à D E O ad conuerſionem , obſurdeſcas, ipſumque Dominum ad cordis tui oſtium crebrius pulſantem excludas . Eſt præterea ætas ſenectutis , niſi à pueritia , ſeruitutem Dei continuaueris perſeuerans ſub iugo Domini , exercitĳs ſpiritus, aut pœnitentiæ haudquaquam congrua . Difficile namque eſt aſſueta relinquere,ſeu aſſuetis carere. Quare niſi gratia

Ezech.

Dei

Dei ſuperabundauerit in homine, difficilli-
limum tunc erit primæ conuerſionis iace
Iere.13 re in ſenectute bonum fundamētum. Di-
citur enim in malitia inueteratis ſenibus:
Si mutare poteſt Aethiops pellem ſu-
am, & pardus varietates ſuas, & vos pote-
ritis benefacere, quum didiceritis malū.
Ediuerſo vero de adoleſcente Deum ti-
Prou.22 mente dicitur: Adoleſcens iuxta viam ſu-
am etiam cum ſenuerit nō recedet ab ea.
Bonum igitur eſt filij chariſſimi, viro qui
domini iugum portauerit ab adoleſcētia
Threno.3 ſua. Felix quoque eſt pœnitentia, quæ tūc
dum ſi velit homo vltra peccare poſſit, eli
gitur, peccandique venam ſibijpſi interci-
dit. Ea vero pœnitentia quæ ex neceſſitate
(qa peccandi tēpus & copia nō datur) ho
mini accidit, raro eſt volūtaria, raro opta-
ta, raroque fructuoſa. Eſt itaq; nobis hæc
eruditio data (vt dixi) ne quod diu ſeruie-
rimus Deo, gloriemur: qa & nouiſſimos
Deus non ſolum recepit, ſed & prætulit
primis, ne etiam quemuis peccantem iudi
cemus, quia potens eſt Deus illum vel in
extremo vitæ conuertere. Poſtremo ne
& nos quoque deſperemus, licet tarde ve
re tamen ad Deum conuerſi: quia pro-
pterea ne huiuſmodi deſperent, illos ante
alios remunerauit: qui fuerunt nouiſſimi,
tantum abfuit vt illis tarditatē exprobra-
ret. Secundum quod in Euāgelio hoc nos
erudit eſt, quod arguitur otium infructu-
oſaque temporis cōſumptio. O quàm no-
bile eſt tempus in quo tanta bona tamq;
inæſtimabilia in exiguo tempore, aut ac-
quiri, aut amitti poſſunt. Heu quàm infru
ctuoſe, ne dicam perdite, & ſæpenumero
flagitioſe, tempus conſumitur. Quàm de-
teſtabile eſt otiū quo irrecuperabilis gra-
tia & gloria amittitur. Nolite rogo otio
indulgere. In deſiderijs enim eſt omnis o-
tioſus: operantem vero & animo occupa-
tum vitia interim non fatigant. Eſt itaque
fructus ex opere ſeu occupatiōe licita du
plex. Primus, qui eſt quod opus ipſum lu
crum, commodum, vtilitatemque aliquā
quare ſit, ſecum adfert. Secundus eſt pu-
ritas cordis, quia mens honeſte aliterque
occupata interim ſe ab æſtu vitiorum tem
perat, quieſcitque, quum ediuerſo in otio
nunquam quieſcat cor hominis, ſed tan-
quam inter procelloſos fluctus per varios
tentationes inquietum continue ſæuiat.
Eccli.33 Multa enim mala docet otioſitas. Docuit
Gene.34 Dinam virginitatem amittere, docuit Da
uid adulterium committere. Quāta deni- 2.Re.11
que mala otioſis quotidie eueniant, in o-
mnium eſt oculis manifeſtum. Nonne fur
ta, ſacrilegia, rixas, ebrietates, aleationes,
ſcortationes, homicidiaque quotidie oti-
um germinat? Hi ſunt fructus eius. Sem-
per igitur occupatio aliqua licita nos deti
neat, ne inueniat quem diabolus otio-
ſum. Eſt tamen inter occupationes quo-
que nō exigua differentia. Occupatio ſan
cta eſt ſtudium ſcripturæ lectioque ſacra.
Colloquium quoque dulce cum Deo, ſiue
per meditationē, ſiue per orationem fiat
mentalem, eſt occupatio vtiliſſima. Con-
templatio deniq; diuina crebraq; ad eun-
dem iterata aſpiratio, ſi occupatio dici de-
bet & non magis quies, ſuauiſſima eſt &
cumprimis fructuoſa. Laudantur quoq;
actiuæ vitæ occupatiōes, quibus infirmis
ſeruitur, operibuſve miſericordiarū & ele
emoſynis animus intenditur. Nec illauda
ti ſunt labores corporis, ſeu operationes
corporales, quos ferre ſuadet aut familia-
ris neceſſitas, aut egeſtas, aut honeſtus fi
liorum amor ad Dei gloriam educando-
rum, aut certe pietas, vt ad manum ſemper
ſit, quod porrigas egeno. Hæ omnes cir-
cunſtantię ſunt optimæ incentiuaque ſan
ctiſſima ad operandum. Sunt prꝙterea cau
ſæ alię quare laboratur, puta, vt aut animi
otium peſtilens vitetur, aut concupiſcen-
tia, quæ in otio ſæuit, ſærnetur, aut vt à
peccatis per occupationes externos ani-
mus hominis operantis impediatur, cor-
diſque puritas iugis ac perfectiſſima cu-
ſtodiatur. Tam breue eſt autem vitæ no-
ſtræ tempus, vt vitæ noſtræ omnem cur-
ſum, diem nominauerit. Operemur igi- Gala.6
tur bonum ad omnes, & otium deuite- Ephe.5
mus, quia dies mali, & tempus breue eſt. Iohan.9
Veniet nox, id eſt, terminus noſtræ vi-
tæ, atque id quod vitam noſtram ſequi-
tur, quando nemini operari licebit, ſed
iuxta opera noſtra, quæ iam præceſſe-
runt tunc mercedem nos oportet accipe-
re. Nihil enim nos comitatur aliud, aut
ſequitur in morte, hoc eſt, neque ami-
ci, neque filij, ſed nec opes, aut honores,
non elegantia formæ aut voluptas, ſed o-
pera noſtra ſequuntur nos, pro quibus ac
cipiemus mercedem ſiue bonam, ſiue ma
lam, iuxta operum conditionē. Nemo igi
tur nos decipiat, nemo ab operibus nos
bonis auocet. Neque enim hic legimus
quenquam otioſum, quenquam in vi-

Matt. 20 nea domini non laborantem, mercedem
accepiſſe, ſed dixiſſe patrẽfamilias: Voca
operarios & redde illis mercedem. Quam
uis em̃ nouiſſimis dederit denariũ diurnũ
vt primis, miſericorditer ſic agẽs, nec his
nouiſſimis quod vna tantum ſint hora o-
perati, imputans negligentiam ac tardita-
tem, ſed dicens cuidam: An mihi non licet
quod volo facere? nemo tamen in vinea
non laborans, ſed operarij ſoli mercedem
Eccli. 9 recipient. Quodcunque igitur poteſt ma-
nus tua facere inſtanter operare, quia nec
opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia
erit apud inferos, quo tu properas. Cæte-
rum, quem non terreat verbum quod no-
uiſſimum à Chriſto in hoc Euangelio di
citur: Multi ſunt vocati, pauci vero electi?
Durum eſt hoc, & formidabile verbum,
quod mirum eſt, quomodo non ſæpius
à nobis cogitetur expendaturq́;. Veritas
enim hoc dixit, quæ mentiri aut impone-
re poteſt nemini. Electi ſunt illi qui ad de
xteram in iudicio extremo collocabũtur
Matt. 25 audituri: Venite benedicti patris mei, per
cipite regnum, quod vobis paratum eſt ab
origine mundi. Hi, inquit, erunt pauci.
Porro vocati ſunt omnes quotquot noti-
tiam receperunt fidei, quibuſque manife-
ſtari Deus fecit viã ſalutis æternæ, para-
tus eiſdẽ dare regnũ cœlorũ, ſi crediderint
& obedierint ſibi. Ex multis itaque voca- Iohan.
tis pauci tantũ remanebũt electi, quia ho
mines fere oẽs magis diligunt tenebras q̃
lucem, magis diligunt vana ac mundana,
q̃ æterna. Idcirco mirũ non eſt paucos eſſe
electos. Ecce chariſſimi oẽs ſunt vocati.
Quotquot noſtrũ electi fuerint neſcimus.
Signa tamen ſunt aliqua quibus nos ele-
ctos eſſe poſſumus cõfidere. Si em̃ peccata
nobis noſtra diſplicent, ſi Deum offendiſ
ſe dolemus, ſi pro nulla re iterũ Dei man-
datum tranſgredi volumus, ſi Deũ offen-
dere timemus, ſi Deum diligimus, cuius a-
more ſuſtinere volumus quicquid ille no-
bis impoſuerit ferendũ, ſi eius honorẽ ze-
lamur, ſi deniq; eius amplectimur benepla
citũ, & ſi in his Deũ quærimus pure perſe-
uerantes, ſignum eſt ꝙ Dei electi ſumus.
Tãto itaq; ſolicitiores ſimus ad bona ope
ra, q̃ an electi ſumus, neſcimus. Dominus
noſter Ieſus Chriſtus illuminet & inflam
met corda noſtra, quo ſemper ſoliciti ma-
neamus, ne quid, quod diuinę ſuæ maieſta
tis offendat oculos, admittamus: largien-
te id nobis eodem dño noſtro Ieſu Chri-
ſto, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

DOMINICA IN SEXAGESIMA
epiſtola beati Pauli apoſtoli, II. Corinth. XI.

Libenter ſuffertis inſipientes, cum ſitis ipſi ſapientes. Suſtinetis enim, ſi quis uos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem uos cędit, ſecundum ignobilitatem dico, quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in inſipientia dico) audeo & ego. Hebræi ſunt, & ego. Iſraelitæ ſunt, & ego. Semen Abrahæ ſunt, & ego. Miniſtri Chriſti ſunt, & ego (ut minus ſapiens dico) plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abũdantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi. Ter uirgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragiũ feci, nocte et die in profundo maris fui: in itineribus ſępe: periculis fluminũ, periculis latronũ, periculis ex gñe, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus, in labore et ęrumna, in uigilijs multis, in fame & ſiti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate. Præter illa quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omniũ eccleſiarum. Quis infirmatur, et ego nõ infirmor? quis ſcãdalizatur, & ego non uror? Si gloriari oportet, q̃ infirmitatis meę ſunt, gloriabor. Deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti ſcit, q̃ eſt bñdictus in ſecula, ꝙ nõ

mentior

mentior. Damaſci præpoſitus gentis Aretæ regis, cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorum ut me comprehẽderet. Et per feneſtram in ſporta demiſſus ſum per murũ: et ſic effugi manus eius. Si gloriari oportet, nõ expedit quidẽ Veniã aũt ad uiſiones et reuelationes dñi. Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim (ſiue in corpore ſiue extra corpus, neſcio Deus ſcit) raptũ huiuſmodi uſq; ad tertium cœlũ. Et ſcio huiuſmodi hominẽ (ſiue in corpore ſiue extra corpus, neſcio Deus ſcit) q̄m raptus eſt in paradyſum, & audiuit arcana uerba, quę non licet homini loqui. Pro huiuſmodi gloriabor, pro me aũt nihil, niſi in infirmitatibus meis. Nã etſi uoluero gloriari, nõ ero inſipiẽs. Veritatem em̄ dicam, parco aũt, ne quis me exiſtimet ſupra id quod uidet in me, aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationũ extollat me datus eſt mihi ſtimulus carnis meę angelus ſathanę, qui me colaphizet. Propter quod ter dominum rogaui, ut diſcederet a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Chriſti.

PARAPHRASIS IN EANdem epiſtolam.

CVm à Corinthijs Paulus ad tẽpus propter prædicationẽ, & aliaꝝ eccleſiaꝝ confirmationẽ diſceſſiſſet, ſubintrarũt q dam interea pſeudoapoſtoli, qui Corinthijs legem, puta circunciſionẽ & ſabbatum &, huiuſmodi ad Chriſtum conuerſis neceſſario obſeruanda prædicabant. Quo aũt magis reciperentur, gloriabãtur cõmendantes ſeipſos, & Apoſtolo derogantes, dicẽtes eum veꝝ non eſſe Apoſtolũ, qui cum Chriſto nõ ambulaſſet, nec in vita eius certus Apoſtolus inſtitutus fuiſſet; & hoc modo ab Apoſtolo Corinthios ad ſe trahebant, pelliciẽtes eos in errorẽ de obſeruatiõe legalium. Eamobrem cõtra ſubdolas horum pſeudapoſtoloꝝ gloriatiões ad ſeducendũ inſtructas, cogebatur Apoſtolus quoq; ſeipſum cõmendare, ac quanta pro Euãgelicæ prædicatiõis pertulerit, ad Corinthioꝝ referre ædificationem. Dicit igitur: Libenter ſuffertis inſipientes, quia inaniter gloriantes ſuſtinetis. Cũ ergo mihi quoq; licet vere, ſit gloriandũ ad veſtrã vtilitatem, non minus me puto ſuſtinebitis, q̃ pſeudoapoſtolos, nec ægre audietis ſi qd in veſtrã dixero ędificationẽ, quod noſtrã ſonet laudẽ. Libenter em̄ ſuſtinetis inſipientes (quod miꝝ eſt) cũ ſitis ipſi ſapiẽtes. Aut per ironiã: Inſipientes toleratis per manſuetudinem, propterea ꝙ viri eſtis vos ſapientes, hoc eſt, maxime inſipiẽtes. Suſtinetis em̄ ſi quis in ſeruitutem vos reducere nititur legis, aut ſi quis in vos tanq̃ in ſeruos dñatum ſibi vendicat. Si quis veſtra tollit, rapit, deuorat, aut cõſumit, cũ ego vobis parcens nihil à vobis vel Euangelij cauſa volui accipere. Suſtinetis quoque ſi quis veſtra in modum accipitris accipit, quẽ paſcendum fouet. Si quis extollitur nobilitatem præſtantiãq; iactans, ꝙ natus ſit de ſemine Abrahæ & huiuſmodi. Si quis in faciem vos cædit, manifeſtã vobis corã obijciens improperij cõtumeliam, contemnens vos ꝙ carnaliter nõ eſtis circunciſi, ſed idola olim colueritis. In oĩbus his taxat pſeudoapoſtolos Iudęos. Hos aũt vos dico ſuſtinere ſecundũ ignobilitatem, ꝓpterea ꝙ ignobiliores vos ducitis, vtpote qui idola coluiſtis, & ex gentibus ad fidẽ veniſtis, q̃ illos pſeudoapoſtolos, q ex circunciſione ſe iactitant, quaſi nos veri apoſtoli infirmi fuerimus & impotentes, ſimili modo gloriari in hac parte de nobilitate gñis Hebræoꝝ, de lege & circũciſione. Dico aũt hoc in inſipientia, quia ſapientis eſt viri inaniter non laudare ſeipſum. Obſerua tamen quod Paulus neque inſipienter neq; inaniter, ſed ex charitate & veritate neceſſarioq; ad reducẽdos ab errore deceptos ſeipſum laudauerit. Ideo ait, quãuis ſapientiæ non ſit ita loqui: In quo tamen quis pſeudoapoſtoloꝝ audet vel de genere, vel de prædicatione, vel de labore, vel de donis Dei, ſe aut laudare, aut iacta-

iactare,audeo & ego:qui non vilior aut at
que ipſe,non minus inſignis ſum.Hebræi
ſunt(hoc em̄ eſt quod iactant)& ego He-
bræus ſum.Iſrahelitæ ſunt,& ego Iſraheli
ta ſum.Semē Abrahę ſunt,&ego ſum.Mi
niſtri Chriſti ſunt iuxta apparentiā & eo
rundem fictionem, & ego verus miniſter
ſum. Vt minus ſapiens dicam (propterea
quod non deceat vt alicui me præferam)
plus ego,& verius ſum Chriſti miniſter,q̄
illi.Incipit aūt enarrare quare verius iuſti
usq́; Dei dici poſſit miniſter,& labores q̊s
tam pro Chriſto pertulerat, quàm pro E-
uangelio refert, quo tamen ſe non cupit
hac oſtenſiōe(vt iam dixi)Corinthijs ma-
iorem reddere,ſed Corinthios à ſeducto-
ribus auertere, ad verāq́; Euangelicæ præ
dicationis normā reuocare. Ita em̄ vitam
tranſegi,inquit,meam poſt cōuerſionē, vt
fuerim in laboribus plurimis,& non ſolū
pluribus, quā pſeudoapoſtoli, ſed etiam
1.Cor.15 q̄ veri apoſtoli,quia plus omnibus labora
ui: In carceribus abundantius propter E-
uangelicā prædicationem,in plagis flagel
lorũq́; vulneribus ſupra modū humanæ
virtutis.Nā etſi fortaſſe illi cæſi fuerint, e-
go tamen atrocius afflictus ſum.In morti
bus frequēter. Sæpenumero em̄ ad mortē
vſq; cruciatus ſum, multisq́; alijs & cre-
bris piculis interfui mortis ꝑpter Chriſtū.
A Iudęis quinquies quadragenas vna mi-
nus accepi, hoc eſt, quinquies flagellatus
ſum,in quarũ quauis flagellatiōe quadra-
ginta recepi percuſſiones ſeu plagas vna
Deut.25 minus,quaſi trāſgreſſor legis, & ꝑpterea
ꝙ nouā Chriſti gratiā prędicabā.Fuit hic
olim caſtigādi modus Iudęis inſtitutus in
lege,vt ſi quis grauiter deliquerit, cęderet
iuxta menſurā delicti,nō tamē vltra qua-
draginta reciperet plagas, ne fœde nimis
laceraretur. Iudęi ergo nō plures,q̄ lex ad
mitteret,plagas inferrent,dū quinquies e-
um cęciderunt, in ſingulis flagellatiōibus
triginta nouem (quaſi vnā plagā donātes
ne crudeles ſed miſericordes haberentur)
ei plagas intulerūt.Seqtur: Ego ter virgis
cæſus ſum à gētibus, Semel à Iudæis lapi-
Actor.14 datus ſum,vt in Actis habetur, lapidātes
Iudæi Paulū,traxerunt extra ciuitatē, ęſti
Actor.27 mantes eum mortuū. Ter naufragiū feci,
paſſus periculū mortis ex nauis fractiōe,
Nocte ac die in ꝓfundo maris fui,hoc eſt,
ferme q̊tidie tēpeſtatibus & periculis ma-
ris interfui. Aut ad noctē & diē ſub aquis
merſus ac retentus, non tamen Deo miſe-
rāte ꝑſocatus,inde iterũ ſaluus redij.In iti-
neribus ſæpe, vbi inſidias non raro paſſus
ſum,in periculis quoq; fluminū,& in peri
culis latronū ſæpe verſatus ſum, excitāte
hæc humani gn̄is inimico, qbus & Pauli
labores, et fructū impedire moliebat̄ ani
marũ.Adde iā in qbus fuerim periculis ex
gn̄e,hoc eſt,ex gente mea Iudęorũ,qui mi
hi vehementius inuidebāt, atrociusq́; me
ꝑſequebantur,q̄ cæteros apoſtolos, adeo Actor.
vt quidā eorũ,ſicut in Actis legitur ſe mā-
ducare & bibere deuouerent, niſi occidiſ-
ſent Paulū. In periculis præterea fui ex gē
tibus,qui ediuerſo propter idololatrię de
ſtructionē me perſequebantur. Fui quoq;
in periculis multis mortis, tā in ciuitate
propter tumultuationē plebis,q̄ in ſolitu
dine à beſtijs,periculis in mari,periculisq́;
interfui in conuerſatione falſorũ fratrum,
qui Chriſtianiſmū receperant, nō relicto
Iudaiſmo.Pręterea verſatus ſum quotidie
mala & aduerſa patiens in labore manuū,
quibus ſuſtentarē me.In ęrumna, inopia,
aut languore,in multis vigilijs,in fame et
ſiti,in ieiunijs multis,in frigore & nudita-
te,quia pauperrime fui veſtitus. Hæc oīa
pro Chriſto, & ꝑ verbo Dei paſſus ſum,
præter illa, q̄ externe mihi ꝑpter alios ad-
ueniunt,& præmūt,vt ſunt inſtantia mea
quotidiana, q̄ quotidie me angunt & tor-
quēt.Sollicitudo omniū eccleſiarũ,q̄ me la
cerat ne amittā iterũ aliquē q per me ſit cō
uerſus,& ne fideliū quiſpiā ſeducatur, ne
pereat aliquis, ne tandē non proficiant hi
quos Chriſto ſum lucratus.Quis infirmat
& ego per compaſſionem non infirmor?
Quis ſcandalizatur,cuius ſcādalo ego nō
vror? Oīm em̄ dolores, triſtitias ſcandala-
que in corde meo per cōmunionem chari
tatis ego ſentio.Hæc,inquit, mihi patien-
da quotidie occurrunt, ſed nō propterea
gloriari,niſi in dn̄o expedit. Nam etſi pro
Chriſto gloriari oportet,aut gloriari ope
repreciū eſt,gloriabor in his quæ ſunt in-
firmitatis meæ,hoc eſt, in paſſiōibus & tri
ſtitijs meis,quas pro Chriſto patior.Pſeu-
doapoſtoli gloriari quidē volunt, verum
quia nihil pro Chriſto paſſi ſunt, in gn̄is
nobilitate percupiūt gloriari.Ego vero ſi
gloriandū eſt in humilitate & infirmitate
mea gloriabor.Deus et pater dn̄i noſtri Ie
ſu Chriſti, q eſt bn̄dictus in ſecula ſcit, &
teſtimonium mihi feret, ꝙ non mentior q̄
dixi aut dicturus ſum. Damaſci præpoſi-
tus gentis Aretæ regis cuſtodiebat por-
tas

tas ciuitatis Damaſci, quæ ciuitas ad regē illum pertinebat, precibus & muneribus victus Iudæorum voluit me comprehendere, in ciuitate concluſum, vt occideret. Acto. 9 Sed per feneſtrā in ſporta ſubmiſſus ſum, per muꝝ fratribus adhuc vrgentibus & impellentibus, vt in vtilitatē ſeruarer eccleſiæ. Quo ſic elapſus eius euaſi manus. Si itaque gloriari propter pſeudoapoſtolos oporteat, nō expedit quidem propter humilitatis periculū & timorē ſcandali: nihilominus tamen propter veſtrā vtilitatē neceſſe eſt gloriari. Audiſtis em̄ pſeudoapoſtoloꝝ iactantiā, quoꝝ gloriā falſam obfuſcare nitimur per veritatē glorię. Verum de aduerſitatibus perpeſſis, hęc dicta ſint ſatis. Veniam aūt ad viſiones & reuelationes dn̄i. Expende hic quanta q̄ immaniaq; ſuſtinuerit Paulus ꝑ Chriſto. Ibidem Quare non immerito de eo dixerit dn̄s ad Hananiā: Vas electiōis mihi eſt iſte, q portet nomen meū corā gentibus & regibus. Ego oſtendā illi quanta oporteat eū pro nomine meo pati. Veniam, inquit, aūt ad viſiones & reuelationes dn̄i, quas à dn̄o recepi, ne illas omnino taceam aut prætereā. Scio hominem in Chriſto raptū ante annos quatuordecim vſq; ad tertium cœlū, hoc eſt, ad cœlum empyreum ſeu igneū, lucidum, ſupremū, quod locus eſt beatorum. Siue autem raptus ſit homo ille cum corpore, an ſine corpore, neſcio, deus ſcit. Et ſcio hominem eundem raptum in paradiſum, ſed raptus ne ſit in corpore, an extra corpus, neſcio, Deus id nouit. Nulli dubium eſt de ſeipſo hic loqui Paulum, q̄uis modeſtiæ cauſa & ob iactantiam vitandā, q̄uis de alio quopiā loquatur. Scio itaq; eūdem raptū in paradiſum. De eodē paradiſo, hoc eſt, cœlo corporali aut ſpirituali beatorum manſione putatur loqui, quē latroni dn̄s in cruce promiſit dicens: Lucæ 23 Hodie mecum eris in paradiſo, & in Apo- Apoc. 2 calypſi: Vincēti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei. Itaq; huiuſcemodi ſcio hominē qui eſt raptus in paradiſum, & audiuit arcana verba, quę non Iere. 9 licent homini manifeſtari. Ego igitur ea duntaxat refero quæ dici poſſunt. Quę vero dici aut non poſſunt aut non debent, taceo. Pro huiuſcemodi tamē homine gloriabor gaudēs in domino, & gratias agēs: pro me autem ꝙ ſim circunciſus, quod de ſemine ſim Abrahę natus, nihil gloriabor niſi in infirmitatibus & paſſionibus meis, quas pro Chriſto patior. Nam etſi ordinate etiam voluero gloriari, non ero, licet q̄buſdam videar, inſipiens in hac gloriatione. Neq; enim falſa, ſed veritatem dicam, in qua gloriari nō eſt inſipiētis. Parco aūt non omnia, nec tumide, ſed modeſte Dei dona referēs, ne quis me exiſtimet aut ſublimioris eſſe naturæ, aut excellētioris perfectiōis ſupra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Nam ne magnitudo reuelationum extollat me, neve mihi ſuboriat ex Dei donis elatio, additus mihi eſt ſtimulus carnis meæ. Tribulationes & infirmitates carnis, aut tentationē libidinis carnis inſinuat, q̄ illi angelus ſathanæ excitabat poſt raptū q̄ ante vehemētiorem. Datus igitur mihi ad vtilitatē eſt à Deo omnia præuidente & gubernante ſtimulus carnis meæ angelus ſathanæ, qui me colaphizet, qui me ignominioſe humiliet, & in meīpſius conſiderationē impellat. Aut qui me punctionibus aduerſitatum, infirmitatumque affligat. Pro cuius amotione ter dn̄m rogaui, quo recedēte fierem liberior ſpiritu, dn̄s nō quod volebam, ſed ꝙ mihi expediebat facturus, ſiue ꝑ angelū ſiue per internam inſpirationem illuminātem. Sufficit, inquit, tibi gratia mea, aſſiſtens & ne pecces protegens. Aut hoc tibi ſatis ſit, vt habeas gratiā meā. Nam virtus in infirmitate perficitur. Hoc aūt bifariam contingit: aut vt infirmitas ſiue corporalis ſiue etiā ſpiritualis materia ſit exercendæ virtutis, puta humilitatis aut patientiæ, quæ per infirmitatem creſcat atq; ex pugna, & ex ipſa aduerſitatis ſuſtinentia ſeipſa quotidie maior efficiatur, vt q̄d homo ſuſtinēdo varia efficitur prudētior. (Qui em̄ non eſt tētatus, quid ſcit?) reipſa Eccli. 34 periculum faciens ſuæ infirmitatis, quo ſapientius ſe poſthac gubernet. Sequitur: Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis. Hic vides quod Paulū dn̄s nō inexauditum reliquerit, qui petiuit à ſtimulo huius tētationis ſe liberari, q̄mquidem etſi nō liberauit illum, eo modo quo Paulo videbatur vtile, exaudiuit tamen eū quō ipſe id Paulo cognouit commodo futuꝝ. Nec Paulus hic deliquit aliud q̄ dn̄s dare voluit rogans, quia vbi voluntatem didicit Chriſti, nō deinceps rogauit liberari. Sed libēter, inquit, gloriabor in hoc, ꝙ infirmitates tribulationesq; ſuſtineo, quādo quidem in hoc quod ſum infirmus, fortē me facit Chriſti virtus.

EXEGE-

EXEGESIS EVANGE-
lij dominicæ Sexageſimæ,
Lucæ VIII.

MAGNA FVIT turbę reuerentia ad Chriſtum, magna deuotio, magna ſitis audiēdi verbum Dei. Infatigabiliter enim ac indeſinēter Chriſtum ſequebātur, & quocunque ibat, Chriſtum requirebant, ad ipſum confluentes. Itaq; quū iter faceret per ciuitates & caſtella prædicabat regnum Dei. Cum vero quadam die domum exiret, vbi docuerat, venit iuxta mare, vbi tanta ad eū confluebat populi multitudo, vt in nauim aſcendens doceret, omnis vero plebs ſtaret in littore. Tunc enim ex naui docens hodiernum prædicauit Euangelium, quod Lucas in hunc refert modum.

Cum turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad Ieſum dixit per ſimilitudinem.

Quod turba multa cōfluxerit, ſecutaq; ſit Chriſtum diuerſis cauſis id accidit. Quidā enim vt ſanarentur, alij vt alerentur. Multi ex deuotione, ex curioſitate etiam nonnulli, poſtremo vt erudirent̃ ſequuti ſunt eum multi, cum interim nō deeſſent quoque qui inſidiarentur. Quomodo itaque varius eorum fuit animus & propoſitum, ita vnuſquiſq; iuxta hoc quod quærebat, ex Chriſto referebat fructum. Cū turba, inquit, plurima conueniret. Turbam nominat, non principes huius mundi, non ſeculi diuites & potentes: hi enim alia habebant quæ amabant, puta terrena, ideo cœleſtem magiſtrum non requirebant, nec illis ſancta eius eruditio erat ſuauis, ſed inſipida. Hoc hodie quoq; eiuſmodi cōtingit. Quāobrem à Paulo apoſtolo dicitur 1.Cor.1 Corinthijs: Videte vocationē veſtrā, quia nō multi ſapiētes ſecundū carnē, nō multi potentes, nō multi nobiles, ſed q̄ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt cōfundat fortia &c. Prou.3 Cū ſimplicibus eñ eſt ſermocinatio eius. Iohan.7 Congrue iccirco dictū eſt: Nunquid aliqs ex principibus credidit in eū? Quaſi dicūt: nullus, ſed turba. Cum itaq; de ciuitatibus properarēt ad Ieſum, ad famæ Chriſti pręconium accedit, quod nō tantum ex pagis, ſed ex ciuitatibus quoq; in quas Chriſti fama iā diuulgata fuerat, properabant ad Ieſum, vt nō ruſticus populus tantum, ſed vrbanus etiam accederet ad Ieſum, vel tanq̄ ad paſtorē oues, ſicut dicit: Ego ſum paſtor bonus, et cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meę: Iohan vel ſicut ad medicum infirmi. Neq; eñ opus Matt. eſt ſanis medicus, ſed male habētibus, aut vt ad doctorē imperiti. Quod Pſalmiſta Pſalm monet, dicens: Accedite ad eū & illuminamini. Itaq; dixit per ſimilitudinem. Neq; enim hiſtoriam dicit, vt neceſſe ſit interrogare, quis ille fuerit ſeminator iuxta literā aut hiſtoriam, ſed quis ſeminator ſit, quę terra ſit, quod ſemen, quæ hic in ſimilitudine hac ſignificantur. Senſus namq; præcipuus parabolæ aut ſimilitudinis, nō eſt ille quem verba primo ſignificant, ſed qui per res ſignificatas nobis inſinuatur. Verbi gratia, in libro Iudicum legitur: Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe regem: non de lignis, ſed hominibus per ligna ſignificatis intelligitur. Iudic

Exijt q ſeminat ſeminare ſemē ſuū.

Exijt dn̄s ad ſeminandum, non per motū localem, ſed per incarnationem, incipiens eſſe per humanitatem, qua aliquando ibi nō fuerat. Exiuit, inquit Auguſtinus, de Aug patre, quia de patre eſt, in mūdum venit, quoniam mundo corpus ſuum oſtendit, exijt tanquam agricola ſeminare ſemē ſuum, de quo Zacharias dicit: Homo agricola ego ſum. Zach Iere. Et Ieremias: Quaſi colonus fatigatus eſt in terra, & quaſi vir vagus. Recte vagus dicitur, nihil in hoc mundo proprium habens. Matt. Vulpes enim (quod de ſeipſo teſtatur) foueas habēt, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Recte quoq; agricola dicitur, quia filius agricolæ. Iohan Ego ſum inquit, vitis vera, & pater meus agricola eſt. Secundum rationem vnam, eſt vitis vera: ſecundum aliam quoque rationem, nō modo agricolæ filius, ſed ipſe quoque agricola eſt. Quis enim prædicatione agrū alius excoluit patria ſui, quam ipſe, frangens duros ſcopulos cordis timore Dei, & ſeminans in cor humanum verbū Dei, tenenſque aratri, hoc eſt, crucis ſtiuas, id eſt, clauos in manibus, quibus affixus erat cruci, paſſione agrum ſuum excoluit, ſuiſque electis omnibus quo agricolam ſe monſtraret, dicens: Tollite iugum meū ſuper Matt. vos.

Matt. 11 vos.Iugum enim meum ſuaue eſt,& onus meum leue.Exijt igitur ſeminare ſemẽ ſuum,id eſt,veræ Dei verbum,non alienum, non peſtiferum dogma aliquod, ſed ſuũ, hoc eſt ſalutiferum. Quodcunq; itaq; aliud fuerit dogma quod cum illo diſſentiat non Dei ſemẽ eſt,non Dei verbũ.Vide aũt ne ſit cuiuſpiã hæretici,qui ſua verba palliat,venditatq; ſub nomine Dei verbi.Miſcent enim ſuis pniciosis dogmatibus verbum Dei,quo verſutius fallãt & ſeducãt, non attendentes lege domini prohibitũ: Leui. 19 Non ſeres agrum diuerſo ſemine. Per ſemen igitur quod Chriſtus ſeminat,intelligitur verbum Dei. Hoc vt ſeminaret venit in mundũ,venit etiam ad cor hominis illud ſeminare.Nam & hominis cor, ager eſt, & terra aliqñ fœcunda, interdum ſterilis,& iuxta hoc multum, aut modicum, aut certe nullum fructũ referens. Dñs itaque in mundum veniens ſua eruditione illuſtrauit mundum, ſeminauit Euangelium per ſe,& per ſeruos ſuos,& ſeminat vſ Pſalm. 118 que ad conſummationem ſeculi.Quapropter Pſalmiſta dicit : Lucerna pedibus meis verbum tuum,& lumen ſemitis meis. Seminat autem non ſolum prædicando,ſed etiam inſpirando, & intus monendo.Seminat quoq; foris per miniſtros excitando & docendo,ſeminat poſtremo in ſcriptura nobis loquendo. Siue igitur ſit Lucæ 11 verbum Dei inſpiratum, ſiue auditum,ſiue lectum erudit nos.Beati igitur qui au Roma. 2 diunt verbũ Dei & cuſtodiunt illud. Neque enim auditores,ſed factores verbi iuſtificabuntur apud Deũ.Quapropter quã Iohan. 8 do dominus dicebat Iudæis, q eſt ex Deo verba Dei audit, propterea vos non auditis,quia ex Deo non eſtis, non de auditu corporali eſt locutus. Sic enim & hi qbus loquebatur,& quos arguit, quod non audirent,audiebant: ſed de mentis intelligitur auditu & de ſpiritualibus auribus, loquutus eſt. Hi enim audiſſe verbum Dei iudicantur,in quorum vita Euangelica ac Chriſtiana eruditio elucet, qui opere exprimunt,quod intus audierunt.

Et dum ſeminat, aliud cecidit ſecus uiam,& conculcatum eſt, & uolucres cœli comederunt illud.

Varia eſt Dei verbum audientium conditio.Quidam namq; audiunt,et delectat eos Dei verbum.Quidam Dei verbum faſtidiunt. Verum huius eſt ratio, quã ſupra Chriſtum dixiſſe retuli: Qui eſt ex Deo, Iohan. 8 verba Dei audit.Dei enim gratia aperit et colit cor humanum, vt Dei verbum recipiatur, & germinet in opus ſalutis. Sine gratia autem Dei, verbum Dei ſeminatũ, non operatur fructũ. Nihil enim qui ſcribit, aut qui loquitur agit in corde hominis quicq̃, niſi ſpirituſſancti gratia intus doceat hominem,& in eo operetur.Quomodo enim prędicator homo,aut doctor mutaret corda hominum, quãdo non omnium Chriſtus corda, quibus loquebatur mutauit? Multi eñ non ſolum gratis, ſed etiam ad damnationẽ maiorẽ, Chriſti verbum audierunt.Et ideo Apoſtolus di 1.Cor. 3 cit: Ego plantaui, Apollo rigauit: Deus autem incrementum dedit. Itaque neque qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Oĩno igitur nobis neceſſariũ eſt vt ſit qui intus nobis p̃dicet, hoc eſt,qui moueat, confortet vrgeatque Chriſtus, imo qui ſua gratia vngat,emolliat,accendatque voluntatẽ hominis.Gratia autem hęc ſpirituſſancti,his tantum datur,qui ſunt humiles.In humilibus igitur ſolis verbum Dei fructum operatur. Hoc enim Chriſtus quoque confitetur,dicens: Confiteor tibi pater, quo Matt. 11 niam abſcondiſti hęc à ſapientibus & prudẽtibus,& reuelaſti ea paruulis. Cui Pſalmiſta quoq; olim ſimilia dicens: Declara Pſalm. 118 tio,inquit,ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Porro qui ſuperbi ſunt,qui mundana altaque diligũt, his non placet verbum Dei,ſed potius illud faſtidiunt, vtpote terræ ſteriles, incultæ,& malę,ideo non producũt fructũ. Verum quare,inquis,non libenter audiũt verbum Dei, aut quare inuiti audiunt? Ideo profecto,quia aduerſatur concupiſcentijs eorũ Dei verbum.Exempli gratia: Tu amas delicias & luxũ, verbũ tibi Dei hæc prohibet,ideo non potes illud diligere.Contraria eñ nũquam amantur.Quocirca dicit tibi à Chriſto: Eſto conſentiẽs Matt. 5 cum aduerſario tuo in via, ne forte tradat te iudici &c. Aduerſarius hominis carnalis,eſt verbũ Dei. Ea enim quæ ille amat, Dei verbum interdicit: & rurſus quæ ille fugit,ipſum eadem præcipit. In via igitur præſentis vitæ quamdiu fueris, eſto conſentiẽs aduerſario tuo,hoc eſt,verbo Dei, quod carnali vitæ tuæ aduerſatur, ne venias ad captiuitatem & ſupplicium. Et dum ſeminat aliud cecidit ſecus viam,hoc

eſt, in corda hominum mundanorum carnalia ſpiritualibus preferentium & mundo, vitioſisq; actibus ſeruientium. Hoc ſemen cõculcatum eſt, id eſt, ne fructum adferret eſt impeditum, ſtrepitu malarum cogitationum affectionumq; carnaliũ inquietudine malarum paſſionũ, & importunitate tentationum ac variarum cogitationum. Volucres enim cœli, id eſt, dæmones comederunt, id eſt, abſtulerunt illud ſemen de corde hominis, nequid inde ſalutiferum naſceretur.

Aliud cecidit ſupra petrã & natum aruit, quia non habebat humorem.

Supra petram ſemen cadit, quando verbum Dei durum cor hominis audit, vnde
Eccli 3 nullus ſequitur fructus. De hoc ſcribitur: Cor dur male habebit in nouiſſimo. Itẽq; Indurauerunt facies ſuas ſupra petram, et
Iere. 5 noluerunt reuerti. Hoc etiam modo indu
Exod. 47 ratum fuit cor Pharaonis, vt non audiret
10. 11. 14 verbũ domini per Moſen, nec quod miſſus à Deo fuerat ageret, dimittens populum abire vt ſacrificaret. Quicquid p Moſen dominus in eum ſeminabat cecidit ſupra petram. Nam etſi aliquando Pharao moueretur, et promitteret ſe obediturum Deo, & populum dimiſſurum, tamen hoc propoſitum iam natum, plaga ab eo iter recedente, mox aruit. Liquet igitur, quomodo humor aquæ plantas vt coaleſcant conſeruat, & ſemina in terram iacta vt creſcant fouet, ita gratiam ſpiritusſancti terram cordis humani reficere, rigare cõfortare, atq; vt ſemen Dei. ſ. verbum fructum faciat producere. Quę gratia vbi defuerit, in ſiccitate & ariditate bona volũtas mar-
Iere. 17 ceſcit. Proinde Ieremias dicit: Maledictus homo cuius cor recedit à Deo: erit enim quaſi mirica in deſerto, & habitabit in ſic-
Prou. 28 citate. In prouerbijs quoque dicitur: Qui mentis eſt duræ incidet in malum. At vero de eo quem fluenta gratiarum fœcundant ſcriptum eſt: Et erit tanquam lignũ quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod ad humorem mittit radices ſu-
Ierem. 17 as, nec timebit cum venerit æſtus. Et erit folium eius viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſolicitum, nec aliquando deſinet facere fructum.

Et aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ, ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonã, & exortum fecit fructum centuplũ.

Semen hoc in corda auara, & ambitioſa cadẽs, germinat quidem quaſi fruticem, quia excitat ad tempus bonã volũtatem: Verum ſolicitudines & curæ huius ſeculi tam pro diuitijs quàm pro gloria mundana, timores quoq; & ſuſpitiones, quæ harum occaſione generantur in homine, ſcilicet, ne hoc illudve temporale ac mundanum amittat, aut ne hoc ſibi contrarium eueniat, tanquam ſpinæ ſuffocãt illud germen. De ambitione enim diuus Bernar- Bernar.
dus ait: O ambitio ambientium crux, quo
modo omnes torques, omnibusq; places: Eccli.
Et Salomon: peccatori quoq; dedit Deus afflictionem, & curam ſuperfluã. Hæc igitur ſunt ſpinæ quę ſemen Dei ſuccreſcens opprimunt. Non ergo diuitiæ ſolæ reprehenduntur, ſi abſint delectatio, tumor, ſuperbia, auaritia, ſolicitudo, & huiuſmodi vitia alia quę familiaria ſunt diuitibus, ſed diuitias cum ſolicitudinibus, curis & voluptatibus huius ſeculi ſimul poſuit quæ ſuffocant Dei verbum. Et aliud cecidit in terram bonam, id eſt, in cor docile, deuotum & hilariter acquieſcens diuino beneplacito, vtpote perfecte reſignatum. Et fecit fructum cẽtuplum, hoc eſt, copioſum, atq; perfectum.

Hæc dicens, clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat,

Abſq; dubio eſt, omnes ibi tunc prẽſentes habuiſſe aures corporis, ſed Chriſtus aures mentis, hoc eſt, mentem deuotam, & voluntatem bonam quærebat, propterea nõ ſolũ aures audiendi, hoc eſt, aures quæ quod audierunt, cuſtodiũt, requirit.

Interrogabant aũt eũ diſcipuli eius quę eſſet hæc parabola. Quibus ipſe dixit: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, ut uidentes non uideant, & audientes non intelligant. Eſt autem hæc parabola.

Diſcipuli Chriſtum quæ eſſet hæc parabola interrogant. Quod tamen feciſſe credendi ſunt non mox poſtq̃ audierant parabolam, ſed cum dominus eſſet ſingula-
ris, id eſt, cum eſſet ſolus de huius intelle- Mar.
ctu requirebant. Quibus ipſe dixit: Vobis diſcipulis meis, humilibus, bonam habentibus voluntatem, & qui ſtudioſi eſtis ad
intel-

intelligenda verba mea, vt eadem non ſolum ſciatis, ſed faciatis etiam, datũ eſt noſſe myſteriũ regni Dei, id eſt, ſecreta, eccleſiæ militantis, quia eadem debetis docere alios, qui poſt me quaſi fundamentum eſtis eccleſiæ. Obſerua quod hic myſteria nominat, quæ in parabolis dicũtur. Verũ id non de hac tantum parabola, ſed multis quoq; alijs locutus eſt, in quibus plura latent myſteria ſeu ſecreta eccleſiæ, q̃ ideo latent, ideoque ſub parabolico ſunt abſcõdita ſenſu, vt ad intelligendum ſtudioſi, inueſtigando ſua diligentia (& ideo digni) gratiaq; Dei adiuti inueniant quod latebat, indigni vero, & hi qui contemnunt inueſtigare ac ſenſum quærere, nihil percipiant. Sciendum quoque prædicationẽ Chriſti ab initio fuiſſe claram & lucidam, ſatiſque miraculis ac ſignis manifeſtis roboratam, quare non poterant Iudæi ſe excuſare quod eum non intellexiſſent. Erãt autem multi eorum ſua inuidia ac malitia excæcati, qui reſpuebant eius prædicationem, ſigniſque detrahebant tribuentes illa Beelzebub. Ideo Chriſtus poſtea multa abſcondit indignis, idque miſericorditer, ne deteriores fierent. Propterea ſequitur, cæteris autem in parabolis, ſcilicet eſt loquendum, vt videntes, id eſt, videre ſe putantes miracula mea, non videant oculo intellectuali, & audientes verba mea nõ intelligant eorum myſteria. Recte enim vt Beda dicit, in parabolis audiunt, qui clauſis ſenſibus cordis non curant cognoſcere veritatem. Atque ideo multis ſe & donis & beneficijs Dei priuant per ingratitudinem. Tandẽ exponens ipſe dominus met parabolam, adiecit.

Matt. 12 Mar. 3. Lucæ 11

Beda

Semen eſt uerbum Dei. Qui aũt ſecus uiam, hi ſunt qui audiunt, deinde uenit diabolus, & tollit uerbum de corde eorum, ne credentes ſalui fiãt. Nam qui ſupra petram, hi ſunt qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt uerbum: et hi radicem non habẽt quia ad tempus credunt, & tempore tentationis recedunt. Quod autem inter ſpinas cecidit, hi ſunt qui audierunt, & a ſolicitudinibus, & diuitijs & uoluptatibus uitæ eũtes ſuffocantur, & non referunt fructum.

Semen inquit eſt verbũ Dei. Ergo ſeminator ſeu ſator eſt Chriſtus dñs. Nam prędicator verbi Dei nihil aliud eſt, q̃ cophinus ſeminatoris, portans ſemen Chriſti, quemadmodũ Auguſtinus de ſe dicit: Ego quid ſum niſi cophinus ſeminatoris? Ille in me ponere dignatus eſt, quæ vobis ſpargo. Nolite attendere ad vilitatẽ cophini, ſed ad claritatem ſeminis & ad poteſtatem ſeminatoris. Sequitur itaq; parabolæ huius expoſitio, q̃ ipſe dñs elucidauit, & ego vobis eandẽ iam dixi conformiter ad illius expoſitionem, niſi quod in fine dicendum eſt, ꝙ ſupra triplicẽ terræ bonę, q̃ ſemen recipit, narrat fructum, hic vero dicit ꝙ fructũ adfert in patiẽtia, vt ſequitur.

Auguſt.

Quod aũt in bonã terram, hi ſunt qui in corde bono & optimo audientes uerbum retinent, & fructum afferunt in patientia.

Supra, vt dixi, terrã bonam in triplicem gradũ, per triformem quoq; fructũ diſtinxit. Dixit eñ de terra bona quandã centeſimum, quandã ſexageſimum, quandã vero triceſimũ afferre fructum. Non eñ caret ratiõe, quod de fructu diſtinguit, quo certe indicat differentiã eſſe terræ triplicẽ. Quandam bonam, quæ pertinet ad inſipientes, quandã meliorem, quæ ad proficiẽtes pertinet, quandã vero optimã, quæ reſpicit perfectos. In triceſimo eñ fructu cõſtituuntur incipiẽtes, qui fidẽ trinitatis ſibi ſufficere credunt, cum obſeruantia præceptoꝝ decalogi. In ſexageſimo fructu intelliguntur, qui in Dei amore profecerũt, & iam nõ ſolũ præcepta decem, ſed etiam ſex opera miſericordiæ, quibus iuſtitia omnis, quę debetur, proximo impletur, perfecerunt. Tertij qui centeſimũ fructũ adferunt ſunt perfecti, qui mandata veteris legis moralia, hoc eſt, illa decem pręcepta & conſilia ſimul Euangelica implẽtes, domini non ſolum mandata, ſed & beneplacita oĩa ſatagunt perficere. Sunt qui exponunt ad tres ſtatus qui in carne hic ſeruantur, puta virginum, qui centeſimum adferunt fructum, continentium quoꝝ eſt ſexageſimũ referre fructum, & coniugatorum, q triceſimo ſunt cõtenti fructu. Chariſſimi audiſtis eos oẽs receſeri qui verbũ Dei audierunt, ſed iteꝝ (ideo nullum eſt in eis operatũ fructũ) à ſe Dei verbũ euomuerunt. Alij quidem retinuerũt, ſed iuxta menſuram ſui profectus illud operibus

Matt. 13

 oſten

Heb.6 oſtenderunt. Eligamus nos q̃ perfectiora
Eccli.2 viciniorać; ſunt ſaluti, vt nõ ſolum ea quæ
præcepit nobis cogitemus ſemper, ſed eti-
am quæ illi cognoſcimus beneplacita faci-
amus, præſtante hoc nobis dño noſtro Ie-
ſu Chriſto, q eſt bñdictus in ſecula, Amẽ.

SERMO IN EADEM dominica: Agricola quomodo Chriſtus, ſemen Dei uerbũ, terra cor humanum.

EXiit qui ſeminat ſeminare ſe-
men ſuum. Et dum ſeminat
aliud cecidit ſecus viã, aliud
ſupra petram, aliud inter ſpi-
nas, & aliud in terrã bonã.
Lucæ VIII. Habemus in his verbis Euan-
gelicis hodie agricolam, ſiue ſeminatorẽ,
habemus ſemen, habemus terram. Supra
hæc habemus viam petram & ſpinas. Ra-
tionem ſimilitudinis ad ſenſum illum pa-
rabolicũ explanare, quomodo. ſ. id quod
aſſimilatur cõgruat rei cui aſſimilatur, aut
quæ conuenientia ſit ſimilitudinis vtrobi-
que, & ſi prolixum fore id timeatis, quàm
breuiter tamen potero, vobis explicabo.
Seminator ſeu agricola hic intelligit̃ Chri-
ſtus. Solus enim ipſe in corda noſtra ſemẽ
ſalutis, verbum ſcilicet Dei viuum & effi-
cax ponit, in hoc non incongrue compa-
ratus agricolæ: Quod enim agricola hu-
milis atq; vilis ducitur, cum ſit vtiliſſimus
puta qui omne ſuum robur, omneſque vi-
res expendit, vt adminiſtret nobis vnde o-
mnes viuimus, panem, ita Chriſtus dñs,
noſter quantum hic apparuerit (dum no-
bis ſeminaret vitæ cœleſtis panem, dum-
que terram noſtri cordis excoleret, & in
cruce ſanguine ſuo rigaret) humilis, quã-
que vilis attendite. Cum enim eſſet in for-
Phil.2 ma Dei exinaniuit ſemetipſum, formam
ſerui accipiens, formam quoque ſerui ex-
hibens, qui venerat miniſtrare nõ ſibi mi-
niſtrari, diſcipulorum ſuorum pedes la-
uans, & nouiſſime vt fatuus illuſus, cum
Iohan.13 iniquis, id eſt, cum latronibus reputatus
Iohan.19 eſt. At proſpice tu ne propter hanc vili-
tatem ipſum negligas, ſed quãto propter
te factus eſt vilior, tanto ſit tibi dignior,
tanto precioſior, tantoque charior. Eſt e-
nim vniuerſo mundo non modo vtiliſſi-
mus, ſed omnino etiam neceſſarius, qui ex
morte nos viuificauit, & panem cœleſtis
vitæ ſeipſum nobis præbuit. Habuit qui-
dem veſtem vilem, communem ſeu ruſti- Iohan.
cani, quia habitu inuentus vt homo, ſed Iohan.
eam tamen vilem habuit propter nos. Per Phil.
oĩa enim aſſimilari voluit fratribus, vt o- Iohan.
mnes ſaluos faceret. Hãc veſtẽ mortalita-
tis ſcilicet & vtilitatis exuit p gloriã reſur-
rectionis, quãdo ſcilicet regnaturus deco- Pſalm.
rem induit & claritatem. Quod figuratũ Zacha.
ante erat in Zacharia, de quo dictũ fuit:
Auferte veſtimẽta ſordida ab eo, & indui-
te eũ veſtimentis mutatorijs. Nõne de pa- Iohan.
tre ſuo dicit Chriſtus: Pater meus agrico-
la eſt? Si pater agricola, quõ filius agricola
nõ eſt? Deniq;, ex callibus manuum ſuarũ
agnoſcitur agricola, & laborator, quẽ in
iniquitatibus noſtris laborare fecimus to- Iere.
ta die. Laborauit eñ ſuſtinẽs in cruce, cu- Iere.
ius manuũ calles ſunt vulnera, quia ipſe Iſaie
vulneratus eſt ꝑpter iniquitates noſtras,
& eius liuore nos ſanati ſumus. Quare au-
tẽ ſemen nominet verbũ Dei, ratio huius
comparationis eſt. In ſemine ſecretus eſt
calor, vnde germinat frutex, vndeq; nutri-
tur germẽ, q̊d enatũ eſt. Pari modo quoq; Hebr.
verbo Dei, de quo ſcriptum eſt: Oĩs ſermo Pſal.
Dei ignitus. Itemq;: Ignitum eloquiũ tuũ
vehementer. Exerit eñ de ſe calorem, qui
operatur in planta, vbi in terram bonam
ſatum fuerit hoc ſemen, quia vbi volũtas
fuerit auditoris bona, verbum Dei radicẽ
figit & germinat. Huius verbi Dei calorẽ
ſenſerunt duo ex diſcipulis in die paſchæ Luc.
euntes in Emaus, qui Chriſtũ in ſpecie au-
dierant peregrini dicentes: Nonne cor no-
ſtrum ardens erat de Ieſu, dũ loqueretur
nobis in via, & aperiret nobis ſcripturas?
Paremus igitur cor noſtrum & volunta-
tem noſtram vt Dei verbum non faſtidia- Mat.
mus, & ne audiamus negligenter. Scimus
eñ quomodo improperauerit quibuſdã
ciuitatibus, vbi Dei verbum fuerat prædi-
catũ, quod illud faſtidierant: idcirco remiſ-
ſius futurum pronuncians in iudicio ter-
ræ Sodomorũ, q̃ illis ciuitatibus. Ineſt igi-
tur Dei verbo calor quidam naturalis tan-
quam ſemini, vnde virtus prodit nutrimẽ-
talis. Sed quod terra ſit bona, in quam ſe-
minetur neceſſe eſt alioquin nihil creſcet.
Secũdo, in ſemine virtus eſt quędam pene-
tratiua qua virtus & operatio eius diffun-
ditur. Sic verbum Dei ad intima penetrat, Hebr.
de quo dicit Paulus: Viuus enim eſt Dei
ſermo & efficax & penetrabilior omni gla-
dio ancipiti. Afficit eñ, & mutat intima
cordis. Vultis videre quantę ſit virtutis &
effi-

efficaciæ verbum Dei, quātumve penetret ad interiora mentis? Petro, Andreæ, Iohāni, Matthæo, Zachæo, cæterisq; omnibus apoſtolis quantam vim intulit verbum
Matt. 4 Dei? nōne vbi Chriſtus dixit: Sequere me, ſtatim obliti parentū, obliti vxorꝝ, oblitifiliorꝝ, obliti diuitiarꝝ, obliti deniq; oīm q̄ habebant, nihil poſt hac amabant in mūdo, ſed omnibus relictis prætulerūt Chri
Gala. 5 ſtum? Quid dico? Non ſolum carnem ſu
Iohan. 12 am perſecuti ſunt cum vitijs & concupiſcentijs ſuis ſancti, ſed etiam animam ſuā, hoc eſt, vitam ſuam odio habuerunt propter verbum Dei. Simili modo de ſeipſo
Pſalm. 17 Dauid quoque teſtatus. Propter verba, inquit, labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras. Poſtremo, videamus virginū monaſteria virorumque & ſacerdotū cælibatum. Non enim omnes de incontinentia ſunt ſuſpecti. Quis illis (de bonis loquor) perſuaſit mundum parentesque relinquere, in monaſterijs arcta interdū parſimonia viuere, & hodie vbi inter hæreticos viuunt, contemptum, irriſiones & perſecutiones ſuſtinere, hilariterq; nihilominus perſeuerare? hoc potiſſimum conqueri, quod non ſinuntur alios Deo ſecum ſeruituros ſibi aſcire? Quid, inquam, confortat eos? quid virtutem animo præſtat, niſi verbum Dei? Gloriātur Lutherani quod habeant verbum Dei. Sed cuiuſmodi obſecro? Nempe, quod facit ab eccleſia deficere, à Deo apoſtatare, fidem frangere, vota temerare, mandata omnia poteſtatis aut ſuperiorum tranſgredi, bona opera contemnere, deuotionem ridere, & inter fornicationes ingluuiem aliaque flagitia conſeneſcere, & nihilominus cœlorum regnū etiam ſi Deo diſpliceat, ſperare? Proh pudor hoccine eſt verbum Dei? Abſit vt ſpes eorum ſit ſpes, ſed inconſulta temerariaq; præſumptio. Terra itaque in qua ſemen, hoc eſt, Dei verbum fructificat, bona eſt voluntas deuotioque feruens, quæ nunquam otioſe audit aut fruſtra verbū Dei, ſed mox vbi audierit illud, in ſe concipit tanquam ſemen Dei per bonum propoſitum, quod aliquando in opere pariat. Siquidem vbi germinauerit in opus, tunc ſeminis probatur conceptio. Porro fructus in meſſe demū apparere incipit, quan
Sapien. 3 do reddit Deus mercedem laborum ſan
1. Cor. 9 ctorum ſuorum, quos hic deduxit in via mirabili. Qui enim parce hic ſeminauerit, parce tunc & metet. Non eſt hic tacendū tria eſſe per quæ vehementer impeditur, ne fructum adferat verbum Dei. Primum namque pudor eſt bonæ actionis, maximę ea quę humiliationem flagitat, & quā ſuperba verecundia timet. Omnes eſſe volumus humiles, ſed non item omnes humiliati: quamuis non niſi per humiliationem ſui acquiritur humilitas. Erubeſcimus, de quo nequaquam eſt erubeſcendū. Verbi gratia: Tranſit diues quiſpiam aut honoratus, vbi ſeruum aut mancipium quodcunque grauatum, aut ſub faſce laborans videt, compatitur grauato, vellet illi ſi nemo videret opem ferre & reuelare eum ſub onere, ſed verecundia ductus in aliorum non audet oculis. Hæc cogitatio compatiens & adiuuare cupiens nōne eſt ſemen Dei? Nonne verbum eſt à Deo inſpiratum, ſeu inſpiratio diuina? Et tamen ne fructus inde enaſcatur pudor id impedit bonæ actiōis, & humiliationis timor. Exiſtimationem enim ſui grauari diues putat, ſi palam cum eo qui ſuccumbit ſub onere humeros ſupponeret. Certe charitas non erubeſceret, humilitas quoq; non erubeſcit, opus huiuſmodi aliudve ſimile, quod miſericordia imperat. At ſuperbia quæ prudens in oculis eſt, & mundana ſola cogitans prohibet, & dicit: Si hoc faceres, quid dicerent, aut cogitarent ho Gregori.
mines? Nonne te ſtultum putarent? Olim monachi currus, & bigas monaſterij cum equis regebant neceſſaria monaſterijs aduehentes. Erant autem tunc monachi vt modo in monaſterijs ſunt laici conuerſi. Sed dic modo conuerſo vt vehiculum, ſeu monigam (vt vocant) cū vaſe per oppidum vehat aut onuſtus fœno incedat per ciuitatem aut vile huiuſmodi aliud portet. Num faciet? Et quæ excuſatio illi erit alia, niſi quod rideatur ab hominibus, quod ſcandalizentur homines neſciēti quid ſcandalum ſit, qui ſuā ſuperbiam erubeſcentiam vocat & aliorꝝ ſcandalizationem? Timens enim vilis æſtimari, ſcandalum ſe dicit timere aliorum. Obedientiam itaque refugit, ex pudore actionis bonæ. O quoties nobis ſuperbia hæc, quæ verecundiam ſe fingit, imponit, quoties à bono virtuoſoque opere retrahit, timentes ne confundamur, ne derideamur, aut ne pereat apud homines exiſtimatio noſtra? Ab hoc vitio liber eſt quiſquis homines non aliter inſpicit quàm homines, nihil motus ſiue ab

illis laudetur, ſiue (vbi culpa abeſt) vitu-
peretur. Scit enim laudibus ſe alienis nō
fieri meliorem, nec deteriorem vituperijs
hominum. Ideo Deum ſolum reſpiciens
quicquid ad illius gloriam pertinet, pro-
2.Re.6 pter homines non intermittit. Exem-
plum habemus de Dauid rege, qui ſalta-
uit ludens ante arcam gaudio deuotionis
plenus, dum illa duceretur ad ſuam ciuita
tem. Tunc enim pręcedebat arcam Dauid
rex Ephot lineo accinctus, percutienſq;
in organis armigatis totis viribus coram
domino ſaltabat ante arcam. Quem pro-
ſpiciens Michol filia Saul per feneſtram,
deſpexit eum, & paulopoſt hoc etiam ei il
ludēdo quaſi leuitatem exprobrauit. Cui
Dauid reſpondēs: Viuit dominus, inquit,
quia ludam ante dominū, qui elegit me,
potius quam patrem tuum. Ludam & vi-
lior fiam pluſquam factus ſum: & ero hu
milis in oculis meis. Vide igitur quomo-
do rex Dauid vt ſuæ ſatisfaceret deuoti-
oni, contempto pudore humano, ſe hu-
miliauit, & expende ſi quiſpiam bona a-
gens vituperetur, hi à quibus vituperatur
fatui profecto ſunt, quamlibet iuxta ſecu
lum ſint prudentes & magni ſenſu carnis
inflati, qui bene operantē ſpernunt, quia
non ſolum non ſunt pauperes ſpiritu, ſed
Col.3 paupertatem etiam ſpiritus in alijs deri-
dent. Noli igitur tu propter fatuos ſtul-
tus fieri, vt propter ipſorum huiuſmodi
iudicia (quæ honeſtiſſime contemnun-
tur) bonum aliquid intermittas. Nihil
tibi cum gloria mundana, qui CHRI-
STI duntaxat gloriam quæris, & teſti-
monium conſcientiæ ac virorum Deum
Iſaiæ 5 timentium, non eorum qui dicunt bo-
num malum, aut malum bonum. Qua-
re enim ſancti in tanta ſunt hodie venera
tione apud vere Chriſtianos & gloria, ni-
ſi quia gloriam quæ datur ab hominibus
hic contempſerunt? Non eſt igitur ma-
lum, ſed vicinius etiam eſt virtuti, malis di
ſplicere. Sunt alij in quibus fructum non
facit verbum DEI, & quos à bono ope
re retrahit difficultatis, pœnalitatis ac la-
boris timor, quia nondum ſunt mortui
ſibiipſis, ſed amor in eis proprius viuit.
Sciunt quidem bonum eſſe ſalutiferum-
que quod prædicatur, quodque inſpira-
tur à domino. Laudant, magnifaciunt,
& optant hoc, ſed nolunt pati, nolunt
ſibi inferre vim: haud memores quod re-
gnum cœlorum vim patitur, & quod vi-

olenti rapiunt illud. Timent igitur & hor Matt.11
rent Dei verbum, quia illis eſt contrari-
um. Audiunt enim, verbi gratia: Nolite Ephe.5
inebriari vino in quo eſt luxuria, laudant
& ita agere volunt, vt maneant ſobrij,
ſed vincit eos tentatio, quia ſeipſos vince-
re non poſſunt, aut nolunt. Sic alij au-
dientes: Diligite inimicos veſtros, bene- Matt.5
facite his qui oderunt vos, ſtatuunt hoc
ita facere, vt rem vtiliſſimam atque Deo
maxime placentem, ſed ad opus non per
ueniunt, quia difficultas eis videtur ni-
mia, aut ſe humiliare (vnde pudeſcunt)
iuxta primum modum, aut benefacere
his qui oderunt ſe. Dicitur tibi: Redde Roma.12
pro malo bonum, & ſcriptura in qua ſe-
men eſt Dei quotidie hoc dicit. Quid re-
ſpondes? Optarem quidem, & ora pro
me vt poſſim. At non poſſum huic homi-
ni amicari, qui adeo me offendit. Vides q̄a
difficultatis & laboris timor impedit, vt
verbum Dei non fructificet? Neque enim
tibi laborem atque vim ſtudes inferre.
Tertium eſt quod impedit verbum Dei a-
mor. Hic ſiue fuerit naturalis ſiue acquiſi-
tus ſiue ſocialis aut carnalis, mirū in mo-
dum impedit DEI verbum, tam inſpira-
tum, quàm prædicatum. Hic cognoſcant
ſe quos ſocietas detinet ad peccandum,
quos amor captiuos ligat, quia malus a-
mor eſt in cauſa quare tam bonæ ſanctæ-
que inſpirationes, & à Deo toties acceptę
negligantur. Quotidie nos ſacerdotes ſa-
cram ſcripturam legimus & pręedicamus.
Quare igitur in nobis, qui docemus alios,
non maximum facit fructum verbū Dei?
Quia ad creaturam aliquam nos amor li-
gauit, vnde recedere noluimus: ideo ver-
bum Dei in nobis operari non poteſt. A-
lius ligatur ad crapulam & vinum, alius
ad aleam, alius ad pecunias, alius ad ſcor-
tum, & ad huiuſmodi alia multa, quibus
impeditur. Adam primus parens noſter Gene.3
amore ligatus ad Euam, quia illam cōtri-
ſtare noluit, ei conſenſit de ligno vetito e-
dere, quamuis malum hoc eſſe ſciret. Salo 3.Reg.11
mon quoque nō ignorabat idololatriam
Deo omnium maxime exoſam, & ſibi pro
hibitam: tamen non continuit ſe ab ea:
ſed propter amorem mulierum idolis tem
pla ſeu aras ædificauit & adorauit. Sic He Matt.14
rodes quoque ex Iohanne Baptiſta verbū Marc.6
Dei audiens, dilexit eum & libenter audie
bat illum. Sed quare verbū in eo Dei nul
lum attulit fructum, maxime per verbum
Dei

Dei monito, vt illicitas ſolueret nuptias? Ideo certe, quia amore addictus fuit veſano peſtilentiſſimæ illi Herodiadi, qua carere noluit. Quamobrem Dei verbum ne operaretur fructum amor ille perditus impediuit. Nos igitur filij non erubeſcamus pro virtute, pro Dei amore ac cultu quæcunque etiam vilia, præſertim ſi virtutis in his exercitium fuerit, exercere. Non parcamus labori aut difficultati, quo vincamus extirpemusq́; priuatum amorem. Nulli rei quoque inhæreat adeo cor noſtrum, vt illam præferamus Deo. Et tunc cor noſtrum erit terra, quæ fructum adferre poſſit centuplum, largiente id nobis domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

DOMINICA IN QVINQVAGESIMA

Epiſtola Beati Pauli Apoſtoli, I. ad Corinthios XIII.

SI linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum uelut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Charitas patiens eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur, non inflatur, non agit perperam, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem ueritati. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Charitas enim nunquam excidit: ſiue prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur. Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Cum autem uenerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Cum eſſem paruulus, loquebar ut paruulus, ſapiebam ut paruulus, cogitabam ut paruulus. Quando autem factus ſum uir, euacuaui quæ erant paruuli. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Nunc autem manent fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior autem horum eſt charitas.

PARAPHRASIS IN EANDEM epiſtolam.

1. Cor. 12

VBi Apoſtolus hortatus Corinthios fuerat, omnes nos eſſe vnum corpus Chriſti, cuius cum varia ſint dona, (ſicut & membrorum alia atque alia ſunt officia in naturali corpore) ſingularibus membris collata, idq́; non in vnius hominis, ſed in totius corporis myſtici vtilitatem. Ne quis infletur aut ſe extollat aduerſus alium, propter aliqua dona, quæ in ſe magis quàm in alio reperit, puta prophetiam, genera linguarum, gratiam curationum aut aliquod huiuſmodi ſciat ſe certum non eſſe per hæc ſe placere Deo: quandoquidem ea quæ in vtilitatem dantur multorum, & bonis & malis dantur. Nec raro fit, vt magis propter vtilitatem conferantur eorũ qui his participant donis, quam ob meritum eius, qui dona hæc recipit. Eamobrem in epiſtola hodierna cum excellentiorem nobis ſecurioremq́; viã quæ fallere nos nõ poſſet, vellet

oſtendere, charitatem commendat, præfertque eam omnibus alijs, quibuſuis operibus atque donis dicẽs: Si linguis loquar hominum, omnium generum linguas intelligens & loquens, aut etiam angelorũ, (habent enim & angeli modum quẽdam loquendi ſeu inſinuandi, quo à ſuperioribus illuminentur inferiores) vt ſine voce mea inſinuare alteri voluntatẽ ſuam: charitatem autem, id eſt, amorem Dei & proximi à Deo infuſum, quo carere poteſt omnium linguis loquens, non habeam, factus ſum velut æs ſonans aut cymbalum tinniẽs, quod ſonum quidem generat, ſed nihil loquitur aut ſignificat. Sic tametſi omnium linguis loquar, nõ habeã aut charitatem, ero vt ſonus nihil ſignificans, qa abſque ſpiritu veluti mortuus ſum. Sicut autem corpus abſq; anima mortuum eſt, ita aĩa eſt mortua abſque charitate. Quid autem mortuo prodeſt, prodeſſe alijs multis? Quid prodeſt docenti prædicantive alios conuertere, alios ad vitam inſtruere, ſi doctor ipſe non habeat charitatẽ? ſi ipſe in ſe nõ habeat vitam? Et ſi habuero oẽm prophetiam, futura prænoſcens, nouerimque omnia myſteria ſacræ ſcripturæ, omnemque ſcientiam adeo vt nihil me fugiat, habuero quoq; tam perfectam fidem
Matth. 12 vt montes trãsferam iuxta promiſſa Chriſti, dicentis: Quicunque dixerit huic monti tolli te & mittere in mare, & non hæſitauerit, fiet ei: charitatem autem non habuero, tametſi ex donis illis aliquid eſſe exiſti
Galat. 6 mer, tamen nihil ſum, quia ſpiritui meo vita deeſt, Deus. Qui autẽ putat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Præterea, ſi diſtribuero pauperibus facultates meas id eſt, omnia quę habeo & habere poſſum
Matth. 19 Marci 10 Lucæ 18 bona, quod Chriſtus perfectionis vocat opus, dicens: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, mihi tamen charitatem nõn habenti nihil prodeſt, quantumuis ſcriptura eleemoſynam laudet. Quod ſi corpus meum ſæuiſſimis tradidero pœnis, ita vt flammis iniect⁹ ardeam, ſine charitate ad æternæ vitæ cõſecutionem nihil mihi prodeſt. Poſſet enim aut ex ſeruili timore, aut ex iactantia, aut odium ſeruans in proximum quis martyrium pati: cui tamen ſine charitate patienti beatitudo nulla conferretur. Quare cum nullum eſſe aut prodeſſe bonũ poſſit abſq; charitate, qui charitatem habet, omia habet. Eſt autem charitas patiens & benigna. Patientia eſt vero Gregor. aliena mala æquanimiter perpeti, contra eum quoque qui mala irrogat, nullo dolore morderi. Nam qui ſic proximi mala portat, vt nihilominus tacitus doleat, tempuſque dignæ retributionis quærat, patientiam non exhibet, ſed fingit. Charitas igitur patiens eſt, benigna eſt, vt nõ ſolum aliena mala toleret, ſed etiam quos portat, amet. Non æmulatur, quia is q de temporalibus bonis nil appetit, alienis felicibus ſucceſſibus inuidere quoque neſcit. Charitas non agit perperam aut peruerſe proximum nequiter impediens. Charitas quoque nõ inflatur ſuperbiens ex temporali felicitate, nec eſt ambitioſa, honores & faſtũ diligens, nec quærit quæ ſua ſunt, ſed aliorum ſalutem animarumque profectum ſuis comodis ſuiſq; vtilitatibus præfert. Non irritatur, vt commota vltionem meditetur, nec quomodo alteri inferat malum cogitat. Charitas deniq; non gaudet ſuper iniqtate: quia nec exultat in perditione delinquentium, nec in ſuſtinentium aduerſitate lętatur, Sed magis congaudet veritati, non tam doctrinę, quàm operum iuſtitiæ. Charitas omnia ſuffert longanimiter propter ſpem vitæ æternæ, omnia credenda credit, intellectum ſuum ca- 2. Cor. ptiuans in obſequium Chriſti. Omnia ſperat quæ promiſit Deus, omniaque illa expectans, perſeueranter ſuſtinet. Charitas nunquam excidit à Deo, nunquam deſinit hic creſcens, donec in futura vita perficiatur. Sed dicis: Quomodo tunc ſcriptũ Matth. eſt? Refrigeſcit charitas multorum? Aut quomodo cuidam in Apocalypſi dicitur: Apoc. Habeo aduerſus te, quod charitatẽ tuam primam reliquiſti, ſi charitas nunquam à Deo excidit? Dicendum, non dictum eſſe charitatem non poſſe amitti, ſed charitatem quamdiu eſt, & vbi eſt, non ſeparari, aut excidere à Deo. Nam ſi excideret, iam charitas non eſſet. Poteſt igitur charitas quæ fuit non eſſe, non poteſt autem quæ eſt à Deo excidere. Omnia alia quæcunque præclara dona eccleſię data peribunt, aut in melius commutabuntur, charitas autem manebit hic & in futuro. Siue enim (vt nonnulla donorum Dei recenſeam) ſint prophetiæ, hæ emanabuntur. Cum enim quod prophetatum eſt euenit, vltra locus prophetiæ non eſt. Siue ſint linguæ, ceſſabunt. In regno namque Dei non erit linguarum varietas, neque neceſſi-

neceſſitas. Poterunt nanq; ibi loqui. Veruntamen cuiuſmodi ibi locutio poſt extremum iudicium futura ſit, puto nulli reuelatum, niſi quod fortaſſe nulli dubium eſt, eo modo quo nunc loquimur in hac vita, tunc non colloquuturos in patria. Sequitur: Siue ſit ſciẽtia, & hæc quatenus ad huius vitæ modum ſciendi attinet deſtruetur, perficietur vero modo nobiliori & perfectiori, quā hic cognoſcimus. Ex parte enim, hoc eſt, imperfecte hic cognoſcimus, non omnia cognoſcẽtes, ſed interim multa ignorantes, & ex parte prophetamus: quandoquidem pauca ex multis his quoq;, qui donum habent prophetiæ, reuelantur in hac vita. Cæteꝝ cum hæc vita quæ imperfectionis eſt tempus tranſierit, & euenerit in futura beatitudine, quod ꝑfectum eſt, & quod in veritate conſummatũ eſt, euacuabitur id quod ex parte. i. ceſſabit omnis perfectio quæ in hac vita fuerat. Non diſſimilia B. Iohãnes in epiſtola ſua loquitur: Chariſſimi nunc Dei filij ſu-

1. Iohan. 3 mus, & nondum apparuit quod erimus. Scimus, quoniam cũ apparuerit ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Cuius rei capiatis ſimilitudinẽ: Cum eſſem paruulus ſeu puer, loquebar imperfecte & balbutiens, vt mos eſt puerorum. Sapiebam quoque, puta pueriliter vt paruulus, agitabã quoq; ludicra vt paruulus. Quando aũt factus ſum vir perfectus conſummatusq; vſu rationis ſcientia atq; iudicio, euacuaui, deſerui contempſiq; ea quæ ſunt paruuli, puerilia ſcilicet. Hoc modo bonoꝝ imperfectio huius vitæ nobis peribit, ita tamen vt in aliam perfectionem ac plenitudinẽ in futura vita mutetur. Hoc nanq; tẽpore caliginoſo quo hic viuimus, videmus Deum quaſi in ſpeculo & in æni-

Gene. 1. 2 gmate ſuo. Per viſibilia enim hæc, & maxime per hoĩem, qui ad imaginẽ Dei creatus eſt, in notitiã pertingimus Dei, contẽplantes eũ quaſi in ſpeculo. In futuro aũt ſeculo tunc videbimus eũ facie ad faciem. Itaq; nunc Deũ cognoſco imperfecte, & vix ex aliqua parte, tunc aũt, hoc eſt, in futura vita cognoſcam eum, ſicut & cognitus ſum. Quãdiu aũt in hac vita degimus manent in electis & ſanctis Dei coniunctim fides, ſpes, & charitas, quibus hæreãt Deo, e qbus tribus maxima eſt charitas. Spes nanq; & fides poſſent eſſe in hoĩe informes. Porro charitas non põt eſſe informis, q̃ alijs bonis vitam p̃ſtat & decorem.

EXEGESIS EVANGELIJ dominicæ Quinquageſimæ, Lucæ XVIII.

NON IMMERITO, qs admirari poſſit, qui fiat vt hodierno die, qui hoĩb⁹ præſertim mundanis gaudio eſt & lætitiæ, eccleſia præter ſubtractionem canticorum lætitiæ, memoriã proponat dñicæ paſſionis. Nam dies hæc vocatur à vulgo carniſpriuium, eo quo in craſtino quadrageſimalis cibus maxime à clericis debeat ſumi, & hodie carnibus ſit quaſi vltimo die in eſum ſumendis, donec paſcha illuceſcat, valedicendum. Quare incongruum videtur huic tempori paſſionis dominicæ memoriam applicare, quo tot fiunt leuitates, totidemq; abominationum trãſgreſſiones, vt iuſtius hic dies, ſpirituſpriuium, quàm carniſpriuium vocaretur. Revera enim nõ parum ſpiritus priuatur deuotione, cũ nimium tribuitur carni. Admiſſa fuit olim à patribus recreatio aliqua hoc die, poſt quem magno feruore incipiebãt homines pœnitentia & abſtinentia ſe macerare. Honeſtum enim gaudium non eſt prohibitum, licet hoc vnum pręcipue laudetur, quod de bonitate concipitur creatoris, quod de beneficijs quoq; augetur ab eodem acceptis: dum ſeipſum his indignum ex animo ſentit homo, gaudetque in ſola miſericordiſſima dignatione Dei, quàm ſuper ſe liberaliſſimam ac copioſam videt. Pari modo gaudium quoque eſt religioſum, de euaſione peccatorum, & de gratia ſe cuſtodiente. Verum, relicta lætitia ſpirituali, gaudio nunc ſe tradunt homines diabolico. A quo retrahere eos cupit eccleſia, idcirco quod omnium maxime compungere debet mentem, hiſtoriam narrat ſummatim dominicæ paſſionis, vt memores charitatis huius immenſæ, erubeſcamus ſeruitij captiuitatiſque diabolicæ. Quomodo ergo mundus & diabolus ſuis filijs iugum imponit vitiorum & peccandi exercitium, ita eccleſia ſuis alumnis ac deuotis dominicæ paſſionis opponit exemplum. Mundus gaudet in operibus carnis, filij eccleſiæ cõpunguntur deuotis exercitijs ſpiritus. Illi Matth. 7
latam currunt viã ad infernũ, hi ambulant

arctam

arctam viam ſpiritus. Verum redeamus audiamusq; Euangelium:

Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & conſummabuntur omnia quæ dicta per prophetas de filio hominis.

Hoc Euangelium tametſi hodie legatur, eſt tamen hodie non factũ, ſed ea quæ hic leguntur dicta & facta ſunt circa vltimum paſchę, quando iam Ieſus à Galilæa aſcenderat Ieroſolymam, paulo poſt paſſurus. (Matth. 20) Tunc enim aſſumpſit diſcipulos ſuos & ait illis ſecreto: Ecce aſcendimus Ieroſolymam. (Marci 10) Quod paſſionem ſuam prædixit ſuis ideo fecit, ne poſtea nimium ſcandalizentur diſcipuli, & videntes Ieſum captum, putarent eundem non potuiſſe euadere, ſed manibus fuiſſe impiorum præoccupatum. Prędixit igitur ſuam paſſionem quo oſtenderet ſe ea quæ ventura ſibi erãt præſcire quidem, ſed vltro cum euadere poſſet, eadem ſubire. Deinde confortare eos voluit cõtra futuram triſtitiam, vt minus turbarentur, cum euenire cernerent, quæ ſibi fuerant prædicta. Voluit autem ſecreto illis hęc dicere. Quare ſecreto? Ob euitandam turbationem. Homines enim compaſſiui & fœminæ deuotæ turbatæ fletibus alios inquietaſſent. Hæc Chriſto apoſtolis reuelante dubium nõ eſt Iudam quoque apoſtolum tũc affuiſſe, qui ipſum erat traditurus, ſed an Iudas tunc adhuc bonus fuerit nec ne, ignoratur. Certum autem eſt Chriſtus quicquid dixit, qui eiꝰ cor videbat, ad illius (ſi fortaſſe malæ fuerit voluntatis) correctionem dixiſſe: Ecce, inquit, aſcendimus Ieroſolymam. Vides eum vltro fuiſſe paſſum, qui ad locum aſcendit paſſionis, vbi erat tradendus & flagellandus? Niſi vltro ſe tradere voluiſſet in mortem, non debuit ad locum accedere, quo ſe capiendum & interficiendum ſciebat. Aſcendimus autem dicit, quia à Galilæa veniens ad montana ibat, vbi Ieruſalem ſita erat. Et conſummabuntur omnia quæ dicta ſunt per prophetas de filio hominis. Quaſi dicat: Quicqd de mea paſſione, quicquid de reſurrectiõe ſcripſerunt prophetæ, nunc implebuntur, vt inde quoq; intelligatis me eſſe, quem prædixerunt prophetæ, cum eadem videritis in me impleri. Voluit aũt conſummari in Ieruſalem & impleri quæ de ſe ſcripta ſunt, non abſque ratione. Neque enim, vt dixit, capiebat prophetam perire extra Ieruſalẽ. (Lucæ 13) Deinde congruebat, quia ſeipſum patri pro vniuerſo erat immolaturus mundo, vt hanc offerret hoſtiam in ciuitate ſacerdotali, vbi erat templum & doctrina legis, quo ſimul inexcuſabiliores fierẽt pharifæi & ſcribæ, apud quos erat ſcientia legis, dum viderãt in Chriſto impleri quod prædictum in ſcripturis legebãt. Fuit præterea ciuitas hæc Ieruſalem regia metropolis. (Iohan. Matth.) Chriſto autem pater dedit omnia in manus, imo & poſt reſurrectionem ſuã datam ſibi poteſtatem affirmat in cœlo & in terra. Ipſe quoque rex eſt & ſacerdos, propterea regnum ſuum non negauit coram Pilato, (Iohan.) nec ſeſe regem abnuit, ſed regnum ſuum non eſſe de hoc mundo aſſeruit. Regnum enim ſuum ſæpenumero in parabolis teſtatur: (Matt.) Simile eſt regnum, inquiens, cœlorum decem virginibus. Et: Simile eſt regnum cœlorum homini regi, (Matth.) & cætera. de ſe & eccleſia loquens. Per paſſionem enim ſibi acquiſiuit hoc regnum, ideo non ab re fuit, vt in regia vellet pati ciuitate. Aduerte autem hic aliquid ſublimioris eruditionis, qua ſemper in omni ſua vita nos erudire voluit ad humilitatem. In vili enim & parua ciuitate, nempe in Bethlehem voluit naſci, (Lucæ) ſed in glorioſa ac nobili ciuitate voluit confundi, non quærẽs honorem ex patria aut generatione, nec fugiẽs obprobrium, quod maius ſibi nouit futurum ex ciuitatis nobilitate. In Ieruſalem enim magna erat populi multitudo, (Matth.) & tum præcipue, quando inter latrones vt vnus illorum eſt extra ciuitatem Ieſus eductus & in eorum medio crucifixus. (Iohan.) Voluit itaque ſolus & incognitus naſci, quo rurſus alia ex parte humilitatem nos docuit, ſed noluit ſolus & ignotus ex morte confundi. Heu quàm longe alia eſt noſtræ ſuperbiæ cogitatio, qui magis videri quàm eſſe humiles volumus. Nos vbique & in omnibus excuſando, celando, fingendo, diſſimulãdo agimus, ne cõfundamur aut contẽnamur nos defendentes. De filio hominis. Hominis, id eſt, virginis beatiſſimæ cuius filium ſe plerumque ex humilitate nominat, cum ſit etiam DEI. (Iohan.) Quæ ſint aũt quæ prædixerint de eo prophetæ, quandoquidem Petrus quoque confeſſus eſt, (Actor.) dicens: Deus prænunciauit per os omnium prophetarum pati CHRISTVM ſuum ſic: videamus.

Trade=

**Tradetur enim Gentibus, & illu
detur,& flagellabitur,& cõſpuetur.**

Pſalm. 40 De eius traditione Pſalmiſta dicit: Qui
edebat panes meos, magnificauit ſup me
ſupplantationem. De eius agone & pauo
Pſalm.54 re mortis,idem: Cor meum conturbatum
eſt in me,& formido mortis cecidit ſuper
me. Timor & tremor venerunt ſuper me.
Iſaiæ 50 De eius conſputiõe & percuſſione, Iſaias:
Faciem meam non auerti ab increpanti-
Ibidem. bus & conſpuentibus in me. Itemq́;
Corpus meum dedi percutientibus,& ge
nas meas vellentibus. Et Ieremias: Dabit
Threno.3 percutienti ſe maxillam, ſaturabitur ob-
Pſalm.68 probrijs. De eius flagellatione Pſalmiſta:
Et fui flagellatus tota die. De eius damna
Sapien.2 tione in libro Sapientiæ: Morte turpiſſi-
ma condemnemus eum. De baiulatione
Iſaiæ 9 crucis Iſaias: Principatus eius ſuper hume
rum eius. De eius extenſione,& crucifixi-
one denuo Pſalmiſta: Foderunt manus
Pſalm. 21 meas,& pedes meos,& dinumerauerunt
omnia oſſa mea. Quod preterea ſceleratis
eſt ſociatus, quod pro inimicis ſuis roga-
uit,& quod ſponte in mortẽ ſe dedit, Iſai-
Iſaiæ 53 as: Tradidit in mortem animam ſuam,&
cum ſceleratis reputatus eſt, & ipſe pecca
ta multorum tulit,& pro tranſgreſſoribus
rogauit. De veſtium quoq; eius diuiſione
Pſalm. 21 Pſalmiſta: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea
& ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.
De eo quod clamauit ſe derelictum, Idem
Ibidem. Deus deus meus reſpice in me, quare me
Pſalm.68 dereliquiſti? De fellea potatione, Idem: Et
dederunt in eſcam meam fel,& in ſiti mea
Daniel.9 potauerunt me aceto. De eius morte, Da-
niel: Et occidetur Chriſtus,& nõ erit eius
populus qui eum negaturus eſt. Et alia id
genus multa. Quis omnia enumeret? Igi-
Sopho.3 tur de ſola (prætermiſſis reliquis) reſurre-
ctione dicamus, quia & eius propheta So-
phon. meminit, dicẽs: Expecta me in die
reſurrectionis meę in futurum. Tradetur
enim Gentibus ad illudẽdum. Quamuis
Roma.8 pater tradiderit filium in mortem iuxta il
Ephe. 5 lud: Proprio filio ſuo non pepercit Deus,
ſed pro nobis omnibus tradidit illum, &
filius quoque tradiderit ſeipſum, ſicut ſcri
ptum eſt: Tradidit ſemetipſum pro nobis
hoſtiam & oblationem Deo: tamen hic
de apoſtoli ſui traditione & Iudæorum loqua
tur. Iudas enim Iudęis Chriſtum vendidit
& tam Iudæis q̃ Gentibus tradidit capien
dum, Iudæi vero Gentibus, Pilato, ſ.& Ro
manis tradiderunt Chriſtum crucifigen-
dum. Illuſus aũt fuit Chriſtus quatuor vi
cibus. Primo, in domo Cayphæ. De qua
illuſione apud Lucã ſcribitur: Viri qui te- Lucæ 22
nebant eum, illudebant ei. Secundo, in do
mo Herodis: Spreuit eũ, inquit, Herodes Lucæ 23
cum omni exercitu ſuo, & illuſit eum ve-
ſte alba. Tertio, illuſus eſt in prætorio Pi- Marci 15
lati, vbi milites coronã ei ſpineam impri-
munt illudentes. Quarto, in cruce illude- Lucæ 23
bant ei & principes & milites dicẽtes: Ali
os ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum
facere. Flagellabitur. In domo Pilati fla- Iohan.19
gellis cæſus eſt, vt à plãta pedis vſq; ad ver Iſaiæ 1
ticem capitis non eſſet in eo ſanitas. Imo
vſq; ad coſtarum nudationẽ (vt multi ſcri
bunt ſancti) cum eſſet tenerrimo corpore
ac nobiliſſima complexione, cæſus eſt. Di
cunt tamen quidam Chriſtum ante quo-
que fuiſſe flagellatum in domo Cayphæ
tota nocte, vt propterea illud de eo intelli Pſalm.68
gatur. Et caſtigatio mea in matutinis.

**Et poſtquam flagellauerint occi-
dent eum, & tertia die reſurget. Et i-
pſi nihil horum intellexerunt. Et erat
uerbum iſtud abſconditum ab eis, et
non intelligebant quæ dicebantur.**

Non paſſionem ſuam tantum futuram
apoſtolis narrat, ſed etiã reſurrectionem,
vt cum vnũ eueniſſe cernerent, aliud quo-
que futurum non deſperarent. Et ipſi ni-
hil horum intellexerunt, quia non intelli Iohan. 2
gebant ſcripturas, donec poſt reſurrectio
nem illis aperuit ſenſum, ideo nihil iam in
tellexerunt. Nõ parum autem faciebat ad
hoc vt minus intelligerent, quod quia
Chriſtum credebant Dei filium, ideo de
eius morte nihil poterant cogitare, ſed ea
quæ dicebat vera quidem eſſe, ſed intelle-
ctum quem non caperent habere puta-
bant, fortaſſe enim non æſtimabant eum
moriturum, aut mori poſſe rõne diuinitatis.

**Factum eſt autem cum appro-
pinquaret Iericho, cæcus quidam ſe
debat ſecus uiam, mendicãs. Et cum
audiret turbam prætereuntem, inter
rogabat quid hoc eſſet. Dixerunt au
tem ei, quod Ieſus Nazarenus tranſiret.**

Cum Ieſus appropinquaret ciuitati quę
erat Iericho, cum appropinquaret, id
eſt, cum vicinus eſſet ciuitati, quia alius
Euan-

Euangeliſta refert idem miraculũ factum
Matth.20 dum exiret de ciuitate Iericho, hoc eſt, cum adhuc vicinus eſſet ciuitati, vt intelligatur non accedens, ſed recedens de ciui-
Marci 10 tate, iuxta Marcum, cum adhuc prope eſſet refertur hoc feciſſe miraculum, quamuis ſatis incongruus ſit iſte modus lo-
Lucæ 19 quendi. Hoc autem miraculum Lucas hic anticipatiue narrat, & poſtea quod de Zacchæo dicendum fuerat, quaſi neglectum repetit. Sedebat ſecus viam mendicans.

Et clamauit dicens: Ieſu fili Dauid miſerere mei. Et qui præibant increpabant eum, ut taceret. Ipſe uero multomagis clamabat: fili Dauid miſerere mei.

Clamabat, inquit, puta magna voce & ardenti affectu: Ieſu fili Dauid miſerere mei. Ieſum nũquam viderat, relatione tamen aliorum, tanta de eo audierat, vt illum non ſolum Chriſtum crederet, ſed etiam ſanitatis gratiam ab eo flagitaret. Quod enim Chriſtum credidit, in hoc declarauit, quod illum filium Dauid nominat, de cuius ſemine Chriſtũ naſciturum omnibus palàm orat. Et qui præibant & qui ſequebantur Chriſtum, increpabant cæcum vt taceret, ne turbaret ſuo clamore aut Chriſtum contemplantem, aut populum in itinere ad Chriſti ſermonem auſcultantem ſuo impediret clamore. Ipſe vero multomagis clamabat: Fili Dauid, miſerere mei. Magnꝰ fuit deſiderij feruor huius cæci, ideo noluit ſibi prohiberi clamorem ad Ieſum. Et tu quoq; nõ ſinas impedire clamorem tuum, vel rememorationes præteritæ vel ſolicitudines futuræ tẽporalis vitæ, quando oras ad dominum. Imo importunitate, ac orandi violentia tu eorum voces ſuperes, vt tu ſolus in ſilentio audiaris, vocibus alijs quę ſe importune ingerunt compeſcitis ſiue ſedatis. Solet enim orantibus nobis frequentior tũc tumultus vitiorum obſtrepere & orationem noſtram interturbare. Cõtra quẽ eo vehementior, intentionis vis oranti eſt reſumenda, quo diſtractionis, atq; euagandi pronitatem compeſcat.

Stans autem Ieſus, iuſſit illum adduci ad ſe. Et cum appropinquaſſet, interrogauit illum, dicens: Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Domine, ut uideam.

Stans autem Ieſus iuſſit eum adduci ad ſe. Feruens deſiderium, feruentiorq; fides cæci miſericordiſſimum cor Ieſu ſiſtebat: quod niſi præſtito beneficio tranſire noluit. Porro beneficium hoc dare potuiſſet illum nõ aduocando, atq; interea eum expectando, ſed benignitatem pijſſimi cordis ſui glorioſius nobis in exemplum cupiebat monſtrare, & quàm miſericordes clementesq; abſque faſtidio aut ſupercilio eſſe debeamus in pauperes nos docere. Et cum appropinquaſſet interrogabat illum dicens: Quid tibi vis vt faciam? Vide clementiam ſaluatoris, Ad omnia ſe paratum offert. Quid vis, inquit, faciam? Vis eleemoſynã, vis corporis ſanitatem? Vtrũ vis concedo. Domine, vt videam, hoc rogo. Lumen oculorum omnibus prætulit. Sine illo enim triſte eſt gaudium, id quod Tobias fatetur ſalutãti angelo reſpondẽs: Quale mihi gaudium eſt, quia in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video. Tob.

Et ait illi Ieſus: Reſpice, fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim uidit, & ſequebatur illum, magnificans Deum. Et om̃is plebs ut uidit, dedit laudem Deo.

Vt promptum ſe ad ſatisfaciendũ cæci deſiderio obtulerat, ita confeſtim ei quod petijt largitur imperatiue faciens miraculum. Reſpice: Et confeſtim vidit, qui fuerat cæcus clarius videns ex gratia miraculi, quàm vnquam potuiſſet ex natura videre. Et ſequebatur eum magnificans Deũ. Quo oſtendit ſe non modo ſanum in corpore, ſed in ſpiritu etiam factum. Omnis autem plebs vt vidit, dedit laudem Deo. Laudẽ Deo optime tribuit, cuius eſt om̃e bonum, & à quo omne eſt beneficiũ. Laudem nanq; Deo dare, eſt donũ Dei, cuius eſt confiteri, noſtrã indignitatem, qua bona à Deo recipimus agnoſcere, & profundiſſima humilitate iuges eidẽ gratias agere. Quod omnibus nobis largiatur Ieſus Chrs filius virginis dñs noſter, Amen.

SERMO IN EADEM dominica. Cuiuſmodi fuerint Iubilei priuilegia, & quomodo peccatorũ obtineamus remiſſionem.

Ecce

Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & conſummabuntur omnia quę ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. Lucæ decimo octauo. Hodierna dominica Quinquageſima dicitur, eo quod quinquaginta dierum tempus hoc includat, hodie quidē inceptum, ſed in Paſchate terminādum, ſignificat autem numerus hic remiſſionem. Quo circa in lege annus quinquageſimus erat iubileus, annus gaudij, remiſſionis, & libertatis. Simili modo nos nunc quoque pœnitentiam incipientes, Leuiti.25 per quinquaginta dies continuamus, eandem in Paſchate, vbi eſt quinquageſimę huius finis, quaſi in iubileo remiſſionem peccatorum recipientes. Multa em̄ in iubileo olim concedebantur, quæ nobis ſpiritualiter per paſſionem nunc cōceduntur Chriſti. Idcirco & hodie memoria dominicæ receſetur paſſionis, qua nos ad remiſſionis, libertatiſq́; iubileum credamus perductos. In iubileo nāq; fiebat remiſſio debitorū. Qui em̄ quicquā debebat, quod ante tempus non poterat ſoluere iubilei, iubileo adueniente liber fiebat ab omni debito. Sic nobis quoque Ephe.1 in paſſiōe Chriſti debita peccatorum noſtrorū ſunt nobis dimiſſa. Om̄es em̄ eramus debitores diuinæ iuſtitiæ ex reatu Pſal.68 originalis peccati. Hoc debitū noſtrum Chriſtus nobis condonans ita cōdonat, vt pro nobis eadē etiam debita ſoluat patri, vt in Pſalmo loquitur: Quę nō rapui, tunc exoluebam. Secundum quod concedebant in iubileo erat, vt vēditores ad vendita reuertebantur. Nemo em̄ agrū aut aliquid ſimile perpetuo potuit vendere, præſertim extra ciuitatem conſtitutū, ſed ad annū duntaxat iubilei vēdebatur om̄is poſſeſſio ſupputando, iuxta annos diſtantes à vēditionis tēpore, vſq; ad futurum annū iubilei, precium & iuxta æſtimationis frugum agri. Porro in Iſaiæ.52 anno iubilei reuertebatur quod venditū 1.Petri.1 erat ad poſſeſſorem ſuum primū. Et nos quō gratis, hoc eſt, alieno peccato venūdati ſumus, ita etiā ſine argento ſumus redempti, hoc eſt, redēpti ſumus precioſo ſanguine agni immaculati & incontaminati Ieſu Chriſti filij dei. Diſciplina Iſaiæ.53 enim pacis noſtrę ſuper eū, vt Iſaias dicit. Quod dictū eſt: diſciplina ſeu correctio quæ nobis debebatur & peccatis noſtris facta nobis eſt diſciplina pacis, quia nos nō ſuſtinuimus eā ſed nobis donata eſt, & Chriſto impoſita. In ipſum em̄ pater Ibidem poſuit iniquitates omniū. Quō aūt impoſita ſunt pctā om̄ium ſuper eū, ita etiā diſciplina pacis noſtræ, i. quā nos pati debueramus, ſed condonata eſt, impoſita eſt ſuper eū. Tertiū erat quod in iubileo obſeruabatur, quia ſerui qui fuerāt proprij ac venundati, in iubileo manumittebantur, & libertati reſtituebantur priſtinæ. Hoc mō nos qui ſub iugo & ſerui eramus diaboli, ꝑ paſſionē Chriſti ſumus redempti, & facti filij dei. Eamobrem in Apo.5 Apocalypſi dicitur: Occiſus es, & redemiſti nos deo in ſanguine tuo. De hac liberatione Chriſtus quoq; loquitur, dicens: Si filius vos liberauerit, vere liberi Iohan.8 eritis. Quartū erat, quia in iubileo fugitiui recipiebantur. Licebat em̄ tunc eis in patriā redire. Nobis aūt expulſis à patria cœleſti ſiue excluſis atq; in exilio cōſtitutis, nulla erat ſpes alia redeundi, niſi in iubileo per paſſionē Chriſti, de q̄ Paulus dicit: Iuſtificati in ſanguine ipſius, ſa- Rom.5 lui erimus ab ira ꝑ ipſum. Augusti. Redire em̄ nobis licet ad patriā, & ad ipſum per ipſum. Eſt tñ hic obſeruandū, quod per paſſionē Chriſti Ieſu dicimur reſtituti libertati, & à ſeruitutis iugo liberati non eſt hoc intelligendū de libertate lutherana, quā euangelicā ipſi vocant: ſed nequaquam euangelica eſt, ſed ſathanica eſt, carnalis & quouis nomine honeſtatis indigna. [nõ de libertate lutherana.] Neq; em̄ ad hāc libertatē vocati aut liberati ſumus, vt qcquid libet liceat, vt nulli legi obnoxij ſimus, vt nemini, imo nec deo ſeruiamus, quamuis lutheranos putē non negare ſeruitutē deberi deo, licet ea in quibus ſeruiendū eſt deo deſtruant & explodāt. Nō ſumus o filij ad hanc immundiſſimā peſſimamq́; libertatem, hoc eſt, ad male agendi licentiam vocati, ſed in hanc ſumus libertatē ſpūs vocati, vt non ex metu quæ legis ſunt faciamus, nec coacti & inuiti, ſed vltro volentes ea quę lex iubet, iā ſpiritu diligamus ea quę iubētur, vt ſi nulla eſſet etiā lex ſuapte voluntate bona ac deuota, ea quæ lex dictat, amaremus. Nō ergo ita ſumus liberati, vt nulla ſub lege ſimus ſed vt nulla lex ſit nobis neceſſaria, quæ inuitos cogat aut compellat, quandoquidē quę lex dicit faciendū, nos facimus vltro, non impulſi per legē, ſed inuitati per gratiam. Vbi aūt

idipſum fit, vltroq; fit quod lex iubet,
iam nõ eſt dicẽdus per legẽ cogi, qui ſpõ
te ſua legem facit, liber viuens: non qua⸗
ſi nullam habens legẽ, ſed quod per nul⸗
lam eſt coactus legẽ. Nemo enim cogi
aut cõpelli dicitur, niſi inuitus. Cum aũt
ille inuitus non ſit, quõ dicendus eſt cõ⸗
pelli ſub lege aut à lege? Quare potius le⸗
gem dicamus ei, quõ Paulus iuſto dicit
nõ eſſe poſitam, quia (vt ſępius dixi) legẽ
non inuitus tñ propter legẽ ſibi impoſi⸗
tã facit. Quapropter vt huius iubilei pri⸗
uilegia obtineamus, curandũ nobis eſt
huiuſmodi nos inueniri, quibus poſſint
hę libertates atq; immunitates iubilei di
gne communicari. Veniamus igitur an⸗
te dñm oportet immunes ac innoxij ab
omni peccato. Quod haudquaq̃ nobis
eſt poſſibile, niſi per pœnitentiam id fiat,
qua damnemus puniamusq; in nobis o
mne peccatũ. Cum itaq; nobis pœniten
tia iam ex tẽpore hoc ſtatuto ſit faciẽda,
non hoc tantũ eſt nobis faciendũ vt plan
gamus, caſtigemusq; in nobis peccata
pręterita, ſed vt muniamus nos quoq; cõ
tra futura. Quæ aũt munitio, queve ar⸗
matura validior, aut q̃d præſidiũ maius
cõtra omnia vitia, cõtra tentamẽta quæ
cunq;, & cõtra quaſlibet diaboli inſidias,
quam paſſio Chriſti deuote meditata
ſeu deuote inuocata? Ne igitur viribus
noſtris deficiamus, muniri debemus ar⸗
mis Chriſti. i. eius virtutibus & exemplis
Proinde enim nobis dicitur: Chriſto in
carne paſſo, & vos eadẽ cogitatiõe arma
1.Petri.4 mini. Et: Recogitate eũ, qui cõtradictio⸗
Hebræ.12 nem ſuſtinuit aduerſus ſemetipſum, vt
non fatigemini animis veſtris. Abſq; eñ
cõfortatione ſuperna ac diuina arma no
ſtra nobis ſunt magis fatigatiões, quam
præſidia. In ſola aũt paſſione Chriſti cer⸗
ta nobis promittitur victoria. Quapro⸗
pter Origenes dixit: Tanta eſt virtus paſ
ſionis Chriſti, vt ſi in cordę cõtinue tene
atur, & præ oculis habeatur, nulla libido
ſuperare poſſit, aut nequitia diabolicæ
fraudis. Iuſte igitur ac merito fit, quod
hodie nobis dominicæ paſſionis propo⸗
nitur memoria, qua confortemur ne in⸗
tollerabile nobis videatur aliq̃d pro pec
catis noſtris pati. Iuſtiſſimũ aũt eſt nos
pro delictis noſtris etiam non nihil nos
affligere ac pati. Quõ enim alias ſocij eri
2.Cor.1 mus gloriæ, ſi non fuerimus ſocij paſſio⸗
nũ Chriſti? Vt interim hoc etiã addamus

Si etiam noſtra nos nõ excluderent pec⸗
cata, quõ intrabimus aliter regnũ cœlorũ Lucæ.24
niſi ea via qua intrauit Chriſtus? Qui de
ſeipſo dicit, Nõne hęc oportuit pati Chri
ſtum, & ita intrare in gloriam ſuã? Super
quo verbo beatus dicit Gregorius: Si ſi⸗ Gregor.
ne flagello non exijt qui ſine peccato ve
nit, quomodo flagello digni non erunt
qui in peccato vixerunt? Fallit enim mul
tos ſtulta præſumptio, qui abſq; pœnitẽ
tia, abſq; dolore cordis de peccatis ſuis,
putant ſe introituros regnum cœlorum
propterea quod miſericors ſit dñs, & vt
nos ſaluaret pro nobis paſſus ſit. Eſt re
vera miſericors dñs ſed pœnitentibus: &
hoc præſertim tempore, quamdiu viui⸗
mus. Quare ſi eius miſericordiam negli⸗
gimus, ſi reſiſtimus gratiæ, ſi ſuper eius
hac miſericordia confidentes peccamus
iuſtiſſime nobis iraſcetur, & poſt hanc vi
tam implacabilem eum inueniemus. Eſt 1.Petri.
certe pro nobis paſſus, & pro peccatis no
ſtris & nos redemit. Sed hac huius libe⸗
ratione ſemel vſi ſumus, dum eiuſdẽ paſ⸗
ſiõis in baptiſmo facti participes eidem
ſumus incorporati. Tunc enim omnia
ſunt nobis peccata ablata penitus, etiam
ſi vniuerſorum hominũ ſolus quis pec⸗
cata habuiſſet, & adultus aut ſenex ad ba
ptiſmum veniret, gratis oĩa ei in bapti⸗
ſmo donãtur, & Chriſtus qui pro omni
bus eius peccatis ſatisfecit, ab omnibus
etiam liberat & innoxium facit, vt libere
ei pateat regnum cœlorum. Sed non ita
donat, vt poſtea liceat ei ſuper hac miſe⸗
ricordia peccare, ac ſpiritui gratiæ cõtu⸗
meliam facere. Sed quia non poteſt ſi ite Hebr.
rũ peccauerit, iterari baptiſmus, niſi pœ⸗
niteat, & niſi ſeipſum afflixerit, aut in cor
de per contritionẽ, aut in corpore per ca
ſtigationem luet ea pctã poſt mortem,
quicq̃d in vita hic nõ expiauit. Eſt quo⸗
que indubitatũ paſſiõem Chriſti pro ſin
gulis & vniuerſis peccatis ſatisfacere. Sed
tantum de hac ſatisfactione participabis
circa peccata, quę poſt baptiſmum patra
ſti, quantum paſſionis Chriſti tibi appli⸗
cas virtutem & meritum, quantumve in
operibus pœnitentiæ & miſericordiæ te
dignũ exhibes, vt tibi Chriſti virtus ac
meritũ applicetur. Audi igitur cõſilium
Sapientis: De propiciatu peccatorũ no⸗
li eſſe ſine metu, neq; adijcias peccatũ ſu⸗
prà peccatum, & ne dicas: Miſeratio dñi Eccli.
magna eſt, multitudinis peccatorũ meo⸗
rum

rũ miſerebitur. Miſericordia enĩ & ira ab
illo cito approximãt, & in peccatores reſ
Hebræ.12 picit ira illius. Altiſſimus enĩ eſt patiens,
& redditor. Aſpiciamus igiť in auctorẽ
fidei, qui præcurſor pro nobis hic iuit ad
1.Petr.2 paſſionẽ, relinquens nobis exemplũ, vt ſe
quamur veſtigia eius: Bonus, inquit Ber
Bernard. nar. miles ſua vulnera nõ ſentit, dũ regis
Matth.27 vulnera intueť. Nõ ſit igitur duꝝ nobis
ieiunare, vidẽtes Chriſtũ regẽ noſtꝝ pro
nobis ieiunantẽ, & inter extrema vitæ,
dũ ſiti nimia torqueretur, nihil niſi acetũ
& fel guſtantẽ. Nec ſit graue à lætitia no
bis leuitateq; ac riſu cõtinere, ſi Chriſtũ
cernimus triſtẽ, pauidũ, anxiũ ac ſudore
ſanguineo madidũ. Si ꝑterea orare tędet
Lucæ.22 Vide illũ in ſanguineo ſudore ꝓ te oran
tẽ. Vide eũ aliqñ in oratione ꝓpter te per
Lucæ.6 noctãtẽ. Si auaritia tibi diſſuadet eleemo
ſynã dare, Vide qs dederit tibi omĩa quę
habes. Et vñ tu habes vt dare poſſis elee
moſynã? Nunqd non iuſtũ eſt, vt pro illi
us amore panẽ aut nũmum tribuas, q ti
bi in cibo potuq; dedit abundantiã? Red
des ne Chro pauperi frigenti aut eſuriẽ-
ti vñ veſtiať, qui diuitias nõ ſolum ad ne
ceſſitatẽ tibi dedit, ſed & ad ſuperfluitatẽ
Num tibi, vt tu ſolus habeas, q ſolus nõ
viuis, hęc dedit: Intellige qa duntaxat di
ſpenſatorẽ te ſup his cõſtituit, de qbus ti
bi nihil plus ꝑtinet q̃ egeno, niſi vt eſum
habeas ad neceſſitatẽ, reliq̃ ſunt dñi tui
ad vſum paupeꝝ ſuoꝝ. Erubeſcis ne igiť
quod mẽdico, infirmo, aut egeno opẽ ne
gas, q ad Chriſtũ q̊tidie pro cibo, ꝓ potu
Matth.3 pro ſanitate, ꝓ ſalute, & ꝓ omĩbus tibi
Lucæ.3 neceſſarijs orãdo clamas? Facito igiť di-
gnos fructus pœnitẽtię, q vt digni deoq;
fiãt accepti reſpice vitã ac paſſionẽ Chri
ſti, tanq̃ pœnitentiæ tuæ exemplar. Diri
Pſal.118 ge greſſus tuos iuxta vitã illius. Scitũ eſt
quod Moſi eſt dictũ: Inſpice & fac ſecun
dũ exemplar ꝙ tibi in mõte mõſtratũ eſt

Veꝝ ꝙ hic aliud putas exẽplar, niſi dñm
noſtꝝ Ieſum Chriſtũ, q tã viuendo q̃ pa
tiendo nobis exemplar, & ꝓ nobis mori
endo redemptio factus eſt? Poſtremo,
nõ eſt tacendũ ꝙ piiſſimus dñs paſſionis
ſuæ hiſtoriã ſummatim ꝑdicens omẽs ſu
os apoſtolos cõuocauit. Porro in trans- Matth.17
figuratiõe, non omẽs vocauit, innuens,
omẽs nos vocatos inuitari ad paſſionem
(Eſt enĩ hæc vita præſens vita triſtitiæ Iob.7
laboris tribulationũ & calamitatũ) non
aũt vocari omĩs ad contemplationis dul Lucæ.9
cedinẽ. Omĩbus enĩ nobis dicit: Si qs vult
poſt me venire, abneget ſemetipſum &
tollat crucem ſuã, & ſequať me. Ea nãq;
quæ ad ſalutem ſunt omĩbus neceſſaria,
omĩbus quoq; ſunt prædicãda. Ea vero
quę paucis ꝑfectis, ac raris cõtingunt, his
tantũ qbus ꝓdeſſe poſſunt, ſunt reuelan-
da. Nos igiť fratres & filij chariſſimi, cum
cęco quoq; hodie quem dñs in itinere cu
rauit importuno clamore cordis ad dñm
oremus, vt nobis lumẽ fidei prębeat. Lu
men ſcilicet noſtræ cognitionis, q̃ nos vi
lipendamus & ab omĩbus vilipẽdi, quã-
tũ in nobis eſt, optemus. Videamus præ-
ſentia omĩa caduca eſſe & miſera, vt nihil
de hoc mũdo diligamus. Quicqd enĩ in
mundo eſt, certiſſimũ nobis ſit, nos hoc
fallere & ſeducere. Nolite ergo ſperare
in incerto diuitiaꝝ. Nolite confidere in
principibus & filijs hominũ, in qbus nõ
eſt ſalus. Nolite ſperare in arcu aut forti 1.Timo.6
tudine veſtra, qa gladius veſter nõ ſalua Pſal.145 Pſal.43
bit vos. Sed ſperate in dño deo veſtro. Iſte 2.Para.20
ſit vobis turris fortitudinis à facie inimi Pſalm.60
ci. Iſte refugiũ à facie tribulãtis qa bonus Threno.3
eſt dñs ſperãtibus in illũ, & beneplacitũ Pſal.146
eſt ei ſup timentes eũ, & in eis q ſperant
ſuper miſericordia eius q̃ nobis ſemp pre
ſentẽ faciat adeſſe in vita & morte bñdi-
ctus dei & virginis filius Ieſus Chriſtu
dominus noſter. Amen.

DOMINICA PRIMA QVADRAGESImæ. Epiſto. Bea. Pauli Apoſto. II. Corinth. VI

Hortamur uos, ne in uacuũ gratiã dei recipiatis. Ait enĩ: Tẽpore accepto exaudiui te, & in die ſalutis audiui te. Iſa.49 Ecce nũc tẽpus acceptabile, ecce nũc dies ſalutis. Nemini dantes ullã offenſionẽ, ut non uituperetur miniſteriũ noſtrũ: Sed in omĩbus exhibeamus noſmetipſos, ſicut dei miniſtros in multa patiẽtia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis in carceribus, in ſeditiõibus, in laboribus

in uigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in
ſpiritu ſancto, in charitate nõ ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute dei. Per ar-
ma iuſtitię a dextris & a ſiniſtris, per gloriã & ignobilitatẽ, per infamiã &
bonã famã. Vt ſeductores & ueraces, ſicut qui ignoti, & cogniti, quaſi mo
rientes, & ecce uiuimus: ut caſtigati, & non mortificati. Quaſi triſtes, ſem-
per autem gaudentes. Sicut egentes, multos autem locupletantes. Tan-
quam nihil habentes, & omnia poſſidentes.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTO.

NOn iniuria hac dominica le
git epiſtola hæc, qñquidem
hoc tpe pœnitentiæ inſiſti-
mus operibus, ad quæ ma-
xime egemus gratia dei, q̊
non ſolũ hoc fructuoſe expendat tẽpus:
verũ quicquid alio etiã tpe neglexim us,
modo recuperetur. Ait itaq; Apoſtolus:
Hortamur vos ne vel in baptiſmo, vel in
pœnitentiæ ſacramẽto, aliove modo dei
gratiã in vacuũ, otioſe, abſq; fructu & ſi
ne incremẽto iuſtitię recipiatis. In vacuũ
eñ dei gratiã recipit, quiſqs cũ gratia dei
nõ collaborat aut q gratia dei recepta nõ
vtit̃, ad q̄ data eſt, aut ex illa nõ fit meli-
Iſaiæ.49 or. Ait eñ per Iſai. dñs. Tpe accepto. i. op
portuno & ſaluti cõgruo exaudiui te, dãs
quæcunq; ſalubriter poſtulaſti: & in die
ſalutis, hoc eſt, tpe gratię adiuui te. Quã
obrẽ excuſare nemo ſe poteſt ſibi defuiſ
ſe gratiã aut auxiliũ dei, q̃ deus vltro o-
mnibus offert tpe hoc gratiæ. Ecce autẽ
nunc eſt tẽpus illud, de q̊ Iſaias loqtur, ac
ceptabile, ecce nũc dies ſalutis, qbus gra-
tiã dei negligere haud oportet, ſed proſ
picere vt nemini dantes vllã offenſiõem
ſcandali, aut iniuriarũ quę charitati repu
gnarẽt, vt nõ vituperet̃, aut minus fructi
ficet tam prædicationis noſtræ, q̃ obedi
entiæ veſtræ miniſteriũ. Sed hoc magis
curæ nobis ſit vt in oñibus exhibeamus
noſmetipſos ſicut dei miniſtros, nõ ſimi.
litudine ſed veritate, ne vita noſtra diſ-
cordet à prædicatiõe & profeſſiõe noſtra
euang. Iuxta q̃ nemini offendiculũ pone
Roma. 14 re nos decet aut ſcandalũ: qn potius quę
pacis ſunt ſectari ad oñes & quæ ædifi-
catiõis ſunt alterutrũ oſtendere in pati-
entia multa. i. perfecta ac abundãte, qua
conſtantes ac fortes perſeueremus in tri
bulationibus, q̃ nemini nõ occurrũt am-
bulanti viã ad regnũ cœlorũ, in neceſſita
tibus ſeu indigẽtijs, in anguſtijs ſeu preſ-
ſuris, quibus hic in anima & corpore du
bij & deſolati ſumus, ignorãtes qd age-
re, aut qd eligere nos oporteat. In plagis
ſeu ṽberibus, & in carceribus, q̃ nobis oc
currũt ſuſtinenda. In ſeditionibus quoq;
vbi populi cõmoti, cõtra nos inſurgunt
& ſęuiũt. In laboribus deniq; qbus ꝓ no
ſtri corporis ſuſtentatiõe operari, aut vbi
impijs reſiſtentibus ꝓ dei honore certa
re ac laborare cogimur. Et poſtremo in
vigilijs qbus extenuamur nocte ꝓ cibo
operãtes, vt interdiu dei ſeminemus ver
bũ, aut nocte in oratiõe cõſtituti dei inſi
ſtamus p̃dicationibus & ieiunijs. In qui-
bus oñibus patiẽtia longanimitasq; no
bis ſeruãda eſt, ſed nõ in his tantũ ſed in
pluribus q̄q; alijs ꝓximos noſtros nos æ-
dificare oportet, puta in caſtitate, in ſciẽ
tia eorũ quæ ad ſalutẽ pertinẽt. In lõgani
mitate triſtitia p̃ſentia tolerãdo, & futu-
ra nobis ꝓmiſſa bona pſeueranter expe-
ctãdo. In ſuauitate q̃ ꝓximis noſtris nos
exhibeamus mites nõ aſperos, blandoſq;
ac ſuaues, nõ amaros. Deniq; in ſpiritu
ſancto, iuxta cuius inſtinctũ & bñplacitũ
oñia hæc faciamus. In charitate nõ ficta
aut ſimulata, ſed ſyncera & vera ꝓximos 1.Ioã.
ædificemus. Neq; eñ diligere nos tantũ
ſufficit ṽbo & lingua, ſed opere & verita
te. Demũ ædificare ꝓximos nos oportet
in ṽbo veritatis nihil ſophiſticantes, ſed
purã explicãtes veritatẽ, & in virtute dei
quo nihil noſtris aut viribus aut meritis
ſed totũ gratię tribuamus dei. Quocirca
exhibeamus nos dei miniſtros oportet
per arma iuſtitię qbus regnũ debellemus
peccati, qbuſq; tentamẽta vincamus dia
boli, à dextris & ſiniſtris cõtra nos inſur
gentia, hoc eſt, tã in proſperis q̃ in aduer
ſis armis nos vti iuſtitię neceſſe eſt, qñqui
dẽ alijs & alijs modis vtrobiq; impugna
mur. Oportet eñ nos (q̄ dei miniſtros de
cet) ambulare in virtutũ medio p gloriã
& ignobilitatẽ & vtriuſq; tentamẽta pe-
riculaq;, q̃ occurrere nobis ſolent, vt ſiue
laudes

laudemur ſiue vituperemur cõtemnere.
Ambulare,inq̃,nos cõuenit ſyncere & in
tegre p infamiã & bonã famã,in neutro
à Chriſto aut à rectitudine iuſtitiæ deui
antes.Imo vt ſeductores ab alijs vocati,
ab alijs vero veraces:à plebe quoq; exiſti
mati aliqñ vt ignoti,ſeu reprobi ac abie-
cti à deo,aliqñ vero vt cogniti,& deo di-
lecti.Inter quæ vtrobiq; nobis ſine offen
ſiõe eſt ambulandũ.Quaſi em̃ morientes
ſumus inter q̃tidiana pericula qbus mors
vel p malos hoĩes nos trucidare moliẽtes
vel aliunde nobis cõtinue inſidiat̃,& ec-
ce deo nos ꝓtegente viuimus.Vt caſtiga
ti à deo,atq; p eius diſciplinã,q̃ nobis aſſi
due imponit,humiliati & nõ mortifica-
ti,hoc eſt,nõ prorſus occiſi aut cõſumpti
Quaſi ſumus triſtes (vt ab alijs iudica-
mur) ꝓpter ęrũnas & pſecutiones q̃s pa-
timur,ſemper aũt gaudentes, vtpote in-
terna ſpiritusſancti cõſolatione roborati
Acto.5 Eſt em̃ gaudiũ & cõſolatio ſanctis dei in
tribulatiõibus,maxime quas p dei ſuſti-
nẽt amore.Ideo de apoſtolis ſcribit̃:Ibãt
apoſtoli gaudẽtes à cõſpectu cõcilij, qm̃
digni habiti ſunt p noĩe Ieſu contumeli
am pati.Nouiſſime in hoc mũdo (ꝙ de-
cet Chriſti miniſtros) viuimus, ac viuere
debemus ſicut egentes,multos aũt locu-
pletantes.Viuimus,inq̃:vt hi qbus mul-
ta deſunt,qbusq; deficiũt multa,tñ quã-
uis nihil in hoc mũdo videamur habere
ſpiritualibus tñ diuitijs cõplures locuple
tamus.Tũc aũt vel diuitias terrenas ha
bentes ſumus egentes,ſi diuitias nõ ama
mus,ſi ſpũ pauperes humileſq; viuimus,
et alios multos bñficijs ac eleemoſynis no
ſtris locupletamus.Tũc,inq̃ ſumus quo
q; nihil habẽtes, qñ cuncta Chriſti amo
re reliq̃mus,oĩa tñ interim,qa nihil ap
petimus poſſidentes.Nemo em̃ verius o-
mnia poſſidet,q̃ q nihil habere cõcupiſcit.

EXEGESIS EVANGElij Dominicæ.I.quadrageſimæ. Matthæi IIII.

Acto.1 ACtio Chriſti oĩs nobis inſtructio exemplumq; eſt vi uẽdi. Cœpit em̃ Ieſus facere & docere nec ſeparatim facere & ſeparatĩ docere ſed faciẽdo etiam docere.Opera em̃ Chriſti oĩa erudi-
unt.Nihil quoq; dñs propter ſe,ſed pro-
pter nos oĩa fecit.Exemplũ, inquit,de
di vobis,vt & vos ita faciatis.Itaq; quo- Iohan.13
modo ꝓpter nos eſt natus ita ꝓpter nos Lucæ.2
baptizatus eſt,abſtinuit & eſt tentatus. Matth.3
Verũ cũ nobis modo abſtinẽtia ieiunioꝝ Iohan.1
ſit obſeruanda,q̃ diabolus impugnat im
pedireq; nitit̃ qbus poteſt fraudibus: &
hoc vel ꝓpterea,ꝙ timet p eandẽ nos re-
cedere ab eius ſeruitute, Vt exemplũ ha-
beamus in Chriſto q̃modo diabolo de-
beamus reſiſtere, & non armis noſtris,
ſed Chriſti virtute pugnemus, hodie
proponitur nobis euangelium de tenta
tione Chriſti in hunc modum:

Ductus eſt Ieſus in deſertum a ſpi- Lucæ.4
ritu, ut tentaretur a diabolo.

Ductus hic refert̃ Ieſus à ſpiritu in deſer
tũ.Non dubiũ eſſe cuiq̃ debet ſpiritũ in-
telligi ſanctũ,cuius impulſu admonitus
homo Chriſtus iuerit in deſertũ, vt ten-
taret̃ à diabolo, non illũ aggredi fuiſſet
auſus hoſtis antiquus & tẽtare,niſi illũ p
uocaſſet Ieſus.Aduertit em̃ dñs ꝙ ſe ten
tare diabolus cuperet, ꝓpterea quod de
Chriſti diuinitate dubitaret: ideo ſe illi
tentandũ expoſuit ſuapte volũtate, qũo
occidendũ diaboli ſe mẽbris vltro exhi-
buit. Eamobrẽ in deſertũ abijt,viuẽs in
ſolitudine & abſtinẽtia.Quod viuẽdi ge
nus valde infeſtũ nouit diabolo. Moue-
bat̃ aũt hõ Chriſtus ſeu Chriſti humani
tas à ſpũ ſancto,ſicut inſtrumentũ ſeu or
ganũ ſpũs ſancti atq; beatiſſ. Trinitatis.
Quare etiã Chrs mouebat̃ à ſeipſo,puta
à deo.Intrauit itaq; deſertum, vt viuẽdi
hoc genus.i.eremiticã vitã cõmendaret
& locũ pœnitẽtiæ,deuotioniſq; exercẽdæ
ac obtinẽdæ pfectioni,oſtẽderet eſſe ma
xime congruũ.Eſt em̃ triplex viuẽdi ge-
nus,q̃ſeruit deo.Eſt vita actiua, q̃ operi-
bus virtutum,operibus miſericordiæ ac
charitatis circa pximum,& mortificãdis
craſſioribus vitijs inſudat. Huiuſmodi
multi fuere ſancti,q in xenodochijs aut
in ꝓprijs domibus miniſterio infirmoꝝ
ſuſceptiõi hoſpitũ, viſitandis infirmis &
captiuis regimini & eruditiõi populoꝝ
audientieq; confeſſionũ:intenderunt ad
hoc inſtituentes ſuam vitã,vt proximos
aut corporalibus auxilijs,aut cõſolatio-
nibus eruditionibusq; ſpiritualibus dei
intuitu reficerẽt.Huiuſmodi fuit Galli-
canus,Heliſabeth,Heluigis,Radegunda

& alij innumeri. Eſt alia vita contemplatiua, cui ſecretus eſt locus magis congruus. Gaudet em̄ ſui abſtractione, ſolitudine & ſilentio. Vacat lectiōi, orationi, meditationi & contēplationi. Abſq; neceſſitate paꝝ circa proximū occupatur, Deo præcipue intendens. Habet tn̄ ab initio pro domatiōe corporis ſui abſtinētijs & afflictionibus vti. Ad hanc inſtituta eſt vita eremitica. Tertia eſt vita afflictiua, in q̄ dei ſeruus exercet ægritudinibus, incōmodis, calamitatibuſq; & doloribus Huic maxime omniū eſt neceſſaria patientia. Triplicē hanc vitā Chriſtus exercens docuit. Lucæ. 2 Nā dum ſub matris cura vixit ſubditus illi, monaſticā ſeu actiuā docuit vitā, vbi qs ſub aliena obediētia, puta prælati, confeſſoris aut paſtoris ſui viuit, illius directioni obediēs propter de- Matth. 4 Marc. 1 um. Eremiticam duxit qn̄ quadraginta Lucæ 4. diebus & noctibus ſolus deſertum incolēs, à cibo abſtinuit, orationibuſq; vacauit. Poſtremo, in paſſione, imo in om̄i vita ſua afflictiōe nō caruit. Vide præterea quomodo nos quoq; ratiōe tēporis in- Matth. 4 ſtituit, quo deſertū petijt. Nā mox vt baptizatus erat ad deſertū profectus eſt, ſolus vixit, ſolus abſtinuit, ſoluſq; tentationes vicit. Deinde ꝙ facta hæc ſunt antequā prædicaret per mundū euangeliū, oſtendens prædicatorē haud tuto prædicatiōis onus aſſumere aut certe inutiliter qui ante in exercitijs ſpiritualibus, q in tentationibus & caſtigatiōibus proprijs nō fuerit quaſi in deſerto, in ſolitudine ꝓ 1.Cor. 9 batus. Ideo de ſe Apoſtolus dicit: Caſtigo corpus meū, & in ſeruitutem redigo, ne forte cū alijs prædicauero, ipſe reprobus efficiar. Voluit ꝓterea inſinuare ab initio cōuerſionis exercitia pœnitētiæ aſſumēda. Tunc em̄ fortius quoq; diabolus nouiter cōuerſum tētat & inſeqtur, illū ad ſe in ſuamq; ſeruitutē ac captiuitatē reducere moliēs. Quo circa nouiter cōuerſis optima ſunt cōuerſionis initia fundamentaq; locādat Primo vt occaſiōes fugiant deſerāturq; peccatoꝝ, deinde in dei timore viuendū, & cōtra diaboli inſidias ſemper vigilandū. Ad quæ hortatur Eccl. 2 Sapiens: Accedens, ingt, fili ad ſeruitutē dei, ſta in timore dei, & præpara te ad tētationē. Deinde Petrus quoq; nos cohor 1.Petri. 5 tat, dicens: Fratres, vigilate qa aduerſarius veſter diabolus tanq̄ leo rugiēs circuit, quærēs quē deuoret. Cui fortes reſiſtite in fide. Tertio, vt tentamenta poſſint Matth. 17 diaboli ſuperari inſiſtendū eſt carnis ca- Mar. 9 ſtigatiōi, ieiunijs, orationibus. Eſt em̄ q̄d dam genus dæmonioꝝ, ꝙ teſte ſaluatore aliter nō vincitur, quā in ieiunio & oratione. Itaq; carni ſubtrahendę ſunt voluptates, delicię, otia, leuitates, ſocietates malę, noxiaq; colloquia, vt carnis quoq; petulantia infirmet. Dicit fortaſſe quiſpiam: Quare Chriſtus nō potius vitā pœnitentialē & afflictiuam coram hominibus exhibuit ad noſtrā ædificationē, cū Matth. 5 ipſe nobis dicat, Videant homines opera bona veſtra, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt: Dicendum, quod in omnibus nobis melius ſapientiuſq; prouidit, quā ipſi intelligere poſſumus. Matth. 4 Intrauit deſertū, vt nobis oſtenderet loca peccantium delinquendiq; occaſiōes fugiendas ac deſerēdas, & vt doceret malā ſocietatē cauendā, inamœnitatemq; pœnitentiæ adhibendam. Nam vt oſtenderet in pœnitentia, non delicias non cōſolationes quærendas, ideo in deſertum, vbi nulla ſolacia inueniuntur, abijt.

Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſurijt.

Infra virtutem eſt humanā tanto temporis ſpacio ſine cibo viuere. Quapropter 3.Reg. 19 neq; Elias, neq; Moſes ſua id virtute, ſed Exo. 34 diuina adiutus potuit. In Chriſto tn̄ vt Auguſti Auguſtinus ad Dioſcorū in epiſtola dicit, mirabilius fuit ꝙ eſurijt, quā q̄d non comedit, vtpote in cuius anima tanta fuit beatitudo, vt ex ipſius redūdantia corpus eius fuiſſet ab omni paſſione & læſione (niſi ſuſpenſa hæc fuiſſet redundātia in corpus) præſeruatum. Eſurijt igitur quia ita voluit, nec exiſtimandū eſt leuiter illum eſuriſſe, ſed cū grādi afflictione quia famem famiſq; huius cruciatum aſſumpſit propter nos, & in remediū cibi Genes vetiti contra dei præceptū ſumpti. Itaq; diabolus ieiunātem dn̄m videns, nō po- 3.Reg. 19 tuit om̄ino ſentire illū filiū dei quia Eli- Exod. 34 am & Moſen nō ignorabat totidem diebus abſq; cibo fuiſſe, licet lōge aliter ieiunarent illi, quā Chriſtus. Illi em̄ adniti aliena virtute, puta diuina, abſtinebāt cibo. Chriſtus abſtinebat cibo virtute propria: Poſtea vero quam eſurijt hominem ſuſpicatur Chriſtum diabolus.

Et accedens tentator, dixit ei: Si

filius

filius dei es, dic ut lapides iſti panes fiant.

Veriſimile eſt (vt quidam putãt) non in ſpecie qua ſe cognoſci poſſe ſuſpicabatur diabolum apparuiſſe, ſed in ſpecie humana, quo callidius falleret, puta cuiuſdam deuoti viri aut eremitæ, nec ita ex abrupto aut incompoſite hunc ſermonem exorſum diabolũ: ſed alijs ſermonibus & occaſionibus quæſitis ad hęc veniſſe verba, Si filius dei es &c̃. Nihil etiam mireris, quod tentari ſe patiatur dñs. Voluit enim idcirco dñs tẽtari, vt formam nos
Ephe.2 doceret reſiſtendi. Deinde, vt culpã quã Adam in humanũ genus induxerat tentatus & victus, excluderet, iterumq; deleret tentatus victor. Tertio in noſtrã voluit fore conſolationem vt tẽtaretur, ne propterea deſperaremus ſi venerit ſuper
Iacob.1 nos tentatio quandoquidẽ Iacobus ait: Omne gaudium exiſtimate fratres mei,
Hebræ.4 dum in tẽtationes varias incideritis. Neque enim habemus pontificem, qui non poſſit cõpati infirmitatibus noſtris tentatum aũt per omnia pro ſimilitudine, abſq; peccato. Sciẽdum tamen, omnem Chriſti tentationem foris fuiſſe non intus, quia cum fomitem in ſe nullum originalis haberet peccati, nõ potuit intrare in illum vnde tentaretur intus. Non igitur deſperes ſi tentatiões incideris, ſed ora deũ, vt tibi det fortitudinem ſuperãdi. Propterea eñ (quod quarto erat loco dicendum) tentari voluit, vt ſua virtute reſiſtendi tibi prodeſſet, hoc eſt, vt tu illius virtute reſiſteres, illius victoria ſupe-
Gregori. rares. De quo Gregorius magnus: Non erat indignum redemptori noſtro quod tẽtari voluit qui venerat & occidi, vt ſic tentationes noſtras ſuis tentationibus vinceret, ſicut mortem noſtrã ſua morte ſuperauit. Si filius, inquit, dei es, dic, id eſt, iube propria auctoritate, vt lapides iſti panes fiant. Intentio diaboli pręcipua hæc fuit Chriſtum inducere in aliquod peccatum, & percipere aliquid ex eo quod ignorabat. Magna eſt autem quorundam concertatio, Vtrum diabolus ignorauerit Chriſtum eſſe Chriſtum an ignorauerit dei filium. Certum eſt ſi loquamur de dei filio, quomodo Iudæorum multi putabant, vt dei filius dicatur, non qui natura ſit dei filius de deo genitus & ipſemet deus, hoc enim modo putabant non fore poſſibile vt diuinitas vniretur humanitati) ſed vt ſit dei filius ex gratia, qui per inhabitationem dei excellentem, deo ſit ſingulari adoptione coniunctus, vnde dici potuerit filius dei. Hoc modo diabolus non ignorare potuit filiũ dei. Vtrum autem ſciuerit vere eſſe Chriſtum, aut verum dei filium, doctioribus relinquo, & cum Auguſtino in libro de Ciuitate dei dico Auguſti.
Dæmonibns Chriſtus innotuit quantũ voluit. Tantum autem voluit, quantum oportuit.

Qui reſpondens dixit: Scriptũ eſt. Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo, quod procedit de ore dei.

Manſuete ac humiliter diabolo Ieſus reſpondit, ſcriptum eſt: Non in ſolo pane, ſcilicet corporali, viuit homo, ſed in om̃i verbo quod procedit de ore dei. Nõ corporali dũtaxat alimonia indiget homo vt ſubſiſtat, ſed viuit etiam homo interior verbo ſacræ ſcripturæ, & dei inſpiratione, quibus confortetur vt bene feliciterq; viuat. Cum enim ex vtroque conſtet homo, anima ſcilicet & corpore, nõ minus anima quæ nobilior eſt, ſuo indiget ſuſtẽtaturq; cibo, quo feliciter ac beneviuat, quam corpus. Multæ eñ ſunt ſacræ ſcripturæ virtutes ſeu effectus boni. De qua Pſalmiſta: Declaratio, inquit, Pſal.118
ſermonum tuorum illuminat, & intelle Ibidem
ctum dat paruulis. Item: Lucerna pedi- Ibidem Ibid.
bus meis verbum tuum. Item: In via teſti Ibidem.
moniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitijs. Item: Eloquium tuum viuificauit me. Item: Ignitum eloquium tuum vehementer. Itaq; verbum dei illuminat, ad fidem perducit, quia viuificat, charitate accendit, conſolatur, & confortat. Obſerua quoq; quod Chriſtus non poteſtate voluit dęmonem vincere, ſed humilitate, reſpondẽs ei per ſcripturam, non vi coercens. Voluit autem in hoc nos docere, vt quoties à prauis aliquid hominibus patimur, ad doctrinã potius excitemur, quam ad vindictam.

Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatẽ, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi, & dicit

ei: Si filius dei es, mitte te deorſum.

Morem ſuum obſeruat diabolus, etiam in proceſſu & ordine tentationum. Primo enim à leuioribus perfectos viros tentat, quod hęc facilius negligātur aut paruidantur. Quæ tamen ſi homo neglexerit deoq; ſe ingratum faciens hoſti ſubiecerit maligno, ad maiora contra eum procedit inimicus, fortior iam ex victoria factus. Aſſumpſit autem eum diabolus. Quomodo Chriſtū aſſumpſerit variat multorum opinio. Quidam enim ſanctorum putant diabolum ita aſſumpſiſſe Chriſtum, vt quaſi fatigatum ieiunio per aera portauerit, vt ſimul faceret Chriſtum inaniter gloriari, ſi vel volare vel portari à turba videretur. Et iuxta hunc intellectum, ne quis hoc ſtupeat, Chriſtum ſcilicet portari à diabolo, dicit Gregorius: Quid mirum ſi permiſit ſe à diabolo in montem duci, qui ſe permiſit ab illius membris occidi? Aliorum eſt opinio quod aſſumpſerit eum ſecum per terram ambulātem. Iuxta quem modum intelligitur quod de Chriſto ſcribitur alibi: Aſſumpſit Petrum, Iacobum, & Iohānem: non quod portaret eos, ſed quod ſecum ambulantes ſeorſum abduceret. Ita hic quoq; fieri potuit, vt humilis Ieſus ambularet cum diabolo in ſanctam ciuitatem, ſcilicet Ieruſalem. Duxiſſe quoq; dominum Ieſum diabolus putandus eſt non vi, ſed perſuaſionibus humanis, quibus admonebat Chriſtum accedere ad homines, & comedere, aut opus aliud quod appareret bonum, facere. Et ſtatuit eum ſuper pinnaculū templi, hoc eſt, depoſuit, ſi illū portauit, aut illuc ducens ibi eum conſtituit. Vult autem dicere locum quendam eminentiorem in templo, vbi erat ambulatorium, & ſedes doctorum, quæ non erat pinnaculum, ſed in pinnaculo, hoc eſt, in faſtigio muri ædificatum. Illuc igitur dominum ſtatuit, volens eum ex loco quoq; tentare ad vanam gloriam. Et ideo ait: Si filius dei es, mitte te deorſum.

Gregori.

Matth.17

Scriptum eſt enim: Quia angelis ſuis deus mādauit de te, & in manibus tollent te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum.

Pſal.90 Scriptū eſt, inquit, de te in Pſalmo: Quia angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiāt te in omibus vijs tuis. Diabolus qui ſemper mendax eſt, ſcripturam non recte citat. De filio dei enim nuſquam intelligitur, quod angeli eum portent, aut cuſtodiant, quin potius dei filius portat & cuſtodit angelos. Putabat enim dominum inani gloria mouendū, vt ita faceret. Scriptura enim hęc de viro iuſto intelligitur. Itaq; hoc modo vtitur teſtimonijs ſcripturarum diabolus, nō vt doceat, ſed vt fallat. Non igitur glorientur Lutherani quod ſcripturis vtantur, cum diabolus quoq; vti ſciat ſcripturis, ſed perperam, & non in vero catholico ſenſu, ſed ad animarum ſubuerſionem, quomodo illos ab eodem id didiciſſe perſpicuum eſt, cū ad finem his quoq; ſimilem vtātur. Mitte te deorſum. Hieronymus: Vox eſt diaboli, qui ſemper homines deorſum cadere deſiderat. Perſuadere poteſt, præcipitare non poteſt. Et Ambroſius: Accepit tentandi licentiam, ſed non copiam ſubruendi, niſi ſua ſponte labatur infirmus animus, qui ſibi non nouit auxilium acceſſire.

Iohan.5

Hierony.

Ambroſ.

Ait illi Ieſus rurſum: Scriptum eſt: Non tētabis dn̄m deum tuum.

Tentare deum dicitur, qui diuino ſe auxilio committit abſq; vtilitate aut neceſſitate, vbi adeſt humanum, intendens experimentū ſumere de deo. Vbi ergo hæc intentio adeſt ſic mouens, dicitur quis explicite tentare deum. Si vero non adeſt intentio tentandi deum, opus tamen facit, quod eiuſmodi circumſtantijs eſt circundatum, dicitur interpretatiue tentare deum. Vel ita: Primo modo tentat deum ex animo ſeu ex intentione quis, ſecundo modo ex facto. Contingit nihilominus deum tentari alijs modis, puta experimentum quærendo ac dubitādo de dei omnipotentia, aut ſapientia, aut prouidentia. Sicut fecerunt filij Iſrahel dicentes: Eſt ne deus in nobis, an non? Item: Nunquid de hac petra poſſumus aquam ejcere? Item: Nūquid poterit deus parare menſam in deſerto? Et Iudith: Qui vos eſtis qui tentatis dominum? Poſuiſtis vos tempus miſerationis domini, & in arbitrio veſtro diem conſtituiſtis ei? Hæc itaque omnia vitanda ſunt, quan do homo interim habet quod faciat, à quo ſe iuuet humano modo.

Exod.17 Num.20 Pſal.77 Iudith.8

Iterum aſſumpſit eum diabolus in mon-

in montem excelſum ualde, & oſtẽ
dit ei omnia regna mundi & glori-
am eorum, & dixit ei: Hæc om̃ia ti
bi dabo, ſi procidẽs adoraueris me.
Deu.6 Tunc dicit ei Ieſus: Vade retro ſata
na. Scriptũ eſt em̃: Dominum deũ
tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.
Aſſumpſit eũ diabolus aut portãdo aut
ducẽdo, vt de auaritia & ambitione tẽta
ret: & duxit eũ in montẽ excelſum valde
& oſtẽdit ei oĩa regna mũdi, dicẽs: Ibi eſt
Aſia, ibi Græcia, ibi Roma, ibi Alexan-
dria &c. Deinde & gloriã eoꝝ, hoc ẽ, fer
tilitatẽ, diuitias, ac bona, qbus regio quis
præmineret, Chriſto expoſuit. Hæc oĩa
tibi dabo, ſi cadẽs adoraueris me. Pompa
hęc eſt vetus dęmoni ſolita, q̃ cupit time
ri, adorari, coli, & dominari. Petit aũt a-
dorari adoratione latrię tanq̃ deus. Tũc
Deu.6 dicit ei Ieſus: Vade ſatana puta in abyſſũ
aut in ignem ęternũ. Scriptũ eſt em̃: dñm
deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.
Tũc reliquit eũ diabolus, & ecce
angeli acceſſerũt & miniſtrabãt ei.
Recte Ieſum reliqt diabolus, ſed confu-
ſus & victus, de nulla re q̃ dubitabat cer
tior factus. Obſerua q; ſicut diabolus ſe
celauerat in ſpecie ſancti viri, ita Chri-
ſtus hactenus q̃q; diſſimulauerat ſe eũ ag
noſcere ſatanã: modo vero vbi de ſe loq-
tur adorãdo Chriſtũ oſtẽdit ſe illũ eiuſq;
ſtudia agnoſcere. Et ecce angeli acceſſe-
rũt, q ad tẽpus receſſerãt, vt locũ darent
diabolo illũ tẽtandi, & miniſtrabãt ei, ſic
ut ſerui dño ſuo. Glorificemus dñm no-
ſtꝝ Ieſum Chriſtũ filij chariſſimi, & gra
tias agamus illi, q tãta ꝓ nobis dignatus
eſt ſubire, vt nos inſtrueret conſolaretur
ac iuuaret, rogemuſq; eum vt in nulla ſit
tentatione noſtræ immemor infirmita-
tis, ſed nos confortet, ſeruet, nobiſq; tri-
buat fortitudinem ſuperãdi diaboli, car
nis & mundi omnia tentamenta, ad glo
riam ſuã, qui eſt bñdictus in ſecula. Amẽ

SERMO I. IN EADEM
dominica. De tentatiõe ſeruorũ
dei & fructu ieiunij.

ET cũ ieiunaſſet quadragin-
ta diebus, & quadraginta
noctib. poſtea eſurijt. Mat.
iiij. In hac dñica prima poſt
quã pœnitentiã aſſumentes carnẽ noſtrã
cœpimus caſtigare, p̃legitur nobis euan-
geliũ nos erudiẽs, q̃ poſſimus modo, q̃ve
exemplo contra fraudes hoſtis maligni
inſidiaſq; dimicare. Quamdiu em̃ ſerui-
mus diabolo, qd tentatio ſit interim ne-
ſcimus, imo qd vitiũ ſit, aut peccatũ, vt
pote in tenebris adhuc conſtituti igno-
ramus, qa tentationẽ nõ expectãtes, ipſa
mala volũtate noſtra diaboli voluntatẽ
præuenimus. Veꝝ, poſtq̃ ab eodẽ recedi
mus inſequit nos, tẽtat nos, & reuocare
nitit ad eadẽ vitia, in qbus aliqñ illi ſerui
uimus. Cõtingit em̃ nobis nõ diſſimiliter
quã filijs Iſrael, qui Pharaoni ſeruiẽtes,
dũ à dño ꝑ Moſen & Aarõ vocarent, vt Exo.5
ſibi ſacrificarẽt, & eãobrẽ recedẽtes à ter
ra, in q̃ habitabãt ſub ſeruitute Pharao-
nis viã trium dieꝝ in deſertũ. Pharao cũ
diu eos nollet, vt abirẽt dimittere, tot tã-
dẽ à dño plagis eſt ꝑcuſſus, vt vltro à ſe
dimitteret. Veruntñ mox pœnitẽs inſeq Exod.12
tur eos ad reuocandũ, ſed id fruſtra, quã Exod.14
doquidẽ ipſe & vniuerſus eius exercitus
perijt, filij aũt Iſrael ſalui euaſerunt. Hoc
mõ eos q̃q; diabolus perſequit, q ſuũ iu-
gũ excuſſerũt, atq; reducere ſub ſuũ im-
periũ cõtendit. Ne aũt ꝓpterea territi de
ſperemus, aut victos nos tradamus nimi
um formidãtes, rememoranda nobis eſt
Chriſti tẽtatio, q à diabolo tẽtatus eſt, ta
metſi nihil in eo haberet diabol. ꝑ q; in-
tus eũ moueret, ſiue incitaret. Nihil, inq̃, Iohan.14
in Chriſto habuit qa Chr̃us nunq̃ pecca
uit, nunq̃ Chriſtus ſuccubuit alicui vitio
quãtominus nunq̃ ſeruiuit diabolo. Ve-
runtñ, vbi Chriſtus auſteriorẽ pœnitẽtię
vitã aſſumpſit, diabolus q̃q; ad tentandũ
illũ ſeſe accinxit. Nemo igit ex ſua tẽtati
one puſillanimis fiat, qñquidẽ ꝓpter cõ-
ſolationẽ noſtrã à diabolo ſe tentari ſua
ſpõte Chriſtus ſuſtinuit. Sunt aũt tres tẽ
tatiões Chriſto ꝓpoſitæ, quaꝝ prima fu
it ad gulã. Pari mõ nobiſcum facit diab.
Primo em̃ q̃s tentat, ad carnalia corpora
liaq; eos nitit vitia reuocare: in qbus ſi q;
machinat obtinuerit, mox ad grauiora
tẽtare vitia pergit. Explorat autem cuiuſ
uis naturam, ſtudium, actionem, exerci-
tium, inclinationem, occupationem, offi
cium, aliaſq; occaſiones quaſcunque vt
vbicunque viderit hominem ſtudioſius
aut quaſi ſecurius occupari, ibi ponat in
ſidias, & occaſiones quærat nocendi. Tẽ
tat aũt primo ad peccata corporalia ſeu
car-

carnalia quę nobis ſunt magis familiaria
ad commeſſationes ſcilicet & compota-
tiones, ad familiaritates quoq; mulierũ
in quibus ſub ſpecie honeſtatis, aut ten-
tationem gulæ, aut illiciti amoris & pau
latim luxuriæ introducat: ſperans ſi hac
via profecerit, ad maiora per hæc facile
ſeſe venturũ. At vero ſi hic nihil poteſt
lucrari, & timor dei ad omnes ingreſſus
cuſtodes poſuerit, qui illum excludant,
ad aliam tentationem conuertitur. Nam
eos quos carnalibus non poteſt vitijs ſu-
perare, propterea quod ſunt erga deum
in deuotione feruentiores, alia tentatio-
ne aggrediens, nititur eos præſumptio-
ne euertere. Siquidem vltro currentes ni
titur ad altitudinem impellere perfectio
nis, idq; per indiſcretum feruorem: ſciens
ibi parem exitum futurum, vbi negligen
tia, & vbi nimietate indiſcretiõe ve delin-
quitur. Suadet itaq; feruentibus ſui curã
abijcere, & in domini confidere poten-
tia, quaſi in eis mirifica ſit operaturus o-
pera deus, quæ olim in priſcis exhibuit
ſanctis proinde quomodo in ſecunda tẽ
Pſal.90 tatione Chriſtum tentauit, vt ſe mittat
Iudith,6 deorſum: quandoquidẽ angelis ſuis de-
us de eo mandauerit, vt cuſtodiant eum
in omnibus vijs ſuis, ita hic huiuſmodi
ſuadet hominibus, vt humana ſpernant
conſilia, auxilia obdicent, & deo ſoli con
fidant, qui confidentes in ſe non derelin
quit, quaſi deus miraculo quoq; debeat
eos ſeruare, cum totum eorum ſit propo
ſitum erroneum. Siquidem deo illa non
placet confidentia, quæ ſubſidium, ſi ad
eſt humanũ contemnit, & miraculũ pro
ſe fieri petit aut confidit. Hęc enĩ non eſt
confidentia, ſed temeraria præſumptio.
Quapropter in libro viarũ dei per ange-
lum huiuſmodi deuotis (vt multi ſunt
fueruntq; eremitæ) loquitur in hunc mo
dum deus: Neceſſaria vobis eſt diſcretio
vt non cito ſequamini impetum zeli ve-
ſtri, qui vos ad altitudinem perfectionis
impellit, neq; ſupergrediamini menſurã
virtutis veſtræ laboribus immoderatis.
Multi in præſumptione ſpiritus ſui am-
bulantes vitam ſuam nimia afflictiõe ex
tinxerunt, & perierũt in adinuentiõibus
ſuis. Multi menſurã ſuam, excedẽtes hu
manũ intellectum in ſibijpſis ſubuerte-
runt, & inutiles facti ſunt, & ſimiles iu-
Pſal.48 mentis inſipiẽtibus. Tu igitur homo do
minatorẽ cœli ne tentes, ſicut faciunt qui
ſui curã incaute abijciunt, et habent fidu
ciam quod mirificetur in eis potentia do
mini, ſecundũ dies antiquos. Hæc itaq;
(vt dixi) verſutia eſt diaboli, vt quos car
nalibus non poteſt vincere peccatis pro
pter feruorẽ multũ, moliatur vel nimie-
tate & indiſcretiõe vincere. Sunt enĩ, qui
putant in hoc ſacrificare ſe deo, ſi donis
communibus dei abiectis ſpretiſq; auxi
lijs cunctis humanis, ſiue infirmi ſiue fa-
tui, melancholici aut manici fiãt, nil hoc
ſua referre dicunt: imo, ſi deo placeat, li-
bẽter maniã inſaniamq; eligant ſuſtine-
re: & vt ego addã, ſtultitiam quoq; in q̃
certe nõ parum iam lapſi ſunt. Neq; enĩ
(vt ipſi putant) hæc reſignatio eſt, ſi para
ti ſint omnia ex dei manibus recipere, &
interim ſua negligentia, ſua incuria, &
per abiectionem humani regiminis pro
uidentiæq; circa ſeipſos ſeſe deſtruant,
quia hęc non ſuſcipiunt de manibus dei
ſed de manibus ſuis: quandoquidẽ ſibi-
ipſis hęc fecerunt, non abſq; graui culpa.
Debet enĩ homo ſeipſum regere, vt rati-
one vtens, & per induſtriã mala declina
re, cunctaq; noxia quę cognoſcũtur deo
non placere. Debet, inquam, nulli ſe peri
culo exponere, vnde in corpore anima-
ve lædatur. Debet quoque vbi & quan-
tum ſuo corpori eſt neceſſarium, datis
iam ſibi remedijs vti, nec miraculum à
deo expectare. Quod enĩ ſemel tibi pro-
uidit deus, quam diu illud ſpreueris, nõ Matth.
expectes pro eadẽ neceſſitate aliud. Nec
vllo modo tibi licet dei creaturã, hoc eſt
te, qui tuus non es, ſed dei ſeruus in ipſi-
uſq; vineam conductus perdere aut de-
ſtruere. Quod ſi ſtulta id deuotione fe-
ceris, præſertim vbi habes à quibus con-
ſilia petas, aut quorum conſilio diriga-
ris, te, hoc eſt, alienum dei ſeruũ deſtru-
is, ex rapina holocauſtum offerens, quia Iſaiæ
cum ſubtractione indiſcreta neceſſario-
rum corporis tui feruidus, modico vis
tempore deo ſeruire, vt totus poſtea inu
tilis ad omnia fias, nihilque ad dei vale-
as ſeruitium. Et hoc eſt, quod diabolus
optauit. Siquidem ſiue per indiſcretam
abſtinentiam, per irrationabiliaq; exer-
citia deuotionum, ſiue per nimiam cor-
poralium indulgẽtiam te impedieris ne
dei continuare ſeruitium quæas, æque
diabolo placet, deoque diſplicet. Et hæc
dicta ſint contra præſumptuoſos deuo-
tos. Nã deo in eius timore ſeruiẽtes ſub
obedi-

obedientia degentes,acquieſcentes con-
ſiliis,& humiles,non poteſt diabolus ca
pere aut fallere.His enim rationabili di-
ſcretione vtentibus, à temeritate abſti-
nentibus, & quibuſcunq; bonæ volun-
tatis,deo deuotis nunquam deeſt proui-
dentia diuina. Quibus enim in rebus ne
ceſſariis,vbi humana deſunt ſubſidia, o-
ptime licet,imo expedit quoq; ſublimi-
ter de bonitate dei ſentire,ſperare,atq; il
li ſe credere. Poſſunt quoq; ſe multum
conſolari aliorum deum timentium cõ
ſiliis,ſi timidi ſint nimium aut ſcrupulo-
ſi,modo humilitas acquieſcendi non de
ſit, quia non iubet deus non manduca-
Lucæ.21 re,ſed crapulam & gulam prohibet. Mã
ducare autem & corpori neceſſaria mini
ſtrare, tam naturæ, quam diuina lex iu-
bet. Propterea Paulus dicit: Carnis cu-
Roma.13 ram ne feceritis in deſideriis. Non qui-
dem carnis curam omnem prohibens,
ſed vetans ne fiat eadẽ in deſideriis.Quo
modo ergo alteri eſurienti & egeno te-
neris miniſtrare, ſi habes quæ neceſſaria
ſunt, ita tibi quoq; præcipue obligaris.
Tertia eſt,qua deuotiſſimos quoſq; dia-
bolus impugnat, puta eos qui corpora-
lia iam vitia vicerunt ambitionis. Quia
enim fortia quædam prælia geſſerunt
contra alia vitia, quandiu tamen inanis
gloria in eis proſtrata non eſt, manet in
eis ambitio quoq;, quæ ex victoriis mul
tarum naſcitur tentationum.Inde enim
quod præliis variis vitia alia multa ſupe
rauerũt,naſcuntur hæc duo vitia,Inanis
gloria & ambitio. Aeſtimat enĩ, qui ten
tationem hanc latentẽ maxime & occul
tam ſuſtinet,ad regendos alios quoq; iã
ſe idoneũ,qui ſe putat, aut in corde ſuo
iactat,propter Chriſtum multa ardua &
præclara ſe geſſiſſe,quare ædificatiõi alio
rum iam ſit idoneus. Putat aũt omnino
ſyncero hoc corde ſe cogitare, nec aliter
quã zelo animarũ,zeloq; diuini honoris
ſe hoc appetere. Verũ, vbicunq; ſe cogi-
tatio hæc prodiderit, mox vt alter ſata-
nas eſt explodenda, nulloq; modo tole-
randa. Satis ſit tibi,vt cum aliter euadere
non poſſis,deo tibi imponente prælatio
nis iugum,ſuſtineas.Sunt aũt multa alia
tentationum genera, quibus præcipue
dei ſeruos tentare non deſinit.Permittit
autem id euenire Chriſtus ad maiorem
electorum ſuorum gloriam, glorioſio-
remq; coronam. Prima enim eſt vtilitas
tentationis,quod tentatus ſeu tentatio-
nem ſufferẽs fit humilior,fit ſimul ac do
ctior. Liquet autem hoc ex humiliatio- 2.Cor.12
ne Pauli, qui ne magnitudo reuelatio-
num eum extolleret, angelum ſe colla-
phizantem diabolum accepiſſe ſe fate-
tur.Porro,quod tentatio erudiat,Eccle-
ſiaſticus oſtendit,dicens:Qui non eſt tẽ-
tatus quid ſcit?Secundo,per tentationes Ecci.34
diſcimus nõ indignari, ſed compati pro
ximis.De hoc Paulus quoque gloriatur Hebræ.4
nos habere pontificem, qui probatus & Matth.26 Marc.14
in omnibus tentatus didicerit ex iis quę Lucæ.22
paſſus eſt,compati fratribus.Petrus quo
que apoſtolus ſuam permiſſus eſt ſentire
infirmitatem, vt futurus eccleſiæ paſtor,
diſceret in ſe quomodo in alios qui ex in
firmitate delinquunt eſſe debeat miſeri-
cors. Cõtingit enĩ fere ſemper, vt is qui
grauatum alium aliqua tentatione aut
ſeuere iudicat, aut contemnit, incidere
patiq; eandem aut grauiorem tentatio-
nem: in qua (vt dixi) proximum ſuum
conſtitutum deſpexit. Tertio,auget cer
tantibus & pro ſe pugnantibus coronã
Chriſtus. Ideo ſcriptum eſt: Beatus vir Iacob.1
qui ſuffert tentationem, quoniam cum
probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.
Quarto, quia feliciter reſiſtentes conſo-
latur. Quod per hoc innuitur,q̃d ange- Matth. 4
li,tentatore victo, acceſſerunt & mini-
ſtrabãt ei,ſcilicet Chriſto.Diſcamus igi
tur Chriſto ieiunante filii ieiunare,& eo
pro nobis tentato, ac vincente vincere.
Temperantia profecto virtus eſt,ieiuni-
um vero aut abſtinentia, ex ſuo genere
virtus non eſt,ſed exercitium, adminicu
lum,inſtrumentumq; virtutis, quod re
vera multifariam confert homini. Pri-
mo enim reddit aut cuſtodit ſanitatem.
Legimus enim in multis eſcis multas in Ecci.37
eſſe infirmitates, ſobrium vero adiicere Ibidem
dies longęuiores.Legimus quoque pro
pter crapulam multos periiſſe:imo plu-
res crapula (vt alius inquit) quam gla-
dio. Secundo reddit ſpiritum liberum,
& à captiuitate, qua per carnem oppri- 1.Cor.9
mitur,liberũ facit. Eamobrẽ caſtigauit
Paulus corpus ſuũ & in ſeruitutẽ redegit
ne aliis prædicans reprobus efficiat. Ter Prouer. 26
tio,prohibet à caſu futuro. Cũ enĩ defe-
cerint ligna, extinguetur ignis. Scitum
eſt quoque quod comicus dicit: Sine
Cerere & Baccho friget Venus. Quam-
obrem eccleſia quoq; in ſacrificio diuino Ambroſ.
canit:

canit: Qui corporali ieiunio vicia cõpri-
mis, mentem eleuas, virtutem largiris &
præmia. Quo certe multi ſimul ieiunij
fructus comprehendi monſtrantur.
Prouer.29 Porro ei, qui ſibi indulgens carnem ſu-
am fouet, dicitur: Qui delicate nu-
Matth.11 trit ſeruum ſuum, ſentiet eum contuma-
cem. Quarto, dæmonum vim eneruat.
De quo CHRISTVS quoddam eſſe
Mar.9 dæmoniorum genus apoſtolis ſuis ſub-
indicat, quod non poſſit eijci, niſi in ora-
tione & ieiunio. Quinto ad exaudien-
dum facit idoneum. Quapropter tam
in veteri, quam in nouo teſtamento,
quando aliquid arduum volebãt à deo
impetrare patres & apoſtoli, hoc facie-
bant per ieiunia ſeſe humiliantes ac ma-
Exod.24 cerantes. Sic Moſes & Elias ieiunaue-
3.Reg.19 runt. Sic Daniel arcanorum ſanctus in-
Daniel.9 terpres. Sic Iudith Eſtherq; ieiunauerũt.
Iudith.4 Sic apoſtoli, quando auguſtum aliquid
Eſter.4.14 erant acturi, aut quando manus impo-
Acto.4.14 nebant ſpiritum ſanctum daturi aut or-
Acto.12 dinem, faciebant. Et Niniuitæ nunquid
Lucæ.13 non ieiunando & plangendo depreca-
Ionę.3 ti ſunt excidium ciuitatis? Hodie igitur
cum contemnitur ieiunium, ideo etiam
virtus operatioque nobis abeſt ieiunij,
pariter cum gratia ſpiritus ſancti, vt ſi-
mus velut nauis ſine remige & ſine gu-
bernatore. Eſt tamen aliud ieiunium
ſanctius, quo abſtinemus ab illecebris
carnis, à pecccatis, à vitijs, & malis con-
cupiſcentijs. Huius ieiunij gratia corpo-
rale ieiunium obſeruatur, & propterea
Ecci.34 eſt inſtitutum: quod certe ſine abſtinen-
tia ac ieiunio peccati, deo acceptum eſ-
ſe non poteſt. Propterea ſcriptum eſt:
Qui ieiunat in peccatis ſuis, & iterum
Iſaiæ.58 eadem facit, quid proficit humiliando
ſe? Orationem illius quis exaudiet? Iſai-
as quoque eos qui in ſolo corporali ieiu-
nio confidebant, interim peccatis vitijſ-
que ſuis ſeruientes reprehendit, atque
ad ieiunium aliud ſpirituale cohorta-
tur. Quo ſeruato ieiunium corporale
conducit vehementer. Dominus noſter
IESVS CHRISTVS qui ad exem-
Matt.9 plum noſtrum ieiunauit, ieiuniumque
inſtituit dicens, Veniet tempus quando
auferetur ab eis ſponſus, tunc ieiunabũt
hic nobis ſuã largiatur gratiã, quã om̃ia
peccata fugiẽtes, mortificantes vitia, ſpi-
ritu illi obtemperantes viuamus in ipſo,
per omnia ſecula ſeculorum Amen.

SERMO II. IN DOminica eadem. De tentamentis diaboli.

DVctus eſt Ieſus in deſertũ,
à ſpiritu, vt tẽtaretur à dia-
bolo. Matthæi quarto. Cũ Matth.4
Ieſus, deus ac dominus no- Iohan.1
ſter à Iohanne baptizatus Mar.1
foret, & à patre per vocem & per colum Matth.3 Iohan.1
bæ ſpeciem manifeſtatus, abijt in deſer- Matth.3 Matth.4
tum. Hoc enim paulo ante idem refert
Matthæus quod baptizato Ieſu, aperti
ſunt, cœli & vidit Iohannes ſpiritum dei
deſcendentem tanquam columbam, &
venientem ſuper eum. Et ecce vox de
cœlo dicens: Hic eſt filius meus dilectus,
in quo mihi complacui. Inde ſequitur
quod ductus ſit in deſertum à ſpiritu, do
cens à ieiunijs, à ſolitudine, ab abſtracta
vita, à ſilentio, à fuga ſeculi, atque ab reli
quis pœnitentiæ exercitijs Chriſtiano
nouo, aut monacho, aut nouiter conuer
ſo eſſe inchoandum. Vbi inquis hoc do-
cet? Actione ſua idipſum nobis hoc inſi- Actu.1
nuat. Omnia enim quæ dominus Ieſus
tam agere quam pati voluit ad eruditio-
nem, ad correptionem, & ad vtilitatem
inſtituit noſtram. Cum ergo non parũ
eruditionis ſimul ac conſolationis no-
bis inde ſciret emerſurum, haud quaquã
id voluit omittere, quod nobis poſſet
prodeſſe. Itaq; ductus eſt in deſertum,
haud dubium quin à ſpiritu ſancto. Ibi
enim ſpiritus ſanctus eum voluit duce-
re, vbi diabolus eum tentandum poſſet
inuenire, & vbi ad tentandum illum au-
deret accedere. Prouocabatur em̃ tenta
tor vt illum tentaret loci congruitate,
puta ſolitudine, oratione, corporis ma-
ceratione, abſtinentia & fame. Quare li-
benter diabolus didiciſſet de Ieſu, an fo-
ret Chriſtus & dei filius. Primum itaq;
eſt quod hic diſcimus, militiam eſſe vi-
tam hominis ſuper terram. Quod item Iob.7
homini Chriſtiano primum ſit expectã
dum tentari à diabolo. Præparet ſe igi-
tur ad tentationem, ſicut ſcriptum eſt:
Accedens ad ſeruitutem dei, prępara ani
mam tuam ad tentationem. Voluit ita- Eccle.2
que dominus quemcunq; nouiter bapti
zatum, quemcunq; etiam nouiter con-
uerſum ſuo exemplo conſolari, ne time-
at fiatq; puſillanimis, ſi poſt conuerſio-
nem aut poſt baptiſmum grauius quàm
ante

ante tentari à diabolo,aut perſecutionem ſe pati ſenſerit,quando Chriſtum quoque mox baptizatum legerit à diabolo tentatum.Eſt enim nō malū, ſi diabolus quempiam quod ſe dereliquerit infeſtat,indicium.Neque enim infeſtaret, niſi à ſe illum receſſiſſe doleret.Non infeſtaret,inquam, niſi à bono quod poſſidet,poſtquam reliquit diabolum, illum iterum abſtrahere niteretur. Quando ergo tentaris ad mutationem tui ſtatus, vt videlicet hūc deſeras quem iuxta inſtitutionem ſanctam laudabiliter ſuſcepiſti,ſuſpectum habe diabolū & ſtatum aſſumptum tibi puta fore vtilē. Propterea enim te auellere nititur inimicus,quia vtilem tibi hūc dolet ac inuidet. Neque enim te meliorem fore cupit,ſed à bono nititur abſtrahere ſtatu, quamuis miram ſanctitatem extra hunc ſtatum,in quo ſancte viuis,tibi depingat, atque vt eundem relinquas nitatur perſuadere,multa mentiēs,quomodo alibi adhuc fructuoſius & melius poſſis viuere. Verūtamen ſcito,quia non quęrit tuam vtilitatem hoſtis tuus, ſed inſtabilitatem, vt à bono in quo es te eijciat.Dicit ergo tibi:Hinc recedas vt alibi viuas ſanctior,cum neque hic neque alibi te bene probeq; viuere ſinat. Ideo igitur vt dixi,ſtatum alium mentitur (vt à bono te abducat)eſſe meliorem. Secundo, diſcimus rigorem aut grande aliquid atque inſolitum,quod ferre nos poſſe nobis merito eſt formidandum ex præſumptione noſtra aut temere abſque conſilio timentium Deum,aut abſque voluntate prælatorum noſtrorum non aſſumendum. Legimus enim Chriſtum in deſertum veniſſe,ſed hoc ſolum non legimus, verumetiam adijcitur ductū à ſpiritu ſancto, quo intelligeres ex inſtinctu duntaxat ſpiritusſancti ſingularia atque ea quæ maiora quidē ſunt, quàm vt omnibus imponantur, eſſe aſſumenda. Voluit ergo Chriſtus ſuo exemplo nos docere, ne faciliter ad ſuſtinendas tentationes nos ingeramus, memores infirmitatis noſtræ, ſed potius vigilemus, atq; ne in tentationem intremus oremus,occaſionesq; euitemus tentationum. Quæ ſi à Deo nobis mittuntur,aut ſi ducti à ſpiritu ſancto dei contemplatione(hoc eſt,ne Dei beneplacitum negligamus)cogimur illis occurrere aut præſtare occaſionem,Chriſti exemplo debemus tentatori viriliter repugnare. Vtrumq; enim dominus Ieſus docuit, & de ſua infirmitate neminem præſumere,aut quaſi vincere valeat tētationes non imprudenter ſe periculis exponere,& vbi Deo ordinante tentamenta occurrunt,viriliter illis reſiſtere.Itaq; volebat dominꝰ Ieſus pro nobis tentari, pro nobis vincere,tentationes vincendi nobis formam ac modum oſtendere, & ſua quam patiebatur tentatione nos conſolari,atque ne deſperemus confortare. Hæ enim quatuor ſunt cauſæ quare voluit tentari. Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus,& quadraginta noctibus,poſtea eſurijt.Vides ne in quo viuendi genere Chriſtus nos docere exorſus ſit? Primo,intrauit deſertum, in quo conſtitutus afflixit corpus ſuum ieiunio.Intellige igitur quod deſertum tibi intrandum ſit qui vis pœnitentiæ vias ingredi.Deſertum tuum ſit,poſtquam correctiorem agere vitam inſtituiſti,conuenticula,loca,hominum ſocietates,cunctasq; pariter peccandi occaſiones vitare,atque ſecretum locum (ſiue ſit eremus,ſiue domꝰ ſiue camera aut cella) ſolum inhabitare. Abſtractam oportet eligas vitam, ſi peccandi à te volueris occaſiones excludere. Deinde,quoad vires ſuſtinent(nā eas non decet extinguere) corpus affligi neceſſe eſt.Quare affligi? Ideo quia corpus tuum & caro tua tibi inimica eſt.Aduerſatur eñ tuo ſpiritui,& quaſi ex pacto hoſtibus tuis,hoc eſt, mundo ac diabolo conſentit. Conniuet illis & quicquid hi moliuntur, ipſa caro recipit, & in executionem ducere molitur.Scitis autem quam peſtilens ſit hoſtis,qui intra mœnia quaſi ciuis atq; amicus fraudulentus habitat.Tu igitur ab hoſte tibi familiariſſimo te impugnādum arbitrare, quippe qui carnem tuam vbiq; non aliter quàm amicam,ſed revera peſtilentem hoſtem circumfers. Si igitur iam non ſolum foris,ſed intus etiam impugnaris,quanto ſunt tibi aduerſarij plures, tanto rarior erit tibi victoria. Eſt tamen hæc tibi conſolatio,quod licet caro tua hoſtis tibi ſit,potes tamen eam reddere infirmiorem,potes ei nocēdi vires ſubtrahere,potes denique ne inſoleſcat eam compeſcere.Quod fiet, ſi ieiuniorum vigiliarumq; fræno eius petulantiam conſtrinxeris. Hoc te Chriſtus docuit,qui dum pœnitētiæ nobis formam oſtendere decreuiſſet, in deſertum abiens,ieiunijs,vigilijs,oratione, cæteriſq; auſteritatibus pœnitentiæ ſeſe afflixit. Nam ſi eius explores conuer-

Matth. 4

ſationem in deſerto, videbis Chriſtum in genibus terra humique orantem, videbis humi procumbentem, ac patrem pro humano genere orantem. Videbis inter deſerti beſtias commorantem, videbis ſi forte dormire voluit, humo ac ſub dio cubantem. Videbis poſtremo cuiuſcunq; hominis colloquio aut præſentia abſtinentem. Reuera docuit te, quæ ſit forma pœnitẽtiæ. Quadraginta itaq; diebus ſic abſque cibo viuens (neq; enim diutius ita viuere congruebat, ne non homo qui cibo nullo vteretur eſſe putaretur, & quia ad alia opera potiora, puta quæ animarũ conuerſioni magis ſeruirent miſſus fuerat) poſtea eſuriit. Quando voluit, ieiunabat. Quando voluit eſuriebat. Non illi dominabatur imperabatve aliqua paſſio, ſed quæcunq; vbi aduocabatur aderat, vbi abire iuſſa fuit recedebat. Nos vero ediuerſo ſentimus. Præueniũt enim nos paſſiones, triſtitiæ, irę, timoris, amoris, lætitię, vel nolentes, nec quãdo volumus recedunt, nec aſſunt quando cupimus, quia rationi, quẽadmodum in Chriſto, non ſunt nobis ſubiectæ. Quid iam vltra expectas? Acceſſit tentator, videns Ieſum fame torqueri, quantum voluit. Credendus eſt enim famem vehementem propter nos tunc aſſumpſiſſe. Accedit diabolus & longa verborum ambage circumiens, ad hæc verba euangelica tandem veniendi occaſionem quæſiuit: Si filius Dei es, dic vt lapides iſti
Matth.4 panes fiant. Noluit hoſtis videri, ſed credebat ſe latere hoſtem. Conſultorem ſimulabat, & ne periclitaretur ex fame Ieſus magna ſe compaſſione finxit illi prouidere ac conſulere. Diſſimulabat quoque dominus Ieſus diu, nihil quo cognoſcere ſe illum monſtraret, oſtendens. Paſſus eſt ad alteram ſe tentationem duci. Cui iterum perinde ac in prima tentatione per verba ſacræ ſcripturæ reſpondens calliditatem verſuti hoſtis omnem eliſit. Poſtremo in tertia tentatione, ipſe ſe tentatorem cognoſcere monſtrauit, & ei non tam reſpondit, quàm reppulit. Sciendum filij, quod externa tantum hæc tentatio Chriſto fuit. Neque enim intus tentabatur, ſed quietus in animo fuit, quia malum ei defuit, quo inclinari vitio poſſet tentatori conſentiens. Itaq; filij hoc modo ſatagatis in omni tentatione inueniri, ne in vobis intus malum ſit, quod malo externo ad quod tentamini arrideat. Scimus in ciuitatibus ac caſtris ab hoſte facilem deditionem impetrari, vbi in caſtro aut oppido ſunt, qui hoſtibus fauent, domino ſuo infideles. Hoc modo ſi intus placent vobis tela quæ foris ingeruntur, hoſti certa ſtabit victoria. Porro ſi creatorem ac redemptorem veſtrum diligitis, & nihil eorum quæ vobis hoſtis obijcit, aut ad quæ inuitat, vultis, ſi magis acerbiſſima quæque ac duriſſima optatis pati, quàm à Chriſto diſcedere. Et ſi in hac bona voluntate veſtra non præſumitis, ſed in ſolo benigniſſimi domini Ieſu adiutorio confiditis, cunctos fugabitis inimicos, & miniſtrabunt vobis angeli cœleſtis conſolationis cibum, largiente hunc domino Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

DOMINICA II. QVADRAGESIMAE,

Epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Theſſalon. IIII.

ROgamus & obſecramus uos in domino Ieſu, ut quemadmodum accepiſtis a nobis, quomodo uos oporteat ambulare & placere Deo, ſic & ambuletis, ut abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim uobis per dominum Ieſum. Hæc eſt enim uoluntas Dei ſanctificatio ueſtra: ut abſtineatis uos a fornicatione, ut ſciat unuſquiſque ueſtrum ſuum uas poſſidere in ſanctificatione & honore, non in paſſione deſiderij: ſicut & Gentes qui ignorant Deum. Et ne quis ſupergrediatur, neq; circumueniat in negotio fratrem ſuum, quoniam uindex eſt dominus de omnibus his, ſicut prædiximus uobis & teſtificati ſumus. Non enim uocauit nos Deus in immundiciam, ſed in ſanctificationem, in Chriſto Ieſu domino noſtro.

PARA-

PARAPHRASIS IN eandem Epiſtolam.

REcte hæc lectio in quadrageſima eccleſiaſtica conſuetudine ſumpta eſt, qua Paulus apoſtolus à fornicatione Theſſalonicenſes retrahere, ſeruareq́ꝫ in continentia nititur, quandoquidem ſanctimonia pietatem roborat. Nihil vero pœnitentiam adeo impedit, q̃ fornicatio. Cui paſſioni ſe quiſquis ſubiecerit, vt brutum mox efficitur, ad meditanda ea quæ animæ ſunt ſalutaria ineptus. Paulus itaqꝫ dicit: Rogamus & obſecramus vos in domino Ieſu, cuius gloriã zelamur & beneplacitum, vt quemadmodũ ex noſtra eruditione didiciſtis, quomodo vos innocenter neceſſe ſit ambulare & placere Deo, quicunqꝫ ad cœleſtem venire patriam, cõtenditis (quod etiam facitis hucuſqꝫ ita ambulando) ita & nunc abundetis magis, hoc eſt, ambulando, ſuſpirando que ad eandem patriam ſitis feruentiores ſtudioſioresq́ꝫ. Vitã hominis ambulationem hic Paulꝰ nominat, quomodo Chriſtus quoqꝫ: Ambulate, inquit, dum lucem habetis. Curſus enim vitæ noſtræ tendere ſemper debet ad patriam cœleſtem, quare nos quoqꝫ in hac vita viatores ac peregrini vocamur. Sequitur: Scitis enim quæ præcepta dederim vobis, nõ tamen ex me ſed per auctoritatem dñi Ieſu. Hæc eñ eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra, quò ſitis purgati à peccatis ornatiq́ꝫ virtutibus. Ad quã rem neceſſarium eſt, vt abſtineatis à fornicatione, hoc eſt, ab omni illicito concubitu. Et præterea, ſciat veſtrum vnuſquiſqꝫ vas ſuũ, hoc eſt, corpus ſuum poſſidere, ſubiectum tenere, ac illi dominari in ſanctificationis gratia, quàm in baptiſmo recepit, aut in ſanctificatiõe, id eſt, caſtimonia & honore, ne corpus ſuum indecenter polluat, & non in paſſione deſiderij, cui ſeruiat aut ſatisfaciat, ſicut Gentes quę ignorant Deum, quæ corpori quicquid illud oblectauerit, concedunt. Aliud quod facietis, Dei æque eſt voluntas: Ne quis, ſcilicet, ſupergrediatur opprimens, neqꝫ circumueniat decipiens fratrem ſuũ in vllo negocio, quoniam vindex eſt dñs de omnibus his, ſicut prædiximus vobis teſtimonioq́ꝫ ſacræ ſcripturæ confirmauimus. Nam in Iob legimus: Deus inultum abire nõ patitur. In Leuitico quoqꝫ mãdatur: Nõ facies calumniã proximo tuo, nec vi opprimes eum. Nõ eñ vocauit nos Deus in immundiciã, vt corpora noſtra cõtaminemus veluti iumenta, nec vt vitiorum polluamur ſordibus. Sed vocauit nos in ſanctificationem, vt incõtaminatam atqꝫ ab omni turpitudine liberam exhibeamꝰ conuerſationẽ, in Chr̃o Ieſu dño noſtro.

Iohan. 12 (margin, beside "nem hic Paulꝰ nominat")

Iob 24 / Leuit. 19 (margin, beside "teſtimonioq́ꝫ ... mus. Nam in Iob")

EXEGESIS EVANGELIJ dominicæ II. Quadrageſimæ, Matthæi XV.

POST MIRAculum q̃d fecit dñs Ieſus reficiens quinque milia hoĩm ex quinqꝫ panibus ordeaceis, & duobus piſcibus, transfretauit in terrã Genezareth, vbi à ſcribis & phariſęis (puta q ab Ieruſalem venerãt) ſcandalizatis, quod eius diſcipuli nõ lotis manibus manducarent panem, & quod non maiorem zelum haberet Chriſtus pro ſeniorꝫ traditionibus obſeruandis eſt interrogatus, quare eius diſcipuli hoc non obſeruarent: Chriſtus eos increpauit, quod leuiora legis & ſuas traditiones diligẽter magnoq́ꝫ zelo obſeruarent, ea vero quæ ex inſtitutione erant diuina, quæve naturæ quoqꝫ præcepta erant erga proximum, minus ponderabãt. Quapropter illis relictis, qa eius tã eruditioni q̃ miraculis detrahebãt, egreſſus ẽ ad partes terminosq́ꝫ gentiũ. dicit itaqꝫ Euã. Iohan. 6

Egreſſus Ieſus, ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananæa a finibus illis egreſſa, clamauit dicẽs ei: Miſerere mei domine fili Dauid: filia mea male a dæmonio uexatur.

Egreſſus Ieſus à terra Gerazarenorꝫ dicitur veniſſe in terminos locaq́ꝫ ciuitatum Tyri & Sidonis. Hæ ciuitates erant præcipuæ, & metropolis terræ Chananæorũ, quorum populi & circũquaq́ꝫ habitantes dicti ſunt à Chanaan, filio Cham, filio Noe, Chananæi. Ad illorum itaqꝫ partes ac terminos venit dñs Ieſus, quia phibuerat apoſtolis ne in viã abirẽt gentiũ, neqꝫ ciuitates intrarent Samaritanorꝫ, quaſi latenter intrauit, & q neminẽ vellet hoc ſcire, ne Iudæis ſcandalũ præberet. Quamuis

Gene. 6 / Matth. 10 (margin)

hoc quod Apoſtolis prohibuerat intelli
gebatur de p̄dicatione, ne gentibus, Sama
ritaniſq; prædicaretur, niſi poſt ſui aſcen-
ſionem, oblata primum Iudæis ſalute. Nō
tñ præcepit eos qui ſponte venirent, à ſalu
te, à fide & beneficio ſanitatis excludi. Ita-
que cum circa fines Tyri & Sidonis eſſet
Chriſtus, quo diuertiſſe eſt putandus, vt
huius mulieris nobis oſtenderet præſtan-
tiſſimam fidē, exaudiretq; eā pro filia obſe
crantem, quædā mulier Chananęa de fini
bus illis egreſſa, non tā corpore q̄ fide. Lo
cum eñ ſuæ gētis, & incredulitatē reliqua
que Chananæorum vitia exiuit. Quare; vt q̄-
reret Chriſtum, in quē iā credebat, poſtu-
latura p̄ filiæ ſuæ ſanitate. Vbi igitur illū
inuenit, clamauit. ſ. voce alta, fœmineæ ob
lita verecundiæ, p̄ magnitudine fidei, deſi
derij, ac deuotiōis. In hoc multis alijs pru
dentior, quibus euangelica p̄dicatio adue
cta eſt, quorum multi tñ nihil magis propte
rea crediderunt, cū ipſa egreſſa fines ſuos
quæſiuerit Chr̄m. Clamauit dicens: Miſe-
rere mei dñe fili Dauid. Fama iam Chriſti
glorioſa diuulgabatur vndiq; tā apud Iu-
dæos, q̄ apud cæteras nationes. Ideo q̄uis
mulier hæc erat Chananæa. i. de gñe Cha
Marci 7 nanæorum, & Syropheniſſa. i. de Syria pheni
cis, audierat tñ de Chr̄o, quippe quæ non
longe à gente Iudęorum habitauerat, dici eū
ex tribu & ſemine Dauid naſciturum. Au
dierat quoq; fortaſſe plura alia tam de Da
uid benignitate, q̄ de Meſſia Iudæorum ven
turo, quæ Chriſto ineſſe credebat propter
ipſius miracula, quæ in vniuerſo orbe fa-
ma vulgabat. Filia mea male à dæmonio
vexatur, hoc eſt, atrociter, grauiter atque
crudeliter torquetur. Multa habemus in
hac muliere quæ ſingulariter & vehemen
ter ædificant. Primo nanq; quod de genti
bus nata dñm Ieſum quærit, eiq; occurrit,
miræ fuit fidei, cum nemo adhuc gentibus
Origenes. miſſus prædicauerit. Neq; eñ (vt dicit Ori
genes) aut ad homines ſeductores, nec li-
gaturas quæſiuit inanes, ſed omnes relin-
quens diaboli cultus, venit ad dominum.
Iterum aūt fides eius inde apparet maior,
q̄d non adduxit filiam ad Ieſum, nec Chri
ſto ſupplicauit, petens vt filiam accederet
Iohan. 11 & manum illi imponeret, vt pleriq; Iudęo
rum fecerunt. Nam Martha, Magdalena
quoque domino de fratre ſuo cōqueren-
tes mortuo, dixerunt: Domine, ſi fuiſſes
hic, frater meus non fuiſſet mortuus: hæc
autem credit ſolo Chriſti nutu poſſe infir
mam filiam ſanari. Deniq; quàm conſtans
fuerit in fide ac fortis, ex ſequentibus ma-
nifeſtabitur. Nam toties à domino repul-
ſa, dure allocuta, & iuxta externum mo-
dum loquendi, quaſi conuitio prouocata,
in fide tamen perſeuerat. His accedit ter-
tia virtus, prudentia. Nam non expectauit
donec ad ſe dominus veniret, ſed de fini-
bus ſuæ terræ egrediēs occurrit ei. Voluit
enim dominum quærere, vbicunq; genti-
um inuenire poſſet, ſciens gentem ſuam,
in qua ſe præcipue numerauit, immundā
& p̄ſentia domini indignam. Idcirco hoc
perfecte cognoſcens, nihil niſi pro miſeri-
cordia poſtulauit. Agnouit enim ſibi ni-
hil niſi confuſionem iuſte deberi, & igno
miniam. Supplicauit tamen pro miſericor
dia, quam ſibi fieri magnam æſtimabat, ſi
vel preces eius audirentur, per fidem non
dubitans aliquando etiam nō pro ſuo me
rito, ſed pro Ieſu benignitate exaudiri.
Quarto lucet hic magna charitas. Nam af
flictionem filiæ ſuam æſtimat. Neq; enim
dicit, miſerere filiæ meæ. Sed miſerere mei
quoniam me pro tribulatione filiæ mater
na compaſſio diſcruciat.

Qui non reſpondit ei uerbum. Et
accedentes diſcipuli eius rogabant e-
um, dicentes: Dimitte eam, quia cla-
mat poſt nos.

O quomodo pijſſimum cor Ieſu ad hu
ius mulieris potuit clamorem miſerabun
dum diſſimulare. Abſit abſit, vt ex duritia
fons pietatis ille obturetur. Sed propter-
ea quia copioſius voluit miſereri exaudi-
req; glorioſius, ideo qua plenius exhuberat
miſerationem diſſimulat, quo & illam ad
petendum fortius ſtimularet, & nobis fi-
dem & orantis perſeuerantiā oſtenderet.
Alioquin, niſi ad cumulatiorà huberiora-
que dona præſtanda ſeſe ad tempus conti
neret, haudquaq̄ miſericordiæ viſcera ro-
gatus non ſtatim effunderet. Et acceden-
tes diſcipuli eius, dixerūt ei: Dimitte eam,
quia clamat poſt nos. In alio Euangeliſta
refertur hæc mulier veniſſe in domum, v-
bi prociderit coram Chriſto orans pro fi
lia. Vnde intelligitur dominus poſtquam
illa primo in domo rogauit exiſſe de do-
mo ſilens, nec verbum (licet pijſſimo id
corde fecerit) ei reſpondens. Quare illa ſe-
quuta, clamauit indeſinenter poſt domi-
num. Inde intelliguntur ea quæ ſequūtur
facta

facta eſſe in via. Itaq; rogant apoſtoli pro muliere, aut compatiẽtes eius triſtitiæ, aut ex importunitate eius tædio affecti, dicentes: Dimitte eam, hoc eſt, iube vt abeat, aut (quod verius creditur) fac quod petit, vt exaudita abeat, & liberemur ab eius clamoribus. Apoſtoli non intelligentes arcanum propoſitum Chriſti fortaſſe verecundia mouebantur pro magiſtro coram aliis erubeſcentes, quod hic qui apud omnes vir miſericordiarum habebatur, præter morem ſuum durior, ac inexorabilior à præſentibus videretur.

Ipſe autem reſpondens ait: Non ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael.

Iohan. 11 Et quomodo tunc verum eſt, quod venerit in mundum, vt filios Dei qui diſperſi erant in mundo congregaret in vnum?

Iohan. 3 Quõ verũ eſt, ſic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum daret, vt oĩs qui credit in illum non pereat, ſed habeat vitam æternã?

1. Petri. 3 Et quomodo nõ ſolum pro amicis, ſed etiam pro inimicis paſſus eſt, & pro vniuerſo mundo? Dicendum Chriſtum miſſum eſſe populo Iudæorum & primo, & præcipue. Quapropter primo illis per ſeipſum prædicauit Euangelium. Deinde ad Gentes apoſtolos ſuos miſit poſt ſuam aſcenſionem cum eſſet aſcenſurus ab eis, dicens:

Matth. 28 Marci 16 Euntes docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcunq; mandaui vobis. Quamobrem Apoſtolus quoq; vbi Iudæis prædicauerat, & ſæpius prædicare tentabat, hi vero omnino obſtinati redderentur, & Dei reſiſterent verbo dixit eis: Vobis quidem oportebat primũ

Acto. 13 loqui verbũ Dei, ſed quia repuliſtis illud, & indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes.

At illa uenit & adorauit eum, dicens: Domine, adiuua me.

Vidit conſtans hæc mulier quod ne apoſtoli quidem exaudirentur pro ipſa rogantes venit. i. propius acceſſit, & adorauit eũ dicens: Domine adiuua me. Adorauit, vt quidam putãt tanq̃ Deum, aut vt aliis placet tanq̃ hominem excellẽter ſanctum, cuiuſmodi adorationes in veteri teſtamento plures leguntur regibus, aut prophetis factæ. Domine, inquit, adiuua me. Non putat mulier humilis ad iniuriam ſui eſſe, q̃d Chriſtus ei non reſpondet, quod nõ exaudit etiã, quia ſeipſam exauditu indignam æſtimat quæ exaudiretur. Habet eñ hoc humilitas, vt propter negatũ beneficium non offendatur, rata nihil ſibi deberi, vtpote quæ nihil beneficiorũ meruerit, quẽadmodum contra habet ſuperbia, vt exiſtimet nihil ſibi negandum. Quare profecto offenditur ſemper, quoties quod petit illi non conceditur: Adiuua me. Vide hic charitatem mulieris. Non eñ dicit adiuua filiam, ſed adiuua me, filiæ infirmitatem, ſuam exiſtimãs, pro qua pellenda rogabat. Verum, quãto plus rogabat illa, tanto magis negabat Chriſtus, & hoc faciebat allocutione & exhibitione dũtaxat externa, q̃ eam magis exerceret ꝓbatioremq; nobis oſtenderet. Tanta enim eius latuiſſet nos fides, deuotio, ac perſeuerãtia, niſi exaudire eam diſtuliſſet. Quãuis aũt foris ſe dñs inclementem exhibuit, intus tamen illam ſecreto vnxit & confortauit ne deficeret.

Qui reſpondens ait: Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.

Iudæos filios nominat ꝓpter vnius veriq; Dei cultum, quibus ſpiritualis alimonia, puta euangelica doctrina & virtutes ſignaq; miraculorum ſicut erant illis promiſſa, debebantur. Gentes vero & paganos, propter idololatriam vitamq; viliſſimam, qui non legibus regebantur ſanctis ſed inſaniæ atq; impetu voluntatis ſeruiebant, vocat canes, inter quos ipſa computabatur. Vult itaq; Chriſtus æquum non eſſe filiis, id eſt, Iudæis (de quibus alibi ſcri- Exod. 4
bitur: Iſrael primogenitus meus: Et in propheta: Puer Iſrael & dilexi eum) panem Oſee 11
eruditionis ſeu verbi Dei & opera miraculorum ſubtrahi, & miniſtrari Gentibns.

At illa dixit: Etiam domine. Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.

Magna mulieris patientia, longanimitas magna atq; humilitas. Comparata cani adeo non offenditur, vt etiam conſentiens idipſum confirmet, nihil horum probro verborum læſa, nec ſperare & rogare deſinens, dixit: Etiam domine. Verum eſt quod dicis. Nihilominus incongruum non eſt, ſed decet quod poſtulo. Canis ſum fateor. Tu autem dominus meus.

Tu iuſte me vilificas, quemadmodum iuſte ego tibi honorē exhibere cupio. Sum canis, nec canis magnus alicubi vtilis, ſed catellus: Eſto. His tamen non omnino negatur cibus. Nam & catelli edūt de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuoꝝ. Si canis aut adhuc cane minor ſum, tuum erit qui dominus meꝰ es, vel micas vt colligam permittere ſub menſa dominorum meorum Iudæorum, id eſt, ſi magnis donis indigna ſum, tamen indecens non eſt, quæ illis ſuperflua ſunt & decidūt, vt ego percipiam. Canes ſunt fideles dominis ſuis, & ego quomodo poſſum à te recedere? aut quomodo domini mei menſam poſſum relinquere? Aduerte mulieris huius prudentiam, fidem, patientiam, & longanimitatem. Non contradicit triſtior, licet probroſe cani comparata, nec laudibus inuidet aliorum, ſed blande etiam alludens & catellum ſe vocans, dominum ad miſericordiam nititur prouocare. Mirum valde eſt clementiſſimū miſericordiſſimumque dominum tamdiu potuiſſe differre, et beneficium continere, datis interim tam inclementibus verbis. Sed in fine tamen quàm diſſimulanter hæc omnia fecerit liquet, quia ſciuit eam dicturam quæ dixit, imo latenter ei hæc verba quæ diceret in mentem eius poſuit.

Tunc reſpondens Ieſus ait illi: O mulier, magna eſt fides tua, Fiat tibi ſicut uis. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora.

Iam liquet cur tam rigoroſum, durum ve ac inclementem fons pietatis ſe hactenus exhibuerit. Continuit ad tempus clementiæ effuſionem, quia eam ad meliora ſemper & ad perfectiora conabatur euehere, perfectamq́; in fide nobis oſtendere. Dicit igitur: O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. i. fiat tibi ſicut petiſti. Nolebat fons pietatis triſtem abſcedere, qui neminem ſe inuocantem non conſolatur ſed beneficio & laude ſimul eandem dimittit honoratam. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora, puta qua dixit hęc verba: Fiat tibi ſicut vis. Quanq̄ iuxta verba Chr̄i ordine veniendū eſſet ad prædicationem vocationemq́; gentiū, ita vt primo vocarentur Iudæi tanq̄ digniores, qui vnius veriq́; dei longam habuerant notitiam, exhibuerantq́; debitum eidem cultū, quibus gentes nō erant anteferendę. Hoc tamen non ita erat neceſſarium, vt in nullo caſu id fieri poſſet aliter. Nulla em̄ lex adeo eſt gn̄alis, quæ nonnunq̄ in euentu aliquo ſingulari non prætermittatur. Nec ſemper gn̄alis regula deſtruitur, ſi pro tēpore aliquo à regula deuiatur. Nam & Ammonitæ & Moabitæ prohibiti ſunt ne intrarēt in eccleſiam dn̄i, nihilominus tamen Achior Ammonites, & Ruth Moabites propter ſingulares eorum virtutes & feruentem deuotionem ſtatim admiſſi ſunt ad ſocietatem, cohabitationem & ritum Iudæoꝝ. Hoc modo quoq́; mulier hæc Syrophenisſa, q̄uis de genere Chananęorum nata, ob præcipuā tamen fidem ſuā, & gratiam vocationis & beneficium in filia ſanitatis accepit. Nos faciat idem dn̄s eius fidei ſucceſſores, vt per patientiam & humilitatem in fide conſtātes, in ſpe lōganimes, & in charitate ſemper inueniamur feruentes, largiente id nobis domino Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Deut. 23
Iudith 14
Ruth. 1

SERMO IN EADEM Dominica. Quæ ſit dæmonis uexatio, qua pœnitentibus eſt moleſtus.

Miſerere mei fili Dauid, quia filia mea male à dæmonio vexatur. Matthæi XV. Hodierno Euāgelio chariſſimi, mulier nobis pro filia ſua à dæmonio vexata orans multa fide, patientia, humilitate ac longanimitate ornata introducitur, & hæc Chananæa, vt non otioſe factum intelligatur, quod Chananæoꝝ reliquias modicas (Iudæis olim terram eorundē inuadentibus & occupantibus) dn̄s ſeruauerit, qn̄ ex illis adhuc tam precioſa monilia (cuiuſmodi hæc fuit mulier) dn̄o erant offerenda. Quæ certe præuidens ipſe non prorſus omnes deleri voluit Chananæos. Quid enim nō facit propter electos? Egreſſus itaque Ieſus de terra Genezareth ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis, vt precioſam hanc animam totam ad ſe conuerteret. Et propterea quaſi latenter acceſſit, & quaſi ſciri nolens, & tamen latere non potens (quod iuxta oſtenſionem exhibitionemq́; externam intelligitur) ibi prædicare noluit, partim ne Iudæos ſcandalizaret, q̄d illis relictis ad gentes ſe cōuertere videretur: partim, vt mulieris

Iosue 15
2. Tim. 2
Matth. 15
Actuum 10

ris huius fidem glorioſiorem mõſtraret, quando illa non prædicantem,ſed latentẽ e finibus ſuis egreſſa quæreret,in eum crederet,illum (quod multis placet) vt Deũ adoraret,& miſericordiam ab eo,non tã quam à ſancto qui intercedit,& non ſalutem largitur, ſed tanq̃ à Deo ſibi precaretur dicens:Miſerere mei fili Dauid,quia filia mea à dęmonio male vexatur.Diſſimulat Ieſus audire,& abit tacẽs, ſequitur illa clamans poſt eum, orant pro ea apoſtoli, negat Ieſus. Adueniens illa adorat & perſeueranter rogat, audit à manſuetiſſimo dño ſe cani comparari,& cum exprobratione nihilominus ſanitatis beneficium ſibi negari. Inſtat illa humilius ſe nõ modo canem,verumetiam catellum confitens,et hac cõparatione dñm adeo ſibi conciliat, vt dicat:O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. Per hanc mulierem mater eccleſia ſignificatur, quæ pro quauis filia ſua, anima peccatrice à dæmonio vexata rogat. Vexatur autem anima, dum peccatis & diabolo ſubiecta eſt,quia ex vno peccato in aliud protrudit diabolus animam captiuam ac ſemel ſibi ſubiectam,quaſi vectigal ab ea exigens peccatum.Quamdiu namq; peccato ſumus ſubiugati, ſerui ſumus diaboli,eidemq́; ſubiugati & captiui. Ideo ab eo vexamur varijs cõcupiſcentijs & deſiderijs.Et certe non modica eſt hæc vexatio, qua adeo torquemur, vt magis eligamus intrare in gehennam ignis,quã concupiſcentiæ nõ ſatisfacere. Videte igitur filij in quanta ſint miſeria & calamitate peccatores:Dicitur peccatori aſſueto in peccatis:Contine ab hoc peccato, reſpondet: Non poſſum. Cui ſi dicis: Nunquid non times mortem:nunquid graue iudicium dei nõ formidas & infernum: Quid reſpondet: Nempe verbum deſperatione plenum.Si,inquit, hic præſto foret mors, aut adeſſet infernus,non poſſem ſuperare hanc concupiſcentiam meam,qua vexor, quin expleam. Heu pro illis neceſſarium eſt,vt oret,vt clamet ad Deũ mater eccleſia.Quando enim hi aliter liberabuntur, qui ſibiipſis neſciunt quęrere ſalutem:Quærat igitur mater eccleſia neceſſe eſt, dicatque:Miſerere mei fili Dauid, qa filia mea male à dæmonio vexatur.Sui petat miſereri,quia cuiuſcunque gemitus,pericula,calamitatemque ſuam æſtimat.Poteſt nihilominus mulier hæc cuiuſlibet hominis animam ſignare,vbi mens orat pro ſenſualitate,ac pro inferioribus viribus animæ, quæ nonnunq̃ vexantur à diabolo varijs tentationibus.Poteſt eñ vexare inuitum, non poteſt cogere diabolus inuitum.Accipiamus ergo pro muliere hic animam pœnitentem.Adeo eñ eſt copioſa ac fertilis ſeu fœcunda ſcriptura, vt multos habeant ſenſus eadẽ verba, aut idem factũ ſeu opus. Contingit autem animæ pœnitẽti nonnunq̃ vt in carne, in exteriori homine,intuſq; in ſenſuali affectione multa abſurda cogatur ſentire,quę ſpiritui vexatio eſt.Ratio igitur et volũtas clamẽt ad Deũ. Imprudentiſſimũ namq; foret ab aduerſitatibus opprimi noxijs, habereq́; interea eum qui poſſit & velit aut mederi aut liberare, & neq; quęrere conſiliũ neq; auxilium. Sic nos cum habeamus benigniſſimum dñm qui magis nobis quærit benefacere, quã nos ipſi poſſumus deſiderare, cum poſſit & velit ab omni peccato nos liberare,in omni tentatione nobis aſſiſtere, noſq́; confortare, cur non inuocemus ſuper nos miſericordiam domini:Debet autem & homo ſui liberationem non impedire,debet in tentatiõibus ſe profundius non intricare,debet deniq; diabolo ſe vexandi occaſionem non dare. Quod certe facit, membra ſua dans arma iniquitatis ad iniquitatem.Quapropter vis non timere diabolum: Abſtine à peccato. Eſto mũdus corde.Eſto humilis & mitis animo. Nullius hominis conſcientiam tu iudices aut damnes. Cuſtodi te exoccupatum immaculatumq́; ab omni re,vnde te non ſperas meliorem.Quid eñ tibi confert ſi vniuerſum lucreris mundum,interim tuæ animæ detrimentum faciens:Itaque ſi mũdus,humilis,& vt ſupra dixi, à mundo & peccato incontaminatus fueris,tu nõ habes timere diabolũ, ſed diabolus timebit te.Quęris quod peccatum magis innuitur fuiſſe in filia huius mulieris infirma, quo vexetur liberanda anima: Dicendũ, quod initium & radix omnis peccati eſt ſuperbia.Hæc eſt quæ vexat nos omnes.Nemo vult eſſe cõtemptus, nemo humiliatus,nemo correptus,nemo accuſatus. Nũquam deeſt nobis querimonia.Aut enim nõ ſumus auditi,aut noſtrum eſt ſpretum conſilium,noſtra induſtria eſt deriſa,labor vilificatus, non ſatis honorati ſumus, aliquid famæ detractum nobis eſt, aut læſi ſumus. Itaque nunquã nobis pacem ſinit ſuperbia noſtra. Vnde ab re non erit vt ſu

Roma.6 Matt.5 Matt.16 Mar.8. Lucæ.9 Eccli.10

perbiā hic intelligamus ſignificari, quod
ex modo curationis monſtratur. Cum e-
nim contrarijs contraria curētur, hæc mu
lier vehementer fuit à domino humiliata,
atq; ſeipſam humilitate interna deprimēs
egit, quo filia ſanaretur à vexatiōe dæmo
nis, id eſt, à tentatione ſuperbiæ. Ipſe enim
Iob 41 rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ. Atq;
ideo pari modo nobis quoq; faciendū ſci
amus. Neq; enim poterit à nobis ſuperbia
ſeparari, exterminarive, niſi magna humi
liatione. Quam quia refugimus, ideo in-
firmi ac vitioſi remanemus, ſemperque à
dæmone vexamur, hoc eſt, inquietamur.
Habet enī intra nos quo perturbare nos
poteſt. Sicut enim dixi: ſuperbia nulla gau
det vnquam pace, nulla quiete. Si proxi-
mi videt incommodum, aut humiliatio-
nem, illum ridet, deſpicit aut fauet, quia
hunc ſe æſtimat viliorem. Si gloriam eius
cernit aut cōmodum, triſtatur & inuidet.
Si cernit diuitias cōcupiſcit. Si honorem,
æmulatur. Si paupertatem, horret. Poſtre
mo, nihil recte iudicat, nihil ſimplici aſpi
cit oculo. Proinde, vbicūq; in homine eſt
ſuperbia, nullum ibi bonum ſinit, aut enī
illud tollit, aut corrūpit, aut impedit, aut
inquinat. Breuiter, ſicut humilitas vas eſt
omnium gratiarum; ita ſuperbia ſentina
eſt omnium vitiorū. Omni igitur ſtudio
curemus liberari à ſupbia. Imitemur hanc
mulierem nobis in exemplar virtutis an-
te oculos conſtitutam. Primum cogno-
ſcamus infirmitatem noſtram, ſicut ipſa
filiæ ſuæ agnouit vexationem. Ratio no-
ſtra ſibi imputet ac voluntas quod ſenſua
litas vexatur. Neq; enim ſatis vigilem ſe eſ
ſe exiſtimet ratio, neq; conſtantem ac for-
tem ſe voluntas, quo vexatione hac mor-
tificatis vitijs careat. Atq; ideo anima de
finibus Chananæorū, id eſt, de incitamen
tis occaſionibuſque exiens vitiorum, quæ
rat ſaluatorem. Agnoſcat ſuam miſeriam
& ſeipſam ſancte odiens ac deteſtans do-
leat, & ad Chriſtū clamet: Ieſu fili Dauid
Matt. 15 miſerere mei. Non habeo aliquid allega-
re, cur mei debeas miſereri, niſi quia beni-
Ioel. 2 gnus & miſericors es, & miſerationes tuę
ſuper omnia opera tua. Per illā igitur mi-
Pſal. 144 ſericordiam te obſecro, qua filius Dei fa-
ctus es filius hominis, hoc eſt, filius Da-
uid. Miſerere mei. Mulier illa Chananæa
non potuit Chriſtum fortius admonere,
aut conſtringere, quàm vt recordaretur,
quare ſit homo factus, hoc eſt, quare ſit fi
lius Dauid. Hoc enim infinitæ eius erat
miſericordiæ: & propterea præcipue illius
admonet eum, dicens: Fili Dauid, ac ſi di
ceret: Scio te domine creatorem eſſe cœli
& terræ. Scio Deum omnipotentem te eſ-
ſe. Quamobrem non ad haruſpices, non
ad magos, nec ad idola, ſed ad te miſeri-
cordiam imploratura confugio. Remini-
ſcere igitur te filium Dauid; reminiſcere
quoque quare ſis filius factus Dauid, &
mei miſerere. Sic tu quoq; dominum, my-
ſteriorum redemptionis noſtræ admone-
as, per eius incarnationem, per natiuitatē,
per paſſionem, per mortem, & per reſurre
ctionem rogans illum vt tui miſereatur.
Eſt itaque vexatio dæmonis, qua tenta-
mur inuiti ad illicita. Aduerte tamē quod
mulier illa rogans filiæ ſalutē dixerit cau-
ſam, quia filia mea à dæmonio male vexa-
tur. Recte dicit: Male vexatur. Quando
enim bene vexat diabolus? aut quem non
male vexat? Certe ſi diaboli ſpectanda eſt
intentio, tunc omnes male vexat, hoc eſt,
ideo vexat, vt ad malum ducat eum quem
tentat. At laudanda eſt prouidentia diui-
na, tantoque magis laudanda, tanto ma-
gis prædicanda, tanto amanda feruētius,
quæ malum quod nobis aut à diabolo,
aut ab aliquo membrorum eius paratur,
ſemper, ſi volumus, præſto nobis eſt ver-
tere in bonum. Nonne omnes fatigauit
ſuis vexationibus ſanctos diabolus? Quid
autem obtinuit? Nihil profecto, niſi quod
glorioſiores, pulchriores, & rutilantio-
res fecit eos vt aurum. Fabricauit enim
eis coronas inuitus, quia Deus, quod ille
nitebatur eis inferre ad malum, vertit in
bonum Sancti martyres, virgines ſanctæ,
ſancti eremitæ, & monachi quantis ſunt
tentationibus à dæmone vexati? quibus
ſunt fatigati moleſtijs? quot denique per-
ſecutionibus & tormentis, vt in perfidi-
am, vt in peccata carnis, vt in mortem a-
nimæ præcipitarentur? Fecit quod potuit
dæmon machinās malum, quo abſtrahe-
ret eos à domino. Verum potuit eos ten-
tare, non potuit cogere. Potuit ſuadere, et
illicere, non potuit impellere. Potuit per-
ſequi & vexare, potuit corpori moleſti-
am, non potuit vim animo inferre. Male
igitur omnes ſua voluntate vexat, quot-
quot vt mali peioreſve reddantur, tentat.
Neſcit enim improbus & ſtolidus, quod
perſequendo vexandoq; ad regnū cœlo-
rum nos cōpellit. Nos igitur hac conſolatione
vten-

vtētes, benigniſſimi ſcilicet ſaluatoris noſtri bonitate, omnem calamitatem quam nobis infert ſiue homo ſiue diabolus, neq; de homine neq; de diabolo, ſed de manu omnipotentis Dei ſuſcipientes, eius amore, eius cōtemplatione id eligamus ſuſtinere, & ab omni iurgio abſtinere, aut murmure. Tunc enim omnia vertētur no
Roma.8 bis, vtpote diligentibus in bonum. Habemus autem in hoc Euangelio eruditionē, vt à domino aliquid obtinere volentes non ſtatim, niſi obtinuerimus, ab oratiōe deficiamus. Sed perſeuerandum in oratione. Deſideria enim dilata creſcunt: quæ ſi dilatione deficiunt, ſignum eſt quod nunquam vere deſideria fuerūt. Quapropter
Gregori. beatus Gregorius probe dicens: Nemo, inquit, quia tardius auditur, credat quod à ſuperna cura negligatur. Sæpe enim noſtra deſideria, quia celeriter fiunt non exaudiuntur, & quod impleri concite petimus, ex ipſa melius tarditate proſperatur. Nam & hic in hoc beneficio quod mulier illa Chananæa poſtulauit, quàm durum, quàm alienum, quàmq; inuitum ſe foris exhibuit dominus, tam clemens intus ad præſtandum fuit. Nam non ſolum ea quæ mulier petiuit tandem præſtitit, ſed fidem & patientiam eius quoque laudauit. Sit igitur in nobis humilitas, ſit deuotio, ſit fides, ſit deniq; longanimitas, vt pie perſeuranterq; petamus, quia Deo nunq̄ deerit largiendi liberaliſſima pietas, ſi in nobis inuenta fuerit vera in ſupplicādo humilitas. Quā nobis quoq; cōcedat qui in cœlis gloria & maieſtate plenus regnat. Amen.

DOMINICA III. QVADRAGESIMÆ EPIſTOLA BEATI PAULI APOſTOLI, AD EPHEſI. V.

Estote imitatores Dei ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemet ipſum pro nobis, oblationem et hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in uobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas quæ ad rem non pertinet: ſed magis gratiarū actio. Hoc enim ſcitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatē in regno Chriſti & Dei. Nemo uos ſeducat inanibus uerbis. Propter hæc enim uenit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, ut filij lucis ambulate. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia & ueritate,

PARAPHRASIS IN EANDEM EPIſTOLAM.

Ante hæc verba Paulus Epheſios fuerat hortatus, vt erga ſe mutuo benigni miſericordeſq; eſſent donantes offenſiōes inuicē, ſicut & Deus in Chriſto illis delicta donauerat, adijciens tandē quod hodie legit, quo quaſi verbo℞ priorum cauſam explicat. Eſtote, inquit, imitatores Dei, puta in miſericordia, in clementia, in iniuriarum dimiſſione, in dilectione deniq; & beneficentia inimicorum ſicut filij Dei chariſſim. Hæ enim virtutes filium efficiunt Dei. Quod ſaluator teſtatur nos admonēs, qn̄ dicit: Diligite inimicos Matt.5 Lucæ 6
vr̄os, benefacite his q oderūt vos, & orate ꝑ calūniantibus vobis, vt ſitis filij patris vr̄i q in cœlis eſt, qui ſolē ſuū oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Et ambulate in dilectione ad perfectiora progrediendo, quo ſitis per dilectionē idonei animam veſtrā pro fratribus veſtris ponere, ſicut & Chriſtus dilexit vos, qui ꝑ vobis aīam poſuit. Ad hunc igitur modū quo vos Chriſtus, puta, pu- Iohan.3

re, non

re,non dilectus,gratiſque amauit,diligite
vos quoque proximos veſtros.Ita(inquã)
diligite, ſicut & Chriſtus dilexit vos, &
tradidit ſemetipſum pro vobis oblationẽ
& hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis, &
Iſai.53 hoc quidem vltro fecit. Oblatus enim eſt
quia voluit, conſtituens ſeipſum oblatio-
nem pacificam inter Deũ & homines, &
hoſtiam pro peccatis noſtris Deo in odo-
rem ſuauitatis. Fuit em̃ hæc oblatio odo-
rifera,qua pater delectabatur in charitate
filij,pro multorum redemptione ſe immo
lari permittentis. Fornicatio autem & o-
mnis cuiuſcunque ſit ſpeciei,immundicia
et auaritia tam procul ſit à vobis,vt ne no
minetur quidem inter vos.Tantus namq;
vobis debet eſſe zelus ſanctimoniæ & ca-
ſtitatis,vt ne luxuria à vobis nominetur,
ſicut decet ſanctos: quorum nõ ſolum o-
pera ſed etiam mores, verba, cogitatio-
neſque caſtæ ſunt ac pudicæ: Non nomi-
netur,inquam,in vobis fornicatio,multo
minus in vobis ſit,pariq; execratiõe caue-
te ne ſit in vobis aut turpitudo, i. inuere-
cunda, inhoneſtaq; in tactibus amplexi-
bus,moribus oſculiſve oſtẽſio,vñ libido
ſuſpicari poſſit. Aut ſtultiloquiũ ineptia
ſcilicet verborum,nullam habens ſapiẽti-
am:aut ſcurrilitas,id eſt,facetiarum leuita
tumque ſermonum ad riſum prouocanti
um conſuetudo, quæ ad rem non perti-
net, quia nihil commodi aut vtilitatis in
ſe habet,ſed inanitas eſt ſola verborum.
Vides ne quanto zelo omnem Chriſtia-
num Paulus vult pudice, honeſte caſteq;
omnimodis viuere? Quid caſtius præcipi
poſſet monacho?Hæc tamẽ cuiuis ſcribit
Paulus Chriſtiano. Heu quanta hodie la
ſciuia,quanta loquendi petulantia iocan
dique libido,dum turpitudinum gloriati
onis, obſcœnarumque rerum hoſtiæ co-
ram virginibus & pudicis paſſim recen-
ſenter, nimiſque turpiter denudantur.
1.Cor.15 Putatiſne corrumpunt bonos mores col
loquia mala? Parcite quæſo ne venenum
ſpargatis ſumendum prolibus veſtris,aut
familiæ veſtræ,imo ne vlli hominum. Sed
in vobis ſit,audiaturque magis gratiarum
actio.Hoc enim ſcitote,intelligentes, qua
re à vobis tã aliena eſſe debeat fornicatio,
quod quicunq; fornicator aut immũdus
quouis alio ſcilicet luxuriæ genere ſe cõ-
maculans,aut auarus,quod, ſcilicet eſſe a-
uarum,eſt idolorum ſeruitus, Deo præfe
rens pecuniam,non habet hæreditatem in
regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat
inanibus verbis.Sunt qui dicũt: Si omnis
fornicator, immũdus aut auarus damna-
retur, pauci ſaluabunt̃.Nihil verius. Mul Mat.20
ti enim ſunt vocati,pauci vero electi.Alij
dicunt:Si mulieribus vti non licet, quare
illas Deus creauit?quare ſexum commixti
oni congruum creauit?Quare animã quo
q; embrioni ex fornicatione concepto in-
fundit? Sed nemo vos ſeducat inanibus
verbis. Propter hæc enim vltio Dei venit
in filios diffidentiæ. i.qui ſpem nullam ha
bent,reddente ſibi teſtimonium conſcien Roma.
tia quod operarij ſunt iniquitatis. Nolite
ergo effici participes eorum, nec cõforme Nume.
mini peccatis eorum, vt ſimilia eis agatis
aut loquamini.Eratis aliquando tenebrę,
quare hæc vt faceretis non erat mirũ: nũc
aũt cum ſitis lux,non ex vobis,ſed in dño,
nihil tenebroſum appareat in vobis, ſed
vt filij lucis ambulate. Fructus autem lu-
cis,quem lux diuinæ gratiæ quaſi fructũ
arbor generat,ſitus eſt in omni bonitate,
iuſtitia,& veritate.

EXEGESIS EVANGElij dominicæ III. Quadrageſimæ. Lucæ XI.

NON ABSQVE ratione inſtitutum eſt chariſſimi, vt hodie proponatur nobis Euangeliũ, quo diabolus ex homine refertur eiectus muto.Eſt enim nũc tempus pœnitẽtiæ omnibus Chriſtianis. Quod licet omni tempore hoc debeat eſſe vitæ noſtræ,vt nunq̃ de peccatis noſtris non pœnitentes debeamus inueniri: hoc tamen tẽpus quadrageſimale præcipue nobis mater ſancta eccleſia inſtituit,vt ſi alio tẽpore pœnitere neglexĭmus, debeamus nos vel nũc erigere contra diabolũ, & ieiunioꝝ,eleemoſynaꝝ,orationũ,caſtigationũq; corporaliũ armis muniti eidẽ abrenunciare,bellum ei indicere,vniuerſiſq; ſimul cum eo & peccatis & vitijs & concupiſcentijs nos opponere.Quod vt feliciter fiat, hodie nobis legitur Euangelium, quo docemur per confeſſionem eijcere à nobis dæmonium, armareque domum noſtram,ne ad nos redeat iterum,ſemel eiectus. Vera enim pœnitẽtia eſt nõ ſolum (Ambro.) delicta plangere, ſed etiam ea quæ plan-

guntur,

guntur aut plangenda ſunt, non iterare. Itaque Lucas hoc modo loquitur:

Erat Ieſus eijciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cũ eieciſſet dę monium, locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ.

Haudquaquam de dæmone eſt credendum, vt ipſum putes mutum, ſeu cæcum aut ſurdum. Neq; enim organa habet aut videndi, aut loquendi, ſed ita intellige, ꝙ hominem diabolus quem obſidebat, fecerit mutum, cæcum & ſurdum. Has enim tres calamitates (vt multorum habet opinio) & ex Matthæo clarum eſt de cæcitate fuerunt in eodem homine, præter hoc quod obſidebatur à dæmone. Quæ per dęmonis expulſionem à Chriſto omnes fuerunt ſanatæ. Nam cum eiectus fuiſſet per Chriſtum dæmon, homo miſer locutus eſt, audiuit & vidit, vt ſequitur: Et cum eieciſſet dæmonium, locutus eſt mutus: & & admiratæ ſunt turbæ de tanto miraculo, non orationibus impetrato, ſed ex poteſtate atq; imperatiue facto.

Matt. 12

Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia.

Hi multo aliter ſentiebãt à turba, quæ admirata eſt dans gloriam Deo: vt intelligas in magna multitudine raro fieri poſſe, vt omnes idem ſentiant, aut idipſum omnes probent. Sed quid dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Secundum Matthęum hi phariſęi fuerunt inuidia & liuore pleni, quia cum eſſent ambitioſi, auari, & gloriæ cupidi triſtabãtur ex honore et glorioſa fama Chriſti: quam calumniari ſuo more & peſſundare nitebantur, ideo vbicunque poterãt inique illi detrahebant, ſperantes ſibi tribui, quicquid Chriſto (vt omnium inuidorum mos eſt) detraherent. Huius enim miraculi gloriæ in hoc detrahere moliebantur, quod Chriſtum non ſua virtute feciſſe hoc ſignum dicebãt, nec cum turba ſimplici & nihil intelligente eſſe mirandum: quandoquidem in virtute Beelzebub, id eſt, principis dæmoniorum, cum quo pactum haberet, & quem haberet familiarẽ minoris virtutis dęmões eijceret. Itaq; poteſtatem in Chriſto diuinam principi tribuunt dæmoniorum, grauiter blaſphemantes. O liuor cæce & edax inuidia, quo miſerum quem obſides perducis? Bel idolum erat apud Babylõios primum, vnde omnis idololatria prodijt, quod apud Aegyptios dicebatur Beel. A Iudęis vero per contemptum Beelzebub, id eſt, deus muſcarum nominabatur, eo quod ſemper ibi eſſet multitudo & frequentia muſcarum. Quod vt clarius dicatur, ſciendum in Geneſi legi de Cham filio Noe poſt diluuium Chus generatum. Chus vero genuit Nemroth. De hoc ibi ſcribitur: Ipſe cœpit eſſe potens in terra, & erat robuſtus venator coram domino. Fuit autem principiũ regni eius Babylon, & Arach, & Achad, & Calamie Beroſus in terra Sennaar. Secũdum Beroſum antiquiſſimum hiſtoricum iſte Nemroth primus duxit colonias in terram Sennaar, vbi turris fuit Babylonis extructus. Idcirco vocatus eſt Saturnus puta Babylonicus, ſeu apud Babylonios. Ibi eñ deſignauit vrbem, & turrem Babel extruxit. Adduxit aũt filium ſuum Belũ, quem Iouem multi vocauerunt. Hunc Belum poſtea mortuum Babylonij numinis loco coluerunt. Itaq; Nemroth anno centeſimo triceſimo primo regnauit, à quo tẽpore illo exordium ſumpſit gens Babylonica. Quamobrem (vt dixi) vocatur Saturnus apud eoſdẽ, & regnauit quinquaginta ſex annis. Poſt quem huius filius Belus Iuppiter dictus, pacifice regnauit ſexaginta duobus annis, & fundamẽta erexit Babylonis, cui magis ſpeciem oppidi quàm vrbis dedit. Poſt hunc Ninus filius Beli regnauit quinquaginta duobus annis, qui à Moſe in Geneſi dictus eſt Aſſur, & ædificauit Niniue ciuitatem regni præcipuam Aſſyriorum. Hic Ninus primus omnium Belo patri ſuo, & matri Iunoni, & Rheæ auiæ ſuæ, quæ fuerat (vt legitur) ſoror quoque aui ſui Nemroth, ædificauit templũ, quod ſecundum catholicos doctores, & ſecundum Hebræos idololatriæ occaſionẽ, & initium dedit, accedentibus dæmonibus, & in ſtatuis effigiatis ac ſimulachris reſponſa dantibus. Iſte ergo Bel, Belus fuit pater Nini, cui ſimulachrum eſt erectũ, & inde in alias quoque nationes mos rituſq; illum colendi tranſlatus, licet aliter nominabatur iuxta linguam gentium aliarum. Vocabatur enim à Babylonijs Bel, ab alijs Beel, ab alijs Baalim, ab alijs Baal, à Iudæis deriſorie Beelzebub.

Ibidem

Dan. 14

Gene. 10

Ibidem.

Gene. 11

Gene. 10

Et alij tentantes ſignũ de cœlo q̃rebant

bant ab eo. Ipſe autem ut uidit cogitationes eorum, dixit:

Nonnulli tentãtes an diuina virtute eĳceret Chriſtus dæmonia, ſignum de cœlo quærebant ab eo, quaſi hæc ſigna hactenus quæ fecerat Ieſus, vilia æſtimantes atq; contemnentes. Quærebãt igitur portentum aliquod, cuiuſmodi tẽpore Ioſue
Ioſue 10 Exo. 7.8.9 10.11 in ſole, aut in decẽ plagis accidit Aegypti ſub Moſe. Hoc aũt intra ſe muſſitantes dicebant, propterea quod palã propter turbam, quæ hoc cẽſuiſſet irrationabile murmur, dicere nõ audebãt. Ieſus igitur cogitationibus eorũ reſpõdens, dum oſtendit illorum ſe cogitationes & ſecreta noſſe, ſatisfaciens illis in hoc euidens eis monſtrauit ſuæ diuinitatis ſignum. Ipſe autem vt vidit cogitationes eorum dixit, reſpondẽs nimirum ad cogitata eorum, & quatuor rationibus probans id quod cogitauerãt eſſe falſum. Prima eſt ratio.

Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & domus ſuper domum cadet. Si autem & ſatanas in ſeipſum diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnum eius? quia dicitis, in Beelzebub eĳcere me dæmonia?

Omne, inquit, regnum in ſeipſum, id eſt, contra ſeipſum diuiſum deſolabitur, et domus ſupra domum cadet. Si ergo ſatanas in ſeipſm diuiſus eſt, vt contra ſe, hoc eſt, ſibi cõtrarius, vt dæmon pugnet contra dæmonem, & alter alterum expellat, quomodo ſtabit regnum eius, quia dicitis in Beelzebub me eĳcere dæmonia? Vos, inquit, putatis in Beelzebub me eĳcere dæmonia. Hoc ſi verum eſſet, dæmon pugnaret contra dæmonem, eſſetque diſcordia, et pugna inter eos: qua fieret neceſſe eſt, vt regimen eorũ collaberetur & periret, cũ e diuerſo maxima ſit in eis cõcordia in malo, vnde regnum eorũ non deſolatur quãdiu mũdus ſtat, ſed tot ſeculis omnes nos concorditer impugnant. Eſt tamen hoc intelligendum de eiectiõe dæmonis ab anima. Inde enim ſolus eĳcit Deus, nec diabolus eĳcit inde diabolum vnq̃, quandoquidem diaboli in hoc obſtinate conſentiunt omnes, vt perdãt animas. Poſſet autem fieri, vt diabolus expelleret diabolũ de corpore, ad ſeductionem animarum intuentium, vbi hoc quaſi pro miraculo haberetur ad confirmationem errorum, aut illuſionem hominum credentiũ eum dare ſanitatem. Porro Chriſtus dæmonem expellebat ex animabus. Secundã rationem ita ſubiũgit, probans ſe non in Beelzebub eĳcere dæmonia, ex collatiõe exorciſtarum ſeu diſcipulorum ſuorũ ad ſe.

Si autẽ ego in Beelzebub eĳcio dæmonia, filĳ ueſtri in quo eĳciũt? Ideo ipſi iudices ueſtri erunt.

Si, inquit, in Beelzebub ego eĳcio dæmonia, filĳ veſtri qui ex gente ſunt veſtra geniti, tã diſcipuli mei, q̃ exorciſtæ veſtri in quo eĳciũt? Si illis nõ adſcribitis, quod in virtute dæmonis eĳciant dęmonia, quare me huius pfidiæ inſimulatis? Liquet ergo quo ſpiritu me ab illis diuiditis, vt q̃d in nemine non laudatis, in me calumniemini. Hoc autem facitis ꝙ inuidia vos turbet, qua gloriam non poteſtis videre meam. Ideo iudices veſtri erunt, nõ erit neceſſe vt ego vos iudicem. Ipſi erunt vobis iudices, hoc eſt, ex comparatione eorum res ipſa loquitur & iudicat vos: quoniã nõ minor eſt, q̃ illorum mea poteſtas. Poteſt etiam intelligi aliter. Multi fuerunt, qui in nomine Ieſu Chriſti eĳciebant dęmonia, Luc
vt habetur apud Lucã, de quodã quẽ apoſtoli viderant in nomine Chriſti dęmonia eĳcientem, nec tamẽ adhærebat Chriſto. Act
Apoſtolorũ pręterea Actus de quibuſdam referunt, qui in nomine Chriſti quẽ Paulus prædicat eiecerunt dæmonia. Apoſtoli deniq; in nomine Chriſti eĳciebant dæmonia. Obĳcit igitur ſcribis & phariſæis rationem hanc: Multi in nomine meo eĳciunt dæmonia (quod manifeſtum eſt in meis apoſtolis, in veſtris exorciſtis & magis veſtris (quorum nonnulli vt hoc facilius perficiant, meum inuocant nomen: ergo multomagis ego id mea poſſum virtute. Cirill
Quapropter Cirillus ſic infert: Quãdo alĳ in nomine meo ſatanam conterunt, quomodo non multam habet amentiam dicere me à Beelzebub habere virtutem?

Porro ſi in digito Dei eĳcio dęmonia, profecto peruenit in uos regnum Dei.

Quid ſit digitus Dei nõ eſt opus exponere, quando alius expoſuit Euangeliſta, ita hæc verba referens: Si ſpiritu Dei eĳcio Matt
dæmones, vnde patet hoc loco ſpiritũ ſanctum ſignificari, profecto peruenit in vos re-

re-

regnum Dei. Si hoc capere potueritis, me in ſpiritu Dei eijcere dæmones, capietis etiam in vos perueniſſe regnum Dei. Hactenus em̃ regnauit ille q vocatur princeps huius mundi. At me adueniente cum ille eijciatur foras, iam eius regnum ceſſat, in ſtituiturque dominium & regnum aliud, puta eccleſiæ, cuius ego ſum dñs dñator & princeps, recte peruenit in vos regnum Dei. Tertio hoc probat alio modo.

Iohan. 12

Cum fortis armatus cuſtodit atriũ ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet. Si autem fortior illo ſuperueniens uicerit eum, uniuerſa eius arma auferet in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet.

Fortis ille eſt diabolus, cui non eſt poteſtas quę cõparari poſſit ſuper terram, intellige ſi vti permitteretur. Armatus eſt etiam aſtutia dolo & nequitia. Atrium diaboli hic mundus eſt, quem cuſtodit nõ vt canis, ſed vt lupus prædam, aut leo quærens quẽ deuoret. In pace ſunt omnia quę poſſidet, in pace licet falſa ſunt quæ poſſidet. Neq; enim pax eſt impijs dicit dñs, in pace tamen ſunt. i. ſine contradictione dominatur ipſe hominibus. Si aũt fortior illo ſuperueniens vicerit illum propria virtute, q̃d ego facio, vniuerſa eius arma auferet, in quibus cõfidebat. i. tentationes, fallacias, dolos, ſimulatiões q; quibus vniuerſum fallit mũdum, denudabit, cõpeſcet, atque gratia ſuæ inſpiratiõis, virtuteq; diuina ſuos confortabit electos, vt illum vincant. Quapptere diſcipulis ſuis dixit Chriſtus: Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem poteſtatem inimici. Et in Pſalmo, Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & dracon ẽ. Et ſpolia eius diſtribuet. Spolia diaboli hauddubium ſunt, hi quos ſeduxit, quos cepit & ſibi ſubiugauit. Hos enim Chriſtus deceptos illuminauit, captos redemit, abductos ſuo patri reſtituit, priuatos hęreditate cœleſti, itez redonauit. Siquidem captiuam ducens captiuitatem dedit dona hominibus, Hęc igitur inde colligitur ratio, Qui eijcit, fortior eſt q̃ qui eijcitur. Cũ ergo ego illum eijcio, eo ſum fortior: nec illum ipſius, ſed mea poteſtate eijcio. Hactenus em̃ vt tyrãnus fortiter armatus cuſtodiuit atrium ſuum, & in pace, hoc eſt, ſine contradictione regnauit, agens quæ voluit (quod palã eſt in hoc miſero cæco & ſurdo per me curato) Veꝝ ego adueniens illum expugno, & ſpolia eius diſtribuo. Quare perſpicuo liquet me in illius virtute nihil agere, nullam cũ eo mihi concordiã, & ſocietatem eſſe, nec me quicquam cum eo, ſed aduerſus eum agere.

Iob 41
1. Petri 5
Iſaiæ 48
Lucæ 10
Pſalm. 90
Pſalm. 67

Qui non eſt mecum, cõtra me eſt, & qui non colligit mecũ, diſpergit.

Alio iterum modo probat in Beelzebub non eijcere ſe dæmonia. Contraria vtriuſq; ſunt ſtudia et exercitia. Colligere enim & diſpergere quomodo ſimul ſtare non poſſunt, ita Chriſto cum diabolo nil cõuenire poteſt. Ideo dicit dominus: Qui non eſt mecum, qui mihi non conſentit aut cooperatur, aduerſus me eſt, id eſt, cõtrarius mihi, puta contraria mihi opera agens, & qui nõ colligit mecum, ſcilicet ad deum homines trahens, docẽdo, orando, & exemplum bonæ vitæ monſtrando, diſpergit, hoc eſt, à Deo auertit fallendo, ſeducẽdoq; homines, & eos erroribus atq; peccatis implicãdo. Vnde colligitur quarta ratio: Quorum contraria ſunt ſtudia, non poſſunt conuenire in vno, aut ſe mutuo iuuare. Sed mihi & diabolo contraria ſunt ſtudia & actiones, (ego enim colligo animas ad Deum, ipſe vero à Deo diſpergit) ergo non conuenimus in opere vno. Quare falſum eſt quoq; me virtute illius vti, & ſimul eijcere nos dæmonia. Confutata his rationibus phariſæorum blaſphemia, ſermonẽ cõuertit ad inſtructionem, exhortationemq; eius quẽ curauerat, admonẽs illum ne denuo peccaret, grauius propterea quã ante periclitaturus, dicens:

Cum immundus ſpiritus exierit de homine, perãbulat per loca inaquoſa quærens requiem. Et non inueniens, dicit: Reuertar in domum meã unde exiui. Et cum uenerit, inuenit eam ſcopis mundatam. Tunc uadit et aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Et fiũt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.

Cum, inquit, immũdus ſpiritus exierit de homine per contritionem & confeſſionem expulſus, ambulat per loca inaquoſa

& arida, hoc eſt, homines deuotos, & ſanctos viſitat, in quibus huius mundi viror aruit, carniſq; petulantia per mortificationem exiccata eſt, quos nihil in mundo delectat, nihil huius mundi in eis viuit; in quibus mundus aruit, qui nō corpore tantum ſunt ſequeſtrati ab hominibus, et animo peruagantur vniuerſum mundū. Itaque per hos tranſit diabolus, hoc eſt, hos viſitat, ſed requiem non inuenit. Neq; eñ quæ grata ſunt ſibi, ſed quæ odit apud illos inuenit, ideo ſequitur: Et requiem nō inueniens, dicit: Reuertar in domum meā priorem vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam ſcopis mundatam & ornatā. Scopis mundatam, hoc eſt, inuenit hominem per confeſſionem à peccatis euacuatū, ſed vacuum & otioſum à virtutibus, & operi-
Iob 14 bus bonis. Homo autem non poteſt diu eſſe aut manere in eodem ſtatu. Niſi enim proficiat, deficit. Si bona nō operatur, implicatur vitijs. Inuenit etiam ornatam domum, ſcilicet in ſuperficie, & foris decoratam, vt ſunt ſpecies virtutum, ceremoniæ, & vſitatæ conſuetudines bonæ. Et tūc vadit, videns ſibi patere locum, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, vitia ſcilicet ſeptem capitalia, aut etiam vitiorum horū oppoſitas virtutes ſimulatas per hypocriſim, quæ nequiores ſunt vitijs ipſis capitalibus propter ſimulationem. Et ingreſſi habitant ibi, tuncq; diabolus caſtrū ſuum recuperat. Et erunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Vulnera namque iterata aut renouata dolore grauiori recrudeſcunt, difficiliuſq; ſanātur & poſt acceptā gratiam ingratitudo eſt maior.

Factum eſt autem cū hæc diceret, extollens uocem quædam mulier de turba dixit: Beatus uenter qui te portauit, & hubera quę ſuxiſti. At ille dixit: Quinimo. Beati qui audiunt uerbum Dei, & cuſtodiunt illud.

Hanc Martellam Marthæ famulam fuiſſe multi autumant, quæ gratulans Chriſto diuina ſapientia pleno, ꝙ confutare potuit phariſæorum inuidioſam maledicentiam, non hic tantum, ſed alibi quoq; Chriſto detrahentium. (Neq; enim ſe continere poterat, quin muliebri verecundia poſthabita, timorem vinceret) atq; coram omni populo in medium prorumpens in Chriſti laudes exclamaret: Beatus venter qui te portauit. Tanta eſt, inquit, laus tua & excellentia, quam nemo vnq̄ potuerit effari, vt beatus ſit etiam venter ille virgineus, beata ſint hubera quę ex cōtactu tui ſanctiſſimi corporis ſupra omnem modū & captum humanū ſacrata ſunt. Sed Chriſtus hoc præconium ita confirmat mulieris huius, vt nos quoque conſoletur, quorum nulli ad hanc dignitatem aſpirare licet (puta eſſe matrem Dei) ad quam beatiſſima virgo Maria ſola electa dignaq; conſtituta dicens: Quinimo, hoc eſt, ita eſt, vt loqueris. Non tamē hoc ſolum ita eſt, verumetiam. Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Beatam non abnuo eam quę me portauit in ſuo corpore, cuius quoq; ſuxi hubera, ſed non minus beata eſt, propterea quod me portauit in mēte. Nec ipſa ſola eſt beata, ſed beati ſunt etiam omnes qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud, vt ſcilicet memores ſint Pſal. mandatoꝝ ipſius ad faciendum ea. Quod nobis largiatur Ieſus Chriſtus dominus noſter inæternum benedictus, Amen.

SERMO IN EADEM dominica. Quomodo confeſſionem impediat diabolus, & q̄ uaria ſint mutorum genera.

ERat Ieſus ejciens dæmoniū, & illud erat mutum. Et cum eieciſſet dæmonium, locutus eſt mutus. Lucæ XI. Multos hodie habemus in eccleſia mutos, quibus vtinā adueniret Ieſus, qui ora illis reſeraret, & expulſo dæmone vocem redderet. Sunt enim quidam, qui non poſſunt eloqui in confeſſione ſua peccata. Quos nimirum multifariam præpedit diabolus, ne de ſeipſis ea quæ fecerunt loqui poſſint in confeſſione ſacramentali peccata. Multi, inquam, ſunt qui ſua nequeunt confiteri vbi debent peccata, et vbi eadem per confeſſionem delerentur. Quorum tamen nonnulli adeo ſunt inuerecūdi, adeo inhoneſti quoque, vt in aliorum ſui generis hominum, puta impudicorū, leuium ac inhoneſtorum hominum pręſentia nō pudeat eos de ſeipſis ſua facinora referre, de fraudibus ſuis gloriari, iactare ſe de felicitate ſcelerum ſuorum. Itaq; vbi diabolo confitentur, ibi non timent ſua peccata contagioſa narrare ad infectionem innocentium animarum, quo non ſolū exemplo,

emplo, verumetiam verbo bonos ſcandalizent, & quantum in ſe eſt corrumpant: & ideo quia cum patre ſuo diabolo eadē Iohan. 8 faciunt opera, eundem quoque referent fructum, hauddubium eandem cum illo mercedem quoq; tandem recepturi. Hos autem (vt dixi) facit diabolus, ad confeſſionem venientes ſacramentalem, vbi à peccatis exui, Deoque deberent reconciliari, mutos. Siquidem ibi diabolus eorum ſtrangulat collum, & ora ne loquantur, & ne ipſe eos ſuos amittere cogatur captiuos. Quæris fortaſſe, quomodo diabolus impedit confeſſionem, & quære de ſecunda quæſtione, quare ſcilicet impediat, cito reſponderi poteſt: Quia per confeſſionem veram peccatorum animam peccatricem, quam iure poſſidebat, vtpote, quæ ſua ſpte voluntate illi ſeſe ſubdiderat, ſcit ſe amittere per confeſſionem, ideo inde eam quibus poteſt modis retrahit. Deinde eos quos ſcrupulis inutilibus, quos timore, puſillanimitate atq; dubiorum ambiguitate interturbat, & deuotionis in eis ſpiritum per huiuſmodi extinguit, ſcit in confeſſione informari, dirigi, atque retia ſua euadere. Cui rei inuidet potiſſimum. Sola enim obſcuritate gaudet, in tenebris, & nunquam in luce ambulans. Quia vero in confeſſione ſoluitur obſcuritas, lux ſuper nos ſuperna choruſcat, & ex filijs diaboli filij efficimur Dei: ideo diabolus quātis poteſt viribus, impedire nititur confeſſionē. Quam ſi impedierit, certus eſt ſe dominū illius peccatoris manſurum, ipſumque, quantiſper ita perſeuerauerit, Deo non reconciliandum. Tertio, quoniam confeſſio ſancta, non ſolum ſpiritualiter exonerat à peccatis, ſed etiam conſcientiam facit ſerenam, triſtitiam pellit, deſperationem propulſat, atque preſſuram cordis omnē, quę propter peccata non confeſſa, & propter irreconciliationem diuinam hominē torquet, tollit. Idcirco hoc ſciens diabolus hoſtis alacritatis ſpiritus & bonæ conſcientiæ, impedire nititur ne cōfeſſio fiat peccatorum, interim enim ab eo tenetur peccator. In confeſſione autem peccatorum vbi exhilaratur conſcientia, gaudetque in Deo, confutatur diabolus cū ſuis cōſilijs, propterea quod videre non potes, vt bona ac alacris conſcientia gaudeat in Deo, ſua vt ſentiat de Deo in bonitate, & in ſimplicitate cordis confidat illi. Generat em̄ vera peccatorum confeſſio, exonerationē peccatorum releuationem conſcientiæ, et ſpiritus deuotioniſq; alacritatē tantam, vt homo (quod multis quotidie fit compertum) ſibi videatur, qui rectæ confeſſionis ſibi conſcius eſt, à grandis cuiuſpiam ſilicis pondere, quod à corde ſit remotum, liberatus. Hæc igitur (ne prolixus ſim) & alia item multa, quæ ſacramentum cōfeſſionis commonſtrant vtiliſſimum, nec aliter quàm ſecundum baptiſma, tabulamq; poſt naufragium peccatoribus ad euadendum inſtitutam, ſunt, cur adeo exoſam habeat confeſſionem diabolus, & quare eā diſſuadeat, ab ea retrahat eandemq; impediat. Cæterum, quomodo quibuſve perſuaſionibus eandem impediat, dicendum eſt. Primo enim obſtruit os diabolus confeſſionem facturi pudore: excitans in corde hominis timorem, ſuſpitiones, erubeſcentias, phātaſiaſq; multas alias, vt inducat eum ad ſilentium peccati, faciatq; mutum. Pudor autem hic oritur ex ſuperbia, qua vult videri ac æſtimari, quod non eſt, nec ab hominibus propter Deum, & vbi debet, agnoſci vult quod eſt. Veruntamen de peccato quidem eſt verecūdia habenda, ſed de confeſſione peccati haudquaquam eſt erubeſcendum. Neque enim ignominiæ eſt pœnitere, ſed gloriæ. Per pœnitentiam namq; homo ſe iterum honeſtat. Gratiam enim Dei recuperat, Deū reconciliat, famam ſibi reſtituit, diaboli abijcit iugum, conſcientiam ſerenat & pacat, ex peccatore facit iuſtum, & ex ſeruo diaboli, Dei filium. Non igitur ex pudore eſt relinquenda confeſſio, vbi fructus tam multiplex obtinetur, vbi dæmonium à te eijcitur, vbi animæ tuæ ſanitas reſtituitur. Peccare eſt ignominioſum, pœnitere de peccato eſt honorificum. Quando peccare decreuiſti, pudor te retrahere debuiſſet. Modo vero quod te dehoneſtat abijcere times? Non omnis pudor ignominiam adducit, quia ſicut ſcriptum eſt: Eſt Eccli. 4 confuſio adducens gloriam. Nonne igitur inſania eſt timere te mundari, timere ablui, qui non timuiſti inquinari? An immundum eſſe non pudet, & pudet mundari? Et quid times? Num te deridebit ſacerdos? Num odiet? Num deſpiciet? Minime. Quando enim te derideret, qui tibi cōgemiſcit? Imo quanto purius nudiuſque eidem fueris confeſſus, tanto eum facis de te ſentire meliora. Inde enim cognoſcit tuam ſynceritatem, & veram pœniten

 tiam

tiam,quam non poteſt nõ venerari. Quãto ei igitur in ardua re te illi credideris, eo magis te diligit,qui te illi ad obediendum ſubijcis,eius conſilijs acquieſcis,ei ſecreta tua nude reuelas,te eius diſcipulum ac filium conſtituis,maxime omnium illi cõfidis, quomodo te contemneret, aut non amaret? Diabolica ſunt hæc ſuſurria,timorem inanem habentia, quæ pudorem obſtinatum, timoremque ac puſillanimitatem confitendi tibi inducunt. Eijce tu igitur diabolũ hũc mutũ abs te, pedibus calca baſiliſcum & ſerpentem, & euome virus abs te. Sed nimis eſt, inquis, peccatũ meum probroſum, ideo non reuelandũ. Quæ cõſolatio tibi eſt, ſi hominem tuum peccatum lateat,quando hoc Deo cognitum & nudum eſt? An ignoras peccatum non confeſſum,coram Deo continuo ſtare,& te accuſare clamans, & tibi poſtulãs vindictam? Quid quod peccatum tuum, non confeſſum vniuerſo manifeſtabitur orbi? Quid quod ignominia grauiſſima tunc,puta in iudicio extremo,corã omnibus ibi præſentibus affectus in omnium venies execrationem? Modo igitur timore quocunque depulſo confortare, ſtatuens oĩa peccata tua ſacerdoti confiteri, & pacificam hilaremque mentem tibi reducere. Dic: Vade ſatana. Ego vtriuſque odio motus, & te & me confundam. Omnes enim technas & fraudes tuas, oẽs abominationes meas in tui meique contemptum, & ad Chriſti honorem ſacerdoti explicabo. Accedit his alia ratio,quare confiteri non erubeſcas. Siquidem curari nunquã potes à peccato,à preſſura cordis (quandiu ſub mala conſcientia viuis) niſi confitearis. Propterea quod faciendum aliquando eſt,ſi in peccatis tuis non vis mori damnarique,modo fac. Secundo obſtruit os diabolus, mutumque facit cõfiteri volentem ſpe longioris vitę. Verum non te fallat hæc ſpes, vt ſemper differas confiteri,de craſtino in aliud cras, quia de vita tua nihil eſt in poteſtate tua, nihil in ſciẽtia tua,nihil in opiniõe tua. Dic. Quot tui ſimiles inopinate vides quotidie in peccatis mori? quot vides inter ſacramentorum perceptionem non compunctos ac deſperantes animam efflare? quot obſtinatos denique,cernis ne in fine quidem (terribili eos vindicante iuſtitia diuina) & inter vitæ extrema velle confiteri? Hoc ipſum tibi quoque metue,ſi dum ſanus es, & peccare potes, confiteri differs eueuturum. Iam igitur virus euome totum in confeſſione,& ſanare. Tertio obſtruit os peccatoris diabolus ſatisfactionis timore. Habet enim cõfitens fortaſſe aut res alienas, aut bona iniuſta,quæ nõ vult reſtituere. Quare ſciens reſtitutionem ſibi mandandam, non vult confiteri. Pari modo eſt de reſtitutione famæ, quæ ablata eſt, quæ tamen niſi reſtituatur, & læſo ſatisfiat, fruſtra fit confeſſio. Quarto impedit aut ſuffocat diabolus confeſſionem timore recidiuandi. Nam ſæpius iterata conſuetudo, experta infirmitas peccatique delectatio rememorata à diabolo obijciuntur,et timorem incutiunt,quod ſe cõtinere nõ poſſit, quod fruſtra propterea confiteatur,quod gratis denique ſe confundat: quandoquidem nihil poſſit emendare, & hoc modo homo peccator ſuper ſeipſo fundamentum ſibi locans ruinoſum,dum ſibijpſi non audet confidere, quem fortem, conſtantemque nunquam eſt expertus, & in Deo non didicit ſperare, non audet propoſitum certamen, & conflictũ pro continentia à peccato, aut pro melioris vitæ ſanctimonia aſſumere. Quare etiã ſuperfluum arbitratur confiteri,propterea quod ſpes vitę correctioris poſt confeſſionem ei ſit nulla. Cæterum erras fili, qui ſic cogitas. Nam etſi hactenus ſemper in priora recideris peccata, hoc tamen tibi fortaſſe accidit ideo,quod tuis& viribus & armis tantum pugnaueris,Deum non inuocans. Quam obrem nunquam viciſti. Verum nunc de teipſo quidem liceat tibi deſperare. Nihilominus tamen conſtans ſit voluntas deſerendi peccatum, & ſancte viuendi fixum maneat propoſitum, quod fundetur,confirmeturque in ſpe diuinæ bonitatis,in adiutorio altiſſimi, in protectioneque Dei cœli,cuius virtutis inuocatione ibis ad pugnam. Satage igitur vt in te non deficiat bona voluntas,vt oratio ad Deum in pugna non quieſcat, & aderit tibi diuinum ne à diabolo vincaris auxilium. Vade igitur confitere humiliter,& ſi timeas recidere in peccata, ſaltem iam non intendas aliquãdo ad peccatum redire. Sit modo propoſitum tuũ nullo pacto conſentire poſthac peccato. Timor ille nihil tibi nocebit. Confitere & per humilem verecundamq; confeſſionem diabolo ſæua infliges vulnera, infirmabitur vehemẽter virtus eius omnis,quam hactenus in te exercuit. Præua-

Matt. 4

Pſalm.

Pſal.12 ualebis aduerſus eum, ſi tamen vere ab eo receſſeris, illumq́; contempſeris. Sæuiet in te fortaſſe frequentiore inſultu, & tentandi magis aſſidua importunitate, ſed non maiori virtute te fatigabit. Tu interim p auxilio clamare in cœlum non deſine. Aſſidua ſurgit tentatio, & tu aſſidue quoq; Pſal.26 orationi oppone. Nõ deerit tibi Deus, ſi tibiipſi tu non defueris. Dominus eñ protector vitæ tuæ, à quo trepidabis? Ibidem. Dic: Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meũ. Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo. Sunt alij muti quos diabolus quoq; elingues facit. Qui vt ſtipites ſeu vt ſtatuæ ſtant in tẽplo muti à laude diuina, ab oratione, & à verbo Dei. Templum viſitant magis ad vitandum opprobrium hominum, ne cæteris ſint hominibus diſſimiles. Aut vbi ſunt in locis ſacris, quantum ſunt ad orãdum, ad gratias agendas, ad laudandum Deũ quoque elingues, tantum ad prophana, mundana, ac noxia colloquia ſunt alacres, Deo Eſai.50 muti, diabolo eloquentes. Sunt tertij muti, q proximũ videntes hallucinãtem, qui delinquentem aut labentẽ, nec tamen verbo ſuſtinent exhortationis, nõ admonẽt, non perſuadent ad meliora. In hoc quoque genere ſunt qui contriſtatum animo q́; deiectum proximum non conſolãtur, confortant, fraternæ charitatis compaſſi- Iacobi 2 oniſque humanæ immemores. His iudicium ſine miſericordia erit, quia non fecerunt miſericordiam. Quarti ſunt muti qui dãnabiliter tacent, vbi in conſilijs, & in iudicijs pro veritate, & iuſtitia, aut contra iniquitatem, aut contra proximorum, pauperꝝ ac viduaꝝ oppreſſionem loqui de- Eſaiæ 30 bent. Diſſimulant eñ & tacẽt, neminẽ volentes offendere, placẽtia tantum loquentes, ne gratiam, fauorem, beneficiumve cuiuſpiam amittant. Quibus non minus in- Eccli 7 ſenſati ſunt q huiuſmodi ſibi aſciſcunt cõſiliarios, doctores, & iudices, qui vi non poſſunt irrumpere iniquitatem. Adeo cæcus autem hodie eſt mũdus, vt doctores, magiſtroſq́; ſibi aſciſcat pruriẽtes auribus, 2.Tim.4 quibus curant ante legem præſcribere qd ſibi velint prædicari, quid taceri debeant. Suis deniq; magiſtris præſcribũt, quid iubere, quidve prohibere debeant, vt lex nõ apud doctorem ſit, ſed pro arbitrio plebis ordinetur, ſeſe in hoc ſapientiorẽ ſuis doctoribus conſtituẽtis. Hoc maxime fit hodie in Lutheranis ciuitatibus, in qbus magiſtratus, & principes in ſuis terris ſibi prędicatores conſtituunt, quibus nihil docere liceat, nihil prædicare, niſi quod velint illi. Sunt igitur cum ſuis dominis & patronis & cęci et muti omnes, quibus nulla eſt cura quid fieri oporteat, nec quid credi, quidve ſentiri, ſed quęrunt vt hoc tantum quod volunt ipſi doceatur, ſentiatur, credaturq́;. Non eñ ſcripturas propterea vt veritatem inueniant ſcrutantur, ſed hoc q̃runt in ſcriptura, vt inueniant quo patrocinari ſuis poſſint erroribus, & quo, ſaltem fuco quodam, tueri aut excuſare poſſint ſuas calumnias, ſuas impietates, ſuas in eccleſiam rebelliões, ſuoſq́; contẽptus, q̃ eccleſiã eiuſq́; ritus, ordinatiões & inſtituta licet vetuſtiſſima adeo temerãt, adeo ſpernũt, adeoque exibilant, vt ferme oẽs ritus veteres, conſuetudineſq́; eccleſiaſticas explodant, mutent, abrogẽt, ſuaq́; imo cuiuſdã neſcio peſſimi dæmonis, inſtituta & ordinationes effictas in locum eorundem ſupponant. Cuius tamẽ aliã non habent rationem, q̃ ſuam impijſſimã ſuperbiſſimamq́; temeritatẽ, puta ne quicquam non reiectum ſpretumq́; apud illos maneat eccleſiaſticum, apoſtolicum, aut orthodoxum, quod vetuſtatem canonicam redoleat. Dñs noſter Ieſus Chriſtus nobis in laudem ſuam & gloriam largiatur, vt proni continuiq́; ſimus in oratione feruẽtes, in eius laudibus aſſidui, & in peccatorum noſtrorum confeſſione humiles, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

DOMINICA IIII. QVADRAGESIMÆ epiſtola beati Pauli apoſtoli, ad Gala. IIII.

SCriptum eſt: Quoniam Abrahã duos filios habuit, unũ de ancilla, & unũ de libera. Sed qui de ancilla, ſecundum carnẽ natus eſt: qui aũt de libera, per repromiſſionẽ, quæ ſunt per allegoriam dicta. Hæc enim ſunt duo teſtamenta: unum quidẽ in monte Syna, in ſeruitutem generans, quæ eſt Agar. Syna enim mons eſt in Arabia, qui coniun-

ctus eſt ei quæ nunc eſt Ieruſalem, & ſeruit cum filijs ſuis. Illa autẽ quæ ſur
Iſaiæ 54 ſum eſt Ieruſalem libera eſt, quæ eſt mater noſtra, ſicut ſcriptum eſt: Lętare ſterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis: quia multi filij deſertæ, magis quam eius quæ habet uirum. Nos autem fratres ſecundum Iſaac promiſſionis filij ſumus. Sed quomodo tunc is qui ſecundum carnem
Gene.21 natus fuerat, perſequebatur eum qui ſecũdum ſpiritum, ita & nũc. Sed quid dicit ſcriptura? Eijce ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque fratres non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberauit.

PARAPHRASIS IN EANdem epiſtolam.

NOn incongrua hac lectione hodie vtitur eccleſia. Siquidẽ pœnitentes conſolari volẽs, mœſtos atque pœnitentię operibus afflictos, dũ alia ſpiritui iucunda multa diuino admiſcet officio, hac epiſtola quoq; ſuos nititur filios cõſolari, quod à ſeruitute peccati & legis ad libertatem filiorum adoptiõis ſunt trãſlati. Galathis nãq; ſcribens Apoſtolus legem Moſaicã exiſtimantibus Chriſtiano cuiuis obſeruari neceſſariam, eos inſipientiæ coarguit, abſtruens Chriſtianos ad obſeruantiã legis Moſaicę, quatenus ceremonialia iudicialiave attinet minime obligari. Itaq; ait: Scriptum eſt in Geneſi: Abraham duos habuiſſe filios: Vnum de ancil-
Gene.16 la Agar, quę ſuperioribus annis fuerat Abrahæ & Sarę vxoris Abrahę ancilla. Hãc enim Sara, videns ſe ſterilem dederat marito, vt vel per illam ſemen reciperet ex marito. Quam tamen abſq; dubio anteq̃ cognouit Abraham, duxit ante in vxorem. Natus itaq; eſt ex ancilla Agar Abrahæ fi-
Gene.21 lius Iſmael. Deinde cum reſpexiſſet quoq; Saram dñs ſterilitate ablata, ipſa eadem libera ac domina Abrahæ peperit filium I-
Gene.17 ſaac. Porro qui de ancilla natus eſt ſecundum carnem, id eſt, naturali fœcunditate
Gene.16 matris eſt natus. Quippe cum Agar eſſet iuuenis, de ſene potuit concipere. Qui ve-
Gene.21 ro de libera, id eſt, de Sara natus eſt, per repromiſſionẽ natus eſt. Sara enim erat natura ſterilis, & modo nihilo ſecius naturali ex ſenio iam infœcunda, vnde duo habuit pariendi impedimenta. Veruntamen quod natura nõn potuit, repromiſſio fœ-
Gene.17 cundauit. Neque enim ideo ex Sara natus eſt Iſaac, quia raro potuit, ſed quia Deus repromiſit. Ergo natus eſt ex libera Iſaac per repromiſſionem. Quæ per allegoriam & myſticam ſignificationẽ dicta duo nobis indicant teſtamenta. Nam vnus pater Abraham Deus intelligitur. Duo filij, duo populi Iudæorum & Chriſtianorum. Duo matres, duo teſtamenta, quarum alterum, puta vetus in monte Synã datum per Moſen, & in Agar ancilla ſignificatum, filios generat ſeruitutis, quia lex Moſaica timore compellit homines duræ ceruicis Iudæos, eos Dei ſubijciens ſeruituti. Ne autem perperam alicui videatur, per Agar teſtamentum vetus ſignificatum dicere, addendum Synam ſeu Synai montem eſſe magnum in finibus Arabiæ, conterminum Iudææ, in quo monte cum terrore fumo & ſonitu buccinæ data eſt lex, cui coniuncta eſt loci vicinitate, aut ſaltem allegoria Ieruſalem terrena quæ nunc eſt, hoc eſt, ſynagoga quę ſeruit cum filijs ſuis, onus ferens legalium præceptorũ. Vtrobiq; igitur ſeruitus illa probatur legis. Nam in mõte Syna Iudæis impoſita eſt lex, in Ieruſalem vero terrena eadem obſeruatur & viget. Ieruſalem enĩ terrena, id eſt, ſynagoga Iudæorum vſque in præſens ſeruit ſub iugo legis, quia noluit libertatem filiorum, quã nobis Chriſtus attulit ſuſcipere. Illa aũt quæ ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt, cum Sara quidem ancilla affinitatẽ habens, eſt mater noſtra. Vult itaq; Paulus duas eſſe Ieruſalẽ, quõ duo ſunt teſtamenta: nempe Ieruſalẽ terrenam, quã nemo non nouit olim inhabitatam à Iudæis, legẽq; ibi Moſaicã viguiſſe, & Ieruſalẽ ſupernã q̃ à ſeruitute legis libera eſt, et eſt mater nr̃a. Vocat aũt Ieruſalem ſuperna, aut q̃ ſurſum eſt, q̃a eccleſia licet in

Exod. (right margin, beside "Synai montem")

in terris adhuc militet, ſurſum tamen eſſe dicitur, quia per cõtemplationẽ, per ſpem & charitatem, per conuerſationem quoq; ad Deũ erigitur. Hæc itaq; Ieruſalem, quæ à ſeruitute peccati libera eſt, puta eccleſia ſponte Deo per charitatem ſeruiens, atq; Eſaiæ 54 eidem placere cupiẽs, eſt mater noſtra. Scriptum eſt enim in Iſaia propheta: Lætare eccleſia poſt Chriſtum futura, nunc quidem vt Sara erat ſterilis, quæ tempore prophetarum modo non paris filios in fide. Erumpe præ gaudio, & clama vt prædicatio tua audiatur vſq; ad fines terræ, qa plures ſunt tui filij, puta eccleſiæ modo deſertæ ex gentibus potiſſimum colligendi, q̃ eius quæ habet vir̃, id eſt, ſynagogæ, quæ tempore veteris teſtamenti ſponſum habuit Deum. Hæc itaq; ſynagoga tunc filios generabat in ſeruitutem legis, in Agar figurata. Verum nos non ſecundum carnem, ſed ſecundum ꝓmiſſionem Abrahæ ſumus filij ex Sara geniti, habentes typum & figuram in Iſaac, iuxta quem filij vocamur promiſſionis. Sed quomodo tunc tẽ- Gene. 21 pore ſcilicet Abrahæ, is qui ſecundum carnem fuerat natus, puta Iſmael perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum & per repromiſſionem erat natus puta Iſaac, ita & nunc quoq; contingit, vt Iudæi ac pſeudo apoſtoli perſequantur eccleſiam ad ſeducendos Chriſtianos, atq; à libertate gratię Ibidem. Dei ad ſeruitutem legis retrahere moliuntur. Sed quid dicit ſcriptura? Eijce ancillã & filium eius. Non enim hæres filius ancillæ cum filio erit liberæ. Nõ recipiet hæreditatem Iſmael cum Iſaac. Quo ſynagoga relinquenda, vel olim figurabatur. Itaque fratres non ſumus nos ancillæ, id eſt, ſynagogæ, aut legalis obſeruantiæ filij, ſed liberæ, hoc eſt, militantis eccleſiæ. Qua libertate Chriſtus nos liberauit. Ex ipſo enim ſolo non tam libertatem habemus, quàm etiam ſalutem.

EXEGESIS EVANGElij dominicæ IIII. Quadrageſimæ, Iohan. VI.

EXPEDIEBAT in medio huius quadrageſimæ, in qua ſe affligunt pœnitentes orationibus, ieiunijs vigilijs, reliquiſq; caſtigationibus carnis, eos qui deuote pœnitentiam obſeruant, ſpirituali cõſolatione ad perſeuerantiam roborari. Idcirco mater eccleſia non otioſe hilaritatem hodie oſtendit, lætitiæ ſibi vſurpans verba, inter canendum officium diuinum. Nam in introitu miſſæ ad lætãdum excitat nos ſpiritualiter. Deinde legit Euangeliũ de quinque panum miraculo, quibus aliquot hominum milia ſunt refecti. Quo ſubindicaret nobis multo eſſe pijſſimum dominum proniorem ad animarũ quàm corporum refectionem, inuitaretque nos ad deſiderium, ad ſpem, expectationemque cœleſtis gratiæ, qua refecti confortemur ad maiorem extẽdere nos perfectionem. Dicit itaq; Euangeliſta.

Abijt Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tiberiadis: & ſequebatur eum multitudo magna.

Abijſſe Ieſus dicitur trans mare Galilææ, quia abijt à Iudæa, in qua eſt Ieruſalẽ, Iohan. 5 vbi iuxta probaticã piſcinam ſabbato languidum quendam curauerat. Quod cum Iudæi calumniarentur ipſum propterea perſequentes, ceſſit Ieſus eorum furori, & abijt trans mare, id eſt, magnum quẽdam lacum Galilææ: quod mare eſt Tiberiadis à ciuitate Tiberias in littore, ad honorem Tiberij Cæſaris ædificata, ſic appellatum. Fuit autem tunc alia ratio quoq;, vt receſſeret de Iudæa, puta vt diſcipuli ſui poſt laborem paululum pauſarent. Sicut enim Marcus ſcribit: Erant qui ibãt & redibãt, Marci. 6 nec ſpacium habebant manducandi. Idcirco Chriſtꝰ dixit illis: Venite ſeorſum in deſertum locum, & quieſcite puſillum. Tranſit nihilominus de loco in locum Ieſus, ſecundum Theophilum, vt homines ciuita Theophil. tis vnicuiuſq; reddat auidiores ſolicitioreſq; ad audiendũ Dei verbũ. Et ſequebatur eũ multitudo magna, nõ minus quinque milibus viroꝝ. Capta enim fuit tanta multitudo venuſtate gratioſiſſimi vultus Chriſti, morum elegantia, dulcedine verborum, & miraculorum eius gloria, quare non poterãt ab eo diuidi. Tanta autem erat affectio deuotioq; hominum ad Chriſtum, vt Marco teſte vbi cognouiſſent Ie- Marci 6 ſum tranſituꝝ, de ciuitatibus accurrentes ꝓperarent atq; ꝓuenirent ſępe diſcipulos.

Subijt ergo in montẽ Ieſus, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. Erat aũt proximũ Paſcha dies feſtꝰ Iudęoꝝ.

naturali paſtu id fieri potuiſſet ſatiauit. Hic vero cogitare, vt quinque panes adeo forent multiplicandi, vt quinq; ſatiarent viro℞ milia, ridiculum eſt. Chriſtus itaq; quod in vtriuſq;.i.tam Philippi quàm Andreæ mente verſabatur, perfecte conſiderans, nõ verbo ſed opere, qd poſſet oſtendit. Puer hic iuxta aliquorum æſtimationem vnus fuiſſe diſcipulorum ſeu apoſtolorum perhibetur. Nec obſtat quod alibi legitur: Nihil tuleritis in via, non ſacculũ, non peram, &c. quæ apoſtolis prædicaturis prohibuit (Ea eñ ab his quibus prædicarent apoſtoli voluit tribui. Permiſit eñ imò voluit, vt hi qui prædicarent de prædicatione viuerent. In eadem domo, inqt, manete edentes & bibẽtes, quæ apud illos ſunt. Eis vero in alijs itineribus conſtitutis, vbi non prędicabant, nõ ꝓhibuit viaticum aut peram ſecum ſumere. Hoc modo non illicitum fuit illi diſcipulo ſecum neceſſaria ſumere inter ambulandum) quia Chriſtus & apoſtoli modo non ad prædicandum ambulabant, qm̃ potius à prædicatione diuertebant ad quietem, & ad deſertum locum. Ideo (vt dixi) non incõgruum, nec cõtra Chriſti verbum fuit, quod apoſtolorum aut diſcipulorum quiſpiam tulerit in via panes ſecum. Vide hic tñ, quę fercula ꝑcioſa & exquiſita Chro miniſtrabantur. Nempe hordeaceus panis, & de piſce modicũ, vt erubeſcat nr̃a ingluuies.

Matth. 10 · Lucæ 9 · 1. Cor. 9 · Lucæ 10 · Matt. 10 · Marci 6

Dicit ergo Ieſus: Facite homines diſcumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Diſcubuerunt ergo uiri numero quaſi quinq; milia.

Facite hoĩes diſcumbere, hoc eſt, ordinate ſe componere ad ſedendum. Erat autem fœnum multum in loco, aut gramina vnde creſcit efficiturq; fœnum, ſignificat, aut gramina meſſa ad fœnum. Erat enim circa Paſcha, nec mi℞ eſt tunc gramina in illis calidis regionibus tam eſſe perfecta, vt meti poſſint ad fœnum. Quo erat igitur plus de fœno ibi, eo locus erat ad manducandum, hoc eſt, ad ſedendum aptior. Vide hic quia apoſtoli ex ſermonibus & miraculis Chriſti tantũ profecerunt, vt ſine diſcuſſione animo ſimplici obedirent. Certe non abſq; fide & reuerentia erga iubentem dñm id fiebat, vt apoſtoli turbã hanc magnam ad manducandum ordinarent, præſertim cum nec ſcirent panes, nec quicquam quod manducandum foret, viderent, niſi quod futuri miraculi expectatione erant ſuſpenſi. Diſcubuerunt autem per centenos & quinquagenos diuiſi: aut ſicut alius habet Euangeliſta per contubernia, puta vt ex quauis ciuitate, & ex quolibet pago ſe coniungerent illius loci incolæ. Ibid.

Accepit ergo Ieſus panes, & cum gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus. Similiter & ex piſcibus quantum uolebant.

Gratias agit Deo patri ſecundum quod eſt homo, diſtribuit diſcumbentibus, hoc eſt, panes quos ſuſceperat diſtribuendos cõmiſit apoſtolis, vt diſcumbentibus tam ipſos quinq; panes, quàm hoc quod ſua adieceratvirtute omnipotenti diuideret. Omnipotentia enim Chriſti fons panum erat. Similiter hoc idem fecit in piſcibus, quos diſtribuendos per apoſtolos ſumendosq; diſcumbentibus quantum vellent, commiſit. Per diſcipulos quidem diſtribuit diuidendos, veruntamen ſua eos virtute multiplicauit, & edentes vſque ad ſatietatem, adeo vt ſupereſſet refecit. Nolo tamen hic putes dominum immoderate voluiſſe ſeipſum oſtentare, quod & ſatiauerit turbam, tot hominum milia ſcilicet, & plus quàm appoſitum fuit quod ſequitur, recollectum ſit de fragmentis: ſed manifeſtare voluiſſe miraculi veritatem, quoniam niſi ſuperfuiſſet multum, non crederentur qui manducauerant ſatiati.

Vt autem impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis: Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinq; panibus hordeaceis, quæ ſuperfuerunt his qui manducauerant.

Vt autem impleti ſunt, id eſt, poſtquam turbæ ſatiatæ ſunt, dixit diſcipulis ſuis: Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta. Quæ ſuperauerunt ſcilicet appetitum, vt comedi non potuerint, veſcendi ſcilicet appetitu ſatiato, ne pereant. Vult quæ ſuperſunt nobis fragmenta diligenter colligenda, atque in vſum pauperum reponenda. Et impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis. Recte duodecim cophinos fragmento℞ in alios diſtribuendos qui

qui non pręſentes fuerant fecit colligi, vt non ſolum ad præſentes, verum adabſentes quoq; huius miraculi perueniret teſtimonium.

Illi ergo homines cum uidiſſent quod fecerat ſignum, dicebāt: Quia hic eſt uere propheta, qui uenturus eſt in mundum.

Videbant ſignum quod guſtu oris ſenſerant, dicebāt: Hic eſt vere propheta, qui venturus eſt in mundum, hoc eſt, ſingularis ille & magnus propheta hic eſt, (Deut. 18) quem in mundum venturum expectamus. Itaq; hoc miraculum chariſſimi ſic admiremur vt eum qui hoc fecit, ipſum eſſe ſciamus qui quotidie paucis granis in terram proiectis, vniuerſum mundum paſcit. Non ergo inferius eſt miraculum, quod Deus de paucis granis in terram iactis, & ab eodē multiplicatis paſcit vniuerſum mundum, quam quod ex quinq; panibus quinq; milia ſatiauit hominū. Nihil, inquam, quantum eius omnipotentiam attinet, intereſt inter vtrumq;, niſi quod vnum continue facit, aliud facit ſemel, aut bis. (Auguſtin.) Quod aūt rarius fit admiramur, quod vero in oculis eſt noſtris vſitatum, non miramur. Mirentur igitur qui volunt, nobis magnopere mirandum non eſt, quod credamus omnipotentiam eius nihil non poſſe. Magis rogādus nobis eſt, vt nos quos ad virtutem inuenit tardos, ad opera Dei faſtidioſos, ad noſtri mortificationem inuitos reformet, ſpirituq; fortiori ac huberiori nos deuotione repleat, qui eſt ſemper benedictꝰ in ſecula, Amen.

SERMO IN EADEM dominica. Quæ ſint euangelicæ inſtructiones hic: qui panes quibus reficimur.

LAetare Ieruſalem & conuentum facite omnes qui diligitis eam. Iſaiæ LXVI. Tota hæc dominica iucunda eſt, et quicquid in officio hodie auditur diuino, conſolatorium eſt. Gratulatur enim eccleſia filijs ſuis, dum in medio ſunt pœnitentiæ, quod per confeſſionem aliaq; opera & exercitia ſancta emendatiorem agere cœperint vitam, exhortans eos ad ſpem, fiduciamque erga Deum, & ad lætitiam, quæ eſt in Deo. In hoc autem imitatur eccleſiam triumphantem, quę eſt in cœlis, vbi (vt Chriſtus ait) gaudium eſt angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. (Lucæ 15) Si gaudium ſuper vno eſt peccatore pœnitente, quantum eſt gaudium ſuper multis? Et ſi in cœlis gaudium ſuper pœnitēte celebratur, quomodo nos alter ſcilicet ſuper alterius pœnitentia, nō gaudebimus? Hodie igitur cōmunis gaudij ſpiritualis admonet nos mater eccleſia Cuius gaudij participes non ſunt, qui in hac quadrageſima nondum ſunt peccata ſua confeſſi, propterea quia aliter non pœnitent, aut quia de confeſſione nil curant. Nam in introitu miſſæ monemur lætari, (Iſaiæ 66) hauddubium idcirco quod reſtaurantur nunc ex viuis lapidibꝰ muri cœleſtis Ieruſalē. In epiſtola quoq; inſtruimur (qui ſub nouo ſumus teſtamento) (Galat. 4) Abrahæ eſſe filij, non ex Agar ancilla, ſed ex Sara libera (Gene. 16) in Iſaac figurati. Liberati enim ſumus à ſeruitute legis Moſaicæ, & vocati in libertatem (Gallat. 4) filiorum Dei, quæ libertas eſt ſpiritus non carnis, hoc eſt, libertas qua à peccati & diaboli iugo liberi ſeruiamus Deo, non coacti & inuiti, nec quaſi nullam legem (Lucæ 2) habentes, ſed eadem quæ lex iubet vltro facientes. (Iohan. 6) Porro in Euāgelio inſtruimur, Deum quomodo nos corporali paſcit alimonia, ita animas quoq; noſtras ſpirituali reficere cibo, & confortare. Legitur autem Euangelium, vt abierit Ieſus à Iudæa, vltra mare Galilęæ, & quinq; milia hominum, quinq; cibauerit panibus. Hoc itaq; Euangelium plenum eſt varijs eruditionibus. Nam quod Iudæorum furori Ieſus cedēs ꝑſecutionem declinauit eorundē, nos quoque docuit, vbi id fieri poteſt, declinandū ab ira impiorum, atq; ab oculis eorūdem abcedendum, ne occaſionem demus eis, quo ex præſentia noſtra ad iram, perſecutionemq; noſtri magis furiant, & peccata committant maiora. Hanc obrem ſanctorum multi diu & ſæpenumero latuerunt tyrannos, qa à Deo nondū vocati ad martyrium prodere noluerūt ſemetipſos, nec tyrānos in ſe, ꝓuocare. Non em̄ ignorabāt occiſionē ſui non fieri poſſe abſq; grandi crimine, cuius ipſi, niſi ſingulari certoq; inſtinctu aliq̄ diuino admoniti ad ꝓdendū ſe, timebāt dare occaſionē abſq; neceſſitate docti nimiꝝ non hic tm̄, ſed alibi ſæpius (Lucæ 4) Chriſti & verbo & exemplo occidere ſe (Iohan. 8) quærētes deuitare. Veꝝ dicit quiſpiā: Nū aliter

aliter non potuit Chriſtus hoſtium ſuo℞
vincere maliciam,quã abeundo? Aut nun
quid timuit mori? Non timuit mori, q in
mundum aſſumpta carne propterea vene
rat,vt haberet in qua pro nobis redimen-
Iohan.2 dis & pati poſſet & mori. Verum nõdum
venerat hora eius, qua pro nobis debuit
Auguſtin. & voluit immolari. Ante prædicandum
erat Euangelium,ante facienda erant plu
ra miracula,animæ quoque adhuc multæ
conuertendæ ac trahendę ad fidem. Quo
circa ad hominum ſalutem & ædificatio-
nem ſeruabat ſe,donec tempus veniret op
portunum à patre ſibi cõſtitutum,quo ho
ſtibus ſe quærentibus etiam vltro obuius
Matth. 28 venit. Modo vero Iudæorum declinauit
Iohan. 18 furorem,non quod hunc aliter compeſce
re non poſſet, ſed quia nemini vim infert,
dimittens vnicuiq; liberũ eius arbitrium,
nec poteſtate ſe voluit diuina defendere,
ſed humana prudentia vti,docens nos de
humanorum cõſiliorum remediorumve
nihil debere negligere,ſed prudentia & in
duſtria vti humana,in his quæ neceſſario
ſunt aut quærenda,aut fugienda. Non,in
quam,debemus pro nobis miraculum ex
pectare,vbi humano modo parata nobis
fuerit,aut euadendi via,aut impetrandi fa
cultas. Secundo,dicitur mare trãsfretaſſe,
quo nobis ſimul oſtenditur vitam huius
ſeculi tentationibus & tempeſtatibus eſſe
plenam, per quam nos ita transfretari o-
portet patienter,vt ſciamus per multas no
Acto. 14 bis tribulationes intrandum in regnum
cœlorum. Vere enim transfretauit domi-
Leo papa. nus Ieſus per mare Galilçæ,id eſt,tranſmi
grationis,quia incommoda huius vitæ et
carni duriora elegit,ſuſtinens omnia pro-
pter nos,vt per labores paſſionum &mor
tis de mortalitate ad immortalitatem,
non ſolum tranſmigraret, ſed nos quoq;
tranſueheret. Tertio, ſubijſſe in montem
refertur Ieſus,quo admoneret alta,hoc eſt
cœleſtia ſemper nobis petenda, nec luto
& feci terrenæ inhærendum. Inſiſtendum
quoque contemplationi & mens eleuan-
da ſuſpirijs & aſpiratiõibus ad Deum con
tinuis. Quarto,quod legis: Cum ſubleuaſ
ſet oculos Ieſus, diſce quàm pudicus fue-
rit,quamq; cõtinens oculorum dñs Ieſus,
vt ne leuauerit oculos quidem otioſe,tan
tum abfuit vt his fuerit euagatus. Huiuſ-
modi autem diſciplina omnium ac ſingu
lorum membrorũ fuit corporis Chriſti,
quorum nullum abſq; euidenti ratione in
utiliter mouebatur, adeo voluit cunctis
maturitatis & honeſtatis præbere exem-
plum. Cum ſubleuaſſet (inquit) Ieſus ocu
los in turbam,oculos ſcilicet miſerationis
& cõpaſſionis,quibus motus eſt ad effun-
dendum beneficium,puta vt eos paſceret.
Hic quinto prælatus diſcat, in ſuos ſubdi-
tos oculos miſerationum leuare,& pieta-
tis affectum,auxilium conſiliumq; oppor
tunum in eos fundere. Sexto, interrogauit
Philippum, vnde ad paſcendam turbã pa
nes ſumeret. Quo arguit prælatorũ quo-
rundam ſupercilium,qui ſuo dũtaxat con
cilio contenti, volunt omnia regere iuxta
ſuum arbitrium,cũ deberent (vt pax con
cordiaq; foueretur) etiam ſubditorum ſæ
pius interrogare cõſilium,& iuxta eorum
iudicium ſuam voluntatem diſcutere aut
moderari,ſi opus foret. Dixit itaq; ad Phi
lippum: Vnde ememus panes? Non dicit,
vbi ememus? ſed vnde? quod deeſſe ſigni
cat id quo emitur panis, nempe pecuniã.
Inſinuare igitur quaſi ſeptimo hoc loco
vult nobis ſuam paupertatem, hoc eſt, nec
ſibi nec apoſtolis tãtum eſſe pecuniarum,
vt pane ſemel reficere poſſent hanc multi
tudinem, propterea Philippus reſpõdes:
Ducentorum denariorum panes non ſuf-
ficere. Quaſi diceret: Ducenti denarij, ſi eti
am adeſſent, non ſufficerent vt modicum
quis acciperet. Quos tamẽ habere, longe
eſt à noſtra paupertate. Octauo, diſcenda
eſt manſuetudo Chriſti & modeſtia. Si-
quidem cum videret Philippum non ſatis
in fide perfectum, nulla obiurgatione ad
illius vtitur eruditionem, nulla etiã oſten
tatione qua humiliaretur. Sed interrogat
illum, vt interrogatione illum præparet
futuro miraculo, & attẽtum reddat. Siqui
dem opere illum inſtructurus quicquid fi
dei deerat, in eo volebat perficere. Nono,
hordeacei panes noſtram gulam, qui ci-
bos viles, aut ſi quid nõ ſatis delicatum no
bis apponitur faſtidimus & murmura-
mus, coarguunt. Videmus eñ quid Ieſus
conſueuerit comedere, quid diſcipuli illi
appoſuerint, nẽpe hordeaceos panes. Hæ
erant delitiæ redemptoris noſtri. Decimo
diſcipulorum nos ædificat obediẽtia, qui
panibus tãtum quinq; viſis, verbo tamen
obediunt Chriſti, & faciunt homines ad
edendum ſe parare. Vndecimo, docet nos
gratias agere Deo ante & poſt menſam.
Nam ante prandium orandus eſt Deus, q
nobis cibum hunc faciat vtilem & inno-
xium

xium,animamq́; non ſinat tabeſcere abſq;
refectione ſpirituali,quandoquidem cor=
pori pius præſtat alimoniam. Poſt pran=
dium autem cibum acceptum, iteꝝ oran=
dum eſt & gratiæ agendæ Deo pro acce=
ptis beneficijs. Poſtremo,quia nihil peri=
re vult,reliquiarum cibi,ſed in vſum coa=
ceruari pauperum,nos admonet ſolicitos
Lucæ 11 eſſe & memores pauperũ, vt quod ſuper=
eſt demus eleemoſynam. Hæc dicta ſint,
quatenus attinent ad ea,quæ hic nos ædi=
ficant.Nunc etiam videndum eſt,quando
quidem nos ſumus qui per mare Galilęæ
tranſmigramus,hoc eſt,qui per pœniten=
tiam à vitijs peccatiſq́; tranſmigramus ad
virtutes,quid ſint panes iſti quinque, qui=
bus confortamur in deſerto pœnitentiæ.
Lucæ 13 Primus panis eſt pœnitentia, panis certe
ſaluificus. Niſi enim pœnitentiam egeritis
Pſalm. 79 inquit Chriſtus,omẽs ſimul peribitis. De
hoc Pſalmiſta loquitur:Cibabis nos pane
Deute. 8 lachrymarum,& potum dabis nobis in la
Matth. 4 chrymis in menſura. Secundus panis eſt
verbum Dei: Neq; enim in ſolo pane ma=
teriali viuit homo, ſed in omni verbo q̃d
procedit de ore Dei.Hunc panẽ miniſtra=
uit Iudæis per ſeipſum,per apoſtolos autẽ
Marci 16 quaſi in cophinis eundem panem portari
fecit per vniuerſum mundum:Euntes,in=
quiens,per vniuerſum mundum,prædica
te Euangelium omni creaturæ. Tertius
Iohan. 6 panis eſt Euchariſtia ſacroſancta, de quo
dicit ipſe Saluator:Panis quem ego dabo
caro mea eſt,pro mundi vita.Itemq́;:Ego
Ibidem. ſum panis viuus,qui de cœlo deſcendi. Si
quis manducauerit ex hoc pane, viuet in=
ęternum.Quartus panis eſt correptionis:
Hic panis quamuis neq; omnibus neque
omni tempore ſuauis atq; gratus ſit, præ=
bet tamen bonis virtutem multam,ad ſa=
3.Reg.22 nitatemq́; vehementer confert.De hoc pa
ne ſcriptum legimus:Cibabo eos pane an
2.Para.18 guſtiæ,& aqua tribulationis. Quintus eſt
panis internæ conſolationis.Hic panis in
Exod.16 manna figuratur, de quo dominus dicit:
Sapien.16 Ecce ego pluam vobis panes de cœlo. Et
in libro Sapientię dicitur:Panem de cœlo
3.Reg.19 pręſtitiſti illis,omne delectamentum in ſe
habentem.Elias quoq; hoc pane confor=
tatus eſt.Siquidem per angelum excitatus
& vt comederet monitus,offendit panem
& vas aquæ.Qui comedens & bibens,am
bulauit in fortitudine cibi illius vſque ad
mõtem Dei Oreb.Alij per allegoriam hic
intelligunt quinque libros Moſi in quin=
que panibus.Quibus fractis,id eſt,apertis
atque ſpiritualiter explanatis refectus eſt
vniuerſus mundus.Sunt q̃ per panes quin
que intelligant vulnera Chriſti,idque per
deuotam applicationem quandam.De ho
rum panum ſubuentione dicit Bernardus Bernardus
Vltimum & ſingulare refugiũ paſſio tua
domine. Deficiente enim ſapientia, iuſti=
tia,ſanctitate & meritis, illa ſola occurrit.
Pone igitur in ſingula vulnera quinque,
totidem ſingulas virtutes, quæ præcipue
lucent in paſſione domini.Has meditare,
pro his dominum aſſidue roga.Verbigra
tia:In duobus pedibus ſit humilitas & mi
titas. Expende ſi potes humilitatem do=
mini Ieſu.Vide quis quantuſq; ſit,& quan
tum ſe humiliauerit,quàm indigna,quàm
vilia pro te tantus ſuſtinuerit.Vide qua mi
titate,qua benignitate,qua patientia. Ex=
erce te in his virtutibus, & diſce ex vita &
actibus Chriſti modos te humiliandi, di=
ſce gradus humilitatis ac mititatis. Quo=
tidie quoque tempore aliquo ſtatuto, ora
vehementer dominũ pro illis virtutibus.
Deinde,in vulnera duo manuum pone o=
bedientiam & caſtitatem.Obedientiam di Mich. 6
co omnem,vt iuxta tuam vocationem ex
pendas ad quæ tenearis, & quæ à te Deus
requirat,ne quicquam tui ſtatus, tui offi=
cij,aut tuæ vocatiõis negligas, ſed ea alijs
omnibus poſt diuina præcepta, tanquam
potiora, magiſq́; à te requirenda,credas.
Obediẽtiam faciat perfectiſſima,plena,nu
daq́; tuiipſius reſignatio,vt aliud velle nol
leque habere rennuas, niſi voluntatem &
beneplacitum domini noſtri Ieſu Chriſti.
Porro caſtitas non ſolum ad mortificatio
nem delectationum carnalium,ſiue in o=
pere,ſiue in cogitatione verſentur, perti=
net,ſed caſtitatem nunc voco illam perfe=
ctiſſimam & generalem quę reſpicit inten
tionis,voluntatis,amoris, inclinationum
affectionumq́; omnium puritatem, facit=
que,vt in his perfecta ſit rectitudo, ſynce=
ritas,ſimplicitas,integritaſque deiformis,
quo nihil vſquam intendas, nihil cogites,
nihil quæras, aut diligas,niſi Dei honorẽ,
Dei gloriam,Dei beneplacitum,imo ip̃m
Deum. In vulnere lateris ſeu cordis Chri
ſti des locum charitati,pro qua inſtantiſſi
me vehementiſſimeq́; Deo ſupplices tibi
tribuenda.Charitas Dei eſt,vt nihil velis,
nihil intendas, nihil quæras, niſi quod ſit
ad Dei ſupremam gloriam.Charitas pro=
ximi eſt, vt nihil proximo velis quod tibi Matth. 7

nolis, nec quod tibi velis, illi neges aut tollas. Intelliguntur tamen omnia hæc, de his quæ optantur iuſte, & ſyncere, vt quod tibi ſyncere & ſancte vis, velis item proximo, & ediuerſo, & non in rebus illicitis. Hæc ſi exercitia frequentaueris, erunt tibi quinque, quibus conforteris, panes. Duo piſces ſignificant timorem & ſpem, inter quæ duo ambulare nos oportet, vt altero langueſcente, alterum nos erigat & confortet. Poſtremo, duodecim cophini duodecim ſunt apoſtoli, per quos panes, id eſt, verbum Dei, Euangeliumque & prædicatio Chriſti deportata ſunt per vniuerſum mundum, in ſalutem & refectionem omnium. Ad gloriam domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

DOMINICA V. QVADRAGESIMAE, quæ dicitur in Paſſione. Epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Hebræos IX.

CHriſtus exiſtens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, id eſt, non huius creationis, neque per ſanguinem hircorum aut uitulorum: ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. Si enim ſanguis hircorum aut taurorum, & cinis uitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quantomagis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo uiuenti? Et ideo noui teſtamenti mediator eſt, ut morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant qui uocati ſunt, æternæ hæreditatis, In Chriſto Ieſu domino noſtro. Leuit.

PARAPHRASIS IN EANDEM epiſtolam.

LEctio hęc ex epiſtola ad Hebręos deſumpta eſt, qua Hebræorum errorem confutare contendit Paulus, exiſtimantium ſibi Chriſti redemptionem abſq; legalium obſeruatiōe prodeſſe non poſſe. Quod Paulus vehementer impugnans Chriſti paſſionis, eiuſdemque oblationis patri pro nobis factæ virtutem & efficaciam prædicat, & fortiter defendit, tum hic, tū in prioribus ſequentibusq; epiſtolæ locis, cuius epiſtolæ pars merito hodierna die, quæ dominica dicitur in paſſione legitur. Ait igitur: Chriſtꝰ
Roma. 8 Dei patris vnigenitus, qui in cœlis ſemper patri aſſiſtit, ad interpellādum pro nobis, iuxta illud Iohannis: Aduocatum habe-
1. Iohan. 2 mus apud patrem Ieſum Chriſtum, qui etiam ſecūdum humanam naturam orat pro nobis, vtpote mediator Dei & homi-
Pſalm. 109 num, ſacerdos ac pōtifex, vt Pſalmiſta ait: ſecundum ordinem Melchiſedec. Neque enim ſacerdos aut pontifex, propterea dicitur, quod legales hoſtias ſacerdotū more veteris teſtamenti immolauerit, ſed q̊d ſemetipſum obtulit Deo immaculatum pro mundo. Quod ad Epheſios ſcribens Ephe.
idem Paulus: Chriſtus, inquit, dilexit nos & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Itaq;, Chriſtus pontifex, atq; ſuo pontificatu collator futurorum bonorum, nō quomodo pontifex legis in tabernaculum ſecundum manu factum, ſeu à Moſe Hebr.
extructum, ſed tabernaculū amplius nobiliuſque quod non humani eſſet artificij, ſed in ipſum cœlum vbi vultui Dei appareat pro nobis introiuit. Pontifex enim Exo.
Iudæorum iuxta legem ſemel intrauit in ſancta ſanctorum cum præuia effuſione ſeu aſperſione ſanguinis vituli rufi aut hirci, oraturus pro populo & pro ſeipſo. Chriſtus vero non per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem

guinem in die Paraſceues effuſum, ſemel intrauit in die aſcenſionis ſuæ in cœleſte tabernaculum, eterna nobis redemptione veraq́ꝫ beatitudine (quæ in lege non poterat obtineri) comparata. Si ẽm ſanguis hircoꝝ & tauroꝝ cinis vitulæ crematæ aquę mixtus & aſpſus inquinatos aliqua culpa propter quam excluderentur, aut à conſortio hominum, aut ab ingreſſu templi ſanctificat, ſeu purgat, mundosq́ꝫ facit ad recuperandam corporalem mundiciam (neqꝫ enim reatum peccati huiuſmodi ceremonialia potuerunt vnq̃ delere) quantomagis ſanguis Chriſti, qui ſpiritu ſancto cooperante ſemetipſum obtulit Deo patri, emundabit conſcientiam noſtram à peccatis, vel (vt vocat ea Paulus) ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo viuenti. Sunt enim peccata opera mortua, vel qa carent vita gratiæ, vel quia inferunt mortem culpæ. Hæc autem emundatio quare facta eſt per ſanguinem Chriſti, niſi quia quod nos nõ potuimus, ipſe nobis & pro nobis effecit, quomodo Zacharias dixit: Lucæ 1 Viſitauit & fecit redemptionẽ plebis ſuæ: Vt ſine timore de manu inimicorum noſtroꝝ liberati ſeruiamus illi. In ſanctitate & iuſtitia corã ipo oĩbus diebus nr̃is. Hãc aũt efficaciam & virtutem habuit ſanguis Chr̃i propter vnionẽ cum verbo, hoc eſt, cum filio Dei, vnde nobis virtus infinita delendi abſorbendiq́ꝫ peccata emanauit. Et quia Chriſtus ſemetipſum obtulit pro nobis, ideo noui teſtamenti vocatur mediator, ſe interponens inter Deum & hominem, qui hæreditate cœleſti amiſſa, neſciuit quomodo ad pacem aut in gratiam redire poſſet cum Deo, vt promiſſam recuperaret cœleſtem hæreditatem, niſi per Chriſtum: cuius morte interueniente, ac nobis impetrante indulgentiã ſeu redemptionem earum præuaricationum quæ erant, noſq́ꝫ premebant ſub priore, id eſt, ſub veteri teſtamento, hi accipiant repromiſſionem æternę hæreditatis, hoc eſt, cœleſtium bonorũ omnibus electis annunciatam, qui ad hanc æterna prædeſtinatione à Deo vocati ſunt.

EXEGESIS EVANGElij dominicæ in Paſſione.

Iohannis VIII.

HODIE VOCAtur dñica in Paſſione, nõ quod hoc die ſit dñs paſſus, ſed quia initiũ recolitur dominicæ paſſionis, quando iam Iudæi illũ ſententia firmata ſtatuerant occidendum, ideo iam incipitur eius paſſio recoli. Seruatur aũt dominicæ paſſionis memoria duabus hebdomadibus, quo ſignificetur Chriſtũ & pro duobus populis, & à duobus populis paſſum. Matth. 24 Populus ẽm Iudæoꝝ tradidit eum in manus gentium, Marci 15 clamoribusq́ꝫ importunis Lucæ 23 inſtiterunt vt crucifigeretur. Populus vero Iohan. 19 gẽtium iudicauit eũ ad mortẽ, eũq́ꝫ crucifixit, non aliam habens cauſam quare ita faceret, niſi qa importunis clamorib. à populo fuit Iudæoꝝ ad hoc impulſus. Cum ergo in Iudæoꝝ cõcilio decretum fuiſſet, vt ille foret occidendus, eccleſia mox incipit paſſionis dñicæ celebrare memoriam. Habitum aũt fuit concilium hoc poſt ſuſcitationem Lazari, Iohan. 11 quem iuxta calculum alioꝝ geſtorum ſequentium conſtat ſexta feria proxima præcedenti vitę reſtitutum. Poſt quod miraculũ Iudæi conuenerunt de nece tractantes ſaluatoris. Eo tempore dedit conſilium Caiphas, dicens: Expedit Ibidem. vobis vt vnus moriatur ꝑ populo, ne tota gens pereat, vnde ab illo die ſtatuerunt eũ interficere. Eamobrẽ hodie incipitur plãctus maior ſuꝑ dñica paſſione futura, quę iã meditata fuerat à Iudæis & ſtatuta. Cũ itaqꝫ dñica hodie paſſio recoli incipiat, legitur Euangelium rei huic nõ inconueniens, quo voluntas animusq́ꝫ Iudæoꝝ erga dñm Ieſum declaratur. Ex hoc ẽm Euãgelio oſtenditur diu etiam ante à Iudæis necem dño fuiſſe meditatam, & ad hanc inferendam ſæpenumero eos quæſiſſe occaſionem. Quod totum ex illoꝝ inuidia eſſe natum, textus quoqꝫ huius Euangelij commonſtrat. Itaqꝫ dicit Iohan. Euangeliſta:

Dixit Ieſus turbis Iudæorum & principibus ſacerdotum. Quis ex uobis arguet me de peccato?

Iam ante Iudæis eoꝝ vitia exprobrauerat Iohan. 7. 8 mendaciũ, inuidiã, ambitionem, & iactantiam illoꝝ taxans, nunc ſubindicat quoqꝫ eos ſtimulans, quod ſibi necem quoqꝫ meditarentur. Quod ſi iuſte (vt videri volebant

bant)hoc facerent,neceſſariũ fore vt pctm̃ in Chriſto inuentum obijcerent,cuius gr̃a indignus non eſſet trucidari,nedum puniri. Dicit ergo turbis Iudæoꝝ ac principibus ſacerdotum: Quis ex vobis arguet me de peccato? ſcilicet,vere q́s mihi pctm̃ obijciet,quia miſiſtis miniſtros qui me caperent,vobiſq; adducerẽt. Si me quæritis occidere,cauſam mortis oſtendite. Ecce me veſtro nunc ſubmittens iudicio, interrogo vos licet hoſtes meos,& licet vitæ meæ inſidiatores,tñ vos illuc inuito, vt ſi quid, q̃d iuſte ſit reprehendẽdum,aut cuius ſim vere reus,fuerit in me delicti, producatis in medium. Quod cum nõ potueritis, res ipſa loquetur vos nõ aliunde q̃ malicia & inuidia moueri aduerſum me. Satis hic dominus Iudæos arguit calumniaꝝ,& iniquiſſimi odij q̃d aduerſus ſe habebant ſui perſecutores. Magna fiducia iuſtitiæ eſt, magna innocentia, qñ hoſtium ſe Chr̃s ſubmittit iudicio,iuxta illud: Et inimici noſtri ſunt iudices. Neq; em̃ indocti erãt homines,q̃bus hic loquebatur,nec viles. Cui ſi quid potuiſſent contradicere, proculdubio illud obieciſſent. Hoc certe nemo noſtrum poſſet dicere, qui ſumus in peccato licet alieno & concepti & nati, & in proprijs delictis noſtris enutriti. Si enim dixerimus,quia pctm̃ non habemus, ipſi nos ſeducimus,& veritas in nobis non eſt. Dicit etiam Pſalmiſta: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo,aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Cui reſpondet: Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. Itemq;: Innocẽs manibus & mundo corde. Quia vero nihil horum in nobis eſt. (Sumus enim iniquitati omnes)ideo primo datus eſt nobis baptiſmus, deinde pœnitentia,quibus mundemur à peccato Solus ergo Chriſtus dicere potuit: Quis ex vobis arguet me de peccato? quia illum decuit eſſe abſq; peccato,qui pro aliorum ſe peccatis voluit, ac debuit interponere mediatorem.

Iohan. 7 · Deut. 32 · Pſalm. 50 · 1. Iohan. 1 · Pſalm. 14 · Pſalm. 23

Si ueritatem dico uobis,quare uos non creditis mihi?

Si,id eſt,quia veritatem vobis dico,quare non creditis mihi? Semper credendum eſt veritati,contra hanc em̃ nulla eſt diſſimulatio. Prædico vobis Euangelium ſalutis,& q̃uo efficiamini filij Dei doceo vos. Confiteor me filiũ Dei eſſe, & vr̃a peccata(qñquidẽ ipſi neq; corrigere neq; aduertere vultis) obiurgare non deſino, q̃ à via perditionis ad viã vos reuocẽ ſalutis,quare non creditis mihi? Neq; em̃ creditis qui non ad obediendum,ſed magis ad me occidendum animos veſtros paratis. Multa fuerunt(tametſi difficultas fortaſſe vlla ſe ſe obijceret credituris) quæ teſtimonium perhibuerunt Chr̃o ip̃m eſſe Meſſiam,quę ꝑfecto veritatis erant argumenta tam efficacia,vt his non poſſet contradici,quin ad credendum pias mentes euincerent. Omnes nanq; palàm erant ſcripturæ & ꝓphetarum teſtimonia de Chr̃o venturo. Impletum præterea erat tempus expectatiõis humanæ,iuxta prophetaꝝ vaticinia,& iuxta calculum Danielis,quare nõ modo inueſtigãdum erat an naſciturus eſſet Chriſtus,ſed potius vbi eſſet natus. Accedebat pręcurſoris multiplex clarumq; teſtimonium. Ad quem ſtudioſe miſerant phariſæi interrogandum de Chr̃o. Aderant deniq; Chriſti miracula & ſigna quæ faciebat virtute propria. Diſcipulorum quoq; miracula in nomine ipſius Chr̃i Ieſu facta idip̃m teſtabantur. Hæc itaq; q̃d aliud loquebantur,quid ſentire & fateri aliud cogebant, quàm dñm noſtrum Ieſum Chriſtum eſſe & Dei filium? Adde iam,quod innocentia vitæ eius,quod puritas,ſanctitaſq; prædicationis eius,quod deniq; conſtantia & zelus quem pro veritate & iuſtitia gerebat, ſatis teſtabãtur eum eſſe Chriſtum. Quia ergo veritatem(inquit) vobis dico,& nullum quod vere mihi poſſit obijci,in me eſt peccatum,non ex mea parte ſeu culpa,ſed ex vobiſipſis eſt quod non creditis mihi. Quomodo?

Actuum · Daniel. 9 · Matth. 2 · Lucæ 1 · Iohan. 1 · Matth. 11 · Lucæ 11

Qui ex Deo eſt,uerba mea audit. Propterea uos non auditis, quia ex Deo non eſtis.

Qui eſt ex Deo tanq̃ Dei amicus per fidẽ & per gratuitum amorem,hoc eſt, per charitatem eidem coniunctus,vt idipſum cum eo & velit & nolit,hic verba Dei audit delectabiliter & obedienter. Propterea vos non auditis.i.hæc ſola & præcipua eſt quare non audiatis me cauſa, quia ex Deo nõ eſtis. Hoc tamen intelligendum eſt,non vt ex Deo non fuiſſe putentur Iudæi ſecundum eſſe naturę(omnia em̃ hoc modo ſunt à Deo)ſed quod per eſſe gratię ſeu gratuitum non erant ex Deo. Per prædeſtinationem nanq;,per reformationem gratiæ,per imitationem quoq; diuinæ bonita-

nitatis ſit, vt alij ſint ex Deo, alij non ſint.
1. Iohan. 3 Qui em̃ natus eſt ex Deo, inquit Iohãnes, non peccat, peccatum ſcilicet ad mortem, hoc eſt, in peccato non perſeuerat vſq; ad mortem, quoniam ſemen Dei manet in eo & generatio ſeu prædeſtinatio Dei conſeruat eum. Non poteſt enim de hoc mundo aliter emigrare, quàm filius dei. Hoc loco admonemur non parum, nec vulgariter timere, ſi Dei ſermones non diligimus, ſi non ſeruamus iuxta Chriſti verbum, ex Deo nos non eſſe. Sunt autem in tripli-ci genere hi, qui Dei verba non audiunt, vnde ſeipſos agnoſcere poſſunt, ex Deo ſe non eſſe. Sunt em̃ qui prorſus audire contemnunt Dei verbum, aut vt rem infructuoſam æſtimantes, aut circa alia occupati in quibus eorum guſtus infectus eſt, vt aliud eos interim non delectet. Sunt alij qui Dei verbum audiunt, ſed nihil eos delectat, nil afficit, nihil mouet, terret aut allicit, vnde Dei obediãt verbo. Tertij ſunt qui audiunt & delectantur, ſed cum illud perficere debeant opere, Dei verbum reijciunt. Nemo tamen eſt temere iudicãdus, nemo contemnendus aut deſpernendus, quia qui fortaſſe hodie non audit, cras aut aliquando adhuc audire incipiet cum deſiderio. Et contra: Quem hodie delectat
Pſalm. 35 audire, cras, aliquandove non delectabit. Propterea omnia aguntur hæc in ſecreta ſcientia Dei, nos autem latent, quoniam iudicia Dei abyſſus multa.

Reſponderunt igitur Iudæi, & dixerunt: Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

Quia nihil vitiorum ei poterant obijcere, ad contumelias (quod perpetuum eis erat refugium) ſe conuertunt: Nonne benedicimus. Subindicant non iam ſolum ſe dicturos, ſed dicere etiam aſſuetos, idq; iuſte, quod eſſet Samaritan9, id eſt, partim Iudæus, partim non, qui quod vellet obſeruaret, vbi non vellet ad morem Samaritanorum Iudæorum legem eorundemq; obſeruantias cõtemneret. Et dæmonium habes. Quaſi dicerent: Recte ſentimus te dæmonium habere. Neq; enim diuina id virtute tibi vſu venit, vt ſecreta cordium agnoſcas, ſed diabolo reuelante cui cõfœderatus es, ea quæ meditamur agnoſcis. Huius enim adiutorio facis, quæcunque facis. Nouerant hi qui eum vocabant Samaritanum, natum eſſe Iudæũ; ſed ex contemptu, quia ſabbato infirmos curabat, vt deſertorem legis Samaritanum vocabũt. Iohan. 8
4. Reg. 18 Samaritani non erant ex ſtirpe Iſrael generati, ſed tranſlati ex Aſſyriorum gente in Samariam in locum filiorum Iſrael, quos Salmanaſar rex Aſſyriorum trãſtulerat in terram Aſſyriorum, & pro illis ſuæ gentis homines in Samariam tranſduxerat, q vocabantur Samaritani, cum origine forent Aſſyrij. Itaque hi Samariam incolentes à beſtijs impugnabantur & deuorabantur. Quapropter conſultum eis fuit vt Iſraelitarum, qui ante habitauerant ibi, ritus Deumque colendi modos imitarentur, vt ſic à beſtijs liberarentur. Quod vbi feciſſent à beſtijs ſunt voracibus liberati. Itaque legem Moſi quidem & liberos eius receperunt, ſeſe quoq; circunciderunt, ſed nihilominus ſimul colebant idola. His itaque comparabant Chriſtum, ipſum vocantes Samaritanum, qui non ſyncere obſeruaret legem Moſi.

Reſpondit Ieſus: Ego dæmonium nõ habeo, ſed honorifico patrem meum, & uos inhonoraſtis me.

Dominus Iudæorum calumnijs reſpondens: Ego, inquit, dæmonium nõ habeo. Vide quàm humiliter reſpondet, quã manſuete, quàm benigne. Ante Euangelium Iohan. 8
hoc ſcribitur, quod gloriati fuerant ſe filios eſſe Abrahæ liberos, & nunquam ſeruituti alicuius obnoxios, quamobrem dure obiurgauerat eos dominus, dicens, nihil prodeſſe illis propaginem carnis, aut ſeminis traductionem, quandoquidem Abrahæ non imitarentur virtutem. Neq; enim ea, quæ ipſi faciebant, fecit, ait, pater Abraham. Quare ab illo nimis diſſentiunt opera eorum. Non igitur recte eius poſſunt dici filij, niſi ſint etiam ipſius virtutis ac fidei imitatione. Iure itaque (vt dixi) de hac eos iactantia obiurgat pro gloria & patris ſui honore zelans. At modo vbi cõtumelijs ipſe grauatur, quàm benigne reſpondit: doces nos pro Dei honore fortiter zelari, reſpondere conſtanter & prudenter, & Dei defendere honorem. Porro vbi pro ſeipſo alicui noſtrũ zelandum eſt, ibi manſueti debemus eſſe, miſericordes & humiles. Vult nobis quoq; parimodo virtutem manſuetudinis eſſe commendatam, vt eo tempore, q̃ ab aduerſarijs cõtumelias reci-

cipimus,eos non corripiamus,neq; vtrinque exaſperati,aut nõ delinquamus excedentes modum,aut illi acrius ſæuiant. Eſt præterea alia ratio,cur eos q maledicta in nos iaciunt,non arguamus. Tunc em̃ & qui increpantur & hi q audiunt facile exiſtimant ex appetitu vindictæ hanc procedere correptionem. Ego dæmonium non habeo,ſed honorifico patrẽ meum. Quare duabus ſibi cõtumelijs obiectis, ad vnã tantum reſpõdet dominus,ad alteram tacens diſſimulat. Diſſimulat em̃ quod vocatur Samaritanus,nec ad hoc reſpondet. Superfluum enim erat reſpondere,ſe non eſſe Samaritanum, cum nemini non eſſet manifeſtum ipſum eſſe Iudæum natum. Nec etiam pro probro aut conuitio id accepit dominus,licet illi ex intentione hæc dicerent,quo opprobrio illum afficerent,eum vocantes Samaritanum. Nemo enim propterea melior neq; vilior,ſi corporali fuerit natiuitate vel de parẽtibus natus Samaritanis, vel Iudæis. Docuit igitur nos nõ iraſci,nec reſpondere, ſi quando ad noſtri vituperationem dicatur de nobis id quod culpam non habet. Verbi gratia: Non eſt contumeliam ſuſtinuiſſe,nec inde turbari debemus aut moueri,ſi dicat nos quis eleemoſynam comediſſe,ſi ex pago & de agrorum colonis natos,ſi dicat deformes,ſi dicat inſuauẽ nos habere vocẽ,ſi gibboſum, aut ſi monoculum eum qui altero caret oculo nominet, quia hæc omnia ſunt quæ culpam habent nullam, de quibus nemo quoq; debet erubeſcere. Sed honorifico patrem meum, quod non facerem,ſi dæmonium haberem, ille nanq; minime honorat Deum. In hoc autem honorifico, q homicidas & mendaces arguo dicẽtes ſe Abrahæ & Dei filios. Longiſſimo enim à ſe interuallo diſtant illorum vita & opera Dei,aut Abrahæ. Quippe cum Deo ex diametro mendacium & homicidium repu-
Iohan. 8 gnent. Diaboli magis eſt horum patrem eſſe,qui mendax fuit ab initio,& mendacij
Ibidem. pater. Iactauerãt enim ſe pauloante quod patrem haberent Deum Abrahæq; eſſent filij. Ideo arguerat eos domin9: Si Dei aut Abrahæ eſſent filij,eorũm opera imitãdo perficerent. Iam vero conuincerentur ex patre eſſe diabolo, cuius opera imitando
Iſaiæ 53 vellent perficere. Et vos inhonoraſtis me contemnendo,atq; opera Dei diabolo aſ-
Roma. 12 ſcribendo. Videtis quomodo cum malediceretur Ieſus non maledicebat,conuiciantibus tam manſuete reſpondens,quo docuit nos quoq; ne vincamur à malo,ſed in bono vincamus malũ,reddentes pro malo bonum,& irę exagitationẽ ſuperemus. 1. Petr. Quod ſolus is poterit, qui fuerit humilis. Ille enim ſolus non ſentit contumeliam, quiſquis ſuam non amat gloriam.

Ego non quæro gloriam meam. Eſt qui quærat,& iudicet.

Ego me non oſtento,nec gloriam quæro ſicut diabolus facit,qui ſe quærit adorari,cultumq; ſibi fieri,cum nihil ſit,ideo nihil concordiæ conuentioniſq; mihi eſt cũ diabolo. Eſt qui quærat & iudicet, pater ſcilicet meus cœleſtis,qui honorari nõ poteſt niſi honoretur & filius, ſicut ipſe teſtatur idem: Qui non honorificat filium,nõ honorificat patrem qui miſit illum. Obſerua itaque quod per tria purgare ſe vult dominus quod dæmonium non habeat. Primo,quia patrem honore colit. Secundo,quia ſuam gloriã neq; amat neq; quærit,vt homo. Tertio,quia pater cœleſtis filij ſui gloriam quærit, & iniuriam vindicat. Horum nullum poteſt nõ ſatis efficax præbere teſtimonium,quod dominus dæmonium non habeat. Vides hic quia Chriſtus gloriam ſuam, quæ illi debetur, non quærit: Num igitur tibi licet,aut congruum eſt,vt quæ tua nõ eſt,nec tibi debetur, quæras gloriam,peccator vilis: Aut vt dominari,ſeu pręeſſe,regere,inaniter ve extolli velis: Proinde vide,ne tu quoq; propterea ad Chriſtum non pertineas,ſed ad diabolum,cui ex vitijs tuis,quàm Chriſto es ſimilior.

Matth. Iohan.

Amen amen dico uobis,ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non uidebit inæternum. Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Abraham pater noſter mortuus eſt, & Prophetæ, & tu dicis: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſtabit inæternum:

Quo magis erudire Chr̃s cupiebat populum hunc duræ ceruicis,eo magis dæmõe pleni furiebãt. Quicqd em̃ Chr̃s loquebatur,veritas erat & manſuetudo. Quicqd illi reſpondẽt blaſphemiã ſonat. Dicit em̃ Ieſus: Amen amen dico vobis,ſi qs ſermonẽ Actuum Iohan. 14

meum

meum ſeruauerit,ſcilicet per fidem,charitatem,& obedientiam, mortem non videbit inęternum,id eſt,mortem animę nō experietur inæternum. Loquitur enim de morte non qualicunque,ſed de ea quę eſt animæ,qua à Deo ſeparatur anima. Illam namque huiuſmodi homo non videbit mortem in æternum. Dixerūt ergo Iudęi: Nunc cognouimus quia dæmonium habes,qui tam ſtolide,tamque præſumptuoſe mentiris,tantum tibi arrogans, omnibuſque impudenter te præferens. Abraham pater noſter mortuus eſt,& prophetæ,quibus fuit nemo maior. Hi ſermonē ſeruauerūt Dei,& tamē nihilominus mortui ſunt. Et tu dicis: ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſtabit in æternū. Proh inſaniam: Quis enim tu es, pauper homo,& filius fabri, vt tanti facias ſermonem tuum, dicaſque eum nō moriturum,quiſquis tuum ſermonem ſeruauerit: quandoquidem ſanctus Abraham, qui Dei licet audierit ſermones,nō tamen quin moreretur ſeruatus eſt? Quaſi verba tua maioris forent efficaciæ quàm Dei.

Nunquid tu maior es patre noſtro Abraham,qui mortuus eſt? Et prophetæ mortui ſunt? Quem teipſum facis? Reſpondit Ieſus: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. Eſt pater meus q glorificat me: quē uos dicitis quia Deus noſter eſt: & non cognouiſtis eum, ego autem noui eum. Et ſi dixero,quia non ſcio eum, ero ſimilis uobis mendax. Sed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo.

Si ego glorifico meipſum,id eſt,glorioſum & magnum prædico me,quaſi non à patre,ſed à meipſo quicquid habeo habeam,gloria mea nihil eſt,id eſt,nullius momenti: maxime, iuxta opinionem veſtrā, qui ſolum hominem fabriq; filium me putatis. Eſt pater meus,ſcilicet cœleſtis, qui glorificat me, id eſt, glorioſum facit in operibus,ſignis, virtutibus & teſtimonijs, puta qui dixerat de me baptizato: Hic eſt filius meus dilectus. Quem vos dicitis, id eſt,de quo dicitis,quia Deus noſter eſt, q nos paſcit, regit ac tuetur, noſq; ei cultū vt Deo vero impendimus. Et non cognouiſtis eum,ſub ratione patris, quia Trinitatis myſterium ignoratis. Aut, nō cognouiſtis eum,quia factis,hoc eſt,peſſimis veſtris operibus negatis illum. Aut,non cognouiſtis, vt cognoſcēdus eſt, qa ſeruitis ei pro commodis tēporalibus vt ſerui, nō vt patri filij. Ego autem noui eum,omnibus modis prædictis. Et ſi dixero,quia neſcio eū,ero vobis ſimilis mendax. Sed ſcio eum,ſcientia æterna & increata,& ſermonem eius ſeruo,id eſt, voluntatem eius facio opere & veritate. Deinceps ad verba eorum. Nunquid tu maior es patre noſtro Abraham: reſpondet.

Mat. 13
Marc. 6

Matt. 3
Lucæ 3

Abrahā pater ueſter exultauit ut uideret diē meū. Et uidit,et gauiſus eſt.

Abraham pater veſter exultauit,id eſt, cum læta hilarique fiducia optauit diē meum,ſcilicet videre. Quo perſpicuum eſt,illum minorē me eſſe,qui optauit videre diem meum,id eſt,tempus aduētus mei paſſioniſq; meæ, qua in carne mea redimam mundum. Et vidit, & gauiſus eſt. Quando vidit? Per fidem vidit incarnationem Chriſti,quam putatur intellexiſſe,cum audiret: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Aut ad minus per reuelationē Iohannis Baptiſtæ in lymbo vidit. i. didicit. Paſſionē Chriſti quoq; dici poteſt vidiſſe in figura, qn̄ Iſaac filium ſuum immolare voluit: quo tamen ſaluo atq; incolume ad Dei iuſſionem manente, hircum hærentē cornibus pro eodem Deo obtulit. Gene. 22

Dixerunt ergo Iudæi ad eū: Quinquaginta annos nōdum habes, et Abraham uidiſti? Dicit eis Ieſus: Amē amen dico uobis,antequam Abrahā fieret, ego ſum.

Non intelligentes verba Chriſti Iudæi pleni furore,frendebant aduerſus Ieſum. Inuidia namq; eos excæcabat. Quamobrē Chriſti verba niſi literaliter tantum intelligere non potuerunt. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? Quare non dixerunt: Triginta, aut quadraginta annos nondū habes: ſed de quinquaginta loquuntur. Reſpondetur iuxta Chryſoſtomum, dominum Ieſum tenerrimę fuiſſe complexionis ac nobiliſſimæ, atque ideo propter multijugē laborē, propter paupertatem & parſimoniam,& propter calidæ regiōis illius intemperiem annoſiorem quàm erat,apparuiſſe. Amen amen

Sapi. 2

Iohannes Chryſoſt.

men

mẽ dico vobis: Nõ vincitur pietas, ſed liuidis Iudæorum obiectiõibus humiliter reſpondens: Anteq̃, inquit, Abraham fieret id eſt, crearetur, ego ſum. Non dicit: ego eram, ſed ego ſum, oſtendens ſe filium eſ- Exod.3 ſe eius qui dicit: Ego ſum qui ſum, eſſe ſuæ æternitatis, quod neque præteritum habet neque futurum, inſinuans.

Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum. Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templo.

Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum, ceu in hominem blaſphemum, qui ſe æquaret Deo. Ipſe autem nolens exercere potentiam, ſed patiẽtiam, abſcondit ſe, id eſt, inuiſibilem ſeu non cognoſcibilem ſe per diuinitatem reddens, exiuit de templo, malens glorioſius iniuriam patiendo fugere, q̃ reſpondendo ſuperare. Voluit enim blaſphemis iſtis ſubducere furoris occaſionem, ne ante tempus tantum flagitiũ committerent, quia nondum venerat hora eius. Dñs idẽ noſter Ieſus Chriſtus mi- Iohan.2 titatis ac patientiæ ſuæ nos faciat imitari hoc exemplar quod eſt in ſe nobis imitãdum cõſtituit, qui eſt bñdictus in ſecula.

SERMO IN EADEM dominica. Quando liceat ab infamia ſe purgare, & quibus aduerſus ſuos hoſtes remedijs Chriſtus fuerit uſus.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Iohannis VIII. Occaſionem huius verbi Chriſtus dñs noſter accepit ex pr̃cedẽtibus, quę geſſerat & locutus fuerat coram Iudæis, q magna moti inuidia contra eum: quærebant ipſum interficere. Quod vt liberius auderent, tẽtabant quibus poterant eum dolis & quæſtionibus circumuenire, vt exoſum illum Iohan.4 facerẽt populo. In feſto itaq; ſcænopegię in vltimo die cum vehementi zelo prædicaſſet & varius eſſet rumor in populo de eo: aliorum dicentium eum prophetam, aliorum Chriſtum, aliorum id negantiũ & obſtrepentium, diſſentio facta eſt in turba propter eum. Itaque quum phariſæi audirent turbam, id eſt, aliquam partem turbæ murmurantem de illo, miſerunt miniſtros vt apprehenderẽt Ieſum. Sed nemo in illum miſit manus. Quin potius miniſtri redeuntes et à põtificibus & phariſęis, quare non ſecum adduxiſſent Ieſum inter interrogati, reſponderunt: Nunquam ſic locutus eſt homo ſicut hic loquitur. Irati igitur in illos, & poſtea etiam in Nicodemum, qui pro Ieſu loquebatur, phariſæi ad aliam calliditatem verſutiſſimi ſe conuertunt. Siquidem mulierem in adulterio deprehenſam piiſſimo domino adducũt, interrogantes quid illi iuberet faciendũ, quandoquidem huiuſmodi lapidare iuſſiſſet Moſes. Putabant enim ſapientiſſimo dño ſe ſtruxiſſe decipulam, vt qualitercũque reſponderet, calumniandi haberẽt occaſionem, pręberetur que ſibi anſa turbam in illum inſtigandi. Siquidem ſi iuberet adulteram abſolui, contra legem (vt ſæpe ſolebant) illum agere clamarent. Si lapidandam diceret, durũ & immiſericordem calumniarẽtur. Sed eorum retia Chriſtus dominus diſrumpens digito ſcribebat in terram. Qui ſine peccato eſt veſtrum primus in eam lapidem mittat. Proinde cõfutati omnes diſceſſerunt. Poſt hæc autem quum multis verbis eorum cæcitatem & duriciam arguiſſet, etiam hoc illis obiecit, quod ſe odio habebant gratis, & ex odio moti, quærebant eum occidere, quod iam aliquoties tentauerant quoq;, licet nihil præualuerunt. Inde ergo in hęc verba incidit: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si occidere me quæritis, oſtendite iniquitatem in me, quare ſim occidendus. Nephas enim eſt quemuis occidere innoxium, & à peccato mundum. Per hęc itaq; & ſequentia purgat ſe, reum ſcilicet ſe non eſſe mortis, ſed veritatem docere, patris ſui gloriam quærere, nihil denique miraculorum cum dæmonis inuocatiõe, aut eius auxilio ſeu virtute operari. Primum itaque eſt quod nos in hoc Euangelio docet, licere nobis, vbi infamia nos pręmit iniuſta, aut vbi grandem patimur iniuriam, nos purgare, rationem reddere, & nos ab iniuſta infamia cum veritate excuſare. Laudabile namque eſt vbi iniuſte aut falſo quis infamatur, pręſertim ſi infamia non leuis fuerit: ſe excuſare & purgare. Idq; tunc maxime. Primo: quãdo fama periclitatur innocentis. Siquidẽ multa ſunt, propter quæ vituperamur, quæ cum non ſint contra famam non oportet ea omnia excuſari. Hæc enim leuia multo excuſat melius patientia, aut diſſimulatio, aut humilis confeſſio, quæ honoratum faciunt hominem, quàm excuſatio accurataque

ſtaq; defenſio. Quando enim accuſationes ſunt, quæ non grauiter lædunt, aut ſi vituperia ſunt, quæ animam non inquinant; multo magis ædificabis auditores, ſi humiliter te propugnes tacendo, quàm ſi digladiando, contendendo, iraſcendo, atq; defendendo niſus fueris te purgare ſeu iuſtificare. In huiuſmodi enim ſemper periclitatur humilitas, periclitatur charitas, periclitaturque patientia, quarum cura ſępiſſime maior eſt habenda, quàm opprobrij pellendi, vnde non nimium grauatur fama, nec adeo grauatur quin maior vtiliorq; fructus ex patiētia & humilitate proueniat, qbus infamia quoq; ſi leuis eſt aboletur. Verum hoc ſola poteſt humilitas. Quando enim hoc ſuperbo poſſit perſuaderi? Porro ſi quid quod famam grauiter lædit obiectum fuerit, cum fama ſit nobiliſſimum in rebus temporalibus (ſcriptura dicente: Melius eſt nomen bonum quā diuitiæ multæ) detergendum eſt illud ſpōgia purgationis. Quomodo enim defendere licet rem temporalem, ita multo magis famam. Quæ vbi ſemel amiſſa fuerit, vix recuperabitur. Duæ namq; res nobis ſunt, dicit Auguſtinus neceſſariæ, conſciētia & fama. Conſcientia neceſſaria nobis eſt, fama proximis noſtris. Quamobrem Apoſtolus quoq; ait: Prouidentes bona non tantum corā Deo, ſed etiā corā omnibus hominibus. Secundo licet excuſare ſe & purgare, vt lingua detrahentis emendetur. Multa enim mala infert detractor, & ſibi & audientibus. Plęrumq; enim parum aut nihil nocet detractor ei cui detrahit, non poteſt autem detrahendo non ſemper nocere & ſibi & audientibus. Cui vero plus noceat, num ſibi an audiētibus dubitat Bernardus, ſic dicens: Detrahere & detrahentem audire quid horum ſit dānabilius non facile dixerim, quia vterque portat diabolum ſub lingua. Detrahens præterea peſtilentior eſt quā vipera. Tres enim ſimul inficit vno flatu, puta ſeipſum detrahentem, eum cui detrahit, & audientem ſe. Multa alia mala linguæ detrahentium efficiunt. Quare expedit eos confutari & vinci, quo minus noceant. Suſurrone enim ſubtracto iurgia conquieſcunt. Tertio licet expeditque ſe purgare quando ſcandalum imminet puſillis. Scandalum vocatur quando delinquendi datur occaſio ſeu cauſa ex re mala ac illicita ſeu mali ſpeciem habente. Quod ſemper, vbi

Prou.22 — Auguſt. — Roma.12 — Bernar. li. 2. de conſi.

cunq; id fieri poteſt amputandū eſt. Quocirca quū Chriſto Iudæi duo falſo impingerent, puta quod eſſet Samaritanus, et q̄ dæmonium haberet, alterum excuſauit, alterum diſſimulās tacuit. Samaritanum enim eſſe, tametſi coram Iudæis foret probroſum, non tamen erat malum, ideo Ieſus ad hoc probrum nihil reſpondens diſſimulauit. Porrō dęmonium habere Chriſtum illiuſque confœderatione ſeu virtute morbos curare, miracula eius adiutorio facere, ſcandalizaret vehementer, noceretque ſaluti noſtræ de Chriſto id credere. Quamobrem Chriſtus de hoc ſe purgauit. Tria autem ſunt in quibus Chriſto Iudæi detrahebant. Primo nitebantur innocentiæ eius detrahere, quo infamarēt illum dicentes eum peccatorem. Iccirco cæco illi à Chriſto illuminato, Chriſtumque egregie defendenti, phariſæi dicebāt: Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. Et alibi: Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorū amicus. Secundo detraxerunt eius eruditiōi, quia dixerunt eum ſeductorem. Quod ſcribēs Iohānes. Multus, inquit, erat murmur de eo. Quidam enim dixerunt quia bonus eſt, alij vero non, ſed ſeducit turbas. Siquidem coram Pilato quoq; inter præcipua hanc accuſationem locauerunt, quod nō doceret, ſed ſeduceret turbas. Hūc (inquiunt) inuenimus ſubuertētem gentem noſtram. Ad hęc autem calumnioſe illum etiam mendacij inſimulabant dicentes. Tu teſtimonium perhibes de teipſo, teſtimonium tuum non eſt verum. Tertio detrahebant eius virtuti & miraculis. Hęc enim omnia erant quæ confirmare debebant veritatem prędicationis, & Euangelicam ſalutem, quę nobis offerebatur à Chriſto. Ipſi vero diabolica fraude inſtructi his omnibus, quæ nos iuuare debuerant, contradicebant, obſtrepebant, detrahebant, calumniabantur & inique peruertebant. Si enim Chriſti noua lex eiuſque Euangelizatio nobis eſſe debebat ſalutifera, neceſſe erat vt eſſent vera quæ nobis dicerentur, vt etiam is qui doceret nos, eſſet ſanctus & innocens (quomodo enim credā, vt bene doceat male viuentis?) vt denique nos ſalutaria doceret, quibus nos à via veritatis, & à Deo non abduceret, ſed ad eundem nos reduceret. Poſtremo, quum difficultas poſſet prægrandis, & ſcrupulus vexare Iudæos, quo fortaſſe viderentur

Iohan.8. — Iohan.9 — Mat.11 — Iohan.7 — Lucæ 23 — Iohan.8 — Hebr.7

rentur,quia Chriſto non crederent excuſandi, puta ꝙ ſibi non liceret de his, quæ per Moſen à domino nouerāt ſibi tradita atque iam recepta, quædam relinquere, & noua aſſumere. (Neque enim ignorabant vetera hęc priora olim placuiſſe Deo & fuiſſe bona) ideo opus erat illis videre teſtimonia diuinę virtutis,volūtatis ac beneplaciti eiuſdem,quo horum quæ docebat Chriſtus veritas probaretur.Ideo quāuis ſatis vitæ innocentia ſuum Euangeliū fulciret CHRISTVS, & ea tantum quę iuſtiſſima & legi naturę maxime ſunt conſentanea doceret, tamen quia illa omnia Phariſæi calumniabantur, & diabolo ſuo præceptore ac magiſtro excitati omnem prædicationis, omnemque operum IESV fructum nobis moliebantur adimere, adhibuit ſimul miracula, & ſigna CHRISTVS opera faciens, quæ per Deum nemo alius poſſit, quibus prædicationem ſuam confirmaret. Veruntamen nihilominus adhuc ſignis & virtutibus eius diuinis detraxerunt peſſimi illi, tribuentes ea poteſtati diaboli, in cuius nomine,virtute, ſeu cōſenſu ipſum Chri-
Iohan.8 ſtum dicebant facere ea quæcunque turbæ quaſi diuina mirarentur. Itaque Chriſti detrahebant miraculis, dicentes illum dæmonium habere,& in virtute illius dæmonibus aliꝭs, infirmitatibuſque Chriſtum præcipere.Sæpenumero enim Chriſtus illis loquebatur alta & ſublimia,quæ non intelligebant. Sæpenumero quoque opera ex poteſtate diuina agebat, quæ facultatem humanam excedebant, nec minus frequēter ſecreta cordium eorum manifeſtabat.Ideo hæc omnia tribuebant diabolo,exiſtimantes quod cum eodem pactum haberet dominus Ieſus, cuius vigore hæc omnia efficeret. Neque enim adeo erant imbuti ſpiritusancto, vt crederent eum diuina propriaque virtute hæc operari poſſe,quos inuidia tantum excęcauit,
Sapien.2 vt quicquid operabatur quod virtutē excederet humanam,hoc diabolo aſſeribebant, Chriſtoque detrahebant. Moliebātur enim ea omnia deſtruere, qbus Chriſti prædicatio potuit fulciri,ac vera proba-
Lucæ 9 ri. Sed quid CHRISTVS contra eos fe-
Deut.11 cit? Num iuſſit ignem deſcendere de cœ-
Pſalm.105 lo,qui eos conſumeret? Nunquid terræ mandauit vt eos deglutiret? Minime. Quid igitur fecit? Quinque vſus eſt remedꝭs ipſe contra Iudæos, quæ nos quoque contra iniurias ſi quas patimur tenenda docuit.Primum fuit patientia. Melior e- Prou.16
nim eſt patiens viro forti,& qui dominatur animo ſuo expugnatore vrbium. Secūdum fuit ſilentium.Ad multa enim cōuitia nihil reſpondit,maxime vbi manifeſta erant mendacia,aut ſi vera etiam fuiſ-
ſent,culpa tamen & vitio hæc animi care- Iohan.8
bant.Hoc modo ad conuitium quo Samaritanum eum nominabant in hodierno Euangelio tacuit,ne contentionis illis materiam præberet huberiorem.Itaq; maluit Samaritanus vocari,quàm contentionē fouere Iudæorum. Tertium fuit reſpon-
ſio mollis & pacifica.Reſpōſio enim mol- Prou.15
lis iras mitigat.Quamobrem vbi reſpondendum erat tam manſuete benigneque reſpondit, vt magis iram alienam eius verba ſedarent,quàm prouocarēt.Quartum fuit ab hoſtium ſuorum oculis ſe ſubdu-
cere,ne grauius in illum delinquerent.Sæ- Iohan.8
pe enim conſueuit hoſtium ſuorum furo- Iohan.6
ri cedere,& eorum ſeſe oculis ſubtrahere, interim in aliam regionem aut locum diuertens,donec illorum quieſceret inſania. Quintum fuit pro malis bona retribuere, pro conuitꝭs reddere inſtructionem, pro perſecutionibus beneficia,pro maleuolentia benignitatem & charitatem.Hæc ſunt arma ſanctiſſima,quibus omne genus hoſtium expugnatur,atq; inuidia ſternitur. Quid tibi nocet vermicule, ſi contumeliam tibi quis irrogat? An ſoli tibi irrogatur? Nonne Chriſtus contumelias pertulit,& tacuit? Nunquid tu vis eſſe Chriſto aut melior aut dignior? Chriſtus patitur & tacet,& tu quęris vindictam?Legimus de quibuſdam philoſophis, qui ingenti manſuetudine præditi iniurias ac contumelias non minus fortiter quàm æquanimiter tolerarunt.Quapropter cum quidā à viliſſimo quodam homine conuitiū pateretur, interrogatus quomodo hoc tolerare poſſet.Si,inquit,aſinus pede me calcaſſet nonne tolerarem? Non ergo tolerabo ab homine, quod ab aſino tolerandum erat?Sic æthnicorum philoſophi virtuti ſtudebant,quibus tamen nulla erat repoſita corona iuſtitiæ à Deo percipienda,quandoquidem finem in quem opera
aut virtutes ſuas dirigerent,neſciebant:& Matt.10
nos Chriſtiani, quibus, ſi vel calicem aquæ frigidæ cuipiam tribuamus merces æterna à Deo retribuitur, non anhelabimus ad virtutes? Chariſſimi igitur filꝭ

parum

parum eſt quod de philoſophis legimus, quorum virtutes ſunt vt opera mortua. Nobilius habemus exemplar in Chriſto dño noſtro, omnium virtutum quod imitemur, nõ ſolum ad vtilitatem noſtram, ſed etiam imo multo magis propter voluntatem eius, & ad honorem ac gloriam ipſius, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

DOMINICA PALMARVM, epiſtola beati Pauli apoſtoli, ad Philip. II.

HOc ſentite in uobis quod & in Chriſto Ieſu. Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Humiliauit ſemetipſum, factus obediẽs uſq; ad mortem, mortem aũt crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomẽ, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, et infernorum. Et omnis lingua confiteatur, quia dñs Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris.

PARAPHRASIS IN EANdem epiſtolam.

LEctio huius epiſtolæ Chriſti explicat humilitatem, & patientiam, quibus per paſſionem à patre exaltatus eſt ad gloriam. Ad cuius imitationem hic inuitamur. Quare congrue huic dominicæ eſt applicata. Dicit itaque Apoſtolus: Hoc ſentite in cordibus veſtris, hunc ſentiat anima veſtra affectũ, humilitatis & patientiæ, q in Chriſto Ieſu, iuxta humanam naturã fuit, vt quemadmodum ille humillimus, patientiſſimusq; fuit, nec qui ſua, ſed quæ alioꝝ erant quæſiuit, ita vos quoq; in vobis hunc animum ſentiatis ad humiliationem, charitatem, patientiamq; pacatiſſimũ. Hic namq; Chriſtus cum in veritate Deus eſſet, vnius cum patre eſſentiæ atq; naturæ, nõ rapinã arbitratus eſt, hoc eſt, non vſurpatione rei eſſe credidit alienę, ſi quod vere eſt, aſſentit ſe ęqualẽ Deo. Et quamuis hoc ita ſciret & tantus eſſet, exinaniuit tamen ſemetipſum, formã ſerui accipiens. Non reliquit quod habuit & quod fuit, ſed quam ante non habuit naturam humanam aſſumpſit. In ſimilitudinem hominum factus, nec tamen hominibus tãtum ſimilis, ſed verus etiam homo, puta non amittens quod erat, & aſſumẽs quod non erat, ſuſtinens omnes indigentias, moleſtias, infirmitateſq; hominũ abſque peccato, hoc eſt, paſſibilitatem non vitia. Et habitu, id eſt, exteriori manifeſtatione viſibilem ſe atq; ſenſibilem exhibens, vt eum qui creditur & eſt Deus, videtur tamen ſentiturq; ac creditur ſimul homo. Hic Chriſtus humiliauit quidem ſemetipſum, & factus obediens patri ſecundum naturã humanam, vt quemadmodũ per Adæ inobedientiam perieramus omnes, ita eius obedientia ſaluaremur. Fuit autẽ non leuiter obediẽs, ſed vſq; ad mortem, nec ad quãcunq; mortem, ſed ad mortem crucis, hoc eſt, ad doloroſiſſimam, acerbiſſimã, ignominioſiſſimamq; mortẽ. Cuius rei gratia, quia ita ſe, cum tantus eſſet, humiliauit, vt vltra humiliare nõ poſſet, ideo Deus quoq; adeo exaltauit illum, vt vltra aut magis exaltare non poſſet. Nam donauit illi nomen, quod eſt ſuper oẽ nomen, vt ſcilicet Chriſtus homo, quomodo eſt, ita vocetur quoq; Deus. Et quanq̃ ab exordio incarnationis hoc illi dederit pater, poſt reſurrectionem tamen, & aſcenſionẽ illius tunc primum recte ſatiſque mundo manifeſtatum innotuit, vt in nomine Ieſu Dei & hominis omne genu flectatur, omnis poteſtas ſe humiliet atq; ſubijciat, cœleſtium, terreſtrium, & infernorũ, hoc eſt, angelorum, hominum, & dæmonum, & omnis lingua, id eſt, vniuerſa creatura quæ Dei habet agnitionẽ, confiteatur vltro, quia dñs Ieſus in gloria eſt patris, eidẽ maieſtate, natura, & gloria coæqualis. Videſne q̃ expreſſe reuerentiã Chriſto dicit exhibendã, tã cõfeſſiõe interna ſiue mẽtali ſiue (vbi ita expedit) etiã vocali, quã corporali

Matt.11 Zacha.9

Roma.5

Auguſt.

Porali quoque genu flexione ſeu adoratio
ne: ne Eraſmiani & Lutherani dicant in-
ternam ſufficere pietatem erga Deum, ta-
metſi corpore aut in homine exteriori ni-
hil exhibeatur, quaſi anima tantum non
corpore, etiã eſſe deberemus Chriſto ſub
iecti, aut quaſi corporis humiliatione nõ
eſſet nobis ſaluator noſter agnoſcendus,
cum non animam tantum, ſed corpus &
aĩam creauerit, redemerit et ſaluaturus ſit.

EXEGESIS EVANGE- lij dominicæ Palmarum. Matthæi XXI.

IN HAC DOMI
nica multa in officio
diuino miſcentur tri
ſtibus læta. Seruatur
enim cũ palmis pro-
ceſſio, q̃ primo Chri
ſti glorioſum intro
itum in Ieruſalem ſi
gnificamus. Nunquam enim ante maiori
laude & honore à turbis exceptus eſt do-
minus Ieſus quàm hac die, quãdo vltimo
Ieroſolymæ fines ingreſſus eſt, & iam iu-
Exo. 12 xta figurã legis agnus in paſcha immolã
dus à grege ſeparatus eſt. Rogo igitur vos
vt attente audiatis quãto honore, plauſu,
cũ palmis & laudibus receptus ſit, vt eo
magis vos moueat quæ ſequetur eius paſ-
ſio ad cõpunctionem, cum audieritis eum
Iohan. 19 qui cũ tanta gloria & fauore introductus
Mat. 26 fuit in vrbẽ, poſtridie capi ligari, cædi, fla-
Lucæ 23 gellari, atq; vt oĩm flagitioſiſſimũ extra
Marc. 15 vrbẽ cũ ignominia maxima eijci. Proceſſi
Hebr. 12 onem vero ſequitur miſſa in qua fere oĩa
triſtitiã compaſſioneq́; excitẽt, puta triſtia
ipa valde. Sic in hac vita quoq; nos vtraq;
circundant, vt ſola nõ eueniant triſtia, ne-
q; ſola læta, ſed miſcentur, vt ex altero al-
terũ fiat tolerabile, & rurſus ediuerſo q̃d
dulce foret & abductiuũ à Deo alterius a-
maritudine conſperſum non adferat ho-
mini periculum.

Cum appropinquaſſet Ieſus Ieroſo
lymã, & ueniſſet Bethphage ad mon
tem oliueti, miſit duos diſcipulos di-
cens eis:

Ieruſalem ciuitas multa olim habuit no
mina, nec ſemper vt in Euangelio hic Iero
ſolyma vocata eſt. Nam quantum hic no-
ſtro congruit propoſito, primo dicta eſt
Salem à filio Noe religioſo & bono Sem,
qui eandem fertur ædificaſſe, & primus in
ea regnaſſe. Cui aſſertioni ſi quis contradi
xerit, volens eam à Melchiſedec conſtru-
ctam, nihil obſtat. Siquidem Sem idẽ vo- Ioſue 18
catus eſt quoq; Melchiſedec: vñ non duo,
ſed idem eſt homo. Deinde vocata eſt Ie-
bus, vel ab eo qui ampliorem eam ciuita-
tem extruxit, ſic vt quidam putant, voca-
to, vel à Iebuſæis habitatoribus ciuitatis.
Inde accidit vt ex compoſitione vtriuſque 3. Reg. 3
nominis tandem vocata ſit Ieruſalem, qua Iudic. 19
ſi Iebuſalem. Porro à Salomone, quem vr
bem hanc triplici ſcribunt cinxiſſe muro,
nouiſſime vocata eſt Ieroſolyma, quaſi Ie- 3. Eſd. 1
roſolomonia. A poetis vero & hiſtoricis
ethnicis vocatur plærumque Solyma per
abbreuiationem. Quum igitur dominus
huic appropinquaret ciuitati, & veniſſet
Bethphage, hoc eſt, ad pagum ſeu villam
ſacerdotum, iuxta radicem montis oliue- Hierony.
ti ſitam, quæ diſtabat ab Ieruſalem (vt fer-
tur) vno miliari, miſit diſcipulos ſuos. Ve
niebat tũc ex Bethania dominus quo die
præcedenti, hoc eſt, ſabbato gratiſſimus
ſuauiſſimuſque hoſpes aduenerat. Cui cõ
uiuium deuotiſſimæ mulieres Martha et Iohan. 12
Magdalena inſtruxerant in domo Simo-
nis leproſi, vbi Lazarus à morte reſuſcita
tus vnus fuit ex diſcumbentibus. In hoc
conuiuio Maria Magdalena ſuauiſſima,
& inſatiabili deuotione plena vnguẽtum
pretioſum effuderat ſuper caput ipſius
domini Ieſu recũbentis. Inde ergo venit Marc. 6
Ieſus altera die ad Bethphage iuxta mon- Lucæ 10
tem oliueti, id eſt, oliuis conſitum, vnde Lucæ 19
miſit duos diſcipulos, vt creditur ex apo-
ſtolis. Sæpe legitur dominus duos ſimul
miſiſſe. Nam & ad prædicandum miſit
binos & binos, ad commendationem ſo-
cialis vitæ.

Ite in caſtellum quod contra uos
eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alli-
gatam, & pullum cum ea. Soluite,
& adducite mihi. Et ſi quis uobis a-
liquid dixerit, dicite: Quia domi-
nus his opus habet. Et confeſtim di-
mittet eos.

Ieruſalem caſtellum vocat, vel propter
loci munitionem. (hanc enim Salomon
triplici cinxiſſe muro ſcribitur, & turri-
bus erat centũ ſeptuaginta quatuor mu- Lib.6.bel.
nita, teſte Ioſepho, abſque turribus quas
He-

Iudi.cap.6 Herodes conſtruxerat) quia vt caſtrum videbatur ædificata, aut propter inhabitantium iniquitates deſpectiue eam caſtellum nominat. Contra vos eſt, vel ex oppoſitione loci erat e regione apoſtolorum ſitum. Vel, contra vos eſt, id eſt, contrarium vobis. Me enim magiſtrum veſtrum
Iohan.16 & dominũ perſequitur ad mortem. Vos autem me amatis, ideo contraria ſunt ſtudia huius ſtudijs veſtris. Et ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum eius. Aſina hæc & pullus in vſum erant pauperum qui propria non habebant iumenta, in quorum numerum humillimus dominus ſemetipſum conſtituit, vt verus agnoſce-
Mar.2 retur paupertatis amator. Pullus aſinæ dicitur, quia de illa aſina natus, ſuper quo
Lucæ.19 nemo hominum ſederat. Soluite & adducite mihi. Et ſi quis aliquid vobis dixerit, Quare ſoluitis? dicite, Quia dominus his opus habet, nõ dicit dominus noſter, nec dominus veſter, ſed ſimpliciter dominus puta vniuerſorum, rex Chriſtus & Meſſias. Et confeſtim dimittet eos, vbi dixeritis me illis indigere. Non incongruum fuit humilitati Chriſti ſe dominum appellare, tametſi domini nomen ſic indetermi-
Iſaiæ.42 nate poſitum deo ſit ſoli proprium, ſicut per Iſaiam loquitur: Ego dominus. Hoc eſt nomen meum, quia hoc die ad conſolationem & inſtructionem credentium verbis & factis tum ſuis tum aliorum maieſtatem ſuam voluit declarare. Hodie nanque cum magnis laudibus & gloria introductus fuit in Ieruſalem: hodie quoque mox vbi templum intrauit eiecit emẽ-
Lucæ.19 tes & vendentes de templo, ſicut is qui poteſtatem habet.

Hoc autem totum factum eſt ut adimpleretur quod dictum eſt per
Zacha.9 Zachariam prophetam, dicentem: Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus uenit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam & ſuper pullum filium ſubiugalis.

Dicite filiæ Sion, id eſt, populo Ieruſalem. Sic enim filiæ nomine congregatio populi conſueuit vocari in prophetis. Dicitur autem filia Sion, propterea quod templũ
Matth.23 Lucæ.13 domini habitatioque regis erat in monte Sion. Bene quoque dicitur filia, nõ quod hoc dulci amicabiliq; vocabulo digna fuerit Ieruſalem, quæ occiderat prophetas & dominum prophetarum parabat occidere, ſed dicitur filia propter multiplicia beneficia quæ huic populo ſunt exhibita, propterque paternum ſuum affectum, quem nunquam deſtitit huic plebi impendere. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, Zacha.9
hoc eſt, humilis, & ſine ſtrepitu ac pompa tibi veniet, non aureo curru vectus, nec equo nobili, ſed ſedens ſuper aſinam pacis & trãquillitatis amicam, & ſuper pullum filium ſubiugalis, ſcilicet aſinæ ſub iugo domitæ aut aſſuetæ. Niſi inuidia fuiſſent excæcati Iudæi intellexiſſent Chriſti aduentum futurum non tamen opulentia temporalive imperio, ſed in manſuetudine & humilitate, iuxta hanc Zachariæ prophetiam, quæ in noſtra tranſlatione qua vtitur eccleſia, & eſt Hieronymi, ſic legitur: Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator: ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum aſinæ.

Euntes autem diſcipuli fecerunt ſicut præcepit illis Ieſus, & adduxerunt aſinam & pullum, & impoſuerunt ſuper eos ueſtimenta ſua, & eũ deſuper ſedere fecerunt.

Suppoſuerunt domino veſtes ſuas, quo mollius honeſtiusq; dominus ſederet. Videant hic qui bona ſtudia operaq; calumniant, quaſi nihil poſſit deo placere ab eodem nõ præceptum, qui dicunt omnia adinuentiones eſſe humanas, quæcunque non iuſſa ſunt in ſcripturis. Siquidem apoſtoli iuſſi, vt adducerent aſinam & pullum hoc ipſum fecerunt: ſed hoc non ſolum fecerunt, verumetiam quod non fuerant iuſſi, fecerunt, quia veſtimenta ſua domino ſuppoſuerunt, & acceptum tamen nihilominus hoc Chriſto fuit. Non putamus autem abſurdum aut inconueniens, quod Chriſtus dominus noſter in tam breui itineris ſpatio primo aſinæ, deinde pullo inſederit, cum ob myſticam ſignificationem ita voluerit vti vtroque. Nam ſuper aſinam primo ſedens populũ ſignificabat Iudaicum ſibi ſubiectum, atque legi Moſaicę ſubditũ ad ſe pertinere: deinde gentes abſque fræno & lege petulanter viuentes per pullum voluit ſignificari laſciuientem. Qui tamen cum ſeſſorem recepit ſuper ſe Chriſtum, & ipſe mãſuetus factus eſt, Itaque ex vtroque popu-

lo, vnum populum, vnamque eccleſiam ſibi acceptabilem facere volens, ſibi ſubditam atq; ſubiectam, id in duobus ijs iumentis ſignificari voluit. Et iccirco conijcitur primo ſediſſe ſuper aſinam quæ populum ſignificat Iudæorum. Cui ipſe primum, deinde apoſtoli quoq; prædicarunt, antequam ad gentes ſe conferrent. Veruntamen non ignoro, quod ab alijs putatur quibuſdam primo ſediſſe ſuper pullum, formantibus ſibi ratiões quaſdam. Quod eorum iudicio relinquo. Incertum eſt em̃ ſuper quo primo ſederit. Et in hac re profecto, parum nobis opus eſt inueſtigare, ſuper quo ſederit iumento primum. Satis eſt nobis ſcire quod vtrunq; ſit illi adductum, & quod, vt probabiliter creditur, ſuper vtroq; ſederit. Nam Zacharias de aſina meminit. Et euangeliſtarum nonnulli de pullo referunt. Porro Matthæus refert adductos ad dominum aſinam & pullum, & apoſtolos impoſuiſſe veſtimenta ſuper eos, Chriſtumq́; deſuper ſedere feciſſe. Qua ſatis innuitur ſuper vtroq; ſediſſe horis ſucceſſiuis.

Zacha. 9
Matth. 21

Plurima autem turba ſtrauerunt ueſtimenta ſua in uia. Alij autem cędebant ramos de arboribus, & ſternebant in uia. Turbæ autẽ quę præcedebant & quæ ſequebantur clamabant, dicentes: Hoſihahna filio. Dauid: Benedictus qui uenit in nomine domini.

Iohan. 11
Iohan. 12

Audientes Chriſtum venturum populorum turbæ, quæ ad feſtum venerant, propter ſignum magnum quod audierant illum feciſſe in Lazaro, exierunt eidem obuiam circundantes eum, vt alij præcederent, alij ſequerentur. Fecerunt autem triplicem illi honorem. Siquidem nonnulli cædebant ramos oliuarum de arboribus & ſternebant ei in via. Alij ſua exuebant veſtimenta, & proſternebant in via. Alij ramos oliuarum geſtabant in manibus. Turbæ autem quæ præcedebant & quæ ſequebantur, clamabant: Hoſihahna filio Dauid, id eſt, cantabant filio Dauid Hoſihahna, quod eſt: Salua obſecro, aut, Saluum me fac obſecro. In hoc igitur quod dicit Euangeliſta cantatum filio Dauid hoſihahna, vult dicere Chriſto attributam poteſtatem ſaluandi, & ab eodem poſtulatam ſalutem. Aut ſi ita conſtruitur, vt turbæ dixerint hæc tria verba, voxq́; Iudæorum ſit, Hoſihahna filio Dauid, ſenſus eſt: Nos dicimus filio Dauid: Hoſihahna, poſtulantes ab eo ſalutem. Iudæi enim Chriſtum expectabãt ex genere Dauid, ideo nominarunt eum, quando Chriſtum voluerunt dicere, filium Dauid. Hieronymus dicit: Hoc ſignificare voluerunt quod aduentus Chriſti ſalus ſit mundi. Benedictus qui venit in nomine domini, id eſt, benedicatur ſiue laude dignus habeatur, qui venit in nomine domini. Hieronym.

Et quum intraſſet Ieroſolymam commota eſt uniuerſa ciuitas, dicẽs: Quis eſt hic? Populi autem dicebãt Hic eſt Ieſus propheta a Nazareth Galilæę.

Neque enim viderant dominũ IESVM ante ſic venientem, nec tantas audierant laudum exclamationes à turba. Quare dicebant: Quis eſt hic? Admirantes inſolitum concurſum, turbæq; cum laudibus gaudium, atque adeo puerorum clamantium in templo dicebant: Quis eſt hic? Turbæ autem dicebant: Hic eſt Ieſus à Nazareth propheta. Quàm iucundũ quamq́; ſuaue eſt audire de gloria domini, quàm gratulantur pia omnium corda domino IESV quod ſic honore tanto exceptus eſt. At vero quam triſte eſt videre, quod tam breuis hæc gloria fuerit, quæ illico mutabatur in triſtitiam. Nam quem ſic glorioſe videmus introduci, ſero iterum exire videbimus ciuitatem. Neque enim quiſpiam erit amicorum eius, qui audeat illum recipere hoſpitio, propter metum Iudæorum. Itaq; turba Chriſtum laudante, & hymnos dicente, pueris quoque in templo hoſihahna clamantibus, ſola phariſæorum colluuies inuidia tabeſcit. His enim ilia rumpebantur, quod turbam ſic affectam CHRISTO cernerent, quod tantum illi videbant honorem fieri, quod denique pueros in templo audiebant CHRISTVM laudantes (quod multis eorum præter ætatem vſu venerat quo maior fieret diuinæ maieſtatis oſtenſio) & clamantes: Pax in cœlo & gloria in excelſis. Luc. 19

Viden

Pſal.8 Videntes autem principes ſacer-
dotum & ſcribæ mirabilia quæ fecit
& pueros clamantes, in templo, &
dicentes Hoſihahna filio Dauid, in-
dignati ſunt, & dixerunt ei: Audis
quid iſti dicunt? Ieſus autem dixit
eis. Vtique. Nunquã legiſtis? Quia
ex ore infantium & lactantium per-
feciſti laudem?

Et alius Euangeliſta addit: Dico vobis: Si
hi tacuerint, lapides clamabunt. Quod
ita factum eſt. Siquidem in eius morte dũ
non ſolum pueri ſed omnis etiam turba
taceret ab eius laude ac confeſſione, lapi-
Matth. 27 des (dum petræ ſciſſæ referuntur) clama-
Lucæ. 19 bant. Poſtremo vide quam omnia ſynce-
re egerit. Non captus tot laudibus & ho-
noribus, dum ingreſſus in templum vide-
ret ementes & vendentes verſari in tem-
plo, & auaritiæ huiuſmodi quæſtus ibi a-
gi, zelatus cathedras vendentium, men-
ſas, nummulariorumq́; euertit æs, & ge-
nus omne hominum huiuſmodi eiecit de
templo, dicens, non huiuſcemodi eſſe vſi-
bus domum patris ſui applicandam, ſed
orationi. In hoc diſcamus adulatiões, lau-
des, honores, beneficiaq́; nulla ſuſcipere
ab hominibus, propter quæ poſtea coga-
mur à recto itinere aut à iuſtitia declina-
re. Sit mens noſtra erecta ad deum, & con
ſtans in omni virtute, vt ſi aliter non fieri
poteſt, deo placuiſſe nobis ſatis ſit, tamet-
ſi hominibus diſpliceamus. Quid enim
nobis de opinionibus aut fauoribus ho-
minum, quando illuc reſpiciendum eſt
maxime ne extra gratiam ſimus dei? Pre-
ſtat nullum habere hominem amicum,
quàm offenſum nobis habere deum, cui
laus, honor & gloria per infinita ſecula ſe
culorum. Amen.

SERMO IN EADEM Dominica. Multiplex turba Chriſto occurrens quid nos doceat.

Benedictus qui venit in no-
mine domini. Matth. XXI.
Glorioſum hodie legimus
domini IESV introitum
in Ieruſalẽ cum multis lau-
dibus & honoribus populi. In illa autem
proceſſione triformem inuenio conditio-
onem hominum. Quædam enim pars ho
minum, puta turba ipſa, honorem domi-
no exhibebant, & cupientes eum lauda-
re filium vocant Dauid & regem Iſrael. Mar.11
Itaque fecerunt quantum potuerunt. Par
ua tamẽ fuit hæc laus Chriſti. Quid enim
magnum erat filium eſſe regis Dauid, at- Lucæ.19
que de nobili regio ſtemmate deſcendiſſe,
qui dei eſt veri atque viui filius cum eo-
dem ſempiternus in diuinitate? Nec ſupre
ma eſt laus regem eſſe populi, qui in cœ- Matth.16
lis rex eſt angelorum, vniuerſorum, & quę
in cœlis & quæ in terris ſunt dominus.
Tamen ſi eorum verba penſentur, etiam
neſcientes ordinante ſpiritu ſancto, verba
eorum altiũs quàm putabant laudaue-
runt eum. Siquidem clamantes ei Hoſi-
hahna, quid aliud, quam deum dixerunt?
Ab eo enim quærebant optabantque ſi-
bi ſalutem tribui, eam ſcilicet non quæ eſt
in terris, ſed quæ eſt in excelſis. Huius ita
que populi pia fuit deuotio. Seruiebant Lucæ.19
enim ei, quomodo potuerunt. Nam alij de
arboribus cædebant ramos. Alij ramos Iohan. 12
ſternebant in via, per quam gradi habe-
bat. Alij portabãt ramos arborum in ma
nibus circumgirantes & præcedentes eũ.
Alij exuentes veſtimenta ſua ſternebant
in via. Reliqua turba acclamationibus ſer
uiebat laudum & obſecrationibus. Secun Matth.21
da pars hominum erat phariſæorum, ſcri
barum & legis peritorum, qui CHRI-
STVM odiebant, eique detrahebant.
Horum paucos reor exiſſe extra ciuita-
tem in occurſum domino. Neque enim
deuoti erant domino, nec illum reputa-
bant honore dignum: ideo illum non ſo-
lum nõ laudare venerunt, ſed etiam eum
carpebant, ſtimulabant, arguebant, eique
inſidiabantur & detrahebant. Et hoc fa- Lucæ.14
ciebant maxime, dum eum obſeruant, Matth.21
dum tentant ſermonibus, atque ei detra- Lucæ.19
hunt coram plebe. Quapropter cum nũc
turbam, tum diſcipulos, tum denique pue
ros ei audirent acclamantes, quàm puta-
tis tunc torquebantur acriori inuidia &
dolebant? Tunc enim inter ſe loqueban-
tur: Videtis quia nihil proficimus, labo-
rantes & conſultantes contra eum? Ecce
mundus totus poſt eum abijt. Quid mira Iohan.12
mini, quid doletis o Phariſæi cæci? Num
plangitis quod CHRISTVM ſequi- Gene.8

tur mundus, per quem vniuerſus factus eſt mundus? Quare ſi nihil proficitis, non ceſſatis igitur à tot perſecutionibus, inſidijs, & detractionibus, quandoquidem, vt ipſi dicitis, malitia veſtra nihil proficit, nec tanta eſt vobis aſtutia, vt quod doletis, poſſitis auertere. Quidam tamen de turba phariſæorum CHRISTO dicebant: Magiſter increpa diſcipulos tuos & turbas te laudantes. Quaſi dicant: Neque enim decet te hæc ſuſtinere. Nam ſi vt apparere vis) iuſtus & ſanctus es, hos plauſus vilis plebeculæ & turbæ ſine iudicio clamantis non deberes ſuſtinere. Vide hic Iudæorum dementiam. Dominum magiſtrum vocant, & tamen arguunt eum, docentq;. Nam volunt diſcipulos & turbam per eum à clamoribus compeſcendam. In qua re nonne prudentiores ſe magiſtro conſtituũt? Aegreferebant re vera Chriſti laudes, & ſibi quicquid æſtimationis honorisve CHRISTO acceſſit, detractum putabant. Hæc igitur dicentes, non CHRSTI modeſtiam zelabantur, ſed inuidię & ambitioni ſuæ moremgerebãt. Tria enim ſunt quæ Iudæos & phariſæos hic in CHRISTI laudibus torquebant. Primum quod turbæ dicebant eum bene dictum, cum ipſi eum peccatorem iudicarent. Scimus, inquiunt, quia hic homo peccator eſt. Secundo, quia dicebant eum regem, quem ipſi ne nobilem quidem æſtimabant, dicentes eum à Galilæa, fabrum & fabri filium. Tertio, quia turbæ dicebant eum veniſſe in nomine domini. Ipſi vero nõ arbitrabantur eum veniſſe à deo, ſed in principe dæmoniorum, cuius virtute, ſi quid miraculorum faciebat, perficeret. Tertia pars huius populi in hac proceſſione fuit ipſe dominus IESVS, qui quantum non oblectaretur plauſu & gloria mundana teſtabatur hoc, quod inter laudes canentium ciuitatis ipſe excidium fleuit. Miſerabatur enim ciuitatem Ieruſalem, quod tam miſere erat vaſtanda; & habitatoribus trucidatis vacuanda. Qua ex re liquet parum illum de honore ſibi exhibito cogitaſſe, qui animarum flebat excidium. Haudquaquam tamen otioſe hoc factum putemus, quod honori & laudibus externis fletum ipſe coniunxit. Sæpius enim ante Ieruſalem ingreſſus eſt, & quandocunque voluit compaſſionem potuit & fletum triſtitiamque aduocare. Neque enim ei quomodo nobis dominabantur paſſiones, ſed ei ſeruiebant. Igitur quando voluit ſenſit, quando noluit à ſe iterum repulit. Quod ergo hoc tempore lamentum ſuper Ieruſalem accepit, non propter ſe, ſed propter nos fecit. Illi enim quid conferre aut nocere poterant laudes humanæ? Sed vidit quid nobis nocerent. Quamobrem ipſe fecit, quod nos facere docuit, ſi quando in gloria aut plauſu hominum fuerimus conſtituti, ne gloria nos mundana extollat. Debemus namque tunc triſtia ad memoriam reuocare, quam viles ſcilicet ſimus, quam fragiles, quam mortales, quam paucis recte cogniti, qui non meliora, quam par eſt, de nobis ſentiant, quam continue rebelles & ingrati ſimus deo. Quod certe ſi faceremus, parum tunc nos delectarent fauor & honor mundanus. Scriptum namque eſt: Proſperitas ſtultorum perdet eos. Et rurſus, ne proſperitate iuſtitia noſtra labefectetur, admonet nos Eccleſiaſticus dicens: In die bonorum ne immemor ſis malorum. Docuit quoque in hoc ſuo fletu, Ieruſalem non ſoli gaudio intendere dicens: Si cognouiſſes & tu, quæ tibi uentura ſunt, mecumque ea expenderes, non gauderes adeo, vt ſoles, ſed mecum etiam fleres. Deinde docuit nos in nulla fortuna felicitateve gaudere terrena. Nihil enim in hoc mundo ex omni parti eſt beatum, ſed omnia amaritudinibus mixta. Riſus enim dolore miſcebitur, extremaq; gaudij luctus occupat. Quare ſcitum eſt illud Boethij dictum: Anxia res eſt humanorum conditio bonorum, & quæ vel nunquam tota proueniat, vel nunquam perpetua ſubſiſtat. Huic cenſus exhuberat ſed eſt pudori degener ſanguis. Hunc nobilitas notum facit, ſed anguſtia rei familiaris incluſus mallet eſſe ignotus. Ille vtroque circumfluus vitam cœlibem deflet. Ille felix nuptijs, orbus liberis, alieno cenſum nutrit hæredi. Alius prole lætatus filij filiæve delictis mœſtus illachrymatur. Idcirco nemo facile cũ fortunę ſuę conditione concordat. Ineſt enim ſingulis quod inexpertus ignorat, & expertus exhorreat. Quapropter nullis fortunæ blanditijs, nullis mundanæ felicitatis auſpicijs, eſt credendum. Qui hodie ſanus, cras mortuus eſt. Qui hodie diues, cras in egeſtate eſt. Qui dominabatur paulo ante, nunc ſeruit. Vide præterea, quod rami oliuæ præferuntur domino Ieſu,

Iohan.12 · Lucæ.19 · Iohan.9 · Matth.13 · Mar.6 · Marc.11 · Lucæ.11 · Lucæ.19 · Prouer.1 · Eccle.11 · Lucæ.19 · Prouer.14

IESV, quod quam iuſte quamque congrue fiat ſignificatio myſtica declarat. Oliua namque & pacem & miſericordiam ſignificat. Siquidem dum diluuio facto dominus terræ voluiſſet reconciliari, antequam Noe exire auderet arcam, columbam emiſit ex arca. Quæ rediens, in ore portauit ad Noe ramum viridem oliuæ, quo pacatum dominum Noe intellexit. Sic hoc etiam die cum dies accederet ſuæ paſſionis, qua inter deum & hominē perpetuam facturus erat pacem CHRISTVS, noſque ex ingenti ſua miſericordia & compaſſione ab æterna damnatione redempturus, ſpiritu ſancto ordinante præferebant ei ramos oliuarum, quo inſinuaretur illum aduenire, qui mediator eſſet dei & hominum, CHRISTVS IESVS: adeſſe quoque iam tempus quo pro nobis ſeipſum oblaturus hoſtiā deo, in ſanguine ſuo perpetuam nobis compararet pacem. Itaque nos ſimus hi qui CHRISTO hos portant oliuarum ramos, vt quantum in nobis eſt, cum omnibus hominibus habeamus pacem, e medio auferentes quicquid diſſidiorum diſcordiæve proximis noſtris poſſet præbere anſam. Itaque hoc potiſſimum ſacro tempore cum omnibus decet nos redire in gratiam. Neque enim hoc tantum nos curare oportet vt nobis, ſed vt proximis quoque noſtris nobiſcum tranquilla pax ſit. Hoc eſt, non ſolum his, qui in nos peccauerunt oportet nos indulgere, charitatemque impendere, ſed hos etiam qui nobis infenſi ſunt, debemus nobis reconciliare. Deinde egenis cunctis, id eſt, illis qui pane, conſilio, auxilio, opeve alia quacunque noſtra indigent ſimus compaſſiui & miſericordes, idque non ſolum lingua, ſed opere etiam & veritate ſubueniendo, conſolando, ſuadendo, & quæcunque pietatis officia exhibendo. Hoc facientes, ante CHRISTVM ramos oliuarum portamus. Quod ſi pariter veterem exuimus hominem, ea damnantes quæ olim quærebamus, contemnentes ea quæ dileximus, & quibus cum delectatione inhæſimus nobis eadem ſubtrahentes, tunc veſtes noſtras exuimus, vt per quæ peccauimus noſipſos commodumque noſtrum quærentes, nunc iterum CHRISTO nos ſubijcientes eidem per illa ſeruiamus. Et præterea aliud quod poſſit per veſtes ſignificari, puta temporalia bona. Veſtis enim quam induimus nec infimum nec ſupremum corporis tegit. Sic temporalia, nec principium, nec finem vitæ hominis conſolantur. Nemo enim aliter quam nudus egreditur de vtero matris, nemo, aliter quam nudus in terram reuertitur. Omnia igitur temporalia neque principium neque finem vitæ noſtræ tegunt. Illa igitur exuere debemus, & ad pedes CHRISTI, hoc eſt, infirmis CHRISTI membris, puta pauperibus, calamitoſis, ac miſeris ſubſternere. Cæterum, de ramis quoque non illud ſolum quod diximus intelligi poteſt, ſed eſt alia quoque ſignificatio, quæ vobis taceri non debet. Scitis filij multos in eccleſia dei fuiſſe ſanctos dei homines, qui ſecundum naturam non aliter fuerunt quā homines, vt nos ſumus, mortales, paſſibiles, & fragiles: ſecundum vero dona dei moribus nobiles, perfecti & virtutibus inſignes. Hi itaque in regno eccleſiæ fuerunt vt arbores electæ, de quibus frondes virtutum ad imitationem eorundem ſunt nobis deſecandi. Legimus Abraham illum magnum deo placuiſſe, atque non ſolum frondes, ſed & fructus ſuauiſſimos germinaſſe. Amputemus nobis inde ramum obedientiæ, quo ad arduiſſima quæque propter deum inueniamur ſemper parati. Ramum manſuetudinis à Moſe & Dauid petamus. Ramum patientiæ accipiamus à Iob viro recto & ſimplici. Sic in nouo quoque teſtamento à ſanctis apoſtolis mundi contemptum, à virginibus caſtitatem, ab alijs quoque ſanctis vendicemus nobis ramos virtutum, quas obuiam domino venientes ante ipſum feramus. Nemo ſanctorum ſit, cuius legimus vitam, à quo virtutis aliquid ad ædificationem non ſuſcipiamus. Hoc modo tanquam in nemore eccleſiæ, in ſylua virtutum deambulantes, virtutes & virtutum exempla coaceruemus, quæ in vſum & profectum noſtrum vertentes, tanquam ramos de arboribus cæſos, CHRISTO portemus in honorem. Filij chariſſimi, videat vnuſquiſque veſtrum malam ſuam conſuetudinē, quam emendare ſtudeat & cauere. Audiſtis quomodo laudes CHRISTO cecinerunt, & hoſihahna: Sic vos quoqꝫ CHRISTVM laudate, CHRISTVM ado-

Gene. 8
Hebræ. 9
Roma. 12
Matt. 5
Lucæ. 6
Colo. 3
Iob 1
Gene. 22
Num. 12
2. Reg. 7
Pſal. 131
Iob. 1

rate, à CHRISTO ſalutem petite & Ephe. 5 miſericordiam. Scurrilitas, impudicus ſermo aut inhoneſtus os veſtrum non exeat. Neque enim decet vt os quod deum laudare debet, obſcœnis aut malis ſermonibus polluatur. Verum, quid dicam de his qui tota die blaſphemant ad ſingula verba ſua, ad ſingula mendacia teſtem Exod. 20 deum inuocant addentes, Per deum vi- Iacobi. 5 uum, per deum ſanctum? Eſt ne hoc con- Matth. 5 tra præceptum dei, Non aſſumas nomen domini dei tui in vanum? Et contra verbum CHRISTI, Nolite iurare omnino, neque per cœlum neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum? Deſueſcite filij ab hac mala conſuetudine. Quomodo in vobis mala hæc conſuetudo creuit & roborata eſt, ita iterum deficiat, & pereat omnino. Bona ſit ad hæc voluntas, & omnia erunt facilia. Faciat ſemel homo ſibi legem firmam, nullo vnquam pacto, & propter rem nullam velle iurare. Statuat ſimul quoque ſibi pœnam tolerandam, quotieſcunque ex improuiſo, aut per malam conſuetudinem iurauerit. Quæ, inquis, erit pœnitentia? Toties dare nummum in eleemoſynam, aut ſubtrahere tibi vſum rei alicuius delicatæ, aut orare toties orationem dominicam. Quam pœnitentiam adeo obſerues, ac ſi ita agendi deo votum feciſſes, quotieſcunque legem fueris tuam, non iurandi ſcilicet, tranſgreſſus. Faciet enim hæc pœna tibi inſtituta, ſoluenda, vt propoſiti tui fias memor, nec iures. Verum quid de illis dicemus, qui tota die blaſphemãt deum & ſanctos, per CHRISTI paſſionem, per vulnera, per corpus, per ſanguinem imprecantes, iurantes & maledicentes? Deinde per ſanctum Vitum, per ſanctum Hubertum, per ſanctum Valentinum, dire execrantur? & hoc receptiſſimum apud nobiles eſt, quaſi nobile & militare ſit blaſphemare deum & ſanctos, & nobilior ſit, qui dirius maledixerit, aut in deum ſanctoſque magis fuerit impius? O miſerrimos vos & ignobiles, ſi hæc maxima eſt virtus veſtra, quæ nobilitat vos vt vix decem proferatis verba abſque blaſphemia in deum & ſanctos abſque maledictione, abſque iuramento, abſque imprecatione & execratione mala. Væ vobis & miſeræ nobilitati veſtræ. Melius eueniſſet vobis, vt nunquam eſſetis nati. Rogo igitur & moneo vos, vt abſtineatis corrigatiſque linguas veſtras inflammatas à gehenna. Diabolus, credite mi- Iaco. 3 hi, ſedet in linguis veſtris. Neque enim ſic impie execrando & maledicendo poſſetis loqui, niſi diabolus eſſet vobiſcum. Verum non creditis, quia fortaſſe deus ſingulare cœlum pro huiuſmodi blaſphemis domicellis (vt ſic vos nominem) conſtruxit. Cum veneritis percipietis. Reuera enim ſicut viuitis, ita moriemini. Ite igitur, quia hic nobis non vultis credere dehortantibus vos à turpi, laſciuo, voluptuoſo, maledico, ebrioſoque veſtro modo viuendi, Experiamini igitur quid vobis eueniat, & relinquite nobis cauſam plangendi vos. Neque enim grandis nobis ſpes erit de felicitate veſtra (niſi vera præcedat conuerſio, quæ luceat in vita veſtra) quandoquidem in peccatis veſtris moriemini. Quando enim bene- Iohan. 8 facietis, qui nunquam didiciſtis benefacere? qui necdum ſtatuitis vos corrigere? Iterum igitur dico: Ex teſta parentum veſtrorum male nati, male educati, male viuere aſſueti, male etiam (niſi ſingulari vos miraculo deus mutet) moriemini. Hæc non omnibus vobis filij dico, ſed diuitibus, nobilibus, ſceleratis, cõcubinarijs, maledicis, & his qui in continuis peccatis viuentes ſeſe non corrigunt. Vos autem filij qui ſemper eſtis pauidi, qui pro conſcientia veſtra vigilatis, qui delictorum fugitis occaſiones, qui deum offendere timetis, dominum noſtrum IESVM CHRISTVM cum palmis & oliuarum ramis in ciuitatem cordis veſtri introducite, illi honorem & laudis confeſſionem offerte, illum nunc in paſſione & morte ipſius agnoſcite, eique compatientes aſtate, vt dignetur vos etiam in morte veſtra agnoſcere, atque ab æternis vos incendijs liberare, qui eſt cum patre & ſpiritu ſancto benedictus in ſecula. Amen.

PASSIO DOMINI noſtri Ieſu iuxta quatuor Euangeliſtarum narrationem compendioſe elucidata.

Chri-

CHRISTVS paſſus eſt pro nobis vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius. I. Petri.II. Chariſſimi fratres adeſt dies illa triſtitiæ, dies lachrymarum & mœroris, qua deus pater iuſtiſſimus iudex peccata noſtra humeris filij ſui impoſita vindicauit, puniuit & deleuit, dies in qua Ieſus Chriſtus dei filius paſſus eſt pro nobis. De qua quidem paſſione aliquid exhortari exigit communis inſtitutio eccleſiæ, ipſaq; ratio fidei Chriſtianæ. Nam qui hodie paſſionē Chriſti nō recolit vel legendo, vel prædicando, vel audiendo, non verus cenſebitur Chriſtianus, quia ſuo pijſſimo redemptori nimis inuenitur ingratus. Quare exhortans nos ſanctus Petrus apoſtolus, gratitudinisq; nos admonens dicit: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum. Quæ verba duo nobis conſideranda præfigūt: primo paſſionē Chriſti pro nobis exhibitā, ſecundo, doctrinā regulamq; bene viuendi. Pro declaratiōe igitur quomodo ſcilicet Chriſtus paſſus ſit volo breuiter charitati veſtræ hyſtoriam paſſionis eius à quatuor Euangeliſtis deſcriptam recitare, interſerendo modica vel ad intellectum in vobis informādum lucidiorem, vel affectum excitādum deuotiorem. Deinde curabo, quantum dominus dederit, virtutum exempla in eadem paſſione relucentia, vobis manifeſtare. Iohan.11 Cum Ieſus Chriſtus dei & virginis filius annum ageret trigeſimum quartum poſt multos prædicationis & itinerationis labores, poſt varia ſigna & beneficia ſanitatum, dum fama eius vbiq; diuulgaretur, & populus ad eum vndiq; concurreret & honorem ei exhiberet, Iudæi inuidia ſuccenſi, non potuerunt hoc æquanimiter tolerare, ſed quærentes omnibus modis ſi poſſent famam eius denigrare, cum nullam inuenirent contra eum occaſionem, conſpirauerunt in mortem eius, vt occiderent eū. Appropinquāte igitur illo tempore, quo dominus Ieſus ſe voluit immolari hoſtiā viuam & acceptabiliſſimam patri, diebus tribus præcedentibus cōtinue inſtitit prędicationi à mane vſq; ad veſperum ieiunus, quia nemo audebat eum recipere in hoſpitium propter metum Iudæorum

Quinta igitur feria priuſquam Iudas vendiderat eum (Matth.26 Lucæ.22) die præcedenti iuit in Ieruſalem, & comedit paſcha cum diſcipulis ſuis ſecundum ritum legalem, de hinc depoſitis veſtibus & pallio præcinctus linteo lauit pedes ſingulorum, exterſit & oſculatus eſt. Et cum recubuiſſet iterum, dedit (Iohan.13 Lucæ.22 Matth.26 Iohan.13 14.18.16.17 Mar.14) omnibus corpus ſuum & ſanguinem in ſui memoriam, inſtituitq; pariter idem faciendum vſq; in conſummationē ſeculi in paſſionis ſuæ memoriam. Ex hinc longū fecit ſermonem plenum compunctione & dulcedine, & deinde [Hymno dicto,] quē nos gratias dicimus poſt cœnā [egreſſus Ieſus Ieruſalē ibat ſecundū cōſuetudinem in montem oliuarum.] (Lucæ.6 Iohan.18) Quia in illo monte conſueuerat orare, & per hanc viam ibat frequenter in Bethaniam. [trans torrentem Cedron in villam cui nomen Gethſemani] Inter montem Sion (ad quē ciuitas Ieruſalem ædificata erat) & montem oliuarum erat vallis per quem currebat torrēs dictus Cedron, quia cedrus copioſe ibi creſcebat. In hac valle erat quędā planicies, vbi erat villa, & poſt illam hortus, ſeu prædium. Ad nūc hortum ingreſſus eſt Ieſus, ſequitur. [Secuti ſunt autem & eum diſcipuli eius. Sciebat enim & Iudas qui tradebat eum locum.] Propterea illum locum elegit Ieſus, vt poſſet inueniri. [Quia frequenter conuenerat Ieſus illuc cum diſcipulis ſuis. Et dixit eis.] Scilicet octo diſcipulis qa Iudas aberat et tres ſecum accipiebat. [Sedete hic] ſcilicet [donec vadam illuc] ſcilicet in hortum vlterius [& orem. Et aſſumpto Petro & duobus filijs zebedæi, cœpit cōtriſtari & (Matth.26 Marc.14 Matth.26) mœſtus eſſe pauere & tædere. Tunc ait illis: Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortē.] id eſt, tanta eſt, quanta poteſt eſſe in homine viuente, ita quod præter mortem non poſſet eſſe maior. Cauſam huius triſtitiæ poſtea vobis dicam. (Lucæ.22) [Suſtinete hic, & vigilate mecum. Et ipſe auulſus eſt ab eis. Et progreſſus puſillum quantum iactus eſt lapidis, procidit in faciem ſuam ſuper terram] notate quam humiliter orat & ſolus. (Mar.14) [Et orabat, vt ſi fieri poſſet tranſiret ab eo hora.] Quid ſit hoc ſequentia exponunt. Sequitur. [Et dixit: Abba mi pater ſi poſſibile eſt] vt nihilominus genus humanum liberetur & ſaluetur omnia poſſibilia ſunt tibi,] id eſt, ſi vis potes alio modo liberare genus humanum, quam per paſſiōem meam [transfer hunc calicem.]

ſcilicet paſſionis[a me.]Per hæc verba nõ
debetis intelligere, quod Chriſtus fuerit
inuoluntarius ad patiẽdum, quia ipſe ſcie-
bat quod voluntas patris erat diffinita, &
ipſe ad hoc venerat, & hoc idem volebat
quod pateretur. Sed dixit hoc, ad oſten-
dendam veritatem humanitatis, qua ſe-
cundum ſenſualitatem (vt omnibus natu
rale eſt) timebat mortẽ quam tamẽ affecta
bat & volebat ſecundum rationem. Vnde
ſubiunxit: [Veruntamen nõ ſicut ego vo-
lo] ſecundum ſcilicet ſenſualitatem, [ſed
ſicut tu] quia ego idem volo quod tu.
Sed ad hoc quod dixit, Omnia poſſibilia
ſunt tibi, Notandum eſt, nõ fuiſſe impoſſi
bile deo ſimpliciter, quin potuiſſet alio
modo hominem ſaluare, ſcilicet vel cõdo
nando delictum omnino, vel aliter, ſicut ſi
bi placuiſſet: tamen nullus modus fuit ita
cõueniens pro humani generis redempti
one ſicut per viã vel modũ ſatisfactionis,
id eſt, in patiendo pro nobis: Sequitur.
Matth.26 [Et venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit
eos dormientes, & dixit Petro ſic: Simon
non potuiſti vna hora vigilare mecum?]
Quaſi dicat, Quomodo paratus es mecũ
intrare in carcerem, & pro me mori, ſicut
ante iam promiſiſti? De hinc quod ſequi-
tur dixit ad omnes: [Vigilate & orate, vt
Marc.14 non intretis in tentatiõem,] id eſt, vt nõ
ſuccumbatis, & capiamini in tentatione.
[Spiritus quidem promptus eſt] ſcilicet
ad moriendũ pro me [caro autẽ infirma]
ſicut bene oſtenditis dormiendo [Iterum
ſecundo abijt, & orauit eundem ſermonẽ
dicens: Pater mi ſi non poteſt hic calix
tranſire, niſi bibam illũ: fiat voluntas tua]
Dominus Ieſus fuit exauditus in oratio-
ne ſua, non ſecundum illam partem, qua
petebat tranſire calicem, ſed ſecundum
hoc quod dixit, fiat voluntas tua, quia eti
am ſua voluntas erat ſecundum rationem
& deſiderium vt pateretur. [Et venit ite-
Marc.14 rum & inuenit eos dormientes. Erant e-
nim oculi eorum grauati, & ignorabant,
quid reſponderent ei.] Scilicet quia vere-
cundabãtur. Notate tñ quantũ dilexit pi-
us magiſter diſcipulos ſuos, q̃s tam diligẽ
Matth.26 Lucæ.22 ter pieq; viſitat & reuiſitat, interrũpẽs pro
pter hoc tã ſeriã orationẽ. Sequitur. [Et
relictis illis, iterꝫ abijt, & orauit eũdem ſer
monẽ.] ſcili. vt prius. [Apparuit aũt illi an-
gelus de cœlo cõfortans eũ] Quod Chri-
ſtus cõfortatur, hoc cõueniebat ei ratione
humanitatis, quia natura diuina non in-
digebat confortari. [Et factus in agonia
prolixius orabat] Iſte agon inde prouenie
bat, quia ſecundum ſenſualitatem huma-
næ naturæ quæ tenerrima & delicata erat
maxime horrebat mortem, & immanes
cruciatus pœnarũ: quę omnia ſibi futura et
iam inſtantia imaginando præuidebat, &
tamen ſecundum rationem maxime deſi-
derabat mortem propter humanam re-
demptionem, & ita ſuſtinebat grauiſſi-
mam pugnam intra ſe, quod in tali pauo-
re & anguſtia ſanguinẽ ſudauit per oẽs
partes corporis ſui, nõ in parua copia. Vn
de ſequitur. [Et factus eſt ſudor eius ſi-
cut guttę ſanguinis decurrẽtis in terram.
Et cum ſurrexiſſet ab oratione & veniſſet
ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormiẽtes
præ triſtitia. Et ait illis: Quid dormitis?]
Scilicet in tali periculo, & in abſentia mea.
Et quia viderat eos ſe non poſſe contine-
re, pius dominus compatitur eis, dicens:
[Dormite iam, & requieſcite.] Quaſi di- Mar.14
cat: Ecce ego manebo vobiſcum vigilans
& cuſtodiens vos. Quum itaque paulu-
lum dormijſſent, excitauit eos, dicẽs. [Suf-
ficit: Ecce appropinquabit hora, & filius
hominis tradetur in manus peccatorum.
Surgite eamus] Hoc dixit ad illos tres ſcili
cet Simonem Iohannẽ & Iacobũ. De hinc
etiã ad alios octo veniẽs qui ſeparatim qui
eſcebãt, dicit eis: [Ecce q̃ me tradet prope
eſt. Et adhuc eo loquẽte, ecce Iudas Iſca-
riotes vnus ex duodecim cum accepiſſet
cohortem,] id eſt, quingentos viros ar-
matos cũ tribuno, quoniam illis præſide-
bat. [Et à pontificibus & phariſæis mi-
niſtros, venit illuc cum laternis, & facibus,
& armis, cũ gladijs & fuſtibus. Iudas acce
pit à gẽtibus à poteſtate Romanoꝝ arma
tos viros ſecum, & etiã à Iudęis, vt ex v-
traq; parte munitũ, nemo auderet inuade
re, nemo reſiſtere. [Dederat autẽ traditor Matth.26
eis ſignum, dicens: Quemcunq; oſcula-
tus fuero, ipſe eſt tenete eũ, & ducite cau-
te.] Hoc dixit Iudas propter Iacobum, qui
erat ſimilis Ieſu, vt vix poſſet ab eo diſcer-
ni: & maxime à Romanis. [Ieſus itaque
ſciens omnia quæ ventura erãt ſuper eum
proceſſit.] Scilicet eis obuiam. [Qui dixit
eis: Quem quæritis? Reſponderunt ei: Ie-
ſum Nazarenum] ſecundum voluntatem
domini Ieſu oculi eorum tenebantur vt
non ſolum non poterãt eum comprehen
dere, ſed nec agnoſcere: imo & Iudas
qui erat familiaris eius non agnouit Ie-
ſum

ſum pro tunc,vt dominus oſtenderet vo=
luntariam eſſe paſſionem ſuam, & quod
potuiſſet,ſi voluiſſet, diſcedere ab eis. Se=
quit[Dixit eis Ieſus:Ego ſum] q.d.Quid
eſt opus vt me quęratis cum laternis,cum
Iohan.18 ego ſponte me vobis offero.[Stabat au=
tem Iudas qui tradebat eum cum ipſis.Vt
ergo dixit Ieſus,Ego ſum,abierunt retror
ſum,& ceciderunt in terram.] Licet do=
minus hæc leniſſima voce diceret, tamen
non potuerunt ſuſtinere virtutem &vim
huius verbi,quia credendum eſt, quod ſi
mul cum verbo radius quidã igneus pro=
cedebat de illius vultu. Hoc autem facie=
bat dominus Ieſus, vt viſo hoc miraculo
potentiam ipſius agnoſcerent, & quod
nulla arma valerent contra eum, quando
ſimplici verbo ſic potuit hoſtes proſterne
re:& vt inde occaſionẽ acciperent(ſi vel=
lent)ſe cõuertendi. Sed hic notãdum eſt,
ſi Chriſtus vno verbo ſic proſtrauit inimi
cos,quando fuit iudicandus, quid faciet,
cum venerit iudicaturus? Si hoc verbum,
Ego ſum, ita valens erat, quam terribile
erit illud tonitruum,quando dicet: Diſce
Matth.25 dite à me maledicti in ignem æternum?
Cum itaq; ad paruam moram iacuiſſent
ſuper terram,& ipſe dediſſet eis facultatẽ
reſurgendi adhuc non cognouerunt eum
[Iterum interrogauit eos: Quem quæri=
tis?Reſponderunt ei:Ieſum Nazarenum.
Iohan.17 Reſpondit Ieſus: Dixi vobis, quia ego
ſum.Si ergo me quæritis,ſinite hos abire]
ſcilicet diſcipulos meos[vt impleretur ſer
mo quẽ dixit]ſcilicet añ in ſermonepoſt
cœnam.[Quia quos dediſti mihi non per
didi ex eis quenquam]hic iam acceperũt
poteſtatem ſiue licentiam in eum, quia de
Matth.26 dit ſe agnoſci, & permiſit ſe capi.Ideo ſe=
quitur.[Et Iudas confeſtim accedens ad
IESVM dixit. Aue rabbi: & oſculatus
eſt eum.] Videte quomodo perfidus ille
traditor putabat dominum latere ini=
quam ſimulationem &quod dominus vi=
dens ſigna dilectionis per oſculum, non
intelligeret fraudem & malitiam verſuti
cordis eius.Sed dominus bene nouit. Vn
de reſpondit ei ad ſignum falſum quod
monſtrabat exterius, & etiam detegebat
ei internum ſceleratæ conſcientiæ faci=
Lucæ.22 nus,dicens [Amice.] Sic enim te ſimulas
[ad quid veniſti?]Quaſi diceret: Putas vt
non videam cor tuum?[Iuda,oſculo fili=
um hominis tradis? hoc dixit Ieſus leni=
ter,vt poſſet reuerti ad pœnitentiã.[Vidẽ
tes autem hi qui circa ipſum erant quod
futurum erat]ſcilicet quod vellẽt irruere
in Ieſum [dixerunt ei:Domine,ſi percuti= Iohan.18
mus gladio?Reſpondens autem IESVS
ait:Sinite vſque huc:]vt compleãt volun=
tatem ſuam.Sed antequàm hæc dominus
eis reſpõdit.[Petrus,]quia erat pro domi
no zeloſus non potuit expectare reſpon=
ſum [habẽs gladium eduxit eum, & per=
cuſſit pontificis ſeruum & amputauit au=
riculã eius dextrã. Erat aũt ſeruo nomen
Malchus]Ille erat furioſior & promptior
ad capiendum dominum,ideo Petrus per
cuſſit eum,& tamen ictus non ſecundum
voluntatẽ Petri proueniebat, quia voluiſ=
ſet ipſum & cęteros,ſi potuiſſet,per medi=
um ſecare.[Dixit ergo Ieſus Petro:Mitte Matth.26
gladium tuum in vaginam: omnes enim Iohan.18
qui acceperint gladium, gladio peribunt Matth.26
Calicem quem dedit mihi pater non vis
vt bibam illum? An putas quia non poſ=
ſum rogare patrem meum, & exhibebit
mihi plusquam.xij.legiões angelorum?]
Legio continet ſex milia ſexcentos ſexa=
ginta ſex.Duodecim legiones faciunt ſe=
ptuaginta nouẽmilia,noningentos & no
naginta duos.Legitur autem in quarto li
bro Regum, quod vnus angelus deſcen= 4.Reg.19
dens in caſtris Aſſyriorum percuſſit vna
nocte centum octuaginta milia robuſto=
rum.Sequitur.[Quomodo ergo implebũ
tur ſcripturæ?]ſcilicet quibus prædictum
eſt humanum genus redimendum paſſi=
one mea,quia ſic oportet fieri.[Et cum Iohan.18
tetigiſſet auriculam eius ſanauit eum.]
Notate miram beneuolentiam Ieſu in ho
ſtes ſuos,& nimiam crudelitatem ac obcæ
cationem inimicorum quod ex hoc ſigno
non crediderunt.[Dixit autem Ieſus ad Lucæ.22
eos qui venerant ad ſe principes ſacerdo=
tum,& magiſtratus tẽpli,& ſeniores.]Illi
non venerant in propria perſona ſed miſe
rant ſeruos ſuos:& quia totum hoc gere=
batur ex conſilio & voluntate eorũ,ideo,
Euãgeliſta ſic narrat,quaſi fuiſſent pręſen
tes,aut forte aliqui ex illis etiam aduene=
rãt cęteris in domo Caiphę expectantibus
[Tanquã ad latronẽ exiſtis cum gladijs & Matth.26
fuſtibus cõprehẽdere me, cũ quotidie fue=
rim vobiſcũ in templo,& ſedebã docens,
& non me tenuiſtis. Sed hæc eſt hora vrã
&poteſtas tenebrarũ.Hoc autẽ totũ factũ
eſt, vt adimplerentur ſcripturæ prophe= Lucæ.22 Matth.26
tarũ.Tunc cohors & tribunus manus in Iohan.18
iecerũt in Ieſum & tenẽtes ligauerũt eũ.]
O cha

O charißimi quomodo putatis manus in
iecerunt in eum? Vnus trahebat eum cri-
nibus, alius eum barba, alius trudebat,
alius trahebat, alius percutiebat pugno,
alius malleo, cum clamore multo blaſphe
mantes eum cum ſtrepitu armorum. Et
ſic, vt creditur, proijciebant eum ad ter-
ram, & manus poſt tergum ſicut latroni
Matt.26 ligabant. Sequitur. [Tunc diſcipuli oẽs
Mar.14 relicto eo fugerunt.] Hoc faciebat domi-
no non paruam triſtitiam. Adoleſcens au
tem quidam ſequebatur eum amictus ſyn
done ſuper nudo.] ſcilicet corpore. Qui-
dam fuiſſe dicunt Iohannem, alij Iacobũ,
alij iuuenem ex domo vbi cœnauerat Ie-
ſus [& tenuerũt eum. Et ille relicta ſyndo
ne nudus profugit ab eis] hoc factum eſt
in via quando duxerunt Ieſum ligatum
Iohan.18 verſus Ieruſalem. Vnde ſequitur. [Et ad-
duxerũt eum] ſcilicet Ieſum [ad Annam
primum] propter reuerentiam eius. Vnde
ſequitur. [Erat enim ſocer Caiphæ, q] ſci
Iohan.12 licet Caiphas [erat põtifex anni illius. E-
rat autem Caiphas qui conſilium dederat
Iudęis, quia expedit vnum hominem mo
ri pro populo.] Hoc conſilium dederat in
ſabbato ante dominicam paſſionis, quan
do concluſerunt Iudęi inter ſe dominum
interficere. [Sequebatur autem Ieſum Si-
mon Petrus, & alius diſcipulus] ſcilicet Io
hannes. [Diſcipulus autem ille erat notus
pontifici & introiuit in atrium principis
cum Ieſu.] Cauſa notitiæ erat forſitan,
quia piſces illuc portauerat pontifici, eo
Matth.4 quod pater ſuus erat piſcator. [Petrus au
tem ſtabat ad oſtium foris] quia erat in-
Iohan.18 cognitus. [Exiuit ergo alius diſcipulus
qui erat notus pontifici, & dixit oſtiariæ,
& introduxit Petrum. Stabant autem ſer-
ui & miniſtri ad prunas, quia frigus erat,
& calefaciebant ſe. Erat autem cum eis Pe
trus calefaciens ſe. Dixit ergo ancilla oſtia
ria ſummi ſacerdotis cũ vidiſſet Petrum
calefacientem ſe, ſedentem ad lumen. Nũ
quid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius?
Et hic cum illo erat.] Hoc dixit ad cir-
Matth.26 cunſedentes, quia notauit Petrum timidũ
Mar.14 [At ille negauit illum coram omnibus, di
Lucæ.22 cens: Mulier non ſum. Non noui illum,
Iohan.18 neq; ſcio neq; noui quid dicas. Et exiuit
foras ante atrium, & gallus cantauit. Pon-
tifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipu
lis & de doctrina eius.] Interrogauit,
ſi poſſet aliquid audire, quo caperet Ieſum
in ſermone, vt accuſaret eum. Scilicet do-
minus Ieſus nihil reſpondit de diſcipulis,
quia fugerant à ſe & ideo tacebat, prębens
nobis exemplum vt ſi de proximis non
ſcimus bona dicere, debeamus etiam à ma
lis tacere. De doctrina vero reſpondit, vt
ſequitur. [Reſpondit ei Ieſus: Ego palam
locutus ſum mũdo. Ego ſemper docui in
ſynagoga, & in templo, quo omnes Iudæi
conueniunt: & in occulto locutus ſum ni-
hil. Quid me interrogas? Interroga eos
qui audierũt, quę locutus ſum ipſis.] Quia
libentius credis illis quam mihi. [Ecce hi
ſciũt quid dixerim ego. Hęc cum dixiſſet
vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam
Ieſu dicens: Sic reſpondes pontifici?] Ille
miniſter accepit verba Ieſu quaſi iniurioſe
& ſuperbe dicta contra pontificem, & qua
ſi dominus notaſſet Annã de ſtulta inter
rogatione & ideo ad complacendum do-
mino ſuo dedit mitiſſimo agno Ieſu du-
riſſimam alapam. Scribitur, & pie creditur
quod ille ſeruus habebat manum indutã
chirotheca ferrea, & tam valide percuſſit,
quod dominus cecidit ad terram & ſan-
guis ebulliuit p nares eius. O nequiſſime
ſerue, ſi tu ſcires quis eſt quem ſic percutis?
O bone Ieſu te hãc alapam ſolam ſuſtinuiſ
ſe ob dignitatem perſonę tuæ immenſam
ſufficeret ad ſalutem totius humani gene
ris. Cum itaque ſurrexiſſet à terra poſt ala
pam receptam. [Reſpondit ei Ieſus. Si ma
le locutus ſum, teſtimonium perhibe de
malo, ſi autem bene, quid me cædis? Et
miſit eum Annas ligatum ad Caipham
pontificem. At illi] ſcilicet impij apparito
res [tenentes Ieſum duxerunt illum ad
Caipham principem ſacerdotum, vbi ſcri
bæ ſeniores & phariſæi conuenerant. PE
TRVS autem ſequebatur eum, à lon- Matth.26
ge vſque in atrium principis ſacerdo-
tum.] Iam ſemel negauerat IESVM,
ſed tum tenebatur adhuc amore aliquo
& compaſſione erga eum. [Et ingreſ- Lucæ.22
ſus intro ſedebat cum miniſtris, vt vi-
deret finem. Accenſo autem igne in
medio atrio, & circunſedentibus illis, e-
rat PETRVS in medio eorum, & cale- Matth.26 Marc.14
faciebat ſe ad ignem. Dixerunt ergo
ei: Nunquid & tu ex diſcipulis eius es?
Exeunte autem PETRO ianuam rur-
ſus,] id eſt, diſponente ſe ad egredi-
endum., quia timebat agnoſci cum vi-
diſſet illum alia ancilla cœpit dicere
circunſtantibus quia hic ex illis eſt.
Et iterum negauit cum iuramento
quia

Lucæ.22 quia non noui hominem. Et poſt puſillũ interuallo quaſi horæ vnius rurſusq; aſta=bant, dicebant Petro: vere ex illis es Nam
Iohan.18 & Galileus es, & loquela tua manifeſtum te facit,] ſcilicet inter illos. [Dixit vnus ex ſeruis pontificis cognatus eius cuius Pe=
Mar.14 trus abſcidit auriculam: Nonne ego te vi=di in horto cũ illo? Ille autem cœpit ana=
Lucæ.22 thematizare & deteſtari & iurare quia ne ſcio hominem iſtum quem dicitis. Et con tinuo, adhuc eo loquente, iterum gallus cantauit. Et conuerſus dominus reſpexit Petrum] conuerſus ſcilicet ad miſericor=diam & miſeratiõem vt reſpexit Petrum non oculo corporali, quia Petrus erat in atrio, & ipſe intus in conſilio. Sed reſpe=ctus ille fuit ſpiritualis & internus, quo il luminabat & tangebat cor Petri, vt co=
Marc.14 gnoſceret quid feciſſet. Vnde ſequitur [Et recordatus eſt Petrus verbi domini ſicut
Matth.26 dixerat, quod priusquam gallus cãtet bis ter me negabis. Et egreſſus foras fleuit a=mare.] (Hinc traxit cõſuetudinem, quod per totam vitam ſuam ſurgebat de nocte & quotiens audiebat gallicantum, fleuit amariſſime illud peccatum vel lapſum.) Interea tamen dum Petrus foris negaret dominum Ieſum in atrio principes ſacer=dotum cum miniſtris impie tractabant pi
Matth.26 um & mitiſſimum agnum in conſilio. Vnde ſequitur in textu. [Principes autem ſacerdotum & omne conſilium quære=bant falſum contra IESVM teſtimoni=
Mar.14 um, vt eum morti traderent. Et non inue=niebant etiam cum multi acceſſiſſent & conuenientia teſtimonia non erant:] No=tate hic ſignum magnæ innocentiæ Ieſu & ſapientiæ, quod ita ſapienter & inno=center ſe in omnibus habuit, quod etiam falſi teſtes nihil mendacij potuerunt con=fingere quod peccati haberet ſpeciem
Matt.26 vel apparentiam. [Nouiſſime autem vene runt duo falſi teſtes, & dixerunt. Quoni=am nos audiuimus eum dicentem: Ego diſſoluam templum hoc manufactum, & poſt triduum aliud, non manufactum ædificabo] Per hoc volebant probare,
Iohan.2 quod feciſſet ſe deum, quia humanitus e=rat impoſſibile ſecundum talem ipſorum intellectum. Sequitur. [Et non erat conue niens teſtimonium eorum] quia peruer=tebant verba & intentionem loquentis. Chriſtus eñ non dixit, Ego diſſoluam, ſed, ſoluite, id eſt, Soluetis, nec dixit ædifi cabo, ſed excitabo illud nec locutus fue=rat de templo materiali, ſed de tẽplo cor=poris ſui, ſicut alia multa locutus eſt in pa
rabolis. [Et] cum dominus ad omnia ta= Matth.26
ceret [exurgẽs ſummus ſacerdos in medi=um interrogat Ieſum, dicens: Non reſpon des quicquã ad ea quę tibi obijciuntur ab hijs? Ille autem tacebat, & nihil reſpondit] quia qcquid reſpõdiſſent, peruertiſſent in calumniam, & quæ obijciebant ei erant a=perta mẽdacia. [Rurſus ſummus ſacerdos interrogat eum, & dixit ei: Adiuro te per deũ viuũ, vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius dei benedicti. Dixit illi Ieſus: Tu di=xiſti, Ego ſum] hic Ieſus reſpõdit propter reuerentiã diuini nominis quo fuit adiura tus, licet ipſe ſciret quod ex reſpõſione ei=us maiorẽ contumeliã ſibi forent illaturi, Confeſſus eſt ergo ſe filium dei: Verunta men ne ſolum diuina natura intelligenda nobis daretur in eo, ſed etiã humana, ad=iunxit. [Veruntamẽ dico vobis: A modo videbitis filiũ hominis ſedẽtem à dextris virtutis dei, & venientem in nubibus cœ=li. Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſti=menta ſua, dicens: Blaſphemauit,] id eſt, attribuit ſibi, qui eſt purus homo, id quod ſolius eſt dei, tamen dñs Ieſus nõ blaſphe=mauit, ſed veritatẽ dixit, quia eſt deus & homo. Seqtur [Quid adhuc egemus teſti bus?] O peruerſum iudiciũ. Ipſi accuſato res, ipſi teſtes, ipſi & iudices. [Ecce nunc audiſtis blaſphemiã. Quid vobis videtur? Qui oẽs condemnauerunt eũ reum eſſe mortis. Tunc viri qui tenebant eum, illu=
debant ei: & expuerũt in faciem eius, & ve Lucæ.22 Mar.14
lauerunt eum, cędentes eũ colaphis. Et in
terrogauerũt eum, dicentes: Prophetiza Matth.26
nobis Chriſte. Quis eſt qui te percuſſit? Et miniſtri eũ alapis cædebant, & alia multa blaſphemantes dicebant in eum] quę illa alia multa fuerunt, euangeliſtæ nõ ſcripſe runt, quia tã ignominioſa ludibria exerce
bãt in eũ, quod erubeſcebant ſcribere. Vñ Hierony.
dicit Hier. ꝙd ea quæ dñs ꝑ iſtas tres horas in nocte ſuſtinuit nunꝗ plene reuelabunt vſq; ad diẽ iudicij. In libris tñ deuotorum & in reuelationibus ſanctorum aliqua leguntur, quod ſcilicet cum de nocte principes & ſeniores irent dormitum, fe=cerunt IESVM recludi in carcerem, & adhibuerunt peſſimos nequam, qui liga=uerunt eum ad columnam & per totam noctem vſque mane tribulauerunt ge=nas conſpurcando, Barbam vellicando, crinibus trahendo, pedibus cõculcando, & op=

& opprobrioſiſſimis verbis & factis ipſi inſultando. Cogitate quomodo mitis dominus inter tales rabidos canes tacet, & om̄ia patit̃, ac ſi eſſet peſſimus, nouiſſimus viliſſimus & impotentiſſimus hominum: ac ſi ſibi foret cõſcius om̄ium malorũ, quę illi impreperabant.

Hora. I. Matth. 27

[Mane autē vt factus eſt dies conſilium inierunt omnes principes ſacerdotũ & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderēt.] Intelligitur hic de ſecundo conſilio in domo Caiphæ, quia in nocturno & primo conſilio quo damnauerāt Ieſum reum mortis eſſe, non interfuerant omnes ſeniores & principes: ideo in ſecundum conſilium mane omnes conueniunt, vt approbēt & confirment ſententiã primi conſilij, quo damnatus fuit innocens Ieſus, qui interim reſeruatus fuit (ſicut dixi) quaſi in vno penario, vbi per noctem continue blaſphemijs, & deriſionibus, verberibus, & iniurijs ipſum affecerunt.

Lucæ. 22

[Et adduxerunt eum in conſilium ſuum dicentes: Si tu es CHRISTVS, dic nobis? Et ait illis. Si dixero vobis, non credetis mihi. Si autem & interrogauero, non reſpondebitis mihi neque dimittetis. Ex hoc autem, (id eſt, poſt paſſionis meæ tempus) erit filius hominis ſedens à dextris virtutis dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius dei? Qui ait: vos dicitis, qa ego ſum At illi dixerunt: Quid adhuc deſideramus teſtimonium? Ipſi enim audiuimus de ore eius.] Scilicet quod filium dei ſe & Chriſtum nominauit: Iudęi non habebāt iudicium ſanguinis, ſed erat ab imperatore illis ablatum, qui conſtituit illis iudicem & præfectum Pontium Pilatum, tanquam ſuum vicarium. Et ideo ipſi poterant bene iudicare vtrum aliquis eſſet reus mortis vel non. Scilicet ſi fuiſſet reus, oportebat illum mitti ad pręſidem à romanis conſtitutum, & afferre cauſam ſuæ dãnationis: ſic etiam modo faciunt cum Ieſu: quia ſi mei poſſent eum occidere, ipſi non quærerēt vtrum cauſam haberēt vel non. Sed quia ſciebant Pilatum interrogaturum de cauſa mortis ideo conquirũt quid velint proponere cõtra innocentem quo poſſent mouere Pilatum. Oh aduertite quomodo humillimus dominus et potētiſſimus deus intelligens omnem malitiam cordis eorum & falſitatem, & ſuſtinens tantum ſui contemptum & iniuriam, ſtat inter eos ſubmiſſo capite & mãſuetus ac ſi viliſſimum fuiſſet mancipium & meruiſſet mortem.

Lucæ

[Et ſurgens omnis multitudo eorum, & vincientes Ieſum] Quia ſoluerant eum in conſilio, & iterũ ligant in ſignum quod eſſet reus & damnatus ad mortem in gaudium omnium inimicorum Ieſu & in confuſionem amicorum eius. [Duxerunt illum ad Pilatum à Caipha in prætorium.] Ah cogitate quomodo duxerunt illum, quibus iniurijs quantis opprobrijs & clamoribus. Aeſtimant aliqui quod Ieſu exeunte à domo Caiphæ matrem eius cum Magdalena ſtetiſſe ad portam expectando ſi videre poſſet filium ante mortem: dum ergo videbat eum ſic educi, ſic miſerabiliter tractari & ligatum, per quod intelligebat eum damnatum ad mortē & in facie conſputum, bene in terram cecidiſſe potuiſſet præ dolore, ſi nõ præſeruata fuiſſet diuina virtute vel niſi pudicitia virginalis & diſciplina puellaris omnes geſtus eius exteriores moderaſſet

Iohan.

[Erat autem mane] hoc dixit euangeliſta ad oſtendēdum quomodo Iudæi ſitiebant ſanguinem Ieſu, cum adhuc primo mane quærebant ſententiã contra eũ. [Et ipſi non introierunt in prætorium, vt non contaminarētur, ſed manducarēt paſcha] Notate qualem & quam pediculoſam conſcientiam habuerunt iſti hypocritę, fecerunt ſibi conſciētiam quod contaminarētur ſi intrarent domum alienigenæ ſcilicet præſidis, & pręſertim in loco vbi iudicaretur ſuper ſanguinem, id eſt, in prętoriũ. Et de hoc non fecerunt ſibi cõſcientiã, quod ipſi innocētem damnauerant, & dei filiũ ad mortem & quod ſanguinis eius effuſionē innocētis procurarent.

Matth.

[Tunc Iudas videns, qui eum tradidit quod damnatus eſſet, pœnitētia ductus rettulit triginta argenteos principibus ſacerdotum & ſenioribus populi, dicens. Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum. At illi dixerũt: Quid ad nos? Tu videris] Cum itaq; Iudas videbat ſe cum periculo ſuo etiam derideri deſperauit. [Et proiectis in templo argenteis, receſſit, & abiēs laqueo ſe ſuſpendit.] In hoc peccauit grauius, quam quando Ieſum tradidit. [Principes autem ſacerdotum acceptis argenteis dixerunt: Non licet mittere eos in corbonam, quia pretium ſanguinis eſt. Conſilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli, in ſepulturam peregrinorum: propter hoc vocatus eſt ager ille

achel

aceldema, hoc eſt, ager ſanguinis vſque in hodiernum diem. Tunc adimpletum
Zacha.11 eſt quod dictum eſt per Ieremiam prophe
Mat.27 tam dicentem: Et acceperũt triginta argẽteos preciũ appreciati, quod appreciaue
Iohan.18 runt à filijs Iſrael, & dederunt eos in agrũ figuli. Ieſus autem ſtetit ante præſidem. [Exiuit ergo ad eos Pilatus foras]. ſ. Iudęos quia nolebant intrare prætorium. [Et dixit ad eos: Quam accuſationem adfertis aduerſus hominem iſtum? Et dixerunt ei: Si non eſſet malefactor nõ tibi tradidiſſemus eum.] Quaſi dicant: Non eſt opus ipſum vlterius examinare, nos examinaui mus eum, & inuenimus eum dignũ morte. Nos tam iuſti ſumus & tantæ religionis, quod non tradidiſſemus eum tibi, niſi eſſet malefactor, quapropter merito debe res credere nobis pro ſimplici verbo, & non vlterius inueſtigare. Ex hac reſpõſione fuit indignatus præſes. [Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & ſecũdum legem veſtram iudicate eum.], i. ſi ſufficit veſtra examinatio tunc iudicate eum. [Dixerunt ergo Iudæi: Nobis non licet interficere quenquam.] ac ſi dicerent: licet poſſumus transgreſſores & malefactores citra mortem punire, tamen non ſufficit nobis vt ille puniatur, ſed vt occidatur. [Vt ſermo Ieſu impleretur quem dixit, ſignificãs qua morte eſſet moriturus.] Prædixerat enim ante diſcipulis ſuis Ieſus, quod tradẽdus erat gentibus, flagellandus & crucifi
Lucæ 23 gendus. [Cœperunt autem illum accuſare, dicentes: Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dari cæſari, & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe.] In tribus accuſant eum quæ
Iohan.18 magis videbãtur eſſe cõtra imperatorem, licet omnia erant mendacia. [Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Ieſum, & dixit ei: Tu es rex Iudæorũ.] De duobus primis non interrogat, qa de lege eorũ nihil curauit & de tributo ſciebat eſſe falſum, quia audierat Ieſum reſpõdiſſe: Reddite cæſari, quę ſunt cæſaris. [Reſpõdit Ieſus: A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me?], i. vidiſti tu vel alius aliquis tale in me, de quo hanc poſſis cõcipere ſuſpitionẽ? [Reſpondit Pilatus: Nunquid Iudæus ego ſum?]. ſ. vt ſciam quis ſit rex eorum ſecundum genealogias ipſorũ? [Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi, quid feciſti?] Quaſi dicat, nõ eſt ſine cauſa. [Reſpondit Ieſus: Regnum meum non eſt de hoc mundo.], i. nihil impedit regimen imperatoris. [Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtiq; decertarent.] ſcilicet pro me, [vt non traderer Iudæis. Nunc autem regnum meum non eſt hinc. Dixit itaq; Pilatus: Ergo rex es tu?] ſcilicet ſi habes regnum? [Reſpondit ei Ieſus: Tu dicis, quia rex ſum ego. Ego ad hoc natus ſum,] ſcilicet temporaliter, et ſecundum carnem, [et ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate, audit me. Dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas? Et cum hoc dixiſſet, ad Iudęos iterum exiuit, & dixit eis: Ego nullã cauſam inuenio in eo.]. ſ. mor Lucæ 23
tis. [At illi inualeſcebant, dicentes: Commouit populum, docẽs per vniuerſam Iudæam, incipiens à Galilæa vſque huc. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit, ſi homo Galilæus eſſet. Et vt cgnouit quod de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eum ad Herodem, qui & ipſe Ierolymæ erat illis diebus.] Pilatus non libenter iudicabat Ieſum, eo ꝙ ſciret ipſum innocentem, ideo gaudet ſe occaſionem inueniſſe, vt mittat eum à ſe ad Herodem. Hic Herodes natus fuit Iudæus, quia pater eius etiã Herodes poſtquam duxerat Iudæam virginem in vxorem ex gentilitate tranſiit ad Iudaiſmum. Erat ergo tunc Ieroſolymis propter feſtum paſchæ. Notate hic quomodo Ieſum cum maiori furore, & iniuria ducunt quaſi vindicãtes ſe in eo, quod non obtinuerunt propoſitum ſuum apud Pilatum. [Herodes autem viſo Ieſu gauiſus eſt valde. Erat enim ex multo tempore cupiens videre eum, eo quod multa audierat de illo.] Non fuit gauiſus, nec deſiderauit videre Ieſum ex deuotione, ſed curioſitate. [Et ſperabat ſignum aliquod ab eo videre fieri. Interrogabat ergo illum multis ſermonibus. At ipſe nihil illi reſpondebat] quia Herodes non credebat in eũ, ſed æſtimabat Ieſum per incantationes facere miracula, nec ex deuotione deſiderauit videre miraculum, ſed ex curioſitate, quaſi aliquid inſolitum & nouum. Et etiam tacuit vt exemplo tali nos fugiamus vanam gloriam, & omittamus oſtentationẽ, pręſertim vbi nullus eſt fructus. Stabant etiã principes ſacerdotũ & ſcribæ cõſtanter accuſantes eũ. Spreuit aũt illũ Herodes cum exercitu ſuo, & illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum.] Cõſiderate hic quomodo dñs indutus alba veſte,

quæ erat ſignum fatuoꝝ habens formam
ſcapularis monachoꝝ, reducitur per me-
dium ciuitatis, & fit confuſio & deriſio o-
mniū. Omnes cachinnant, aliȷ lapides, aliȷ
ſtercora proȷciunt in eū, & ductores eius
oēm cru delitatem in eū exercent, volētes
ſcribis cōplacere. [Et facti ſunt amici He-
rodes & Pilatus in ipſa die. Nam antea in-
imici erant adinuicem.] Peruerſa eſt ami-
Lucæ 23 citia quę innocentis ſanguine fœderatur.
[Pilatus aūt] dū videret ſibi Ieſum remiſ-
ſum [conuocatis principibus ſacerdotū et
magiſtratib9 & plebe, dixit ad illos: Obtu
liſtis mihi hoīem hūc q̄ſi auertentē popu-
lum. Et ecce ego coram vobis interrogās,
nullā cauſam inuenio in homine iſto, ex
his in quibus eum accuſatis: ſed nec Hero-
des. Nam remiſi vos ad illum, & ecce nihil
dignum morte actum eſt ei. Emendatum
ergo illum dimittā]. i. licet ſit innocens tñ
ad inſtantiā veſtrā puniā, vt ira veſtra pla-
cetur, & ſic dimittam. Audientes phariſæi
& ſeniores ꝙ Pilatus vellet eū dimittere,
iteꝝ plus accuſabant Ieſum innocentem.
Matt. 27 Vñ ſequitur: [Et accuſabant eū ſummi ſa-
cerdotes in multis, & ſeniores populi, &
nihil reſpondit. Pilatus aūt rurſus interro
gauit eū, dicens: Non reſpōdes quicq̄? Vi-
des in quantis te accuſant? Ieſus aūt nihil
amplius reſpōdit, ita vt miraretur Pilatus
præſes vehementer.] Mirabatur ꝙ ad ta-
lia falſa obiecta patienter taceret, cū tamē
vno verbo oīa potuiſſet refellere. Inter hęc
incidit Pilato quō poſſet Ieſum liberare. ſ.
per priuilegiū quod habebant Iudæi tem
pore paſchæ, quo dimittebatur eis liber a-
liquis reus in carcere quęcunq; petiſſent.
Hanc conſuetudinē habebant adhuc à tē-
pore egreſſiōis de Aegypto, quia tempore
Exod. 12 paſchæ fuerant etiā liberati ipſi de manu
Aegyptioꝝ. Vnde ſequitur. [Per diē autē
feſtū ſolebat dimittere illis vnū ex vinctis
Iohan. 18 quęcunq; petiſſent. Habebat aūt vinctū in
Marc. 15 ſignē]. i. valde et excellenter malū,] qui di-
cebat Barabbas. Erat aūt Barabbas latro,
Lucæ 23 qui propter ſeditionē quandā factam in ci
Iohan. 18 uitate et homicidiū miſſus erat in carcerē.
Cōgregatis ergo illis dixit Pilatus: Eſt cō
ſuetudo vobis, vt vnū dimittam vobis in
paſcha.] Pilatus monet Iudęos ipſos priui
Marc. 15 legiȷ eoꝝ vt notetur ſtudium eius pro li-
beratione Chriſti. [Et cū aſcēdiſſet turba]
. ſ. ad feſtū diē [cœpit rogare ſicut ſemp fa-
ciebat, illis]. ſ. vt etiā hoc mō faceret dimit
tendo vnū. [Pilatus aūt reſpō dit eis, & di-

xit: Quē vultis vobis dimittā, Barabbā an Matt. 27
Ieſum q dicit Chriſtus?] Pilatus habebat
bene alios vinctos, ſed pponit ſceleratio
rem cū Ieſu & populo magis exoſum, pu-
tans ꝙ potius dimitterent Ieſum q̄ talem Marc. 15
peſſimū homicidā. Vñ dicebat: [Vultis er-
go dimittā vobis regē Iudęoꝝ? Sciebat em̄ Matt. 27
ꝙ per inuidiam tradidiſſent eū. Principes
aūt ſacerdotū & ſeniores populi perſuaſe
rūt populis, vt peterent Barabbā, Ieſum ve
ro pderent. Reſpōdens aūt pſes dixit. Quē Lucæ 23
vultis vobis de duobus dimitti: Exclama-
uit aūt ſimul vniuerſa turba: Tolle hunc]
. ſ. Chriſtum [& dimitte nobis Barabbā.]
Notate quantā inuidiam habēt contra Ie
ſum, vt ipſius nomē nec velint nominare,
et tamen nomināt Barabbā. O quantum
pȷſſimum cor Ieſu fuit vulneratū, ꝙ ſe re
gem angeloꝝ & dñm, creatorēq; cœli &
terræ vidit re pbari, reputariq; viliorem, et Matt. 27
peiorem latrone. [Dicit illis Pilatus: Quid
igitur faciā de Ieſu q dicitur Chriſtus? Di-
cūt oēs: Crucifigatur. Iteꝝ ergo Pilatus lo
cutus eſt ad illos, volēs dimittere Ieſum. Lucæ 23
At illi ſuccłamabant, dicentes: Crucifige,
crucifige eum. Ille aūt tertio dixit: Quid
em̄ mali fecit? Ego nullam mortis cauſam
inuenio in eo. Corripiam ergo eum, & di-
mittam. At illi inſtabant vocibus magnis
poſtulantes vt crucifigeretur. Et inualeſce
bant voces eoꝝ.] O triſtiſſima Maria deſo
lata mater, quō ſecabant tuū virgineum
cor maternū huiuſmodi voces in alto re- Iohan. 19
ſonantes. [Tunc apprehendit Ieſum Pila-
tus & flagellauit.] O quā breuibus verbis
ſcriptum eſt, ꝙ dñs tam diu & amare pe
tulit. Conſpicite quomodo dñs nudatur
& de ſua nudatione verecū datur, ſicut vir
go innocentiſſimus & pudiciſſimus. Liga
tur ad columnā, & diutiſſime flagellatur,
vt poſtea fuſius dicetur. [Et]. ſ. poſt flagel-
lationem cum ſe reinduere inciperet, [tūc
milites præſidis ſuſcipientes Ieſum in præ
torio, cōgregauerunt ad eum vniuerſam
cohortem,] quia volebant eum coronare
vt regem, quem decet habere multos mi-
lites, [& exuentes eum, chlamydem cocci
neam circundederunt ei. Et plectentes co Matt. 27
ronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput e-
ius, & arundinem in dextra eius, & venie
bant ad eum, & genuflexo ante eum, illu- Marc. 15
debant dicentes: Aue rex Iudæoꝝ. Et da-
bant ei alapas. Et expuentes in eum, acce-
perunt arundinem & percutiebant caput
eius.] Hæc omnia faciebāt iſti peſſimi qua
ſi fal-

ſi falſo nominaſſet ſe regem ideo volebāt eum ornare illuſorijs regijs inſignijs, ſperantes fauorem & remunerationem à Iudæis maiorem quanto crudelius in ipſum deſęuirent. Hęc tamen arūdo q̄ caput eius feriebat nō fragilis fuit, ſed dura vt baculus, & ideo tales ictus incutiebāt ſpinas vſ ꝗ ad cerebꝝ. Cogitate quātus fuit ibi do Iohan.19 lor. [Exiuit iteꝝ Pilatus foras, et dicit eis: Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoſcatis, ꝙ nullā in eo inuenio cauſam.] Qua ſi diceret: Et licet innocens ſit, tamē ad placandā inuidiam veſtrā ip̄m miſerabiliter caſtigaui. [Exiuit ergo Ieſus portās ſpineam coronā, & purpureū veſtimentum. Et dicit eis]. ſ. Pilatus: [Ecce homo.] Videte eū. Non moueat vos ſi dixit ſe filium Dei. Ecce quō afflixi eum, ꝙ non eſt ſimilis homini. Ecce quō tam regaliter eſt ornatus quem timetis regē. Vel nūc de cætero quieſcat ira veſtra. [Cū ergo vidiſſent eum pōtifices & miniſtri, clamabant dicētes: Crucifige, crucifige eum.] O qualis hęc fuit inuidia, quantū odiū, ꝙ ſuper māſuetiſſimo Ieſu ſic miſerabiliter caſtigato nulla cōpaſſione mouebantur, ſed clamabāt, dicētes: Crucifige &c. Quaſi dicerēt: quantūcunq; afflixeris eū, nō erimus contenti, nō poterimus ſatiari in pœnis eius, niſi videamus eū ſuſpenſum in cruce. [Dicit eis Pilatus: Accipite eū vos & crucifigite, ego em̄ nō inuenio in eo cauſam: R̄nderunt Iudęi dicētes: Nos legē habemus, & ſecundū legē debet mori, qa filiū Dei ſe fecit. Cū ergo audiſſet Pilatus hūc ſermonē, magis timuit.]. ſ. dānare Ieſum, non ꝑpter legē Iudęorum quā paruipēdit, ſed neforte veꝝ eſſet, ꝙ eſſet filius dei, [et ingreſſus eſt iteꝝ in p̄toriū, & dicit ad Ieſum: V̄n es tu? Ieſus aūt nihil reſpōdit.] qa Pilatus eo ꝙ gentilis fuit & idolatra nihil meruit audire, vel non potuiſſet intelligere gn̄ationem eius. [Dicit ergo ei Pilatus: Mihi nō loq̄ris? Neſcis qa ptātem habeo crucifigere te, & ptātem habeo dimittere te? R̄ndit Ieſus: Nō habe Roma.13 res ptātem aduerſus me vllā, niſi tibi eſſet datū deſup.] Ibi notaī ſicut dicit Apoſt. ꝙ oīs ptās eſt à Deo ordinata etiam in malis hoībus, [ꝑpterea q me tradidit tibi]. ſ. Iudas & Iudęi [maius peccatū habēt,]. ſ. q̄ tu, qa Iudas ex auaritia, Iudæi ex inuidia. Tu vero ex humano timore tradis me in mortem. [Et exinde q̄rebat]. i. conabatur oīno [Pilatus dimittere eū. Iudæi aūt clamabant, dicentes: Si hunc dimittis nō es amicus Cæſaris. Oīs em̄ qui ſe regē facit] ſicut iſte conatur [cōtradicit Cæſari. Pilatus ergo cū audiſſet hos ſermones] ꝙ ſibi minabantur timens ne accuſaretur corā imperatore & deponeretur ab officio, damnare vult quem toties ꝓbauit innocentē. Ecce quid facit ambitio honorū, quō excæcat mentes hominū, vt per phas & nephas ꝓ laborē & ſcandalum veniant ad officia vel honores, & in illis maneant. V̄n ſequitur. [Adduxit Ieſum foras, & ſedit ꝓ tribunali ī loco q dicitur Lithoſtrotos, Hebraice aūt Gabbatha. Erat aūt Paraſceue Paſchę hora quaſi 6. Et] poſtq̄ ſtetit Ieſus ante tribunal, deridens dicit Iudæis: Ecce rex veſter. Illi aūt clamabant: Tolle, tolle crucifige eū. Dicit eis Pilatus: Regem vr̄m crucifigā?]. ſ. hoc vobis eſſet cōfuſio, [Reſponderunt pontifices: Nō habemus regē niſi Cęſarē. [Sedente aūt illo]. ſ. Pilato [ꝓ tribunali, miſit ad eū vxor eius, dicēs: Nihil tibi & Matt.27 iuſto illi. Multa em̄ ſum paſſa hodie ꝑ viſum ꝑpter illū.] Diabolus vidēs tantā patientiā Chr̄i, & vidēs etiā patres in lymbo exultātes ex effectu paſſiōis illius cōiectu rauit ip̄m eſſe Chriſtū, qui redempturus eſſet captiuos ſuos, ideo libenter impediſſet mortē Chriſti. [Vidēs aūt Pilatus ꝙ nihil ꝓficeret, ſed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus corā populo, dicens: Innocēs ego ſum à ſanguine iuſti huius, vos videritis] nihil ꝓdeſt Pilato exterior ablutio, qa ſciens ip̄m iuſtū nō debuit dānare. [Et reſpōdens vniuerſus populus dixit: Sāguis eius ſup nos, & ſup filios noſtros.] Ipſi paꝝ reputabant ſanguinē innocentem fundere hoīs pauperis (vt ipſi æſtimabāt) & vilis. [Tunc Pilatus adiudicauit Marc.15 petitionem fieri eoꝝ. Dimiſit aūt illis Ba Matt.27 rabbā quem petebant]. ſ. libeꝝ, [Ieſum vero tradidit volūtati eorum, vt crucifigere Lucæ 23 tur.] Tradidit voluntati eoꝝ, vt facerent in eū quicquid vellent, cæderent, traherēt, truderent, calcarent, crucifigerent & interficerent. O quantū gaudium habebāt perditiſſimi filij diaboli de ſententia ſuper humillimo Ieſu ad mortem. O q̄ miſerabile & flebile eſt audire dn̄m creatorem cœli et terræ, in cuius manu ſunt vniuerſa, ſine cuius regimine nihil ſubſiſtere poteſt, qui eſt iudex & retributor oīm ſecundum vniuſcuiuſq; opera, ꝙ ſtat ante iudicē & permittit ſup ſe ſn̄iam dari ad mortē ac ſi eſſet nouiſſimus, impotentiſſimus, et flagitioſiſſimus hoīm. [Suſceperūt aūt Ieſum, & exue Iohan.19

runt illũ purpura,& induerũt illum veſti-
Matth.27 mentis ſuis,& eduxerunt illũ vt crucifige
Iohan.19 retur.Et baiulãs ſibi crucẽ].ſ.Ieſus,[exiuit
in eũ q dicitur caluarię locũ,Hebraice Gol
gotha.] Notate hic confuſionẽ piĳſſimi Ie
ſu & acerbitatem pœnaꝝ fatigationemq́;
vulnerati corporis,quõ incuruus ſub cru-
ce incedit. Notate crudelitatẽ ducẽtium,
blaſphemias deridẽtium,ſubſannantiũ &
ſup eum cantantiũ,& gaudentiũ. Notate
multitudinẽ concomitantiũ, & varia de il
lo loquentiũ.Notate iniurias etiã pueroꝝ
lutũ & lapides ꝓĳcientiũ. Notate triſtitiã
& luctũ ip̄m diligentiũ:& maxime piĳſſi-
Lucæ.23 mę matris eius Marię.[Et cũ ducerent eũ
Mar.15 apprehenderunt Simonẽ quendã Cyrenẽ
ſem venientẽ de villa, patrem Alexãdri &
Matth.27 Rufi,hũc angariauerũt, & impoſuerũt illi
crucẽ portare poſt Ieſum.]Hoc nõ fecerũt
ex cõpaſſiõe,ſed vt accelerarẽt mortẽ eius,
qa ita exhauſtꝰ fuit uiribꝰ dñs Ieſus,vt nõ
poſſet ꝓgredi cũ cruce.Scribitur ꝙ ter vel
qnquies cecidit dñs ſub cruce,et vltimo ce
cidit ſup lapidẽ vt ſanguis p nares & os ef
flueret.Vñ in illo loco poſtea eccleſia fuit
Lucæ.23 ædificata. [Seq̃batur aũt illũ turba multa
populi & mulieꝝ,q̃ plangebant & lamen
tabãtur eũ. Cõuerſus aũt ad illas Ieſus,di-
xit:Filię Ieruſalẽ,nolite flere ſup me,ſed ſu
per voſipſas flete,& ſuper filios veſtros]ꝙ
eſtis occaſio paſſionis meæ p peccata vr̃a.
[Qm̃ ecce veniẽt dies in qbus dicent:Bea
tę ſteriles,& ventres q nõ genuerũt, & hu
bera q̃ nõ lactauerunt. Tunc incipient di
cere montibus,cadite ſup nos,& collibus,
cooperite nos.] Hoc p̄ dixit de deſtructiõe
Ieruſalẽ,q̃ facta eſt, & de fine mũdi qñ vẽ
turus eſt ad iudiciũ, [qa ſi in viridi ligno
hoc faciunt].i.in me q ſum viridis & fru-
ctuoſus abſq; peccato, [in arido qd fiet?]
.ſ.q̊d non ad aliud valet,niſi ad ignẽ.[Du
cebantur aũt & alĳ duo neq̃ cũ eo,vt inter
ficerẽtur.]Hoc ꝓcurauerunt Iudæi ad de-
tractionẽ famæ Ieſu, & in opprobriũ ipſi-
us,vt crederetur hoꝝ ſocius fuiſſe in ſcele
re,qbus cõiungendus erat in cruce. Deni
q; nõ legitur de illis latrõibus,ꝙ ſuas cru
ces ſicut Ieſus portauerunt,ſed ſolus Ieſus
baiulat,vt videatur ſceleratior illis.[Et ve
nerũt in locũ qui dicitur Golgotha, quod
Matt.27 eſt Caluarię locus.Et dederũt ei vinũ myr
rhatũ bibere cũ felle mixtũ. Et cũ guſtaſ-
ſet nõ accepit].i.non deglutiuit.[Erat aũt
hora tertia & ibi crucifixerunt eũ].i.medi
um inter tertiam et ſextã,qa ante dictũ eſt
qñ dñs iudicatus fuit à Pilato, ꝙ erat ho- Auguſt.
ra quaſi 6. Intelligitur etiã ſecundũ Aug.
ꝙ hora 3. crucifixerunt eũ Iudæi linguis
ſuis ante Pilatũ,qñ clamauerunt: crucifi-
ge,& per hoc innuitur ꝙ ſunt rei & aucto
res mortis Chriſti,licet manibus ſuis mor
tẽ non intulerint Chriſto. De mõ crucifi- Lucæ 23
xionis & dolore poſtea dicã. [Et duos la- Iohan.19
trones,vnũ à dextris & aliũ à ſiniſtris: me
dium aũt Ieſum.]quaſi principem eoꝝ.Et Iſai.53
hoc fecerũt ad ignominiã Ieſu.[Et imple- Lucæ 23
ta eſt ſcriptura,q̃ dicit: Et cũ iniquis depu
tatus eſt. Ieſus aũt dicebat].ſ. interim dũ
crucifigeretur: [Pater dimitte illis,nõ eñ
ſciunt quid faciunt.] Grãdis patiẽtia, qua
non ſolũ inimicis ſuis nõ iraſcitur,ſed pec
catum eoꝝ etiã excuſat. [Scripſit aũt Pila Iohan.19
tus titulum cauſę eius,& poſuit ſup crucẽ
ſuper caput eius.Erat aũt ſupſcriptio ſcri-
pta ſuper illũ literis Græcis, Latinis & He
braicis:Hic eſt Ieſus Nazarenus rex Iudęo
rum.Hunc ergo titulum multi legerũt Iu
dæoꝝ,quia ꝓpe ciuitatẽ erat locus,vbi cru
cifixus eſt Ieſus. Dicebant ergo Pilato põ
tifices Iudæoꝝ:Noli ſcribere,rex Iudęoꝝ]
Quaſi dicant,quia hoc nõ eſt veꝝ,& cedit
in opprobriũ nobis ꝙ rex noſter crucifi-
xus ſit[ſed]ſcribe[qa dixit ipſe:rex ſum Iu
dæoꝝ].i.ꝓpter p̃ſumptionem ſuã et regni
temerariã inuaſiõem crucifixus ſit,cum ſit
homo vilis & pauperculus.[Reſpondit Pi
latus:Quod ſcripſi,ſcripſi,].i.ita manebit.
Ex diuina ordinatiõe contigit vt Pilatus
ſcriberet eum regem Iudæoꝝ,nec mutare
vellet titulum,quia vellent nollent Iudæi
ipſe erat Chriſtus rex & Meſſias eoꝝ, qui
in lege ipſoꝝ fuit illis promiſſus,licet dñs
ipſe Ieſus temporale regnum nunq̃ cõcu-
piuit,ſicut ipſi perfidi Iudæi inique illũ ac
cuſabãt.[Milites ergo cũ crucifixiſſent eũ,
acceperunt veſtimenta eius,& fecerũt qua
tuor partes:vnicuiq; militi partem.Et tu-
nicã:Erat aũt tunica inconſutilis deſuper
contexta per totũ.Dixerunt ergo adinui-
cẽ:Non ſcindamus eã,ſed ſortiamur de ea
cuius ſit, vt ſcriptura impleretur, dicens: Pſal.21
Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi & in veſtẽ
meam miſerunt ſortem. Et milites quidẽ
hæc fecerunt.]Et ſedentes ſeruabant eum
ne quis tolleret eũ de cruce. [Et erat po-
pulus expectans eũ,].i.volens videre qua
lem finẽ acciperet qui tot fecerit miracu-
la.[Prętereuntes aũt blaſphemabant eum
mouentes capita ſua, & dicentes: Vah qui
deſtruis templum Dei, & in triduo illud
reædi

reædificas.Salua temetipſum.Si filius Dei Matt.25 es,deſcende de cruce. Similiter & principes ſacerdotũ illudentes ad alterutrũ cum Lucæ.23 ſcribis et ſenioribus,dicebãt:Alios ſaluos Matth.27 fecit,ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Si rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce,& credemus ei.Cõfidit in Deo, liberet eum nunc ſi vult.Dixit enim: Filius Dei ſum. Iohan.14 Illudebant aũt ei & milites accedentes & dicentes:Si tu es rex Iudæorũ ſaluũ te fac. Idipſum aũt & latrones qui crucifixi erãt cum eo,improperabant ei,& conuitiabantur.] Primo forſitan vterq; cõuitiabatur, ſed poſtea alter fuit conuerſus. Aut potius ſecundum vſum loquendi, quod vnus fecit,multis aſſcribitur.Cogitate vos quãtum pijſſimũ cor Ieſu affligebant talia opprobria & deriſiones,cũ in nobis ipſis experimur ſi aliquis in calamitate vel aduerſitate vel infirmitate fuerit oppreſſus,ſi ꝓpter hoc contẽnitur vel non creditur ei, ſed deridetur & obiurgatur, ipſe grauius dolet de cõtumelia vel deriſione plærũq; q̃ de ipſa infirmitate:quantomagis dñs Ieſus qui innocenter patitur & deridetur blaſphematurq; ab his pro quibus patitur. [Vnus aũt ex his qui pendebant latrõibus blaſphemabat eum dicens: Si tu es Chriſtus,ſaluũ fac teipſum & nos. Reſpõdens aũt alter increpabat eum dicens: Neq; tu times Deum,quia in eadẽ damnatione es? Et nos quidẽ iuſte].ſ. dãnati ſumus. [Nã digna factis recipimus. Hic vero nihil mali geſſit.Et dicebat ad Ieſum:Dñe memento mei].i.miſerere mei[dum veneris in regnum tuũ.Et dixit illi Ieſus: Amen dico tibi,hodie mecũ eris in paradiſo.]Magna mĩa Dei,vt latroni in vitæ termino pœnitenti ſtatim promiſit paradiſum. Hic voluit pœnitentibus dare ſpem ſalutis. Sed multi proh dolor hinc accipiunt occaſionẽ damnationis.Nam videntes tantã Dei mĩam,pœnitentiam differre volunt, & veram confeſſionẽ vſq; ad finẽ:& dicere tũc cum latrone:Dñe miſerere mei.Verũ eſt ipſi fortaſſe dicent cũ latrõe hæc verba vel ſimilia,ſed ſola verba non ſufficiũt,niſi dicant tali corde.ſ.contrito quo latro dixit. Et hoc dicere ex corde & deſiderio veniæ & gratiæ Dei & cũ odio peccati donũ Dei eſt,ꝙ ipſe dat quibus vult,& qñ vult. Ex nobis habemus & in poteſtate noſtra ꝙ poſſumus peccare qñ volumus,& ſi facultas operis deeſt, voluntas reputatur ꝓ facto. Et ideo etiã in oĩa peccata poſſumus cadere & in ſingula.Sed pœnitere,dolere & conteri non habemus à nobis, ſed à Deo cõceditur. Iccirco temerarium eſt ꝙ aliquis dicit:Iam volo hoc peccatũ facere, ſed cras cõfiteri.Vñ ſcis o fatue ſi Deus cõceſſerit cras aut ſi dederit tibi bene cõfiteri?Si nõ potes ſtare vel non vis, cũ habes gratiã Dei te iuuantẽ:quõ ꝓponis velle reſurgere ad placitũ, cum fueris per peccatũ extra gratiã Dei ſub captiuitate diaboli? Timeamus fratres ſemp, & imaginemur ſemp, nõ poſt annũ,non poſt ſeptimanã, ſed iã inſtantẽ mortẽ. Diſponamus nr̃am cõſcientiã q̃ſi nunc emigraturi ante iudicẽ noſtrũ.Interrogemus nos qd facturi eſſemus,ſi ſciremus ante meridiẽ nos defuncturos.Hoc faciamus & mõ,& ſic erimus ſecuri,ꝙ clamantes cũ latrõe miſerere nr̃i, recipiemur etiã in paradiſum cũ latrone. [Erat aũt hora fere 6.]Ante dixi,ꝙ tẽpus mediũ denominatur à priori vel poſteriori. Ideo illud tẽpus potuit dici hora 3. vel Iohan.19 6.[Stabat aũt iuxta crucẽ Ieſu Maria mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophę,& Maria Magdalene.] Viri apoſtolici fugerũt,& ſexus infirmior aſtat patiẽti. [Cũ ergo vidiſſet Ieſus matrẽ & diſcipulũ quẽ diligebat].ſ.Iohãnẽ[dixit matri ſuæ: Mulier ecce filius tuus.]Nominat eã mulierẽ,ne forte blãdius ipſam alloquẽdo dolori addat dolorẽ. [Deinde dicit diſcipulo:Ecce mater tua.]Serui ei, & venerare eam,& aſſiſte ei, ſicut filiũ decet matri. [Et ex illa hora accepit eã diſcipulus in ſua].ſ. cuſtodia.[A ſexta aũt hora tenebræ factæ Matt.27 ſunt ſup vniuerſã terrã vſq; ad horã nonã & obſcuratus eſt ſol. Et circa horã nonã exclamauit Ieſus voce magna dicens:Eli, Eli, lãmah hazabthani.Hoc eſt:Deus meus,Deus meus, vt quid dereliquiſti me?] Non eſt intelligẽdum ꝙ diuinitas ſeparata fuerit vel receſſerit ab humanitate, ſed ꝓ tãto dicitur dereliquiſſe humanitatem, quia nullũ refrigeriũ,nullũ releuamẽ,nullam pœnæ diminutionem præſtitit humanitati patienti:ſed permiſit eam in infirmitate ſua laborare ſine conſolatione inferiorum virium. [Quidam autem illic ſtantes, & audientes dicebant: Eliam vocat iſte.]hoc fuit ſic putatũ quia in voce parua differentia eſt Eli,& Elia.Et hoc forte dictũ fuit à gẽtibus.ſ.militibus,q parũ intellexerũt de Hebręo. Poſtea ſciens Ieſus qa Iohan.19 iã oĩa cõſummata ſunt].ſ. q̃ ſcripta erant de illo vſq; ad pauca, [vt cõſummaretur

Pſal. 68 ſcriptura]In ſiti mea potauerũt me aceto. [dixit:Sitio,] dñs vere ſitiebat corporaliter & ſpũaliter,corporaliter,qa effuſo ſanguine totus exaruit, vñ ſequebat̃ vehemẽtiſſima ſitis.Spũaliter ſitiuit noſtrã ſalutẽ. [Vas ergo poſitũ erat aceto plenũ.]Cõſuetudo erat dãnatis ad mortẽ ꝓpinari optimũ & forte vinũ à bonis matronis vel cæteris bonis hoĩbus ciuitatis vt pœnas mortis melius ferre poſſent. Tale vinũ datũ fuerat etiã ꝓ Ieſu & aliĳs duobus, ſed illi neq̃ q crucifixerunt eũ ebiberũt illud,&poſuerunt ꝓ illo acetũ cũ felle mixtũ. Vñ hoc
Amos 2 ꝓphetatũ habet.Vinũ damnatoꝝ bibebãt & poſuerũt ꝓ eo acetũ cũ felle mixtũ.[Et cõtinuo vnus currens ex eis acceptã ſpongiã impleuit aceto, & impoſuit arũdini, vel yſopo circũponens ligno yſopi,obtulit
Matth.27 ori eius & dabat ei bibere. Cæteri vero dicebant:Sine, videamus an veniat Elias liberans eum. Cum ergo accepiſſet acetum Ieſus]id eſt cum guſtaſſet [dixit: conſummatum eſt,].i.completum opus eſt obedi
Lucæ.23 entiæ meæ q̃d mihi pater iniunxit.[Et iterũ clamans voce magna Ieſus,ait:Pater in manus tuas commendo ſpiritũ meum. Et hęc dicẽs,inclinato capite tradidit ſpm̃.Et
Matth.27 ecce velũ tẽpli ſciſſum eſt in duas partes,à ſummo vſq; deorſum.]Hoc velũ erat ante ſancta ſanctoꝝ,ſecundũ aliq̃s, ꝓhibens aſpectũ ſanctoꝝ.Hoc ſciſſum fuit, reuelãs & detegens interiora.ſ.arcã & ſimilia. Et ꝑ hoc indicabatur, quod ita veteris teſtamenti q̃ fuerat figura futuroꝝ noui teſtamenti,erant in Chriſti morte manifeſtata & cõpleta. Et talis figuratio euacuata & nudata in Chriſti morte expirauit.[Et terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt.]Impletũ eſt quod dñs prædixerat Iudæis in die Palmaꝝ,ꝓhiberi volẽtibus pueris Chriſtũ laudantibus & cõfitentibus in tẽplo ne cãta-
Lucæ.19 rẽt.Sed Ieſus rñdit:Si hi tacuerint,lapides clamabunt.Et ſic mõ factũ eſt.Nã hominibus rõnalibus tacentibꝰ elemẽta muta,& inſenſibiles creaturæ clamauerũt innocẽ-
Matth.27 tiam & potentiã creatoris. [Et monumẽta aperta ſunt & multa corpora ſanctoꝝ qui dormierant,reſurrexerunt]:ſ.cũ Chriſto,non in die paſſionis eius,ſed reſurrectionis.Vnde ſequitur.[Et exeũtes de monumentis poſt reſurrectionem eius,vene-
Marc.15 runt in ciuitatẽ ſanctã & apparuerũt mul-
Matt.27 tis.Centurio aũt & qui cũ eo erant cuſtodientes Ieſum viſo terræmotu & his q̃ fiebant & qa ſic clamans expiraſſet]quod ſupra naturã fuit [timuerunt valde dicẽtes:
Vere filius Dei erat iſte. Et oĩs turba eoꝝ Lucæ 23
q ſimul aderant ad ſpectaculũ iſtud & videbant q̃ fiebant ꝑcutientes pectora ſua, reuertebant̃.]Dolebant eñ ꝙ petiſſent ſibi donari Barabbã,& Ieſum crucifigi. Operabatur eñ virtus oratiõis Ieſu qua ante orauerat,[Pater ignoſce illis.]Impleta etiã fuerunt verba quæ dixerat Ieſus ante
paſſionẽ ad turbas.Cum exaltaueritis fili Iohan.8
um hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum.[Stabant autem omnes noti eius à lõge,] vt melius viderent eum. [Erant autem & ibi mulieres quæ ſecutæ eũ erant à
Galilæa de longe aſpiciẽtes. Inter quas e- Marc.15
rat Maria Magdalene & Maria Iacobi minoris,& Ioſeph mater].i. ſoror Mariæ virginis, [& Salome, & mater filioꝝ Zebedęi].i.Iohãnis & Iacobi maioris.[Et cũ eſſet in Galilęa].i. ante paſſionẽ ſuã [ſeq̃bantur eũ].ſ.ꝑdicantem[& miniſtrabãt ei].ſ. neceſſaria vitę ex deuotiõe:[& aliæ multæ q̃ ſimul aſcenderãt cũ eo Ieroſolymã.Iudęi ergo qm̃ Paraſceue].i. dies Veneris [erat vt nõ remanerẽt ĩ cruce corpora ſabbato. [Erat eñ magnus dies ille ſabbati]qa duplex ſolẽnitas erat.ſ.ſabbatũ & infra octauas Paſchę.[rogauerunt Pilatũ vt frangerent̃ eoꝝ crura & tollerent̃].ſ. de cruce & ſic euadere poſſent nõ fractis cruribus depoſiti.[Venerunt ergo milites & primi quidem fregerunt crura].ſ.latrõis[& alterius q crucifixus eſt cũ eo.Ad Ieſum aũt cũ veniſſent,vt viderunt eũ iam mortuũ nõ fregerunt eius crura,ſed vnus militũ lãcea latus eius aperuit & cõtinuo exiuit ſanguis
& aqua.]Hoc vulnꝰ adeo magnũ extitit, Iohan.20
ꝙ Thomas potuit poſt reſurrectionẽ eius manũ imponere.Et in prima vulneratione Chriſtus non ſenſit dolorem:ſed quem ſenſiſſet,beata virgo ſenſit in corde & anima,quia vſq; ad mortẽ anguſtiabatur, &
ſic ibi ſingulariter impleta fuit ꝓphetia Si Lucæ 2
meonis:Et tuã ipſius animã ꝑtranſibit gladius.ſ.doloris. [Et qui vidit teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit quia vera dicit, vt & vos credatis:] Hoc ſcribit Euangeliſta Iohannes de ſeipſo qui vidit, & teſtatus eſt. [Facta ſunt enim hæc, vt ſcriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo.] Hoc ſcriptũ
eſt in Exodo de agno Paſchali Iudęorum, Exod.12
qui fuit typus, & figura veri agni Chriſti Ieſu immolandi, cuius oſſa non erant cõfringenda quoniam ſic etiam præceptum

fuit

fuit obſeruari de agno qui gerebat illius figuram.[Et iterum alia ſcriptura dicit]ſci licet Zachariæ[videbunt in quem tranſfi xerũt]hoc fiet in extremo iudicio. [Cum ſero factũ eſſet, quia erat Paraſceue, quod eſt ante ſabbatum, venit quidam homo diues ab Arimathęa nomine Ioſeph nobi lis decurio]id eſt, ſuper decem milites. Vel decurio. i. de curia imperatoris[vir bonus & iuſtus, hic non conſenſerat conſilio & actibus eorum, qui expectabat & ipſe regnum Dei,& diſcipulus erat Ieſu: occult⁹ autem propter metum Iudæorum. Et audacter introiuit ad Pilatum & petijt corpus Ieſu.] Dum Ieſus adhuc viuebat non audebat illum Ioſeph palam confiteri, licet crederet in illũ, propter metũ Iudæorũ. Dederant enim mandatum, vt ſi quis fuiſſet ipſum confeſſus Chriſtum, extra ſynagogam fieret. Sed modo in morte domini fuit confortatus, pro nihilo ducens iniquum phariſęorum mandatum, minas eorum non timens.[Pilatus autem mirabatur, ſi iam obijſſet. Et accerſito centurĩõe] qui centum præerat militibus[interrogauit, ſi iam mortuus eſſet. Et cum cognouiſſet, donauit,& iuſſit reddi corpus Ieſu Ioſeph. Ioſeph autem mercatus ſyndonem, & deponens eum inuoluit ſyndone munda. Venit aũt & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primum] ſcilicet dum Ieſus adhuc prædicabat ante paſſionem ſuã, [ferens mixturam mirrhæ & aloes libras quaſi centum] hoc vnguentum valebat contra vermes & putrefactionem. In quo facto notatur, quod illi viri licet deuoti erga Ieſum non habuerunt rectam fidem, quia timebant corpus Ieſu putreſcere & incinerari, quod tamen non potuit corrumpi propter diuinitatem cui vnitũ erat, nec diu manſurum fuit in ſepulchro, ſed reſurrecturũ. Beata etiã virgo Maria ſimplicẽ eorũ deuotionem non prohibuit, licet bñ ſciret ꝙ non fuit neceſſarium. Notate hic flebilem planctum matris ſuper filio, Magdalene ſup dulciſſimo amatore ſuo, & diſcipulorũ ſuper fideliſſimo magiſtro. Credendum etẽm eſt, ꝙ poſt mortem Ieſu,& poſt receſſum militum & Iudęorum à cruce(cum ſola mater cũ cæteris mulieribus & Iohãne perſeueraret iuxta crucem) diſcipulos oẽs vel maiorem illorũ partem reuerſos,& cũ gemitu & dolore ſuam infidelitatem & fugã à dulciſſimo magiſtro accuſaſſe. [Acceperunt ergo corpus Ieſu & ligauerunt linteis illud cũ aromatibus ſicut mos eſt Iudęis ſepelire. Erat aũt in loco ꝓpe vbi crucifixus eſt hortus,& in horto monumentum nouum. Et poſuit eum Ioſeph in monumento ſuo nouo quod excidit de petra, & aduoluit ſaxũ magnum ad oſtium monumenti,& abijt.

Matth.27 · Marci 15 · Lucæ 23 · Iohan.19 · Marci 15 · Iohan.19

SERMO DE EFFECTIBVS uirtutib. ꝗ in Chr̃i paſſ. nobis exhib.

CHriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius. 1. Petri 2. Chariſſimi fratres licet tota vita innocentiſſima dñi noſtri Ieſu Chriſti ſpeculum ſit puriſſimum & lucidiſſimũ bene & virtuoſe viuendi: tamen paſſio eius eſt quaſi ſumma & regiſtrum oĩm virtutum, in ĩpa eñ relucet perfectio oĩm virtutum. Nam quicqd dñs per totam vitam ſuam docuit & operat⁹ eſt, hoc ĩpaſſione ſua ſummarie, compendioſe & perfectiſſime mõſtrauit,& nobis in exemplum reliquit. Nam ſicut ſan. Augu. teſtatur, non ſolum quicquid boni geſſit Chriſtus in terris, ſed & quicqd mali ſuſtinuit, totum diſciplina morũ fuit. Reliquit ergo nobis exemplũ. Sed quale dicis exemplum? Exẽplum humilitatis, paupertatis, patientiæ, mititatis, obediẽtiæ, pietatis, charitatis & ſimilium. Videamus ergo nunc primo de paupertate, q̃ dñs Ieſus in natiuitate ſua conſecrauit,& per totam vitam ſuam familiariſſimam ſibi fecit, qũo eam in paſſiõne ſeruauit. Non tñ hic loquor de paupertate in vita, vel quæ ex ſola neceſſitate accidit, ſed de voluntaria & affectata paupertate, cum effectu penuriã ſentiente, quæ vocatur alio noĩe paupertas ſpũs: Hanc Chriſtus ab infantia tenuit, ſicut dicit Apoſtolus: Egenus factus eſt propter nos, cum diues eſſet. Et ſanctus Ambroſius: Recordare omnem vitam ſaluatoris, à partu virginis vſque ad patibulum crucis: & non inuenies niſi ſtigmata paupertatis. Sed omittamus pro nunc paupertatem quam elegit in natiuitate. Taceamus, quod non habuit locum vbi naſceretur, niſi vile ſtabulum & arctum præſepium, cum tamen eſſet dominus & creator omnium. Prætereamus denique quomodo per totam vitã eſurijt & ſitiuit,& de eleemoſyna fidelium vixit, non habens agrũ, nec domũ, nec hoſpitiũ propriũ: ſed nec mr̃ eius, nec apoſtoli, qa oĩa reliq̃rant.

Auguſtin. · Matth.5 · 2.Cor.8 · Ambro. · Lucæ 2

Hanc ſolum paupertatem cõmemorem9,
q̃ poſt dñicam palmaꝝ .i. in hebdomada
paſſionis ſuæ,in monumentum reliqt. Ec
ce in die palmaꝝ cum ſuſceptus fuerat cũ
magno honore,ꝑ totum diem prædicauit
in templo vſq; ad veſperũ,de ſero circun-
ſpectis oĩbus,ſicut Euãg. teſtatur,& gloſ-
ſa ſupplet,ſi aliqs vellet eũ inuitare ad ho-
ſpitandum,cum nemo eſſet q eum recipet
ieiunus & fatigatus rediịt in Bethaniam.
Videte ꝙ non ſolum non habuit ꝓprium
hoſpitium,ſed nec alienum:nec panem in
tãta neceſſitate.Similit̃ accidit ei in feria 2.
& 3.ꝙ mane veniẽs in ciuitatẽ per totũ diẽ
ꝑdicabat, & veſpere ieiunus adhuc rediịt
in Bethaniam.Sed notate vlterius:Dum ſe
cundum ritum legalem paſcha volebat ce
lebrare, nouum inſtituturus ſacramentũ,
non habuit domum vel agnum,aut cæte-
ra neceſſaria ꝓ tanta ſolennitate, ſed miſit
Matth.26 duos diſcipulos ad quendam amicum ſuũ
Marci 14 qui præparauit.Ipſe quidem potuiſſet ha-
Luc. 22 bere,ſi voluiſſet per ſeipm. Vñ eñ aliịj ha-
bent,niſi ab illo?Sed q aliịs ꝓuidet,ipſe vo
luit pauper & mẽdicus eſſe, ad cõmendan
dam paupertatem.Deniq; in paſſione eius
dum erat nudus affixus in cruce,nunquid
non pauptatem exhibuit?Nonne pauper
tas eius relucet maxime in ſeptem?Primo,
in nullius non ſolũ pecuniæ,ſed cuiuſcun-
que rei poſſeſſione:in tantum pauper, vt ſi
minima re ſe potuiſſet liberare & vitam
Matth. 26 ſuam redimere à morte,non habuiſſet.Se-
Iohan. 18 cundo,in amicoꝝ amiſſione, quia nõ fuit
Marci 15 qui ꝓ ipſo apud iudicem ſtaret,aut pro eo
Matth.27 loqueretur. Tertio,in veſtiũ nudatiõe, qa
non habuit q̃ carnẽ ſuam operiret. Quar-
to,in terræ ſubtractione qa in cruce fixus,
non habuit de ea,ſ.terra tantum,vbi pedẽ
figeret.Quinto, in cibi & potus ſublatiõe
quia præter acetum & fel nõ habuit q̃d co
mederet aut biberet. Imo cõmuniſſimum
ꝙ oĩbus ſuꝑabundat hoĩbus non habuit.
Quid fuit hoc? Quod in maxima ſiti ſua
non habuit vel modicum aquæ,vt refrige
raret linguã ſuam.Sexto, tam pauper fuit
ꝙ cũ penderet in duriſſimo lecto,ſ. cruce,
non habuit locum q̃uo caput ſuum recli-
Matth. 8 naret. Vnde ipſemet dixit: Vulpes foueas
Lucæ 9 habent,& aues nidos: filius aũt hoĩs non
habet,vbi caput ſuum reclinet. Septimo,
paup fuit à mẽbrorum libertate, quia nul
lum membꝛ habuit libeꝝ,q̃ ſe poſſet iuua
re,niſi linguã aceto & felle ad vltimũ etiã
impeditam. Conſideratis nunc ꝙ penes
quem eſt oĩm reꝝ affluentia,q̃tum ad dñi- Matth.
um,qa ipſe eſt rex regũ & dñs dñantium, Marci
dñs & creator oĩm:apud illũ eſt & oĩm re Iohan.
rum extrema penuria,q̃tum ad poſſeſſio- Lucæ
nẽ & vſum, & ſicut nudus egreſſus eſt de Apoca.
vtero matris in mundum,ita nudus regre Iob. 1
ditur de mundo,nihil terrenum aut tꝑale
prorſus retinẽs,nihil habens.Vñ in Thre Threno.
nis dicit:Recordare pauꝑtatis meæ. Sicut
aũt in vita dilexit pauꝑtatem,ita etiã poſt
mortem ſeruauit. Nam in alterius linteo Matt.
inuolutus,& in alieno fuit reconditus ſe- Iohan.
pulchro. Quare? qa proprium nõ habuit.
Aduertitis modo(ni fallor) Chriſtum fa-
cto,etiam ſi verbo tacuiſſet,pauperes præ- Matth.
dicaſſe beatos, qñ paupertatem pro oĩbus
mundi diuitiịs ſic elegit,ſic dilexit,ſic vſq;
in finem in ſeipſo ſeruauit,qñ mr̃em ſuam
apoſtolos & oẽs amicos ſuos ſola pauꝑta
te dotauit in vita,& poſt mortem nihil he
reditatis ꝑter pauꝑtatem reliqt. Quid ad
hæc nos dicemus,qui ſub paupertatis titu
lo abundamus?væ nobis,non dico præ di
uitiịs,ſed etiam pro paupertate noſtra,qui
virtutis nomen quærimus & honorem,&
paupertatis nolumus ſentire laborem.De
licata eſt nimis pauꝑtas nr̃a,qui ſic eſſe vo
lumus paupes,vt nullum ſentiamus defe-
ctum.Nec ſolum cupimus q̃ ſunt ad vitæ
neceſſitatem,ſed etiam quæ ad curioſitatẽ,
vtinam mẽtiar,ſi dixero,voluptatẽ.Quic-
qd videmus vel audimus,concupiſcimus,
Ad hoc aſpiramus,laboramus,quærimus,
habere volumus & ꝓcuram9.Quare hoc?
Quia tꝑalia nondũ perfecte contẽnimus,
eo ꝙ amorem eoꝝ adhuc in cordibus no-
ſtris circunferimus.Affectu viſibilium ita
ſtringimur & ligamur, ꝙ ad ea bona quæ
ſupra nos ſunt,aſpirare neqmus.O chariſ-
ſimi q̃ tolerabilis eſt paupertas nr̃a. Quid
minus habemus,quã hi qui viuũt in pro-
prietate rerumq; abundantia?Nunqd non
tam bene & ſufficienter oĩa vitę neceſſaria
habemus ſicut & ditiſſimi huius ſeculi?
Nunquid non quietius & ſine cura noſtra
viuimus, quã hi qui toto tꝑe vitæ ſuæ cu-
ris & ſolicitudinibus anxiantur?Nõ ſimus
ergo ingrati,& vtinã nõ ſimus ingrati.Vi- 1. Cor.
tamur neceſſariịs tanq̃ nõ vtẽtes .i. ꝓ ſola
neceſſitate nõ ex deſiderio,nec ꝓ delectati 1. Tim.
one.Suſtentemur creaturaꝝ vſu, non lige
mur affectu,ſemp cũ grãꝝ actione paucis
cõtenti & ſine murmuratiõe. ¶ Scd'a virt9
q̃ Chr̃s docuit in paſſione,fuit hũilitas,hũi
litatẽ eius qs enarrabit?Etẽm cũ in forma
Dei

Dei eſſet,vt ingt Apo.ad Phili. Non rapi-
nam arbitratus eſt eſſe ſe æqualē Deo: ſed
ſemetipm exinaniuit formam ſerui accipi-
ens,in ſimilitudine hoīm factus & habitu
inuentus vt homo, humiliauit ſemetipm,
factus obediens vſq; ad mortem, mortem
aūt crucis.Humiliauit &exinaniuit ſemet
ipm vſq; ad incarnationem,vſq; ad morta
litatis humanę participationem,vſque ad
diaboli tentationem , vſq; ad populi deri-
ſionem,vſq; ad ſputa & vincula,alapas,&
flagella. Et hoc ſi parum eſt, aliqd de gñe
Lucæ 2 mortis eius addendū eſt, non cuiuſcunq;
ſed crucis,quæ ignominioſior eſt.Non di
cam modo de humilitate eius in natiuita-
Ibidem. te,ꝙ noluit in palatio,ſed in ſtabulo naſci
ꝙ voluit ante ora iumentoꝝ poni,pannis
inuolui,vt pctōr circuncidi,vt peccator et
ſeruus redimi,tantaq; fuit eius humilitas,
ꝙ ante bouē & aſinū in natiuitate ſua vo-
luit in pręſepio reclinari:ſed maior fuit,ꝙ
in cruce inter duos latrōes voluit eleuari.
Nec de humillima eius cōuerſatione dicā
Quis em̄ illā ſatis explicaret? Sufficiat hoc
Matt. 11 pro hūilitate teſtimonio, ꝙ hāc virtutem
quaſi ſingularem nobis cōmendauit,ſe in
exēplum poſuit,dum diceret: Diſce à me,
quia mitis ſum & hūilis corde. Modo de
humilitate eius duntaxat,q̄ in paſſione de
monſtrauit, dicamus:Qūo placet vobis il
la humilitas?Cū em̄ ſciret(vt dicit Iohan.)
ꝙ pr̄ ei dediſſet oīa in manus , & ꝙ à Deo
Iohan. 13 exiuit,&ad deū vadit.i.cum ſe ſciret qs &
qualis &quantus eſſet,nō potentiā,ſed hu
militatem exhibuit.Quā? Depoſuit veſti-
menta ſua , linteo ſe pcinxit, curuauit ge-
nua ſua añ pedes diſcipuloꝝ,imo etiam et
primo añ pedes crudeliſſimi traditoris ſui
volens eū humilitate ſua placare,lauit pe-
des eius & ſinguloꝝ, exterſit & oſculatus
eſt.O tremenda maieſtas, o ſtupenda hu-
militas:Quis poterit ſatis te admirari. Ve
Matth.20 Lucæ 22 re dñe Ieſu ſic eſt,vt dixiſti: Quia non ve-
niſti miniſtrari,ſed miniſtrare.Et,ꝙ in me
dio es diſcipuloꝝ,nō ſicut q recumbit,ſed
q miniſtrat,ſed pcedamus vlterius.Egre-
ditur in hortum,& orat.Videte q̄ humili
ter orat:pcidit in faciem,nō contentus fle
xis genibus orare.Ex hinc videte cōditio
Matth. 27 nes paſſionis ſuæ quas elegit.Accuſatiōes
falſiſſimas contra ſe audiēs hūiliter tacuit,
cū in ptāte ſua foret ſic vel ſic mori,deriſi
Ibidem. ones,opprobria, ſubſannatiōes diſſimula
uit locū paſſionis elegit deſpectiſſimū.ſ.in
monte Caluariæ, vbi cadauera mortuoꝝ
iacebant:gñs mortis ignominioſiſſimum
ſ.crucis,q̄ ita abiecta erat,ꝙ nemo Iudæo Deute.21
rum volebat tangere tanq̄ maledictā.Cō
ſortium deſpectiſſimū,qa in medio latro- Galat. 3
num:qa pati inter bonos & honeſtos ha-
beret aliqd alleuiationis,eo ꝙ ſolus nō pa
teretur,& innocentia eius teſtaret ex con-
ſortio bonoꝝ.Chr̄s vero elegit cū latroni Matth.27
bus crucifigi , & tanq̄ princeps in medio Marci 15
eoꝝ.Deniq;,ppoſitus à Pilato Iudęis cum Matth.17
alio latrone oīb. exoſo, ipe voluit aliū illū
latronem tanq̄ iuſtiorem ſe dimitti.Se vo
tanq̄ iniquū reprobari & dānari:licet em̄
oīa Iudæi illi opprobria ingererent inno-
centi ex inuidia & malicia,tñ nihil potuiſ-
ſent pualere cōtra eū,niſimet voluiſſet ſu-
ſcipere.Ex eo tñ nihil ipſi fuerunt excuſa-
ti,qa dñs voluit pati : qa voluntas dñi Ieſu
non impoſuit illis neceſſitatem crucifigen
di. Alia intentio fuit illoꝝ qua Chr̄m vo-
luerunt occidere,alia intentio Chr̄i,qua-
re voluit occidi. Sed redeamus ad dñi hu-
militatem.Nihil abiectionis fuit,ꝙ illi im
pijſſimi in dñm nō exercuerunt,nihil con
tumeliarum & opprobrij , ꝙ non irroga-
rent,nihilq; tam vile & deſpectum,ꝙ hūi
litas eius.ſ.Chriſti Ieſu pati nō affectaret.
Hanc eius humilitatem plus admirabimi
ni,ſi conſideretis quis ipſe eſt qui ſic ſe hu
miliauit,quanta maieſtas,quanta ſublimi
tas,ſummus,æternus,infinitus,immenſ9,
oīpotens & glorioſus Deus.Rōne em̄ vni
onis verbi cū humanitate in vnitate perſo
næ,quicqd paſſionis &vilitatis irrogatum
fuit humanitati, dicitur etiā ſuſtinuiſſe di-
uinitas:licet ſecundū ſe impaſſibilis ſit ipa
diuinitas. Et ideo ꝙ tanta maieſtas,tanta
ſublimitas cui cœlum & terra ſe inclinant
voluit tam vilia,tot indigna,tantaq; ludi-
bria pati, vilificari,conculcari & tam miſe
rabiliter tractari , ita, vt ſpeciem ſuam eti-
am amitteret ineffabilis & ſtupendæ fuit
humilitatis.Quod puiderat Iſaias,dicens:
Non eſt ei ſpecies neq; decor , & vidimus
eum,& non erat aſpectus,&deſiderauim9
eum deſpectum & nouiſſimum virorum,
virum dolorum & ſciētem infirmitatem,
& quaſi abſconditus vultus eius,& deſpe
ctus:vnde nec reputauimus eum.Et repu
tauimus eum quaſi leproſum , & percuſ-
ſum à Deo & humiliatum. Hanc eius hu-
militatē conſiderans deuotus Bern. excla Bernardus
mat:O humilem & ſublimem,o altiſſimū
& nouiſſimū,o opprobriū hoīm & gloriā
angelorum.Nemo ſublimior & nemo de-
ſpectior

Apoca.19 ſpectior. Eſto vilis quãtum poteris, nunq̃ Chr̃o vilior eris. Ipſe ſiquidem rex regum & dñs dñantium fuit viliſſimo precio venalis expoſit9, à viliſſimo populo viliſſima paſſus, in viliſſimo loco crucifix9, & viliſſimo crucis ſupplicio traditus, & inter latrones poſitus, cum iniq̃s & viliſſimis hoĩbus deputatus, & modo viliſſimo eſt tractat9. Etẽm tanq̃ malefactor bon9 dñs capitur: tanq̃ furioſus manſuetus vinculis cõſtringitur, tanq̃ peſtifer ſaluator accuſatur & arguitur, & tanq̃ fatuus Dei ſapientia irridetur, tanq̃ homicida vita hoĩm morti dãnatur, tanq̃ leproſus & immundus mundator criminum extra mœnia eijcitur, tanq̃ latro crucifigitur, tanq̃ flagitioſiſſimus cõſputandus ab oĩbus, & intuendus ab oĩbus nudatur, & confuſione indutus, ab oĩbus fuſtigatur, & tanq̃ vermis viliſſimus ſummus dñs conſpuitur, abijcitur, occiditur, & conculcatur. Hæc Bernar. Poſtremo, accedit ad ipſius hũilitatem, q̃ in illo feſto Paſchali qñ oĩs populus Iudæorꝫ gaudebat, & in aſpectu tantæ multitudinis collectæ ex oĩbus terris & conuenerat ad diem feſtum, voluit tanq̃ peſſimus latro iudicari qui erat innocens & agnus ſine macula, opprobrioſiſſima quoq; morte diffamari, de q̃ ante tam magna fama fuerat q̃ ſurrexiſſet nouus propheta in populo, vt vere impleretur in eo quod dixerat per Dauid in Pſal. Ego aũt ſum vermis & nõ homo, opprobrium hoĩm & abiectio plebis. Oẽs videntes me, deriſerunt me, locuti ſunt labijs & mouerũt caput. ¶ Tertia virtus eſt illa eximia patientia, q̃ per totam paſſionẽ ſuam nobis in exemplum exhibuit, quod inter tot verba dura, duriora verbera, duriſſimaq; tormenta cum malediceretur, nõ maledicebat, cum pateretur non cõminabatur: tradebat aũt ſe iudicãti iniuſte. Sed ſicut Iſaias p̃dixit, dicens: Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus corã tondente ſe obmuteſcet, & nõ aperiet os ſuũ, nõ ſe defendit, non ſe vindicauit, nõ ſe excuſauit: Sed q̃d fecit? Dicat Ieremi. Dabit percutienti ſe maxillã, ſaturabitur opprobrijs. Dicat & ipſe Chriſtus p Iſai. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Faciem meam nõ auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me. Hãc eius patientiam melius caperetis, ſi dolorem paſſionis eius cognoſceretis, ſi agnoſcere & penſare poſſetis, q̃ afflictiuos, pœnoſos, diros, varioſq; ſuſtinuerit cruciat9.

Lucæ 22 — Matth. 26 — Marci 14 — Iohan. 6 — Pſalm. 21 — 1.Petri 2 — Iſaiæ 53 — Threno.3 — Iſaiæ 50

Percurrite paſſiõis eius ſeriem, quot ictus quot verbera ſuſtinuit in captione, q̃tiens truſus, impulſus, tractus à iudice ad iudicem ductus, cæſus, conſputus, colaphizatus. Legitur in reuelationibus ſanctoꝝ, q̃ in captione Chriſtus fuit p̃cuſſus ſuper os ſuum 30. vicibus, & poſtea ſine numero. Item, proiecerunt eũ in terram ſepties: alapas ſuſtinuit. 100. & 2. colaphos. 100. &. 20. conſputiones 73. Item quantum putatis ip̃m dolorem ſuſtinuiſſe in ſui flagellatiõe qñ totum corpus eius tenerrimũ fuit virgis, flagris, & ſcorpionibus ſiue cathenulis aduncis diutiſſime cæſum, ita vt nulla pars corporis remaneret illæſa: qñ non ſolum cutis vulnerabatur & patefiebat, ſed etiam caro dilacerabatur. Item in coronæ impreſſiõe, qñ aculei per verticem vſq; ad cerebrum pertingebãt. Si vos in pede vel in manu non poſſetis modico t̃pe ſpinam vnam tolerare, q̃d fieret, ſi multas haberetis in capite? Quid anxietatis putatis ip̃m habuiſſe, qñ baiulauit crucem ſuam ſupra dorſum vulneratum in flagellatiõe? & ip̃e ita exhauſtus viribus fuit in paſſionibus p̃ totam noctem, q̃ mirum fuit ei vnum paſſum pedis potuiſſe locare. Legitur in reuelationibus deuotoꝝ, Chr̃m 5. cecidiſſe ſub cruce & crucem ſup eum. Itẽ qñ fuit nudatus ad crucifigendũ, & veſtis lanea fuit ex vulneribus extracta, q̃bus impacta fuerat & ſic oĩs dolor priſtinus graui9 renouabatur, q̃ fuerat añ in flagellatione. Itẽ q̃d putatis eũ doloris habuiſſe, qñ p̃cipitatus fuit ſup crucem, & perforata vna manu, & cruci affixa clauo groſſo & obtuſo trahente ſe cum in foramen carnẽ, cutẽ & neruos, dũ alterã ad foramen nimis diſtans funibus, diſtans traxerunt, & ſimilit̃ pedes deorſũ: Sicq; totum corpus eius in pellis modũ diſtenderunt, mẽbroꝝ iuncturam diſſoluerunt, cõpages & neruos, oſſaq; diſtraxerũt vt oĩa membra eius poſſent dinumerari, ſicut p̃dixerat Dauid in p̃ſona eis: Foderunt manus meas & pedes meos, dinũerauerũt oĩa oſſa mea. Si oſſa, q̃tomagis mẽbra? Itẽ qñ eũ ſic extenſum erexerũt cũ cruce, & ipſe ſic pependit cũ tota mole corpis in tribus duntaxat clauis p̃ tres horas in cruce, quid ſuſtinuit? O quomõ mouet vos hoc. Certe ſi hoc non mouet vos ad compaſſionem, eſtis duriores lapide. Si hoc ſpectaculum flebile, non excutit vobis lachrymas, tunc exaruiſtis. Cum itaque dominus tales cruciatus ferret, quid fecit? Nunquid

Matth. — Marc. — Luc. — Iohan. — Ibidem — Pſalm.

quid vindicauit ſe? Minime. Sed nõne potuit totam machinam mũdi in puluerem redigere? vtiq;. Sed noluit. Et mirum eſt, quod non fecit pro tanta cõtumelia, & iniuria ſibi creatori omnium à ſuis perfidiſſimis viliſſimisq; vermiculis illata. Sed nũquid in tanta pœna murmurauit? Quid di- Lucæ 23 xit? Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. O nouam melodiam, o nouum et dulcem & inauditum patientiæ ſonum, q̃ noua illa corda ſuper cytharam crucis extenſa perſonuit. Ecce chariſſimi, videte ad mirabilem patientiã, quæ tanto maior eſt quanto maiora & difficiliora ſunt quæ patitur. Dolor autem quem Chriſtus in paſſione ſua habuit, maximus dolorum omniũ fuit in hac vita, ſi omnia comportarentur quę paſſi ſunt martyres ſancti (quanquam grauia paſſi ſint) non poſſet tñ omnis dolor eorum comparari dolori Chriſti. Magnitudo aũt huius doloris ex multis cauſatur. Primo, quia debuit ſatisfacere pro omnibus miſerijs & defectibus huius vitæ, quos homo per pc̃m̃ incidit, & hominem inde liberare ac ſanare. Item debuit ſatisfacere pro peccatis totius mundi, quia pater impoſuit illi omnia peccata quæ facta ſunt & fiũt, & futura ſunt, à primo homine vſq; ad nouiſſimum hominẽ: & hæc pc̃ã puniuit ſupra dorſum eius, hoc eſt, tantam pœnam & dolorem illi impoſuit, quantum ſciuit deberi pro vnoquoq; peccato. Cogitate nũc quot pc̃ã fiunt in vna ciuitate ſolum in vna die. Quot fiunt tunc in vno regno? quot fiunt in toto mundo? Quot aũt fiunt & facta ſunt & fient ab initio mundi vſq; in finem quis nouit cogita- Sapien. 11 re? & tamen Deus nouit in pondere, numero & menſura: hęc omnia poſuit pater ſuper filium, & filius ſponte ſuſcepit ſuper ſe, & vnumq̃dq; ſoluit, hoc eſt, p vnoquoq; peccato tm̃ dolorem & pœnam ſuſtinuit, quantum pater ſiue diuina iuſtitia taxauit. Quanta autem pœna fuerit infligenda pro peccato mortali in hac vita, Deus ſolus ſcit. Et poſt hanc vitam ſi peccatum remanet mortale, certum eſt, quod debetur ei pœna æterna. Pro ſingulis igitur peccatis Chriſtus ſatisfecit, licet non omnes percipiunt illum fructum paſſionis. Et hoc non eſt ex defectu paſſionis Chriſti, nec ex inſufficientia ſatisfactionis Chriſti, ſed ex propria illorum culpa. Et quamuis Chriſtus potuiſſet ſufficienter ſatisfeciſſe pro peccatis totius mundi etiam ſi niſi vnam guttam ſanguinis effudiſſet, ratione nobilitatis ſuæ, id eſt, ratione diuinæ naturæ humanitati in vnitate perſonę vnitæ: tamen noluit vti hac poteſtate, id eſt, noluit humanum genus redimere potentia, ſed iuſtitia: nec attendit quantum virtutis & valoris haberet paſſio ſua ex diuinitate ſibi vnita, ſed quantus dolor ſufficeret æque ſecundum iuſtitiam cõmenſurando pro populi iniquitate. Et hæc ratio fuit, quare non ſolum contentus fuit dolore qui extrinſecus ſibi ab inimicis inferebatur, ſed etiam per ſeipſum auxit, id eſt, aſſumpſit quæ augerent paſſionem eius, vt quaſi in ſtatera fieret ſufficientiſ. perſolutio, & æquiparatio paſſionis ſuæ contra peccata ſingulorum. Sequitur ergo ꝙ ex quo pater impoſuit ei peccata totius mundi & ſingulorum, impoſuit ei etiam dolores & pœnas debitas, quas ſinguli ꝑ peccatis ſuis deberẽt tolerare. Vnde Iſaias bene dicit: Vere languores noſtros tulit ipſe, & dolores noſtros ipſe portauit. Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras attritus eſt propter ſcelera noſtra. Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſq; in viam ſuam declinauit, ſcilicet per diuerſa peccata. Et dn̄s poſuit in eo omnium noſtrum iniquitatem. Pro quanto igitur pluribus peccatis habuit ſatisfacere, tanto maiores dolores oportebat eum (ſecundum quod voluit) ſuſtinere.

¶Secundo, dolor Chriſti fuit maximꝰ ratione cõplexionis nobiliſſimæ & tenerrimæ, dolorisq; perceptibiliſſimæ: quia habuit corpus formatũ à ſpiritu ſancto, ex nobilioribus & puriſſimis guttis ſanguineis de corde virginis Mariæ: & ideo quanto nobilius fuit corpus, & in tactu viuacius, cæteris tanto etiam maiorem accepit dolorem, quoties fuit læſum.

¶Tertium, q̃d Chriſti dolorẽ reddebat maiorẽ, fuit ꝙ paſſus fuit gñaliter & ſpecialiter in ſingulis membris, vñ verificatũ in eo illud Iſaiæ: A planta pedis vſq; ad verticem capitis non remanſit in eo ſanitas. Iſaiæ 1 In toto enim corpore ſuo fuit ita plagis, liuoribus & vulneribus affectus & obtectꝰ ꝙ nõ remanſit in eo, nec vna portiuncula illæſa, quantũ acus pungere poſſet, ſed oĩa erant vulnerata, percuſſa, cõquaſſata, &c. Legitur reuelatum, Chriſti vulnera fuiſſe quinq; milia quadringenta & ſeptuaginta quinq;, vñ qui q̃tidie 15. pr̃ nr̃ legeret, poſt annũ cõpletũ q̃dlibet vulnus ſalutaſſ. 1. pr̃ noſter.

nr̃. De hac paſſione ſingulorum membrorũ dicit deuotus Bernardus: Caput angelicũ tremendum ſpiritibus denſitate ſpinarum pungitur, facies pulchra pręfiliis hominũ ſputis Iudæorum deturpatur, oculi lucidiores ſole caligantur in morte, aures quæ in cœlo audiunt angelicos cantus, audiunt peccatorum inſultus, os quod docet angelos felle & aceto potatur, pedes quorum ſcabellum adoratur cruci clauo affiguntur, manus quæ formauerunt cœlos, ſunt in cruce extẽſæ & clauis affixę, corpus verberatur, lancea latus perforatur. Et quid plura? Non remanſit in eo niſi lingua, vt pro peccatoribus exoraret, & vt matrem diſcipulo commendaret.

Bernardus

Pſalm. 44

Eccl 2

Pſalm. 98

¶Paſſus itaq; fuit Chriſtus in oĩbus mẽbris, pręcipue quoq; in membris maxime ſenſibilibus, ſicut in manibus & pedibus, in quibus eſt magna neruorum abundantia, in quibus maxime viget ſenſus tactus.

¶Quartũ, quod aggrauauit paſſionem fuit, quod ipſe tam innocenti, ſine macula & ſine demerito tamq; nobili, tam digno inferebantur, tam vilia, à perſonis viliſſimis, in viliſſimo loco, ſicut dixi ſupra de humilitate. ¶Quintum, ꝙ in paſſione ſua fuit derelictus ab omnibus, ab apoſtolis, quia fugerant: ab amicis, quia nõ audebant eũ confiteri: imo dubitabant vidẽtes eum tã opprobrioſa pati, & tam viriliter mori, quia & ſi aliqui compatiebantur ei, & aſtabant vt mater ſola fidelis, tamen nõ poterãt eum iuuare. Fuit etiam derelictus à patre. Quod ſic intelligitur, quia in nullo humanitas fuit cõfortata in paſſione, nec adiuta ad leuius patiẽdum, nec minorem pœnam ratione diuinitatis ſenſit, ſicut legitur de martyribus, qui tantum ſæpe fuerunt ab intra conſolati, ꝙ exteriores pœnas non attenderunt, vel vt delectabiles acceperunt. Sic non fuit in Chriſto, quia fuit infirmitas humanæ naturę ſibi relicta ad patiendum, quia non habuit alleuiantem conſolationem defluentem à torrente diuinitatis, ſed habuit aliam confortationem quandã ſeu virtutem à diuinitate ſibi vnita, quæ nõ minuebat dolorem, ſed potius augebat. Quam? Quod habuit virtutem non moriendi, ſed perſeuerandi in tormentis: ꝙ potuit ſępe dolorem mortis ſentire, & tamen (quandiu voluit) viuere. Hæc virtus cõfortatiua non fecit eum dolorem minus ſentire ſed prolixiorem, alioquin fuiſſet mortuus in tantis pœnis ante quam veniſſet ad crucem. Non enim fuiſſet poſſibile puro homini tanta pati, & ideo clamat ad patrem: Deus meus, Deus meus vt quid dereliquiſti me?

vide tot.

¶Sextum, quod præter dolores qui ſibi ab extra inferebantur, habuit dolores, triſtitias & anxietates nõ leuiores. Quantas putatis eum habuiſſe in mente triſtitias & dolores tpe paſſionis exhibitæ, qñ ita anxiatꝰ fuit ante paſſionem in horto, quãdo adhuc nullus hoſtium fuit præſens ꝙ ſudorem ſudauit ſanguineum ex ſola imaginatione paſſionis futuræ? Hæc autem anxietas & dolor cordis eius cauſabatur ex multis. Primo, ꝑpter ingratitudinem Iudæorum, quos pro populo peculiari elegerat, & multa beneficia conceſſerat, & de eorum ſtirpe carnem aſſumpſerat, ꝙ in illis tanta ingratitudo & tantum ſcelus inueniretur, ꝙ dominum & creatorem ſuum occiderẽt. Et multo amplius propter ingratitudinẽ futurorum Chriſtianorum, pro quibus ſingulariſſime patiebatur, ꝙ tam paucos ſciuit futuros, q talia beneficia retractarent & ſibi gratias agerẽt. Triſtabat maxime ꝑpter fruſtrationẽ ſuæ paſſionis, qa cũ eſſet excellentiſſimum, ſufficientiſſimum, ſuperabundantiſſimũ precium pro mille mundis (ſi eſſent) & tamen ex mundo tam paucos ſciuit futuros qui fructum ſuæ paſſionis ꝑciperent, ſed tantus labor, tantus dolor, tantusq; amor fieret inanis & vacuus ex defectu illorum. Hic dolor conſiderationis humanæ ingratitudinis, paucitatis ſaluandorum, & multitudinis damnandorum, fuit ſibi maior q̃ dolor flagellationis vel mortis cruciatus. Sumite exemplum: Aliquis emit agrum, & per totum annum colit multo labore. Et quando tempus eſt vt metat fructum, pręuenit inimicus, & incẽdit agrum, vel tempeſtas conſumit, & ip̃e priuatur fructu, maior fit ipſi dolor de fruſtratiõe laboris, quàm de labore. i. plus affligit eum quod totum laborem expendit fruſtra, & in nihilum, q̃ labor de ſe fatigauerat. Sic Chriſtus magis dolebat, ꝙ fruſtra & ſine fructu patiebatur pro tã multis, quam ꝙ patiebatur. Non eñ auro vel argento aut cæteris corruptibilibus redemit nos, ſed ſuo precioſo ſanguine inęſtimabiliter digno. Vñ dicit Bernar. vel ſecundum alios Philippus cancellarius Parrhiſien. in perſona Chri: O homo vide quæ pro te patior. Non eſt dolor, ſicut quo crucior. Ad te clamo, qui pro

Deut. 7. & 14.

pro te morior. Vide pœnas quibus afficior, vide clauos quibus confodior, vide lanceam qua transfigor. Et cum ſit tantus dolor exterior, extat interius plāctus grauior cum te tam ingratū experior. Et iterū Bern. in quodā ſermone: O homo, Non ne ſatis pro te vulneratꝰ ſum? Nunqd pro iniquitate tua afflictus ſum? cur addis afflictionē afflicto? Magis grauant me vulnera tui peccati, q̄ vulnera corporis mei. Deniq; dn̄s maxime doluit propter diſperſionem diſcipuloꝝ, ꝓpter ſcandalum & dubitationem amicoꝝ. Itē ꝓpter paſſiones & tribulatiōes electoꝝ, & martyꝝ futuroꝝ pro noīe ſuo. Maximū ṽo dolorē habuit ꝓ deſolatione & mœrore dulciſſimæ m̄ris ſibi fideliſſime aſtantis, & cōpatientis. Maria etem̄ ſola fidelis in charitate & fide pſeuerans immobilis atq; perfecta, maiorem dolorem in aīa ſua habuit poſt Chr̄m oībus hoībus. Nam dolor eius & cōpaſſio erga filium ex multis conditionibus augebatur. Primo, qa mulier. Mulieres em̄ molliores & magis cōpaſſiuę ſunt, q̄ viri. Quātomagis illa mulier, quæ eſt m̄r pietatis & miſericordiæ, clemētior & miſericordior, etiā erga ingratos pc̄tōres, q̄ cæterę erga filios ſuos. Multo ergo magis cōpaſſa eſt ꝓprio filio. Secūdo, Quia vnigeniti mater erat. Illum ſolum habebat filium, & nullū alium, in q̄ poſſet conſolari. Tertio, augebat compaſſionē pſentia, quia oīa videbat quæ ille patiebatur: & ideo quicqd Chr̄s patiebatur in corpore, hoc Maria patiebatur in mente. Vñ dicit S. Hiero. Quot læſiones in corpe Chr̄i, tot vulnera in corde m̄ris. Quot claui pforantes, q̄t ictus percutientes & carne rumpentes, tot ſagittæ p oculos intrantes, & totū cor & aīam virginis vulnerantes. Quarto, qa immenſum amorem habebat erga eum. Secundū.n. doctores, ipſa plus dilexit Chr̄m, q̄ oēs creaturę ſimul, tū quia m̄r eius erat, & ille amor etiam naturalis erga filium ſuū maior erat, q̄ cæteraꝝ matrum erga filios ſuos. Quare? quia cæteroꝝ parentū amor erga filios vel filium eſt diuiſus in patrē & matrem, eo ꝙ de vtroq; nata ſit proles. Marię vero virginis ſolius ſecundū carnē fuit filius Ieſus. Ipſa ſola veſtierat eū carne, & ideo ſola habebat amorem patris & matris. Item qa cognouit eū innocentem (ꝙ pc̄m̄ non fecit nec eſt inuētus dolus in ore eius) ſumme ſapientē, bonū, pulchrum, et ſcd'm corporalem ætatem iuuenē: quæ omia maiorem excitant compaſſionis dolorē. Quanto em̄ plus dilexit, tāto magis ꝓ eo doluit ꝙ deberet ille vnicus ſuus à ſe auferri tam vili & contēptibili morte. Itē cognouit eū filium Dei. Sciebat em̄ illum ex ſe ſine libidine & ſine viro conceptum, & ſine dolore genitum, ſciebat q̄tas gr̄as ab eo recepit, & ideo dilexit eū plusq̄ oēs alię creaturæ, non ſolū tanq̄ ſuum filium corpalem, ſed etiam creatorem. Et compaſſa eſt ei ꝙ tanta maieſtas tā vilia, & tā acerba ſuſtineret. Cognouit em̄ plene paſſionis eius grauitatem aggrauantes occaſiones. Itē angebatur eius dolor, qa nō poterat eū in vltimis neceſſitatibus & anxietatib. iuuare, in nullo poterat eū conſolari vel releuare, vel ſaltim attingere, ita vt cruciato maxima ſiti & clamanti nō potuerit hauſtum aquæ porrigere, & hoc fuit immenſus cruciatus virginali cordi eius. Hanc compaſſionē eius ſciens Ieſus in cruce, ęque multum doluit pro m̄re, ſicut ꝓ ſeipſo, vel plus. Sic econtrario mater ſciens Ieſum ſibi compatientem, etiam amplius ꝓ eo cor ipſius ſecabatur. Et ſic alterutrū aſpiciebant, alterutrum vulnerabant, alterutrum paſſionis ſibi coīcabant, & neuterutrū ſe iuuare poterant: non ex defectu potentię Chr̄i, ſed ex voluntate. Voluit em̄ ſibi m̄rem aſtare, nō ad cōſolationem, ſed ad maiorē dolorem, qa (vt pdixi) nō erat cōtentus bonus Ieſus his q̄ inimici ſibi licet crudeliſſime inferebant, ſed etiā ipſemet ꝓpriam paſſionē maxime augmentabat ad pleniorem ſatisfactionem, vt ſcd'm iuſtitiam ſolueret ſingula pc̄tā ab initio mundi vſq; ad finem, & pro pœnis inferni q̄ debent vnicuiq; mortali pc̄tō ſatisfaceret. Ex qbus oībus nunc poteſtis cōījcere aliqualiter, q̄ magnus fuerit dolor Chr̄i ab intra & extra, ꝙ nulla pœna in hac vita pōt eius paſſioni cōparari. Dico notanter, ꝙ in hac vita, qa nō ſuſtinuit pęnas inferni, q̄ ſunt maiores: et ideo potuit dicere illud Thrē. O vos oēs q trāſitis p viam, attendite & videte, ſi eſt dolor, ſimilis dolori meo. Quāto ergo maior fuit dolor Chr̄i, tanto eximior patientia eius ꝓbatur, q tā æquanimiter cūcta ſuſtinuit.

¶ Quarta virtus, q̄ Chr̄s in paſſiōe ſua nobis in exemplum exhibuit, eſt illa ineffabilis māſuetudo, ſiue mititas, q̄ ſemp tenuit erga neqſſimos & īpios pſecutores ſuos. Hæc em̄ mititas ſeu māſuetudo, q̄ facit hominem nō ſolū patient ferre q̄ ſibi inferuntur, ſed etiā inferentes & odientes ſe diligere

Bernardus

Hierony.

Iohan. 19

Thren. 1

Lucæ 6

gere,& æquanimiter portare: hæc eſt vir-
tus quæ mitigat iram, quæ reddit hoĩem
lenem & dulcem. Hanc Chr̃s maxime o-
ſtendit in paſſione ſua,quia nihil aſperum
nihil turbulentũ,nihil durum inter quaſ-
cunq; iniurias tortoribus ſuis reſpondit:
ſed potius(cũ vno nutu potuiſſet oẽs in
nihilum redigere)pro illis ſicut ſcitis ora-
uit. Hanc maxime demonſtrauit in tradi-
tore ſuo,cuius ſcelus licet bñ ſciret,tñ non
vitauit ipm̃,nõ priuauit apoſtolatu,nec di
ſpenſatoris officio, ſed ſigna charitatis &
bñficia non ſolum ſicut cæteris,ſed plus q̃
aliis impẽdit. Vñ ante alios diſcipulos pri-
mo ei pedes lauit,nõ ſine lachrymis dedit
ei corpus & ſanguinem ſuum, & in ipſo
momento ſignoq; iniquę traditionis eius
ꝑbuit illi oſculum,dicens: Amice ad quid
veniſti? quaſi diceret: Chariſſime fili, li-
cet pctm̃ tuum ſit magnum, tñ ſi paratus
fueris pœnitere & redire ad me,libentiſſi-
me tibi indulgebo,ſeruabo te amicũ vt an
te,nihil tibi improperabo oĩs iniuriæ non
recordabor amplius. O chariſſimi fratres
vtinã ipſe daret nobis imitari huius virtu
Matt. 11 tis exemplum & à ſe diſcere,ſicut monuit,
quia mitis eſt & humilis corde,vt nõ cito
inflãmaremur ad irã ꝑpter leuem etiã au-
ram vnius verbi. O q̃ longe abeſt nobis ve
ra manſuetudo. ¶Quinta virtus eſt obe-
dientia,qua tam ſponte ad oĩa q̃ ſuſtinen-
Iohan. 4 da erant ſemetipm̃ obtulit,ita vt alio loco
Philip. 2 diceret: Meus cibus eſt,vt faciam volunta
tem pr̃is mei q in cœlis eſt. Et vt Apo.di-
Ibidem. cit: Factus eſt pr̃i obediẽs vſq; ad mortẽ.
Et ne parum videretur vſq; ad mortẽ,ſub
iũxit,ad mortem crucis.i.mortẽ viliſſimã,
cõtemptibiliſſimã,& maledictam. Ipſius
inſuper obediẽtia notatur, ꝙ cũ potuiſſet
effugere noluit,quinpotius elegit tp̃s & lo
Luc. 22 cum oportunũ vbi poſſet capi.ſ.in horto,
vbi ſolus eſſet ſine turbis, ſicut ipſius deſi-
derabant inimici. Item qa ꝓceſſit ſuis ini-
micis obuiã,& cũ nõ agnoſcerent ipm̃,ob
tulit ſe. Nõ ergo inuoluntarie,ſed cũ ſum-
mo deſiderio ſuſtinuit paſſionẽ ꝓpter hu-
Lucæ 12 mani gñis redemptionem. Vñ dixit: Bapti
ſmo habeo baptiſari,& qũo coarctor quo
uſq; ꝑficiatur? Et poſt cœnam in mõte Oli
ueti cũ ex præcõſideratione imaginaria in
ſtantis paſſionis,& horrore mortis q̃ ſen-
ſualitas naturaliter timebat, patrẽ oraret,
Lucæ 22 & totus ſudaret ſanguinem, tñ ſponte ſe
reſignauit,dicens: Non mea pr̃,ſed tua vo
luntas fiat. ¶Sexta virtus eſt pietas & cõ-
paſſio. Huius virtutis magnũ exemplum,
præbuit q plenus eſt pietate & miſericor-
dia. Nunqd non grandis pietatis fuit indi
cium,ꝙ ipſe triſtis circa inſtantem paſſio-
nem diſcipulos ſuos tam longo cõſolatus
eſt ſermone? & cum iam auellendus erat
ab eis,tam dulciter & ꝓlixe ꝑdicauit eis,q̃
ſi ſatiari nõ poſſe videretur cũ eis loquen-
do? An non pietas, ꝙ in orõne poſitus ſe-
rioſiſſima, & anxietatis agone orationem
diſcontinuans ſeu interrumpens diſcipu-
los mœſtos ter dignatus eſt viſitare, exci- Marci 14
tans illos & monens ad orandum,ne male Lucæ 22
aliquid tentationis in abſentia eius corda
illoꝝ deiiceret? & cum tandem videret ꝑ ti Matth. 26
more & triſtitia illos nõ poſſe vigilare,in- Marci 14
dulſit illis ſomnum, & ſtãs & vigilans ſu- Ibidem.
per illos cuſtodiebat eos. Nõne pietas fuit
ꝙ Malchum,cuius auriculam Petrus am-
putauerat eo ꝙ præ cæteris furioſius,ſe ad Ibidem.
capiendum Ieſum ingeſſerat,protinus ſa-
nauit? ꝙ proditorem oſculatur,tentans,ſi
poſſet maliciã cordis eius charitate emol- Lucæ 22
lire? Deniq; ꝙ Petrum ſe negantem,reſpe
xit,& ad fletum pœnitentiæ amariſſimum
cõmouit? Quod item portãs crucem & ꝑ
dolore & fatigatione vix ſpm̃ trahere ſuf
ficiens inter ſequientium manus & verbera
plangentis ſe deuotas mulieres reſpexit &
conſolatus eſt? Quod immaniſſimos in
ſui ſuper crucem extenſione dolores per-
ferens,pro crucifixoribus ſuis non ſolum Lucæ 23
orauit,ſed etiam excuſauit dicens: qa neſci
rẽt quid facerent. Deniq; ꝙ latroni veniã Iohan. 19
petenti & regnum promiſit. Quod inſu-
per mr̃em tam pie cõmendauit,& nos ma
tri ſub noĩe Iohãnis,plus ſolicitus(vt ſem
per ſolebat)pro nobis,q̃ pro ſe. Hanc pie-
tatem voluit etiam nobis demonſtrare in
figura ſiue diſpoſitiõe corporis ſui in cru-
ce,ne deſperemus ad eum accedere, eo ꝙ
mortis eius cauſa extitimus. Habet em̃ hęc
diſpoſitio corporis ſui formam pietatis.
Vnde Bernar. Quis non rapiatur ad ſpem
& fiduciam impetrandæ ſalutis,dum eius
in cruce cõſiderat corporis diſpoſitionem
videlicet caput inclinatũ ad oſculandum,
brachia extenſa ad amplexandum,manus
apertas ad largiendum,latus aptum ad di
ligendum,pedes clauis affixos ad nobiſcũ
cõmanendum,totiuſq; corporis extenſio
nem ad ſe totum nobis impendendum?

¶Septima virtus eſt,ſumma largitas,qa Thomas
omnia ſua,ſuos & ſe totũ exhibuit nobis, Aquin.
& pro nobis expendit. Dedit em̃ ſe nobis
in

in ſocium, in fratrem, in amicum, in cibũ, in precium & in præmium. Vnde canitur in hymno: Se naſcens dedit ſocium, conueſcens edulium, ſe moriens in precium, ſe regnans dat in præmium. Vñ Ber. Totus expenſus eſt agnus in vſus nr̃os. Vide nũc quanta in paſſione ſua & cruce de ſe, & de ſuis fecit xenia largitatis. Etem̃ corpus dedit crucifixoribus, dorſum flagellatorib9, faciem cædentibus & conſpuentibus, genas percutientibus, barbam vellentibus, cor redire volentibus, veſtes dedit luſoribus, ſanguinem reis, ſudorẽ infirmis, fontẽ lateris immundis, lachrymas perditis, diſcipulo matrem, Simoni Cyrenæo crucem, paradiſum latroni, aĩam patri, vitam morti. Et alius quidam deuotus dicit: Vere largus eſt ille diſpenſator, qui carnem ſuã dedit in cibum, & ſanguinem in potum, animam in precium, vulnera in remediũ, brachia in refugium, crucem in clypeum, cor in amoris indicium, aquã in balneum, ſudorem in medicamentum, clauos in ſalſamentum, ſpineam coronam in ornamentum, verba in documentum, vitam & mortem vtrunq; in exemplum. Hi ſunt duodecim fructus ligni vitæ, & duodecim panes in menſa propoſitionis. Ecce chariſſimi, totũ ſe dedit nobis, nihil ſibi reſeruãs: tantũ vt ſint qui velint recipere. Quantũ putatis diſtricte exiget à nobis, ſi hæc tam precioſa dona vel neglexerimus, vel contempſerimus? ¶ Octaua virtus eſt immenſa charitas, quæ mr̃ eſt & regina oĩm virtutum. Hæc ipm̃ plene & poteſtatiue poſſedit, ex cuius ineſtimabili fornace progrediens zelus ardẽtiſſimus animarũ, ipm̃ de cœlis eduxit, in hoc exilium mundanũ adduxit, tunicula nr̃æ carnis & mortalitatis paupertatem extremam induit, cũ peccatoribus cõuerſari fecit, tanq̃ medicũ cũ infirmis, pro nobis ieiunare, vigilare, & in orationibus pernoctare, ꝑdicando diſcurrere, fatigari, eſurire, ſitire, frigora & caumata ſuſtinere, contumelias, blaſphemias, opprobria, ludibria, cõtradictiones in verbis, inſidias mortis, & tentatiões in factis. Tandem & ipſius mortis ſupplicium ſuſtinere, & pro nobis animam ſuam ponere & à ſacratiſſimo corpore ſuo ſeparari. Vñ ait Iohan. In hoc cognouimus charitatem Dei in nobis, qm̃ ille pro nobis animã ſuam poſuit. Maiorem aũt hac dilectionem nemo habet, q̃ vt animam ſuam ponat quis ꝓ amicis ſuis. Reuera dulciſſime Ieſu tu maiorem habuiſti, qui tuã beatiſſimam aĩam pro inimicis actualiter nequiſſima voluntate perſequentibus poſuiſti pro te deridentibus, blaſphemantibus, & crucifigentibus exoraſti: & plus iniquitatibus eorum q̃ tibiĳpſi compatiens, longe plus de ipſorum ingratitudine & damnatione, q̃ de paſſiõis tuæ ſupplicio doluiſti. Chariſſimi fratres, nunq̃ legitur dñs fleuiſſe ſuper doloribus ſuis, contemptu ſui aut ſuper iniuria: ſæpius tñ fleuiſſe inuenitur ſuper nobis, fundens lachrymas compaſſionis, & gemitus charitatis. De hac charitate dicit Bern. Neſciui ꝙ tm̃ me diligeret Deus. Amplius mihi vilis eſſe nõ debes, qui Deũ pro me crucifigi & mori conſpicio. Qui tm̃ ei placui, vt pro me mori eligeret, ne me perderet. Huius aũt charitatis magnitudinem ſi vultis ſcire, perpendite & conſiderate quis ſit ipſe q diligit: quales ſint quos diligit. Ecce ipſe immenſus, infinitus, æternus, omnipotens, ſummus Deus qui oĩa ſcit, oĩa poteſt, nullius eget dignatur cogitare, curam habere & diligere infinities plus q̃ pater vel mater carnalis filium. Quos? Pauperes, infirmos, vermiculos terræ, peſſimos, ingratiſſimos, obduratos peccatores, contẽnentes ſe & ſua præcepta. Hi ſumus nos & cæteri, quibus qñ dicit, faciatis hoc: ſine timore vel eius reuerentia faciunt contrariũ, qui non ſunt digni vt morſellum panis accipiãt ab eo. Hos diligit, non ſolum paſcens & cuſtodiens, ſed & mortem ſuſtinens pro peccatis eorum in ſe cõmiſſis, & quæ potius debebat vindicare & punire, q̃ noſtri miſereri. Et revera ipẽ vindicauit pc̃tã nr̃a, ipſe ſufficienter puniuit, ſed non in nobis: Vbi tũc? Sup ſemetipm̃, vt nobis parceret. Et hoc chariſſmi eſt charitas, ꝙ ipſe voluit debita nr̃a exoluere: nõ ſolum ſufficienter, id eſt, quantum congruebat, ſed ſuperabundanter, quantum placebat immenſæ eius erga nos charitati. Suffeciſſet etem̃ ad redemptionem noſtram vnica gutta ſanguinis eius pro nobis fuſa. Sed non ſufficere ſibi videbatur ad ſatiandam in ſe & monſtrandam nobis ſuã dilectionem, niſi totum effunderet ſanguinem quẽ habebat, vt non reſeruaret ſibi vnicam guttã. Legitur reuelatũ & habetur etiã in Alano de rupe, ꝙ ſi quis q̃tidie 100. pater nr̃, & tot aue Maria legeret, & hoc cõtinuaret per 15. annos tunc ſalutaſſet vnamq̃libet guttam dñici ſanguinis vno pater noſter & aue Maria.

Bernardus — Iſaiæ 53 — Iſaiæ 50 — Iohan. 19 — Lucæ 23 — Marci 14 — Iohan. 19 — Marci 15 — Lucæ 23 — Matth. 27 — Apoca. 22 — Exod. 25 — Leuit. 24 — Matth. 4 — Lucæ 6 — Iohan. 4 — Matt. 4. 21 — Iohan. 19 — Lucæ 11 — Lucæ 2 — Matth. 20 — Marci. 10 — 1. Iohan. 3 — Iohan. 15 — Lucæ 19 — Iohan. 11 — Bernardus

Bernardus De hac charitate dicit S. Bern. Conſidera
filiũ virginis deturpatum ſputis,liuidum
plagis, confixum clauis. Attende cœli re-
ctorem ſtãtem in cruce, pallidum morte,
deformem carne. Ne pertranſeas dominũ
Iſaiæ 53 angelorum,virum percuſſum à Deo & hu
miliatum,virum quaſi leproſum,& omni
bus detrimentis expoſitum. Conſidera a-
Pſalm. 129 pud eum copioſam redem ptionem. Et
vere copioſam, quia per quinque partes
corporis eius vnda ſanguinis emana-
uit,cum tamen ad redemptionem totius
orbis vna gutta ſanguinis ſufficeret.
Sed ideo data eſt gratis copioſa, vt virtus
gratitudinis in beneficio redundante cla
reſceret. Et hoc egit vt tibi oſtenderet,q̃tũ
te diligeret,qui nõ aliter q̃ ſic moriendo à
morte te voluit liberare. Prçterea ſicut idẽ
S.Bern. dicit:Extenſione brachioꝝ & mẽ-
brorum oſtendit,ꝙ tm̃ nos dilexit, quan-
tũ diligere potuit(cuius dilectionis formã
puer paruulꝰ dũ fari incipit,interrogatus
ab aliquo,quantũ eũ diligat: poſtq̃ reſpon
dit plura,ad vltimũ extẽſis brachijs & ma
nibus quantum põt,& inclinato capite in
modum crucifixi dicit:Tantũ vos diligo)
quaſi diceret: Totum me expono amo-
ri vr̃o,& exhibeo vobis q̃cquid ſum quic-
quid poſſum. Tantũ vos diligo, ꝙ expri-
mere nequeo verbo, ideo ꝙ indicibile eſt
Iohan. 19 exprimo ſigno. Poſtremo,ad ſuæ charita
tis oſtenſionem voluit ſibi latus perforari
& aperiri cor,vt videamus vñ procederẽt,
hæc tam mira indicia charitatis:&ꝙ ab ex
tra non potuit oſtendere tantã charitatẽ,
quantã ab intra habebat. Fecit eñ ſicut a-
micus loq ſolet ad amicũ. Qui cũ affectũ
dilectionis & beneuolentiæ quem habet
erga illum ipſi cupit innoteſcere, dicit: O
vtinam videretis cor meũ.ſ.quantũ vos di
ligam & faueã. Sic fecit Chriſtus,oſtẽden-
do nobis cor ſuũ. Ecce chariſſimi mei,hæ
ſunt octo virtutes,quas nobis in paſſione
ſua dñs in exemplum reliquit. Quarum ſe
ptem etiã per ſeptem verba docuit in cru-
Lucæ 23 ce viuens:& octauã etiã inueniemus. Nã
primo cũ oraret ꝓ crucifixoribus,& quos
potuiſſet viuos abſorberi à terra in infer-
num nõ vindicauit ſe de eis,ſed apud pa-
trem excuſauit,quid aliud q̃ manſuetudi-
nis & mititatis præbuit exemplũ, vt non
dedignemur iniuriantes nos,ſed magis o-
Lucæ 23 remus pro eis. Itẽ cũ latroni in vltimo vi-
tæ pœnitenti & petenti ſui reminiſci,ſta-
tim regni ſui ꝓmitteret cõſortiũ,nõne lar
gus fuit:Nam quã cito latro dicebat:Dñe
memento mei,dñs reſpondit:Amen dico
tibi,qa hodie mecũ eris in paradiſo. Quan
tæ deiñ pietatis exẽplum mõſtrauit, q̃ñ in
tãtis anguſtijs paſſionũ ꝑſſus tã diligentẽ Iohan. 19
habuit ſuæ matris curam,quam ſub cruce
videbat ſibi tam fideliter aſſiſtentẽ,& vſq;
ad mortem ſibi condolentem:vnde com-
mendauit eam diſcipulo Iohanni, dicens:
Mulier ecce filius tuus. Deinde diſcipulũ,
& nos oẽs in perſona diſcipuli cõmendat
matri,dicens:Ecce mater tua. Sed non de-
bet vos mouere ꝙ nominat eam mulierẽ
potius q̃ matrem, quia hoc fecit nõ ex du
ritia cordis, ſed ad parcendum doloribus
matris. Si eñ blãdius fuiſſet ei locutus no
minando eam matrem,crepuiſſet cor eius
prç dolore. Patientiã vero maximam indi
cauit magnitudo doloꝝ eius,quos dolo-
res in iſto verbo ſatis patefecit,dũ ad patrẽ
clamauit Eli Eli &c. Quod verbũ ante etiã
expoſui,quia non intelligitur,ꝙ diuinitas
ſit ab hũanitate ſeparata,ſed quia nullum Ibidem.
refrigerium, nullam pœnarum alleuiatio
nem prçſtitit patienti. Paupertas nimia & Matth. 27
miſeranda patuit in hoc verbo cum dice- Marci 15
ret: Sitio. Quia in tanta ſiti q̃ patiebatur, Luc. 23 Matth. 27
(quia per effuſionem ſanguinis & humo-
rum exaruerat)acerrime,non habuit mo-
dicum aquæ:ſed acetum propinauerũt ei,
quem tñ cũ guſtaſſet noluit bibere,vt ſcili
cet linguam guſtando amaricaret,& tamẽ
ſitim nõ extingueret & ſic inde pœnam ſi-
bi ſponte duplicauit. Obedientiã teſtatus Iohan. 19
eſt in verbo conſequente cũ dixit:Cõſum
matum eſt.i. ego oĩa compleui quæ ſcri-
pta ſunt de me,& quæ mihi pater iniũxit,
vſq; ad mortem. Hũilitati vero poſſumus
applicare vltimũ verbum,ꝙ opprobrium
crucis inter duos latrones ſuſtinens & pa
tri ſe humiliter cõmendans lachrymabili-
ter & valide clamauit:pater in manus tuas
commendo ſpiritum meum. Et ſic igno-
minioſiſſima morte,expirauit. Poſtremo
charitatem magis ſigno voluit demonſtra
re,quã verbo, quia ineffabilis erat. Signũ
eius ante dixi,qa permiſit ſibi cor eius per
foſſo latere aperiri,ac ſi diceret: Ecce oẽm
ſanguinem in cæteris membris effundi &
nũc fundo quod ſupererat.ſ. ſanguinẽ &
aquam,oĩa mẽbra pro vobis laceranda de
di,& aĩam inſuper in mortem dedi. Quid
reſtat,niſi vt cor meũ,quo vos dilexi ape-
riatur,vt nõ ſolum ad me accedatis ad cru
cem,ſed etiã per illud vulnus quaſi ꝑ oſtiũ
in

in cor meũ introeatis? Cæterum, nolo vt putetis Chriſtum ſolũ has virtutes exhibuiſſe quas enũeraui, ſed oẽs perfectiſſime in oĩbus & ſingulis actibus. Quanta fuit ibi iuſtitia, q̃ta miſericordia? (vt de reliqs oĩbus taceã ob tpis breuitatem) ꝙ potius q̃ pctm̃ dimitteret impunitum, tãta voluit pati, quę audiſtis? & potius q̃ nos dãnaret, ipſemet voluit pro nobis pati? Maior etenim fuit miſericordia, ſecundum S. Tho. q̃ voluit noſtri mesereri pro nobis ſatisfaciendo, q̃ ſimpliciter dimittendo. Vñ poteſtis notare miſericordiæ & charitatis eius exẽplũ. Si eſſet rex aliquis magnus vnicum habens filium, inter ſeruos vero ſuos haberet vnum qui committeret crimen. ſ. læſæ maieſtatis, ſci. ꝙ vellet dñm ſuum in mortem tradere, vel interficere, vel aliqd tale morte dignũ perpetraret: quapropter rex confeſtim ſeruum carceri manciparet (ſicut iuſtitiæ lex iuberet) interficiendum, licet alias ſeruũ diligeret, & doleret ꝙ in tale periculum, mortiſq; dãnationem cecidiſſet: Si tunc vnigenitus regis cõpatiens calamitati ſerui, rogaret patrẽ ꝓ ſeruo, vt parceret vel dimitteret ei pctm̃ & pœnam mortis, q̃ meruerat, reſpõderetq; pr̃ ſe velle, vt ſeruari poſſit ſeruus in vita: ſed hoc iuſte fieri non poſſe, quia lex iuberet tale pctm̃ morte expiari: filius aũt replicaret dicens: Ecce pr̃ ego offero me tibi ad ſatisfaciẽdum ꝓ ſeruo, ego volo ire in carcerẽ & mori pro ſeruo, tm̃ ſeruus maneat in vita: pr̃ vero diceret: bene, ſic fiat: ego puniã peccatũ ſerui ſup te filio meo, & ſeruus liberabitur. Ecce qualis charitas, qualis mĩa, tã patris q̃ filij erga ſeruũ, qs ſufficit enarrare? Tanta eſt, ꝙ non põt qs admirari ſatis. Et multo maior, q̃ ſi ſeruus gratis fuiſſet liberatus, qa iam nõ ſolũ eſt ſeruatus à morte ſed etiã emptus per mortẽ filij regis. Qñ ille ſeruus põt regratiari regi vel filio? Quicunq; audierit talem amorẽ regis erga ſeruum, diceret eũ factũ inſanũ præ amore, ꝙ daret filiũ pro ſeruo. Et quiſqs videret innocentẽ filium regis mori ex charitate pro ſeruo, nonne lugeret maxime & fleret super eũ? Ecce ſic eſt etiã, & multo ampliꝰ in propoſito. Deus ꝑpter nimiã charitatẽ ſuam qua dilexit nos ꝓprio filio ſuo non pepercit, ſed ꝓ nobis oĩbus tradidit illum. Et filius dedit in mortẽ aĩam ſuã, & cum ſceleratis reputatus eſt. Et tñ quaſi nemo eſt qui cũ dolore & cõpunctione talẽ charitatem retractet: qui Deo deuote gratias agat, & beneficium eius immenſum recognoſcat, quive patienti pro ſe filio compatiatur. Quãtum putatis ille ſeruus (de quo prædixi) regem offenderet, & q̃ta pœna dignus foret, qui poſtq̃ ſic eſſet à morte liberatus per vnigenitum regis, ſi beneficium hoc paruipendat, aut ſi dño ſuo iterum infidelis exiſtat. Nam ſic ingratus, dñm & mandata eius contemnit. Ecce hoc nos facimus quotidie poſt tantam charitatẽ nobis exhibitam, dñm Deum noſtrum, ita ceruicoſa ꝑſumptione offendimus & contemnimus, ſine quo ad momentũ nõ poſſumus viuere, & tñ non vlciſcitur ſe de nobis ſed quotidie expectat pœnitentiã noſtram, paratus nos recipere ſemp qñcunq; deſideramus, paratus etiã eſſet mori (ſi neceſſe foret) quotieſcunq; expediret iterum pro nobis. O quanta eſt miſericordia Dei ſuper peccatores etiam ingratos & induratos, & quos nunq̃ conuertendos nouerit ꝙ ſuſtinet, & oĩbus benefacit, etiam contemptus & iniuriatus. Nos aũt chariſſimi ſimus grati Deo: vel nũc incipiamus. Meditemur quotidie paſſionem eius, qa poſt debitorum noſtrorum perſolutionem nihil eſt quod facere poſſumus, q̃d Deo magis placeat & noſtræ ſaluti ꝑfectuiq; plus expediat, quàm paſſionem Chriſti meditari, quia tempore etiam paſſiõis eius fuit vnus de maioribus doloribus ꝙ ſciuit paſſionem ſuam negligendã. i. nõ recogitandam ab his pro quibus patiebatur. Sed forte aliqui dicunt ſe neſcire vel nõ poſſe meditari. Applicetis voluntatẽ ad hoc, & ſtudium, & incipiatis: dñs Ieſus iuuabit vos, ſi non ſtatim ſentitis deuotionem, nihilominus perſeueretis, qa velle eſſe deuotum & ſtudere ad hoc, ſæpe maioris eſt meriti, quàm eſſe. Si tamen ſunt adeo ſimplices aliqui, offerant pater noſter, quæ ex debito legũt vel alia in articulos. ſ. in anguſtiam, in captiuitatem, accuſationem falſam, cõſputionem, &c. & petant virtutes, quæ in tali articulo relucent à dño Ieſu ſibi dari. Vel ſaltim, accipiant figuram paſſionis ante ſe. i. crucifixũ & penſent quid in q̃libet membro paſſus ſit: Huic membro ſiue illi dolori offerãt vnũ vel plura pr̃ nr̃ pro gratiaꝝ actione. Quod ſi fecerimus, ſentiemꝰ q̃tidianũ ꝑfectũ in grã Dei & virtutibus: & poſt finẽ paſſiõis nr̃æ. i. poſt finẽ miſerę vitæ nr̃æ ꝑueniemus ad requiẽ æternę gloriæ. Quam mihi & vobis omnibus concedat Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui

Ephe. 5
Eſaie 53

cum patre & ſancto ſpiritu viuit & regnat Deus per infinita ſecula ſeculoꝝ, Amē.

DOMINICA PASCHAE, EPISTOla Beati Pauli Apoſtoli I. ad Corinthios V.

EXpurgate uetus fermentum, ut ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaque epulemur, non in fermento ueteri, neque in fermento maliciæ & nequitię, ſed in azymis ſynceritatis, & ueritatis.

PARAPHRASIS IN EANDEM epiſtolam.

INter Corinthios delictum deteſtabile ab vno magno peccatore fuerat admiſſum, de quo Paulus Corinthios, quia illũ non corripuerunt, obiurgat, exiſtimans hanc peccandi impunitam licentiam alijs fore in ſcandalum, q̃ facilius peccarēt. Error nāq; aut delictum vnius non raro vniuerſæ nocet communitati. Quæ enim eſt illa bonitas aut miſericordia vni parcere, & omnes in diſcrimen adducere? Ante hanc itaq; lectionem dixerat: Neſcitis quia modicum fermētum totam maſſam corrumpit? (1. Cor. 5) Sequitur igitur nunc: Expurgate vetus fermentum, & ex congregatiōe veſtra eum qui grauiter deliquit eijcite. Separate eum, anteq̃ ex vna oue morbida grex totus corrūpatur. Vocat illum vetus fermentum, quia poſtquā ad gratiam baptiſmi conuerſus fuerat, & in ſanctam vitæ nouitatem regeneratus, iam demum ad prioris vitæ vetuſtatē perinde ac canis ad vomitum reuerſus eſt. (2. Petri. 2) Expurgate prꝫterea ex vobiſipſis prauitatem antiquam ac vobis ſolitam, quæ eſt ad peccandum pronitas, concupiſcentia inueterata atq; corruptio, vt ſitis noua conſperſio. Conſperſio ſeu azyma fere idem ſunt, puta farina per aquā in maſſam, abſq; fermento cōglutinata. Hāc eſſe nos vult conſperſionem. i. cōgregationem mundā donis gratiarū & irrigatione ſpūs ſancti conglutinatam. (Colo. 3) Vt ſitis, inqt, noua conſperſio ſicut eſtis azymi, abſq; fermēto corruptionis iampridem facti per baptiſmum, q̃ vetus homo veſter mortuus eſt, ac Chriſto cōſepultus. (Exod. 12) Etem̄ Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Olim Iudæis lex Moſaica agnum iubebat Paſchalē comedere in memoriam ſuæ liberationis de captiuitate ſeruituteq; Aegypti, quo noſtra figurabatur redēptio. (Iohan. 1) Siquidē agnus Dei ille verus qui tollit pctā mundi, qui etiam de ſeipſo per Ieremiā dicit: (Iere. 11) Ego quaſi agnus qui portatur ad victimam, in cruce pro nobis immolatus eſt, qui eſt paſcha quoque noſtrum, per quem tranſimus à vitijs ad virtutem, de veteri mala cōuerſatione ad nouitatem vitæ, deq; exilio huius peregrinationis ad patriam. Qũo igitur Iudæis lex iubebat agnū ſeu typicum ſuū Paſcha cōmedere cum azymis panibus. i. abſq; fermento, (Exod. 12) ita nos Paſcha noſtrum, id eſt, corpus Chriſti abſq; fermento peccati comedere neceſſe eſt. Propterea em̄ ſequitur: Itaque epulemur in altari ſacramento corporis Chriſti alendi, non in fermento veteri iniquitatum noſtrarum neq; in fermento maliciæ, qua ex certa ſcientia aut dedita opera peccatur, aut nequitię, qua fraudulenta ſimulatione ac circumuentione proximus læditur, ſed in azymis epulemur ſynceritatis & veritatis, hoc eſt, in puritate, ſanctimonia, ac integritate vitæ. Vult itaque nos ab omni vetuſtate peccati, qua ante baptiſmum tenebamur captiui, ab om̄i quoq; vitiorum corruptione fore permanereque liberos ac mundos, multomagis quàm eos eſſe neceſſe eſt, qui phaſe domini legale celebrabant.

EXEGESIS EVANGElij dominicæ Paſchæ, Marci ultimo.

SEXUS DEVOtior hic, vt crebro alibi nobis commēdabilis prædicatur. Lucæ 24 Siquidem apoſtolicis viris domi reſidentibus, piæ ac deuotæ quædā mulieres ad domini ſepulchrum profectæ ſunt: idque hodie prima luce, & valde mane. Lōga enim erat illis expectatio atq; moleſta Iohan. 20. vehementer amantibus. Et quia ardentius cæteris amabāt, ideo præ alijs quoq; Chriſtum et ante alios inueniebant. Multū eṁ refert quo amore, quo modo, quo deſiderio, quo deniq; ſtudio q̄ratur Chriſtus. Omnes quidē quærimus, ſed nō æque quærimus oēs. Nam ſi vos oēs, & veſtrū ſingulos quoſq; interrogarē: Quid hic facitis, aut quē quæritis, aut quare hic eſtis? quid Matt. 28 aliud mihi reſponderetis, q̄ Ieſum quærimus crucifixum? Neque enim in hac ſancta feſtiuitate quempiā nobiſcū ingredi tēplum puto, qui non quærat dn̄m Ieſum.

Quærimus aūt ſaluatorem in ea forma, et Matt. 27 Iſaiæ 53 in eo ſchemate quo redemit, & ſaluauit nos, hoc eſt crucifixū, ſpinis coronatum, flagellis laceratum, non habentem ſpeciē, neq; decorem. Sic filij quotidie ſi quęritis, Matt. 28 Marc. 16 Roma. 4 bene quæritis. Sed dicitur vobis: Surrexit, non eſt hic. Non prohibetur vobis, ne ita quæratis Ieſum, ſed vt ſciatis eum etiam à morte reſurrexiſſe, hoc eſt, ſciatis eum nō ſolum paſſum ꝑpter delicta veſtra, ſed ſurrexiſſe etiam propter iuſtificationem veſtram. Surrexit non eſt hic, qui pro vobis paſſus eſt, qui vos ſua paſſione redemit, q ſuo vos ſanguine lauit. Hodie reſurrexit à morte rediuiuus, & nō eſt, poſthac vt ante erat mortalis, paſſibilis aut potens dolere. Huius reſurrectionis hodie nobis eſt feſtiuus dies, ſicut præteritis diebus paſſionis. Sed audiamus Euangelium.

Maria Magdalene, & Maria Iacobi et Salome emerunt aromata, ut uenientes ungerent Ieſum. Lucæ 24

Cū ſanctæ mulieres q̄ fuerant cū beata Maria iuxta crucē & ſepulturā dn̄i obſeruaſſent diligenter locū ſepulturæ dominicæ, vidiſſent quoq; dominicū corpus Iohan. 20 aromatibus conditum, cogitabant ſecum tractantes quomodo ipſæ quoq; ſuæ exercerent deuotionis officium in demortui corpus, pia quidem hac & deuota ſolicitudine, etſi minus iuſta ac fideli, metuentes ne putreſceret in ſepulchro iacens. Putabant eṁ, etſi fortaſſe diuinitas in eo fuiſſet viuēte, illā tamen ab eodē receſſiſſe in cruce, ipſumq; reliquiſſe morientē. Pſalm. 2 Matt. 27 Marc. 15 Quod Chriſtū quoq; (vt ipſi intellexerāt) in cruce putabant conqueſtū, quando dixerat: Deus meus, Deus meus, vt qd dereliquiſti me? Quare eum vt hominem tantum æſtimabant mortuum, cuius volebāt vngere, ne in cinerē redigeretur, mortuum corpus: quamuis illum iam ſemel ſcirent vnctum per viros timentes Deum. Iohan. 19 Matt. 27 Lucæ 23 Sed nihil amanti exiſtimatur factū, quod ipſe nō fecerit. Quapropter ſanctis his mulieribus tametſi ſcirent vnctum à Nicodemo, & Ioſeph dominum, non erat ſatisfactū, niſi ſua quoque fuiſſent vſæ deuotione. Iohan. 19. Lucæ 24 Atq; ideo cū in ſabbato magno nihil auderent emere propter celebritatem, in fine tamen diei, hoc eſt, in veſpere ipſius ſabbati quo terminabatur ſolennitas, q̄ inceperat veſpere præcedente diem ſabbati. In ſecūdo itaq; veſpere, quando iam trāſierat ſabbatum, & licebat aliquid operari, emerunt mulieres illæ ſanctę aromata, vt venientes vngerent Ieſum. Tempus enim deuotioni earū nimis fiebat prolixum. In fine itaque diei ſabbati præparabant ſe, & ſummo mane exibant, cū adhuc tenebræ eſſent, hoc eſt, in aurora aut diluculo, cum partim tenebræ, Iohan. 20 partim lux ſe diffunderet, ita vt tunc circa monumentum eſſent oriēte ſole, portantes ſecum aromata ſua. Non ſatis commendare poſſum deuotiſſimas has mulieres, inter quas præcipua & vnica fideliſſimaque Chriſti fuit amatrix ac diſcipula Magdalena, quandoquidem viris apoſtolicis ſilentibus & pene deſperantibus, hæ non quieſcunt, nec ab amore deficiunt, ſed impēdere obſequia ſua voluerūt mortuo, quæ libenter & ſuauius fortaſſe impēdiſſent viuo. Habet hic ſexus miſericordiæ & pietatis plus quàm eſt inuenire in viris. Quare non inſipienter dicit ſapiens: Prou. 20 Multi homines miſericordes: virum autem fidelem quis inueniet? Dilexerant quidem mulieres hæ ſanctiſſimæ Chriſtum in vita, ſed nihil de amore eius amiſerunt eo moriente. Verum dicit quis, quæ fuerūt Iohan. 20 Marc. 16 Lucæ 24 Lucæ 8 mulieres hæ? Iohannes vnam quidem tantum ſolam Magdalenam ſcilicet narrat. Marcus præterea duas ſorores beatæ virginis Mariæ recenſens, narrat tres. Porro Lucas Iohannam quoq; adnumerat, q̄

vxor Cuſæ fuerat procuratoris Herodis, & reliquas quæ cum eis erant. Vnde plures fuiſſe conijciuntur, niſi quod fortaſſe hæ tres hic enumeratæ ſimul venerint vngere Ieſum: aliæ vero plures ſe aut aſſociauerint, aut tardius venerint. Hinc tamē liquet deuotiſſimas fuiſſe has mulieres, nullam tamen habuiſſe fidem reſurrectionis Chriſti. Alioquin ſi reſurrecturum credidiſſent, quomodo aromatibus tentaſſent condire?

Et ualde mane una ſabbatorum ueniunt ad monumentum, orto iam ſole, & dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Et reſpicientes, uiderunt reuolutum lapidē. Erat quippe magnus ualde.

Valde mane vna ſabbatorum, prima ſcilicet die ſabbati, hoc eſt, prima die poſt ſabbatum, veniunt ad monumentum orto iam ſole, poteſt hoc quoque intelligi, quando ſol incipiebat lucem diffundere. Dum itaque in itinere adhuc forent conſtitutæ, recordantes ſepulchrum clauſum ac ſignatum magno aduoluto lapide, ſciſcitantur inter ſe, & dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidē ab oſtio monumēti? Venimus, inquiūt, vngere dominum, & clauſum eſt ſepulchrū magno lapide, quem nos amouere impotes ſumus. Quid igitur faciemus? Num gratis huc venimus? Quare hoc domi non præcogitarūt? Quia amor nil ſibi putat impoſſibile, nec hæſitat deliberans. Itaque quomodo amor difficultates occurſuras non præmeditatur, ita ipſæ domi conſtitutæ nihil eorum cogitauerunt, quæ illas remorari poſſent, vt fruſtra ad vngēdum venirent, ſed hoc tantum mente tractabant, quomodo aromatibus illum vngerent. Porro in itinere conſtitutæ tunc primum recolebant lapidem monumento aduolutū: quo nō remoto, nō potuiſſent ingredi ſepulchrū. Et ſic inter loquendum, reſpicientes viderunt reuolutum lapidem. Angelus enim domini deſcenderat de cœlo, & accedens reuoluit, hoc eſt, remouit lapidem de oſtio monumenti, & ſedebat ſuper eum. Remouit autem, poſtquam dominus reſurrexerat & clauſo prodierat ſepulchro, quo ſepulchrum oſtēderet vacuum, Chriſtūque reſurrexiſſe. Erat quippe magnus valde, quare non mirum fuit vt inter ſe trepidantes interrogarent mulieres, quis nā tantum ſibi deponeret lapidem. Quippe quarum vires non fuerunt tantæ, vt ipſæ amouere eundem præſumerent.

Matth. 27 Marc. 15 Matt. 28

Et introeuntes in monumentum, uiderunt iuuenem ſedētem in dexteris, coopertum ſtola candida, & obſtupuerunt.

Et introeuntes in monumentum, hoc eſt, in ſpelūcam ſeu domūculam, in qua ſepulchrum domini exciſum erat in petra, viderunt iuuenem, id eſt, angelum domini qui ſpecie iuuenili, vtpote magis accepta & gratioſa ſeſe exhibuit, ſedentē à dexteris, hoc eſt, à dextera parte ſepulchri: fauſta enim erat, & accepta nunciaturus, ideo merito in dextera ſedet: coopertū ſtola candida, id eſt, alba & fulgida veſte. Ita enim & Matthæus ſcribit: Et erat aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimēta eius cādida ſicut nix. Aſpectum, inquit, habuit ſicut fulgur. Euangeliſta alius dicit angelū ſediſſe ſuper lapidē: hic vero dicitur in dextera parte ſediſſe monumenti. Qui vult, poteſt dicere eundem fuiſſe angelum qui primo viſus ſit ſedere ſuper lapidem ad ſepulchrum venientibus, & is qui inuentus ab introeuntibus eſt ſedere ad dexteram partem ſepulchri. Auguſtinus propterea quod Maria apud Iohannem refertur duos angelos vidiſſe, vnum ad caput, & vnū ad pedes vbi fuerat poſitum corpus Ieſu, dicit tres fuiſſe angelos, duos in ſepulchro ſediſſe, vt Iohannes dicit, & tertiū vt Matthæus dicit, ſediſſe in domūcula ſepulchri, aut ſuper lapidem. Nec obſtat quod ſtetiſſe dicūtur à Luca, quia fieri potuit, vt primo quidem viſi ſint ſedere, de hinc colloquendo mulieribus aſſurrexiſſe. Erat, inquit, aſpectus eius ſicut fulgur, vtpote vultum quaſi igneum, lucidum, atq; terrificū id eſt, angelica maieſtate graue oſtendēs.

Lucæ 24 Matth. 28 Ibidem Auguſt. Iohan. 20 Matth. 28 Lucæ 24 Matth. 28

Qui dixit illis: Nolite expaueſcere, Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum. Surrexit non eſt hic. Ecce locus ubi poſuerunt eum.

Familiare eſt angelis bonis pauidos, aut ſua preſentia territos conſolari & illuminare, quemadmodum diabolo aſſuetum eſt, eos qui ex ſe territi ſunt magis terrere, & obſcuriores reddere. Ieſum quæritis Naza-

Matt.27 Nazarenum crucifixum. Vos quidem eũ
Marc.15 quem vidiſtis in cruce pendentem & mor-
Lucæ23 tuum, à cruce vero ſolutum hic ſepeliri,
quæritis. Sed ſurrexit à morte, nõ eſt hic,
per pręſentiam humanitatis corporalem,
qui per diuinitatẽ nuſquam deeſt. Ecce lo-
cus vbi poſuerũt eum. Venite, propius ac-
cedite, explorate & cernite locum in quẽ
poſuerunt eum, vt videntes illum vacuũ,
prorſus ſitis certæ illum reſurrexiſſe.

Sed ite dicite diſcipulis eius et Petro.

Deuotiores erãt hæ fœminæ viris, ideo
præ viris etiam meruerunt conſolari, &
Chriſti reſurrectionem non ſolum ante a-
lios videre, ſed alijs etiam nunciare. Mit-
tũtur autem ad Petrum ſingulari expreſ-
ſione nominatum, quo conſolationem in
ſua pœnitentia ille reciperet. Quod niſi fa-
ctum fuiſſet inter apoſtolos comparere au-
ſus nõ fuiſſet. Videte igitur quomodo ſo-
Iohan.13 litam pietatem ſuam dominus Ieſus nõ o-
Matt.26 bliuiſcitur. Sed quos diligit, in finem dili-
Mar.14 git eos. Nam ad eum qui grauius præ cęte-
ris ſe offenderat, mittit præ cæteris ei ſuã
reſurrectionem nuncians, quo illius fidu-
ciam vehementius excitaret.

Quia præcedet uos in Galilæam. Ibi eum uidebitis, ſicut dixit uobis.

Hæc intelliguntur eſſe verba Chriſti, q̃
deberet Maria apoſtolis nunciare. Præce-
det vos in Galilęam, ibi eũ videbitis ſicut
dixit vobis, quia de ſeipſo non ſonat vt
Chriſtus mandaret, ſicut dixit vobis, ſed
potius, ſicut dixi vobis. Verũ Mariã voluit
quaſi proprijs verbis vtentem ſic loqui.
Matt.28 Ibi eum videbitis, ſicut dixit vobis. Quæ-
ris fortaſſe, vbi illum viderint in Galilæa?
Reſpondendum in monte Thabor, ibi ſe
manifeſtauit omnibus. Quam apparitio-
nem putant quidam eſſe, de qua apoſtolus
1.Cor.15 loquitur Paulus: Deinde viſus eſt plus q̃
quingentis fratribus. Potuit enim fieri,
vt tam multi breui hoc tempore adunati
fuerint diſcipuli, qui in morte Chriſti di-
ſperſi, audita eius reſurrectione, iterum ſe
ſimul collegerunt, atq; ſe apoſtolis cõiun-
xerunt. Si quæris, vbi prædixerit Chriſtus
diſcipulis, quod præcedat illos in Galilę-
am: Dico quando exiturus ad mõtem O-
liueti monuit ſuos quod omnes ſcandalũ
Zacha.13 forent paſſuri in illa nocte, ait ſcriptum eſ-
Matt.26 ſe: Percutiam paſtorem, & diſpergentur
Marc.14 oues gregis. Poſtquam autem ſurrexero,
præcedam vos in Galilæam. Gaudeamus 2.Tim.1
igitur nunc filij chariſſimi, & redemptori Oſee13
noſtro gratulemur, quia vicit mortem, vi- Apoc.5 Pſal.67
cit diabolum, deſtruxit infernũ, redemit Iaco.2
captiuos, abſtulit inimico noſtræ damna-
tionis chirographum: reſtituit nos patri,
faciẽs nos filios & hæredes cœleſtis regni.
Hæc ille omnia in paſſione operatus eſt, &
in glorioſa ſua reſurrectione triumphãs
perfecit. Sic itaque gaudium noſtrũ, quod
iniunctam ſibi à patre obedientiam tam
feliciter cõſummauit, de hoſte triumpha-
uit glorioſe, atque nos non minus poten-
ter quàm miſericorditer, non vi imperan-
do, ſed doloribus & paſſionibus pro no-
bis ſoluendo, ab hoſtis manu eripuit. Hu- Roma.6
ius igitur gratiæ, & beneficij memores,
poſthac in nouitate vitæ ambulemus.
Chariſſimi, recolite ſemper poſthac, quod
in hac ſacra quadrageſima pœnituiſtis de
peccatis veſtris, ieiunaſtis: aut quicunq;
filij eſtis Dei, ſaltem voluntatem bonam
ieiunandi habuiſtis, & ſi id licuiſſet præ
valetudine, aut laborum grauamine, cre-
brius ieiunaſſetis. Eſtis item peccata ve-
ſtra confeſſi, ſumpſiſtis euchariſtiæ ſacra-
mentum, domini corpus & ſanguinem.
Quamuis enim ex calice ſub vini ſpecie
non ſumpſiſtis domini ſanguinem, ſum-
pſiſtis tamen cum eius corpore, quia non
ſumpſiſtis mortuum & exangue corpus,
ſed ſumpſiſtis verum ac viuum eius cor-
pus, idipſum ſcilicet quod habet cum ſan-
guine, cum anima, cum diuinitate, in quo
tota eſt Trinitas concomitanter, quia
nunc impoſſibile eſt vnum eſſe, vbi ali-
ud de his iam dictis non comitetur. Eſtis Gala.4
de inferno & poteſtate dæmonis liberati,
eſtis Deo reconciliati, & filij eius facti.
Nunquid iam in hac lætiori feſtiuitate &
diebus per annũ ſequentibus ad peccata,
ad diaboli ſeruitutem, & ad veſtri captiui-
tatem (ex qua liberati eſtis) vltro redibi-
tis? Num ad volutabrum luti tanquam 2.Pet.2
ſues redibitis? Nunquid ſicut ad vomitum
canes, reuertemini? Nunquid ad impudi- Rom.13
ca cubilia? Nunquid ad ebrietates & com-
potationes? Nunquid ad blaſphemias et
iuramenta, ad fraudes & mendacia, & ad
infernalia peccatorum veſtrorum ſtipen-
dia redibitis? Abſit, abſit. Lauiſtis pe- Roma.6 Cant.5
des veſtros, an iterum inquinabitis eos?
Minime. Filij chariſſimi, vt igitur in ſyn-
ceritate, & in ſanctimonia vitæ ambule-
tis, ſint vobis omnia in mundo ſuſpecta,
maxi-

maxime aũt veſtra (quam toties eſtis ex-
perti) infirmitas, veſtra inconſtantia, ve-
ſtra leuitas. Quare nullo credatis pacto vo
biſipſis, non credatis etiã vllo hominum,
qui non ad ſanctiorem vos hortatur vitã:
Iudic.16 fugite occaſiones, fugite ſocietates & ho-
minũ conuentus. Viuatis ſobrij in domi-
bus veſtris, & lætemini cum prolibus, cũ
vxore & familia veſtra iuxta faciem ſan-
ctorũ. Ibi colloquamini aliqd boni, quod
in prædicatione audiſtis, & eis legite (ſi ſci
tis) aliquid ex libris nõ hæreticorũ, ſed ex
pio aliquo catholico & bono libro. Parci-
cite impenſis, vt non faciatis magnifica
conuiuia, nec ad eadẽ inuitati faciliter ea-
tis. Si placent tamen conuiuia aut recrea-
tiones humanæ, inuitetis homines ege-
Lucæ 14 nos & pegrinos, pupillos & viduas, mœ-
ſtos & afflictos, & eos qui non habent vt
iterum vos inuitent, aut vnde vobis retri-
buant. His omnibus faciatis conſolatio-
nem, atq; in domino cum illis gaudeatis
inſtituatisq́; omnem vitam veſtram ac fa-
miliam ad pietatem, ad ſanctimoniam, ad
Dei timorem, ad præceptorum eius obſer
uantiam, vt ſic oẽs in vobis homines ædi-
ficentur, videntes vos cum Chriſto reſur-
rexiſſe. Vosq́; in tempore hoc lęti cũ Deo
in eius gratia, in eiusq́; viuatis amicitia, &
tandem feliciores & quieti moriamini, ad
iuuante vos in omnibus dño noſtro Ieſu
Chriſto, q eſt benedictus in ſecula. Amẽ.

SERMO IN EADEM dominica. Tripliciter Paſcha noſtrum Chriſtus nos conſolatur triplici tranſitu.

PAſcha noſtrũ immolatus eſt
Chriſtus, prima ad Corinth.
Exo. 23.34 quinto. Paſcha nõ ſemper in
ſacra ſcriptura æque, vnifor-
1.Eſd.6 miterq́; accipitur. Significat
enim interdum feſtiuitatem ipſam quam
Exod.12 olim Iudæi celebrabant quotannis per ſe
ptem dies ob memoriam egreſſiõis ſuę de
terra Aegypti. Deinde ſignificat agnum
quoque qui in eadem ſolennitate immo-
Matth.26 labatur comedendus, quomodo diſcipu-
li acceperunt quando Chriſto dicebant:
Vbi vis paremus tibi Paſcha, id eſt, agnũ
vt manduces? Hoc modo in epiſtola hic
quoque Paulus accipit, dicens: Paſcha
1.Cor.5. noſtrum immolatus eſt Chriſtus: Ac ſi di
ceret: Paſcha quidem cuiuſmodi fuerit a-
pud Iſraelitas ac Iudæos non ignoratis.
Veruntamen Paſcha illud fuit figura tan
tũm Paſchatis noſtri. Et icciro quid no-
ſtrum ſit Paſcha in veteri illo olim figura
tum vt ſciatis audite. Paſcha noſtrum im
molatus eſt Chriſtus. Hoc ipſe Chriſtus
quoque ſubindicat, vbi diſcipulis ſuis an-
te biduum paſſionis ſuæ dicit: Scitis quia
poſt biduum Paſcha fiet, et filius hominis Matt.26
tradetur vt crucifigatur? Scitis quia poſt
biduum agnum iuxta legem manducabi Exod.12
mus immolandum? Scitis Paſcha futurũ?
Scitote tunc etiam agnum verum, qui in
illo typico agno figurabatˀ, hoc eſt, me p
vobis immolandum. Tradetur enim tũc Marc.14
filius hominis, & crucifigetur, hoc eſt, ma Lucæ 22
ctabitur & immolabitur in redemptionẽ,
& in cibum hominum. Dicit igitur Pau-
lus: Paſcha noſtrum immolatus eſt Chri-
ſtus. Non eſt, inquit, nobis & pro nobis
immolatus agnus, vt iuxta legem immo-
labatur, nec ſumus liberati à ſeruitute Ae Exo.12
gypti & Pharaonis, ſed eſt pro nobis ve-
rus agnus immolatus Ieſus Chriſtus Dei
filius, ſumuſque liberati à ſeruitute diabo
li & peccatorum. Hic agnus quem nos
comederemus immolatus pro nobis eſt Gala.3
in ara crucis. Hic eſt agnus de quo Bapti Iohan.1
ſta Iohãnes dicit, digito illũ monſtrãs: Ec
ce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mun
di. Iſtius agni carnes quotidie offeruntur
modo in Eccleſia, non vt quotidie patia-
tur CHRISTVS, ſed vt illius qui ſemel
paſſus eſt, obtulitque ſemetipſum pro no
bis, eadem oblatio iteretur, hoc eſt, ante Heb.8
conſpectum Dei patris offeratur pro no-
bis quotidie. Neque enim alium nos offe
rimus Chriſtum, nec alia eſt oblatio no-
ſtra, quam nos Deo pro peccatis noſtris
offerimus, quàm eadem hęc quam ipſe ob
tulit pro nobis, & in qua paſcha illud ve- Exod.12
tus ceſſauit. Nam ante, qui comederunt
carnes agni legales, hoc faciebant in me-
moriam ac gratiarum actionem liberatio
nis ſuæ ac trãſitus de terra Aegypti in ter
ram repromiſſionis. Qui vero carnes veri
atq; immaculati agni edũt, hoc modo faci Lucæ 22
unt in Chriſti cõmemorationem, hoc eſt 1.Cor.11
in rememorationem charitatis & benefi-
ciorum eius: præcipue autẽ illius, quo per
tranſitum Chriſti, id eſt, per paſſionem
ac mortem eius nos quoq; trãſimus de te-
nebris ad lucem, de morte ad vitã, de ve-
tuſtate vitiorũ ad nouitatẽ gratiæ, de ſer-
uitute peccati ad libertatẽ ſpiritus. Paſcha
illud

Exo.23.24 illud typicum quod noſtrũ figurabat Paſcha, durabat ſeptem diebus, noſtrum vero durat per omne tempus vitæ noſtræ. Apoc.1 Itaq; paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Agnus occiſus & immolatus in ſanctificationẽ noſtram pro nobis eſt Chriſtus Ieſus. Hunc agnum filij his diebus comediſtis. Sed videte quemadmodũ monuit vos vt ſui memoria ſuæq; dilectiõis imitatio ſemp maneat vobiſcũ. Nolite hoc obliuiſci, ꝙ ex ſola charitate, non ex debito, non pro ſuo commodo, ſed pro veſtra 1.Pet.3 ſalute gratis propter vos paſſus & mortuus eſt. Paſcha igitur veſtrum quo epulemini, quo gaudeatis, immolatus eſt Chriſtus. Secundo vobis aduertendum eſt, ꝙ Paſcha tranſitus dicitur. Hoc modo Chriſtus eſt paſcha noſtrum, hoc eſt, tranſitus noſter, quia ipſe eſt virtus noſtra & cauſa, vt per ipſum tranſeamus ſecuri, vbi alioqui haudquaquam eſſemus ſecuri. Eſt autem triplex huiuſcemodi tranſitus, quorum nullum abſque ſingulari adiutorio gratię diuinę poſſumus peragere. Primus eſt trãſitus à culpa ad gratiam. In hoc tria occurrunt quæ nobis timorem generant pariter & difficultatem. Primũ eſt, quod Iohan. 15 per ſe non poteſt homo tranſire, ſcilicet à culpa ad gratiam. Sine me, inquit, nihil poteſtis facere, quantominus eius gratiam aut amicitiam obtinere? Verum conſolatur ediuerſo q̃d alibi dicit de ingreſſu diuitum in regnum cœlorum: Quod Lucæ 18 impoſſibile eſt apud homines, poſſibile eſt apud Deum. Nempe apud illum omnia Lucæ 1 poſſibilia ſunt, & non eſt ei impoſſibile omne verbum. Ex illius igitur ope poſſumus, quod alioqui non poſſemus. Sic enim dicit Eccleſiaſtes: Conſidera opera Ecclẽs 7 Dei, quod nemo poſſit corrigere, quem ille deſpexerit. Magnum namque chaos Lucæ 15 firmatum eſt inter ſtatũ culpæ & ſtatum gratię, quod ſolus Deus diſſoluere poteſt. Iccirco in Iſaia dicit: Ego ſum qui deleo Iſai. 43 iniquitates tuas propter me. Tãto autem à ſe diſtant interuallo ſtatus gratiæ & culpæ, quanto cœlum diſtat à terra. Siquidẽ ſtatus culpæ ſeu iræ Dei, in quo viuit peccator, eſt porta inferni. Status vero gratię eſt porta regni cœleſtis. Vide iam quantum diſtent. Nempe tantum, quantum infernus ſcilicet à regno cœlorum. Non fit ergo tranſitus à culpa ad gratiam, niſi diuina virtute. Quomodo enim nulla creatura ſeipſam poteſt creare, ita nulla quoque poteſt ſeipſam recreare, aut à ſpũali morte reſuſcitare. Secunda difficultas eſt, quia niſi tranſeat, perire illum neceſſe eſt, cũ ſit in manibus hoſtium. Quiſquis enim amat Eccli 3 periculum, peribit in illo, ſapiens autem fugiet. Tertia eſt difficultas, quod illũ ad quem & cuius ope debet tranſire, fecit homo ſibi inimicum. Diuinã enim iuſtitiam offendit oĩs peccator, & hanc ſibi contrariam habet. Eſt tamen interim tranſire ad eius gratiam volenti hæc cõſolatio, quod iuſtitiæ miſericordia domini cõiuncta eſt, quæ in hac vita principatũ obtinet, quemadmodum iuſtitia poſt hanc vitam iudicium ſuum habet. Itaque dñi miſericordia hic reos ac tranſire volentes abſoluit, ibi autem iuſtitia ſiſtit reos, & digna illis retribuit. Verum de hac Dei iuſtitia etiã nunc nobis imminente Pſalmus ait: Niſi Pſalm. 7 conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrabit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum. Et in eo parauit vaſa mortis, &c. Præueniamus igitur faciem dñi oportet eius quærendo miſericordiam in tempore oportuno, quo hoſtibus nos à tergo inſequentibus, & mari nobis in faciem occurrente, Exo.14 domini miſericordia mare diuidat, noſq; trãſire faciat liberos hoſtibus in mari ſubmerſis. De hoc trãſitu intelligimus quod Apoſtolus dicit: Paſcha noſtrum .i. tranſitum noſtrum eſſe immolatum Chriſtũ. 1.Cor.5 Vere eñi immolatus eſt, vere in cruce vt Nume.21 ſerpens æneus pro nobis ſuſpenſus eſt, vt illum intueamur, vt intuẽtes ſanemur, & vt illum manducantes, eidem incorporemur. In huius enim intuitu diſcimus quo tranſire debeamus, quomodove ei aſſimilari ac conformari debeamus tranſeũtes. Secundus tranſitus eſt de vitijs ad virtutes per deſertũ pœnitentię. Huic tranſitui quoq; non deſunt difficultates. Quis eñ Matt. 3 eſt qui dignos faciat fructus pœnitentiæ? Quis ita pœnitet, vt angelis in cœlo de ſe Lucæ.15 gaudium faciat? Quanta eſt itẽ difficultas aſſuetis deſueſcere, delicata ſibi ſubtrahere, amata deſerere, & interdũ licita ſibi negare? Quanta item moleſtia eſt carnem affligere, peccata mortificare, deſideria illicita pſequi? In oĩbus itaq; quæ in hoc nobis tranſitu occurrũt, puta quo à vitijs trãſeamus ad virtutes, occurrunt difficultates, labores, timores, ſcrupuli, caligines, errores. Sed aſpicite agnũ noſtrum immaculatũ, quomodo ille tranſierit. Paſcha enim noſtrum .i. tranſitus, cuius amore nos tranſimus,

ſimus,& q tranſire nos docet,cuiusq; amore tranſire nos decet, immolatus eſt Chriſtus.Inter immolandum aũt,dum ſicut a-
Iere.11 gnus ducitur ad victimã, exemplũ nobis
1.Petri 2 dedit humilitatis,patientiæ ac obediẽtiæ, vt trãſeundo ſequamur veſtigia eius.Tertius tranſitus eſt à ſtatu gratiæ ad ſtatum gloriæ,per torrentem mortis.Non pauca ſunt aũt in hoc tranſitu,quæ formidanda occurrũt.Primum enim quod terret nos, eſt incertitudo ſalutis.Neſcit enim homo
Eccleſ. 9 an amore odiove dignus ſit.Et ſæpenume
Prou.24 ro fit,vt via videatur homini bona aut recta,iuxta ſapientis ſententiã, cuius tamen nouiſſima ducant ad interitum.Terret itaque,quia incerti ſumus nec ſecuri de ſalute noſtra.Securi quidem ſumus per fidem nos tranſituros:ſi tamen fidem hanc cum ſpe & charitate coniunxerimus.Nihilominus metuimus tamen. Quis enim eſt qui gloriabitur ſe mundum habere cor?Quis eſt qui iactabit ſe habere fidem, ſpem,charitatemque certam?Neq; enim vnum tantum,ſed omnia neceſſe eſt implere dñi prę cepta, omnem poſſidere virtutem eum qui ſaluari cupit. Nam ſi vna deeſt homini virtus,nulla adeſt. Si vnum homo Dei præterierit præceptum,ſi legem in vno of
Iaco.2 fenderit,factus eſt omnium reus. Eam ob rem ſi deeſt charitas, non poteſt adeſſe fides,ſi deeſt fides, non poteſt adeſſe chari-
1.Cor.13. tas. Nam ſi fidem habuero vt mõtes trãſferam,charitatem aũt non habuero,nihil ſum.Poteſt quidẽ fides in homine aliqua eſſe abſq; charitate:ſed non poteſt fides eſ
Matt. 22 ſe ſaluans abſq; charitate.Eſt enim in peccatore fides,ſed mortua fides.Nam ſi in illo,qui introductus fuerat ad prandium regis,nuptias filio ſuo facientis, non habentem veſtem nuptialẽ fides non fuiſſet, ad prandium ſeu ad nuptias nõ intraſſet.Per fidem introitus eſt in eccleſiã. Habuit ergo fidem,ſed mortuam, quia non habuit
Iacob.2 charitatẽ.Quot igitur hoc modo ſunt alij, qui itẽ credunt & contremiſcunt,non minus q̃ dęmones,qui tamen non magis ſaluantur,q̃ dæmones.Ergo non abſq; timore mors poteſt expectari, niſi ſuperabundans Dei gratia hominem ne timeat,ſtabilierit.Eſt præterea difficultas alia non parum moleſta.Nam qui in gratia quoq; ad mortem venit, tametſi cõſolari per ſpem poſſit ſeipſum,qua confidat in Deo,vt illius gratia protegente, in fine non ſeducatur,nec excidat à charitate,nequaq̃ tamen eſt certus. Occurrunt ẽm tunc tentatiões graues, comitantur peccata & mala opera,accuſat propria cõſcientia, expectatur purgatio acerbiſſima, quæ omnia præſertim quando inſtant,formidantur.Non eſt igitur hic quoq; alia cõſolatio nobis filij, q̃ qa Paſcha nr̃m immolat9 eſt Chriſtus.
Chriſtus pro nobis mortuus eſt, iuſtus p iniuſtis,vt nos offerret Deo, mortificatos quidẽ carne,viuificatos autem ſpiritu. In cruce namq; factus eſt ipſe nobis redemptio,qm̃ vulneratus eſt propter iniquitates noſtras,attritus eſt propter ſcelera noſtra. Hanc eius paſſionem & mortem patri offeramus oportet pro nobis.Nunq̃ enim tranquilli aut ſecuri morimur, niſi in fiducia bonitatis,& ſpe meritoꝝ ac paſſionis Chriſti moriamur.Poſtremo, hic aduertẽdum eſt,quod, vt ſupra dixi, paſcha vocatur hic agnus occiſus, qui olim in lege agnus fuit de grege ſegregatus,figurãs Chriſtum agnum manſuetiſſimum,q pro nobis in die Paraſceues patri ſuo fuit pro nobis immolatus, quem vos etiam ſacramẽtaliter ſub ſpecie panis comediſtis. Ne enim in timore eſſetis magno,ipſe ſe adeo exhibuit amicum, vt vobis ſeipſum in cibũ traderet,& nihilominus ſua vos morte liberaret.Omnẽ igitur ſuperiorẽ quem dixi timorẽ exuere ſtudeamus (ſi tamen ſemper bonæ fuerimus voluntatis ad ipſum) propterea,qa paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.Quum enim hoc recolimus filij, ꝙ Chriſtus pro nobis mortuus eſt,duo nobis occurrunt: Vnum,qd nobis materia eſt flendi:alterum,quod eſt gaudendi occaſio,Flendi materiam nobis præbent abundantiſſima peccata noſtra, & ingratitudo:propterea enim,quod peccatis noſtris induximus ſuper pijſſimo domino Ieſu tantas calamitates,pœnas,triſtitias & dolores,quæ omnia ſuſtinere illum oportuit,ſi nos charitate ſua immenſa redimere debebat, nõne flere inconſolabiliter debemus?Ipſe patitur,& quicquid patitur,propter nos patitur.Num pœnas & paſſiones eius irridebimus? Num iterum peccãdo pœnis eius inſultabimus?An nõ conuertendo nos ad ipſum,nec eũdem redamando charitatẽ eius paruipendemus? Hoc minime nos decet. Sed flebimus cũ flente,ſuſtinebimus cum patiente,congemiſcemus cum gemente, vt eius paſſio & dolor nobis quoq; ſit dolor,dolẽtes compatienteſque paſſionem eius intueamur: quan-

1.Pet.3 | Eſaiæ 53 | Exodi | Roma. | Roma. | 1.Pet.4

1.Pet.2 quandoquidem ſcimus ea quæcunq; pati tur, ꝑ nobis illum pati. Hoc modo ſtudio ſe cogitemus immolationem Chriſti, eiuſ que charitatẽ. Aliud eſt quod gaudendi eſt nobis quoque in paſſione domini ma= teria, & hoc bifariam. Siquidem aut ipſi gratulabimur ſeu congaudebimus pati= enti ſeu paſſo, aut nobis. Si ipſi, grandis certe nobis gaudiorum occurrit & mate= ria & occaſio. Nã gratulemur ei oportet,
1.Petri 1 quod Eccleſiam quam ſibi deſponſauit,
Phil.2 hãc pretioſo ſanguine ſuo redemit, quod patris impleuit obedientiam, quod mor= tem vicit, quod triſtia ſuperauit omnia, quod de diabolo ac morte triumphauit,
1.Iohan.3 ac tandem victorioſus ſibi gloriam obti= nuit. Si vero nobiſipſis gratulamur exulta bimus quidem, quod per eius paſſionem ab inferno redempti ſumus, quod filij Dei ex filijs diaboli efficimur, quod hęredes ef ficimur regni cœleſtis, quod ex poteſtate liberamur diaboli, & cunctis bonis per
Roma.8 Chriſtum implemur. Dixi igitur, tã gau= dendi q̃ triſtandi nobis euenire ex medita tione paſſionis Chriſti materiam. Verun= tamen quia tempus eſt triſtandi, tempus Eccleſ.3 quoq; gaudendi, ea quæ triſtia ſunt, & ad fletum prouocant in die Paraſceues abſol uimus. Hodie quæ gaudij ſunt, ex Chri= ſti morte & reſurrectione nobis euentura tractemus. Hoc nãq; modo recte nos cõ= formabimus Chriſto, vt in triſtibus cum eodem ſimus triſtes, & in lętis gaudentes. Rom.12 Vos chariſſimi, qui hoc ſacro tempore nõ tã paſcha celebraſtis, q̃ ipſi comediſtis, pu ta agnum paſchalẽ, viuentem & verũ do= minum noſtrum Ieſum Chriſtum, idq; ſa cramentaliter, quoad eius corpus ſub ſpe ciebus panis conſtitutũ, id agite, vt quem deuoti ſuſcepiſtis, nõ indigne rurſus à vo bis expellatis. Indignior aũt nulla eſt ami ci expulſio, q̃ ea qua amicus à ſe expellit: amici vero hoſtis ad illius contumeliã, ad ſe quaſi illius loco introducitur, & quan= do fidem quam ad amicum quondam ha buit quis, illiusq; dona ab eodem recepta, ad illius conuertit hoſtem eiusq; obſequi um. Quod à nobis omnibus auertat Ieſus Chriſtus Dei filius in æternũ benedictus. Amen.

FERIA SECVNDA PASCHAE, epiſtola: Actuum X.

STans Petrus in medio plebis, dixit: Viri fratres, uos ſci= tis quod factum eſt uerbum per uniuerſam Iudæam, inci piens a Galilæa poſt baptiſmum, quod prædicauit Iohã nes, Ieſum a Nazareth quomodo unxit eum Deus ſpiri= Matt.3
tu ſancto & uirtute. Qui pertranſiuit benefaciendo & ſa= Lucæ 3 Pſalm.44
nando omnes oppreſſos a diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Et nos teſtes ſumus omnium quæ fecit in regione Iudæorum, & Ieruſalem. Quem occiderunt, ſuſpendentes in ligno, hũc Deus ſuſcitauit ter tia die, & dedit eum manifeſtum fieri non omni populo, ſed teſtibus præor Lucæ 24
dinatis a Deo nobis, qui manducauimus & bibimus cum illo poſtquam re= Ioha.20.21 Matt.28
ſurrexerit a mortuis, & præcepit nobis prędicare populo & teſtificari, quia Mar.16
ipſe eſt qui conſtitutus eſt a Deo iudex uiuorum et mortuorũ. Huic omnes prophetę teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorum accipere per no men eius, omnes qui credunt in eum.

PARAPHRASIS IN EAN= dem epiſtolam.

Actor.10 ANte hãc lectionem ſcribit Lu cas in actis, quomodo Centu rio ab angelo iuſſus fuerat ac cerſire Petrum docturum qd oporteret illũ, vt ſalus fieret, facere. Petrus quoq; per viſionem inſtru= ctus (cum ante ad Iudęos tantum putaret miſſos apoſtolos) vt gentes quoq; ad fidẽ colligeret, profectus fuit ad Corneliũ. Et ibi ſtans in medio plebis, quam ſecũ Cor= nelius habebat ex amicis collectam, cuius grandior erat pars ex gentibus, dixit: Viri

fratres. Vos ſcitis quod factum eſt verbũ
per vniuerſam Iudæam, quiſnam rumor,
quæ fama quoq; de Chriſto vbiq; ſeſe dif-
fuderit. Qui incipiens prædicationem ſu-
Matt. 3 am à Galilæa, poſt baptiſmum quo Iohã-
Marc. 1 nes illum baptizauit, prædicauitq; eundẽ
Lucæ 3 Ieſum à Nazareth eſſe Chriſtum, dicẽs po
Iohan. 1 pulo: Medius veſtrum ſtetit quem vos ne
ſcitis, docens nihilominus quomodo vn-
ctione ſpirituali vnxerit eum Deus pater,
ſpiritu ſancto & virtute gratiarum ac mi
raculoꝝ. Hic Ieſus pertrãſiit vniuerſas re
giones beneficia indigentibus pręſtando,
ſanãdoq; omnes oppreſſos à diabolo. Dia
bolus enim alios opprimit morbis & ca-
lamitatibus vt ad impatiẽtiam perducat,
alios onerat peccatis, vt Deo auferat, ali-
os vanitatibus implicat, vt à Deo abſtra-
hat impediatq;. Ieſus vero ſanauit omnes
oppreſſos à diabolo quotquot ab illo re-
medium quæſierunt. Qm̃ Deus erat cum
illo, quare non humana tantum, ſed diui-
na etiam operabatur virtute, cũ eſſet deus
& homo. Porro nos apoſtoli teſtes ſu-
mus omnium mirabilium, quæ fecit in re
Matth. 27 gione Iudæoꝝ, & in Ieruſalẽ. Quẽ Iudęi ꝑ
Lucæ. 23 pterea quod eorum corripuit vitia, occide
Iohan. 19 runt, ſuſpendentes in ligno crucis. Hunc
mortuum & ſepultũ Deus ſuſcitauit ter-
tia die, & dedit eum poſt reſurrectionem
manifeſtũ fieri, nõ omni populo indifferẽ
Matth. 28 ter, nec vt oĩbus qui crederent in illũ ap
Marc. 16 pareret, ſed teſtibus manifeſtauit ad hoc
Lucæ 24 præordinatis à Deo, puta nobis, qui man
Iohan. 20 ducauimus & bibimus cum illo: & hoc
poſtq̃ reſurrexit à mortuis. Hæc aũt cau-
ſa, quare præcipue nobis præ aliĳs, ſe poſt
reſurrectionẽ manifeſtauit, eſt: Quia pręce
Marc. 16 pit nobis prædicare populo ac teſtimoni-
um ferre, quia ipſe eſt, qui à Deo patre etiã
ſecundum naturam humanam conſtitu-
tus eſt iudex viuorum & mortuoꝝ, hoc
eſt, eorum qui in Dei gratia ab hac vita de
ceſſerunt tanq̃ viuentium, & illorum quo
que, qui in peccato mortali ab hac vita de-
migrarunt, tanq̃ mortuorum. Aut ita: Iu-
dex erit viuorum, qui in fine mundi viuẽ-
tes reperientur in mundi conflagratione
morituri, & qui ante finẽ ſeculi, ante hac
luce ſunt defuncti. In illo autem iudicio
duo erunt: Vnum eſt auctoritas iudican-
di. Hæc æque vna eſt & communis tribus
in diuinitate perſonis. Alterũ eſt exequu-
tio iudicĳ, ſeu ſententiæ prolatio. Hoc cõ-
petit Chriſto ſecundum humanã naturã,
quã ſuiĳpſius humiliatiõe, ſubiectione paſ
ſioneq; meruit. Et ideo dicitur de eo apud
Iohannem. Poteſtatem dedit ei & iudiciũ Iohan. 5
facere, quia filius hominis eſt. Itemq;: Ne- Ibidem
que enim pater iudicat quenquam, ſed o-
mne iudiciũ dedit filio. Huic deniq; Chri
ſto omnes prophetæ teſtimonium perhi-
bent, remiſſionem accipere peccatorũ ſuo
rum per inuocationem nominis eius, oẽs
qui credunt in eum, hoc eſt, omnes qui fi-
de & charitate illi coniunguntur, ſeu in-
corporantur. Prophetarũ enim vnus eſt
ſermo omnium, eos qui in Chriſtum cre-
dunt, quiq; Chriſtum inuocant in nomi-
ne eius à peccatis ſuis iuſtificari.

EXEGESIS EVANGE-
lĳ feriæ ſecundæ Paſchæ, Lucæ XXIIII.

CHRISTVS DO-
minus noſter non
phãtaſtica aliq; ſpe
cie nec apparẽter
tantum, vt quorũ
dam hęreticoꝝ a-
ſtruxerunt figmẽ
ta, ſed vere ſe ſur-
rexiſſe, multis vo-
luit ipſemet dominus probare argumen-
tis. Siquidẽ vulnera ſua quæ recepit ex cla-
uis, quibus affixus eſt cruci, & lancea qua
eſt perfoſſus glorioſa, hoc eſt, vulnerũ ci-
catrices ſuo in corpore retinuit, eadem a- Iohan. 20
poſtolis monſtrauit, palpandum, hoc eſt, Lucæ 24
tangendum ſe præbuit, cum eiſdem deni Ibidem.
que mãducauit. E quibus omnibus argu-
mentis vere & nõ phãtaſtice ſe ſurrexiſſe
oſtẽdit. Videte, inquit, & palpate, quia ſpi
ritus carnem & oſſa non habet, cuiuſmo-
di me videtis habere. Pręterea, ſicut hodie
legitur in Euangelio, cum duobus ex diſ
cipulis euntibus Emaus loquẽs in ſpecie
peregrini ambulabat, cũ eiſdem quoq; ad
menſam quoad ex fractione panis illũ co
gnoſcerẽt, ſedit. Sic namq; ſcribit Lucas.

Duo ex diſcipulis ibant in caſtellũ
quod erat in ſpacio ſtadiorũ ſexagin
ta ab Ieruſalem, nomine Emaus.

Qui fuerint hi duo diſcipuli, qui ad E-
maus ſe conferebant caſtellum, quamuis
Ambroſius alterũ nominet Amaõ, in E- Ambro.
uangelio vero vnus eorũ nominatur Cle- Theophi.
ophas, non improbanda tamen eſt ſentẽ- Gregori.
tia Theophili & Gregorĳ, qui eum quem
Lucas

Lucas hic tacet, Cleophę ſociũ dicũt ip̃m fuiſſe Lucã, qui hoc Euangeliũ ſcripſit, & pro modeſtia ſuũ nomen tacuiſſe. Ibãt autem in caſtellũ Emaus quod diſtabat ab Ieruſalem ſexaginta ſtadijs. Stadium vocant ſpacium centum viginti quinq; paſſuum, quod Hercules vno, vt aiunt, anhelitu cucurrerit, & tũc ſteterit, à ſtando dictũ. Porro octo ſtadia vnũ faciunt miliare, quaſi mille paſſuũ ſpacium. Colligitur igitur ſeptem miliaribus ab Ieruſalem Emaus diſtitiſſe, & quatuor ſtadijs. Caſtellum hoc poſt vaſtationẽ Ieruſalẽ ſub Marco Aurelio reparatum dictum eſt Nicopolis.

Et ipſi loquebantur ad inuicẽ de his omnibus quæ acciderant. Et factum eſt dum fabularentur & ſimul quęrerent, et ipſe Ieſus appropinquãs ibat cum illis. Oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoſcerent.

Diſcipuli hi loquebantur de Chriſti vita & morte admirantes, non vt hi qui crederent eum reſurrecturum, ſed quàm innocenter eſſet paſſus, quàm inſipienter ac timide ab apoſtolis derelictus, & quomodo ipſi quoq; deinceps ſuam inſtituerent vitam. Dum itaq; ſic fabularentur, id eſt, Chriſti facta fabulãtium more recitarẽt, & ad inuicem quærerent, ipſe Ieſus appropinquãs, ibat cum illis. [Matth. 18] Semper enim prę ſto eſt de ſe loquentibus, iuxta illud: Vbi duo vel tres cõgregati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Oculi autẽ eoꝝ tenebantur ne eum agnoſcerent. Ambulabat enim Ieſus cũ eis vt peregrinus, habitu & geſtibus vtens peregrini.

Et ait ad illos: Qui ſunt hi ſermones quos confertis ad inuicem, & eſtis triſtes?

Triſtes erant diſcipuli ex his quæ circa Ieſum viderant accidiſſe, quem amiſerant deſolatione nimia, quem reſurrecturũ audierant, ſed modicum iam inde ſperabãt. Expectauerant quidem dubij & triſtes ſi fortaſſe reſurgentem perciperent. Verum cum nihil audirent de illius reſurrectiõe, iam ferme deſperabant. Triſtes igitur erant. [Hebr. 4] Cum vero omnia ſint nuda & aperta oculis Chriſti, non eos interrogat diſcere cupiens, ſed ex verbis eoꝝ occaſionem, vt eos doceat, vult ſumere. Ideo eñ agnoſci ab eis noluit Chriſtus, vt pectoris ſui cogitationes ſcrupuloſque internos omnes libere, tanquam cum homine ſimplici & ignoto enudarent, & ipſe ad ſingula eorum reſponderet dubia.

Et reſpondens unus cui nomẽ Cleophas, dixit ei: Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem, & non cognouiſti q̃ facta ſunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quę? Et dixerunt: De Ieſu Nazareno, qui fuit uir propheta, potens in opere & ſermõe coram Deo & omni populo, & quomodo tradiderunt eũ ſummi ſacerdotes, & principes noſtri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum.

Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem q hæc ignoras? Quõ te latere potuit quod adeo palã factũ eſt, vt nõ ſolum huius rei fama aut rumor diffuſus ſit vndiq;, ſed ſpectaculum quoq; miſerabile manifeſtũ eſt omnibus, qui fuerunt Ieroſolymis? Qui dixit eis: Quæ? Et dixerunt: De Ieſu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & ſermõe corã Deo & omni populo. Prophetam nominãt Chriſtum, Dei filium tacentes, vel quia hoc non credebant, vel qa hoc confiteri coram ignoto homine non audebant, qui eorundem poſſet ad Iudęos deferre teſtimonium. Et quomodo tradiderunt eum ſummi ſacerdotes & principes noſtri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Vide hic, licet non confiteantur eum Dei filium, multifariã tamen commendant eum. Nominant enim illũ prophetam, & virum à conſtantia & ſynceritate laudant ꝙ verax in ſermõe, ꝙ ſyncerus, quod deniq; potens abſq; fictiõe, et ſimulatione in ſermone fuerit & opere.

Nos autem ſperabamus quod ipſe eſſet redempturus Iſrael.

Sperabamus quaſi non amodo ſperantes. Temporalis erat hæc redẽptio, cuius ſpes fere omnibus erat Iudæis inſita, adeo vt nec diſcipuli dñi Ieſu aliud putarent, q̃ quod temporalis eſſet Chriſtus rex futurus, aut ꝙ Iudęos de poteſtate Romanoꝝ atq; omni alia ſubiectione eſſet humana redempturus. Siquidẽ vbi eum reſurrexiſſe etiam cognouerant, interrogabãt eum, dicentes: Dñe ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? [Act. 1] Dicunt igitur: Nos aũt ſpe-

rabamus, quod ipſe eſſet redẽpturus Iſra-
el. Vide autem, quia de eius reſurrectio-
ne nonnihil ſperauerant, præſertim cum
ab eorum nondum receſſiſſet memoria, id
quod olim apoſtolis cum paſſionẽ ſuam
Lucæ 18 illis prædiceret, inſinuarat: Ecce aſcendi-
Matt. 20 mus, inquiens, Ieroſolymã & conſumma-
Marc. 10 buntur oĩa quę ſcripta ſunt de filio homi
nis. Tradetur em̃ gentibus, & illudetur &
flagellabitur & cõſpuetur. Et poſtq̃ flagel
lauerint, occidẽt eũ: & tertia die reſurget.
Hui9 verbi videbãtur adhuc memores, &
tertia die reſurget. Siqdẽ mox ſubiũgunt.

Et nunc ſuper hæc omnia tertia di-
es eſt hodie, quod hęc facta ſunt. Sed
& mulieres quædam ex noſtris ter-
ruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt
ad monumentum, et non inuẽto cor
pore eius, uenerunt dicentes, ſe eti-
am uiſionem angelorum uidiſſe, qui
dicunt eum uiuere. Et abierunt qui-
dam ex noſtris ad monumentum, et
ita inuenerũt ſicut mulieres dixerũt:
ipſum uero non inuenerunt.

Vt hominibus ſolet mœſtis & pertur-
batis contingere, ita diſcipuli hic cuncta
narrant cum formidine & ſuſpitione er-
roris aut falſitatis. Dicunt enim: Speraba-
mus eum reſurrecturũ, & narrant teſtimo
nia reſurrectionis, nec tamen credunt, ſed
adhuc hæſitant. Optabant quidem verũ eſ
ſe, q̃ mulieres narrauerant, et alij formida
bant ab his qui fuerant ad monumẽtum,
rem nõ recte ab angelis intellectam. Iccir-
co adhuc diffidentia trepidãtes dicunt: In
ſuper tertia eſt dies hodie à tempore paſſi
onis eius, quo, ſicut nobis prædixerat, ipſe
deberet reſurgere. Ad hoc autẽ, vt ſimus
dubij ac incerti multum facit hoc quod
nos facit quoq; mirari, quia mulieres quę-
dam ex noſtris terruerũt nos, quæ ante lu
cem fuerunt ad monumentũ, terruerunt
nos. i. in maiorẽ admirationem & dubieta
tem nos perduxerunt. Siquidẽ, non inuen
to corpore eius, venerunt dicentes, ſe viſi-
ones angelorum vidiſſe qui dicunt eũ vi-
uere. In perplexitate quadam conſtituti e-
rant, qua neq; omnino credebant, neq; eti
am ex toto diffidebant. Optabãt em̃ quod
dicebatur viuere, verum eſſe, ſed quomo-
do id crederent, quóve dicentibus aſſenti
rent, quippe qui viderant illum mortuũ
ſepeliri, ignorabant. Et abierunt quidam Iohan. 20
ex noſtris, ſcilicet Petrus & Iohannes, aut
fortaſſe plures, ad monumentum, & ita
inuenerunt ſicut mulieres dixerunt, mo-
numentum ſcilicet vacuũ: ipſum vero nõ
inuenerunt. Inter fluctus ſpei & deſperati
onis hi diſcipuli erant cõſtituti, vt vix ipſi
ſcirent quid credere deberẽt ex omni par
te & ſcrupulos & argumenta, contrarieta
tes & perſuaſiones e diuerſo habẽtes, ideo
pro hac parte modo, mox iterum pro alia
parte diſputant, donec eos magiſter illu-
minaret veritatis. Propterea ſequitur:

Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti & tar-
di corde ad credendum in omnibus
quæ locuti ſunt prophetæ. Nonne
hæc oportuit pati Chriſtum, & ita
intrare in gloriam ſuam?

Quid, inquit, adeo eſtis cęci & ignoran
tes, vt non capiatis hæc q̃ facta ſunt: quan
doquidem eadem omnia olim ſunt prædi
cta à prophetis futura. Nonne hæc opor-
tuit pati Chriſtum, quæ ſcilicet illum pati
uidiſtis pro redemptione generis huma-
ni, & ſic per huiuſmodi victoriam mortis
redire in patriam ſuam? Hoc enim eſt redi
re in gloriam ſuam. Nõ putes aũt, ſi Chri-
ſtum oportebat pati, eos propterea excuſa
tos à peccato, qui dño paſſionẽ intulerũt.
Neq; enim redemptioni noſtræ, cui neceſ
ſarium fuit pati Chriſtũ ſeruire cupiebãt,
ſed ſuæ inuidiæ & furori ſatisfacere. Eorũ
itaq; nequitiã ſapientiſſima Dei prouiden
tia nobis conuertit in remedium. Vide au
tem hic cũ dicitur, oportere Chriſtũ pati,
et ſic intrare in gloriã ſuã, qd nobis expe
ctandum eſt. An meliora habere cupiunt
membra, quã caput? An mollius quieſcẽt
quàm caput membra? Aut aliud nos expe
ctabimus, quã de omnibus quidam pro-
nunciat. Per multas tribulationes nos o- Actor. 14
portet intrare regnum cœlorum? Non er-
go, ſi regnũ cupis introire cœlorum, aliud
quàm tribulationem te oportet expecta-
re. Abſit vt ſine tribulatiõe ſis. Hæc vita ſi
cuipiam ſalutaris eſt, tribulatiõe nõ caret.
Qua ſi caret, ſalutaris non eſt. Id igitur eli
ge, id amplectere quod Chriſtus. Oporte
bat, inquit, Chriſtum pati. Quare? Primo, Iohan. 18
propter patris ordinationem. Calicẽ (pro
pterea ait) quem dedit mihi pater non
vis vt bibam illum? Secundo, propter im-
pletionem ſcripturæ. Quomodo ergo, in-
quit,

quit,implebuntur ſcripturæ? Tertio,propter ſuam exaltationem,de quo in præſentiarum dicit: Oportebat Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam. Et Apoſtolus ait:Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſq; ad mortem.Propter quod exaltauit illum Deus.Quarto,propter noſtrã eruditionem.Ideo à Petro apoſtolo dicitur:Chriſtus paſſus eſt pro nobis,vobis relinquens exemplũ, vt ſequamini veſtigia eius.Quinto,propter noſtrã redemptionẽ.De hoc denuo Petrus dicit: Nõ corruptibilibus auro & argento redempti eſtis, ſed ſanguine immaculati agni filij Dei.Sexto,propter noſtrã reconciliationem. De quo Paulus:Cũ inimici eſſemus,recõciliati ſumus per mortẽ filij eius.Septimo,propter inferni ſpoliationẽ, & patrum ibi captiuorum liberationem. De hoc Zacharias loquitur,dicẽs:Tu vero in ſanguine teſtamenti eduxiſti vinctos de lacu.

Phil.2 1.Pet.2 1.Petri 1 Roma.5 Zacha.9

Et incipiens a Moſe, & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erãt. Et appropinquauerunt caſtello quo ibant. Et ipſe ſe finxit longius ire.

Incipiens Ieſus à Moſe,id eſt, à quinq; libris Moſi & omnibus ꝓphetis interpretabatur illis in omnibus ſcripturis,quæ erant de illo,hoc eſt, vbicunq; in ſcriptura ſacra,ſiue id fuiſſet in lege & libris Moſi, ſiue in prophetis aliquid erat de Chriſto ſcriptum,declarabat hoc in Ieſu ita impletum. Quod tamen intelligendum eſt de locis præcipuis, quæ euidenter monſtrabant in Chriſto aliquid implẽdum, quod modo in Ieſu fuerat impletum. Et appropinquauerunt caſtello quo ibãt, hauddubium parum fatigati itinere,ſed illuminationibus potius recreati diuinis, quæ per Chriſti eruditionem in eos irradiabant. Et ipſe ſe finxit longius ire. Diſcipuli ẽm hi duo ibi voluerunt manere,dominus autem ſpeciem præferebat ituri ad locũ adhuc magis diſtantem. Hoc enim erat eius fingere,ſignificare ſcilicet ſe non manſurũ in hoc loco per noctem. Quod nec fecit, nam poſtea ſequitur.Euanuit ex oculis eorũ. Finxit quoq;,ad ſignificãdum quod longe à cordibus eorum aberat, non ad decipiendum aut aliquid quod non erat perſuadendum.

Et coegerunt eum,dicentes: Mane nobiſcum, quoniam adueſperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Et intrauit cum illis.

Coegerunt,inquit,eum hauddubiũ ſua ui moleſtia atq; reuerentia pia illum rogãdo, inuitando,&quaſi precũ addendo grauamina(quibus honeſtum erat non refragari)non vim inferendo.Coactio hæc nõ diſplicet Chriſto. Quinpotius adeo hęc illi fuit accepta,vt ꝓpterea finxiſſe, hoc eſt, exhibuiſſe ſpeciem longius ituri credatur, quo eos,quos iam colloquendo, ad ſui cognitionẽ aliquanto præparauerat, & propulſo perfidię frigore calefecerat,ad feruẽtiora deſideria prouocaret.Ideo, inquam, finxit ſe longius ire,quia hoc verbum audire voluit:Mane nobiſcum domine.Illos namque per charitatis excitationem(qua ſe inuitabant) ad capiendum Dei verbũ reddere cupiebat aptiores, & ad ſua verba attentiores.Voluit præterea hic nos dominus docere,quàm ſtudioſi eſſe debeamus operum pietatis,hoſpitalitatis & charitatis in proximos Chriſtianos. Siquidẽ pauperes & peregrini non ſolum admittendi,ſed nec tantum inuitandi,verum trahẽdi ſunt etiam ad menſam & hoſpitiũ propter Chriſtum. Et intrauit cum illis. Ibi menſam,vt Gregorius ait,ponunt, cibos offerunt, & eum quem in expoſitiõe ſcripturæ ſacrę non cognouerant,in panis cognoſcunt fractione. Eleemoſyna enim interdum profundius illuminat,ſeu miſericordiæ opus,quàm lectio. Gregori.

Et factum eſt dum recumberet cũ eis, accepit panẽ,& benedixit ac fregit,& porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum in fractione panis. Et ipſe euanuit ex oculis eorum.

Multa fuerant quæ detinebant eos, ne Chriſtum agnoſcerẽt,puta timor,ſtupor, luctus,recensq; memoria de Chriſti morte.Nec facile agnoſceretur,ſi quis in aliena ſpecie,aut aliter veſtitus,qui ſciretur mortuus rediret.Hoc enim nemo ſuſpicatur, nec ſperat quod redeat. Volunt tamen aliqui(vt Auguſtinus) à ſatana oculos diſcipulorum detẽtos ne Chriſtum inter tot eruditionis verba cognoſcerent, idque illis ex defectu fidei accidiſſe, donec Chri- Auguſt

ſto ſimul recumbente morẽ, quem in eo ſæpe olim viderant, aſſuetum cernerẽt, puta, quia benedicebat panem, frangebat & porrigebat. Volunt etiam deuoti quidam hunc fuiſſe Chriſto morem, vt panẽ frangeret nullis decidẽtibus micis, non aliter atq; cultro quis illum ſcidiſſet. Hunc igitur morem illi ſolitum cũ vidiſſent, aperti ſunt oculi eorum, id eſt, quem videbant cœperunt agnoſcere. Sunt qui hęc verba, quæ de fractione, benedictione, & porrectione panis narrantur, intelligunt de pane illo ſancto, id eſt, de euchariſtia, cuius perceptione fuerint diſcipuli perfecte illuminati. Vtunturq; hoc loco in Neochriſtianos qui ſub vtraq; ſpecie cõtra ritum eccleſiæ putant corporis & ſanguinis ſacramentum laicis dãdum, quandoquidẽ hic ſub vna tantum ſpecie diſcipulis dederit illis panem, non ſolum ſanctificatum, ſed ipſam quoq; ſignificationem. Siquidem de calice hic nihil dicitur. Nam mox vbi illi acceperunt de eius manu panem hunc conſecratum, aperti ſunt oculi eorum, & illum cœperunt agnoſcere. Agnitus vero, mox euanuit ex oculis eorum.

Et dixerunt ad inuicem: Nõne cor noſtrum ardens erat in nobis de Ieſu dum loqueretur in uia, et aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgentes eadem hora, regreſſi ſunt in Ieruſalem. Et inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cũ ipſis erant dicentes: Quia ſurrexit dominus uere, & apparuit Simoni.

In ſeipſos reuerſi diſcipuli dicebant: Nõne cor noſtrum ardẽs erat in nobis in via? quaſi dicerent: Merito debuiſſemus illum agnouiſſe, qui ſuis verbis nos erudiens, tã inſolito corda noſtra feruore calefecit. Et ſurgẽtes eadem hora regreſſi ſunt ad Ieruſalem. Lætitia enim erant pleni & dicere [4. Reg. 7] poterant: Dies hæc boni eſt nuncij. Si tacuerimus, ſceleris arguemur. Ideo curarunt mox ad alios apoſtolos reuerti, & quæ acciderant nunciare. Et ſurgentes eadẽ hora nondum peracta cœna, nec inſtantis noctis crepuſculum horrentes, regreſſi ſunt Ieruſalem. Et inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum ipſis erant, dicentes, quoniam ſurrexit dominus vere, & apparuit Simoni. Quaſi dicant: Non vt putauimus deliramenta ſunt mulierum, quæ dicunt Chriſtum viuere, ſed vere ſurrexit, apparuitque Simoni: Et ipſi quoq; narrabant quæ geſta erant, & quomodo eum cognouerunt in fractione panis. Propterea hi duo diſcipuli feſtinarunt redire Ieroſolymam, quo apoſtolis læta nũciarent. Verum, interim quod paululum abfuerant, lætiora illis quoque euenerũt. Quare, vbi ad apoſtolos venerunt, lętitia duplicatur tantis gaudiorũ nouitatibus. Poſt grauem autem illam triſtitiam, quã ſuſtinuerunt diſcipuli ex morte & paſſione domini his diebus, ſuauior hæc erat illis gaudiorum nouitas, qua eos CHRISTVS voluit refici: vt quomodo triſtitia illis venerat ſuper triſtitiam, ita lætitiam nunc ſuper lætitiam acciperent. [Pſalm. 93] Secundum enim multitudinem dolorum in cordibus eorum, conſolationes diuinæ lætificauerunt animas eorum. Præſtet nobis omnipotens DEVS, vt huius quoque ſanctæ lætitiæ participes efficiamur. Sentiamus quoq; CHRISTVM vere reſurrexiſſe in nobis, præſtante eodem domino noſtro, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

SERMO EIVSDEM DIEI.

Peregrini conditiones cuiuſmodi ſint nobis imitabiles: & quid amor faciat.

NOn habemus hic manẽtem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Heb. XIII. Certum eſt nos omnes hic eſſe aduenas et peregrinos, vt Petrus ait apoſtolus, [1. Pet. 2] ſuper terram, quare hic non vt in patria, ſed in exilio viuimus. Aliter aũt longe viuendum eſt peregrino & exuli, aliter ciui. Qui enim peregrinus eſt, viatorem ſe agnoſcit, nec diutinam ſe vno in loco habere manſionem, ſed locum videre illi conceditur & tranſire. Quocirca bene dixit Paulus, vt ab amore nos vitæ abduceret præſentis: [Hebr. 13] Non habemus hic manẽtem ciuitatem, quã ſcilicet diligamus, aut credamus diu inhabitare, ſed futurã inquirimus. Quaſi volens dicere: Non eſt nobis cogitandũ, quõ in hac vita ſit nobis bene, nec ita proſpiciamus nobis, quaſi ſemper victuris, ſed de patria nr̃a, de ciuitate quã ꝑpetuo inhabitabimus cogitemus, ad illã aſpiremus, ad illam tendamus, ad illamq; conti-

Lucæ 24 continuè ambulemus. Hoc vt nobis Chriſtus quoq; cõmendaret in ſpecie apparuit peregrini. Peregrinus non paucas habet conditiones nobis imitabiles. Prima eſt, quod cogitat ſcitq; in quouis loco nõ diu manſurum ſe: ideo non diu quieſcit, præterquàm vbi manere eum oportet, hoc eſt in patria ſua, aut vbi in loco habitat quaſi in patria ſua. Si bene illi eſt in via, minus inde exultat, ꝓpterea quod hoc gaudium ſcit ſecum diu perſeuerare non poſſe, & ꝙ tranſibit inde. Si vero triſte quid illi occurrerit, minus grauatur, ſciens id fore quod tolerat breue & tranſitorium, quod mox euadat. Hoc modo omnes nos conuenit eſſe peregrinos, qui ab amore huius vitæ præſentis ab omniq; gaudio caduco & terreno eſſe debemus alieni, nõ vt nihil mundani gaudij vnquam ſentiamus, ſed vt nihil his confidamus, nihil nos implicemus, nihil inde conſolemur, nihilque ibi quieſcamus, ſcientes quia vanitas vanitatum & omnia vanitas, nihilque eſt quod fixum ſtabileve permaneat ſub ſole. Filij igitur hominũ, vt quid diligitis vanitatẽ, & quæritis mendacium? Quæritis quæ vobiſcum non perſeuerant, quæ coram Deo vos excuſare non poſſunt, quę iuuare nequeunt, quæ poſtremo vos quoq; fallunt & decipiunt. Secundo, nihil grauiter nos contriſtet, memores quod leue & momentaneũ eſt pondus tribulationis noſtræ, quod hic ſuſtinemus, ſi comparetur ad futuram gloriam æternitatis. Quicquid enim nos hic torquet, etſi diuturnũ ſit, propterea quod nulla tribulatio non affligat, & diuturna non videatur, perpetuum tamen nihil hic eſt, ſed finitur om̃is terrena calamitas hic æque vt felicitas. Hæc igitur peregrini cõditio nos hic tam inſtruit quàm conſolatur, quod pꝰgrinatio noſtra perpetua non eſt, nec diuturna ſuper terram. Quid igitur bona pereuntia multo labore quærimus, quę diu non poſſidebimus? Aut quomodo lętabimur ſuper re aliqua, cum qua diu non verſabimur, cum qua ne ad momentum quidem vt moremur, ſecuri ſumus? Recordemur diuitis illius, qui præ nimia rerum abundantia horrea ſua dilatauit, & conſolans ſeipſum dicebat: Epulare anima mea & gaude, quia in multos annos bona habes repoſita. Sed quid illi dixit Deus? Nempe, Stulte hac nocte à te repetent animam tuam. Et ea quæ congregaſti, cuius erunt? Vides, quia ſuper

[Margin: Eccl. 1. 12 — Pſalm. 4 — 2. Cor. 1 — Lucæ 12]

diuitijs ſuis exultauit, quibus frui diu non potuit? Nonne ſatius ſe cogitaſſet peregrinum ſuper terram, qui nihil in terrenis omnibus fideret, ſed vbicunque ambulat, ſciret eadem ſua non eſſe, ſe cum illis manere non poſſe, nec illa vt ſecum aſportet ſibi licere? Sunt alij qui gaudent ad organum & ſonitum tympani, ducuntque in bonis dies ſuas, viuuntq; hic vt ſemper victuri, vtpote ciues huius mundi, non peregrini. At cum ſe viuere putant, cum ſibi ſalua omnia credunt (vt ſequitur) in puncto ad infernum deſcendunt. Imitemur igitur peregrinorum conditionem, vt in itinere ea quæ nobis occurrant intueamur tantum, vidiſſe ſufficiat, tranſeamus, nihil nos detineat aut remoretur, alioqn nunquam ad patriam veniemus. Nihil etiam nos impediat, ſed aſpera & dura penetremus. Secunda eſt peregrinorum ac viatorum conditio, nihil ſecum ſumere præterquàm viaticum. Sciunt enim viatores ſe grauari ac premi, quicquid ſecum portare præter viaticum voluerint. Hoc modo non plura quæramus, quàm nobis ad ſuſtentationem ſit neceſſarium. Habentes enim alimenta & ea quibus tegimur, his contenti ſimus. Sed quis hæc mundo perſuadebit? Theſaurizant, & ignorant cui congregabunt ea, omni quo viuunt tempore in anguſtijs, in tribulationibus, in metu, in triſtitia, in inuidia ſe ſe conſumentes. Quid dicam de curis & afflictionibus animi? In mollibus lectis inquieti dormiunt, nocte diuque ſolicitudinibus anguntur, diſcrutiantur cura filiorum, vt illos diuites efficiant, vt illos beent ſoliciti. Sic eaſdem miſerias, quibus ipſi fatigantur, & calamitoſas infelicitates quaſi hæreditatem quandam filijs relinquunt. Quàm feliciores ſunt hi, qui paucis contenti peregrinos ſe agnoſcunt ſuper terram, nec onerari ſe conſentiunt in itinere, quibus ſufficit vt tantundem habeant, quo ad patriam perueniant.
Tertia peregrinorum conditio eſt, quod ſi calumnia aut iniuria illis irrogatur, tranſeunt & contemnunt. Neque enim ſe apud illos, cum quibus vix ad horam manent, arbitrantur ſe humiliatos. Nullas iccirco lites, nulla inſtituunt iurgia, ſed eo velocius declinant, ad patriam feſtinantes. Sic tibi fili, qui non vis de hoc eſſe mundo, qui non manentem hic habere te putas ciuitatem, ſed futuram

[Margin: Iob. 21 — Ibidem — 1. Tim. 6 — Pſalm. 38 — Hebræ. 13 — Iohan. 8 — Hebræ. 13]

inquiris, viuendum eſt, vt ſi tibi iniu-
ria aut contumelia fiat, cogites te de hoc
Iohan. 8 mundo non eſſe, nec conuenire tibi vt iu-
dicij tibi forum quæras inter alienos, vbi
manere non potes. Nec vlciſci iniuriam
quæras, nec contendere velis aut rixari, ſed
Pſalm.38 diſſimulare & tranſire, memor te aduenā
& peregrinum inter filios hominum. In-
terea enim q̄d peregrinus ſtaret pugnans
& litigans, aut forum iudicij quærens, in-
terim ab itinere remoraretur, ſic tu quoq;
à pfectu impediris ſi oībus volueris reſpō
dere, oīa diſcutere, in oī loco te propugna
re aut excuſare. Quarto, circa ea quæ ſibi
occurrunt pulchra & amœna parum ad-
uertit viator & peregrinus. Si pratum flo-
ridum, ſi fontes & riuos lympidos, ſi fron
doſum tranſierit nemus, ſi denique alia vi-
det quæ illum delectant, nō cupit ibi mo-
rari, aut quieſcere, aut domum locare, nec
manere, ſed de patria ſua cogitat, ſolicitus
ne ab illa differatur, ne prorogetur ſuum
deſiderium, quo illam ſemper optat, ad il-
lam aſpirat, & quantum adhuc ab illa di-
ſtet quotidie emetitur. Hoc modo viator
& peregrinus, dū huius vitæ oblectamen-
ta tranſit, non in his debet hærere, non ibi
animum figere, ſed vbi amœna, aut ea quę
delectant, aut animum queunt irretire vi-
derit, confeſtim ea derelinquat & præter-
eat, ſemper expendens meditando quan-
tum diſtet à patria, quid ſuperauerit, & q̄d
ſibi adhuc immineat, quæ difficultates ad-
huc ſuperandæ donec perueniat, quo inte
rim ſuſpirat. In omnibus igitur quæ tibi
occurrunt, ſiue iucunda fuerint, ſiue ad-
uerſa teipſum conſolare, teipſum excita, te
ipſum frange & cohibe, teipſum contine,
vt quæcunque effrænis petulanſque appe
titus tuus ſe conuertere voluerit, cum Da
Ibidem. uide dicas: Aduena ego hic ſum & peregri
nus, ſicut omnes patres mei. Itemque cum
Hebræ.13 Apoſtolo: Non hic habeo manentem ci-
1.Tim.6 uitatem. Et, Nihil in hunc mundum intu
li, nihil inde exportaturus. Omnia mihi
hic aliena & accommodata tantum ſunt.
Iohan.8.17 Hæc de mundo ſunt, ego nō ſum de mun
do. Cur igitur propter hæc velim turbari,
pacem meam amittere, digladiari, liuo-
rem & virulentum in corde vulnus acci-
pere? Tranſeant quæ volunt, & ego illa
Philip.1 tranſeam. Chriſtus mihi viuere eſt, & mo
Hebræ.13 ri lucrum. Dixi ergo in principio: Non ha
bemus hic manentem ciuitatem, ſed futu-
ram inquirimus. Sed quæ, inquis, eſt hæc
ciuitas, quam futuram inquirimus? Hæc
profecto eſt, quam Iohannes vidit ſan- Apoc.21
ctam deſcendentem de cœlo, à Deo para-
tam, & ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Iſaiæ 25
In qua abſterget Deus omnem lachrymā
ab oculis eorum, & mors vltra non erit,
neque luctus, neque clamor, neque vllus
dolor erit vltra. Hæc eſt illa ciuitas, quæ
habet claritatem Dei, & lumen eius ſimile
lapidi precioſo, tanquam lapidi Iaſpidis, ſi Apoca.21
cut cryſtallum, quam habere Iohannes vi
dit murum magnum & altum, habentem
portas duodecim, & in portis angelos
duodecim, cuius erat ſtructura muri ex la
pide Iaſpide: ipſa vero ciuitas aurum mun
dum, ſimile vitro mundo. Et fundamen-
ta muri ciuitatis omni lapide precioſo or-
nata. Et duodecim portæ ciuitatis duode-
cim ſunt margaritæ. Singulæ enim por-
tæ ex ſingulis erant margaritis, & platea
ciuitatis aurum mundum, tanquam vi-
trum perlucidum. Et ciuitas hæc non e-
get ſole neque luna, nam claritas Dei illu-
minabit eam. Non intrabit in eam ali-
quid coinquinatum, aut abominationem
faciens & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt Hebræ.
in libro vitæ agni. Hanc itaque ciuitatem
inquirimus. Verum non ignorare nos hic Matth.7
oportet, quod via quæ ducit ad hanc ciui
tatem eſt arcta & anguſta, paucisque ada-
mata. Hanc tamen quotquot ſaluati ſunt,
omnes ambulauerunt. Ideo autem eſt ar-
cta & à paucis frequentata, quia ſita eſt in
mortificatiōe propriorum deſideriorum,
in abnegatione ſui, in humilitate, in pati-
entia, & in paupertate voluntaria, quæ o-
mnia habent laborem & difficultatem,
quæ nemo amat. Virtutem certe nemo
eſt qui non amet, at non ita amant omnes
virtutis exercitium, & pro virtutis aſſecu
tione laborem ac pugnam. Eſt alia via ſpa Ibidem
cioſior, amœnior, & iucundior, ſed hæc
non ad ciuitatem hanc ducit, ſed ad miſe-
ram quandam captiuitatem. Hæc eſt via
propriæ voluntatis & priuati amoris, quę
cultores habet multos, ſed ſtipendia ma-
la. Ducit enim, teſte veritate, ad perditio-
nē. Porro arcta via & anguſta ducit ad re- Ibidem
gnum cœloꝝ. Dicit quis: Quid eſt q̄d hu-
ius arctæ & felicis viæ poſſit tēperare labo
rem? Dicendū, nihil magis pōt efficere, vt
quid alioqui foret in hac via labor, pœna,
difficultas & moleſtia, iam neq; ſit labor,
neq; aliud alioꝝ, ſed deſideriū, iucunditas
& amor. Hic em̄ oīa dura, oīa aſpa, tolera-
bilia

bilia ſuauia & propemodũ deſiderata facit amor. Quid enim queſo non facit amor ſe mutuo amatium? Quid amor facit gloriæ aut ptãtis? Quid non ſubire ſuadet? Quid alioqui intolerabile nõ facit ſuaue? An amor Dei nõ poteſt, qđ amor poteſt mũdi? Nonne videmus multos, qui hominẽ præſertim alterius ſexus amant, nullo labore, non æſtu, non grandine, nõ metu, ſed nec minis arceri poſſe, nulla difficultate vinci, cum velint amore potiri optato? Nonne magis eſt potens Deus, ſuauis & bonus, q trahat, ſapienterque iuxta ſeculi iudicium dementet amantes ſe? Eſt ergo amor ſolus qui ea quæ difficillima & prope impoſſibilia ſunt, facit tolerabilia & ſuauia. Hoc videmus in ſanctis martyribus. Quid em̃ non ſuſtinuerunt pro eo, quem toto corde ſuauiter amauerunt? Quis horum conqueſtus eſt de pœna? Nonne prouocauerunt etiam ad cruciatus ſibi inferẽdos tortores? Videamus antiquorum eremitarum priſcorumq; monachorũ feruorem. Quis eos docuit tanta auſteritate ieiunare non ſolum à delicijs, ſed à neceſſarijs quoque abſtinere, penuriam & contemptum pati, niſi amor Chriſti? Verum dicit quis, vt audio maxime neceſſarius eſt mihi amor Chriſti, quomodo alia quoq;, quæ ex amore fieri debent ſuauia, ſunt neceſſaria. At ego omnibus careo. Quis enim hunc dabit amorem vehementem, qui alia facit omnia leuia? Quomodo amorem dei hũc aſſequar? Dicẽdum: Omniũ pioꝶ eſt hæc querimonia, & amantium & non amantium: hoc eſt, Dei amorem ſentientium, & non ſentientium. His enim qui amorem Dei in ſe aduertunt, videtur (atq; id iuſte) quod Deum tepide nimis ament, & q̃d de ſancto Dei amore ſibi (vt revera eſt) deſit nimium. Sunt etiam qui Dei habẽt, ſed nõ ſentiunt amorem. Opera enim & ſtudia eorum indicant eos abſq; Dei non eſſe amore. Conqueruntur tñ & plangunt vehemẽter, qđ inſipida ſint illis ea potiſſimũ, quæ maximopere cum feruore & deuotione perficere deſiderant. Verum, vt queſtioni ſatis faciam: Pro amore o filij habẽdo, neceſſaria vobis eſt bona voluntas. Orate Deum vt hunc vobis ad ſuã gloriã infundat. Interim ſiue amorẽ ſenſeritis, ſiue non ſenſeritis, cauete omne peccatum. Quicqd noueritis deo diſplicere, hoc nunq̃ veniat in conſenſum veſtrum. Nunq̃ velitis admittere, nunq̃ etiã negligere, quicqd prohibuerit, aut quicquid voluerit ille. Hoc vnum ſtudium ſit vobis cõtinuum, nolle ſcil. agere, q̃ deo diſplicent, nolleq; omittere, quæ placent. Quod ſi ꝑ ſubreptionem aut quocunq; alio in vos modo intrauerit delictum, illud cum dolore ac fletu cordis delete, expurgate, corrigite, & deinceps cauete. Hæc faciendo filij, nõ ſolum obtinebitis, ſed habetis (credite mihi) dei amorẽ: quia id nequaq̃ poſſetis, niſi Dei amor ſanctus hoc operaretur in vobis. Neq; enim oportet vt ſentiatis amorem, ſed vt habeatis. Nec amor eſt, ſed feruor eſt amoris ſeu amoris incendium q̃d ſentitis. Sentire aũt (vt dixi) non ſemper eſt neceſſarium, ſed habere. Quod nobis omnibus largiatur Ieſus Chriſtus in æternum benedictus.

DOMINICA IN OCTAVIS PASCHAE.

Epiſtola I. Iohannis V.

OMne quod natum eſt ex Deo, uincit mundum. Et hæc eſt uictoria quæ uincit mundum, fides noſtra. Quis aũt eſt qui uincit mundum, niſi qui credit qm̃ Ieſus eſt filius Dei? Hic eſt enim qui uenit per aquã & ſanguinẽ Ieſus Chriſtus. Nõ in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine. Et ſpũs eſt q teſtificatur, qm̃ Chriſtus eſt ueritas. Q̃m̃ tres ſunt qui teſtimoniũ dant in terra, ſpũs, aqua, & ſanguis. Et hi tres, unũ ſunt. Et tres ſunt qui teſtimoniũ dant in cœlo, Pater, Verbũ, & Spũs ſanctus. Et hi tres, unum ſunt. Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt: quoniam hoc eſt teſtimonium Dei, quod maius eſt, quoniam teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe.

PARAPHRASIS IN eandem Epiſtolam.

REgeneratis ac nouæ eccleſiæ filijs non inutiliter legebatur olim hæc epiſtola Iohannis, quę docet in vera fide perſeuerantiam. Nam hęc maxime teſtatur adoptionem filiorum Dei. Dicit igitur: Omne quod natum eſt ex Deo, per fidem, nõ eam quæ dæmonibus communis eſt, qui credunt & contremiſcunt, ſed per eam fidem quæ per dilectionem operatur, vincit mũdum, hoc eſt, vanitates impietatesq́;, & tam aduerſa quàm proſpera mundi. Non tamen hoc ita eſt intelligendum, vt quiſquis fidem habuerit, non poſſit peccare. Nihil enim aliud eſt vincere mundum, quàm non mortaliter peccare. Nam ſi peccat, iam non vincit mũdum, ſed vincitur à mundo. Quod vero multi qui erant aliquando fide & charitate Deo coniuncti atque ex Deo geniti ſuperentur à mundo, manifeſtatur in Apocaly. vbi manifeſte dicitur: Sed habeo aduerſum te pauca, quòd charitatem tuam primam reliquiſti. Memor eſto itaq; vnde excideris. Et Apoſtolus ait: Qui ſtat, videat ne cadat. Ideo recte intelligenda ſunt hæc verba: Omne quod natum eſt ex Deo vincit mundum. Aut, Qui natus eſt ex Deo non peccat, vt dicatur verũ eſſe, vt quis, quatenus eſt ex Deo natus, non peccet. Quamdiu enim in ſua generatione perſiſtit, non vincitur à mundo, nec peccat. Verũ ſi mutatur, aut ſi hanc deſerit, peccat. Aut ita: Qui natus eſt ex Deo per æternã prædeſtinationẽ, nõ peccat, ſcilicet pct̃m ad mortem. i. in quo moriatur. Vincitur tamen peccato ac mundo interdum ad tempus. Quem tamen generatio Dei conſeruat vt in peccato non moriatur, ſed finẽ ac terminum vitæ ſuæ claudat in victoria mundi, ſicut filius Dei. Et hæc eſt victoria noſtra, qua mundum vincimus, fides noſtra, non ea quæ ſine operibus mortua eſt, ſed quæ per dilectionem operatur. De qua ſcriptum eſt: Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam. Hæc fides (inquit) eſt victoria noſtra. Quod apoſtolus Paulus quoq; inſinuans. Sumentes, inquit, ſcutum fidei, in quo poſſitis tela nequiſſimi ignea extinguere. Et Petrus ait: Diabolus tanq̃ leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Cui fortes reſiſtite in fide. Hanc fidem in vobis tenete, hoc credite, diaboli maliciam nihil poſſe præualere, qui eſtis in Chriſto, Dei curam & continuam protectionem ſuper vos eſſe, Deum orantes vos exaudire, per fidem quoq; inuocatum vobis adeſſe. Hæc eſt victoria qua mundum & diabolũ per fidem omnes vicerũt ſancti. Quis eſt autem qui vincit mundum cum ſuis vitijs & concupiſcentijs, niſi qui credit quoniam Ieſus eſt filius Dei? Qui enim hoc nõ credit, non poteſt vincere mundum, imo non poteſt nõ vinci à mundo. Ergo nemo vincit, niſi qui credit in dominum Ieſum. Nec tñ dicitur, quod omnes qui credunt vincant, ſed q̃d nemo vincit, niſi credat. Cupienti igitur vincere fides neceſſaria eſt, licet ſola neceſſaria non ſit. Eſt em̃ neceſſaria quoq; ſpes & charitas, & obedientia mandatorũ Dei, aut loco illius humilitas pœnitentię. Non eſt aũt quod obijcias multos credere, nec tamen mundum vincere. Nam ſunt, inq̃s, qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autẽ negant. Dicendum non de omni fide, ſed de ea quæ viuit per charitatẽ, per eandemque operatur Iohãnem loqui apoſtolum. Sequitur: Hic eſt qui venit per aquã & ſanguinem Ieſus Chriſtus. In aqua em̃ baptiſmatis ſeu regenerationis, & in effuſione ſui ſanguinis, Ieſus, i. ſaluator ad nos veniens, ſalutem nobis aduexit. Non in aqua venit tãtum vt erat baptiſmus Iohannis, corpus quidem abluens, ſed non dans remiſſionem peccatorũ, ſed venit in aqua & ſanguine, aquis tactu ſuæ innocentiſſimæ carnis virtutem regenerãdi tribuens, idq́; in ſacramẽto baptiſmi, quo pariter redemptionis ſuæ virtutem ac paſſionis meritum nobis applicauit. Itaque, venit Chriſtus in aqua, qua pctõ inquinatos ablueret. Venit in ſanguine, quo redimeret ſolueretq́; captiuos. Et ſpiritus ſanctus eſt qui teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veritas, verus homo, verusq; Dei filius, vere innocẽs, verè redẽpt, atq; ſaluator. Qñ, inq̃s, ſpũs id ſctũs teſtificatus ẽ? Qñ Chr̃o baptizato deſcẽdit ſpũs ſan. corpali ſpecie in ip̃m. Quod Baptiſta quoq; Iohãnes indicat dicẽs: Ille qui me miſit baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris ſpiritum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Et ego vidi, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei. Tres enim ſunt qui Chriſto diuinitatis teſtimonium dãt in cœlo: Pater, Filius, & Spirituſſanctus. Pater em̃ teſtimonium dedit

Marginal notes: Iacobi 2; Galat. 5; Apoc. 2; 1.Cor.10; 1.Iohan.3; Iacobi.2; Galat.5; Hebræ.11; Ephe. 6; 1.Petri 5; Galat.5; Titum 1; Act. 8; Lucę 3; Iohan.1

Matt. 3 dedit,quando vox eius cœlis apertis ſuper
Matth. 17 Ieſum baptizatum audita eſt,dicentis:Hic
Marci 9 eſt filius meus dilectus,in quo mihi com-
Lucæ 9 placui.Et in monte Thabor, dum glorifi
caretur coram tribus diſcipulis Ieſus,vox
ſimilis patris audita eſt.Porro filius teſta-
tur quando verbum teſtatur propriæ diui
Iohan. 10 nitati, & hoc tam operibus quàm verbis.
De operibus ipſe loquitur dicēs:Hęc ſunt,
ſubaudi ſigna & miracula,quæ teſtimoni
um perhibent de me,quia fecit quæ nemo
Ibidem. alius facere potuit.Verbis teſtatus eſt,quã
do dixit:Ego & pater vnum ſumus.Spiri
tuſſanctus demum teſtatur Chriſti diuini
Actuum 2 tatem,quando ſcilicet in diſcipulos in die
Penthecoſtes venit,eorum linguas & cor
da animauit,vt teſtimonium perhiberent
vniuerſo mundo. Et hi tres,ſcilicet pater,
filius, & ſpirituſſanctus, vnum ſunt,non
vnitate tãtum naturæ, ſed ſunt etiam vnũ
teſtimonij cõformitate.Et tres ſunt qui te
Matth. 27 ſtimonium humanitatis Chriſto dant in
terra,Spiritus,aqua,& ſanguis.Spũs nem-
pe quem emiſit Ieſus moriens in cruce,te-
ſtabatur Chriſtum verum & non phanta
ſticum hominem eſſe.Aqua vel lachryma
Iohan. 11 rum,q̃ flens ſuper morte Lazari,vel ſuper
Lucæ 19 Ieruſalem futuro excidio effudit, vel quæ
Iohan. 19 de latere eius poſt mortẽ emanauit,hoīem
Lucæ 22 eſſe verum teſtatur.Sanguis denique cum
dolore effuſus idipſum teſtatur. Et hi tres
vnum ſunt,id eſt,idipſum concorditer te-
ſtantur. Si teſtimonium hominum accipi
mus propheta℞ de Chriſto nobis loquen
tium atq; teſtantium, teſtimoniũ Dei ma-
ius eſt.i.verius & excellentius,atq; magis
propterea credẽdum.Qm̃ hoc eſt teſtimo
nium Dei, quod maius eſt hoīm teſtimo-
nio,qm̃ Deus pater teſtificatus eſt de filio
ſuo,hoc eſt,teſtatus eſt Ieſum eſſe filiũ ſuũ.
Qui credit in filium Dei,teſtimonium Dei
patris.i.fructum teſtificationis eius habet
in ſe,vt ſit ex adoptiõe filio℞ vnus.Porro,
qui non credit in filium,vt filius ſit Dei Ie
ſus,ſua incredulitate mendacẽ facit(quan
tum ex ſe eſt)patrem. Sequeretur ẽm vt ſi
pater mendacio atteſtatur perhibens teſti
monium Ieſu quod Dei ſit filius,pater ipẽ
mendax efficitur.Atque ideo qui non cre
dit in filium,mendacem facit patrem(quẽ
falſitatem putat teſtari)non credens teſti
monio, quod teſtificatus eſt Deus pater
de filio ſuo.Et hoc eſt teſtimonium quod
nos perhibemus apoſtoli de Dei filio,quo
niam vitam æternã dedit nobis Deus per
ipſum. Quæ vita æterna eſt in filio eius,
hoc eſt,in cognitione,viſione,&fruitione
filij eius. Itaq; qui habet filium per fidem
& charitatem, habet quoq; vitam, quan- Iohan. 17
doquidem hæc eſt vita æterna, vt cogno-
ſcant te verum Deum, & quem miſiſti Ie-
ſum Chriſtum.Qui non habet filium per
fidem & dilectionem, non habet vitam q̃
à morte ſeruat & cũ Chriſto in ſua immor
talitate viuere facit.

EXEGESIS EVANGE- lij dominicæ in octauis Paſchæ, Iohannis XX.

CVM IN MOR-
tali adhuc corpore
dominus noſter Ie-
ſus Chriſtus ſuis ad-
eſſet diſcipulis,conſo
latus eſt eos, atq; in
illis nos,dicens: Vbi Matth. 18
duo vel tres congre-
gati fuerint in nomine meo, ibi in medio
eorum ſum.Hoc hodie eis,vt alias ſemper
inuiſibiliter,in ſpecie viſibili commonſtra
uit.Siquidẽ apoſtolis cõgregatis hauddu-
biũ in nomine domini,affuit Ieſus in me-
dio eorum,dicẽs:Pax vobis.Adeo autem Iohan. 20
conſtat ſemper firme ac indubitato ſerua
re ſuam ꝓmiſſionem Deum, vt patres no-
ſtri preces generales.Letanias & proceſſi-
ões inſtituerint multas,non aliam obrẽ,
niſi vt orantium ſimul multorum colli-
gatur conſenſus,&quod fortaſſe vni(ſunt
enim multa quæ ſingulares impediunt ne
exaudiantur orationes)negaretur,nõ poſ
ſit negari multitudini.In multitudine nan
que non deſperãdum eſt eſſe multos, qui
Dei ſint amici,& qui orantes repulſam nõ
mereantur. Accedit quod vbi multitudo
eſt adunata,ꝑſona figuratur eccleſiæ, quæ
in rebus licitis & ſalutaribus non poteſt
non exaudiri.Quamobrem dicunt erudi-
ti viri,in proceſſionibus(tametſi ſingulari
um hominum deuotio id non mereatur)
generalibus, vbi pro reprecanda aut de-
precanda multorum in vnum coit con-
ſenſus, celeriorem apud DEVM fie-
ri exauditionem. Nam multitudo in re
licita conſentanea exaudiri meretur,tam-
etſi ſeparatim in illa pauciſſimi ſint qui
mererentur exaudiri. Pari hic modo &
multo magis electi domini diſcipuli adu-
nati meruerunt à domino viſitari & con-
ſolari

ſolari conſolatione, quàm præcipue nobis optat Deus, vt ſit nobis pax. Hoc aũt tunc factum eſt, cum de eius reſurrectione tra- Lucæ 24 ctarent apoſtoli & Cleophas, ac eius ſocij audirent narrationem. Stetit Ieſus in medio eorum, dicens: Pax vobis. Itaq; vt dicit Iohannes Euangeliſta:

Cum ſero eſſet die illo una ſabbatorum, & fores eſſent clauſæ, ubi erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorum.

In hoc Euangelio Chriſti apparitiones narrantur duæ. Quarum altera in die Paſchæ ſero ingruente nocte facta eſt, altera poſt octo dies hoc ſcilicet die. Cum enim Exod. 12 ſero eſſet vna ſabbatorum, inter Paſchalẽ ſolennitatem quæ per vnã hebdomadam durabat, cuius dies ſinguli erant feſtiui, & ſabbata dicebantur. Vna igitur ſabbatorum, hoc eſt, altera die poſt magnum ſabbatum, quod infra illam hebdomadam occurrebat, ſolennius propter hebdomadam Paſchalem, reliquis ſabbatis quæ ſingulis hebdomadibus occurrunt per integrum annum. Vna igitur ſabbatorũ, hoc eſt, die dominica qua dominus ſurrexerat cum ſero factum eſſet, & duo ex Emaus Lucæ 24 diſcipuli rediſſent, inueniſſentq; vndecim ſimul hic congregatos, narrãtes quod dominus ſurrexiſſet vere, apparuiſſetq; Simoni, narrauerunt ipſi quoq;, quomodo ſibi in ſpecie peregrini apparuiſſet dominus, & quomodo eum in fractione cognouiſſent panis: tunc ſubito ſtetit Ieſus in medio eorum, qui fuerat clauſis ianuis ingreſſus & dicit eis: Pax vobis. Hoc enim idem Euangelium quod Iohannes hic ſcribit. Lucas quoq; refert, & lectum eſt feria ter- Lucæ. 24 tia proxima ſuperiori. Verum cum Lucas Matth. 27 dicat congregatos vndecim, Iudas vero Acto. 1 tunc abierit in locum ſuum, ſuſpenſusque crepuerit medius, quomodo fuerunt apoſtolorum vndecim (demptis alijs extra numerum apoſtolorum præſentibus, ſcilicet Cleopha ac ſocio eius, & pluribus vt creditur alijs,) quando Iohannes Thomam hic narrat defuiſſe? Qui ſi defuit tunc remanſerunt tantum decem apoſtoli. Dicendum Thomam quidem affuiſſe inter vndecim vnum, quando Cleophas cum ſocio ex Emaus redierunt, & narrauerunt quæ ſibi acciderant. Quibus tamen Thomas non credens, nec alijs decem apoſtolis de Simone narrantibus, exiuit antequã Chriſtus illis appareret. Aut fortaſſe melius dicitur, quod Lucas dicendo vndecim collegium voluit aut cõgregationem nominare apoſtolorum, quod nomen collegij aut vniuerſitatis, nihilominꝰ illis erat, tametſi vnus aut alter abeſſet. Sicut apud canonicos dicitur capitulum congregatum, & apud monachos conuentus, & in academijs vniuerſitas, tametſi aliqui deſint. Hoc modo apoſtoli vocabantur vndecim, non quod ita exacte fuerint tunc numerati, ſed quia collegium eorum conſtabat ex vndecim. Vult igitur dicere totũ collegium ſimul fuiſſe apoſtolorum, cum dicit vndecim, quamuis aliquis defuerit, quia maior pars ſibi nominis vendicat integritatem. Cum itaque ſero factum eſſet vna ſabbatorũm, & fores, ſcilicet domus, eſſent clauſæ, in qua erant diſcipuli cõgregati propter metum Iudæorum. Metuebant diſcipuli nondum confortati ex alto eos, qui corpus poterant occidere, ideo Matth. 10 clauſos & abſconditos, quantum poterãt, ſe ſeruabant.

Venit Ieſus & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax uobis.

Stat Ieſus in medio diſcipulorũ, qui Dei 1. Tim. 2 mediator eſt & hominum, tanquam magiſter, pater & dominus omnium. Nõ autem immemor ſuorum eſt verborum, qui- Lucæ 10 bus apoſtolis mandauerat: In quamcunq; domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. Hoc modo ipſe quoq; vt facilius agnoſceretur, pacem illis optat. Voluit pariter illos ſuorum eſſe memores verborum, quæ illis dum ad paſſionem eſſet Iohan. 14 iturus, dixit: Nempe, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Sicut igitur abiens pacem eis commiſerat, pacemque dederat, ita rediens, loqui mox vt eſt exorſus, pacem eis optat. Eſt enim revera pax bonum non mediocre Chriſtianis o- Matth. 5 mnibus appetendum. Beati enim pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Atque ideo Auguſtinus in libro de ciuitate Dei, Auguſti. dicit: Tantum eſt pacis bonum, vt etiam in terrenis rebus atque corporalibus nihil gratius ſoleat audiri, nihil deſiderabilius concupiſci, nil melius inueniri, nil melius poſſideri. Cur bellum à bonis geritur, niſi vt pax habeatur? Hinc beſtiæ ſyluas repetunt, hinc volucres ad aera ſe ſuſtollunt, piſces ad profunda maris ſe demergunt, reptilia

reptilia in viſceribus terræ ſe abſcondunt vt pacem habeant. Eſt autem quantum hic dicere ſufficit in hac vita pax triplex, ſcilicet temporis pectoris & æternitatis. Temporis pax eſt, nullam ſentire perſecutionem, nullam moleſtiam, nullam perturbationem, & in omni tranquillitate cõſtitui. Sic pacem habere in hac vita non bonum eſt ſignum. Timendum eſt enim habenti, vt aliquando mereatur audire, quod diues audiuit epulo: Fili recepiſti bona in vita tua. Hanc pacem Chriſtus ſuis hic non ſolet dare amicis, nec ipſe eam in hac vita habuit. Propterea enim dixit: In mundo preſſuram habebitis. Si me perſecuti ſunt & vos perſequentur. Et cum apoſtolis in vltimo dixiſſet ſermone, Pacẽ relinquo vobis, pacem meam do vobis, mox ſubiunxit: Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Mundus enim temporalem optat & promittit pacẽ, hanc Chriſtus non promittit. Non veni, inquit, pacem mittere, ſed gladium. Non igitur hac pace nos Chriſtus ſalutat, vt quietem à tribulatione & moleſtia habeamus. Sed vt tribulationem & moleſtiam in quiete pectoris, in pace cordis & animi tranquillitate ſuſtineamus. Vult enim vt in omi perturbatione externa internam tranquillitatem & pacem cordis poſſideamus. Tertia eſt pax æternitatis. De hac ſcriptum eſt: Dabo pacẽ in finibus veſtris, id eſt, in ſingulis viribus atq; potentijs animæ. Dormietis, in iugi fruitione ſummi & perfectiſſimi boni, & nõ erit q exterreat. Itemque. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & requie opulenta. De hac pace Auguſtinus, Quis, inquit, non deſideret hanc pacem, vbi amicus non exit, inimicus non intrat: nullus tentator, nullus ibi eſt ſeditioſus, nullus fatigans: Hæc pax ciuitatis eſt cœleſtis Ieruſalem.

Lucæ.16 · Iohan.16 · Iohan.14 · Matth.10 · Leuit.26 · Iſaiæ.32 · Auguſti.

Et cum hæc dixiſſet, oſtendit eis manus & latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli uiſo domino. Dixit ergo eis iterum: Pax uobis.

Lucæ.24 Refert Lucas dominũ dixiſſe, antequam oſtenderet eis loca clauorum in manibus: Pax vobis: ego ſum, nolite timere. Conterriti enim fuerant & conturbati, exiſtimantes ſe ſpiritum videre, ſpiritum ſcilicet Ieſu, quem in cruce emittens patri commendauerat. Hunc putabant ſibi apparere in ſpecie aliqua corporali aſſumpta. Verum, dicit quis, Quomodo fuerunt conterriti, cum dicat Iohannes paulo poſt in hodierno euãgelio: Gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino: Dicendum, ad apparitionem Chriſti ſubitam fuerunt conterriti, ſed vbi eis oſtendit manus & pedes cicatrices ſcilicet vulnerum ſuorum, gauiſi ſunt vehementer. Et quamuis dicat Lucas, Illis autem non credentibus, ſed præ gaudio miranti bus, videaturq; mirum quomodo nõ credentes gaudere potuerint, dicendum, Id ſimul ſtare potuiſſe, vt ad præſentiam domini gauiſi fuerint valde, nihilominus tamen non perfecte crediderint, ſed timuerint, ne fortaſſe dominus non eſſet, qui appareret. Optabant maxime verã eſſe Chriſti reſurrectionem, & verum ſuum magiſtrum qui apparebat: & ideo præ magno gaudio in hac ſpe veritatis ſimul timebãt ne vane gauderent aut ante tempus fruſtra exultarent, puta ne aliqua ſpecie forſtaſſe fallerentur. Sed obſtat quod Petro ſemel apparuit, qui hæſitare amodo non potuit. Ad quod dicendum, Petrum, etſi crederet, ſubito tamen, quia ſero erat, & in collocutione mutua erant apoſtoli occupati, foreſq; clauſæ potuit in principio obſtupeſcere, videns foribus clauſis apparitionem fieri, de qua non ſuſpicabatur. Poteſt etiam dici maiorem partem apoſtolorum exterritam, puta non plane credentes, licet aliqui timuerint, præ deſiderio Chriſti, non eſſe ſolidum ſuum gaudium, ſed falli (quod nolebant) ſe poſſe. Verum itaque eſt eos primo exterritos, eoſq; mox gauiſos, & imperfecte adhuc credentes timuiſſe ne dominus non eſſet. Gaudij igitur magnitudo cauſa fuit timendi. Sic nobis quotidie contingit, vt ad quod maxime gaudemus & quod maxime optamus, metuimus ne aut non ſit, aut non eueniat, aut ne fallamur, Illis igitur ſic cõſtitutis, dicit eis iterum: Pax vobis. Et ſecundum Lucam: Quid timidi eſtis, & cogitationes ſcilicet timidæ aſcendunt in corda veſtra? Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipſe ſum. Palpate & vidете, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet. Deinde oſtendit eis manus & pedes. Atq; vt procul omnis abeſſet ſuſpitio, ambiguitas & timor, Habetis, inquit, aliquid quod manducetur: nullum ſignum indiciumve prætermittens, quo probaret ſe verum corpus habere, quod in cruce fuiſſet vulneratum, quod palpari poſſet ac tan

Lucæ.23 · Iohan.20 · Lucæ.24 · Ibidem

gi, licet poſſet & non tangi, quod viueret & comederet. Quapropter pleniſſime reſurrectionis ſuæ volens oſtendere veritatem, Habetis, inquit, aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi, & fauum mellis. Et cum manducaſſet coram eis vere & non ficte, ad oſtendendam naturæ veritatem, non quod poſt reſurrectionem neceſſarius foret ciborum vſus. (Neq; enim propterea dicitur comeſtio, quod conuertat cibum in comedentem. Hæc enim non eſt comeſtio, ſed effectus comeſtionis. Abſq; enim hac conuerſione ſeu incorporatiõe cibi in comedentem, dicitur vera comeſtio, quæ poſt reſurrectionẽ fuit in Chriſto. Cibum enim quem comedit conuertit in ſpiritualem, id eſt, in aeream materiam ſeu vaporem)

Ibidem Tũc aperuit illis ſenſum, inquit Lucas, vt

Iohan. 20 intelligerent ſcripturas. Porro Iohannes, cum iterum dixiſſet Chriſtus, Pax vobis, adiungit Chriſtum adieciſſe: Sicut miſit me viuens pater & ego mitto vos.

Sicut miſit me pater, & ego mitto uos. Hæc cũ dixiſſet, inſufflauit, & dicit eis: Accipite ſpiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.

Sicut miſit me, inquit, viuens pater, & ego mitto vos. Ea charitate, qua ego à patre

Iohan. 3 miſſus ſum ad conuerſionem mundi (Sic enim deus dilexit mundum, vt filium ſuum daret vnigenitum, vt omnis qui credit in illum, non pereat, ſed habeat vitam æternam) mitto etiam vos ad prædicationem mundiq; conuerſiõem. Sicut me pater miſit ad perſecutiones, ad preſſuras & dolores ſuſtinendos, ita mitto vos quoq; ad eadem ferenda. Quæ bona ego recepi

Matth. 10 à mundo, eadem vobis relinquo. Non eſt

Lucæ. 6 diſcipulus ſuper magiſtrum. Si me perſe-

Iohan. 15 cuti ſunt, & vos perſequentur. Hoc cum dixiſſet inſufflauit & dicit eis: Accipite ſpiritum ſanctum, indicans prædicationis officium, quod commiſerat illis, abſq; ſpiritus ſancti gratia digne neminem poſſe exequi. Non ſunt tamen putandi apoſtoli ſpiritum ſanctum ante nõ habuiſſe, ſed credendum, ſpiritum ſanctum quem ante habuerunt, nunc copioſius, hoc eſt, cũ potioribus pluribuſq; donis receperunt. Siquidem iam inſufflando Chriſtus dedit eis quoq; poteſtatem ligandi atq; ſoluendi. Porro in die Penthecoſtes iterum dans illis ſpiritum ſanctum, dona adhuc ſua auxit copioſius, vt ſcilicet omium linguis loquerẽtur, vt ſigna facerent, vt mortuos ſuſcitarẽt, & vt nihil p Chriſti ſubeundum amore formidarent. Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, id eſt, retinenda iudicaueritis, retenta ſunt. Hoc etiam hodie ſacerdotibus collatum eſt, ſi tamen iuxta leges eccleſiæ, & iuxta merita demeritave pœnitentium aut ligant, aut ſoluãt. Nam ſi ſuo moti arbitrio temere aliquid atq; fieri debeat facere tentauerint, idq; ſcienter, grauiter delinquũt, audiẽtq; de ſe dici: Interfecerunt animas quæ non moriuntur, & viuificabant animas quæ non viuunt. Videte q̊modo ſuis hic apoſtolis Chriſtus auctoritatẽ præbet animas ſoluendi atq; ligandi, quomodo rex aliquis terrenus præfectis ſuis poteſtatem dat, eos qui rei ſunt in carcerem ponendi, indeq; educendi iuxta ſubditorum merita.

Actu. [margin]

Ezech. [margin]

Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando uenit Ieſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli: Vidimus dominum. Ille autem dixit eis, Niſi uidero in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credã.

Numerum recenſet apoſtolorum, eo modo quo tũc erat, antequam dominus iuit ad patiendum: tunc enim duodenarius erat. Propterea enim dicit: Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus (quod dubium aut geminum eſſe volũt) non erat cum eis, quando venit Ieſus. Auditis eñ Cleopha ac ſocio eius mox diſceſſerat. Quod abſq; diuina non eſt factum diſpenſatione, vt per hoc daretur occaſio, quo reſurrectionis ſuæ veritas euidentius probaretur. Sed dicit quis: Vbi igitur ſpiritum ſanctum & poteſtatem ligandi & ſoluẽdi Thomas accepit, ſi abſens fuit? Dicendum, poſt octo dies fuiſſe hoc à domino ſuppletum in eo, quod alij acceperant apoſtoli. Dixerunt ergo illi alij diſcipuli, ſcilicet reuertenti: Vidimus dominũ. Ille autem, non ſolum non credens, ſed

rem etiam impoſſibilem æſtimans, dixit: Niſi videro in manibus eius fixuras clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Hæc videtur dixiſſe propterea, q̊d ab apoſtolis audierit, Chriſtum tenuiſſe fixuras & cicatrices vulnerum. Haud quaquam apoſtolus ille ſpernendus eſt, propterea quod præ cæteris apoſtolis ad credendum tardior fuerit.
Gregori. Multo enim magis profuit nobis illius ad credendum tarditas, quam Magdalenæ velocitas. Ipſe enim egit, vt multæ, in quibus nos potuiſſemus dubitare, ambiguitates elucidarentur nobis. Quamobrem nō ex duritia aut fidei modicitate hoc illi accidit, ſed, vt dixi, per diſpenſationem. Nam
Ioha.8.10 Iohan.11 cum dominus Ieruſalem redire vellet, vbi paulo ante illum lapidare voluerant, dicens, Eamus in Iudæam iterum, dixiſſe ille ſolus legitur, ſimiliter præ cæteris: Eamus & nos, & moriamur cum illo. Quod revera verbum non paruæ fidei ac deuotionis fuit.

Et poſt dies octo iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax uobis. Deinde dicit Thomę: Infer digitum tuum huc, & uide manus meas, et affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis, Reſpondit Thomas & dixit ei: Dominus meus, & deus meus. Dicit ei Ieſus: Quia uidiſti me Thoma, credidiſti. Beati qui non uiderūt, & crediderunt.

Et poſt dies octo, id eſt, octauo die, iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio diſcipulorum, & dicit eis: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ (propter hunc enim ſolum, ne illum amitteret, venit:) Infer digitum tuum huc ſcilicet in locum clauorum, & vide manus meas clauis perforatas: & affer manum tuam, ponens in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Quaſi dicat: Quia dixiſti, Niſi mea vulnera tangeres te non crediturum. Vide quid quantumque faciat dominus clementiſſimus ſaluator noſter pro vna anima, quam ſaluet. Reſpondit Thomas & dixit ei: Dominus meus & deus meus, ſcilicet tu es. Dicit ei Ieſus: Quia vidiſti me Thoma, credidiſti. Vidiſti hominem & credidiſti deum. Beati qui non viderunt, & crediderunt. In hoc poſteriorum fides commendatur, qui non viderunt Chriſtum in carne, ſed ex aliorum prædicatione cognouerunt.

Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in cōſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt, ut credatis, quia Ieſus eſt Chriſtus filius dei: & ut credentes uitam habeatis in nomine eius.

Non omnia Iohannes quæ egit dominus Ieſus ſigna aut miracula ſcripſiſſe ſe fatetur, aut alios euāgeliſtas. Multa enim plura, quam ſcripta ſunt, acta ſunt. Vbi & hoc eſt aduertendum, ſi ſigna & mira Chriſti opera non omnia ſcripta ſunt, quanto minus ſcripta ſunt eius omnia verba eruditoria: quæ certe menſuram excederent voluminis, ſi eadem ſcripta omnia forent. Hæc autem, inquit, ſcripta ſunt, hoc eſt, tot ſcripta ſunt quot ſufficerent ad probandum dominum Ieſum verū eſſe Chriſtum & dei filium, & ad fidei opus eſſet roborationem, vt credatis quia Ieſus eſt filius dei. Et vt credentes vitam habeatis, ſcilicet æternam, quæ ſola vera eſt vita, in nomine eius. Quod ipſe nobis largiat Ieſus Chriſtus in ſecula benedictus, Amen. Auguſti

SERMO DE EADEM dominica. De pace multiplici, & cum quibus quomodoue ſeruanda ſit pax.

STetit IESVS in medio diſcipulorum ſuorum, & dicit eis: Pax vobis. Iohan. xx. Solent homines cognoſci à nobis ex voce, vbi etiam nō videntur, cum quibus aliquanto tempore viximus. Proinde cum Petrus de manu eſſet Herodis per angelum ex carcere ereptus, & nocte ad ianuam pulſaret domus Mariæ matris Iohannis, qui dicebatur Marcus, vbi multi erant diſcipuli congregati, puella quædam nomine Rhode, Actu. 12

 ad vi-

ad videndum quis pulſaret, proceſſit. Quę Petri voce audita, ilico eum vt agnouit præ gaudio recurrens ad eos qui intus erant, ante nunciauit Petri præſentiā, quā aperiret. Nouit itaque ex voce quem oculis nondum viderat. Hoc modo Chriſtus vt cito ex voce à ſuis agnoſceretur, voce
Lucæ. 2 vſus eſt ſolita. Nam ingrediens mundum, pacem fecit per angelos nunciari, his qui
Iohan. 14 bonæ ſunt voluntatis. Euangelizans per
Matth. 10 mundum pacem annunciauit. Per apoſto
Lucæ. 10 los deniq; quancumque intrarent domū, iuſſit habitatoribus offerri optariq; pacē. Mundum tandem egrediens apoſtolis reliquit tanquam ſui memoriale pacem, di
Iohan. 13 cens hoc eſſe ſignum, quo ab omnibus ſui agnoſcerentur diſcipuli ſi dilectionem quam pax generat, & rurſus ex eadem generatur, habuerint ad inuicē. Nouiſſime autem rediens, quo ipſe certius agnoſceretur eſſe, qui per paſſionem & mortem eos reliquerat, illos ſalutans, Pax, inquit, vobis. Eſt autem pax multiplex, nec om̄is pax eſt bona. Eſt enim primo pax quædā inordinata, cum obedit qui debet imperare: ſicut vbi dominus obedit ſeruo, maritus vxori, ratio ſenſualitati, ſpiritus carni. Sic Adam obediuit Euæ. Propterea au
Gene. 3 diuit à domino: Quia obediſti voci vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo. Quapropter recte Apoſtolus dicit: Si ſecundū
Roma. 8 carnem vixeritis, hoc eſt, ſi caro vobis imperauerit, & vos carnis obedieritis deſide rijs, moriemini. Eſt pax alia ſimulata, quā
Pſal. 27 habent qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum.
Matt. 26 Huiuſmodi pacē Iudas coluit erga Chri
Mar. 14 ſtum, & Ioab ad Amaſam. Tertia eſt pax
2. Reg. 20 quæ eſt concordia malorum & peccantium conſenſus. Veruntamen nulla harum trium, vere loquendo, eſt pax: Pax enim omnium appetituum eſt conſenſus in bono atque concordia. Vbicunq; igitur eſt pax, ibi eſt concordia, at non ediuerſo. Inter malos enim concordia eſſe poteſt, ſed haud quaquam pax. Sola enim pax
Pſal. 118 eſt diligentibus legem tuam domine. Et
Eſaiæ. 48 non eſt pax impijs, dicit dominus. Concordia nominat tam in bono, quam in malo conſenſum. Ideo concordia bonorum vt eſt bona, ita malorum eſt pernicioſa. Duo igitur ſi conſentiant, concordes ſunt. Vide autem in quo conſentiant. In malo inquis. Ergo neuter habet pacem, licet concordiam, vt dixi, habeant in malo. Porro inter bonos & malos nulla eſt concordia, nec vtrobique pax. Bonis enim pax eſſe poteſt, malis vero eſſe non poteſt, niſi boni fiant. Eſt ergo vera pax omnium appetituum conſenſus. Habes in te multos appetitus, ſi omnes in te iuſtitiæ ac virtuti conſentiant, habes pacem in te. Si vnus fuerit appetitus in te, qui à virtute diſſentiat, non eſt pax in te. Vide igitur quam inique calumnientur bonos iniqui, vbi ſimul in congregatione viuūt. Iniquis enim boni debent non conſentire in malo: ideo non eſt quo ad hanc partem inter eos concordia. Si iam conquerantur ſe non poſſe habere cum cohabitatoribus cōcordiam, nihil mirum. Num malis conſentiendum eſt in malo? Ipſi potius bonis conſentiant, & erit concordia. Quod vero mali clamant, vt ſolent, ſibi nullam eſſe pacem; dicendum: Nunquid malis propterea non eſt pax, quia cum bonis habitant? Amice, boni non auferunt tibi pacem, licet à te ſancte diſcordent. Pacem tu ideo non habes, quia malus es. Eſto bonus, & habebis pacem, & erit tibi cum bonis concordia. Quando igitur tibi pacem deeſſe conquereris, teipſum accuſas, quod bonis non conſentis, nec in teipſo conſentis virtuti ac iuſtitiæ. Nulla igitur culpa hic eſt bonorū: Haud quaquam enim in hoc quod in te pax nulla eſt, ipſi tibi debent conſentire vt pacem habeas. Nam tuis illicitis boni non conſentiunt, & à bono, ſi quod in te eſt, non diſſident. Nam ſi in malo tibi conſentirent concordia poſſit fieri, quæ eſt malorum, non pax. Pax ergo ſolorum eſt bonorum. Poſſumus tamen dicere generalius de pace loquendo cum tribus nobis pacem eſſe ſeruandam. Primo cum hominibus, quod admonet Apoſtolus dicens: Quantum in vobis eſt cum omnibus hominibus pacem habentes. Quare Roma. 12 dicit, quantum in vobis eſt, quia non ex vno ſolo ſtat vt inter duos pax maneat. Tibi ipſi ſeruare potes pacem, adeo vt etiam proximi deſiderijs malis aduerſans, aut pro iuſtitia contendens, pacem intra te habeas, neminem optans ex te lædi, neminem perturbari, tametſi vel dei iniuriam vindices, aut tua tibi ablata iudicio repoſcas. Nam tu in pace conſtitutus iuſta iuſte agens, non læſiſſe pacem diceris, ſi alium ſua perturbet iniquitas. Ita igitur iuberis cuncta agere, vt tu pacem habens

habens etiam alijs eandem relinquas. Quod ſi aliena te iniquitas agere compellit quæ iuſta ſunt, licet alius propterea perturbetur, tu non illi ſed ipſe ſibi aufert pacem. Secundo, debemus ſeruare pacem nobiſcum: hoc in te fili non poteſt eſſe, niſi continuo ſis aduerſarius priuato amori & propriæ tuæ voluntati, & niſi ſis conſentiens iuſtitiæ & omni virtuti. Ad hanc pacem perfecta vitiorum mortificatio neceſſaria eſt, ad hanc pacem perfecta ſui abnegatio atque reſignatio in dei perfectiſſimum beneplacitum eſt neceſſaria. Ad hanc Paulus hortatur vbi dicit: Pacem ſequimini, ſine qua nemo videbit deum. Interrogas fortaſſe, quæ ſint, quæ conducant, quæ promoueant aut generent hanc pacem. Primum eſt generale, habere propoſitum firmum quo nolis peccare. Non enim eſt, inquit Pſalmiſta, pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum Peccatorum enim ſpinæ, quæ per pœnitentiam deletæ non ſunt, pungunt & lacerant, nec pacem quietam conſcientiæ ſinunt. Secundum, quod pacem iuuat non vulgariter, eſt, vt quam primum in te ſenſeris delictum, illud confitearis domino, humilians te coram eodem, teque accuſans ingratitudinis, ores illum tam pro venia delicti, quam pro gratia maiori, donec ad ſacerdotem opportuno venias tempore, cui pariter delictum confitearis. Miram enim operatur pacem & conſolationem ſacramentum hoc confeſſionis, conſcientiam releuans ac pacans. Nonne Dauid humiliter dicens, Peccaui domino, mox audire meruit, Tranſtulit quoque dominus peccatum tuum? Tertium, quæ tibi præceperit deus cogitare ſemper, vt in lege domini ſit ſemper voluntas tua, & timens deum nihil negligas. Quartum, ne animum tuum curis & rebus terrenis immoderate implices. Propterea Marthæ dicitur: Martha, Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima. Gregorius quoque dicit: Quid laborioſius quam terrenis deſiderijs inſiſtere, quid quietius, quam nihil in hoc mundo appetere? Occupatio namque omnis temporalis diſtractio eſt cordis, & perturbatio mentis. Quintum eſt ſimplicitas mentis, vt aliena non inueſtiges, non explores noua: imo adeo de illis te non intromittas, vt etiam ea quæ tibi nihil ad ſalutem nihilve ad pacem conducunt, neſcire ſtudeas. Curioſitas namque ſciendi noua ſeu aliena, & alienæ vitæ inueſtigatio, nimium turbant. Sextum eſt patientia, ſeu in ſilentio manſuetudo. Qui enim integram optat pacem poſſidere, multa diſſimulet, multa neſciat, multa tacens tranſeat, multa videns non videat, multa ſciens non intelligat neceſſe eſt, quo minus turbetur pacemq; ſeruet ac tranquillitatem mentis. Nam qui omnia volunt excuſare, de omnibus rationem reddere, ad ſingula reſpondere, ſeq; defendere, non poſſunt diu in pace verſari. Tu igitur in ſilentio, manſuetudine & patientia poſſide animam tuam. Committe te deo, & omnia excuſationum negotia atque reſponſionum, quamdiu tacere tibi & ſuſtinere licet eidem relinque: quia dominus tunc pugnabit pro te, & tu tacebis. Tertio pacem ſeruare debemus cum deo, per integram plenamq; noſtri ſubiectionem, per abyſſalem noſtri abnegationem, per reſignationem & egreſſionem noſtri perfectam. Hęc pax ſecundum Auguſtinum, eſt à voluntate dei non diuidi, & in eis quæ ſolius dei ſunt delectari. Vt igitur veram pacem pectoris, quam CHRISTVS nobis optat, in hac vita poſſideamus, videamus cuiuſmodi habuerint conditiones apoſtoli, quando CHRISTVS ad eos ianuis venit clauſis, inde inſtructi nos illis quodam modo ſatagamus conformare. Primum eſt, quod fores erant clauſæ domus, in qua reſidebant apoſtoli. Quo ſignificatur ianuas noſtras, ſi nobis intus debeat annunciari pax, cuſtodiri portis clauſis debere. Quæ ſunt portæ domus noſtræ, in qua reſidet anima? Corpus noſtrum domus eſt animæ. Senſus noſtri, ſunt portæ domus. Per has enim perinde ac per portas domus ingreditur & egreditur quicquid ab anima intus recipitur, aut emittitur. Quicquid per ſenſus exteriores recipitur, hoc in interioribus ſenſibus imaginando, æſtimando, memorandoque verſatur, & ex his ad affectiones aut auerſiones cor inclinatur. Ex corde autem oriuntur proceduntque omnia, tam bona quam mala. Propterea Sapiens dicit: Omni cuſtodia ſerua cor tuum. Hoc eſt: Vide vt portæ omnes domus tuæ ſint clauſæ, atque contra hoſtes munitæ, ne quicquam te ingrediatur animæ tuæ inimicum. Inimicus enim noſter diabolus, non aliter atque caſtrum nos

Heb. 12 | Pſalm. 37 | 2. Reg. 12 | Eccle. 3 | Eccleſ. 7 | Lucæ. 10 | Gregori. | Lucæ. 21 | Exod. 14 | Auguſti | Iohan. 20 | Prou. 4

Matt.5 obſidet. Ne igitur te ingredi poſſit, por-
tas clauſas tene. Si enim vides mulierem
ad concupiſcendum eam, ſcito diabolum
intraſſe per portam oculorum. Si carna-
lia, ſi detractoria te delectat audire, per au
res intrauit diabolus. Si impudice tangis
quicquam, diabolus per tactum intrauit.
Si iuras, blaſphemas, aut maledicis, diabo
lus per os in te introijt, & in lingua tua ſe
det per te loquens. Idioma enim inferna-
le ac diaboli cum eſt blaſphemare & male-
dicere. Hoc enim idiomate cuncti loquun
tur damnati. Quemadmodum in dei re-
gno ediuerſo omnes beati ſuo loquuntur
idiomate, quod eſt laudare deum, benedi
cere deum, & rogare deum. Qui tamen
non pro ſe rogant, ſed pro nobis. Iam ex-
pende ad quod regnũ pertineas, CHRI-
STI, an diaboli. Hoc enim ex idiomate
tuo dinoſces. Gallus gallice loquitur, ger
manus alemanice, hiſpanus hiſpanice. Ve
rum de hoc ſatis. Dixi ſenſus ſub cuſto-
dia arcta continendos, ne inimicus quiſ-
Iob.30 piam introeat qui zizaniam in te ſemi-
Gregori. net. Pone frenum ori tuo, & quicquid pu
Gene.3 det dicere, pudeat & cogitare, & non lice-
Iob 31 at intueri, quod non licet concupiſci. Eua
ſi non curioſe aſpexiſſet ligni vetiti fru-
ctum, non comediſſet. Quidam denique
pepigit fœdus cum oculis ſuis, ne cogita-
ret de virgine, hauddubium ſciens intui-
tum ſequi cogitationem. Propterea alius
in Threnis lugens conqueritur, dicens:
Oculus meus deprædatus eſt animam
meam. Secundum eſt quod diſcipuli e-
rant congregati. Sic & tu tametſi in abdi-
tiſſimo ſpecu lateas, charitate omnibus
ſis iunctus. Vbicunque etiam in ſancto
opere congregatio fuerit ſimul, cum qua
viuis ſiue hæc ſit in templo, ſiue in labo-
re, ſiue in oratione, ſiue in prædicatione,
tu noli te ſubtrahere, noli deeſſe. Omnis
enim congregatio in bono opere colle-
cta ſpiritus ſancti habet influxum (vt San-
Bonauen. ctus Bonauentura dicit, monachis ſua-
dens ſemper manere cum conuentu) cu-
ius non eſt particeps quiſquis ſeipſum ſe-
gregauerit, tanquam membrum à cor-
pore congregationis ſeparatum. Maio-
rem enim gratiam ſuſcipit, quiſquis alijs,
(quando debet eſſe) hoc eſt, congrega-
tioni ociatus fuerit in oratione, in lau-
de diuina, in operatione, aut labore obe-
dientiæ, & ſimilibus, quam qui ſegregat
ſe pro illo tempore, tametſi bonum inte-
rim operetur aliud ex propria voluntate.
Quando ergo eſſe debetis cum alijs in
templo, aut in prædicatione, aut alio bo-
no exercitio, interim nihil præferatis ali-
ud, licet alioqui bonum, ex propria vo-
luntate. Studio enim deuotionis alio
tempore poteſtis vacare in ſolitudine,
quando non adeſt opus, cui ex obedien-
tia teneamini intereſſe. Alioquin ſi adeſſe
debetis, & non eſtis, abſentia veſtra à com
muni congregatione neminem non ſcan
dalizat. Sitis ergo membra cum corpo-
re tempore debito, & ſitis ſoli in oratio-
ne etiam tempore debito, vt pro loco
& tempore fructum & orationis & bo-
ni operis vtrobique referatis. Sitis er-
go vt membra in corpore myſtico non
ſeparata, ſed vnita, vt quemadmodum a-
poſtoli, flatum CHRISTI, hoc eſt, Iohan.20
ſpiritum ſanctum recipiatis, & pacem.
Tertium eſt, quod timebant. Erant e-
nim propterea foribus clauſis propter me
tum Iudæorum. Et vobis quidem timen
dum eſt, non ab hominibus, ſed à pro-
pria malicia, infirmitate, & ignorantia,
ne aliquid cogitetis, ne dicatis, & ne facia
tis quicquam, quo deum offendatis. Ad
hoc enim hortatur nos ſcriptura: Fili ac- Eccle.2
cedens ad ſeruitutem dei, ſta in timore,
& prepara animam tuam ad tentationem
Et iterum: Qui ſine timore eſt, non po- Eccle.1
terit iuſtificari. Itemque. Si non in timo Eccle.27
re domini tenueris te inſtanter, cito ſub-
uertetur manus tua. Propterea veriſſi-
mum eſt quod diuus inquit Bernardus: Bernard.
In veritate comperi, nil ita efficax eſt ad
gratiam dei promerendam, conſeruan-
dam, & recuperandam, quam ſi omni tem
pore inueniaris non altum ſapere, ſed ti- Roma.11
mere. Hæc itaque dicta ſint, non vt cre-
datis, cum iſta etiam feceritis, mox ſubli-
mem illam imperturbatamque poſſidea-
tis pacem, ſed vt ſciatis hæc omnia, vt
præcedant, neceſſaria eſſe, ſine quibus ad
pacem non poteſt perueniri. Illa autem
ſuperiora quæ dixi ad pacem conducere,
vicinius accedunt, vt conferant tranquil-
litatem his maxime, qui his rudimentis
ſunt ante imbuti. Dominus igitur IE-
SVS CHRISTVS filij chariſſimi det
nobis omnibus, conſeruet, & indies au-
geat ſuam pacem, Qui cum patre & ſpi-
ritu ſancto eſt benedictus in ſecula.
AMEN.

Domini-

DOMINICA PRIMA POST OCTAuas Paſchæ: Epiſtola Prima Beati Petri ſecundo.

CHRISTVS paſſus eſt pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut ſequamini ueſtigia eius. Qui peccatū non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat. Cum pateretur non comminabatur: tradebat autem iudicanti ſe iniuſte. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, ut peccatis mortui, iuſtitiæ uiuamus: cuius liuore ſanati eſtis. Eratis enim ſicut oues errantes, ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem, & epiſcopum animarum ueſtrarum.

PARAPHRASIS IN EANDEM epiſtolam.

AD imitationē nos hortari cupiēs Chriſti bea. Petrus apoſtolus ob oculos noſtros eiuſdem ſtatuit paſſionem. Nihil enim adeo nos ad imitationem extimulat quam Chriſti paſſionis cōtemplatio. Illuc igitur nos inuitat, quo fructum illius capiamus. Itaq; dicit: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vel vt peccata noſtra nobis auferret, quomodo Iohannes
Iohan. 1 dicit, Ecce agnus dei ecce qui tollit pecca-
Roma. 5 ta mundi: vel vt deo nos patri reconciliet.
Iſaiæ. 33 Cum enim adhuc inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per mortem eius: Vel vt
Heb. 6 gratia ſua nos iuſtificet, ducēs nos vt dux & legifer noſter per vias iuſtitiæ, quo ipſe præcurſor pro nobis introijt in æternam hæreditatem. Ideo ſequitur, & dicit beatus Petrus. Chriſtus paſſus eſt ꝑ nobis, vobis relinquēs exemplū, & imitādi præmonſtans formā, iuxta quā ſequamini veſtigia eius. Cuiuſmodi, inquis, reliquit nobis exemplum Chriſtus: Nempe tribulationum, non delitiarum, contumeliarum flagellorum, dolorum, opprobriorum, ſpinarum, crucis, vulnerum, ac mortis. Exemplum nobis reliquit humilitatis, patien-
1. Iohan. 2 tiæ, manſuetudinis, vt ſequamur veſtigia eius, per viam qua pręceſſit nos. Qui enim dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ipſe ambulauit & ipſe ambulare. Qui peccatum non fecit. Neque enim vt deus peccare potuit, & homo ab exordio incarnationis ſuæ tanta eſt confirmatus gratiarū plenitudine, vt æque nulli ſubiacere poſſet peccato. Nec eſt inuentus dolus in ore eius. Quod aduerſariorum ſuorum quoque teſtimonio probatum eſt, dicentium:
Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam dei Matt. 20
in veritate doces. Qui cum malediceretur Matth. 12
à Iudæis, dicentibus illum dæmonium ha- Lucæ. 11
bere, & in principe dæmoniorum eijcere Matth. 18
dæmonia, potatorem eſſe vini & voracem non maledicebat, ſed pro malis bona, pro maledictione reddidit eruditionem & benedictionem. Siquidem in paſſione tanquam agnus coram tondente ſe obmutuit. Cum pateretur non comminabatur occiſoribus ſuis, quin potius pro eis ardenter ad patrem orauit. Tradebat autem iu- Iſaiæ. 53
dicanti ſe iniuſte. Siquidem ex timore humano Pilatus quem innocentem ſciebat, & ſæpius pronuntiauerat, iniuſte morti adiudicauit. Iudæi quoque reum mortis
iudicauere, atque minis importunis à Pi- Lucæ. 23
lato vt damnaretur, extorſere. Tradebat Matth. 26 Mar. 14
autem ſe iudicanti iniuſte, quia patienter tulit, nihil reſiſtens, ſed permittens in ſe hominum maliciam, crudelitatemq; ſæuire. Tradidit pręterea ſemetipſum, quomodo ſcriptum eſt: Tradidit in mortem ani- Iſaiæ. 53
mam ſuam, ad obediēdum placendumq; Iohan. 3
patri, qui propterea illum miſit in mun- Pſal. 68
dum, vt ſua morte mundum reconcilia- Iſaiæ. 53
ret. Qui peccata noſtra pertulit, quæ non rapuerat exoluens, in corpore ſuo ſuper lignum crucis extenſo: Quomodo Iſaias quoq; prædixerat: Dominus poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum: vt nos peccatis mortui iuſtitię viuamus, id eſt, vt peccata noſtra in nobis ita moriantur, vt ne vitia paſſioneſq; malæ quidē in nobis manifeſtētur, vnde peccatū adhuc in nobis viuere deprehēdatur, ſed ſerui inueniamur

iuſtitiæ, quæ vitam ſuam in nobis manifeſtet. Ibid. Itaque quoniam omnium portauit iniquitates, ſicut ouis ad occiſionem ductus, ideo pro nobis doluit. Et ipſe quidē vulnerabatur propter peccata noſtra: nos vero eius liuore ſanati ſumus. Ille pro nobis peccatorum noſtrorum pœnas qui peccatum non fecit, luit. Ille ſoluit, nobis parcitur: Quia diſciplina pacis noſtrę, qua nobis parcitur, peccata tamen puniuntur ſuper eum. Eratis autem aliquando ante Ibid. conuerſionem, ſicut oues errantes, gradientes per abrupta vitiorum: ſed per fidem & charitatem nunc conuerſi eſtis ad paſtorem & epiſcopum animarum veſtrarum, dominum puta Ieſum, qui paſcit animas & corpora noſtra, eſtq; ſuper nos vigil dū viſitat nos. Quamobrem vocatur epiſcopus, aut iuxta aliam literā viſitator. Nam Heb. 3.4.5 Heb. 8 & in epiſtola ad Hebræos à Paulo rectiſſime vocatur ſacerdos & pontifex, qui nō hoſtias & munera, ſed ſemetipſum obtulit pro nobis deo.

EXEGESIS EVANGELIJ Dominicæ Primæ poſt octauas Paſchæ. Ioh. X.

EGO SVM PAſtor bonus. Verba ſunt hæc Chriſti de ſeipſo loquentis, & ad noſtrum profectum ſe laudantis. Qui enim laudibus non eget, nec laudibus fit ſublimior aut maior, ſeipſum tuto laudare poteſt, quo nobis ſuam oſtendat maieſtatem atq; perfectionem. Verum nobis hoc non licet. Neque enim Chriſti omnia ſunt nobis imitanda, præſertim ea quæ illi ex diuinitate conueniunt. Aut enim præteritam ſuam vitam cogitat homo, & inueniet plangendi atque dolendi nimiam materiam, aut meditatur futurā, & inueniet cauſam timendi. Nuſquam igitur cauſa eſt ſeipſum laudandi, aut alienis conſentiendi laudibus. Dicit itaq; dominus: Ego ſum paſtor bonus. Occaſio-Iohan. 10 nem ad hæc verba veniendi narrat Iohannes, quod ante dixerat ſe oſtium ouilis, & paſtorem ſolum intrare in ouile ouium per oſtium, cuius eſt voluntas ſeruare oues. Nam ſi per oſtium non intrat, manifeſtum eſt eum eſſe non paſtorem, ſed furem: cuius eſt ſtudium, non oues paſcere aut fouere, nec ouium bonum quærere, ſed proprium. Deinde cunctis paſtoribus ſeu prælatis & animarum rectoribus ſeipſum in exemplum conſtituens in hæc verba quæ propoſui ſermonem continuans, ait:

Ego ſum paſtor bonus.

In hoc euangelio dominus noſter Ieſus Chriſtus docere nos vult, eum qui curam ſuſcipit animarum paſtorem eſſe debere, non mercenarium, non ſua quærere commoda, ſed animarum ſibi creditarum paſtum, tutelam, quietem, & incrementum, pro ouibus periculis ac laboribus ſe exponere, in periculo oues non derelinquere, ne qua pereat ouis, ne infirmetur, ne aberret, ne deniq; ſeducatur magna cura vigilare. Quod à nullo fieri paſtore, niſi ab eo qui diligit oues, poteſt. Iā vero, ſi qui ſunt qui paſtoris habent officium, qui lac, lanā & reliqua quæ ex ouibus veniūt commoda duntaxat quærunt, ſi oues iuxta Ezechielis ſententiam non paſcunt, ſed ſemet ipſos, ſi nullam curam impendunt gregi, & oues an pereant an deuorentur paruipendunt; hi non paſtores, ſed mercenarij ſunt. Neq; enim oues, ſed ouium diligunt commoditates. Deinde ſubditos nominat Chriſtus in hoc euangelio oues, quia vt oues vult eos eſſe mites, innocentes, tractabiles, patientes, non ſe vindicantes, paſtoris vocem per reuerentiam agnoſcentes, eum audientes ſequenteſq; per obedientiam. Quare ſi rebelles, duri, litigioſi, inobedientes ac irreuerentes paſtoribus fuerint, non oues certe ſed aut hædi, aut hirci, aut certe lupi dicendi ſunt, à ſiniſtris in iudicio condemnandi. In exemplum igitur boni paſtoris ſeipſum dominus Ieſus conſtituit, dicens: Ego ſum paſtor bonus. Quod autem boni ſit paſtoris indicium atq; officium mox adiungit.

(Ezech. 34) (Matth. 25)

Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.

Animam ſuam, id eſt, vitam ſuam morti exponit pro ſpirituali ſalute animarum ſibi creditarum. Hæc enim regula eſt charitatis, vt quod vilius eſt, ſemper exponatur pro digniori. Quod enim melius, pręcioſius atque dignius eſt, pluris habendū eſt, quam quod vilius eſt. Propterea, cum omnes pecudes ſimul viliores ſint vita hominis, ſatius eſt omnes beſtias morti exponere, quam vnius vitam hominis. Iterum quia

quia vnius animæ ſalus pręferenda eſt corporali vitæ multorum, ideo paſtor ſuam debet potius vitam corporalem morti exponere, quam ſinere vt anima aliqua pereat, ſi id potuerit cauere. Nemo enim, præſertim paſtor aut prælatus, ſuam pellem plus debet diligere, quam animam ſui proximi aut ſubditi.

Mercenarius autem & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, uidit lupum uenientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & diſpergit oues.

Mercenarius & qui non eſt paſtor, id eſt, qui non pro amore diuino, ſed pro temporali lucro oues paſcit, vtpote, cuius oues non ſunt propriæ, ſed operarius tantum eſt, laboris ſui præcipue mercedem quærens, & ideo dilectionis affectum ad oues non habet: hic quomodo animam pro ouibus poneret, qui nollet pro his nummum expendere? Non eſt igitur paſtor, ſed mercenarius. Verum diceret hic quis: Si oues ſignificant animas gubernandi gregis dominici, nullus erit paſtor præter CHRISTVM, cuius oues ſint propriæ, ergo omnes erunt mercenarij. Dicendum omnes bonos paſtores eiuſdem eſſe voluntatis cum primo paſtore paſtorum, id eſt, cum CHRISTO, quem plus amant quàm ſeipſos: ideo etiam quæcunque diligunt propter ipſum diligunt, adeo vt quicquid ille amat, hoc ipſi diligũt propter ipſum quem in his diligunt, nec eadem aliter atque ſua æſtimant, imo ſæpenumero plus quam ſua diligunt. Hoc modo oues paſtoribus bonis omnes ſunt propriæ. Mercenarius igitur à paſtore diſtinguitur, quia paſtor amat ouem, mercenarius vero mercedẽ. Mercenarius itaque videt lupum venientem, id eſt, diabolum, eiuſque miniſtros, homines animarum corruptores, ſiue tyranni ſint ſiue hæretici, aut qui animas ad peccata ſeducũt, & eis male conſulunt ſeu peruertunt: & dimittit oues & fugit. Fugit non locum mutando, ſed ſolatium, patrocinium atque defenſionem non offerendo. Et lupus, diabolus aut malus eius miniſter, rapit oues, id eſt, ſibi ſubijcit. Tollit enim eas de poſſeſſione veri paſtoris, & ab vnitate gregis diſpergit. Sed obijcitur CHRISTVM de ouibus dicere: Non rapiet quiſquam eas de manu mea. Dicendum hoc Chriſtum dicere de ouibus ſuis prædeſtinatis. Quas etſi ad tempus aliquod lupus rapiat, tamen, quia ſunt veræ oues, de faucibus illius tandem exiliunt, & ad ouile, hoc eſt, ad vnitatem fidei ac charitatis reuertuntur. Itaq; diſperſionis ouium cauſa eſt, negligentia prælatorum. Quam obrem per Ezechielẽ dominus loquitur: Diſperſæ ſunt oues meæ, eo quod non eſſet paſtor. Sapiens quoq; ait: Vbi non eſt gubernator, ibi corruet populus.

Gregori. | Iohan. 10 | Ezech. 34 | Prouer. 11

Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus.

Cauſa quare mercenarius gregem deſerit eſt, quia paſtor non eſt, nec oues diligit. Si enim diligeret, nõ aliter eas quàm quia Chriſti ſunt oues in ipſo & propter ipſum diligeret, quo certe non iudicaret ad ſe nihil, ſed multum, imo tantum pertinere de ouibus, quantum ad ſe pertinere nouit fidelem eſſe CHRISTI miniſtrum, à quo creditum ſibi gregem accepit. Vide tamen hic quam expreſſe loquitur & diſtincte dominus, inſtruens nos, quando non liceat paſtorem fugere, tunc ſcilicet, ſi deſerit & relinquit oues. Nam ſi ſolus paſtor perſecutionem patitur & non oues, quæ abſq; periculo ſunt, & illis prouiſum interea eſt de paſtu per alium, licet paſtorem fugere, & fugiendo ſe in aliud tempus ad ouiũ profectum ſeruare. Hoc modo ſanctus Athanaſius fugit, & fuga ſuà plus fidei & catholicæ eccleſiæ profuit, quam ſi martyrium eſſet paſſus. Hoc modo Paulus quoque fugiens, in ſporta demiſſus de muro in Damaſco, ſe ad maximam frugem eccleſiæ ſeruauit. Dicit itaque CHRISTVS, mercenarium eſſe eum qui relinquit oues, & fugit. Vbi enim non eſſet alius, qui dominicum gregem paſceret, paſtori fugere non liceret, ne oues fugiens relinqueret, & periculo exponeret.

Athanaſi. | Actu. 9 | 2. Cor. 11

Ego ſum paſtor bonus. Et cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem: & animam meam pono pro ouibus meis.

Ego, inquit, ſum paſtor bonus, non vt ille qui non intrat per oſtium, ſed aſcendit ali-

aliunde in ouile, vtpote fur & latro, ad occidendas, non ad paſcendas oues veniens, quia quod paulo ante hoc euangelium legitur, Ego veni vt vitam habeant oues, & vt abundantius habeant. Nec ſum vt mercenarius, qui lupum venientem fugiens deſerit oues, quia adeo cum ouibus perſeuero, vt animam quoque meam ponam pro ouibus meis. Denique ideo ſum paſtor bonus, quia cognoſco oues meas & cognoſcunt me meæ, propter aſſiduam viſitationem meam. Cognoſco, id eſt, diligo. Quos enim reprobat, non nouiſſe dicitur. Et quos nouit, adeo nouit, vt eas in libro ſcriptos habeat vitę. Ideo Moſi dixit Noui te ex nomine. Fatuis autem virginibus dicit: Neſcio vos. Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrē, id eſt, ſicut amat me pater, & ego amo patrem: ſubaudi, ita ego noſco & diligo oues meas, & ipſæ amant me, cuius ſignum eſt quod ſequitur Et animam meam pono pro ouibus meis ſcilicet ex amore.

Iohan.10 · Exod.33 · Matt.25

Et alias oues habeo, quæ nō ſunt ex hoc ouili. Et illas oportet me adducere, & uocem meam audient. Et fiet unum ouile, & unus paſtor.

Alias oues præter eas, ad quas ſum miſſus domus Iſrael habeo. Vbi: Inter gentes ſcilicet. Quæ item de numero ouium ſunt mearum per prædeſtinationem æternam tametſi nunc ſint lupi, quæ non ſunt ex hoc ouili, id eſt, de ſynagoga Iudæorum. Et illas oportet me adducere, oportet, nō per abſolutam neceſſitatem, ſed per immobile beneplacitum, adducere, hoc eſt, conuertere per apoſtolos meos, & per illuſtrationem ſpiritus ſancti. Propterea alibi dicit: Multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno cœlorum. Et vocem meam audient, per apoſtolos. Prædicatio enim apoſtolorum vox erat CHRISTI: in illis enim CHRISTVS loquebatur. Et fiet vnum ouile, hoc eſt, ex duobus populis Iudæorum & gentium vna fiet eccleſia. Hæc enim eccleſia vna eſt, & vnum corpus myſticum CHRISTI, quod ab vno capite CHRISTO gubernatur, vno ſpiritu ſancto viuificatur, vna lege dirigitur, vno baptiſmi fonte purificatur, vno pane reficitur, ab vno patre regeneratur, ad vnam patriam graditur & ſub vno vicario paſtore qui dicitur ſummus pontifex in terris regitur. Eam ob rem CHRISTVS lapis dicitur angularis, quoniam ſicut in lapide angulari duo parietes iunguntur, ita in CHRISTO tanquam in angulari lapide duo populi coniuncti ſunt. De quo apoſtolus inquit Paulus: Ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraque vnum. Et vnus paſtor vniuerſæ ſcilicet eccleſiæ, vt non ſit Iudæorum deus tantum, ſed & gentium. Hoc iam quidem impletum eſt, ſed perfectiſſime adhuc implebitur circa finem mundi, quando poſt Antichriſti perſecutionem eiuſdem perfidia p Enoch & Eliam detecta, vniuerſus conuertetur mūdus ad CHRISTVM. Videant autem nunc qui ſunt animarum paſtores conſtituti, quàm rationem ſint reddituri pro grege ſibi commiſſo. Animaduertāt quam graue erit iudicium his, qui præſunt. Expendant ſecum, an quiſpiam vnquam ſuorum ſubditorum perierit ſua negligētia, hoc eſt, ideo perierit, quod neglexerit illum reuocare, inſtruere, confortare, conſolari, & quicquid paſtoris attinet officium illi exhibere. Si negligentē ſe inuenerit, gemat & doleat, ſciatq; illius ſanguinem de ſua manu requirendum. Videat præterea ne ſcandalo quempiam lædat. Eſt enim poſitus in exemplum maxime gregi ſuo, cuius vita eſſe debet vt liber vitæ, vt quid liceat, quid non liceat, quid perfectum ſit aut imperfectum, ex illius contemplatione diſcatur. Non leuis eſt veſtra commiſſio paſtores, non facilis commiſſi iactura, nec vilis theſaurus, quem maxima ſolicitudine cuſtodire vos oportet, cui tot pericula imminent, hoſteſq; inſidiantur innumeri: & nihilominus huius ratio diſtricta à vobis exigetur. Attendite igitur (vt Apoſtolus monet) vobis & vniuerſo gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit paſtores & epiſcopos regere eccleſiam dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Primum vobis maxime neceſſaria eſt humilitas, ne honor, poteſtas, externaque dominatio vos in ſuperbiam eleuet. Nunquam enim bene regitur, vbi ſuperbe, auſtere & nimis imperioſe regitur. Neceſſe eſt vos coram ſubditis etiam frequenter humiliari, vbi fructus hoc animarum expoſtulat, & vbi ſubditi de veſtra humilitate ædificantur. Quanto enim maior es (ſcriptum eſt) humilia te in omnibus. Sit tamen hæc veſtri hu-

Matth.15 · Matth.8 · Iſaiæ.28 · Matth.21 · Lucæ.20 · Ephe.2 · Acto.4 · 1.Petri.2 · Ephe.2 · Roma.12 · Sapien.6 · Ezech.3 · Actu.20 · Eccle.3

milias

miliatio huiuſmodi, ne vileſcat ſimul auctoritas. [1.Cor.6] Deinde nō obliuiſcendū eſt multa vobis licere, ſed non omnia ædificare. Quapropter potiſſimum quid animabus & conſcientijs ſubditorum conueniat, qd illos vulneret proſpiciendum eſt, vt tantum ea vobis licere permittatis, quæ animas non offendunt ouium. Eſt igitur ſumme vobis neceſſaria priuati amoris extinctio, ne vos, ne etiam veſtra ſed quę animarum ſunt, hoc eſt, quę dei ſunt tantum pure quæratis. Nunquam enim ea quæ animarum commiſſarum vobis ſunt, fideliter quæretis, ſi plus ęquo quę veſtra ſunt amatis. Tertio, opus eſt vobis continua oratione, non tam pro vobis, quàm pro ouibus creditis. Propterea om̄ia cum deo quæ circa ſubditos agenda ſunt, ante tractetis, cum eiuſdem conſilio, & ad ipſius honorem cuncta ſtatuētes. Quarto, opus eſt vobis vigilantia maxima & zelo, ne per remiſſionem veſtram aut nimiam indulgentiam diſciplina & lex domini prætermittatur, negligatur aut aboleatur, & pereat. De hoc enim diſtrictam eſtis deo rationem reddituri. Magis autem vobis curandum eſt, vt quæ perierunt reformentur, quæ neglecta ſunt reſtaurentur, & virtutum ſtudia exercitiaq; ſancta refloreſcāt. Nemo veſtrorum ſubditorum in peccatis ſinatur iacere, ſed erigatur, ſi lapſus eſt moneatur, & ſi neceſſe fuerit corrigatur & compellatur. Seueritas hæc quomodo eſſe debet (ne contemnatur) matura, ita ne odiatur, ſed fructum faciat, ſit etiam benigna, hoc eſt, videant ac ſentiant ſubditi hanc procedere de charitate, non de crudelitate. [Gregori.] Itaque cuiuſmodi eſſe debeat paſtor magnus Gregorius docet, ſic ſcribens in Paſtorali: Oportet vt ſolicite metiri ſe ſtudeat, quanta tenendæ rectitudinis neceſſitate cōſtringitur, ſub cuius æſtimatione populus grex vocatur. Sit ergo prælatus cogitatione mūdus, actione præcipuus, diſcretus in ſilentio, vtilis in verbo, ſingulis compaſſione proximus, præ cunctis contemplatione ſuſpenſus, bene agentibus per humilitatem ſocius, contra delinquentium vitia per iuſtitiæ zelum erectus, internorum & ſpiritualium curā in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum prouidentiam interiorum ſolicitudine non relinquens. Dominus noſter IESVS CHRISTVS & paſtoribus noſtris hæc donet, noſque hoſnis paſtoribus dignos efficiat (peccata enim populi ſæpe merentur, vt detur eis paſtor non bonus) atque nos cum paſtoribus noſtris tandem ad paſcua cœleſtis, perpetuæq; amœnitatis introducat. Qui cum patre & ſpiritu ſancto deus eſt benedictus in ſecula. Amen.

SERMO DE EADEM Dominica. Quomodo Chriſtus nos paſcit & paſcitur, & de luxu clericorum.

EGo ſum paſtor bonus. Iohannis decimo. [Pſal.94] Chriſtus dominus noſter paſtor eſt noſter, nos autem populus eius & oues paſcuæ eius. Ipſe reuera bonus eſt paſtor, & officium boni geſſit paſtoris. Nec ſolus tamen paſtor eſt, ſed alios quoque qui erga illum ſunt oues reliquis ouibus paſtores conſtituit. Voluit enim quoſdam ſibi ad hoc paſtorale officium aſcire, qui rectores ſecum & ſub illo eſſent animarum, omnia ad illius nutum ac regulam dirigentes. Non vt ſine illis non paſcat gregem ſuum, nec quod oues deſerat ipſe, ſi forte à paſtoribus alijs deſerantur, ſed quia omnia per media facit congrua, & hominem vult humilitatis gratia ſubdi homini: [Pſal.65] ideo etiam homines impoſuit nobis ſuper capita noſtra, puta prælatos, rectores, prępoſitos, epiſcopos, & paſtores, quibus humiliter obediamus loco dei, ſicut ipſi vice dei pro nobis vigilant, nos dirigunt, paſcunt, & ducunt & arcent. Iuſte igitur dicitur dominus ipſe princeps paſtorum, [1.Petri.5] qui paſtores alios tanquam ſuos vicarios nobis ponit, & ipſe paſtoribus eiſdem vt ouibus ſeipſum paſtorem quoque conſtituit. Dicitur igitur CHRISTVS paſtor primo bonus, quia nos multipliciter paſcit. Verum, quantum hic ſufficit, de triplici tantum paſtu dicamus. Primo paſcit nos corporali cibo. [Pſal.144] Propterea Pſalmiſta dicit: Oculi omnium in te ſperant domine, & tu das illis eſcam in tempore opportuno. [Gene.1] Pauit parentes noſtros in paradiſo, [Deut.8] concedens eis omne lignum fructiferum in paradiſo ad edendum. [Pſal.77] [Iohan.6] Pauit filios ISRAEL cœleſti manna in deſerto. [3.Reg.17] Pauit Eliam mittens ei coruos, qui quotidie ei fer-

Dani.14 ei ferrent carnes. Pauit Danielem in lacu
leonum, adducens prophetam Habacuc,
qui ferret prandium Danieli multis milia
ribus in Babylonem. Hos horumq; ſimi-
les in veteri ac nouo teſtamento pauit mi
rabiliter cibo exiguo, aut ſine vllo cibo ſi-
bi dilectos reficiens, qui homines vniuer-
ſos paſcit & reficit. Et quid dico omnes ho
mines, cum paſcat etiam beſtias, volucres
Matt.6 orbemq; vniuerſum? Reſpicite, inquit, vo
latilia cœli, quæ neque ſerunt neq; metũt,
neq; congregant in horrea: & pater veſter
cœleſtis paſcit ea. Nunquid ingrati iam
erimus paſtori huic noſtro? De ſuo nos
paſcit, non de noſtro. Creauit nos, vt ha-
beret quos paſceret. Nã creauit mũdum
propter nos, vt eſſet quo nos paſceret, qui
etiã ſine vllo cibo nos paſcere poſſet. Crea
uit nos, vt haberet in quos bonitatis eius
1.Timo.4 infinita plenitudo emanaret. Quare igi-
tur cum nihil hic in mundum intuleri-
mus, ſed omnia nobis à deo inuenimus
præparata, omnia nobis donata, claudi-
mus viſcera charitatis fratribus & proxi-
mis noſtris, vt eſurientibus illis nos come
damus, aut comedentibus nobis illi eſu-
riant, quibus non communicamus de his
quæ dona dei ſunt, & nobis collata ſunt,
non vt ſoli his vtamur, ſed noſtris quoq;
participemus proximis? Nunquid ſoli ha-
bitabimus ſuper terram? Nunquid nos
plenitudinem eructuabimus, & fratres no
ſtros inediam & famem pati ſinemus? Fili
chariſſime, attende quam facilia tibi dede
Math.19 rit præcepta deus. Non tibi præcepit vt o-
Lucæ.14 mnia des alijs, puta pauperibus, ſimulq; tu
cum illis egeas, tametſi ad perfectionem
anhelantibus id conſuluerit, nec vt dimi-
dium bonorum tuorum des pauperibus,
ſed hoc tantum, quod ſupereſt vt des ege
Lucæ.19 no. Cum tu iam ſatiatus fueris quod ſu-
pereſt, ſi dominus quempiam miſerit ege
num, da illi: vt ſe ille quoque reficiat. Pro
magno hoc beneficio accipe, ſi ad te vene
rit à deo miſſus egenus: Quẽ enim tu par-
Matth.25 uipendis egenum, hic eſt Chriſtus, quia
in huius perſona venit ad te Chriſtus à te
petens & mendicans. Da igitur ei vel mo
dicum de his quæ ille tibi dedit. An putas
tibi deficiet? Nõ potes deficere, quam diu
Chriſtum paſcis. Credisne qui hodie tibi
dedit, cras iterum dabit? Confide illi, quia
& cras dabit. Noli timere anxius pro cra-
Matth.6 ſtino. Nam vt anxius non ſis, te in oratio-
ne docuit pro quotidiano, non pro perpe
tuo pane orare. Quomodo enim tibi defi-
cere poteſt, quando id quod das Chriſto
das, imo eidem, quod ipſius eſt & tibi de-
dit paulo ante, reddis? Mirare potius q̃d
dignatur à te accipere. Attende eius miſe-
ricordiam. Primum tibi dedit, vnde dares
egenti. Egenum ad te mittit, vt inueniat
in te quod coronet. Deniq; ne putes indi-
gno aut ingrato te dediſſe, ipſe tibi id ac-
ceptum refert, dicens: Quicquid ex mini-
mis meis feciſtis, hoc mihi feciſtis. Hoc cũ Matt.25
ſit omnibus præcipue tamen paſtoribus
eſt dictum, qui animarum precium come
dunt, qui eleemoſynis pauperum ſaginan
tur. His enim non aliter de Chriſti patri-
monio licet viuere, quã frugaliter, ſobrie,
& ad ſuſtentationem ſui corporis, non ad
luxum & voluptatem. Quod ſi ita fieret,
pauca forent ſacerdotia, pauca beneficia
eccleſiaſtica: Quorum vnum non ſuffice-
ret vni, ſi compotationibus, ſi comeſſatio-
nibus, ſi epulationibus, ſi denique ſuis (vt
cum venia piarum aurium dicam) impu-
dicitijs carere vellent, quin adhuc in pau-
perum, viduarum, orphanorum, peregri-
norumq; erogãda multa ſupereſſent. Iam
vero q̃a luxu viuitur nimio, multa in præ-
cioſarum veſtium vſum, multa in epula-
rum apparatum, multa in vinorum habẽ-
dam varietatem, non pauciora ad inutile
familiam: ad equos & canes præterea alen
dos, aliaq; id genus multa, (inter quæ an-
cillam cubiculariam computo) plurima
ſunt neceſſaria. Quare non vno, ſed mul-
tis opus ſit beneficijs, donec quod paupe-
ribus pijs eſt defunctorum teſtamentis le
gatum, puta per eccleſiarum ac collegiorũ
miniſtros erogandum, ad ſuperfluos vſus
profundatur, & impijſſime conſumatur:
imo donec miſeri prælati, infelicis pluri-
um beneficiorum canonici aut ſacerdotis
ad ſulphureos ignes anima cum ingenti
dæmonum comitiua ſolenniſſime dedu-
catur. Non hæc filij in contemptum cleri
dicimus, nec in aliorum multorum bono
rum miniſtrorum eccleſiæ derogationẽ
accipi volo, qui nobiſcũ has ineptias mo-
reſq; aliorum deflendos odiunt, ſed opta-
rem vt qui ex nobilibus aut comitibus cle
ro velit ſociari ob pietatem ac ſanctimo-
niam, non propter opes & turpẽ quæſtũ
id fieret, ſed vt clericus ſobrie, pudice, pie-
que viueret. Porro ſi venationibus, ſcorta
tionibus, epulationibus, ebrietatibus,
compotationibus, in militari & ſeculari
habi

habitu vacare voluerit, ad hæc male ſuo patrimonio domi vtatur. Huiuſmodi ſacerdotia,beneficiaque eccleſiaſtica,quæ in alium ſunt vſum, & aliis conferenda, ſibi non vendicent,cleri ſtatum(qui eſſe debet ſanctimonia)ſuis corruptiſſimis moribus non inquinent, Dei plebem non ſcandalizent, nec in cleri ac religioſos odiũ vulgus mala ſua vita prouocẽt,minoriq; tandem damnatione inter prophanos, quàm in clero conſtituti,plectantur. Videre certe eſt in horum adeo multis quod ſanguineis lachrymis foret plangendum, puta tantam deformitatẽ turpitudinemq; vitæ,vt præſtaret videre mores pagani, quàm heluonum quorundam,qui in clero ſe recẽſent. De his loquor,q (vt quotidie cernere eſt) adeo perdite viuunt,adeo iurãt, adeo per ſanctos execrantur, in quorum ore impudicitia,turpiloquium, gloriatio de peccatis ſuis(vt alia taceam)continue verſatur, vt magis eligendum viro eſſet ſenſato, in ſtatu Iudæ proditoris aut Pilati,quam horum ſatraparum mori. Hoc,inquam,reprobis illis &malis ſit dictum,non bonis,nec ſtatui cleri aut ſacerdotio,propterea q ſanctus eſt ſit derogatum. Aduertendum eſt tamen & cauendum hic concionatori ne hæc in ſimplicem plebẽ effundat, vbi nullus ſequitur fructus,ſed vbi loquẽdum eſt coram his qui nebulonum aut heluonum magis vitam ducunt quàm clericorum id dicatur,vt erubeſcant. Vos quoque ſimul moneo filii,quo exemplis eorum malis non moueamini ad ſcãdalum,nec faciliter eos aut irreuerenter propterea maxime ſacerdotes tractetis, cõtemnatis,aut iudicetis. Habent iudicem ſuum, eorum vita vobis non eſt poſita vt eam imitemini,ſed eruditio catholica. Meminiſſe vos oportet, q̃d
Matth. 23 Chriſtus de ſcribis & phariſęis dicit:Quæ vobis dicunt facite,quæ autem faciunt facere nolite. Mementote vos comparatos
Iohan. 10 ouibus,ideo cõditiones bonarum ouium vobis vſurpate. Ouis nanq; innocentiam habet,neminem lædit, neminem mordet. Patiẽtiam quoq; exhibet,nec clamat. Eſt deniq; ouis animal ſobrium,& edulio nõ precioſo ſuſtentatur. Poſtremo multæ eſt vtilitatis. Hæc omnia decent ſubditum & bonum Chriſtianũ. Præterea,vt ouis obedit,agnoſcitq; ac ſequitur ſuum paſtorem ſic veſtrum eſt nõ in paſtoris vitam(ſi mala eſt) liuido oculo intueri,ſed eidem compati, & eum excuſare quantum poteſtis,

prouidentiam diuinam, qua vobis datus eſt paſtor,doctor & pater, attẽdere,&eius monita ſalubria reuerenter accipere, illiq; propter diuinam ordinationem,vt prępoſito veſtro honorem impendere. Vbi ſi paſtor bonæ ac ſanctæ eſt vitæ, cum maiori eſt reuerentia tractandus & amore. Iuxta illud Pauli:Qui bene præſunt,duplici honore digni ſunt. 1. Tim. 5 Verum de hoc ſatis. Dixi Chriſtũ boni officium paſtoris exhibere, qui nos corporali paſcit alimonia, nec tamen alimonia tantum nos fouet, ſed aliis quoq; corporalibus beneficiis,puta, amictu,potu,ſolatio,medicina,cõſilio humano,atq; omnibus in hac vita neceſſariis. Nam vitam ipſam quis alius nobis donat, quàm ipſe dominus Deus noſter? Et quid de temporali hac vita eſt mirandum,quando & maiora & plura beneficia nobis contulit alia,puta, q̃d ab æterna nos damnatione eripuit,quod ſuo nos corpore & ſanguine cibauit,quod pro nobis moriendo nos adoptauit, q̃d denique regni cœleſtis nos ſibi fecit cohæredes? Secundo dñs Ieſus paſcit nos Dei verbo. Hæc enim ſpiritualis eſt noſtra alimonia & refectio. Siue autem hoc verbum ſit prædicatum,ſiue lectum,ſiue inſpiratum, cibus eſt animarũ.
Vnde ſcriptum eſt: Cibauit eos dominus Eccl. 15
pane vitæ & intellectus, id eſt, verbo Dei.
Neq; enim(vt ſaluator ait)in ſolo pane vi- Deut. 8 Matth. 4
uit homo,ſed in omni verbo quod proce- Lucæ 4
dit de ore Dei. Sic paſtores gregem reficere debent Dei verbo. Quod dominus pro
miſerat olim:Dabo,inquiens,vobis paſto Ierem. 3
res ſecundum cor meum, & paſcẽt vos ſcientia & doctrina. In hoc genere paſcendi annumerandum quoq; eſt,quod ſanctiſſima ſua vita & cõuerſatione nos Chriſtus dum erudit,paſcit. De quo intelligitur illud pſalmi:Pauit eos in innocentia cordis
ſui. Et quod in cœna ſuis dixit diſcipulis, Pſalm. 77
quando eorundem lauerat pedes: Exem- Iohan. 13
plum dedi vobis,vt & vos ita faciatis:quid aliud quàm paſtio ſeu refectio erat? Hoc modo paſtores boni,non tam verbo, quã exemplo bono paſcere ſuum debent gregem. Cuius Chriſtus nos admonens: Matt. 5
Luceat,inquit, lux veſtra coram hominibus,vt videant opera veſtra bona,& glorificent patrem veſtrũ qui eſt in cœlis. Itaq; quod cœperam dicere,Chriſtus verbo dei multipliciter nos paſcit. Alium eñ lamentis paſcit pœnitentię,alium amoris lachrymis inebriat,aliũ reficit cõſolatione,alium

ſpe ac deſiderio confortat æternæ patriæ.
Nec extra eius paſcua ſunt, quos metu ter
ret gehẽnæ, quo vtiliter eos arceat ad quæ
renda paſcua vitæ. Tertio, paſcit nos ſacra
Iohan. 6 mentali refectiõe. Dedit em̃ nobis corpus
ſuum in cibum, & ſanguinem in potum.
Iſaiæ 53 Secundo, eſt Chriſtus paſtor bonus ex di-
Apoc. 1 lectione, quia animam ſuam ponit in mor
tem pro ouibus ſuis. Ipſe enim dilexit & la
uit oues ſuas in ſanguine ſuo, & pro gre-
Iohan. 15 ge ſuo mori dignatus eſt. Maiorem, ipſe in
quit, charitatem nemo habet, vt animam
ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Hoc pa-
ſtores eius vicarij, vbi neceſſe foret, pro ſal
uanda anima quoq; debẽt. Sed quotus eſt
hodie, qui vno velit aureo animam à mor
te ſeruare, aut qui non minus curet ſeu tri
ſtetur, ſi peccato mortali pereat anima, q̃
ſi argenteus illi perierit nummus? Huiuſ-
modi ſunt non paſtores, vt Chriſtus inqt,
ſed mercenarij, qui lac & lanam ouiũ quæ Ezec. 34
runt, non ouium ſalutẽ. Dominus noſter
Ieſus Chriſtus nos paſcat, nos dirigat, nos
protegat, noſq; foueat ſua gratia, vt inter
ſuas mereamur oues numerari & haberi:
Qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

DOMINICA II. POST OCTAVAS Paſchæ, Epiſtola I. Petri II.

OBſecro uos tanquam aduenas & peregrinos, abſtinere uos a carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam. Conuerſationem ueſtram inter Gentes habentes bonam, ut in eo quod detrectãt de uobis tanquam de maleſactoribus, ex bonis operibus uos conſiderantes, glorificent Deum in die uiſitationis. Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: Siue regi quaſi præcellẽti: ſiue ducibus, tanquam ab eo miſſis ad uindictam maleſactorum, laudem uero bonorum. Quia ſic eſt uoluntas Dei, ut benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quaſi liberi, & non quaſi uelamen habentes maliciæ libertatem, ſed ſicut ſerui Dei. Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate. Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis. Hæc eſt enim gratia in Chriſto Ieſu domino noſtro.

PARAPHRASIS IN EANDEM epiſtolam.

HOrtatur nos beatiſſimus a-
poſtolorum Princeps oẽſq;
Chriſtianos, vt ſuæ nobilita
tis, dignitatis, excellentiæq;
per Chriſti gratiam ſibi col-
1. Petri 2 latæ ſint memores, qui per Chriſtum ob-
tinuerunt, vt genus vocẽtur ac ſint electũ,
regale ſacerdotium, gens ſancta, populus
acquiſitionis, ne à tanta nobilitate, quàm
ex adoptione Dei habent per Chriſtum,
moribus degenerent. Hoc autem non ſe-
uere præcipit nobis, ſed per charitatem &
per Deum obſecrat, dicens: Chariſſimi ob
ſecro vos tanquam aduenas, vtpote pro-
pter originale peccatũ de paradiſo in hoc
exilium detruſos, atque in hoc mundo a-
lienos ſeu hoſpites, ad patriam vero cœle-
ſtem peregrinos. Neque enim hic manen- Hebr. 13
tem habetis ciuitatem, ſed futuram inqui-
ritis. Obſecro, inquam, vos: tanquam eos
qui vere eſtis peregrini & aduenæ in hoc
mundo, licet quantum attinet electionem
Dei, ſitis ciues ſanctorũ & domeſtici Dei, Ephe. 2
abſtinere à carnalibus deſiderijs, puta ne il
lis conſentiatis, ſed mortificetis, refrænen-
tis, & de cordibus veſtris eadem eijciatis.
Quod Paulus quoq; monet, dicens: Spiri- Galat. 5
tu ambulate, & deſideria carnis non perfi-
cietis. Abſtinete igitur à carnalibus deſide
rijs, quæ militant aduerſus animam. Scri- Oſeæ 4
ptum eſt enim: Fornicatio, & ebrietas, & Daniel. 13
vinum auferunt cor. Itemq;: Species dece-
pit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tu- Galat. 5
um. Itemque: Caro concupiſcit aduerſus
ſpiri-

ſpiritum, ſpiritus aduerſus carnem. Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur: vt nõ quæcunq; vultis, illa faciatis. Sequitur: Cõuerſationem veſtram inter Gentes habentes bonam, neminique ſcandaloſam, qua ſitis ſine querela ſimplices filij Dei in medio nationis prauæ atq; peruerſæ, vt in eo quod detrahũt vobis tanquam malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis, tum ſcilicet cum videbunt vobis præmia, ſibi vero ac malis omnibus ſupplicia conferenda. *Philip. 2*

Tunc enim videbunt impij gementes prę anguſtia ſpiritus iuſtos, quos hic deriſerunt, magna conſtantia aduerſus ſe triumphantes. Eamobrem dicturi ſunt de illis. Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinẽ improperij. Quomodo nũc cõputati ſunt inter filios Dei? Nos inſenſati vitam illorũ æſtimauimus inſaniam. Sequitur: Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum. Quod nunc abſq; labore aut abſq; negocio vllo fit, ſi ſuperiores vos alterutrum arbitramini, ſi ſupportaueritis vos, & per charitatem ſeruieritis inuicem. Hoc namq; magiſter humilitatis Chriſtus nos docuit. Nam lotis diſcipulorum pedibus dixit diſcipulis: Si ego magiſter & dominus veſter laui pedes veſtros, quantomagis vos alter alterius debetis lauare pedes? Aut, ſubiecti eſtote omni humanæ creaturæ, puta cuiuis in genere & ordine ſuo. Siue regi, tanq̃ præcellenti, ſiue ducibus aut præfectis tanquã ab eo miſſis, hoc eſt, ſubſtitutis, ad vindictam malorum, laudem vero bonorum, hoc eſt, ad arcendos puniẽdosq; malos, fouendos vero ac defendendos bonos: quia ſic eſt voluntas dei, vt in omni ſubiectione & obedientia benefacientes, obmuteſcere faciatis imprudentiũ hominum ignorantiam, qui quod neſciunt iudicãt, & inique vobis tanquam malefactoribus detrahũt. Obediendo namq; in licitis, tolletis iniqs detrahendi & materiã & occaſionẽ. Quaſi liberi eſtote, nulli ſeruientes peccato (oĩs enim qui facit peccatum, quod Saluator ait: ſeruus eſt peccati) & non velamen maliciæ habentes libertatem, vt ſub velamine libertatis, qua vos à peccati ſeruitute, à ſeruitute quoq; legis Moſaicæ Chriſtus liberauit, putetis vobis permiſſum principibus non obedire, aut nulli legi humanæ obtemperare: ſed ita eſtote liberi, vt ſerui ſitis Dei. Omnes homines honorate, Reddite omnibus debita, cui honorem, honorem, &c. Fraternitatem, hoc eſt, omnes ꝓximos, potiſſimum Chriſtianos, qui ex Chriſto & eccleſia in baptiſmo regenerati vobis ſunt fratres, diligite. Deum timete vt filij, caſto timore ipſum diligentes. Regem, q̃a eſt Dei miniſter, diuina auctoritate ad reipublicæ regimen inſtitutus, honorate. Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis veſtris, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam vitioſis & abſq; diſciplina viuentibus. In his tamen quę Deo ſunt contraria non eſt obediendum: Siquidẽ Deo magis oportet obedire, quàm hominibus.

Sapien. 5 · *Iohan. 13* · *Iohan. 8* · *Roma. 12* · *Acto. 5*

EXEGESIS EVANGELij dominicæ II. poſt octauas Paſchæ, Iohannis XVI.

DOMINVS Noſter Ieſus Chrs ſuis eſt diſcipulis quædã verba locutus poſt vltimam cœnam, cũ eſſet iturus ad paſſionem, quibus voluit eos ꝓmonere de futura eorum triſtitia, quia in eius paſſione erant contriſtandi, ploraturi ſuper magiſtri calamitate, quam incidiſſe eundem videbant, & ſuper ſua deſolatiõe. Optimum enim & nobiliſſimum quod in hoc mundo habuerunt erant aliquo modo amiſſuri, atq; ideo nõ immerito ploraturi. Nam quicquid in mundo charum, quicquid in mundo habuerant precioſum, parentes, cõiuges, bona temporalia, & ſi quid aliud habebant, amore Chriſti oĩa reliquerant. Quare Chriſtus præuidens eorum triſtitiam fore magnam, quando iam & hunc amiſiſſent, cuius amore ante alia oĩa reliquerant, præmonuit eos dicens: Plorabitis vos & flebitis: mundus autem gaudebit, quod ſuum expleuerit deſideriũ me occidendo. Veruntamen, nõ diuturnus erit hic planctus, quia poſt modicum iterũ me videndo reſurrexiſſe conſolabimini. Poſt multa itaq; alia inſtructionis & cõſolationis verba quæ prædixerat, inſinuat hic eis futuram & triſtitiam & lætitiam ſuccedentem hoc modo:

Matth. 19 · *Lucæ 18* · *Iohan. 16*

Modicum & iam non uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me, quia uado ad patrem.

Quum hæc Chriſtus verba loqueretur, paulo poſt erat capiendus, & cruci affigendus. Quapropter illud modicum temporis ſpatium, quod ab illo tẽpore quo hæc loquebatur, vſq; ad ipſius mortem intercidebat, in quo adhuc illum erant viſuri (iuxta mentem Auguſtini) vocabat modicũ. Modicum igitur tempus reſtabat, poſt cuius expletionem eũ non erant viſuri, ſcilicet tempore illo quod à morte vſq; ad ipſius interfluebat reſurrectionem. Illo ergo tempore, quod ſimiliter erat modicũ, hoc eſt, inter mortem & reſurrectionem, expleto, iterum erãt eum viſuri & gauiſuri. Alij per hoc quod dicit modicum, non ipſum tempus, quod ab hac hora vſque ad ſuam interfluxit captiuitatem, qua erant fugiendo Chriſtum relicturi, volunt ſignificatũ, ſed quod poſt mortem ſequebatur vſque ad eius reſurrectionem, quod erat modicum, quo non viderunt apoſtoli Chriſtũ. Et iterum modicum, puta à Paſcha vſque ad Aſcenſionem eius, erant Chriſtum aliquando viſuri. Vtraque tamen expoſitio fere nihil differt ab altera, ſed in eundem coit ſenſum.

Auguſtin.

Dixerunt ergo ex diſcipulis eius ad inuicem: Quid eſt hoc quod dicit nobis: Modicum & non uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me, quia uado ad patrem? Dicebãt ergo: Quid hoc eſt ꝙ dicit nobis modicum? Neſcimus q̃d loquitur.

Hæc verba non intelligebant apoſtoli, vel quia mœrore erant eorum animi perturbati, propterea quod amiſſuros ſe audiebant magiſtrum dilectiſſimum. Hoc eñ adeo eos reddebat ſtupidos, vt quid diceretur minus intelligerẽt. Vel quia contraria videbatur eis loqui: Videbitis & nõ videbitis. Vnde ſuſpicabãtur ne fortaſſe (vt ſolebat) parabolice loqueretur. Muſſitabant igitur inter ſe, vel conferendo clanculum paucis verbis alterutrum, vel in ſeipſis taciti muſſitabant, quod non intelligerent quid in verbo modicum velit dicere. Erãt eñ eis hæc verba obſcura anteq̃ implerentur. Pro eius tamen reuerentia, licet cuperent, non tamen ilico audebant eum interrogare.

Cognouit autem Ieſus, quia uolebant eũ interrogare, & dixit eis: De hoc queritis inter uos, quia dixi: Modicum & nõ uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me? Amen, amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos: Mundus aũt gaudebit, uos autem contriſtabimini: ſed triſtitia ueſtra uertetur in gaudium.

Oſtendit antequam ſibi loquerẽtur dominus Ieſus, quod eorum cordium occulta cognoſceret, & ideo quod ex ipſo libenter interrogaſſent, reſpondendo præueniens diſſoluit: Amen, amen dico vobis, plorabitis & flebitis vos. Mundus autem gaudebit, vos autem contriſtabimini: ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudiũ. De primo hoc modico tempore loquitur, quo Chriſtus captus, flagellat⁹, impie & crudeliter tractatus, tandem crucifixus eſt & mortuus. Tunc enim fleuerunt apoſtoli ex compaſſione Chriſti pœnas & mortem: fleuerunt quoq; ſuam deſolationem, ſuamq; fugam, qua infideliter eundem reliquerunt, nec poſt mortem viderunt vſque ad tempus reſurrectionis. Tunc etiam mundus gaudium habuit. Mundus, inquam, id eſt homines mundani & Chriſti inimici gauiſi ſunt, quod eum quem odio habuerũt gratis, iuxta ſuam voluntatẽ (vt putabãt) exterminauerant. Obſerua tamen quod nõ ſolis apoſtolis hoc dictum eſt, ſed cunctis etiam Chriſti fidelibus & amicis: nec pro tempore illo tantum, quo Chriſtus mortuus iacuit in ſepulchro, verum pro omni tẽpore huius vitæ inter electos & reprobos hoc prænunciauit fore diſcrimen, vt ſui quidem diſcipuli & amici, quos poſt hanc vitam gloria foret coronaturus æterna, hic tribulationes, contemptum, aduerſitates, preſſuras & anguſtias cordis, deſolationes, mundiq; odia ſentirent, & pacem mundi, hoc eſt, tranquillitatem externam neque hic haberent neq; ſibi quærerẽt, ſed pacem cordis, quæ pax eſt, conſenſus, voluntatiſq; vnio cum Deo, indies & quærerent, & firmius tenerent, & felicius poſſiderent. Hoc itaque inſinuare voluit, vt ſui electi non ad præſentia reſpicerẽt gaudia, ſed ꝑ lachrymas & triſtitias ad æterna contenderent. Quomodo & Pſalmographus: Qui ſeminant, inquit, in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos

Pſalm.

Pſalm.

Iohan. 16 los ſuos. Chriſtus quoq;: In mundo, inqt,
preſſuram habebitis: ſed cõfidite, quia ego
vici mundum. Vici, inquit, mundum, non
pro me tantum, ſed pro vobis membris
meis, vt & victoria mea ſit victoria veſtra,
& victoria mea vobis proſit, vobiſq;, qui
Iohan. 15 in me eſtis imputetur. Et iterum: Si mun-
dus vos odit, ſcitote quia me priorem vo-
bis odio habuit. Et odij cauſam plenius
explicãs addit: Si de mundo fuiſſetis, mun
dus quod ſuum erat diligeret. Quia vero
de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de
mundo, propterea odit vos mundus. Itaq;
electos ſuos milites amicoſq; ſuis inſignit
armis, ſuis ſignis, ſuiſq; coloribus, quibus
ex ipſius eſſe familia cognoſcantur, veſtit.
Quo, inquis, genere veſtis? Tribulatione,
preſſura, triſtitia, perſecutione & his ſimi-
libus, cuiuſmodi veſte, cuiuſmodi dyade-
Cantic. 3 mate Chriſtum quoque coronauit mater
ſua, hoc eſt, gens Iudaica. Hoc igitur mo-
do ſuos quoq; quos amat veſtit. Ad nullã
rem paratior eſt Ieſus, quàm ſuis, quos ha
bet in hoc mundo, grauamina atq; dolo-
res tam corporum quàm animorum im-
partiri, modo ea ferre poſſint, vt eis ad fru
ctum & coronam, quam ipſe intendit, pro
ueniant. Vtinam nos eſſemus, in quos hęc
omnia ſuperiora quadrarent. Dicit igitur
Chriſtus: Vos apoſtoli, vos mei omnes e-
lecti plorabitis & flebitis, perſecutiones &
odia patiemini: vos aũt nemini pſecutio-
nẽ, nemini iniuriã inferetis, ſed pro contu
melia reddetis benedictionem, pro calum
nia gratiam, pro malis bona, & pro odio
dilectionem. Sed quid domine de non ele
ctis ac reprobis interim? Mundus gaude-
Matth. 25 bit. Hi qui filij lucis non ſunt ſed tenebra-
rum, quibus paratus eſt ignis æternus cũ
diabolo ac angelis eius, hic florebunt, gau
debunt, dominabuntur, alios prement, a-
bundabunt & conſolabuntur: verum hæc
quidem breui tempore, quia in hoc ſolo vi
tæ curriculo. Quod autem vitam hanc ſe-
quitur, æternum erit ſupplicium. Nobiſ-
Luc. 16 cũ em̃ agitur diſſimiliter, quia diſſimiliter
viuimus. Qui em̃ hic bona ſua recipiũt in
vita ſua, nõ gaudebũt poſt mortem: & qui
dolores & calamitates patienter hic ſuſti-
nent, poſt mortem ad refrigerium ibunt.
Falco auis eſt nobilis, & in manibus prin-
cipum quieſcit, delicate nutritur, multaq;
ei cura ſeruitur. At vbi mortuus fuerit in
fimum abijcitur. Porro gallina in vita vi-
li nutritur cibo, occiſa coquitur, & in ar-
genteis diſcis principibus comedenda of-
fertur. Hoc modo nobiſcum quoque agi-
tur, vt qui hic læti ſunt & delicijs ſagi-
nantur, poſt mortem cruciabuntur: hi ve-
ro qui hic affliguntur, horum triſtitia ver-
tetur in gaudium, quod nemo auferet ab
eis. Propterea his qui hic gaudent domi-
nus dicit Ieſus: Væ vobis diuites, qui habe Lucæ 6
tis hic conſolationes veſtras. Itemque: Væ Ibidem
vobis qui ridetis nunc, quoniam lugebitis
& flebitis. Nolite igitur inuidere filij his
qui terrena ſapiunt, qui mundi quærunt
gloriam, qui carnis voluptates, nolite eos
æmulari, quia non eritis ſemper vos deſpe
cti, non eritis ſemper triſtes, nõ eritis ſem-
per abſq; honore, non ſemper ærumnoſi
& miſeri. Plorabitis quidem, & ad modi-
cum hic contriſtabimini tempus, ſed tri-
ſtitia veſtra vobis vertetur in gaudium.
Abſterget enim Deus omnem lachrymã Apoca. 21
ab oculis veſtris, & non erit vobis ampli9
luctus aut clamor, ſed nec vllus dolor, q̃-
niam priora hæc omnia tranſierunt. Hi ve
ro qui hic dixerunt: Venite & fruamur bo Sapien. 2
nis quæ ſunt, & vtamur creatura tanquam
in iuuentute celeriter, vino precioſo & vn
guentis nos impleamus, & non prætereat
nos flos temporis, coronemus nos roſis
antequam marceſcant: nullum pratum ſit
quod non pertranſeat luxuria noſtra: vbi
que relinquamus ſigna lætitiæ, quoniam
hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors noſtra,
&c. Vbi hæc vita & hæc illorum (vt puta-
bant) felicitas finita fuerit, quid dicent? Vi
dentes iuſtos, quorum hic abſtulerunt la-
bores, & quos aliquando habuere in deri-
ſum ſtantes in magna gloria, timore con-
cutientur horribili, & plangent ſe infelici
ter, dicentes: Nos inſenſati vitam illorum Sapien. 5
æſtimabamus inſaniam, & finem illorum
ſine honore. Ecce quomodo computati
ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors
illorum eſt. Ergo errauimus à via verita-
tis, & iuſtitiæ lumen nõ luxit nobis, & ſol
intelligentiæ non eſt ortus nobis. Laſſati
ſumus in via iniquitatis & perditionis, &
ambulauimus vias difficiles: viam autem
domini ignorauimus. Quid profuit no-
bis ſuperbia, aut diuitiarum iactãtia quid
contulit nobis? Tranſierũt omnia illa tan
quam vmbra. Hoc igitur in ſumma pute-
mus nobis dictum, hoc pro monimento
nobis inſcribendum & à Chriſto relictũ,
videlicet eſſe diſcrimen hoc inter filios
Dei & filios diaboli, quid filij Dei in hoc

mundo preſſurã habent & tribulationem filij autem tenebrarum ſua hic explent deſideria. Debēt igitur filij lucis omnia quæ occurrunt ſibi moleſta vincere, quomodo Chriſtus vicit, non repugnando, ſed ſuſtinendo. De Chriſto enim ſcriptũ eſt: Cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur. Tradebat autem ſe iudicanti iniuſte. Verum (vt Euangelij verba continuemus) Chriſtus mox adijcit ſimilitudinem, qua triſtitiam cõſoletur apoſtolorum, dicens:

Iſaiæ 53

1. Petri 2

Mulier cum parit triſtitiã habet, quia uenit hora eius. Cum autem pepererit puerũ, iam non meminit preſſuræ propter gaudiũ, quia natus eſt homo in mundum. Et uos igitur nũc quidem triſtitiam habetis.

Mulier cum parit triſtitiam habet, quia venit hora eius, hoc eſt, tempus doloris & tempus pariendi. Cum autem pepererit puerum, quod ſuauius gaudioſiusq́; eſt, quam peperiſſe fœmellam, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundũ. Si, inquit, ſubſequens gaudium de partu pueri, tametſi magnus præceſſerit dolor & triſtitia in pariendo, poterit obliterare omnem parietis, quam paulo ante ſenſit, triſtitiam, quomodo nõ veſtrum gaudium, quod de reſurrectione mea habebitis, tollet à vobis omnem mœrorem? Tantum erit em̃ gaudium veſtrũ, vt obliuio vos capiet omnis prioris triſtitiæ, vt iam non de hoc quod contriſtauit, ſed de hoc quod lætitia vos afficit cogitetis. Hoc eſt ergo quod dicit:

Iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor ueſtrum: & gaudium ueſtrum nemo tollet a uobis.

Siue de reſurrectione, qua apparuit apoſtolis, ſiue de hora mortis noſtræ, qua electi recipimur ad deum, intelligatur, vtrunque bene intelligitur. Sed dubium habere poteſt quod dicit: Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Nã ſi de nouiſſimo gaudio beatitudinis intelligatur, hauddubiũ eſt illud à beatis nunquam amittendum aut tollendum. Sed apoſtolis qui in Chriſti reſurrectione lętati ſunt, quomodo ſcriptum eſt: Gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino, videtur non manſiſſe ſemper illud gaudiũ, vt nemo illud dici poſſit eis abſtuliſſe quandoquidem multa & varia paſſi ſunt poſt Chriſti aſcenſionem, & ſpiritus ſancti miſſionem. Dicẽdum igitur Chriſtum non dixiſſe, apoſtolos nihil poſt ſuam reſurrectionem, & poſt illam lætitiam ex eius præſentia receptam paſſuros, ſed reſurrectionis ſuæ gaudio tunc eos adeo roborandos, vt inter triſtia quoque nihilominus in domino gauderent. Libenter enim poſtea aduerſa ferebant, adeo vt Iacobus: Omne gaudiũ, diceret, exiſtimate fratres mei, ſi in varias tentationes incideritis. Cęſis enim apoſtolis, dum denunciaretur ne poſt hac loquerentur aliquo modo in nomine domini, quid refert de illis Lucas? Ibant, inquit, apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniã digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Itaque adeo non fuit illis gaudium, quod ex reſurrectione Chriſti acceperunt ademptum (ſcientibus ſibi vitam quidem, quam cum iniuſtis habebant communem, à tyrannis tolli poſſe, Chriſtum vero, in quo eſt vita æterna, nunquam ſibi adimi poſſe) vt perſecutiones non ſolum non fugerint, ſed his etiam vbi hoc ad gloriam pertinebat Chriſti, vltro ſeſe obiecerint, & pœnas ꝓ Chriſto quidam eorum etiam vt epulas optauerint. Quis igitur ſancta illa lætitia Dei electos carere aut priuari vel per tormenta crederet, quando Tiburtium martyrem prunas ardentes pro roſis duxiſſe, & Laurentium ignem rorem æſtimaſſe legit? Quapropter vere Chriſtus ſuos conſolatur: Et gaudebit, inquiens, cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Ipſe enim erat gaudium eorum, q̃d ſemper amabant, quod inter flagella & carceres, inter plagas & in morte poſſidebãt. Nemo hoc gaudium tulit ab eis, quia pro quo triſtitia grauiaq́; patiuntur, & hic eis præſens ſemper eſt in corde, & poſt hanc vitam eos reficiet in æterna felicitate. Ad hoc gaudiũ nos quoq; aſpiremus, vt in hac vita adeo amemus Chr̃m, vt eius amore nihil hic poſſit tam graue nobis occurrere q̃d nõ alacri animo de eius manibus ſuſcipientes patiẽter feramus. Sit nobis gaudio ꝓ Chr̃o lachrymari, hoc eſt, vel ꝓ nr̃is, vel pro alienis pc̃tis, ꝓ Chr̃iq́; contẽptu triſtari. Sit nobis voluptati pro Chr̃o ieiunare, diuitias putemus paupertatẽ Chr̃i amore ferre. Nihil hic habere gaudij, nihil delectatiõis corpalis ſummũ gaudiũ ducam⁹, vt aliq̃n ad illud verũ, vnicũ, ſempiternũq́; gau-

Iohan. 20

Iacob. 1

Acto. 5

gaudiũ pertingamus, q̃d eſt in Chr̃o Ieſu dño noſtro in ſecula benedicto, Amen.

SERMO DE EADEM dominica. Quod gaudiũ ſit mũdi, quodue ſanctorum. Quæ itẽ triſtitia bona, quę mala.

Mundus gaudebit, vos autem cõtriſtabimini. Iohan. XVI. Quomodo non omne gaudium bonum, nec oẽ eſt malum, ita nec oĩs triſtitia bona, nec quæuis eſt mala. Itaque de gaudio primũ dicamus: Mundus, inquit, gaudebit. Satis datur intelligi non eſſe hoc pium ſanctoꝝ gaudium, quando dicit, mundus gaudebit. Mundum enim hic vocat eos, q̃ mundũ, hoc eſt, qui diuitias, luxum, delicias, honores, & id genus alia quæ mundi ſunt, amant. Et quanquam gaudium nullum ſit verum mundo, quia nec recte gaudet, nec gaudij veri ratio illi q̃ in Deo non gaudet conuenire poteſt. Dicuntur tamẽ gaudere filij huius mundi, quandoquidẽ pro gaudio ducunt, dum quod amant adipiſcuntur. Itaque filij huius mundi gaudent in vitijs ſuis et in malicia ſua. Sup̃bus gaudet in honoribus, in poteſtate, in prælatione, in veneratione ſibi exhibita. Auarus gaudet in opibus cumulandis, incontinens in rebus venereis, iracundus conſolationem accipit, dum ſui furoris æſtũ alicui maledicendo refrigerat, guloſus dũ ſeruit ventri, inuidus dum alienam conſpicatur infelicitatem, acedioſus poſtremo ſi otio aut ignauiæ indulgere poteſt. De his omnibus ſcriptum eſt: Lætantur cum malefecerint, & exultãt in rebus peſſimis. Prou. 2 Lætantur cum faciunt mala, lætantur cum opprimunt & impediũt bonos, lætantur ſi via eorum mala fortunatur, lætantur quoque cum ſanctorum poſtergatur propoſitum. Commune eſt tamen impijs omnibus gaudere aut in cõcupiſcẽtia oculorum, aut in cõcupiſcentia carnis, aut in ſuperbia vitę, ſicut ſanctus Iohãnes dicit: 1. Iohan. 2 Omne quod eſt in mundo, aut eſt cõcupiſcentia carnis, aut cõcupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Cæteꝝ, quantũ à vero gaudio diſtet mundanum, facile dinoſcitur. Gaudiũ namq; mundi eſt vile, quia plærumq; in rebus eſt illicitis. Quare Auguſtinus recte dixit interrogãs. August. Quid eſt ſeculi lętitia? Quaſi diceret: Quid eſt inebriari, ſcortari, comeſſationibus operam dare? Et ſibijpſi reſpondẽs: Nihil eſt, inq̃t, niſi impunita nequitia. Quamobrem etiam nihil iudicat infelicius, felicitate peccãtium. Salomon quoque: Vidi, inquit, cuncta quæ fiunt ſub ſole, & ecce vniuerſa vanitas, & afflictio ſpiritus. Ecclẽs 1 Secundo mundi gaudium eſt breue. Quodcunque em̃ ſeu quantumcunque ſit, non poteſt eſſe diuturnum. Habemus hoc de diuite illo in Euangelio, qui diuitias multas congregauerat, Lucæ 12 in quibus ſibi ducebat quieſcendum dicens: Anima mea habes multa bona repoſita in annos plurimos. Requieſce, comede, bibe, epulare. Cui reſpõſum eſt: Stulte, hac nocte animam tuam repetẽt à te: quæ autem paraſti, cuius erunt? In Iob quoq; dicitur: Iob 21 Tenẽt tympanum & cytharam, & gaudent ad ſonitum organi. Ducunt in bonis dies ſuos, & in pũcto ad inferna deſcendunt. Porro gaudiũ ſanctorum eſt lætitia caſta, lætitia ſancta, exultatio in Deo. Neque enim de creatura concipitur, ſed de creatore. Hoc Pſalmiſta cõſiderans: Pſalm. 20 Lætificabis eum, inquit, in gaudio cum vultu tuo. Quapropter nunquã poteſt eſſe gaudium verum & in Deo, niſi ſit tibi conſcientia munda & integra. Omnia igitur ſi vis te accuſent, omnia premant, ſola ſit conſcientia libera, ſola conſcientia non te accuſet, & eſſe potes ſemper lætus. Mundus, inquit, gaudebit, ſuo videlicet more, in rebus vanis atq; caducis, in vitioſis & noxijs, in impudicis & inhoneſtis. Vos autem contriſtabimini. Nõ omnis eſt triſtitia laudabilis & bona, non omnis item mala. Eſt denique quædam triſtitia, quæ in ſe nec bona eſt, nec mala, ſed pure eſt naturalis, vtpote melancholica, ad quam homo vel ſuapte natura inclinatur, vt ſit triſtis. Hæc tamẽ in ſua natura nõ diu impermixta manere poteſt. Accedit enim mox aut ad virtutem, aut ad vitium. Hęc tamen viro deuoto eſſe poteſt (ſi eadem bene voluerit vti, & moderate admittat quantum ſatis eſt, non vt inuito dominetur) ſalubre inſtrumentum ad compunctionem. Quod niſi fiat, trahetur paulatim in vitia (vt germina q̃ inde oriuntur ſatis indicabunt) iræ, inuidiæ, ſuſpicionum, temerarij iudicij, acedię & ſimilium: vt in deſperationem & huiuſmodi grauia, puta ſcrupuloſitatem perplexitatemque pręteritorum nimis moleſtam. Quemadmodũ em̃ lętitia naturalis,

niſi labore & dedita opera cõuertatur ad bonũ, germinabit vitia, vt ſunt leuitates, ioci, riſus, & alia id genus permulta, ita facit quoq; triſtitia. Naturalia enim noſtra tametſi, vt dixi, quatenus naturalia ſunt, nec bona ſunt, nec mala: ex innata tamen nobis corruptione, ex mala quoq; conſuetudine (niſi vigilantiſſimo regantur ſtudio) inſoleſcunt vehementer, declinantq; ad malum. Quiſquis ergo hanc in te paſſionem ſentis, ſtudeas ea ad tuã vti ſalutem. Cogita de peccatis tuis, exerce te ad cõtritionem, ſimul tamen ſemper ad diuinam reſpiciens benignitatem: illam interim ama, illam prædica, illam admirare, vt te aſſuefacias feliciter triſtari, quandoquidem ad triſtitiam inuitaris ex inclinatone naturæ. Quare maximopere eſt curandum vt ſalubriter triſteris. Eſt igitur triſtitia alia ſanctorum bona, lugere ſcilicet de quo lugendum eſt. Neque enim ſuper omni eſt aduerſitate miſeriave lugendum. Quicqd contra Dei fit honorem eſt lugendũ, quicquid contra eiuſdem fit aut factum eſt beneplacitum, merito doleri & plãgi debet. Peccata igitur tam propria debemus lugere quàm aliena, hæc triſtitia ſanctorum eſt. Noſtra enim peccata nos ſeparant à Deo. Plangenda igitur peccata ſunt, tam propterea, & hoc præcipue, quia exhonorauimus offendimuſq; Deum (ibi em̃ charitas operatur triſtitiam) q̃ qa nocuimus nobis, virtute, Dei gratia & felicitate nos ſpoliando. Propter aliena quoq; peccata triſtandum eſt, partim quod his offenditur dominus, cuius honorẽ ſuper omnia tenemur zelari: partim, ꝙ proximo cõpaſſionem debemus, qui ſibiipſi delinquẽdo damna intulit multa. Si enim ꝓximo charitate impellente compatiendum eſt patienti damna corporalia, quantomagis eſt condolendum) cum anima multo ſit quã corpꝰ dignior) pro dãnis ſpiritualibus? Si pro ſanitate corporali aut re alia quauis amiſſa cum proximo ploras, ſi felicitatem idem amiſerit æternam non plorabis? Plãgis inqt Auguſtinus mortuũ, magis plange impium, plange infidelem: plangis quia corpus deſeruit, & ab eodem receſſit vita eius anima? magis plange quia ab anima receſſerit vita eius Deus. Itaq; cũ aut te, aut proximum tuum peccaſſe cognoſcis, merito triſtaris. Triſtantur iterum ſancti ex conſideratione defectuum ſuorum propriæque infirmitatis toties expertæ. Eam ob rem cum nihil poſſint ſibi boni confidere, lugent. Siue enim propoſuerint, ſiue iurauerint etiam, non eſt robur, non eſt virtus, non eſt conſtantia in volũtate hominis. Niſi enim Deus te regat, niſi teneat, quid es? Inde igitur oritur triſtitia, quod propter tuam mutabilitatem, propter tuam corruptionem, propter aſſuefactionem malã, propter infirmitatẽ tuam magnam, propter tẽtationem multiplicem, & propter pronitatem & inclinationem ad malum nimis procliuẽ, ſemper habes timere, ne iterum cadas, ne Dei gratiam amittas, ne tibi contingat quod te ſanctioribus fortioribuſq; vides contigiſſe. Expertus em̃ es, teipſum ſatis quod nihil auſis tibi promittere, nihil te poſſis conſolari ex tua bona volũtate aut bono propoſito, quo conſtantem perſeuerantẽque te in bono inuentum iri confidas. Vide apoſtolorum fere maximum Paulum non vno in loco cõtra ſeipſum conquerẽtem (quod certe non riſu, ſed cum lachrymis putandus eſt facere) et dicentem: Scio quod non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi: perficere autem non inuenio. Non enim quod bonũ volo, hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Auguſtinus quoque: Terret me, inquit, vita mea, quia niſi ſterilitas eſt in ea. Nam dicit: Nunc hoc, nũc illud. Poſt hoc: Nec hoc, nec illud. Tertio, ſancti triſtantur ex dubia diſcuſſione conſcientiæ: & quia nullam habent aſſecurationem, aut certitudinem, niſi ea quæ communiter omnibus eſt ex Chriſto, per ſpem noſtræ redemptionis, quam cito tamen aut faciliter poſſumus negligere, aut non vti: Neſcit itaq; homo, vtrum amore an odio dignus ſit. Quandoquidem eſt via, quę videtur homini recta, nouiſſima vero eius ducunt ad interitum. Quarto, triſtantur ſancti compaſſione. Recolentes enim domini Ieſu paſſionem, iniurias, perſecutiones, dolores & mortem, tandemq; quod horũ omnium ipſi cauſa eidem fuerint, dolent atque triſtantur. Si enim flagitioſis, & pro ſuis ſceleribus patientibus compatimur, quomodo virtuti ac ſtudio pietatis deditis, aut propter pietatem innocenter patiẽtibus? Quomodo, inquã, domino noſtro Ieſu Chriſto, pro nobis, non pro ſe patiẽti non compatiemur? Hoc igitur modo omni-

Auguſt.

Eccle. 9

Prou. 14

omnibus eius mẽbris etiam corporaliter
infirmis compatiendum eſt. In huiuſmo-
di ſancto luctu & triſtitia fuit Dauid ſan
ctus,faciens pſalmum illum quinquageſi
Pſalm.50 mum:Miſerere mei Deus, propter grauẽ
2.Reg.12 offenſionem Dei amouendam,quam in a-
2.Reg.18 dulterij reatu cõtraxerat. Luxit nihilomi-
nus alienum peccatum. Nam filij ſui Ab-
ſolonis, ex filio facti acerrimi perſecuto-
ris mortem grauiter luxit,non quod mor
1.Reg.15 tuus eſt,ſed quia in peccatis grauibus atq;
ſceleribus mortuus eſt. Samuel luxit etiã
regem Saulem vſq; ad diem mortis ſuæ,eo
quod hunc inobedientẽ ſibi Deus abiece-
rit. Eſt triſtitia tertia,quæ noxia eſt & ma-
la. Hæc eſt tædium in diuinis faſtidiumq;
humanæ conuerſationis. Hanc comitatur
interdum deſperatio. Contra hanc triſtiti
am aſſumendus feruor, excitanda deuo-
tio,& contra ſuam quoq; inclinationem
introducenda frequentandaque ſunt exer
citia pietatis. Si enim triſtis huiuſmodi ſo
lus in melãcholia ſibi dimiſſus fuerit, niſi
pura valde fuerit eius conſcientia, aut ſin-
gularis protectio diuina,ad graue pericu-
loſumque facinus vix illum non tentabit
inimicus. Vbicunq; igitur mala fuerit cõ-
ſcientia, ibi triſtitia huiuſmodi multo o-
mnium maxime eſt periculoſa. Horren-
dum eſt de huiuſmodi tentationibus, quę
ſiue ex irregulata irrationabiliq; triſtitia,
ſiue ex ea triſtitia, quam facinoroſa parit
pręcedens vita naſcuntur,loqui:ne hi qui
ſolitarie viuunt,aut puſillanimes, aut me-
lãcholici & manici aliqua ex parte ſunt, ſi
2.Cor.7. bi ipſi cogitationes periculaque faciunt de
linquendi. Satis eſt apoſtolum Paulum di
Ibidem xiſſe: Seculi triſtitia mortem operatur, cũ
tamen alibi de pœnitentium triſtitia glo-
rietur bona. Si contriſtaui,inquit, vos in
epiſtola,non me pœnitet,ſed gaudeo: nõ
quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati
eſtis ad pœnitentiam, contriſtati enim e-
ſtis ſecundum Deum. Eſt præterea triſti-
tia mala quæ oritur ex inuidia, & torque
tur felicitate alienâ. Eſt etiam triſtitia ma
la ex priuato amore, & ex immortificatio
ne propria, aut quia aliquid fit quod con
tra ſuam voluntatem, aut quod contra iu
dicium ſuum ac conſilium fit. Hoc modo
2.Reg.17 contriſtatus fuit Achitophel, quia conſi-
lium Cuſi melius videbatur, & magis pro
babatur, quàm ſuum. Contra hanc tri-
ſtitiam, non ſanius eſt conſilium, q̃ mor-
tificato proprio amore, mortificata om-
ni propria ac ſuiipſius quæſitiõe domino
Deo ſe reſignare, atque exiendo omnem
proprietatem ſiue iudicij,ſiue conſilij,ſiue
voluntatis paratum & reſignatum ſe of-
ferre in omne beneplacitum Dei. Hæc re-
ſignatio generat pacem & lętitiam cordis,
malamque omnem propulſat triſtitiam.
Conſultiſſimum proinde tempore nos eſ-
ſe reſignatos atque in omne Dei benepla-
citum nos abnegemus, vt id quod tolerã
dum eſt toleretur libenter propter domi
ni voluntatem, noſtraque voluntas in o-
mnibus ſubijciatur Deo. Quando ergo tri
ſtitia ſuper nos venit,memores ſimus pro
miſſionis Chriſti,qua dixit: Mundus gau Iohan.16
debit,vos autem cõtriſtabimini. Quaſi di-
ceret: Mundi eſt in præſentiarum gaude-
re, quia dura nimis eos triſtitia poſt hanc
vitam obruet. Vos autem amici mei quos
poſt hãc vitam lætitia manet ſempiterna,
hic cõtriſtabimini,hoc eſt,triſtia patiemi-
ni,eritiſq; tam pro veſtris peccatis & defe
ctibus,quàm pro alienis gementes & affli
cti. Sed triſtitia tamen veſtra vertet̃ in gau
dium. Non in hoc ſolum quod terminabi
tur in æternam lætitiam futurã, ſed quod
etiam hic vertetur in gaudium,quo amici
mei hic gaudeant in aduerſis, lætentur cũ
pro mea gloria paſſi fuerint,ſitq; eis deſide
ratum pro mei amore cõtriſtari. Hoc gau-
dium centuplo eſt nobilius atq; ſuauius
gaudio mundano, quod gaudij nomine
indignum eſt. Hoc gaudiũ ſpiritus eſt in
hoc exultantis,quod aliquid habet agere,
pative,quo ſuum oſtendat erga Deum a-
morem. Memor eſto Dauidis perſecutio 2.Reg.17
nem filij ſui & maledictionem Semei hu-
militer ferentis: quõ nudis pedibus nudo
que capite incedebat fugiens & flens,quã
humili ac reſignato animo in eandẽ ſe ſub
miſit tribulationem,nec vi⁊ ſibi maledicẽ
tem puniri conſenſit,ſed de manu Dei om
nia hęc ſibi iuſte intellexit euenire. Flebat,
inquam,ſed ex reſignatione atq; humili-
ma ſuiipſius ſubmiſſione in illam tribula-
tionem q̃ ſuſcepit patiẽs ac mitis,nec mur
murauit, ſed mente gauiſus ac ſpũ Deum
laudauit. Hoc eſt ergo gaudiũ quod ſuis
hic dat amicis Deus, vt licet triſtia ferant,
in triſtitia tamen non ſunt triſtes, hoc
eſt, grauati non ſunt, ſed alacres, & fer-
uidi. Quibus non ſolum poſt hanc vi-
tam, ſed hic etiam triſtitiam illorum ver-
tit in gaudium Deus. In gaudium, in-
quam,huiuſmodi quod nõ auferetur,hoc
eſt,

eſt, quod hic quidẽ aliquo modo incipit, ſed poſt hanc vitam perficitur, largiente id domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

DOMINICA III. POST OCTAuas Paſchæ: Epiſtola beati Iacobi apoſtoli, I.

OMne datum optimum, & omne donum perfectũ deſurſum eſt, deſcendens a patre luminum. Apud quẽ non eſt tranſmutatio, nec uiciſſitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos uerbo ueritatis, ut ſimus initium aliquod creaturæ eius. Scitis fratres mei dilectiſſimi. Sit autem omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquẽdum, et tardus ad irã. Ira enim uiri iuſtitiã Dei nõ operatur. Propter quod abijcientes omnem immundiciam, & abundantiam maliciæ, in manſuetudine ſuſcipite inſitum uerbum, quod poteſt ſaluare animas ueſtras.

PARAPHRASIS IN EANdem epiſtolam.

HOrtatur nos Apoſtolus Iacobus ad verã noſtri cognitionẽ & humilitatẽ, qua cognoſcamus nihil q̊d à Deo receperimꝰ, quantũlibet ſit illud boni, nos habere. Quid enim habes inquit Paulus quod non accepiſti? Dicit igitur: Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à patre luminum. Quod patrẽ dicit luminum, creatorẽ vult dicere angeloꝝ, q lumina ſunt regni cœleſtis & aſtra. Veꝝ, quod dicit datũ optimum & donum perfectum, dubium non eſt vbi optimum fuerit ibi eſſe quoque & melius. Vbi perfectum, ibi eſſe aliquid etiã quod minus fuerit perfectum. Dona igitur Dei cũ varia ſint ac multa, et in multipliciquoq; differẽtia, oĩa tamen quæ habemus bona, à Deo nobis donata ſunt. Sequitur: Apud quem nõ eſt vlla mutabilitas. Quicquid eñ agit aut vult adeo eſt excellẽter bonũ, vt melius nõ poſſit eſſe, ideo ſtabilitas apud eũ eſt pax, ſerenitasq; æterna, q̃ nulla poſſit mutatione, nulla præteritione ſuggeſtione ve, nulla deniq; viciſſitudinis obumbratione perturbari. Neque enim propter merita noſtra, ſed gratuito, & pro voluntatis ſuę bonitate ac liberalitate nos regenerauit de tenebris ad lucem, in adoptionem filiorum Dei, verbo veritatis propter nos incarnato & nobis prædicato, vt ſimus initium, id eſt, principatum habentes, ac veluti primitiæ creaturæ eius, vtpote reliquis creaturis digniores & excellentiores. Scitis hæc omnia fratres mei dilectiſſimi, nempe ex Deo quicquid ſumus nos eſſe, & nobis per Oſee à domino dictum: Perditio tua ex te Iſrael, ex me tantum auxilium tuum. Scitis præterea qua dignatione vos regenerauit in filios adoptionis Deus. Quamobrem decet erga illum qui in nos contulit beneficia eſſe nos quomodo illi placeamus, & quomodo ei ſeruiamus ſolicitos. Sit igitur omnis homo velox ad audiendum quæ ſalutaria ſunt, vt percipiat non quæ curioſa ſunt, ſed quæ audire neceſſario oportet. Sit autem tardus ad loquendum. Loquendo namque periclitatur homo, quàm audiendo citius. Parce igitur, & tarde, & vbi neceſſitas vtilitaſve exigit, eſt loquendum. Siquidem vbi innocentia damnatur, vbi negatur veritas, vbive opprimitur iuſtitia, nõ eſt tacendũ. Alioquin in multiloquio ocioſo non deeſt peccatum. Sit denique vnuſquiſq; tardus ad iram. Vide tamẽ quia non dicit omnino non iraſcendum, ſed tardos nos eſſe debere ad iram. Vt tunc dũtaxat ira aut ſeueritate vtamur, quando alia cõſilia aut remedia, qbus à peccato extrahendus peccator foret, iuuare non poſſunt. Cur autẽ ad iraſcendũ tarde eſſe debeamꝰ ratio eſt: Ira eñ iuſtitiã Dei non operatur. Quare? Quia cum ſit iuſtitia implere Dei mãdata (Implere vero Dei mandata, abſq; ꝓximi charitate nemo poſſit. Charitati vero ira repugnat,) recte dicit̃ irã non operari Dei iuſti-

Margin notes: 2.Cor.4 (beside "inquit Paulus quod non accepiſti"); Oſeæ (beside "bis per Oſee à domino dictum"); Prou.10 (beside "Alioquin in multiloquio ocioſo")

iuſtitiam. Propter quod abijciẽtes omnẽ
immundiciã tam carnis q̃ ſpiritus, oĩaque
inquinamẽta vr̃a, & abundantiã maliciæ
.i. tam prauitatem q̃ intus in animo eſt, &
tunc abundat, qñ in ſigna, in verba, in ope
raq́ꝫ foras erũpit, in manſuetudine, nõ in
contẽtione aut diſputatione, ſuſcipite ver
bum quod à Chriſto in apoſtolos & inde
vobis inſitũ, hoc eſt, ſeminatum aut plan=
tatũ eſt, quod ſeruatum ſaluare poteſt ani
Lucæ 11 mas veſtras. Beati enim qui audiunt ver=
bum Dei, & cuſtodiunt illud.

EXEGESIS EVANGELIJ DOMINICÆ III. POST OCTAUAS PASCHÆ, IOHAN. XVI.

VADO AD EVM
qui me miſit. Et reli.
Collegerat ſibi do=
minus Ieſus diſcipu=
los, per quos colligi
quoque volebat plu
res alios, & per hos
item alios: & hoc mo
do vſqꝫ in finem mundi eſt collecturus ſi
bi diſcipulos, filios ſcilicet ſuæ adoptiõis,
quos hic miniſtros poſtea vero ciues & co
Ephe. 1 hæredes regni ſui, participesq́ꝫ fieri beati=
Rom. 8 tudinis ſuæ conſtituit. Hos ab æterno ele=
Ephe. 2 git, hos prędeſtinauit, hos vocauit, hos de
nique vt ſalui fiant iuſtificat. Dicit enim
Iohan. 17 alibi: Volo pater vt vbi ſum ego, et illi ſint
Iohan. 12 mecum. Et denuo: Et vbi ego ſum, illic &
miniſter meus erit. Quando igitur vicinũ
inſtabat tempus quo per mortẽ abiret ad
patrẽ qui miſerat illum de mundo, et quia
non multo poſt erant eum in hac mortali
ſpecie diſcipuli deinceps non viſuri, prædi
cit chariſſimis quos tunc habebat in mũ
do ſuum receſſum, quo non deſperent eũ
ſequi, eſſeq́ꝫ cũ eo, vbicunqꝫ fuerit ille. Ad
hoc inuitat ſuos, nõ ſolũ apoſtolos, verũ
nos etiã vt ſequamur, promittẽs nobis cõ
ſolatorem atqꝫ ductorem, qui doceat et di
rigat nos, ſpiritum ſanctum, dicens:

Vado ad eũ qui me miſit, et nemo
Iohan. 13 ex uobis interrogat me: Quo uadis?

Quaſi diceret: Vos filioli mei q de hoc
Iohan. 24 mundo non eſtis, quia à me electi primũ,
elegiſtis me ſeq, vt vbi ego ſum, ibi & vos
ſitis. Iam à vobis iuxta hanc formam viſi=
bilem recedo, qua hactenus me vidiſtis
in hoc ſeculo. Non me, vt modo cernitis,
poſthac habebitis, nõ me ita videbitis ſem
per. Vado autem quidem per paſſionẽ, &
mortem, paulopoſt vero per reſurrectio=
nem & aſcenſionẽ. Vado, inquã, ad patrẽ, Iohan. 13
& nemo ex vobis interrogat me: Quo va=
dis? Interrogauerat quidẽ ex me Petrus,
dicens: Dñe quo vadis? cũ abituꝝ ad paſ=
ſionẽ pauloante me indicarẽ. Cui reſpõdi:
Quo vado, non potes me ſequi modo. Ne
qꝫ em̃ infirmitate adhuc grauati ſequi me
poteſtis mortẽ propter me & mecũ nunc
excipiendo. Veniet tamen tẽpus quo ali=
quando poſtea me ſequamini, puta vbi p̃
ceſſero, & ſpiritũ ſanctũ, cuius virtute ro=
borabimini oẽs, miſero. Iam vero de aſcẽ=
ſione loquens mea, qua iturus ſum in cœ=
lũ, vobis dico hanc adeo vobis fore mani=
feſtã, vt nemo tunc ſit futurus qui me quo
vadã, interroget. Quomodo em̃ dubitare
tis, aut quõ interrogando aliquid diſcere=
tis, quod oculis ipſi tunc palã videbitis?

Sed quia hæc locutus ſum uobis,
triſtitia impleuit cor ueſtrum. Sed e=
go ueritatem dico uobis: Expedit uo
bis ut ego uadam.

Quia hæc quæ pauloante prædixi, lo=
cutus ſum vobis, puta ea quod poſt meũ Iohan. 16
abitum perſequentur vos, abſque ſynago= Matth. 10
gis facient vos, eritisq́ꝫ mundo adeo exoſi, Lucæ 16
adeo abominabiles, vt quiſquis interfece= Iohan. 16
rit vos, arbitretur obſequium ſe præſta=
re Deo, triſtitia impleuit cor veſtrum. Pu=
tatis em̃ quod ex meo receſſu manebitis
prorſus deſolati. Verũ tamẽ triſtitiã hanc
à vobis pellite. Neqꝫ em̃ propterea ꝙ à vo
bis abeo eritis miſeriores nec recipietis dã
ni aliquid, ſed potius cõmodi adferet mul
tum vobis meus abitus. Nã licet inuiti tri
ſtesq́ꝫ id audiatis, non poſſum tamen non
dicere vobis veritatẽ, ꝙ expedit etiam vo
bis vt vadam. Nam quamdiu vobiſcũ ſum
hic præſens corporaliter, neqꝫ patris, neqꝫ
etiã mei verã capietis notitiam. Dulcis eſt
vobis mea præſentia corporalis, quare vt
filij ad matrẽ ad me in oĩbus curritis, nihil
interim diſcentes rogare patrem in ſpiri=
tu, nec ad cœleſtia et ad patrem veſtrũ vos
orando erigitis, ſed ad me tantummodo,
quõ ad hominẽ homines, curritis cõfugi=
tisq́ꝫ. Expedit igit̃ vobis vt hęc forma ſer=
ui, q̃ ſenſualiter diligitis, auferat̃ à vobis, Heb. 5
ne ſemp̱ lacte iſto cõtẽti infãtes maneatis. 1. Pet. 2

Si enim non abiero, paracletus non
ueniet ad uos.

Niſi

Niſi abiero à vobis,niſi in qua requieſci
1.Cor.2 tis,carnalē meā vobis præſentiā ſubtraxe‑
ro,paracletus non veniet ad vos. Quam‑
diu carnaliter me eſuritis,tamdiu ſpiritus
capaces non eſtis. Apoſtoli in Chriſti prę
ſentia corporali toti quieſcebant,& in illū
omnē ſui transferebant curā, gaudētes in
ſuauiſſima illius allocutione,conuerſatio‑
ne,& eruditiōe. Volebat autem dominus
Ieſus eos habere perfectiores, ne ſecundū
humanitatem tātum ſe amarent,& in hac
ſociali conuerſatione fiderent ſibi,hoc eſt,
Chriſto. Sed(vt factum eſt poſt eius aſcen
ſionem)diſcerent recurrere ad Deum, ſu‑
as ibi neceſſitates & ſolicitudines offerē‑
tes,orantesque creſcerent in ſpiritu. Vo‑
luit eos fieri ambiguos in agendis, recur‑
rere ad Deum,ſeſe illi commendare,illi fi‑
dere,illum rogare,ab illo exaudiri, atque
Chriſtum quoque non,vt ante,carnaliter
cognoſcere,hoc eſt,ſecūdum carnem, ſed
ſpiritualiter. Erat enim Chriſtus dulcis,
mitis,benignus,amabilis,ſecundum hu‑
manam conuerſationem, & iuxta huma‑
num modum amandi illū ſuauiſſime dili‑
gebant apoſtoli, illiq́ʒ inhærebant: quare
altius ſe ad puriorem diuinitatis contēpla
tionem erigere non poterāt. Eamobrem
dixit, quod verum erat, neceſſarium fore
vt illis Chriſtus ſub ſpecie ſubtrahatur hu
mana,vt iam non ſecundum carnem, ſed
ſecundum ſpiritum cognoſcerent ac dili‑
gerent Chriſtum, nō tanq̃ hominem, ſed
tanq̃ Deum. Sed videndum hic, ſi Chriſti
viſibilis aſpectus,eiusq́ʒ conuerſatio quāli
bet ſancta,tamē adhuc humana,erat apo‑
ſtolis occaſio qua impedirentur, recipere
ſpiritum ſanctum,quō non impediet nos
vel proprius amor,et aut naturalis aut ſen
ſualis erga creaturas, quo minus ſpiritua‑
les efficiamur? Si,inquam,vt verbis diui v‑
Bernardus tar Bernardi, apoſtoli carni diuinæ adhæ‑
rendo eius quæ ſancti ſanctorum erat,ſpi
ritu ſancto repleri non poterant, quid tu
qui carni tuæ quæ ſordidiſſima eſt ita con
glutinatus es, vis recipere ſpiritū ſanctū?
Delicata certe eſt diuina cōſolatio,nec da
tur admittētibus alienam. Sed dicit quis:
Chriſtus non potuit ſpiritum ſanctū da‑
re hic in terris? Potuit quidem, ſicut & in
die paſchæ fecit, ſed non decuit vt in illa
plenitudine daret,qua dedit in die Pēthe‑
coſtes. Nam circa apoſtolos obſtabat im‑
pedimentum, quod eorum erga Chriſtū
amor,quum ambularet inter eos, erat ſen
ſualis quodammodo, iccirco minus capax
ad recipiendum ſpiritum ſanctum,præſer
tim in ea plenitudine, qua poſt domini a‑
ſcenſionem illum receperūt. Decebat quo
que vt non daret ſpiritum ſanctum domi
nus Ieſus,niſi paſſione conſummata poſt
reſurrectionem, cū iam ſederet Chriſtus
in ſede regni. Quomodo enim daret apo‑
lis ſpiritum ſanctum nondum fuſo ſangui
ne quo erant redimendi ac adoptandi? Se‑
quitur itaque.

Si autem abiero, mittam eū ad uos.

Hoc eſt,faciam vos ſpiritualiter viuere,
& de me veram fidem habere. Cognoſcē‑
da hic eſt gratia domini noſtri Ieſu Chri‑
ſti,& pro magno eſt beneficio habendū,
ſi quando terrenas noſtras conſolationes
nobis adimit, ſi delinquendi tollit occaſi‑
ones. Videmus nāq́ʒ quanta ſit malicia no
ſtra,quanta delinquēdi pnitas. Heu quan
tum fallimur,& cupientes de mundo ali‑
quid habere,& de ſpiritu nihil amittere.
Certe mundus & caro hic in regione ſua
verſantur,ſpiritus autem hic peregre con
uerſatur. Non eſt hic eius patria. Quare
cum tres habeat hoſtes, puta dæmonem,
carnem,mundum,& horum quiuis extra
diuinam protectionem, quàm ſpiritus ſit
validior,quādo iā vbi tres hic domi ſunt,
vbi roborantur tanquam in regno ſuo ſpi
ritui aduerſantur,quę ſpes,niſi diuina ad‑
eſſet & gratia & protectio,ſpiritui eſſet vi‑
ctoriæ? Roborat autem Deus ſpiritum vt
hoſtes hos tres in ipſorum proprio regno
cōterere & proſternere valeat, modo ſibi
ipſi non deſit. Aufert enim occaſiones vn‑
de caro inſoleſcit,mittit infirmitates,per
ſecutiones, captiuitates, paſſionesq́ʒ, qui‑
bus carnis atteritur petulantia. Subiugat
hunc hoſtē ſpiritui. Viribus enim exhau‑
ſta caro afflictaq́ʒ, quid rebellare poteſt?
Deinde alium hoſtem eneruat,quo ſpiri‑
tus confortetur. Nam paupertatem & cō
temptum dans homini, quo vana gloria
ſuperbiaque proſternatur, quid aliud fa‑
cit,quam vt mundum faciat ſpiritui ſubiu
gari, aut(vt verius loquar)vt faciat à ſpi‑
ritu mundum contemni? Si itaque hac cō
moditate vti voluerit ſpiritus, vt ea quę ſi
bi in ſui erectionem Deus adminiſtraue‑
rit,ipſe quoque in robur ſui conuertat,fa‑
cile duobus his hoſtibus præualebit. Qui
bus certe euictis non haberet hoſtis terti‑
us diabolus, quo læderet ſpiritum, carne
ſubiu‑

ſubiugata, mundoque ſpreto. Vtitur em̃ ille incitamentis ſuis ex carne & mundo, quibus impugnare aut fallere ſpiritũ molitur. Nos vero cum deberemus omni vi-
Col.3 gilantia corpora noſtra mortificare, cum omnia quæ ſunt mundi à nobis, id eſt, ex animo noſtro deberemus proſcindere, ſumus amatores carnis noſtræ & mundi, blandimur carni, & mundus nobis blanditur: iccirco manemus ſemper in pugna, nunquam victores. Manet nobis noſtra infirmitas, nec nobiſipſis vim inferre poſſumus. Certum quomodo gratias non agemus Deo noſtro, ſi ipſe, licet per triſtiſſima quæque, nobis, hoc eſt, ſpiritui ſubiugat crucem, mundumque reddit à nobis alienũ? Et quid interea magis ſperare nobis licet, quàm vt ſubiugatis & in captiuitatem redactis his, ſpiritus ſanctus detur nobis? Conſultiſſimũ igitur eſt Deo ſemper reſignatum eſſe, eius ſe prouidentię cõmittere, de eius manu cuncta ſuſcipere, & quicquid ille ſuper te permiſerit vtiliſſimum credere. Certiſſimum namq; eſt adipiſci poſſe neminem perfectionem, qui in delicijs viuit, qui carnis & creaturarum amore tenetur, & qui in externo adhuc homine moratur. Omnino vt iuxta interiorem viuat hominem neceſſe eſt, quiſquis ad perfectionem anhelauerit. Eſt enim interna vita pijs omnibus adeo neceſſaria, vt ſine illa ſpiritualis vita nec eſſe, nec poſſit amari. Impoſſibile eſt quoq; vni adhærere, qui multis intendit.

Et cum uenerit ille arguet mũdum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia nõ crediderũt in me. De iuſtitia uero, quia ad patrem uado: & iam non uidebitis me. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt.

De tribus arguet mũdum ſpiritus ſanctus. Primo arguet de peccato infidelitatis, hoc eſt, de omnibus peccatis. Nominãdo enim cũctorum peccatorum radicem & ſcaturiginem, infidelitatem ſcilicet, oĩa nominat peccata. Neq; enim vllum peccatum deleri poteſt, aut non argui vbi eſt in
Hebr.10 fidelitas. Sine fide em̃ impoſſibile eſt placere Deo. Et quamdiu infidelitas manet, omnia peccata manent. Quia, inquit, non crediderunt in me. Non credendo aũt oĩa eorũ peccata manent ſuper eos. Secũdo arguet mundum de iuſtitia, non de iuſtitia quã homines ſunt mundani operati, ſed de iuſtitia Chriſti, quã videntes non ſunt imitati. Chriſtus em̃ docens eos iuſtitiam, hoc eſt, iuſte viuere, nõ eſt auditus. In hoc autem manifeſtata eſt Chriſti iuſtitia eiuſque prædicatio eſſe vera, qm̃ ad patrem vadit, à quo haudquaq̃ foret cognoſcẽdus, ſi mẽdax, aut iniquus eſſet propheta. Modo vero iuſtus inuenitur, qa ad cœlũ aſcendit glorioſus. Poteſt etiam dici mundum argui ex iuſtitia credentium, quos noluerunt impij imitari credendo aut bene viuendo, ſed magis deſpicere & ridere. Arguet tertio mundum de iudicio, quod nõ expauent, cum ex principe ſuo diabolo iã merito diſcerent quantũ timere deberẽt, quẽ vidẽt iam iudicatũ. Vnde ſuum æque habent expectare iudicium cum illo.

Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modo. Cum autẽ uenerit ſpiritus ille ueritatis, docebit uos omnem ueritatem.

Adhuc multa habeo vobis dicere de credendis, de regimine eccleſiæ, de myſterijs docẽdis atq; tradẽdis, de ſtatu futuri ſeculi, & de conſummatione ſeculi. Verum nõ poteſtis portare modo. Eſtis enim inepti, pleni triſtitia, & formidine ad audiẽdum. Accedit quod quamdiu vobis nõ eſt eruditio neceſſaria, parum attenditis. Veniet tempus cum ego vobis ſubtractus fuero, tunc in vos intrabunt ambiguitates, orieturq; in cordibus veſtris quæſtiones, quibus diſſoluendis neceſſarium erit vt vobis adſit ſpiritus ſanctus, qui eſt ſpiritus veritatis, hoc eſt, doctor & fons veritatis, & ille tunc docebit vos omnem veritatem. Nec ſua tãtum, nec à patre & à me difformia, ſed eadem & quę tã pater quàm ego docemus, docebit. Pro his igiť omnibus neceſſarium eſt vt vadam, pro vobis patiar, vos redimam, vobis reſurgam, coram vobis in cœlum aſcendam, indeque ſpiritum vobis ſanctum mittam, qui vos illuminet, confortet, dirigat, mundumq; arguat, hoc eſt, vos impleat, vobiſq; ſcientiam, animum & diſcretionem arguendi mundũ tribuat. Vos enim eſtis, per quos mundũ arguet ſpiritus ſanctus. Quapropter ante vobis dixi nõ timere aut pręmeditãdo anxiari quid loquamini. Dabitur

Y enim

Matt. 10 enim vobis ſpiritus,dabitur vobis os & ſa
Lucæ 21 pientia, cui non poterunt contradicere omnes aduerſarij veſtri. Ad obtinendũ igitur ſpiritum ſanctum et nos chariſſimi ad interna confugientes,& delicta noſtra lugentes viuamus caſti,pij,ſimplices,& tam ab omni affectione mala puri,quàm ab inutili occupatione liberi.

Nõ enim loquetur a ſemetipſo,ſed quæcunq; audiet loquetur, & quæ uentura ſunt annunciabit uobis.

Quõ ſpiritus ſanctus non eſt à ſemetipſo ſed à patre et filio,ita quoq; poteſtatẽ, ſcientiam,& quicquid habet,ſuſcepit à patre et filio. Dicit igitur:Non enim loquetur à ſemetipſo,hoc eſt, non vos illuminabit per allocutionem internam virtute ac ſcientia non recepta,ſed à patre filioq́; ſibi communicata. Caue tamen ne putes propterea minorẽ ſpiritum ſanctũ q̃ patrem & filium, qm̃ ſanctæ Trinitatis vna eſt natura,vna eſſentia,vna virtus,vnaq; poteſtas. Loquetur vobis.i.eccleſiæ. Quæ enim hic de ſpiritu ſancto promittit,nõ ſolis apoſtolis,ſed vniuerſæ eccleſiæ promittit. Cui vſq; in finem mundi loquetur per inſpirationem quæcunq; audiuit à patre & filio,ab æterno proceſſiõis ſuæ à patre & filio. Nunq̃ igitur deſeret eccleſiam ſuam, cui inter ambigua reuelat veritatem. Nec dubitandum eſt de eius veritate,quãdoquidem non alia q̃ pater & filius loqui
Iohan.8 tur. Spiritus vero malignus ex proprio loquitur,quia quicquid loquitur,ex mendacio loquitur,qui eſt mẽdacij pater. Et quæ ventura ſunt annunciabit vobis. Oſtendit apoſtolos futuros prophetas. Nonne apoſtolo Iohanni,imo in eo vniuerſæ eccleſię
1.Pet.4 futura(quæ Apocalypſis eius teſtatur) an
1.Petri 1 nunciata ſunt? Quàm multa itẽ Petro &
2.Pet.3 alijs apoſtolis,puta de vocatione & purifi
1.Theſ.4.5 catione gẽtium, de nouiſſimis quoq; tẽpo
Roma.2 ribus reuelata ſunt? Quàm multa deniq;
1.Cor.11 Paulo de vltimo aduentu Chriſti,de Antichriſto,de iudicio,de cœna quoq; dominica,et ritu Euchariſtiã ſumendi reuelauit ſpiritus ſanctus? Aliaq; alijs multa, quæ non ſcribendo,ſed loquendo nobis tradita ſunt, & per ſucceſſionem anteceſſorum noſtrorum ad nos vſq; venerunt.

Ille me clarificabit,quia de meo accipiet,& annunciabit uobis. Omnia quęcunq; habet pater,mea ſunt. Propterea dixi:Quia de meo accipiet, et annunciabit uobis.

Spiritus ſanctus Chriſtum clarificauit (quõ de eo hic Chriſtus prædicit) implẽs apoſtolos,diſertosq; eos faciens, vt abſq; timore loquerentur,in eius nomine ſigna facerent & miracula, quibus Euangelicæ eius prædicationi & diuinitati atteſtarentur. Ille,inquit,de meo accipiet, eſſentiam & ſapientiam bonitatemq́; à me procedendo eandem habens,& annunciabit vobis, puta oĩa quæ vobis ſcitu neceſſaria ſunt, quęve ad regimen pertinent eccleſiæ. Oĩa q̃cunq; habet pater,mea ſunt. Eadẽ em̃ & ipſe habeo,quia nobis vna eſt eſſentia,vna deitas,et vna natura. Cũ igitur ab vno ꝓcedat ſpiritus ſanctus, dixi propterea, ꝙ ille de meo recipiet, & annũciabit vobis. Itaq; chariſſimi,vt ſua pręſentia nos dignetur ſpiritus ſanctus,ſimus puri & immaculati corde,& caſti corpore viuentes in dilectione, & obediẽtia domini noſtri Ieſu Chriſti,q eſt benedictus in ſęcula, Amen.

SERMO I. DE EADEM dñica. Quæ ſit Chriſti uia ad hominẽ,hoĩſq; rurſus ad Deum.

VAdo ad eum qui me miſit. Iohann. XVI. Nulli dubium eſſe poteſt miſſum eſſe domi Matth
num ad oues quæ perierunt dom⁹ Iſrael,nec minime ambiguum ſaluatorem in mundum veniſſe ad ſaluandos eos omnes,quotquot vel ex gente Iudæoꝝ vel paganoꝝ prædeſtinati Ephes
ſunt ad vitam. Cur enim venit medicus, niſi vt ſanet ægrotos? Cur venit ſaluator, niſi vt ſaluet eos ſcilicet qui pereunt? Miſſus igitur eſt dominus in mundum ſalua
tor,non vt iudicet mundũ,ſed vt ſaluetur Iohan.3 Matt.1
mundus per ipſum. Venit vt ſaluũ faciat populum ſuum à peccatis eorum. Itaq; ad nos venit Chriſtus, & propter nos venit, vt ad ſe nos reduceret. Nuſquã nobis bene eſt,niſi cũ illo. Nulla enim res eſſe quie Augus
ta poteſt, niſi finem ad quem creata eſt, & quem naturali inſtinctu quærit,adepta fuerit. Cum finis itaq; ſit hominis eſſe cum Deo,non ſatiabitur vnq̃ quamdiu cum illo non fuerit. Chriſtus autem miſericordiſſimus videns hominem ſuo priuari fine,nec poſſe hunc obtinere eundem quo ad Deum ſuũ perueniat, venit ipſe ad hominem,vt hunc doceret modum,& viam venien-

veniẽdi ad Deũ. Oſtẽdit ei viuendi modũ in ſeipſo, quem imitetur qui cupit ſeruari. Nec viã modũq; ſequendi ſolum oſtẽdit, ſed iuuat præterea infirmitatẽ noſtram, al-
Iohan.14 licit volẽtes, ducit euntes, excitat nolẽtes, titubantes regit ac tenet, hæſitãtes trahit. Poſtremo ſeipſum exhibẽs viã. Ego ſum inquit, via veritas & vita. Nemo venit ad patrem niſi per me. Videamus igitur quo iuit. Illuc enim tendere nos oportet, ſi voſumus ſequi. Nempe ad patrem iuit, ibi inueniemus eum. Sed quomodo dicis, illuc peruenіemus? Certe ambulãdo eius vias, quas nobis præmonſtrauit. Ab his haud quaq̃ recedendũ eſt nobis. Scrutemur igi-
Prou.3 Sapi.7 tur quæ ſint viæ eius, & interrogemus de ſemitis eius. Viæ enim eius, viæ pulchræ, & ſemitæ eius pacificæ. Prima itaq; eſt via Chriſti, mundicia & puritas. Candor eſt em̃ lucis æternæ, & ſpeculũ ſine macula.
Iſaiæ 35 Proinde non ambulat niſi vias mũdas, & nemo illũ ſequitur, niſi q munda graditur via. Nam via eius ſancta vocabitur, & alienus nõ tranſibit per eã, ſed ambulabũt per eã qui liberati & redẽpti fuerint à dño. Ergo immundus & luxurioſus nõ ſequitur Chriſtũ. Qui peccata ſua nõ lauat lachrymis, qui peccata ſua nõ odit ac deteſtatur, qui nõ confitetur, qui nõ erubeſcit, q non dãnat, & qui ſe corrigere non ſtatuit, non ambulat poſt Chriſtũ. Quicunq; em̃ huiuſmodi eſt, adhuc in ſordibus eſt. Qui itẽ delinquendi pręuaricandiq; habet propoſitum, non ſequitur Chriſtũ. Qui obſcœnis quoq; vltro oblectatur cogitatiõibus, non ſequitur Chriſtũ. Quẽ ergo ſequitur, non ſequens Chriſtum? Eum ſcilicet, qui obſcœnis omnibus delectatur ſpurcitijs, ſcilicet diabolũ. Neq; enim alia eſt via niſi
Matt.8 hæ duæ: quarũ altera poſt Chriſtum, altera poſt diabolũ reſpicit. Gloriatur enim et diabolus ſuos ſe habere amicos, ſui imitatores, & quidem habet valde multos. Eſt
Matth.5 enim immundicię amator diabolus. Iccirco ſe mitti rogauit in porcos. Diligamus nos mundiciã, ſanctimoniã, caſtitatem & puritatẽ cordis. Beati em̃ mundo corde, qm̃ ipſi non ſolũ poſt Chriſtum ambulabunt, ſed etiã Deum ipſi videbunt. Videbunt quia ſequuti Chriſtum mundiciam cordis dilexerunt. Obſerua tamen diligẽter, ꝙ nominat mundiciam cordis. Siquidẽ exterior corporis mundicia nihil prorſus facit ad ſanctitatẽ, tametſi ad vanitatẽ conferat plurimũ. Certe qui pollutũ cor gerit ſub externa mundicia externoq; cultu corporis, ſimilis eſt (quomodo phariſęos Chriſtus cõparat) ſepulchro dealbato. Matt.23
Nõ tamen de his hic loquor, q tẽtationes carnales, immũdaſve cogitatiões ſuſtinẽt inuiti, ſiue id in carne, ſiue in corde tantũ agatur. Quãdiu em̃ reſiſtunt, q̃diu nõ acquieſcunt delectationibus ſeu peccatorũ, ſeu cogitationum, q̃ nõ ex ſolo actu cogitandi, ſed ex rebus oriũtur cogitatis, q̃diu vel tentatiõibus vel tentationũ importunitate tædioq; reſiſtendi nõ vincuntur, vt iã repugnare deſiſtant, nihil habent damnationis, quia labor & preſſura in reſiſtendo, hoc eſt, in defendẽdo ſe, ne cõſentiant ſcilicet tollit vulnera leuia. Maxime aũt eadem ſanat charitas, q̃ conflictũ pugnãq; hanc ſuſtinet ꝓpter Deũ. Cõſolare igitur qſquis in pugna verſaris cõtra huiuſmodi carnis inſultus, aut cõtra cordis obſcœnas phantaſias, quas pateris inuitus. Quicquid em̃ in cogitatione volutetur, quicqd ſentiaꝛ in carne, q̃diu repugnas, q̃diu non tanq̃ victus ac conſentiens nõ ceſſas repugnare, nulla eſt tibi dãnatio. Diſpliceat ꝙ improbe ſe ingerit rationi, rationaliſq; voluntas ab illo diſſentiat, quicquid etiã appetitus ſenſitiuus q non eſt voluntas rationis optet, & erit virtutis exercitiũ, nõ exterminium. Poteſt fieri vt leuia quædam peccata in prælio hoc, ceu vulnera parua contrahantur: charitas tamen qua pugnã, pugnæq; preſſuram, pro virtute, & ne deũ offendas, ſuſtines, cito hoc abſorbet, teſte Gerſone. Iohannes Gerſon.
Ad Heliſabeth quoq; de Schonaugia virginẽ reuelationibus clarã angelus in libro viarũ Dei interrogatus pro his qui non ſponte carnis ſtimulos experiuntur in tentatiõe, & moleſte ferunt ardorẽ qui corporis ſuæ mũdiciẽ aduerſatur, nulla tamen repugnatiõe hunc pręualent euitare, an illis hoc reputetur in peccatũ? loquens reſpondet: Si moleſte ferunt tentamenta huiuſmodi, neq; animo eis conſentiunt, leuiore pœnitentia culpæ ſuæ quam ſic contrahunt, veniam conſequentur, & magnam mercedem adipiſcentur. Cuidã etiam graui carnis tentatione impugnato virgine hac pro Deo ſciſcitante angelus reſpondit: Gaudium ſit ei non tamẽ ſine triſtitia, pro eo quod dominus tale ei aliquid imponere dignatus eſt, per quod ad mercedem magnam prẽparatur. Non ſit tamẽ ſine triſtitia, quia in tali tentatione non omnino culpa euitaꝛ. Hęc ibi. Vides igitur

quia in huiuſmodi tentationibus, etſi culpæ leuiaq; vulnera contrahantur, quæ hominem humiliant, fabricatur tamen nihil ominus hæc patienti & in agone pugnanti corona magna pro labore & preſſura, quam impugnatus reſiſtendo & affligendo ſeſe pertulit quæ leuia illa vulnera cooperiat. Hæc dico, vt nemo ex puſillanimitate, aut reſiſtendi tædio, ſeu deſperatione victoriæ à pugna deficiat, victūq; ſeſe hoſtibus nequiſſimis tradat. Secundo, Chriſtus ambulauit viam charitatis. Siquidē:
Iohan. 3 Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum non pereat, ſed habeat vitam æter-
Ephe. 2 nam. Propter nimiam etiā charitatem ſuā qua dilexit nos Deus, miſit Deus filiū ſuum in ſimilitudine carnis peccati. Itaque, charitas eſt via qua Chriſtus ad nos venit, qua etiam ad patrē rediit. Ad nos enim tā quam ad filios, infirmitatibus noſtris condolens, deſcēdit, quos cupit ſanare. Ad patrem quē infinita charitate diligit, & dili-
Ambro. gitur, rediit. Sicut enim (teſte Ambroſio) ſine via nullus peruenit quo tēdit, ita ſine charitate nemo ambulare põt ad Deū. Quãobrem dixi charitatem eſſe viā qua & ad nos Deus, & nos ad Deum imus. Hortatur aūt nos dñs Ieſus propterea tam frequenter ad dilectionem, quod ſciat, diſcereq; nos velit præ omnibus eſſe nobis neceſſariā charitatē, nec vllam eſſe poſſe virtutem, nullum poſſe impleri præceptum abſq; charitate, quomodo neque charitas conſiſtere poteſt abſq; obſeruātia Dei mādatorum. Manete, inquit, in dilectione.
Iohan. 15 Ibidem Itemq;: Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego pręcepta patris mei ſeruaui, & maneo in dile-
Iohan. 14 Ibidem ctione eius. Itemque: Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Qui mādata mea ſeruat, hic eſt qui diligit me. Nemo autem præcepta ſeruare poteſt Chriſti, niſi qui diligit Chriſtum. Neq; enim actum illum ſolum corporis et externum expetit Deus, ſed viuentem charitate, internum, qui ad ſui honorem & beneplacitum fiat. Sine aūt charitate non poteſt impleri Chriſti præceptum. Tertio, iuit Chriſtus viam pœnalitatis, quemadmodū apoſtolis dixit: Non-
Lucæ. 24 ne oportuit pati Chriſtum, & ſic intrare in gloriam ſuam? Hanc viam vt ambulemus, commendauit eam nobis & exem-
Matt. 7 plo & præcepto. Intrate per anguſtā portam, quia lata & ſpacioſa eſt via, quæ ducit ad perditionem. Et iterum: Quàm an- Ibidem
guſta eſt porta, et arcta via quę ducit ad vitam: & pauci ſunt qui inueniunt eam. Vi- Lucæ 13
de te modo, vniuerſus pene mundus quā ſpacioſam ambulet viam, nemoque per anguſtam contendat portam intrare. Sunt qui magis vocari quàm eſſe volunt Euangelici. Nam ſi eſſe vellent, quare hic non ſunt Euangelici? An Euangelium eſt deſiderijs carnis indulgere, nemini obedire, ſuæ voluntatis petulantia vti, nulli petenti tribuere, aliena rapere, fratrem contumeliis & irriſionibus afficere, diuinas prohibere laudes, eccleſiæ ieiunia temerare? Si Euangelica ſunt hæc, tunc iuxta Lutherū hæc Euāgelica ſunt, cuius ſunt imitatores qui carnem ſequuntur, de ſpiritu loquuntur tātum, in quorum ore frequens eſt nomē Euangelij & verbū Dei: porro ab eorum vita in vniuerſum abeſt, quippe quæ cū Euāgelio Chriſti ex diametro pugnat. Siquidem Chriſtus qui ſe di- Iohan. 14
cit viam, veritatem & vitam, omni petenti ſe iubet tribuere: ei itē, qui auferre vult pallium, adeo vult non repugnari, vt iube- Lucæ 6 Matt. 5
at non prohiberi tunicam quoq;: & cędē- Ibidem
ti te in maxillam vnam iuberis præbere nihilominus alteram. Proximos adeo noluit irrideri, aut irritari, vt odientes etiam Lucæ 6
ac inimicos mandet diligi, iisq; benefacere. Chriſtus obediuit patri, cum veniſſe Iohan. 6 Lucæ 2 Matt. 17
ſe dicat, non vt voluntatem faciat ſuam, ſed patris ſui: obediuit matri, dum ſubditus ſcribitur fuiſſe parentibus. Subdidit ſe quoq; Cæſari, tributum & didragma ſoluens. Quid multa? Obediuit legi, obe- Phil. 2
diuit in paſſione & tortoribus & iudicibus, manſitq; obediens vſq; ad mortem. Hæretici noſtri neq; prælatis eccleſiaſticis, neq; ſummo pontifici, atq; adeo ne eccleſię quidem vel propter ſe in concilium vocandę parere volunt, quamuis in Euangelio vel inuiti audiant: Si eccleſiam non audierit, Matt. 18
ſit tibi quaſi ethnicus & publicanus. Via itaq; hæreticorum noſtri ęui, lata ac nimis eſt ſpacioſa, quo vero hæc perduxerit ſuos viatores paulo poſt miſeri videbunt. Quarto, Chriſtus iuit viam paupertatis, Matt. 8 Lucæ 9
ſicut ipſe de ſe teſtatur: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hoīs nō habet vbi caput ſuū reclinet. Vide iam tu qui palatia tibi extruis, qui ędes amplas habens, anguſtaris, qui Chriſtianus propterea diceris, quod vias imiteris Chriſti, quomodo tua vita conformis eſt

Chriſto? Ipſe nõ habuit quo caput ſuum
reclinet, et te niſi multa habeas palatia do
Matth. 7 mus licet ſumptuoſa anguſtat. Hæccine
Matt. 21. 25 via eſt arcta quæ ducit ad vitam? Ipſe eſu-
rit, & ſitit, & tu crapulam ructuas? Ipſe nu
dus propter te pendet in ligno, & tu ſeri-
co & precioſis veſtiris? Habet ergo Chri-
ſtus multos qui Chriſti nomine glorian-
tur, pauciſſimos vero qui Chriſti glorian
tur vita: pauciores qui Chriſti cruce glori
entur, hoc eſt, q Chriſti optent paſſiõibus
cõformari. Reuelato itaque quo Chriſtus
iret, ad patrẽ ſcilicet, de hocq; tã pauci ſe
ſequerentur pene eſt admiratus, cum apo
ſtoli non interrogarent eũ quo iret. Qua-
propter in apoſtolis quoſdã figuratos in-
telligens, quos ignauia acediaq; foret ob-
Iohan. 16 ſeſſura, quibus obijcit negligentiam mini
mumque amorem: Vado ad eum, inquiẽs,
Iohan. 9. qui me miſit, & nemo ex vobis interrogat
me, quo vadis? Quaſi nobis omnibus im
properando diceret: Ego in mundum ve
ni, & quamdiu in mundo ſum, lux ſum
mundi. Omni tempore quo hic fui, ni-
hil aliud ago, quam ad patrem vado, ad
patrem vos duco, et in meipſo vobis viam
monſtro, vt me ſequamini, mecum ambu
letis: & tamen nemo veſtrum eſt, qui me
interroget quo vadam, hoc eſt, nemo eſt
veſtrum qui de vijs virtutum interroget,
nemo ſolicitus eſt, vt exploret qua ſit via
eundum ad patrem, nemo me conſulit, ne
mo ſciſcitatur, quomodo ſit ambulãdum
ne deuietur, ne aberretur. Omnes volunt
eſſe vbi ego ſum, veruntamen non omnes
ambulare volunt, vbi ego ambulo. Quam
obrem minime nobis ſatis eſt eſſe Chriſti
anos, non ſatis audiuiſſe Euangeliũ, niſi
& iuxta Chriſti vitam viuendo Euange-
lioque obediendo Chriſtianos nos eſſe o-
ſtendamus. Sit igitur filij omne ſtudiũ no-
ſtrum, vt Chriſti imitemur vitam, mortifi
cemus deſideria noſtra. Quæ? Superbien-
di, inuidendi, ſtomachandi, comeſſan-
di, ludendi, inebriandi, ridendi, fabulãdi.
Sit vita noſtra iugis compunctio perpetu-
aque oratio. Viuendum in continuo ge-
mitu pro delictis noſtris quotidianis, ni-
hilominus tamen in ſpe diuinæ miſeratio
nis quieſcendum. Fundẽdæ quoque ſunt
lachrymæ, ſed non quæ amaricent, non
quæ perturbent, nõ q̃ puſillanimitatẽ nu-
triant: ſed potius quæ nutriant alacrita-
tem, foueant amorem, omnem mœro-
rem propulſent. Triſtandum quidem de
peccato, ſed exultandum multo amplius
de diuina bonitate, de eius miſericordia,
de eius quoque benignitate, in quam ſpe
rantes quotquot bonæ ſumus voluntatis,
nõ poſſumus ab ipſo falli, nec poſſumus
ſeduci, reddente nobis etiam vltra quàm
ſperare poſſimus, diuina miſericordia quę
promiſit. Cui ſit laus honor & benedictio
in ſecula ſeculorum, Amen.

SERMO II. DE EADEM dominica. Quam uarius ſpiritui ſancto arguendi ſit modus.

QVum autem venerit ille, ſcili
cet ſpiritus veritatis, arguet
mundum de peccato, & de
iuſtitia, & de iudicio. Iohan
nis XVI. Promiſerat apoſto
lis nobiſq; omnibus Chriſtus daturũ ſe
ſpiritum ſanctum. Cuius receptio quũ fi-
at nobis occulta, voluit tamen dñs Ieſus
eatenus nobis fore illã quaſi p ſigna quæ-
dam manifeſtã, vt in nobis inueniãtur ea,
quæ ſolet in eoꝝ cordibus, quæ inhabitat
ſpiritus ſanctus operari. Quæ, inquis, ope
ratur ſpiritus ſanctus in cordibus q̃ inha-
bitat? Ipſe arguit mundum de peccato, de
iuſtitia & de iudicio. Vide ne in te ſit mun Iohan. 16
dus. Si vanitates, ſi rumores ſeculi, ſi gau-
dia pereuntia, ſi fabulationes & iocos di
ligis (vt peccata grauia taceam, quibus cũ
nihil cõmercij habere poteſt ſpiritus ſan-
ctus) in te hauddubium eſt mundus. Si de-
inde voluntate vteris propria, nõ prorſus
reſignatus Deo, ſed ꝓ teipſo zelaris, Dei
honorem non ſitiens, nec pure quęrens il
lum, per amorem proprium, in te eſt mũ-
dus, quia tuipſe pro quo zelaris, & quem
in teipſo amas, eſt in hac parte mundus.
Itaque ſi iam in te non ſentis ſpiritum ſan
ctum hæc arguentem, ſi quietus & tran-
quillus viuis, & defectus tuos conſcien-
tia tua diſſimulans tolerat, ſi non iudiciũ
in te ſentis aſperrimum atq; amariſſimũ,
ſignum eſt in te non eſſe ſpiritum ſanctũ.
Quoniam ſi eſſet, proculdubio monſtra
ret tibi exorbitantias tuas, oſtenderet de
fectus, impoperaret negligentias, expro-
braret ingratitudinem, ante oculoſq; tu-
os poneret omnia delicta, pro his te re-
prehenderet, iudicaret, damnaret: nihilo-
minus ad ſpem quoque erigeret, conſola-
retur & illuminaret. Inter hæc tamen ſci
endum, mille defectus non adeo eſſe gra-
ues periculoſoſq; homini bonæ volunta-

 tis, qui

tis,qui propter eoſdem animũ ſuũ diſcruciat,affligit,& ſeipſum diiudicans plãgit, impugnat, punitq; in ſeipſo,quã vnus de huiuſmodi defectus homini eſt negligenti,non timorato, & ei quem non iudicat arguitq; conſcientia eius, hoc eſt,quẽ non arguit ſpiritus ſanctus. Et fere oẽs quotquot mũdo viuunt homines,& qui iuxta naturam ſuam viuunt,hoc eſt,ea quæ cõueniunt eidẽ indulgent ſtudioſe,de hac reprehenſione neſciunt interna.Ideo neque abſq; periculo viuunt, neq; ſine periculo moriuntur.Sciendum præterea, non vno modo Deum arguere mundum.Aliquando enim arguit inſpirando, & quaſi intus nobis loquendo, dure increpans & accuſans nos aut negligentiæ,aut tranſgreſſionis,aut duplicitatis, aut impuritatis. Aliqñ arguit ſigno,puta,dũ alios peccatores caſtigans te admonet,vt confeſtim te corrigas, antequam cenſura ſua diuina ad te perueniat, quam in proximo tuo iam vides. Exemplo namq; aliorum te terret

August. atq; emendat.Vides cædi,vides ſubmergi innocentiorem,corrige te, quia iuſtius tibi hæc vltio quàm illi eueniſſet. Quapropter Auguſtinus ſup Pſalmo CXLVIII. diſputans.Quare(inquit) aliquando percutiunt fulmina montem,& non percutiunt latronem? Quia forte adhuc latronis conuerſionem quærit: & ideo percutitur mons qui non timet, vt mutetur homo q timet aliquando.Et tu quum das diſciplinam,terram feris,vt infans expaueſcat.Et Deus aliqñ ferit & quem vult hominem. Sed dicis mihi: Ecce cædit innocẽtiorem, & dimittit ſceleratiorem.Noli mirari.Vndecunq; mors pio bona eſt. Vnde autem ſcis illi ſceleratiori, ſi ſe mutare noluerit quid pœnarum in occulto ſeruetur? Nonne mallent fulmine incendij potius inter-

Matt. 25 ire,quibus in fine dicetur:Ite maledicti in ignem æternum? Corrigit igitur Deus ſigno, quippe qui peccatorem aut iuſtum puniens, aliũ interim magis vitioſum terret vt compungatur,corrigat ſe,et diuinã vltionem,quam in proximo vidit,euadat. Tertio arguit flagello,hoc eſt,tribulatione, anxietate, infirmitate, paupertate, & alijs id genus aduerſitatibus. His eñ mũdi amatoribus vias præcludit, atq; ſpinis ſepit,vt ſua deſideria aut non poſſint obtinere,aut non valeant perficere. Impedit enim conatus malos,& iratus flagellat fi-

Hebr. 12 lium quem recipit,quo faciat meliorem.

Solent enim ſæpenumero calamitates, & ærumnæ ad mentẽ reducere demerita ſua, nimirũ cauſas patiẽdi cœleſtisq; vindictæ, quibus miſeri ſe agnoſcant agnoſcẽtes in felicitatẽ & infelicitatis ſuæ cauſam redeant in ſe,& ex ſe,vbi nullam inueniunt cõſolationem,confugiant ad Deum. Habemus exemplum in filijs Iacob,qui fratrem ſuum Ioſeph ex inuidia vendiderunt in Aegyptum, patrique eius ſeni illum à fera peſſima deuoratum mẽtiti ſunt. Cuius facinoris nunquam tum pœnituerunt,niſi quando idem Ioſeph frater eorũ in Aegyptum venditus, ac poſt à rege exaltatus, in fame conſtitutos fratres eoſdem, quos ipſe non agnitus ab eis agnoſcebat, tribulatione ficta inuoluit. In qua dum ſic eſſent obſtricti vt exitum deſperarent, inter ſe dixerũt, memores facinoris quod in fratrem ſuum Ioſeph olim commiſerant: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtiam animæ eius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus. En ſanguis eius requiritur. Videat cui placet in Geneſi. Hoc tantum nunc dico,quod calamitates & miſeriæ ſunt caſtigationes, & flagella quibus arguitur mundus,hoc eſt,aut mũdus,id eſt,mũdi amicus de peccatis arguetur, aut mundus arguitur, qui plus æquo in cordibus etiam iuſtorum amatur. Obijcitur enim à ſpiritu ſancto viro timẽti Deum,vbi plus hæſerit, plus amauerit, plus implicatus fuerit quàm par eſt, mundo, culpa eius, idque per modum humiliationis & improperationis, qua ſibi culpa detegitur ac reuelatur.Eſt quartus modus arguendi,quo arguit deus beneficio. Legimus de multis,qui conſideratione nimiorum beneficiorum Dei,& facinoroſa & peſtilenti vita conuerſi ad Deum redierunt.Dum enim in peccatis cõſtituti,hoc ipſo quo Chriſtum quantum in ipſis erat denuo crucifigebant expenderent, quàm turpiter,quàmq; ingrate ac nequiter agerent contra Deũ,qui ſe minime iuxta peccata ſua,ſed miſericordiſſime reſpiciẽs cumulatis quotidie beneficijs & dilectionis ſuæ indicijs fouebat,diſplicuit illis vita ꝓpria,cœperunt ſuam ingratitudinem maliciamq; deteſtari,accuſare,arguere, flere, punire,mutare,& pie viuere:nimirum hęc intra ſe agente arguenteq; ſpiritu ſancto. Poteſt tamen aliter intelligi, quod ſpiritus ſanctus arguet mundum de peccato, quia

Gene. 37

Gen. 42

quia eos quorum corda obſidet & implet, fortes conſtanteſque facit, vt pro veritate non timeant loqui; pro iuſtitia non metuant ſe potentibus opponere, iniquitatem denique non palpare, ſed reprehendere damnareque audeant. Ad hoc autem, dum Dei electos idoneos facit prædicatores ſpiritus ſanctus, vt audeant arguere mundum, mundique minas rideant æque ac promiſſa, ſpiritus ſanctus dicitur arguere mundum: quia per electorum ſuorum verba loquitur, per eorum conſultationes excitat, docet, roborat, & perducit ad finem beatum. Quando igitur correptio fraterna debitis fit circumſtantiis ex charitate, operatur eam ſpiritus ſanctus. Neq; enim fructuoſa erit correptio in corde delinquentis, niſi operante eam ſpiritu ſancto. Non igitur debent leuiter fieri correptiones. Quas tamen qui faciunt, tam prælati quàm proximi, caueant eos quos corripiunt iudicare, hoc eſt, contemnere, aut ſe in animo delinquentibus præferre, aut certe ſibi videri ſe meliores. Poteſt quidem prælatus ſubditum vt iudex, & iuxta inuenta delicta iudicare, iuſto tamen modo: ſed non debet in animo eum quem iudicat contemnere, & peccatorem iudicare. Sperandus enim eſt per gratiam aut reſuſcitatus, aut mox reſuſcitandus. Porro quibus ex officio diſcutere & aliena peccata iudicare non incumbit, caueant vllam iudicare rem omnino, niſi euidentiſſimum agnouerit id eſſe mortale peccatū. Hic enim nemo debet malum dicere bonum. (Eſaiæ 5) Eſt tamen compatiendum fratri, eſt etiam intentio pie excuſanda delinquentis. Hinc interdum ſpiritus ſanctus, in cuiuſpiam mente habitans delinquētem arguit in lenitate charitatis & benignitatis, per hominem: idque tempore non quocunque, ſed eo quo correptionis ſperatur fructus. Eſt enim interdum aut in corripiente, aut in delinquente impedimentum, quare correptio inutilis fit in delinquente, qui non omni tempore ad agnoſcendam culpam, ad correptionis ruborem, ad compunctionem denique eſt idoneus, nec omni tempore æque patiens. Expectandum igitur tempus, quo vtiliſſime fiat. In arguente eſt quoque nonnunquam impedimentum, quod correptionis ſalubrem excludit finem, puta ira, inuidia aut odiū. Siquidem vbi ex ira & verbis aut aſperioribus aut amarioribus correptio videtur prædecere, impatienti hæc animo toleratur. Propterea iubet Paulus in ſpiritu lenitatis arguere, (Galat. 6) propter fratris infirmitatem & ſeipſum obſeruare, ne diſplicentia, ſuperbia aut faſtuoſo ſupercilio ad infirmiorem quempiam ſpernendum iudicādumve tentetur. Deinde obſeruandum, ſi correptio etiam auſterioribus egeat verbis, vt cum ira (ſunt enim interdum delinquentes duri, inciuiles, deſides ac ignaui, quos benignitas minus mouet) hanc fieri oporteat, non tamen conuenit vt prodeat ex ira. Scriptum eſt namque: (Eccl. 19) Eſt correctio mendax in ore contumelioſi. Mendax dicitur correptio, quando non quærit aut nō obtinet finem debitum (quæ eſt emendatio) cuius gratia correptio fit. Non ergo maledictionibus, exaſperationibus, exprobrationibuſve contumelioſis fiat correptio, quia vt quidam ſanctorum dixit: Non alius alium eiicit diabolum: hoc eſt, nemo vitio aut paſſioni iræ, odii, inuidiæ, ſuperbiæve ſubditus, poteſt huic paſſioni ſeruiendo, hoc autem aliud vitium in proximo ſanare, maxime ſi de huiuſmodi fuerit apud corrigendum vitio notatus. Tunc enim perparua ſequetur ex correptione ſanitas & ædificatio. Debet ergo correptio prodire ex charitate & pietate, nec propterea qui corripitur eſt æſtimandus vilior, nec verbis probroſis tractandus, vnde in cordibus vilipendatur aliorum, aut vnde exaſperetur magis. Siquidem alienum à vero eſt medico, pro vno vulnere curando tria alia infligere. Ad correptionem hanc obligātur prælati, quam interdum eis non licet intermittere, tametſi apud delinquentem correptionis fructum minimum ſperent. Oportet enim non ſolum propter delinquentis emendationem correptionem fieri, ſed etiam propter cenſuram diſciplinæ & reipublicæ ſalutem, ne veniæ facilitas & diſſimulatio aliis quoq; incentiuum præbeat delinquendi. Debent, inquam, correptiones ab his, quibus ex officio incumbit, fieri, ne hi qui ſani adhuc ſunt contagione inquinentur peccantium, dum quod non vident corrigi, ipſi quoq; præſumūt imitari. Ideo Apoſtolus: (1. Tim. 5) Peccātem, inquit, coram omnibus corripe, vt cæteri timorem habeant. Beati tamen quibus hęc cura commiſſa non eſt. Qui omnia ſimplici oculo intuentur, q bo ni conſulunt oīa, quia ex ſui mortificatiōe detractionē aut deriſionē malūt ſuſtinere,

 quam

quam aliquem verbo aut contriſtare, aut in contentionem trahere. Itaq; dixi ſpiritum ſanctũ per eos quos implet arguere mundum, hoc eſt, peccatores, arguere etiã quos inhabitat: & hoc de peccato. Semper enim repugnat peccato, & nullam pacem ſinit delinquentibus ſpiritus ſanctus. Si perperam aliquid agens mox vulneraris, & ſi propterea læſionem ſentiens doles, ſi dolens pœnites, ſi deniq; pœnitens, omnino cauenda ſimilia ſtatuis: nec in minimo qeſcere potes, donec te Deus liberet à peccato, ſignum eſt bonum ſpiritus ſancti inhabitantis. Secundo arguet mundum de
Iſaiæ.64 iuſtitia. Omnes iuſtitiæ noſtræ quid ſunt, niſi pannus menſtruatæ, & abominationes apud Deum? Arguit itaque nos de iuſtitiæ impuritate, inſufficientia & imperfectione. Qui in ſuis iuſtitijs, operibus, exercitijſve ſibi placent, eademq; tanti faciunt, vt ne illa (quæ tamen arbitraria ſunt) propria ſua intermittant, negligũt charitatis, obedientiæ & neceſſitatis opera, neq; bonum, neque vtile, ſalutareve exiſtimantes quicq̃, prçter ea quæ ſibi vtilia ſtatuerunt. In his hominibus parum proficere poteſt ſpiritus ſanctus, quia immortificati ſeipſos Deo non relinquũt, nec Deo aliter quàm iuxta conſuetudinem quam ſibiipſis ſtatuerunt, ſeruire volunt. Arguit tertio ſpiritus ſanctus mundum de iudicio. De quo iudicio? De hoc, quod alius alium temere iudicat, nemo ſeipſum. Noſtros enim defectus cæcutientes præterimus, in aliorum errata iuſto plus oculati. Et hoc eſt quod grande adfert impedimẽtum nobis & deuotiõis & charitatis. Abſtinete igitur (per
Deum vos obſecro) à iudicio alieno. Qui 1.Cor.11
iudicare vult, ſeipſum iudicet. Si ſuſpiciones & phantaſiæ opinionum iniquarum retinentibus & nolentibus inciderint, nolite eas confirmare, nolite recipere, abijcite. Incidiſſe non nocet, modo diſpliceant, modo reijciantur, modo eis non conſentiatur. Habeat Dei ſeruus quaſi in pacto ac fœdere cum deo, neminem velle iudicare. Hoc eſt, aſſueſcat firmam de nemine ſententiã admittere, tenere, diffinire, aut pro vero concludere eſſe eum malum, reprobum, aut letaliter peccaſſe. Huiuſmodi, inquam, iudicium in cor ſerui Dei nunquam veniat. In huiuſmodi cogitatione nihil vnquam concludendũ, ſed iudicio relinquendum diuino. Pie timere poſſumus, compati debemus, prudenterq; exhortari proximos: non autem eos iudicare, hoc eſt, eorum animos: licet eorũ euidentia crimina, quæ videmus mala, non laudanda, ſed damnanda ſint. Hoc ſi fecerimus, magna nobis ſemper erit pax & tranquillitas in cordibus noſtris. Ad laudẽ domini noſtri Ieſu Chrĩ, q eſt benedictus in ſecula, Amẽ.

DOMINICA IIII. POST OCTAuas Paſchæ, Epiſtola beati Iacobi I.

EStote factores uerbi, & non auditores tantum, fallentes uoſmetipſos. Quia ſi quis auditor eſt uerbi, & nõ factor, hic comparabitur uiro conſideranti uultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Conſiderauit enim ſe & abijt, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Qui autem perſpexerit in lege perfectã libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit. Si quis autem putat ſe religioſum eſſe, non refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius uana eſt religio. Religio munda & immaculata apud Deũ & patrem hçc eſt: Viſitare pupillos & uiduas in tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo.

PARAPHRASIS IN EANDEM epiſtolam.

In

IN hæc tempora reſpexiſſe putandus eſt apoſtolus Iacob9, quando hanc ſcripſit epiſtolam. Siquidem paſſim iam omnes ſcripturas legere volunt, adeo vt arator quoq; & faber in lingua habeat vernacula quod ex ſcripturis legat. Quamuis autem legere cupiant omnes audireq́; verbum Dei videantur, nulla tamen recipitur apud illos deuotio, nulla charitas: nec ideo legunt, vt eadem faciãt. Studium igitur hoc hominum vanitatem curioſitatemq́; habet, non charitatem. Nã ſi haberet charitatem, non foret illa otioſa, ſed operaretur ea quæ didicit Dei eſſe mandata Deove beneplacita, inueniretur que ibi fructus ſpiritus, non opera carnis. Dicit itaq;: Eſtote factores verbi diuini, & non auditores tantum, fallentes voſmetipſos, quaſi ſufficiat audiuiſſe verbum Dei, aut ſaluaret fides mortua ac informis, puta credere Chriſtum ſic docuiſſe, vbi tamẽ nihil aliud ſequitur.

Roma.2

Non enim, vt Paulus ait, auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.

Lucæ 12

Et à Chriſto dicitur: Seruus qui cognouit voluntatem domini ſui & non fecit, plagis vapulabit multis.

Iacobi.4

Et idem hic Iacobus: Scienti bonum & non facienti, peccatum eſt illi. Sequitur: Quia ſi quis auditor eſt verbi & non factor diuinæ iuſſionis, comparabitur homini vultum ſuũ corporalem intuenti in ſpeculo, cuius dum cõtemplatur ſimilitudinẽ ſeu imaginem, mox poſt quam abierit, oblitus eſt qualis fuerit. Nã huiuſmodi cõtemplatio corporalis quemadmodum eſt vana & infructuoſa, ita vanum eſt quoq; audire diuinã ſcripturam, audire verbum Dei eiuſq́; præcepta, & opere nihil horum implere, nihil inde fieri meliorem. Qui autẽ perſpexerit ſe in lege perfecta perfectæ libertatis, & tam ipſam legem quàm ſeipſum, hoc eſt, ſuam imperfectionem atq; diſſimilitudinem, ad legem euangelicam comparãs, penitus perluſtrauerit, atq; in huiuſmodi legis meditatione permanſerit, eſuriens & ſitiens iuſtitiam, non obliuioſus auditor, ſed opere quod lex iubet euangelica executor factus, hic beatus in opere ſuo erit. Vide quia hic legem euangelicam ad differentiã legis antiquæ vocat legem libertatis. Profecto non aliamobrem, quã quia lex euangelica eſt lex charitatis & gratiæ, qua ſponte liberaque voluntate ſeruitur Deo. Lex enim vetus timoris erat, quæ cogebat per pœnas.

Hebræ. 7

Quapropter vt Apoſtolus ait, ad perfectũ nihil ducebat. Euangelica vero lex vocatur, vt dictum eſt, veræ libertatis aut perfectæ libertatis.

Roma.8

Quod Apoſtolus confirmat Romanis ſcribens: Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis.

Galat.4

Vbi aũt iſte ſpiritus, ibi & libertas: qua libertate Chriſtus nos liberauit. Vide præterea quomodo Lutheranos præuidens Iacobus, tam manifeſte explicet, quàm velit dicere libertatem euangelicam, non eoꝝ qui libertate abutuntur in occaſionem carnis ſerui miſeræ corruptionis & peccati. Quorum libertas non Chriſtiana eſt, ſed prorſus impia, omniq́; ſeruitute humana abiectior turpiorq́;. Ideo dicit Iacobus, nõ obliuioſus auditor, ſed factor operis. Qui legem euãgelicam perſpiciens, & ſe tanquã in ſpeculo vidẽs, atq; iuxta legem tanquã ad normam ſe viuendi componens, propter mundi curas non mox iterum fuerit legis oblitus, ſed legem in ſe viuendo expreſſerit, hic beatus in facto ſuo erit: non propterea quod legem audierit, ſed quod moribus in ſe eam præſtiterit.

Iohan. 13

Proinde ſaluator: Si hæc ſcitis, inquit, beati eritis, ſi feceritis ea. Vult aũt præterea oſtẽdere, non vſq; quaq; religioſum quemuis dicẽdum, quãuis legem videatur ſeruare perfectæ libertatis, niſi etiam linguã ſuam ab impudico, à turpi, à detractorio, à contumelioſo & ab omni malo verbo refrænauerit. Propterea ſequitur: Si quis putat ſe religioſum eſſe aut Dei ſeruum deuotum, nõ refrænans linguam ſuã à mẽdacijs, periurijs alijſq́; malis ſermonibus, fruſtra ſe religioſum putat, ſeducens cor ſuũ, ne videat periculum ſuum atq; peccatum. Quare huius vana eſt religio: qa nõ operatur ei ſalutẽ. Religio munda & immaculata apud Deũ & patrem noſtrum cœleſtem hæc eſt. Viſitare pupillos & viduas, vtpote parentum aut maritorum ſolatio orbatos in tribulatione eorum, eoſdemq́; conſolari, iuuare, atq; pro virili per opera miſericordiæ illis ſuccurrere.

Matth.25

Quod Chriſtus quoq; ſuadẽs: Quicquid, inqt, vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Et nihilominus immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo, hoc eſt, cauere hominum vitioſorum ac mundi amicorum corruptiones, quæ mundi ſunt ea non appetere, neminemque ſcandalizare.

EXE-

EXEGESIS EVANGELIJ dominicæ IIII. poſt octauas Paſchæ, quæ dicitur Dñica Rogationũ. Iohan. XVI.

INEFFABILIS eſt Dei bonitas, quæ non ſolum dona ſua nobis largitur, ſed offert etiam, imo hortatur vt petamus, ſimul promittens, ſi quid petierimus patrem in ipſius nomine, dabit nobis pater. Iubet autem vt petamus, quia delectat eũ nobis benefacere, delectat eũ ſeipſum nobis & ſua dona communicare. Poſſet quidem dare nobis non rogatus, ſed non expedit nobis vt omnia recipiamus non orantes, quia indignis ac quaſi inuitis dona ſua largiretur. Quamobrem vult rogari, nõ ob aliud, quàm vt deſiderio noſtro excitato digne accipiamus, quæ ipſe præſto eſt nobis dare. Dicit ergo:

Amen, amen dico uobis: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis.

Quod Chriſtus nos hortatur ad petendum, promittitq́; nos non gratis eſſe petituros, ſed deſiderijs noſtris, ſi tamen iuſta fuerint, hoc eſt, ſi his circunſtantijs fuerint vallata quæ infra dicentur, ſe ſatisfacturũ: nõ alia huius eſt ratio, quàm quod bonus
Pſalm. 135 eſt, & in æternum miſericordia eius. Diligit enim nos, & nobis dare vult non ſolũ ſua dona, verum etiam ſeipſum. Quod vt non minus iuſte quàm miſericorditer faciat, vult rogari à nobis. Eſt enim non tam miſericordiæ quàm iuſtitiæ potentiſſimũ, liberaliſſimum, ditiſſimum atq; clementiſſimum munus dare oranti, quomodo iuſtiſſimum quoq; eſt, egenum, miſerum atque orantem à diuite exaudiri. Deus autẽ cum ſit æque iuſtus & miſericors, quomodo non facit iuſtitiã ſine miſericordia, ita nec miſericordiam facit niſi cum iuſtitia. Quantæ autem ſit miſericordiæ quærere etiam & conſtituere ſibi occaſiones miſerendi, atq; facere ſibi cauſam, propter quã ſibi congruat iuſte miſereri, vos filij expẽdite. Hoc namq; loco idipſum nobis omnibus generatim facit, vt interim taceã quæ cum hominibus multis agit ſingularter. Nam ſuadet nobis, vt orantes petamus, hoc eſt, vt ad miſerẽdum & iuſte dandum Ephe. 2
ipſum cogamus. Diues eſt namq; in miſericordia in omnes qui inuocant illum: neque pauperior vbi dederit, neq; vbi negauerit ditior. Quamobrem ne gratis nos rogaſſe, & nihil accepiſſe cauſemur, adiunxit iuramentum, Amen, amen. Quo verbo vtitur, ac ſi diceret: Vere, vere, aut in veritate ita dico vobis. Voluit enim hoc iurandi modo ſecuros reddere nos, & confidentiam noſtram excitare, ac credere impoſſibile futurum, vt quicquam ſalutiferum aut ſaltem ſaluti & profectui noſtro ſpirituali non contrarium nobis negetur. Quãtum enim confidimus, tantũ impetram9: ideo non ſolum vt oremus nos inuitat, ſed etiam vt fiduciam habeamus. Fiducia enim eſt, quæ impetrat à Deo. Quapropter poſtulet, inqt Iacobus, in fide nihil hæſitans. Quid autem nos vermiculi auderemus petere, quid auderemus præſumere petendo Iacobi 1
niſi dominus ipſe maieſtatis nobis mandaret, dicens: Petite & accipietis, ſimulq́; iu- Iohan. 16
raret nobis daturum patrem, quicquid in nomine filij peteremus? Dicit itaq;: Amen amen dico vobis: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Ac ſi diceret: Vere, vere dico vobis: Si quid petieritis patrem meũ in nomine meo, hoc eſt, ſi quid per me rogaueritis patrem, audiet vos pater. Aduocatum enim me habebitis apud patrem & mediatorem. Pater dabit vo- 1. Iohan. 2
bis quæcunq; rogatis illum in noĩe meo. Spiritus ſanctus paracletus reget, diriget et conſolabitur vos. Ego autem ero mediator, faciamq́; vt quicquid in nomine meo petieritis, fiat vobis. In noĩe, inquit, meo, id eſt, ſecundum nomen meum. Non poteſt autem quid in nomine meo recte peti quod non petitur ad ſalutem. Ieſus enim nomen mihi eſt, quod ſaluator aut ſalutare dicitur. Non igitur recte ſaluator dicerer, ſi contra rationem ſalutis exaudirem. Præbet autem aliunde quoq; orandi fiduciam, cum dicit: Petite & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum. Ac ſi diceret: Petite vt veſtrum gaudium ſit plenum, & ac- Pſalm. 16
cipietis. Gaudium in hac vita nũquam eſt plenum, ſed ſatiabor (inquit Pſalmiſta) cũ Iohan. 16
apparuerit gloria tua. Illud igitur gaudiũ petite, quod plenum ſit, quod oĩa ſatiet deſideria veſtra, quod omni vos bono repleat, gaudium quod nemo tollat à vobis, qd nuſq̃ inuenitur alibi q̃ in deo & in æterna beatitudine. His aũt ꝟbis inferre nobis

nititur

nititur ſpem fiduciamq́; petendi minora, quando iubet perfectiſſima petere. Minora ſunt autem omnia æterna beatitudine. Quando igitur beatitudinē dandam promittit, atq; petendam iubet, quod non faceret, niſi exauditurus: quantomagis credendum eſt, nos pro minoribus ab illo exaudiendos? Tantum abeſt vt præſumptionis, ſi ab eo vel grandia peteremus, arguamur. Tertio erigit fiduciā addens & hæc: Ipſe enim pater amat vos. Quaſi diceret: Haudquaq̄ ad petendum ſegnes vos eſſe conuenit, quandoquidem pater ipſe meus amat vos. Amor aūt eius non ſinit eum vt grauate ferat ſi rogetur: imo hoc vobis potius perſuadeatis, ꝙ nihil ſit vobis negaturus cum amet vos. Quid diffiditis amanti? Sic enim dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret vobis in veſtræ redemptionis precium, vt omnis qui credit in ipſum, nō pereat, ſed habeat vitā æternam? Quomodo ergo nō oīa vobis donabit cū illo? Itaq; amor patris cauſa eſt, quare nihil quod tñ ſalutiferum ſit, vobis neget. Securi igitur petitis, ſecuri cōfiditis, qñ amantē rogatis, quādo amāti qui imponere vobis neſcit, cōfiditis. Verum redeamus ad ordinem verborum: Si quid petieritis patrem meum in nomine meo, dabit vobis. Inculcare vult eis, quicqd impetrare velint, eſſe petendum in ſui nomine, ſeſe mediatorem inter patrem & eos conſtituens, ſe mediatorem agnoſci cupiens adeo neceſſarium, vt dicat: Nemo venit ad patrē, niſi per me. Nemo quoq; poſſit impetrare quicquam à Deo, niſi per nomen ſuum. Neq; eñ ſub cœlo aliud nomen datum eſt hoībus, in q̄ oporteat nos ſaluos fieri, q̄ nomen nobis Ieſu. Non tñ putandum eſt in hoc literali noīe, tametſi ſuauiſſimum ſit in pronunciando, hoc eſt, in quinq; his literis tantam ineſſe virtutem, ſed in eo cuius eſt hoc nomen. Quapropter cum in nomine Ieſu petimus, per eum petimus, cuius eſt hoc nomen, puta qui propter nos eſt incarnatus, natus, captus, flagellatus, crucifixus & mortuus. Vult igitur dominus Ieſus dicere: Qui petit in nomine meo, hoc eſt, qui petit per virtutem ac merita paſſiōis meæ virtutumq́; mearum, exaudietur. Hinc manauit nobis eccleſiaſtica iſta orandi regula, vt omnes fere orationes eccleſiaſticæ concludantur: Per dominum noſtrum Ieſum Chrm filium tuū, hoc eſt, per virtutem & merita domini noſtri Ieſu Chriſti.

Ibidem. Iohan. 3 Roma. 8 1. Tim. 2 Iohan. 14 Actuum 4 Lucæ 1. 2 Matth. 26 Iohan. 19 Marci 15 Lucæ 23

Vſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis, ut gaudium ueſtrū ſit plenū.

Apoſtoli hucuſq; nihil petiſſe dicuntur in nomine Ieſu, quod bifariam poteſt intelligi. Primo, vel quod nihil rogarunt apoſtoli in nomine Ieſu. Multa quidem petierunt, non tamen in nomine Ieſu ea petierunt, quia neſciebant ita petēdum. Neq; enim fidem habuerunt ſatis explicitam de Chriſto, adeo vt quem credebant Dei filium, intelligerent etiam eundē eſſe Dei & hominum mediatorem, aut vt crederēt ipſius nomen orationis noſtræ oportere eſſe vehiculum, quo pertingerent ad Deū. Secundo poteſt intelligi, quod cum gaudium perfectæ beatitudinis rogare debuiſſent, non petierunt, quod vel ad comparationem huius beatitudinis eſſe poſſet aliquid. Quicquid eñ extra beatitudinem petitur, nihil petitur: quia in comparatione beatitudinis, oīa alia coram eo ſunt quaſi nō ſint, & quaſi nihilum & inane reputata ſunt. Petite, inquit, vt gaudium veſtrum ſit plenum, & accipietis. In quo autem gaudium noſtrum plenum eſſe poterit, niſi vt veniamus & appareamus ante faciem Dei? Gaudium namq; mundi, gaudium quod de creatura nō de creatore percipitur, eſt vanum, incertum & deceptorium. Riſus namq;, inquit Eccleſiaſtes, reputaui errorem, gaudio dixi. Quid fruſtra deciperis? Intelliguntur propterea ex verbis domini his: Petite vt gaudium veſtrum ſit plenum, ea petenda quæ ad Dei viſionem conducunt, in qua ſola gaudij eſt plenitudo. Neq; enim omnia quæ petimus promittit exaudiēda, ſed ea quæ ſub certis cōditionibus indicantur petēda. Cum enim dicit: Quicquid petieritis, ſubauditur, pro vobis, hoc eſt, vnuſquiſq; pro ſe petens exauditur, nō tñ pari modo auditur ſemper pro alio petens. Cōtingit ſæpenumero eū pro quo tu petis, non eſſe cōuerſum ad Deum, aut indignum ineptumq́; qui recipiat. Cōtingit illum duro quoq; eſſe corde, vtpote q pro ſe non precetur, nec optet ſibi bonum. Cōtingit deniq; illū obicē ſibi ponere, ne exaudiri pro illo oratio facta queat, puta ꝙ in actu aut in voluntate ſit letaliter peccandi. Vnde ſcriptū eſt: Iniqtatē ſi aſpexi in corde meo, nō exaudiet dñs. Eſt alia conditio, vt oratio perſeueret. Habemus parabolā de eo, quē cum ſuis pueris

Iſaiæ 40 Pſalm. 45 Prou. 14 Pſalm. 65 Lucæ 11

ris in cubile receptum, amicus quidam fa
tigat pro panibus ſibi accommodandis,
& negante improbitate perſeuerantię ſuæ
vt ſurgat,& det ſibi quotq̄t habet neceſſa⸗
rios, vincit. Sic Deo noſtra importunitas
atq; improba perſeuerãtia adeo placet, vt
uinci ſe patiatur ac cogi. Atvero quomo⸗
do is exaudiendus eſt, qui poſtquam ora⸗
uerit iteq; à ſuo propoſito labitur, vel non
credens ſe exaudiendũ, vel acedioſus non
vult redire ad orationem? Quomodo, in⸗
quam, Deus perſeuerabit audiendo, quan⸗
do tu interim non perſeueras orando? De
ſideria quandoque vtiliter differuntur, &
preces antequam exaudiuntur, idq; pro⸗
pterea, vt ipſa dilatio magis accendat deſi⸗
derium. Nam ſi dilatione deſideria ſan⸗
cta non creſcunt, deſideria nunquam fue
runt. Tertia eſt conditio, vt ea quæ petun
tur, pie petantur ex habitu pietatis, aut vt
ordinantur ea ad pietatem & religionem,
vt ſcilicet propterea petantur, ſitq; orantis
intentio, vt placetur Deo. Sit quoq; id q̄d
petitur de horum numero quæ Deo pla⸗
cent. Quarta eſt conditio, vt res quæ peti⸗
tur ſit ſaluti neceſſaria. Neq; eñ oñia quæ
nobis neceſſaria non ſunt, quamuis petan
tur à Deo, tribuũtur: ſed tamen ne fruſtra
oretur, dabit nobis dominus alia, quæ ma
gis ſalutaria & nobis ſunt meliora. Multa
nanq; petuntur, quæ non exaudiri eſt ma
ioris miſericordiæ, & ſalubrius negãtur, q̃
exaudiuntur ab eo, qui quã pater nos plus
Lucæ 11 diligit. Quod nobis à Chriſto non tace⸗
tur, vbi dicitur: Si ergo vos cum eſtis mali
noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto
magis pater veſter de cœlo dabit ſpiritum
bonum petentibus ſe? Atq; ideo quæ cer⸗
to nõ ſunt neceſſaria ſub conditione ſunt
petenda, hoc eſt, ſi placuerint Deo. Quid
enim proſit ſcit medicus, nõ ægrotus. Eſt
quinta conditio, quę orationem ornat, hu
militas. Quanto enim oraueris humilius,
tanto citius & perfectius exaudieris. Hæc
autẽ humilitas in hoc manifeſtatur, quod
orantis mens in vera ſui cognitione atq;
in ſui annihilatione fundata eſt, atq; nihil
ſe meruiſſe, niſi pœnas & damnationẽ ſci⸗
Pſalm. 135 ens, in ſola Dei miſeratione nititur, quoni
am bonus, & quoniam in æternum miſe⸗
ricordia eius. Hoc namq; modo recte ora
tur in nomine Ieſu, quando & petitur &
ſperatur hoc ex ipſo ſolo, cuius gratia ipſe
nomen ſibi elegit Saluatoris, hoc eſt, quan
Iſaiæ 26 do vere agnoſcimus nihil nobis boni de⸗
beri ex noſtris, ſed ex ipſius meritis. Ope⸗
ra eñ noſtra ſi bona ſunt, ideo bona ſunt,
quia ipſe, vt ſcriptura refert, eadem opera
tus eſt in nobis. Non igitur noſtra, ſed ſua Iſaiæ. 26
in nobis opera coronat. Nempe ea quæ in
nobis & nobiſcum, hoc eſt, cum aſſenſu ar Matth. 15
bitrij noſtri, non ſine nobis operatur. Se⸗ Marci 7
xta debet eſſe conditio, vt ſit attenta. Po⸗
pulus, inq̄t, hic labijs me honorat, cor au⸗ Gregori.
tem eorum longe eſt à me. Quapropter ſi
æternã vitam (inquit Gregorius magnus)
ore petimus, non tamen corde deſidera⸗
mus, clamantes tacemus. Et econuerſo, ſi Exod. 14
corde petimus, ſilentes clamamus. Ita eñ
Moſi quoque dictum eſt: Quid clamas ad
me? cum tamen Moſes ſileret ore, mente ta
men orabat. Eſt poſtremo omnium maxi
me neceſſaria fiducia impetrandi. Quocir Matth. 9
ca tã ſæpe dominus vel excitat vel laudat
fidem orantium. Verbi gratia, Paralytico Marci. 9
dixit: Confide fili, remittuntur tibi pecca⸗
ta. Item in Marco cuidam: Si potes, in Matth. 9
quit, credere, omnia poſſibilia ſunt creden Marci 5. 10
ti. Et ſæpius: Fides tua te ſaluum fecit. Et: Luc. 7. 8. 18
Sicut credidiſti, fiat tibi. Multum nãq; ad Iacobi. 1
impetrandum prodeſt fides. Ideo beatus
Iacobus orantem hortatur, dicens: Poſtu
let autem in fide, nihil hæſitans. Sequitur.

Hæc in prouerbijs locutus ſum
uobis. Venit hora cũ iam non in pro
uerbijs loquar uobis, ſed palam de
patre meo annunciabo uobis.

Quæ hic prouerbia dicit, nõ de his tan
tum verbis, quæ modo in hoc ſermone vl
timo poſt cœnam locutus eſt intelligitur,
verum de omnibus eius ſermonibus prio
ribus atq; operibus, quandoquidem Chri
ſti opera non minus atq; eius nobis verba
loquũtur. Vocantur autem prouerbia ſer⸗
mones obſcuri, & impliciti, quib9 tectum
aliquid aut opertum ſignificatur. Dicit ita
que: Omnia quæ hactenus docui, hæc tan
quã in prouerbijs locutus ſum, in quibus
nõnihil latet quod manifeſte non dicitur,
ſed ceu clam intelligitur. Verum nunc ve⸗
nit hora, atq; nunc inſtat poſt reſurrectio Lucæ 24
nem. (Tunc enim aperuit illis ſenſum, vt
intelligerent ſcripturas) aut poſt ſpiritus
ſancti miſſionem, quando ſpiritus verita⸗ Iohan. 14
tis eos docebat omnia, palã de patre meo
annunciabo vobis.

In illo die in nomine meo petetis.
Et non dico uobis, quia ego rogabo

pa⸗

patrem de uobis.

In illo die in nomine meo petetis,cuius vſq; modo neſciuiſtis virtutem & efficaciam, adeo hactenus nihil petiſtis in nomine meo. Tunc autem petetis,poſtquam ſpiritus paracletus inducet vos in omnem
Iohan.14 veritatem. Tunc enim intelligetis me in patre,& patrem in me:tunc me verum deum & patrem adorabitis, & inuocabitis æque vt patrem. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis,hoc eſt, illo die non rogabo patrem. Neq; enim tunc erit neceſſe. Ipſi enim eritis idonei rogare patrem in nomine meo,vt meo tunc interceſſu non egeatis. Quod tamen ſic intelligitur, non vt Chriſtus non ſit interpellans pro nobis, quomodo dicit Iohan-
1.Iohan.2 nes,Aduocatum habemus apud patrem, Ieſum Chriſtũ iuſtũ,ſed quia eſt etiã cum patre exaudiens.Quod apoſtoli primo intellexerunt, tunc quando palam de patre eis annunciaturus erat.

Ipſe enĩ pater amat uos quia uos me amatis, & credidiſtis quia ego a deo exiui.

Non ita intelligendum eſt,nos ideo à patre amari,quia amamus Chriſtum. Neq; enim fides aut amor noſter cauſa eſt quare diligimur, ſed ediuerſo potius nos deũ ideo amamus, quia ipſe prior dilexit nos
1.Iohan.4 Ephe.1 Iohan.15 & nobis vult bonum hoc, quod eſt amare Chriſtum.Elegit enim nos ante mundi conſtitutionem, quemadmodum ipſe dicit quoq;:Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.Ipſe enim pater amat vos, quia me amatis.Cũ excideritis ab amore meo, etiam decidetis ab amore patris. Quamuis enim amor patris quo vos diligit, ſit cauſa quare me amatis: amor tamẽ veſter quo me diligitis ſignum eſt,quod vos pater amet.

Exiui a patre,& ueni in mũdum. Iterum relinquo mundum, & uado ad patrem. Dicunt ei diſcipuli eius: Ecce nũc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc ſcimus, quia ſcis omnia, & non opus eſt tibi ut quis te interroget.

Philip.2 Exiui à patre & veni in mundum. Humiliaui meipſum formam ſerui accipiens, & in mũdo eſſe cœpi ſecundum humanam naturam,qua ante nõ fueram (Hoc enim eſt in mundum veni)Iterum relinquo mũdum,& vado ad patrem, humanam naturam cœlis inuehens. Dicunt ei diſcipuli eius:Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis, quomodo aliĳs ſolebas dicere temporibus. Credebant apoſtoli à deo veniſſe Chriſtum ac miſſum, ſed de eius generatione, qua à patre exiſſet nondum plene nouerant, niſi modo, propterea dicunt palam eum nunc loqui. Et quia quod ante voluebatur in cordibus eorum ambiguum, ipſe eis dixerat: dicunt ei non opus eſſe,vt quis eum interroget. Nouit enim vel non interrogatus omnia quæ ego cogito quod me ſcandalizat,aut in quibus hæſito,& poteſt me nõ interrogantem ab omni dubio liberum & informatum reddere.Ignorantiam eñ meam agnoſcit. Eſt tamen mihi opus vt interrogem Chriſtum ſi ſcire voluero, hoc eſt,ſi eruditiõe ſua nõ me prçuenerit.

In hoc credimus,quia a deo exiſti.

Quare nunc tandẽ credunt apoſtoli Chriſtum à deo exiſſe:Fortaſſe quia illis non interrogantibus audire tamen cupientibus reuelauit & ſatis fecit Chriſtus dubĳs eorum.Dei enim ſolius eſt mentium ſecreta cognoſcere, & tacitis auditorum cogitationibus occurrere.In hoc itaq; experimẽto probamus te à patre exiſſe, qui cum patre omnia ſecreta cordium perueſtigas,cuius oculis omnia ſunt nuda & aperta.Cũ quo & ſpiritu ſancto dominus ipſe Ieſus Heb.4 ſit benedictus in ſecula,Amen.

SERMO DE EADEM dominica. Quomodo ſit in Ieſu nomine rogandũ, quantaq; laude ſit illud celebradũ,& quomodo ꝑ eius inuocationẽ efficiamur filĳ dei:item deus cum ſit immutabilis,quomodo exaudiat.

AMen Amen dico vobis,Si quid patrem petieritis in nomine meo dabit vobis,Ioh. XVI. Quam neceſſaria ſit nobis feruens cõtinuaq; ad deum oratio, docent nos infirmitas atq; multiiuga noſtra ignorãtia. Experimur quotidie quanta ſit noſtra imbecillitas in tentationibus,quanta deſidia in operando,

do, quanta ad virtutes tepiditas, quanta
in concupiſcendo malicia ,quanta deniq;
ad omne malum pronitas noſtra,vt inte-
rim taceam pericula , aduerſitates, metus
& infirmitates , quibus vndiq; circunda-
mur & iactamur quotidie. Poſtremo,quis
enumeret quas hoſtium fraudes & inſidi
as patimur,aduerſus quas nulla ex nobiſi-
pſis eſt nobis victoria,nulla potentia ad re
ſiſtendum? Hęc omnia ad obtinendum ſa
lutis portum , nobis difficultatem oſten-
dunt,qui non aliter in hac vita,atq; in ma
2.Para.20 ri magno, inter procelloſas tempeſtates,
nauigamus . Eſt tamen vna nobis relicta
conſolatio,ſicut rex Ioſaphat dicebat. Cũ
neſciamus quid agere debeamus, hoc no-
bis reſiduum eſt,vt manus noſtras ad deũ
leuemus,hoc eſt,vt ad patrem noſtrũ tan-
quam in hoc exilio orphani ſuſpirantes
confugiamus,ipſum orantes & noſtri cu
Pſal.45 ram illi committentes . Nemini eſt autem
formidandum,ne ad ſe confugientem re-
pellat abijciatve deus,qui eſt refugiũ pau-
perum,adiutor in tribulatione,nec timen
dum vt nolit nos audire,quandoquidem
Iohan.16 ſe exauditurum promittit,dicens: Amen
amen dico vobis: Si quid patrem petieri-
tis in nomine meo,dabit vobis. Clare hic
docet nos dominus,quomodo & in cuius
nomine,hoc eſt,in cuius meriti interpoſi-
tione fit nobis rogãdus . Nempe in ipſius
nomine,in nomine Ieſu, in nomine ſalua-
toris. Vnde enim aliter nobis emanaret ſa
lutiferum quid,quàm à ſaluatore? Et qm̃,
vt ſanctus Petrus ait,non aliud nomẽ da-
tum ſub cœlo eſt hominibus,in quo opor
teat nos ſaluos fieri,volo paulo fuſius be-
nedictum illud nomen vobis filij commẽ
dare. Nomen igitur Ieſus tantæ eſt dulce
dinis,tantæ reuerentiæ,tanti deniq; amo
ris , vt nemini illud non gratum , nemini
non conſolatorium ac ſuaue ſit. Quis em̃
vnquam dulce hoc nomẽ horruit? Canta-
te ergo & benedicite nomen eius,annun-
ciate de die in diem ſalutare eius . Confi-
temini,inquam , & benedicite nomẽ eius
quia exaltatum eſt nomẽ eius ſolius: Hoc
autem nomen verbum deus ex tunc ha-
buit,ex quo caro vel homo factus eſt. Sed
cauſa cur facto homini tale nomen poſitũ
eſt,non ex natura humana, ſed ex virtute
diuina pendet. Vnde enim nos ſaluat, aut
ſaluator noſter eſt,niſi ex eo,quod nõ ho-
mo tantum,ſed etiam deus eſt? De hoc no
mine in Canticis canticorum olim ſcriptũ
eſt : Oleum effuſum nomen tuum: aut vt Cant.1
alia habet tranſlatio , Vnguẽtum effuſum
nomen tuum. Tres conditiones ſunt olei
huic nomini ſancto peculiares . Lucet em̃
oleum, paſcit & vngit .Dicitur autem lu-
cere,quia fouet ignem. Nutrit carnem: id-
circo cibus eſt,aut condimentum cibi: Do
lorem quoq; lenit, atq; ideo hoc nomen
medicina eſt. Iam vide ſi non hæ conueni-
ant nomini Ieſu proprietates? Lucet no-
men Ieſu prędicatum,paſcit recogitatum
inuocatum lenit & vngit. Eſt itaq;,vt dixi
ſermo lux. Quod autem lux ſit, diuus te-
ſtatur Bernardus, dicens: Vnde putas
in toto orbe terrarum tanta & tam ſubita
fidei lux,niſi de prædicato Ieſu? Nõne in
huius nominis luce deus nos vocauit in 1.Petri.2
admirabile lumen ſuum? Quibus illumi- Ephe.5
natis,& in iſto lumine videntibus lumen, Actu.9
dicat merito Paulus: Fuiſtis aliquando te- Iohan.1
nebræ , nunc autem lux in domino . Hoc Ephe.5
deniq; eſt nomen quod coram regibus & Bernard.
gentibus & filijs Iſrael portare iuſſus eſt
idem Apoſtolus. Ob quã rem? niſi vt hoc
illuminaretur nomine , quicunq; veniret
in hũc mundum? Quibus illuminatis ve-
re diceret Apoſtolus: Fuiſtis aliquando te
nebræ,nunc autem lux in domino. Tene-
bræ ex vobis : lux autem in domino Ieſu.
Secundo, eſt nomẽ Ieſu cibus. De quo Ber
nardus loquens: An non totiens confor-
taris quotiens Ieſu recordaris? Quid (in-
quit) æque mentem cogitantis inpingu-
at? Quid ita exercitatos reparat ſenſus, vir
tutes roborat , vegetat mores bonos atq;
honeſtos caſtas fouet affectiones? Aridus
eſt omnis animæ cibus,ſi non oleo iſto in
funditur . Inſipidus eſt,ſi non hoc ſale cõ
ditur. Si ſcribas, non ſapit mihi, niſi lege-
ro ibi Ieſum . Si diſputes aut cõferas, non
ſapit mihi niſi ibi ſonuerit Ieſus. Ieſus mel
in ore,in aure melos,in corde iubilus. Ter
tio, eſt nomen Ieſu medicina . Siquidẽ per
huius ſancti nominis virtutem remiſſio-
nem accipimus peccatorũ . Quod ſancto
Ioſeph Angelus clare explicans. Vocabis Lucæ.1
inquit,nomen eius Ieſum: Ipſe enim ſal- 1.Iohan.2
uum faciet populum ſuum à peccatis eo- Actu.10
rum. Et Iohannes in Epiſtola: Scribo vo-
bis filioli,quoniam remittũtur vobis pec-
cata in nomine eius . Et beatus Petrus,
Huic,inquit,omnes prophetæ teſtimoni-
um perhibent,remiſſionem accipere pec-
catorum per nomen eius, omnes qui cre-
dent in eum. Nulla igitur confidentia iu-
ſtior,

ſtior, quam à Saluatore peccatorum remiſſionem petere, rogare à Ieſu ſalutem. Hoc enim vere in nomine Ieſu eſt petere, petere ea, propter quæ Chriſtus ipſe qui hoc nomen ſibi delegit, deſcendens de cœlis, venit in mundum, propter quod incarnatus eſt, paſſus eſt, & mortuus eſt. Et quid eſt, propter quod maxime venit in mundum? Nonne vt nos patri ſuo reconciliaret, ſaluosq́; nos faceret à peccatis ſcilicet noſtris? Eſt igitur Chriſtus nobis medicina. Nihil enim, vt verbis vtar Bernardi, ita iræ impetum cohibet, ſuperbiæ ſedat tumorem, ſanat liuoris vulnera, reſtringit luxuriæ fluxum, extinguit libidinis flammam, ſitim temperat auaritiæ, ac totius indecoris fugat pruriginem. Nõ autẽ putemus in literis ac ſyllabis his conſiſtere tantam virtutem, efficaciam, ac medicinam: ſed in re quæ literis ſignificatur. Siquidem cum nomino, inquit Bernardus, Ieſum, hominem mihi propono mitẽ & humilem corde, benignum, ſobrium, caſtum, miſericordem, & omni denique honeſtate ac ſanctitate cõſpicuum: eundemque ipſum deum omnipotentem, qui ſuo me & exemplo ſanet, & roboret adiutorio. Hæc omnia mihi ſonant ſimul, cum inſonuerit Ieſus. Habes itaque in nomine IESV, vnde actus tuos corrigas, vel minus perfectos adimpleas: itemque vnde ſenſus tuos aut ſerues ne corrumpantur, aut ſi corrumpantur, ſanes. Secundo nobis hoc nomen eſt medicina, quia neceſſaria nobis impetrat ad ſalutem. Multis egemus omnes, ſumusq́; ante oſtium domini quotidie mendicantes. Neque enim peccatorum duntaxat remiſſio, vulnerumque curatio eſt nobis neceſſaria: nec hac tantum re egemus vt purgemur, ſed vt & reficiamur, ſuſtentemur, confortemur, vt euitemus denique pericula & aduerſa. In omnibus his ad virtutem nominis IESV recurramus, oportet. Seſe enim dominus noſter IESVS CHRISTVS, quicquid à patre quæſierimus mediatorem ſalubriter vult agnoſci, adeo vt nemo ad patrem venire, niſi per illum, nemo à patre quid poſſit impetrare, niſi per illum. Eſt igitur primo nomen hoc IESVS deſolatis omnibus in refugium, eſt ſpes vera vnicaque pœnitentium. Nam quicunque inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Eſt deinde ægrotantibus & infirmis remedium: Quod in Euangelio Dominus dicit: In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent: & ſi quid mortiferum biberint, non eis nocebit: Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Videsne quantas virtutes hoc nomen IESVS interpellatum impetrat? Tertio, eſt pugnantibus omnibus in præſidiũ. Nam in Chriſti nomine, dixit. Sanctus Martinus, hoſtium cuneos tranſibo ſecurus. Sanct. Agatha quoque, Si feras, inquit, adhibueris, audito nomine IESV manſueſcunt. Et diſcipuli, ait Lucas, reuerſi ad dominum, dixerunt. Domine in nomine tuo etiam dæmonia ſubijciuntur nobis. Non ſunt autem ſubiecta dæmonia, niſi vincantur: non autem vincuntur, niſi in nomine domini IESV CHRISTI. Ipſe enim fortem illum armatum vincit, & omnia eius ſpolia diſtribuit. Hoc ſciebat Dauid quoque, qui aduerſum ſe venientem Goliam alloquens, dicebat: Tu venis ad me cum gladio & haſta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine domini exercituum dei Iſrael. Hoc modo nos quoque per inuocationem nominis domini oportet vincere, vt cum Pſalmiſta dicamus: In nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis. Eſt enim (vt in prouerbijs dicit Salomon) turris fortiſſima nomen domini: ad ipſam confugiet iuſtus & liberabitur. Quarto, hoc nomen benedictum patientibus eſt in ſolatium. Ibant, inquit Lucas, apoſtoli gaudentes à conſpectu cõcilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine IESV contumeliam pati. Et quid Paulus Apoſtolus dicebat Agabo prophetæ? Ego, inquit, non ſolum alligari, ſed & mori paratus ſum pro nomine dñi Ieſu. Hæc autem aduerſa & calamitoſa, vt ſunt carceres, mundi perſecutiones, odia, pœnæ, & huiuſmodi alia alioqui moleſta quam tolerabilia & ſuauia facit amor IESV? Quam dulcis fuit Apoſtolis inter aduerſa recordatio illa ſuauis verborum CHRISTI: Hæc autem facient vobis propter nomen meum, hoc eſt, perſequentur vos, odient vos, occident vos propter nomen meum, hoc eſt, in odium nominis mei. Ipſi quidem hoſtes hæc mala inferent vobis propter odium nominis mei. Vos autem hæc omnia ob amorem nominis mei ſufferetis. Si impijs

Iohan. 14 Ioel. 2 Mar. 16 Iohan. 10 Iſaiæ. 53 1. Reg. 17 Pſalm. 43 Prou. 18 Acto. 5 Actuũ 21 Iohan. 16

eſt gaudiũ, quod odio mei vos perſequuntur: ſit vobis ediuerſo quoque gaudium
& cõſolatio, quod mei nomine patimini.
Quid enĩ aliud fecit ſanctos martyres ex-
ultare in pœnis, niſi quia non patiebantur
vt ſceleſti, puta vt latrones, homicidæ, &
flagitioſi alij? ſed patiebantur amore Ieſu
Chriſti: cuius amor omnia grauia & into
lerabilia faciebat leuia, imo & ſuauia ac
deſiderata: Eſto, pœna ſentiatur vt pœna,
dolor ſit dolor martyribus: teſtimonium
tamen altiſſimum, quod moriendo redde
re ſe veritati cognoſcebant, & Chriſti no-
mini: amor quoq; Chriſti, cuius gratia &
contemplatione hæc tolerabant, & ſecuri-
tas futuræ expectationis martyres tanta
intus repleuit virtute, tanta gratia, tanto
amore, & tanta deuotiõe ac conſolatione,
vt non ſolum non grauia aut immania ſe
cogitarent ſuſtinere, ſed propter deſideriũ
placẽdi ac opus acceptum offerendi Deo,
nollent etiam his, alioqui triſtibus dolori-
bus ac pœnis carere. Neq; enim in ea, quæ
patiebãtur, animum figebant, ſed in eum
cuius amore & intuitu ſuſtinebant. Qui
cum cordibus illorum adeo eſſet charus,
adeo precioſus, adeo ſuauis, nihil putabãt
ſufficere, in eius honorem & in ipſius glo-
riam, quicquid paterentur etiã, quia nihil
ſe feciſſe, nihil adhuc paſſos ſe eſſe arbitra
bantur, niſi vniuerſa, quæ habebãt, ac tan
dem vitam pro illius amore in mortẽ tra-
Iohan. 1 didiſſent. Quinto, eſt nomen Ieſu creden-
tibus in honorem & faſtigium. Siquidem
dedit eis poteſtatem filios dei fieri, his qui
credũt in nomine eius. Quid honoratius
nominari, quid (vt ita dicam) etiam ambi-
tioſius poſſet deſiderari, quam eſſe filium
Dei? Omnibus tamen data eſt facultas fie
ri filios dei, his puta, qui credunt in nomi
ne eius. Nolite cogitare o filij hominum,
vt ſitis potẽtes & magni in terra. Filij hu-
Iohan. 3 Matth. 6 ius mũdi de terra ſunt, & terrena loquun-
tur, terrena cogitant & terrena ambiunt,
quia ibi eſt cor eorum vbi eſt eorum the-
ſaurus. Quia enim terrena precioſum æſti
mant theſaurꝫ, ideo hunc quærunt. Hunc
ſi inueniunt, cum gaudio & amore poſſi-
dent: cuius amore etiã, & Deum & omnia
ipſius dona ſpernunt. Vos autem filij ado
ptionis non ſic: Theſaurũ eſſe ſupremum
æſtimate, eſſe filios Dei. Hunc deſidera-
te, hunc quærite, & amore huius mun-
dana caducaque omnia ſpernite, abijci-
te, conculcate. Hunc ſi obtinueritis, ſum-
mopere & humilitate maxima cuſtodi-
te. Sexto, eſt nomen I E S V amanti-
bus in ſuſpirium. Nam ſponſa in Can-
ticis antequam diceret, oleum effuſum
nomen tuum, puta quod tam eſſet odo-
riferum, vt abſcondi non poſſet, dicebat: Cant. 1
Trahe me poſt te, curremus ſimul in odo
re vnguentorum tuorũ. Senſerat eius no
minis odoriferi fragrantiam: ideo non ſo
lum vt ſequeretur, ſed vt curreret etiam
poſt illam precabatur pellecta odore vn-
guentorum eius. Trahe me, inquit, poſt
te. Inuitat me odor tuus, trahit me a-
mor tui & deſiderium: ſed non adeo, vt Ibid.
curram. Iam quæſo non ſolum afficiat,
non ſolum alliciat, ſed trahat me quoque
tui amor, quo ego cum meis in amore
ſodalibus dicere poſſim: Curremus ſi-
mul in odore vnguentorum tuorum. Iſaiæ 26
Hoc idem ne Iſaias quidem propheta i-
gnorabat, dicens: Domine nomen tu-
um & memoriale tuum in deſiderio a-
nimæ. Hoc eſt nomen quod Beatus
I G N A T I V S martyr in corde ſuo
ſcriptum circunferebat, ſentiens in ſe il-
lud inſcriptum cordi ſuo propter amo-
ris illius vehementiam. Quod quia in vi-
ta dixerat in ſe ſcriptum, poſt eius mar- Ignatius
tyrium conſummatum corpore exciſo &
aperto, in eius corde inuentum eſt no-
men domini I E S V aureis literis ſcri-
ptum. Septimo, eſt generaliter omni-
bus orantibus exauditionis ſuffragium.
Neque enim fallax eſt C H R I S T I
promiſſio dicentis in hodierno Euange-
lio: Amen amen dico vobis. Quicquid
petieritis patrem in nomine meo, dabit
vobis. Sed quia paulo ante in ſuperiori-
bus cum dicerem credentibus nomen eſ-
ſe I E S V in faſtigium (Siquidem de-
dit nobis omnibus Deus poteſtatem fi-
lios Dei fieri) reſtat quærendum, qui ſint
per nomen I E S V exaltati, qui ſint qui
vocari debeant filij Dei. Dicendum pri- Iohan. 1
mo filios eſſe Dei, hoſque cognoſcendos
per fidei veritatem. In his enim ipſis ver-
bis hoc oſtenditur, quibus hanc poteſta-
tem dederit, quandoquidem ſequitur,
His qui credunt in nomine eius. Qua-
propter pagani, idolatræ, Iudæi, hære-
ticique omnes, quia non ſunt filij Dei,
ab hæreditate C H R I S T I excluden-
tur. Sine fide enim impoſſibile eſt place-
re deo.

Heb.11 re deo. Qui enim Eccleſię non eſt filius,
non eſt etiam Dei, vt ſunt ſciſmatici o-
mnes & hæretici, qui à matre defecerunt,
matri rebelles ouibus ſtolidiores. Neque
enim matris, quomodo agni, agnoſcunt
Oſee.2 vocem. Matrem Eccleſiam dico, quam,
Gala.3 vt Oſee ait, ſponſauit ſibi in fide: Omnes
quoque (PAVLVS dicit) filij Dei e-
ſtis per fidem in CHRISTO IE-
SV, vt pote ex eadem matre geniti. Se-
Leui.25 cundo, efficiuntur dei filij per puritatem
cordis. Quod ex Leuitico colligitur, vbi
dominus dicit: Immundum ne tetigeri-
tis, & ero vobis in patrem, & vos eritis mi
hi in filios. Sanctus enim eſt ipſe pater ac
Leui.19 deus noſter, noſque vult eſſe filios ſan-
ctos. Sancti, inquit, eſtote, quoniam ego
ſanctus ſum dominus deus veſter. San-
ctum autem eſſe, eſt à peccato eſſe mun-
1.Iohan.3 dum, præſertim mortali. Et omnis, ait
IOHANNES, qui eſt ex deo, non pec-
cat, ſcilicet mortaliter. Caueamus igitur
peccata, fugiamus, odiamus, & perſequa-
mur eadem in nobis gemendo, flendo, vi
tia caſtigando, occaſiones infirmitati no-
ſtræ ſubtrahendo, & orando. Non eſt vn-
de excuſemus nos quaſi à peccatis non
poſſimus abſtinere, aut tentationes ſu-
perare. Iubemur enim in hodierno Euan
gelio petere & accipere. Quicquid igi-
tur nobis deeſt virtutis aut auxilij, hoc à
Deo in nomine filij eius petamus & da-
bitur nobis. Intra nos eſt quod retinet
nos, quod minime ad radicem pertingen
tes ſtudemus euellere. Eſt enim concupi-
ſcentia peccati in nobis radicata, huic
blandimur, aſſentimus, hanc toleramus
diſſimulamuſque. Quam ſi ſtrenue ſeue-
reque perſequeremur, diuino auxilio in-
uocato, citius liberaremur. Tertio, filij
Dei efficimur per vitæ humilitatem. Præ
alijs namque omnibus virtutibus domi-
Matth.11 nus IESVS nobis humilitatem ſuam ac
Iohan.1 mititatem in exemplum poſuit, dicens:
Matt.3 Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis
corde. Quo exemplo vt diſceremus nos
fieri filij Dei, & verbo & opere inuitauit
nos ad ſui imitationem, quam præcipue
in hoc ſitam eſſe voluit, ſi fuerimus hu-
miles & mites corde. Siquidem humili-
tatem vbique in vita ac moribus prætu-
lit. Nam quaſi Dei filium ſe ignoraret,
quaſi neſciret ſe regem angelorum ad IO
HANNEM venit baptizandus. Nul-
lum remedium peccati à ſe voluit eſſe a-
lienum. Vbique ſe depreſſit, vbique humi-
liauit. Iccirco poſt illam humiliationem
ſui audire meruit voce cœlitus delapſa: Ibid.
Hic eſt filius meus dilectus. Quarto, filij
dei efficimur, ſi pacem, concordiam &
charitatem cum proximis noſtris ſerua-
mus. Quod dominus quoque IESVS
ipſe confirmat, dicens: Beati pacifici, quo- Matth.5
niam filij Dei vocabuntur. CHRI-
STVS namque mediator noſter pa-
cem inter homines & Deum pro nobis
moriendo fecit, cuius ſignum præbuit,
quod in cruce à terra eleuatus inter cœ-
lum ac terram medius pendens, mortem
ſuſtinuit. Simus ergo pacifici, vbique ca-
uentes omnem occaſionem delinquendi
& circuncidentes linguas noſtras, ne quid
à nobis prodeat, quod pacem aliorum
turbet, quod ſcandalizet, quod vnita- Roma.12
tem ſcindat, aut vulneret charitatem.
Quod Apoſtolus monens ait: Quan-
tum in vobis eſt, cum omnibus pacem
habentes. Quinto, per miſericordiam &
pietatem filij dei efficimur. Et ideo in
Eccleſiaſtico eſt ſcriptum: Pupillis eſto Eccle.4
miſericors, & eris velut altiſſimi filius.
CHRISTVS quoq; idipſum iubens,
Eſtote, inquit, miſericordes, ſicut pater
veſter cœleſtis miſericors eſt. Per miſeri-
cordiam igitur diuinam naturam imi-
tamur, atque dei filij efficimur. Sexto, dei
filij efficimur in flagellorum aſſiduitate,
quæ à domino patimur. Ita enim Hebræ- Hebrę.12
is hoc PAVLVS loquitur, dicens: Quē
diligit dominus caſtigat: flagellat autem
omnem filium, quem recipit. In diſcipli-
na perſeuerate. Tanquam enim filijs vo-
bis offert ſe deus. Quis enim filius, quem
non corripit pater? Quod ſi extra diſcipli-
nam eſtis, cuius participes facti ſunt o-
mnes, ergo adulteri, & non filij eſtis. Vi-
dete igitur quanta ſit hic conſolatio mœ-
rentium gementiumque ſub diſciplina
patris. Omnes à correctione eius eſſe vel-
lemus liberi, cum tamen correctio ipſa ſi-
gnum eſt nobis, quod ſumus filij. Expe-
dit autem, nobiſque vtiliſſimum eſt pro
ſingulis exceſſibus hic caſtigari. Neq; em̄
bis deus punit, ſed quod hic caſtigatū eſt, Prouer.3
parcitur in futuro. Siquidem in prouerbijs
legitur: Quem dominus diligit corripit,
& quaſi pater in filio complacet ſibi. Et in
Eccleſiaſtico: Qui diligit filium aſſiduat il Eccle.30

li flagella. Videte igitur quantam gratiam quantamq; charitatem fecit nobis Deus, vt filij dei nominemur & ſimus. Exhibeamus igitur nos vt filios Dei, non vt deum imitari velimus in potẽtia, in ſcientia in gloria, in dominatione, ſed in miſeratione, in innocẽtia, in puritate, in benignitate, in dilectione inimicoꝝ, in lõganimitate, & huiuſmodi virtutibus alijs. Quibus ſeſe nobis Chriſtus prębuit in exemplũ, voluitq;, vt prędixi, nos in ſuo nomine petere, rogareq; patrem ea quę cum ſuo ſint nomine, hoc eſt, quæ ſui ſunt honoris. Quod vtique fiet, ſi iugiter in nobis ardeat deſiderium ipſum laudandi, honorandi, ipſiq; funditus ex toto corde placẽdi, iuxta benedictum nomen ſuum. Semper ergo in nobis ſit reuerentia illa, ille timor, illa ſolicitudo, feruor ille deniq; erga ipſum, ne qd fiat quod ei modo aliquo diſplicere poſſet. Et quamuis maximopere nos oporteat ſemper timere, cauere, prouidereque, ne quid noſtri occaſione aut negligentia fiat contra eum eiuſque ſanctiſſimi nominis laudem, nihilominus tamen etiam pro alijs, quantum in nobis eſt, vigilare nos conuenit, procurareq; eius honorem, videlicet, ne peccetur, aut ab alijs offendatur ipſe. Idq; ex pura meraq; charitate propter eũ fieri debet. Semper quoq; in corde noſtro naſci & emanare debet ad deum fideliſſima, feruentiſſima deuotiſſimaq; dilectio, nos impellens, noſq; effundens, & in omnia quæ ſunt ad gloriam & beneplacitum ipſius promptiſſimos nos reddens. Qui ſic diligit deumque quærit, huic ipſe perplacet, placent quoque huic etiam eius ſemper æquiſſima iudicia. Non huic opus eſt quęrere qd in eius nomine laudandum velit: Amor enim illi commonſtrabit, quid in deo poſſit debeat ne laudari. Hoc ergo eſt in ipſius nomine (vt dixi) petere, nihil quod illi minus conueniat facere, velle, aut, quantũ in nobis eſt, ſuſtinere, fieri: ſed omnibus modis eius inhonorationem, contumeliam irreuerentiamq; propellere, impedire, cooperãdo, orando, ſuſpirãdoq; ad ipſum ignitis deſiderijs. Cæterum, cogitare quis veſtrum hic poſſet: Cum Deus verax, conſtans, & immutabilis ſit, quid facit oratio, quia immutare non poteſt deum: Neque enim de nolente facit volentem, & quicquid voluerit deus fiet, ideo ſuperflua videtur oratio. Reſpondendum, nequaquã eſſe ſuperfluam orationem, nec eſſe etiam propterea mutabilem deum. Quod vt plenius intelligatur, aliqd ex hiſtoria ſancta, puta ex Geneſi recenſeamus cauſa exempli. Ibi enim legimus Iſaac à deo promiſſum ſemen eius multiplicandum vt ſtellas cœli. Quando ergo promittebatur ei à deo, an deus id facturus erat, an non? Abſit vt promittere deum dicamus non ſeruaturum. Abſit, inquam, vt abſq; voluntate implendi ſentiamus eum promittentem. Abſit poſtremo vt eum à voluntate mutabilem ſiue mutatum dicamus. Ergo quod promiſerat voluit, & quod voluit, ſeruauit, hoc eſt impleuit. Iam igitur audi: Poſt hanc promiſſionem dei Iſaac vxorem duxit ſterilem. Abijt Iſaac ad rogãdum dominum, pro vxore ſua, eo quod eſſet ſterilis. Quem exaudiuit deus, & dedit conceptum Rebeccæ. Iam vide quid neceſſitatis hic fuit Iſaac orare pro vxore ſterili, cum ei promiſſum à deo iam ante fuerat ſemen eius multiplicandum, vt ſtellas cœli. Si promiſſio erat vera diuina, ſi implenda, quid neceſſe fuit Iſaac orare? Nam ſi verax eſt deus, ſi ſtabilis, conſtans, ac immutabilis eſt, iam neceſſe erat quod promiſerat fieri. Quare ergo tũc orauit Iſaac dominum? Num dominus suę ſponſionis aut eſt oblitus, aut implere non potuit? Haudquaquam. Sed quomodo ab ęterno hoc prædeſtinauerat futurum, ita etiam deus hoc ipſum reuelauerat Iſaac implendum, puta, vt ſemen eius ſicut ſtellæ cœli multiplicaretur. Quomodo ergo prędeſtinatum erat & certo futurum, vt ſemen eius multiplicaretur, ita prædeſtinata quoq; fuerunt & media, & modus quibus prædeſtinatio principalis impleretur. Oratio igitur Iſaac non mutauit deum, nec fuit otioſa, aut ſuperflua, ſed neceſſaria, quaſi pro re per orationem impetranda. Non igitur recte obijcitur quod nihilominus deus eſſet idipſum quod orabat Iſaac ſine oratione facturus. Non ita eſt ſentiendũ. Nam quia ſcribitur, Exaudiuit deus orationem eius, hauddubium oſtendit, niſi Iſaac oraſſet Rebecca eius ſterilis manſiſſet. Quomodo enim exaudiſſet Iſaac orationem deus, pro ſterili vxore precantis, ſi hæc abſq; mariti oratione fœcũditatẽ obtinuiſſet? Sed dicis inde quod deus prędixit, neceſſe erat, tametſi Iſaac non oraſſet, vt

Gene. 15

Gene. 25

ſet, vt Rebecca conciperet, ideo ſuperflue orauit. Haudquaquam. Sciuit deus ab æterno ſemen Iſaac multiplicandum, ſciuit ſterilem Iſaac vxorem Rebeccam futuram, ſciuit Iſaac virum ſanctũ pro vxore precaturum ſterili, ſciuit ſe exauditurum, vt prædeſtinatio impleretur: ideo quomodo finis præſtitus & prædeſtinatus fuit, ita etiam media ſunt præſtita & prædeſtinata, quæ ſi intermitterentur, & hoc ipſum fuiſſet præſcitum à deo, nec finis tunc præordinatus foret nec prænunciatus. (Ionæ.3) Verbi gratia: Non prędicitur à deo ſeges multa futura, niſi & colonus præuideatur araturus. Si itaq; araturus eſt & culturus agrum, poteſt ſequi ſeges huberrima futura, poteſt etiam ſeges impediri. Quæ ſi minime fuerit impedita, poteſt certe futura prædici, ab eo qui futura ſcit, quæ tamen ſi colonus agrum non arauerit, neq; eſſet neq; prædiceret ſeges copioſa futura. Potuit hoc modo multiplicatio ſeminis Iſaac prædici à deo, potuit ſterilitas vxoris Iſaac Rebeccæ ſcilicet præſciri, potuit nihilominus quæ prænunciata à deo fuerat ſeminis multiplicatio vera impleri, qa præuidebatur Iſaac oraturus & Rebeccę ſterilitatẽ deprecaturus vt nullũ eſſet impedimẽtum quin diuina prædeſtinatio impleatur. Nõ igitur erat ſuperflua oratio, qua impetrabatur fœcunditas Rebeccæ, quia ſine ea neq; ſterilis cõcepiſſet, nec Iſaac promiſſio facta fuiſſet. Impletur igitur finis, ſi media impleantur. Nec prædicitur implẽdus finis, vbi media quibus ad finem perueniri oportet, præuidentur à deo non implenda. Sed obijcitur ab alio fortaſſe: Si oratio habet efficaciam impetrandi, tunc deus vt homo mutatur. Legimus enim in ſcriptura ſacra aliquid vt futurum à domino prænunciatum, quod tamen facta oratione non fuit, quomodo interminatum fuerat impletũ. Verbi gratia: Niniuitis per prophetam Ionam à deo prænunciatum fuit excidiũ ciuitatis. Vbi tamen pœnitentia regis & incolarum, orationeq; eorundem ad deum facta manſit Niniuę incolumis. Aut igitur deus fuit mutatus ad preces & pœnitentiam incolarum ciuitatis, vt non faceret quod voluerat, aut non fuit verax, vt diceret futurum quod non erat futurũ. Dicendũ, licet circa nos fiant mutationes in rebus huiuſmodi exterioribus, deus tamẽ ſtabilis manet & immutabilis. Sumus em̃ nos mutabiles, ideo ſententia diuina circa nos bene mutatur, deo remanente immutabili. Verbi gratia: Niniuitis ſententia fuit per Ionã nunciata, quã tũ Niniuitæ cũ nunciaretur iuxta ſua opera dignam commeruerãt. (Ibid.) Qui tamen vbi ſe mutauerant, ſententia quoq; circa eos mutata fuit, vt non fieret quod alioqui fuiſſet futurum, hoc eſt, vt non periret ciuitas. Propterea tamen deus nõ eſt mutatus in ſua volũtate. Sed dicis: Quomodo tunc eſt verax? Dicit enim ſubuertendam ciuitatem, quæ non eſt ſubuerſa. Dic deum prædixiſſe ſententiam dignam operibus Niniuitarum, & inſinuaſſe quid meruiſſent: nempe excidium ciuitatis. Sciuit tamen eos pœnitentiam acturos, ideo nunquam fuit mutatus in aliam voluntatem, quam ante habuerit. Nũquam enim voluit Niniuitas damnare, quos ſciuit per pœnitentiam reuocandos, atque mutandos, licet ſententiam inferendam, quam meruiſſent, ſi non pœnituiſſent, illis indicauit. Simile eſt de Hezechia rege (Iſaiæ.38) Iudæ cui deus terminum vitæ prænunciauit. Orauit deũ Hezechias & addidit deus adhuc quindecim annos vitæ Hezechiæ. Circa Hezechiam facta eſt mutatio, quia certiſſimo fuiſſet moriturus, niſi adijciente domino plures annos ſuperuixiſſet. Deus autem mutatus non fuit, vt quod primo voluiſſet, deinde mutatus nollet, ſed immutabilis ipſe circa res mutabiles ægroto adeſſe mortem nunciat. Ipſe tamẽ quomodo ſciuit ægroto vere adeſſe mortem, ita ſciuit & voluit eum hac vice non mori, ſed oratione ſibi longiorem vitam impetrare. Prædixit igitur, quod ſciebat niſi ſubueniretur, futurum prænunciabat ei, non iuxta hoc quod erat facturus in eo miraculum, ſed iuxta hoc quod naturali ei fuiſſet curſu naturæ (niſi deus aliter prouidiſſet) euenturum. Vere igitur impetrauit Hezechias oratione ſua longiorem vitam, quia niſi oraſſet, deus annos ei plures vitæ nõ adieciſſet. Verum orationem futuram Hezechiæ cognouit, & ſe illum ſeruaturum in vita ſciuit. Vnde ſtãte hoc quod mutatio circa Hezechiam facta eſt, nihilominus in deo mutatio nulla facta eſt, ſed quod voluit deus ſemper voluit, & volens manſit. Orate igitur ſemper deum filij, nec de prædeſtinatione diſputate, ſed dei prouidentiæ vos committite. Adeo graue periculum ſuper vos non poteſt venire, à quo deus non poſſit vos

liberare. Mutate vos in meliorem vitam, quia adeo deploratæ non fuiſtis vitæ, à qua diuina miſeratio, ſi pœnitueritis, non vos liberet. Si igitur volueritis de peccatis priſtinis pœnitere, ſi pro venia peccatorum deum rogare, ſi futura peccata volueritis cauere, ſi denique dei ſeruare decreueritis mandata, ſigna habetis quod ſcripta ſunt nomina veſtra in libro vitæ. Lucæ.10
Quod nobis omnibus largiatur dei filius dominus noſter IESVS CHRISTVS in ſecula benedictus, Amen.

DOMINICA POST ASCENSIonem Domini. Epiſtola prima Petri quarto.

Prou.10
Iaco.5
EStote prudentes, & uigilate in orationibus. Ante omnia mutuam in uobiſmetipſis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ dei. Si quis loquitur, quaſi ſermones dei: ſi quis miniſtrat, tanquam ex uirtute quam adminiſtrat deus, ut in omnibus honorificetur deus, per IESVM CHRISTVM.

PARAPHRASIS IN EANDEM epiſtolam.

1.Petri.4.5
POSTQVAM PRAEmonuerat eos qui luxurijs & peccatis operam dant PETRVS apoſtolus, deterrere eos cupiens à vitijs per expectationem diuini iudicij, quod fu-
Roma.14
turum eſt in nouiſſimo die, quo reddent rationem operum ſuorum, nihilominus credentes monet nunc vigilare proſpicereque, quod recte inculpateque viuant, quandoquidem incerti ſunt, quan
Lucæ.12
do viuendi terminus illis ſit imponendus. Quamobrem cum dominus pulſauerit, quacunque hora veniens illos inueniat oportet vigilantes, & qui pulſanti confeſtim aperiant paratiq; occurrant. Dicit igitur: Eſtote prudētes, cognoſcentes cauentesq; pericula tentationum ex carne & mundo, inſidiasq; diaboli intelligentes: quas quomodo elabi aut vincere ſtudeatis veſtra ſit meditatio. Et vigilate omni hora hoſtium tentamenta ſuſpecta habentes. Nec tantum opus eſt vt vigiletis, ſed vt vigiletis etiam in orationibus. Prudentia enim & vigilia veſtra ad hoc
Pſal.126
quamuis ſit neceſſaria, ne ab inimicis capiamini, non tamen ſufficit niſi adiutorium etiam vobis aſſit diuinum. Niſi enim dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Iccirco vigilate in orationibus, vt habitetis in adiutorio altiſſimi, & in protectione dei cœli commoremini quem inuocatis. Ante omnia præ Pſalm.
cipue mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam ac indeficientem habentes. Abſque enim obſeruatione charitatis nihil prodeſt, quicquid aliud exercebitis Col.3
aut quæretis ad ſalutem. Hoc modo Paulus quoque monet, dicens: Super omnia charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis. Hæc enim operit multitudinem peccatorum, vt vbi illa à deo infuſa fuerit, ibi recedat neceſſe eſt mortale peccatum. Cuius charitatis quanto ardor in deum fuerit maior, tanto quoque plus de pœna peccati abſumit. Sequit: Eſtote hoſpitales vt ſcilicet aduenas et peregrinos hilariter recipiatis, humaniterq; tractetis. Ad hoc ipſum Paulus quoque Hebræos hortatur, dicens: Charitas fraternitatis maneat vobiſcum, & hoſpitalitatem noli Heb.13
te obliuiſci. Quis enim poteſt profiteri ſe diligere proximum ſuum, cui tempore neceſſitatis nihil conſolationis aut beneficij impendit? Si enim diligeret, neceſſe foret oſtendere, quomodo aut quantum diligat

diligat. Non igitur diligamus verbo aut lingua, ſed opere & veritate. Qui enim dicit ſe diligere fratrem ſuum, & tempore
Ibid. neceſſitatis clauſerit viſcera ſua, vt illi nõ ſubueniat, quomodo dei eſt charitas in illo? Eſtote ſine murmuratione, vt ea quæ agere aut pati oportet, benigno atq; tran-
1.Cor.12 quillo animo recipiatis. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam à deo (Varia enim ſunt
1.Cor.13 dona dei) illam adminiſtret alteri per communicatiõem charitatis. Neq; enim quæ ſua ſunt tantum charitas quærit, imo quomodo nemo ſibi ſoli natus eſt, ita nemo ſibi ſoli gratiã donumve à deo accepit, ſed in vſum & communicatiõem accepit multorum. Et ideo vnuſquiſque hoc ipſum quod à deo accepit, adminiſtret in vtilitatem non tantum ſuam, ſed etiam aliorum omniumq́; ſicut decet diſpenſatores multiformis gratiæ dei. Si quis loquitur, ita loquatur ad proximorum ædificationem vt eius ſermones ita accipiãtur tanquam ſermones dei. Si quis miniſtrat deo ſeruiens, aut proximorum ſubueniens neceſſitatibus, ita miniſtret, vt ſuis hoc viribus non aſcribat, ſed virtuti quam ſubmini-
Iohan.3 ſtrat deus. Neque enim, vt Baptiſta Iohannes ait, poteſt à ſe homo facere quicquam niſi datum ei fuerit de cœlo. Vt in omnibus honorificetur deus, eiusq́; gloria, atq; honor quæratur per IESVM CHRISTVM. Cui eſt honor & gloria & imperium, vtpote ei qui præſidet, omnia regit in ſecula ſeculorum, Amen.

EXEGESIS EVANgelij Dominicæ poſt Aſcenſionem Domini.

Ioh. XV. & XVI.

IN PRAECLARO illo ſermone, quẽ poſt cœnam ſuis fecit diſcipulis dominus Ieſus oſtẽdit ſe odio haberi, & perſecutionem pati ab his, quos ſaluare cupiebat, hoc eſt, à Iudæis. Nec excuſandos voluit pro ignorantia, quoniam tanta locutus fuiſſet, tot oſtendiſſet eis virtutes, tot ſigna, vt nulli poſt hac fuerit illorum
Iohan.15 excuſationi locus, quin ad credendum, ſi modo voluiſſent vincerentur. Sed oderunt, inquit & me & patrem meum. Hoc ſignificare volens, vt quomodo nominis CHRISTI tunc eos inuidia à ſalute retinebat in cæcitate captiuos ne conuerterentur, ita poſt mortem ſuam non perituram hanc inuidiam, quin apoſtolos quoque odio nominis Chriſtiani perſequerentur. Et quomodo euangelium in CHRISTO ſpreuerint, ita etiam in ipſum prædicantibus apoſtolis ſint impugnaturi. Non autem propterea formidandum eſſe apoſtolis, quandoquidem affuturum ſibi ſcirent ſpiritum ſanctum, qui ita conſolaretur eos, vt abſque animi tunc deiectione hæc mundi odia animo intrepido ferrent atque nihili ducerent. Dicit ergo:

Cum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis a patre ſpiritum ueritatis, qui a patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me.

Varia ſunt nomina ſpiritus ſancti, quia variæ eius operationes, multiplicia dona variaque beneficia. Hic enim eum nominat ſpiritum ſanctum, nominat paracletum, nominat ſpiritum veritatis. Ali- Lucæ.11
bi quoque vocatur ſpiritus bonus & ſpiritus rectus, ſpiritusque principalis. Porro ISAIAS hunc iuxta ſeptem eius dona, quæ confert homini eum nominat ſpi- Iſaiæ.11
ritum ſapientiæ & intellectus, ſpiritum cõſilij & fortitudinis, ſpiritum ſcientiæ & pietatis, & ſpiritum timoris domini. Prætermiſſis his nominibus hoc tantum dicendum eſt modo, quare ſpiritus ſanctus deus vocatus ſit paracletus, id eſt, conſolator. Primo, propterea quod mitigat tentationes, quomodo per ISAIAM di- Iſaiæ.43
citur: Cum tranſieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te, & in igne non combureris. Siue enim à ſiniſtris, ſiue à dextris inſurgant tentationes, ſiue tribulationum aquæ, ſiue tentationum & perſecutionum incendia vrgeant, vtraq; mitigat ſpiritus ſanctus. Fidelis enim, ait PAVLVS, deus qui non patietur vos 1.Cor.10
tentari ſuprà id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere. Secundo, vocatur paracletus quod in aduerſis lætitiam infundat, vt aduerſa non ſolum non grauent, ſed etiam delectent. Quis enim exultare ac de- Danie.3
um laudare in ardenti fecit fornace tres pueros, tutosq́; ſeruauit ab igne, niſi ſpũs ſanctus? Aut vñ ſanctis martyribus tanta conſtan-

conſtantia, gaudium & fortitudo, vt inter
immanes cruciatus pſallerent, & tormen-
ta nihili penderent, niſi ab eo, qui dicit,
Eccle.24 Spiritus meus ſuper mel dulcis, qui tribus
pueris futurorum martyrum ſuorum ſpe
ciem gerentibus fecit medium fornacis,
quaſi ventum roris flantem. Volebat igi-
Gregori. tur ſuos apoſtolos ſecuros reddere Chri-
ſtus contra timorem, vel in hoc quod præ
nunciauit eis futura aduerſa (quandoqui-
dem iacula præuiſa minus feriunt) vel q̃d
inter aduerſa dandus ſit eis conſolator,
qui triſtia temperet grauiaq; faciat dulcia.
Dicitur quoq; ſpiritus ſanctus hic ſpiritus
veritatis. Et quamuis pater ſit veritas, fili-
us ſit veritas, & ſpiritus ſanctus ſit veritas
vnus tamen eſt deus, & vna veritas, eaq;
Iohan.14 Chriſto magis proprie tribuitur, iuxta il-
Roma.8 lud quod ipſe dicit: Ego ſum via, veritas
Gal.4 & vita. Spiritus itaq; veritatis ſpiritus eſt
Chriſti, ſicut ſcriptum eſt: Qui Chriſti ſpi
ritum non habet, hic non eſt eius. Et alibi
Deus miſit ſpiritũ filij ſui in corda noſtra
clamantem, Abba pater. Poteſt etiam dici
ſpiritus veritatis, quia eos quos implet ve
races, & pro veritate loqui facit, vel quia
veritatem docet. Cum ergo venerit ille
ſpiritus veritatis, dicit apoſtolis Ieſus, ille
Lucæ.21 teſtimonium perhibebit de me, vel pro-
pterea quod vos docebit, quod vobis os
& ſapientiam dabit: quod deniq; vobis lo
quendi & teſtificandi animum, fiduciam
& efficaciam præſtabit, aut ideo, quod au-
ditores præparabit excitabitq;, inſpiran-
do, atq; ipſorum emolliendo & penetran-
do corda. Hoc modo teſtimonium ſpiri-
Actu.2 tus ſanctus Chriſto perhibuit. Petro lo-
quente in die Pentecoſtes ad populum.
Nam apoſtolos omnes quos paulo ante
impleuerat, maxime autem Petrum, ani-
mauit, adeo vt ſurgens mox eos qui Chri
ſtum negauerant, eiuſq; fundi procuraue
rant ſanguinem, increpatione leui & man
ſueta argueret, compũgeret, & ad tria mi-
lia ad Chriſtum conuerteret, qui adorarẽt
quem iam nuper in cruce ſuffigi curaue-
rant, & eius bibere cuperent ſanguinem
quem non timuerant effundere. Vides q̃d
ſpiritus ſancti plenitudo in Petro, cæteriſ
que omnibus potuit ſubito operari, qui
ante fuerant adeo meticuloſi, vt nullo au
derent modo libere Chriſtum confiteri.

Et uos teſtimonium perhibebitis,
quia ab initio mecum eſtis.

Ea enim quę vidiſtis & audiſtis de me prę Pſal.18
dicabitis, vt in om̃em terram exeat ſonus
veſter. Simile eſt, quod in Actis refertur Actu.1
apoſtolorum, vbi Chriſtus dixiſſe fertur:
Accipietis virtutem ſuperuenientis ſpiri-
tus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes, in Ie
ruſalem, & in omni Iudæa & Samaria, &
vſq; ad vltimum terræ. Hoc autem non i-
gnauiter ſed egregie apoſtoli ſpiritu ſan-
cto repleti præſtiterunt. Siquidem ad con
cilium vocati Iudæorum & quare Ieſu no-
men contra ſuum edictum prædicare fue-
rint auſi, increpati ingenue reſponderũt: Actu.5
Obedire oportet deo magis quam homi-
nibus. Et incipientes illi teſtimonium fer-
re, quem prædicabãt Ieſum, Deus, inqui-
unt, patrum veſtrorum ſuſcitauit Ieſum,
quem vos interemiſtis ſuſpendentes in li-
gno. Hunc principem & ſaluatorem deus
exaltauit dextera ſua ad dandam pœnite-
tiam Iſrael, & remiſſionem peccatorum.
Et nos ſumus teſtes horum verborum, &
ſpiritus ſanctus, quem dedit deus omni-
bus obediẽtibus ſibi. Vos, inquit, teſtimo-
nium perhibebitis, quia ab initio mecum
eſtis, id eſt, qui opera ſignaq; mea omnia
vidiſtis, omnia verba audiſtis. Huiuſmo-
di enim teſtes habere debuit Chriſtus, qui
non ab alijs relata, ſed qui tam viſa quàm
audita Chriſti & ſermones & virtutes prę Actu.1
dicarent. Eamobrem Petrus cum in locũ
Iudæ proditoris apoſtolum foret ſurro-
gaturus, non quemlibet duxit eligendũ,
ſed oportet, inquit, ex his viris qui nobiſ-
cum ſunt congregati in omni tempore
quo intrauit & exiuit inter nos dominus
Ieſus, incipiens à baptiſmate Iohannis, vſ
que in diem quo aſſumptus eſt à nobis te-
ſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri
vnum ex iſtis, haud dubium qui eis quæ
vidiſſet & audiſſet poſſet atteſtari.

Hæc locutus ſum uobis, ut non
ſcandalizemini. Abſq; ſynagogis fa
cient uos.

Hæc locutus ſum vobis, ſcilicet quæ pau-
lo ante prędixi de odio mei, vt cũ videritis
etiã his maiora mihi inferri, puta crucẽ &
mortem, nõ ſcandalizemini, hoc eſt, non
propterea vos credatis deceptos, aut ſuc-
cubuiſſe me pœnis, vt præſtare quæ promi
ſerim, nequeam. Pari quoque modo vos
ſcandalizari non oportet, cum vos perſe-
cuti fuerint. Tantũ em̃ eſt mũdo mei nomi
nis odiũ, vt in morte mea nequaq̃ illud ſit
extin-

extinguendum, ſed vos etiam perſequentur per inuidiam mei, & quia mei eſtis diſcipuli. Non igitur tunc ſcandalizemini, ſed cogitate qd prędixerim vobis: Si vos odit mundus ſcitote quia priorem me vobis odio habuit. Abſq; ſynagogis facient vos, hoc eſt, e ſynagogis eijcient vos, vt homines vita, conuerſatione, ſeu hominum cõſuetudine indignos, & quaſi homines qui ad congregationem non pertineant, aut dignos, quibus hominum interdicta ſit omnis amicitia. Extra ſynagogam eijcere nihil erat aliud, quam hodie eſt excommunicare. Refert autem hoc quaſi rẽ triſtem apoſtolis futuram, qui quamuis non magnopere curarent Iudæorum ſynagogas: hæc tamen contumelia male eos habebat (quæ fiebat non ſibi tantum, ſed magis Chriſto) vt pro inuidia ipſius ceu indigni communi iudicarentur hominũ conſuetudine. Nec tamen hoc ſolum erãt Chriſti & apoſtolorũ hoſtes facturi, ſed acriori pręterea perſecutione debacchaturi erant in eos, quaſi in homines peſtilẽtes, exitioſos & vita indignos, adeo vt dum huiuſmodi interficerent, tantum aberat vt ſeſe in hoc delinquere putarent, verum vt etiam obſequium deo ſe in hoc contuliſſe gauderent. Fere enim omnis plebs apoſtolorum perſecutionem putabat iuſtam, & pauciſſimi ex turba iniuſtam ſciebant, credentes omnes qui ad Chriſtum conuerterentur relinquere deũ & legem: ideo abſq; ſcrupulo peccati apoſtolis tanquam legis ſubuerſoribus quibus poterãt viribus repugnabant. Iccirco ſequitur:

Iohan. 15

Matth. 23

Iohan. 16

Sed uenit hora ut õmis q interficit uos, arbitret̃ obſequiũ ſe p̃ſtare deo.

Putabant perſecutores fidei Chriſtianæ præſertim Iudæi pro lege, pro templo & ſubinde pro deo iuſte ſeſe zelari. Huiuſmodi fuit Paulus tunc vocatus Saulus, q acceptis epiſtolis à Iudæis ſuperioribus ad Damaſcũ, ſi quos huius viæ, hoc eſt, ſectæ Chriſtianæ inueniret viros, vinctos perduceret in Ieruſalem zelator paternarũ traditionũ ſuarum & legis præ õmibus coætaneis ſuis. Vnde legitur, cũ lapidãdus foret Stephanus, Saulus doluiſſe ſuper cæcitate (vt putabat) Stephani, qui à templo, à lege, à deo quoq; propter hominem crucifixũ recederet, & pro Stephano, ne hanc illi imputaret deus ſimplicitatem, oraſſe. Quamobrem, quia errori non defuit in Saulo pietas, idem ipſe revera à deo hallucinans, meruit illuminari, & Stephano, quem trucidabat, conformis in fide fieri, vt quod tunc expugnabat, poſtea cõſtantiſſima aſſertione prædicaret. Huiuſmodi tamen zeli haudquaquam fuiſſe credendi ſunt pontifices & phariſæi, quos ignorantia prorſus nulla excuſari dominus Ieſus aſſeuerabat, qm̃ odio habuerunt eum & patrem eius. Cuius odij inſtinctus incitamentũ, quare Chriſtum & õmes credentes in eũ perſequerentur, fuit q̃d ſequitur.

Actu. 9

Gal. 1

Actu. 7

Iohan. 15

Et hæc facient uobis, quia non nouerunt patrem neq; me.

De reliquis ex plebe Iudęis hoc intelligendum eſt, qui Chriſtum ex errore & ignorantia perſecuti ſunt. Sed nunquid propterea, quia intentionem habuere bonam hæc facientes, puta ne legem, templum, gentem amitterent & locum, non peccauerũt? Imo maxime. Neq; enim intentio bona ſemper excuſat, ſed oportet vt ſit etiam recta, quomodo non quælibet actio, quæ fit propter bonum finem eſt licita (quia fas non eſt furari vt detur eleemoſyna) ſed oportet etiam vt per media procedatur licita, quorum ſi vnum fuerit nefarium, actio vniuerſa erit illicita.

Sed hęc locutus ſum uobis, ut cũ uenerit hora eorum reminiſcamini, quia ego dixi uobis.

Ideo vobis hæc nunc prædico, vt cum patiendi aduenerit tempus, reminiſcamini quia dixi vobis mei hæc gratia vos paſſuros. Id enim magnam vobis adferet conſolationem, quod non velut peccantes aut ſcelerati patiemini, ſed propter me & patrem meum. Beati enim qui perſecutiõem patiuntur propter iuſtitiam, quoniã ipſorum eſt regnum cœlorũ. Beati quoq; vos eritis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint aduerſum vos omne malum mẽtientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Docemur hic haudquaquam triſtari, ſed gaudere magis in quacunq; tribulatiõe, q̃ innocentes & abſq; culpa ſuſtinemus. Quantæ enim eſt cõſolationis innoxiũ pati? Quãti vero eſt gaudij pro deo pati? Quapropter in õmi preſſura reſpiciamus ad eum cuius patimur amore, cuius intuitu delectemur pati, adeo vt ſi etiam poſſemus nollemus preſ-

Matt. 5

Ibid.

preſſuram euadere paſſionis, quam pro eius amore amplectimur, de cuius manu eandem ſuſcipimus, qui eſt benedictus deus in ſecula, Amen.

SERMO DE EADEM Dominica. Quos conſoletur ſpiritus ſanctus, & qui Chriſto teſtimonium perhibeant.

CVM venerit paracletus quē ego mittam vobis à patre ſpiritum veritatis qui à patre ꝓcedit, ille teſtimonium perhibebit de me. Iohan. XVI. Cum dominus Ieſus paracletum, id eſt, conſolatorem apoſtolis promittit, ſpiritū ſanctum putat, quem nemo non optat ſuſcipere. Quandoquidem nemo triſtis non cupit conſolari, nemo dubius non optat inſtrui aut dirigi, nemo in tentatione aut periculo conſtitutus non appetit adiuuari, aut liberari. Conſolatur enim generatim omnes qui ſe inuocant ſpiritus ſanctus, in quacunq; conſtituti ſint aduerſitate. Sunt autem aliqui qui ſpiritum ſanctū nunquam recipiunt, puta qui perſeueranter viuunt in peccatis. Sapien.1 In maliuolam namque animam non intrabit ſpiritus ſapientiæ, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Horum culpa leuis non eſt, quandoquidem qui nō conatur ſe de peccato erigere, qui ſponte ſub iugo ſeruit peccati, iuſtum eſt eum in peccato perire. Vide autem quam ſit reprehēſibilis peccator, qui in peccatis perſeuerat. Poſſet enim ad fontem gratiæ currere, quo ab omni ſe lauaret ſorde peccati, nec tamen ſe mundare curat. Poſſet ignem inferni in ſe extinguere & negligit, quin potius concupiſcentię ignem irritat, & infernali igni pabulum Iohan.3 indies adminiſtrat. Hi ſunt qui diligunt tenebras, & odiunt lucem. Hi nolunt venire ad lucem, ne arguantur opera eorum Elegerunt enim viuere iuxta ſenſualitatē vt beſtiæ, nihil ſibi negantes eorum quæ carnem delectant. Studioſe namque quærunt voluptatem: ſæpenumero tamen in alijs honeſtatem, pudicitiam & virtutem venerantur. Hi ſi ita poſt adultam ætatē perſeuerant, vix ad deum conuertuntur, niſi carcere aut magna infirmitate, calamitate aut ignominia graui fuerint vehemēter humiliati. Ex his nonnulli adeo effi- Prou.2 ciuntur reprobi, vt in malicijs gaudeant, lætenturq; cum malefecerint, & exultent in rebus peſſimis. Peccandi enim aſſiduitate adeo corrumpuntur, vt peccare optent etiam impotentes. Nunquam enim illis deeſt mala volūtas, qua etiam inepti ad peccandum inſaniunt. Horum vita magis eſt diabolica quam humana. Sunt alij qui nō perſeuerant in peccatis, licet frequēter ex infirmitate peccent. Quippe qui ante & poſt ruinam bonæ ſunt voluntatis, & virtutem diligunt, quamuis tentatione accedente infirmiores ſint, quàm vt reſiſtant ſatis. Hi peccatores ſe agnoſcunt, contra vitam ſuam continue litigant, ſe reprehēdunt, & multa proponunt, quamuis, vt dixi, naturę & maliciam & infirmitatem nōdum plene vincere poſſint. Non prorſus non poſſunt volentes, ſed quia infirma eſt eorum voluntas, nec perfecte volunt, ideo à tentationibus vincuntur. Neque Matth.11 enim ſapiunt quod dominus dicit: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti, hoc eſt, qui ſibi violentiam inferunt, rapiunt illud. Nemo enim ſui peccati cauſam auctoremve facere poteſt deum, quaſi eum qui huiuſmodi homini praua naturalia peccandique neceſſitates, quæ vinci non poſſint, dederit: quia nemo niſi volens peccat, cum adeo ſit, Auguſtino te- Augusti. ſte, voluntarium peccatum, vt ſi non fuerit voluntarium, non ſit peccatum. Cer- Gene.8 tum eſt autem pronos eſſe ſenſus hominis ad peccandum, ſed adeſt nihiloſecius homini diuinæ gratiæ auxilium ſemper paratum, quo infirmitatem roboret ſpiritus, & voluntatem confortet: vt non habeat homo, ſi modo ſibi ipſi deeſſe nolit, vnde ſe iuſte excuſet. Hos, qui ſic ſæpius cadunt & ſæpius reſurgūt, quia mox poſt lapſum peccati remedia quærunt, ſpiritus ſanctus ſæpe viſitat, & mundum in eis atque peccatū arguit. Et revera magna eſt dei miſericordia ſuper eos, magna bonitas dei, qui toties ab eis deſertus non deſerit, toties contemptus non contemnit, ſed offenſus offendentem ſibi reconciliat hominem, iratus indulget & ignoſcit. Iuſtus atque delictorum vltor deus miſeretur, benignitate ac miſericordia ſua ad pœnitentiam te o homo reducere con- Roma.2 tendens. Pro hac ſui reductione, DA- Psal.118 VID orans, Erraui, inquit, ſicut ouis quæ perijt, quære ſeruum tuum domine, De huiuſmodi hominibus non eſt vſquequaque deſperandum. Pie enim poteſt

confi-

confidi, qui in vita toties reſurgentes pœnituerunt, nec diu vnquam in peccato iacuerunt, nec etiam dedita opera ad peccandum ſe ingeſſerunt: qui, inquam, præmeditatione diutina ad peccandum peccandi occaſiones inuenire aut ſibi ſtatuere non laborauerunt, nec vbi ceciderunt in occaſionibus ſibi datis conſenſerunt manere, licet eiſdem occaſionibus datis male ſint vſi ad peccandum, quod de his, inquam, confidi poteſt, vt etiam circa mortem eorum ſit pœnitentia vera. Nemo tamen ſibi hoc promittat, nemo ſuper hoc peccet, quia in poteſtate eſt hominis cadere & ſuam occidere animam, à ſeipſo autem non habet quo reſurgat, nec ſeipſum poteſt reſuſcitare. Tertij ſunt, qui bona ſemper à Deo ſunt præditi voluntate, qui peccatum quodcunque ſcienter & ex propoſito nolunt: quicquid vero Deo nouerunt beneplacere ad hoc ſemper inueniuntur parati. Hos regit illuminatq́ꝫ ſpiritus ſanctus, ducens eos de virtute in virtutem. Filij enim ſunt Dei, filij adoptionis, filij lucis & filij gratiæ. His eſt conſolatio in perſecutionibus & exultatio in aduerſis, quia ſciũt licet ad modicum hic patiantur pro Chriſto, regnabũt tamen cum eo in æternum. Et vt agnoſcas quid velim, quando dico, eos pati pro Chriſto. Is patitur pro Chriſto, qui hoc quod patitur Chriſti amore ſuſcipit, patiendique intentionem refert in Chriſtum. Non igitur oportet, vt is qui te perſequitur, in Chriſtum referat perſecutionem ſuam, quaſi te ideo perſequatur quia tu es Chriſtianus. Si te perſequitur malus quia Chriſtianus es, aut quia iuſtus es, certe pro Chriſto pateris. Sed ſi propterea etiam non perſecutionem pateris, quia Chriſtianus es, ſed quia perſecutor tuus inuidia odiove torquetur tui, & tu eius iniurias calumniaſque Chriſti amorę patienter ſuſtinueris, non reddens malum pro malo, æque pro Chriſto pateris. Cum itaque paracletus, id eſt, ſpiritus ſanctus in corde fuerit hominis, inde teſtimonium perhibet Chriſto, quia hominem facit teſtimonium ferre Chriſto. Omnis namque Chriſtianus teſtimonium debet ferre Chriſto. Eſt autem duplex teſtimonium. Primum eſt oris confeſſio. Hoc modo martyres multi, qui Latine teſtes dicuntur, teſtimonium præbuerunt Chriſto. Qui me, inquit, confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram

Matth. 5
Roma. 8
Iohan. 12
1. Theſſ. 4
Roma. 12
Matth. 8
Lucæ 12

patre meo. Itaque quiſquis pie ſentiens de Chriſto, hoc quod recte credit confitetur, nihil à veritate diſcedẽs, nihil propter hominum, aut fauores, aut minas quod enunciandum fuerit ſubticens, hic teſtimonium fert Chriſto. Alterum teſtimonium eſt operis, quo quis fidei veritatem operibus probare contendit. Viuit enim vt eius vita quoque clamet Chriſtianum, operibus ſe monſtrat credere, operibus ſe diligere Deum oſtendit, quandoquidem quæ illi præcepit Deus, cogitat ſemper, & quæ illi ſunt beneplacita, facit. Multo namque plus & verius prædicat is, qui bene & ſancte viuit, quàm qui ſancte loquitur. Siquidem de quibuſdam ſcribitur: Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Et Chriſtus non modo de fide, ſed de charitate loquens: Qui, inquit, ſeruat mandata mea, & facit ea, hic eſt qui diligit me. Teſtimonium igitur Chriſto perhibemꝰ, eiusque Euangelium eſſe verum oſtendimus, cum Euangelij veritatem Chriſtique eruditionem operibus et moribus noſtris alios docemus. Docemus, inquam, Chriſti & præcepta & vitam fuiſſe ſanctam, quãdo deuoti eandem imitari ſatagimus. Quomodo enim fortius probabo Chriſti ſanctam eſſe vtiliſſimamque eruditionem dicentis: Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde, quã vt opere ac moribus me exhibeam humilitatis manſuetudiniſque ſtudioſum, dum nihil terrenæ gloriæ me appetere, dum honores fugere, dum ad contumelias tacere me commonſtro, hoc eſt, dum exemplo meo quomodo ſit Chriſti imitanda humilitas doceo? Neqꝫ enim otioſe Chriſtus monuit: Sic luceat, inquiens, lux veſtra coram hominibus, vt videãt bona facta veſtra, & glorificent patrem veſtrum qui eſt in cœlis. Itaqꝫ Chriſto eiuſque prædicationi euangelicæ ſancti quàm maxime teſtimonium perhibẽt. Chriſtus enim monuit docens ad perfectionem neceſſarium, omnia relinquere & dare pauperibus. Huic verbo euangelico multiſque alijs teſtimonium perhibuere, Sanctus Franciſcus, Sanctus Benedictus, Antonius, Dominicus. Siquidem de contemnendo ſeculo, de tolerandis contumelijs, quàm egregie teſtimonium perhibuit Chriſto Romanus Alexius. Quam glorioſa ſunt teſtimonia ſanctarum virginum, Agnetis, Barbaræ, Catharinæ aliarumque omnium, quæ præbuerunt Chriſto teſtimo-

Ecci 3
Titum. 1
Iohan. 14
Matth. 11
Matt. 5
Matth. 9
Marci 10
Luc. 18
Matth. 19

ſtimonium bonum ſanctumq́;,aſtruentes
eius eſſe conſilium,quo & caſtrauerunt ſe
ipſas propter regnum Dei? Neq; enim di-
lexerunt ſolum,ſed cuſtodierunt etiam &
mundiciam cordis,& corporis ſanctimo-
niam, propterea nunc Deum vident. Sic
pariter omnes ſancti teſtimonium præbu
erunt Chriſto. Vos autem fornicarij,adul
teri,raptores, vos deceptores & fallaces,
vos monachi deſertores & mundani Chri
ſto teſtimonium non fertis:ſed quantum
in vobis eſt, eum mendacem facitis, quia
aliter quàm præcepit, aliter quàm docuit
viuitis.Si vera,ſi bona ſunt quæ dedit præ-
cepta,ſi ſancte vtiliterque conſuluit, qua-
re(cum nemo ſibi non velit bonum) eadē
non ſeruatis?Cur aliter viuendo,eius ver-
ba,ſermones & voluntatem ſpernitis?Nō
oſtēdit ſe credere aut timere Deum is,qui
tam perditis viuit moribus, vt nullum ſit
in eo veſtigium,quo diuinam ſe præſenti-
am omnia contemplantem reuereri com-
probet.Nihil de inferno credere putādus
eſt, quiſquis aliam non gradi ſe viam cer-
nit,niſi quotidie ad infernum.Nō cœlum
ſperat aut appetit,qui niſi de terrenis nihil
aliud cogitat.Nec Dei verbo præceptisve
euāgelicis aſſentit, cuius vita ex diametro
cum illis pugnat.Redite igitur præuarica-
Eſaie 46 tores ad cor. Videtis in quantas ex praua
vita & peccādi aſſiduitate homo tenebras
cadat? Si non videtis,perſpicite quo veni-
unt,qui falluntur hæreſi nunc Lutherana
emergente. Expellere virgines & mona-
chos de monaſterijs,bona eorum ad ſe ra-
pere, calices & templi ornamenta auferre
apud illos licet ſtante Euangelio &verbo
Dei inoffenſo. Summum pontificem,cui
Iohan.21 certum eſt Chriſtum in Petro commiſiſſe
paſcendas oues ſuas,maledicentijs turpiſ-
ſimis inſectantur,contemnunt,atque non
obediendum ei autumant. Quid horum
ex Euangelio? Cōtraria ijs ſonat verbum
Dei:Super cathedram, inquit, Moſi ſede-
Matth.23 runt ſcribæ & phariſæi:quæ dicunt facite,
quæ faciunt facere nolite.Quamdiu recta
docent non eſt obſtrependum eis.Seſe no
lunt huiuſmodi hæretici iudicari,iudican
tes eccleſiæ vniuerſæ paſtorem, & omnes
à ſua perfidia diſſidentes. Et quid Euan-
gelio conſonat quod Dei prohibent lau-
des, quæ aliud non ſunt, quam Dei ver-
bum & ſcriptura ſacra? amatoria vero car
mina & cantiones impudicas obſcœnasq́;
non prohibent.Rident,ſubſannant, con-
tumelijs & verberibus interdum grauiſſi-
misq́; iniurijs afficiunt,ſi quem monachū,
ſi quem qui roſaria,hoc eſt,qui ſigna ſalu-
tationum angelicarum, atque earundem
legendarum numerum geſtet,inueniunt.
Odiunt agentes opera & officia pietatis,
eccleſiaſtica omnia ſtatuta abijciunt,rituſ-
que antiquiſſimos ab apoſtolis ad nos de
riuatos.Poſtremo(quia omnes impoſſibi
le eorum foret recenſere excæcationes, i-
mo impietates)quàm euangelicū eſt hoc,
quod proſtibula Veneris apud eos patent
& meretricari neminem prohibēt:in tem-
plis vero pſalmos cani Dauidicos,& offi-
cium agi diuinum non ſuſtinent? Admit-
tunt vt mulieres ad proſtituendum ſe in
lupanaribus tradant, vetant ne puellæ in
monaſterio ſe Deo virgines conſecrent.
Quid proh nefas turpius, quid magis cæ-
cum, quid magis excogitari poſſet impi-
um? Ad quid venit homo,qui de peccato
ruit in peccatum, quem deſeruit ſpiritus
ſanctus, qui ſinitur ire in adinuētionibus
ſuis?Heu in quanto periculo ambulat,qui
ſine Deo ambulat. Propterea filij ſeruite Pſalm.50
domino in timore, & exultate ei cum tre- Pſalm.2
more. Apprehendite diſciplinam,nequan
do iraſcatur dominus, & pereatis de via
iuſta. Attendamus hic,quæ ſigna electis
ſuis, quibus ſe Dei filios agnoſcant, reli-
querit:Abſque ſynagogis facient vos. Et Iohan.16
Venit nunc hora, vt omnis qui interficit
vos,arbitretur ſe obſequiū præſtare Deo.
Perſecutiones, contemptum, mundique
odia vobis reliquit. Hæc ſunt quæ hic ha-
bere debetis, cuiuſmodi & ipſe pro vobis
habuit. Nec eſt,inquit, diſcipulus maior Lucæ 6
magiſtro ſuo, nec ſeruus melior domino
ſuo. At vero cum vita præſens finita fue-
rit,diſcernet mirabiliter inter vos, qui hic
vixiſtis in luctu, & inter eos qui hic vixe-
runt iuxta deſideria ſua, dominus noſter
IESVS CHRISTVS. Qui vtinam
det nobis ſpiritum ſuum, quo do-
ceamur & inducamur in om-
nem veritatem: ipſo nos
conſolante,qui cum
filio & patre eſt
vnus Deus
benedi-
ctus in ſecula,Amen.

IN

IN DIE SANCTO PENTECOSTES,

Epiſtola Actuum II.

DVm complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes diſcipu
li pariter in eodem loco. Et factus eſt repente de cœlo ſo⸗
nus, tanquam aduenientis ſpiritus uehementis, & repleuit
totam domum ubi erant ſedentes. Et apparuerunt illis di⸗
ſpertitæ linguæ, tanquam ignis, ſeditq́ſ ſuper ſingulos eo
rum. Et repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & cœperunt
loqui uarijs linguis, prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis. Erant autem in
Ieruſalem habitantes Iudæi, uiri religioſi ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt.
Facta autem hac uoce conuenit multitudo, & mente confuſa eſt, quoniam
audiebat unuſquiſque lingua ſua illos loquentes. Stupebant autem omnes et
mirabantur, ad inuicem dicentes: Nonne ecce omnes iſti qui loquuntur Ga⸗
lilæi ſunt? Et quomodo nos audiuimus unuſquiſque linguam noſtram, in
qua nati ſumus? Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Meſopota⸗
miam, Iudæam & Cappadociam, Pontum & Aſiam, Phrygiam, & Pam⸗
phyliam, Aegyptum & partes Lybiæ, quæ eſt circa Cyrenen, & aduenæ,
Romani: Iudæi quoque & Proſelyti, Cretes, & Arabes, audiuimus eos lo
quentes noſtris linguis magnalia Dei.

PARAPHRASIS IN EANDEM

epiſtolam.

Exo. 13. 23 Deut. 16 Leuit. 23 Nume. 9

IN veteri lege olim ſolẽnitas
Pentecoſtes quinquageſimo
die poſt Paſcha ſeruabatur,
hoc eſt, poſt Phaſe immola⸗
tum, modo & more Iudæo⸗
rum. Illi enim Paſcha ſeu Phaſe comede⸗
bant quinta feria ad veſperã, & inde quin⸗
quageſimo die, qui item ad feriam quintã
cadebat, ſeruabãt Pentecoſten ſeptem die
bus, quo legis diuinæ dationem ſuſceptio
Exod. 31 nemq; rememorabãt. Tunc enim à domi
no Moſes Dei digito conſcriptam accepit
legem in tabulis lapideis. Nos vero Chri⸗
ſtiani, qui propter dominicam reſurrectio
nem Paſcha in dominica ſeruamus, quin
quageſimo poſt hunc die ſeruamus quoq;
Pentecoſten, miſſionem ſpiritus ſancti re
colẽtes, quem apoſtoli hoc die & alij mul
ti credentium receperunt, qui legem gra⸗
tiæ euãgelicæ, ac charitatis electis ſuis ſcri
bit in tabulis cordis carnalibus. Itaq; dum
complerentur, hoc eſt, dum agerẽtur dies
Pentecoſtes, ſeu cum adhuc durarent, erãt
omnes diſcipuli in eodem loco. A die nan
que dominicæ Aſcenſionis in cœlum, reſi
debant apoſtoli diſcipuliq́; in loco illo ſi⸗
mul, vbi cœnam dominicã fecerant, vbi q;
Chriſtus à mortuis reſurgẽs apparuerat,
oſtendens eis manus & latus. Præceperat Lucæ 24
enim illis dominus aſcenſurus in cœlum,
vt ſederent in ciuitate, expectantes quouſ
que virtute induerentur ex alto. Erãt quo Matth. 27
que fœminæ inter eos Deo deuotæ, quæ Lucæ 23
Chriſtum olim ſecutæ fuerant prædican⸗
tem, inter quas beatiſſima virgo Maria Ie
ſu mater, vt ſol ſplendens inter aſtra, ruti⸗
labat. Illis itaq; in oratione ſedentibus ſeu
quieſcentibus, factus eſt ſubito ſonus qui
dam de cœlo, tanquam aduenientis ſpiri⸗
tus vehementis, hoc eſt, non aliter quàm
ſi ventus audiretur impetuoſus cum gran
di tonitru & vehemens, & repleuit ſonus
ille totam domum, vbi apoſtoli reſidebãt.
Apoſtolis autem & his qui ſimul aderant, Acto. 1
qui ſimul centum & viginti fere numero
erant, apparuerunt linguæ igneæ multifa⸗
riam diuiſæ, ſeditq́; ſpiritus ille ſanctus ac
vehemẽs, qui in his exterioribus ſignis in
diſcipulos miſſus ac inuiſibilis aduenerat,
ſupra ſingulos eorum: ſignificans per ex⸗
ternam apparitionem & quietem, q̃ ſuaui⸗
ter cordibus eorũ illapſus inſideret, quem Matth. 3
admodum olim in Chriſtum in ſpecie co Marci 1 Lucæ 3
lumbę deſcendit, ſeditq́; ſuper eũ. Neq; em̃ Iohan. 1

erant hæc ſigna externa ſpiritus ſancti, ſed ſub his ſignis viſibilibus inuiſibilis inuiſibiliter illabebatur. Adduntur autem hæc viſibilia ſigna, quibus ſpiritus ſancti prædicantiumq́; proprietates ſignificentur, puta vt apoſtoli ſignificarētur legem igneam, id eſt, charitate ardentem, igneo corde, ac feruente ſpiritu, linguis quoque Dei amore ignitis ad accendendos alios prædicare. Et repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto. Non dubium eſt ante quoq; hanc horam plenos fuiſſe ſpiritu ſancto apoſtolos. Quapropter intelligendus eſt ſpiritus ſanctus non modo cœpiſſe apoſtolorum credentiumq́; fieri inhabitator, nec ſua dona nūc inchoaſſe, ſed multiplicaſſe, auxiſſe atq; cumulaſſe. Impleti quippe ſpiritu ſancto cœperunt loqui varijs linguis, & omnium gentium idiomata proferre intelligereq́;, quomodo illos non docuerat ars, aut vſus, aut ſtudiū, ſed quomodo ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis. Habitabāt autem tunc in Ieruſalem viri nonnulli religioſi, hoc eſt, pij ac Deo deuoti. Iudæorū enim multi ex omni pene natiōe quæ ſub
Eſther 3 cœlo eſt, q olim ex Iſrael & Iuda in captiui
2. Para. 36 tatem abducti fuerant, & in Aſſyrios, in
1. Eſdræ 1 Medos, in Chaldæam, in Aegyptum, in alias quoq; nationes tranſlati. Hi aūt nonnulli ſaltem ex ipſorum poſteritate nati redierunt Ieruſalem, regis Perſarum Ciri facultate ſibi redeundi accepta, vbi veri Dei erat templum ac cultus, & pro deuotione ibi habitauerunt. Facta autem hac voce, vel apoſtolorum loquentium varijs linguis mirabiliter reſonāte, aut, facta hac voce, hoc eſt, ſono ſpiritus vehementis, qui circa templum audiebatur, conuenit multitudo vndiq; accurrens, & mente turbata eſt, ac admirans in ſtuporem verſa, quoniam audiebat vnuſquiſque lingua ſua illos loquentes. Apoſtoli enim vna Hebræa (q̄uis omnium callerent donante ſpiritu ſancto linguas) loquebantur, quæ tamen in ſingulorum auribus iuxta modum patrij ſui idiomatis ſonabat. Vno itaq; apoſtolo loquente linguam Hebræam, putabāt ſinguli illos ſua ꝓpria lingua loqui, quia ita ſuis hęc auribus inſonabat vt propria. Stupebant autem omnes & mirabantur colloquentes: Nōne omnes hi qui colloquuntur, puta apoſtoli, Galilęi ſunt? Et quomodo illis loquentibus audimus vnuſquiſque linguam noſtram in qua nati ſumus? Videlicet Parthi & Medi & Elamitę, ex regione Elam ſic dicti. Et qui habitant Meſopotamiam, Iudæam, qui ſcilicet de tribu erant Iudæ aut Beniamin. Cappadociam, Pontum & Aſiam, Aegyptum & partes Lybiæ, quæ eſt circa Cyrenen, & aduenæ Romani, Iudæi quoque ſic nati, & Proſelyti, id eſt, ex alia natiōe, hoc eſt, ex Gentibus ad Iudaiſmum conuerſi. Cretes quoque & Arabes, audiuimus eos loquentes noſtris linguis magna ac mira opera Dei, puta Chriſti reſurrectionem glorioſamq́; aſcenſionem. Circa harum autem Gentiū nationumque aut diſtinctiones, aut ſitus terrarum præter nomina hic prætereundum iudicaui, quia nulla inde vobis ſequitur vtilitas, tametſi vos docerem quæ hæc illave regio foret. Nam cum omnia audiſſetis, nihil audiſſetis, nihil quod ædificaret reciperetis. Hoc igitur ſatis ſit dictū, quo totum intelligatis, nempe ex oīibus, hoc eſt, ex valde multis variarum linguarum nationibus viros ibi adfuiſſe, qui dum apoſtolos audirent, ſuis illos, hoc eſt, auditorum linguis quas intelligebant putabāt locutos fuiſſe, puta vt Parthi Parthicam, Medi linguam Medorum, Meſopotami illius populi ſe audire putarent linguam. Quod quomodo fieret ignorantes ſtupebant.

EXEGESIS EVANGELIJ in ſolennitate Pentecoſtes, Iohannis XIIII.

IN VLTIMA cœna quam cum diſcipulis ſuis dominꝰ ſeruauit, cum dice-
ret hæc verba: Adhuc modicū, & mun- Iohan. 14
dus me non videt: vos autē videtis (loquebatur autem de viſione fidei, & cognitione diuinorum) quia ego viuo & vos viuetis, vita ſcilicet gratiæ & ſupernaturali, quæ vita mūdo, id eſt, amatoribus & filijs huius mundi deeſt, nec inuenitur. In illo die (inquit) vos cognoſcetis, quia ego ſum in patre meo, & vos in me & ego in vo-
bis. Hoc erat futurum poſt receptionem Lucæ 24
ſpiritus ſancti, cuius virtute induti, tantaque plenitudine charitatis confirmati fuerunt Chriſtoque vniti, vt ab eodem haud quaquam poterant excidere. Tunc enim cognouerunt Chriſtum, quia eiuſdem, vt ante

ante dixi, poteſtatis eſſet cũ patre,& ſemper ſecum maneret. Vbi,inquis, aut vnde eum cognouerunt? Inde certe, quod continuam eius ſentirent auxiliorum præſentiam,viderent ſuos inimicos reprimi,ſe florere ſignis & virtutibus,audenterq; Chriſto teſtimonium ferre,per ſuam prædicationem indies plures ad Chriſtum conuertere, & inter nullas moleſtias ſeſe contriſtari. Hæc certiſſima diuinæ præſentiæ erant indicia. Hæc verba audiens Iudas, non ille Iſchariotes,ſed Chriſti conſobrinus ex humilitate admiratus,cauſam,quare diſcipulis tantum ſuis ſe dominus eſſet manifeſtaturus, non mundo, dominum
Iohan.14 interrogauit, dicens: Domine, quid factum eſt,id eſt,quæ eſt cauſa,quia manifeſtaturus es teipſum nobis,& nõ mundo? CHRISTVS autem cauſam dicturus huius manifeſtationis, quare diſcipuli diſcernantur à mundo,infert quod ſequitur Euangelium.

Si quis diligit me, ſermonẽ meum ſeruabit, & pater meus diliget eum: & ad eum ueniemus,& manſionem apud eum faciemus.

Vt ante dixi,cum Iudas Thadæus quare mundo ſe non eſſet manifeſtaturus ſed apoſtolis tantum(quamuis non vt Iudas putabat de apoſtolis tantum Ieſus loqueretur, ſed de omnibus in ſe credentibus) reſpondit dilectionem eſſe cauſam, vt ſequentia indicant verba,quam mundus nõ habens,Chriſtum videre non poteſt. Dicit igitur: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit,Si quis diligit me dilectione ſupernaturali & infuſa, quæ eſt charitas,ſermonem meum,id eſt,euangelicam eruditionem retinebit memoria, vt ſciat, velit,implereque ſtudeat voluntatem meam. Qui enim alium diligit, voluntatem ſuam illius conformat voluntati.Propterea paulo ante hæc verba præſentis Euan-
Ibidem. gelij dixit: Qui habet mandata mea & ſeruat ea, hic eſt qui diligit me. Vide quàm aperte loquitur Chriſtus contra hæreticos,qui bona opera damnant,aut nullius eſſe momenti perhibent, cum dicat eum, qui ſua ſeruauerit mandata,eſſe qui diligit ſe.Seruare autem mandata Dei, quæro opera ne ſint bona? Si bona, ergo ſunt neceſſaria. Omni igitur vigilantia Dei ſunt mandata obſeruanda. Scriptum namque eſt: Serua mandata Dei & legem quaſi pupillam oculi tui. Prou. 7
Nõ igitur diligamus lingua,ſed opere & veritate. Et pater meus 1.Iohan. 3
diliget eum. Quem diligit filius,diligit & pater & ſpiritus ſanctus.Et qui diligit vnam in Trinitate perſonam,totam diligit beatiſſimam Trinitatem. De dilectiõe autem hic Chriſtus loquitur prædeſtinatorum, quos omni tempore & ſemper diligit Deus,etiam dum in peccatis ſunt (vult enim eis bona tam gratiæ quàm gloriæ) ſecundum prædeſtinationis intuitum:qñ autem conuertuntur & ipſum quoq; diligunt,diligit eos, impendens eis dilectiõis beneficia atque effectum.

Et ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus.

Ad nos diuinæ perſonæ veniunt, cum nouum in nobis operãtur gratiæ gratum facientis effectum.Veniunt ad nos,vt ver- Auguſtin.
bis vtar Auguſtini,ſubueniendo:venimus nos ad illas,obediẽdo.Veniunt illuminando, venimus nos intuendo. Veniunt impellendo,venimus nos cupiendo.Obſerua,quod licet pater & filius tantum nominetur, non tamen excluditur hic ſpiritus ſanctus, tametſi, vt dixi, nulla ipſius hic mentio fiat,quia nominato patre & filio, neceſſe eſſe etiam intelligi ſpiritum ſanctum. Et mãſionem apud eum faciemus, id eſt,morabimur ac manebimus apud illum.Neque enim apud omnes manet, ad quoſcunque venerit Deus.Nam vt beatus Gregor.
Gregorius ait,in quorundam cordibus venit,& manſionem non facit,quia per compunctionem quidem reſpectum Dei percipiunt, ſed tentationis tempore hoc ipm quod compuncti fuerant, obliuiſcuntur: ſicque ad perpetranda peccata redeunt,ac ſi hæc minime planxiſſent. Ille autem vere amat, cuius mentem delectatio praua ex conſenſu non ſuperat. Aduertendum tamen hic eſt,quia ad eum qui diligit Deum & Chriſti ſermones ſeruat dicitur Deus venire, hoc non intelligi debere de primo aduentu Dei,quo ex peccatore iuſtificatur homo,quia hoc modo non venit ad diligentes.Nemo enim ad Deum nõdum conuerſus Deum diligit. Primus ergo eius aduentus, qua impium & peccatorem ad vitam ſuſcitat,nõ eſt venire ad diligentes,ſed ad non diligentes.Nemo enim prior diligit Deum,imo nemo poteſt diligere Deum(quod eſt iuſtificari)niſi prius in

eius mentem tota Trinitas venerit. Non ergo ad eum venit aut diligit, qui ſuos ſermones ſeruat, primo ſcilicet aduentu, quo peccatorem in gratiam recipit, quia illo venit aduentu in hominem, antequā diligit homo, & ſuo aduentu facit vt diligat homo: ſed quādo dicit: Ad eū veniemus, hoc eſt intelligendum de eo in quem iam ante venit, in quo iam eſt, quē etiam fecit vt diligeret: in illum, propterea quia iā diligit cum patre veniet, & māſionem faciet, hoc eſt, diligentem ſe potioribus bonis cumulabit. Sic ſpiritus ſanctus hodie in diſcipulos veniſſe dicitur, in quibus ante fuit, propter plurium donorum cumulationē, quibus ante præditi non fuerant, & nunc illis implebantur.

Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Et ſermonem quem audiſtis non eſt meus, ſed eius qui miſit me patris.

Sermonem Chriſti ſeruare eſt illum diligere, reuereri, meditari, non in memoria tantum tenere, ſed vita ac moribus hunc exprimere: puta, vt in tua vita, vt in opere tuo ac veritate, atque adeo re ipſa oſtendas, ꝙ profunde in cor tuum Dei intrauerit ſermo, quamq́; menti tuæ ille tenaciter hæreat. Lutherani Dei ſermonem probe ſeruant, vt diſputent, vt citent in prædicatione, ſed in vita eorū ac opere ſermo Dei longe eſt ab eis. Nihil em̄ in eis ibi eſt Euangelicum. Et ſermonem quem audiſtis, non eſt meus, id eſt, non eſt à me ſecundū id quod homo ſum: ſed eius qui miſit me patris, hoc eſt, illum à patre meo naſcendo accepi. Oſtendit ſatis hic probationem dilectiōis exhibitionem eſſe operum. Nam vt Gregorius ait: Vnuſquiſque veſtrum ſi requiratur an diligat Deum, tota fiducia & ſecura mente dicit: Diligo. In ipſo autē lectionis exordio audiſtis quid Veritas dixit: Si quis diligit me, ſermonem meū ſeruabit. Probatio ergo dilectiōis, exhibitio eſt operis. Nam & Iohānes in epiſtola ſua dicit: Qui dicit, quia diligo Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. Amor enim Dei nunquam eſt otioſus, vt Gregorius ait: Operatur em̄ magna ſi eſt. Quod ſi operari renuit, amor non eſt.

Gregori.

1. Iohan. 2

Gregori.

Hæc locutus ſum uobis, apud uos manens. Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & ſuggeret uobis omnia quæcunq; dixero uobis.

Hæc, inquit, quæ hactenus docui vos, locutus ſum vobiſcum corporaliter atq; viſibiliter vobiſcum manens. Nam quod ſupra dixit: Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus, non de corporali & externa, ſed interna & ſpirituali manſione intelligitur. Hæc locutus ſum vobiſcum manens, quorum nunc plenam non poteſtis omnium accipere cognitionem, quia ad hoc minime eſtis idonei: expedit propterea vobis vt hinc recedam, & paracletum vobis mittam. Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, ſcilicet quę vobis ad ſalutem ſunt neceſſaria, & ea quæ docendis per vos ſunt neceſſaria. Et quæcunq; dixero, id eſt, quæcunq; à vobis fieri poſtulauero, quæ vel modo dico vel dixi, & tempore opportuno vt ita faciatis poſtulauero, ſuggeret, id eſt, ad memoriam reducet vobis. Niſi enim intus ſit qui doceat, fruſtra admouetur doctor, qui inſtruat foris.

Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Non quomodo mundus dat ego do uobis. Non turbetur cor ueſtrum neq; formidet.

Pacem relinquo vobis, id eſt, vnionem & tranquillitatem animorum. Pacem meam do vobis, id eſt, dabo vobis. Loquitur enim de pace beatorum, quæ iam erat in Chriſto, cuiuſmodi nemo alius hanc pacem habuit viuens ſuper terram. Aut ita: Pacem relinquo vobis cordis abiturus ad patrem, pacem meam quam ego iam habeo nec vnquam amitto, do, .i. dabo vobis, vos adducturus ad patrem. Quod vt intelligerent addit: Non quomodo mundus dat ego do vobis, hoc eſt, non carnalem pacē, quæ eſt nullam ſentire moleſtiā, do vobis, ſed meam pacem, quæ eſt ex nulla temporali moleſtia perturbari. Illam autem pacem cœleſtem, quæ eſt nihil diſcordiæ in aīa ſentire, oīa quę in nobis ſunt perfecte ſubdi Deo, plene implere DEO, plene abſorberi DEO, ad nihilque aliud extra illum moueri, in futura patria habebimus. Porro in hac vita pax pectoris

ris eſt quædam trãquillitas ordinis, vt caro ſubiecta ſit ſpiritui, ſenſualitas rationi, & ratio Deo. Iccirco anima quæ ab ęgritudine paſſionum non eſt libera, non habet tranquillitatem pacis: ſed de pace plus aut minus habet, quanto ſe didicerit mortificare ac vincere. Non turbetur cor veſtrum neq; formidet à perturbationibus mũdi, aduerſitatibusq; vobis occurrẽtibꝰ.

Audiſtis quia ego dixi uobis: Vado & uenio ad uos. Si diligeretis me gauderetis utique, quia uado ad patrẽ, quia pater maior me eſt. Et nunc dixi uobis priuſquam fiat, ut cum factum fuerit credatis.

Audiſtis ex me antehac ſępius, quia vado & venio: abiens quidem hinc, nec tamen vos relinquens. Vado igitur per paſſionem à vobis ex hoc mundo, vt non appaream vobis deinceps in hac mortali ac viſibili ſpecie: & venio ad vos. Non ita tamen vado, vt vos relinquam omnino, & viſitatione mea vos deſtituã, ſed inuiſam vos ſæpius. Si diligeretis me amore veræ amicitiæ, perfecto & ſpirituali, gauderetis vtiq;. i. gratularemini mihi propter glorificationẽ corporis mei, qa vado ad patrẽ, vnde iuxta humanitatẽ nouo modo gaudebo per aſcenſionẽ & ſeſſionem meã ad dexteram patris: quia pater maior me eſt, nõ quatenus diuinitatẽ, ſed quantum humanitatẽ meam attinet. Et nunc dixi vobis priusq̃ fiat, q̃d mihi futuꝝ ſcio in paſſione & reſurrectiõe: vt cum factum fuerit credatis. Non ea tantũ quæ videtis credatis facta, ſed per hęc quæ prædixi vobis futura, & poſtea videbitis impleta, credatis me veracem, Chriſtum & Dei filium.

Iam non multa loquar uobiſcum. Venit enim princeps huius mũdi & in me non habet quicquam.

Eſtis triſtes, eſtis perturbati, & propterea inepti ad retinendum: iccirco iam nõ multa loquar vobiſcum, tempus enim nõ ſinit vt diu loquar. Siquidem non longe abeſt vt rapiar à vobis ad mortem. Venit enim princeps mundi huius, non creator aut factor, ſed hominum mundanorum, ac prauorum dominator, inſtigator & rector. Ipſe enim, quomodo ſcriptum eſt, Iob 41 rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ. Vene Lucæ 22. rat autem diabolus, Chriſto hoc loquente ad cor Iudæ, vt traderet Chriſtũ, ad Iudæos quoq; vt illum occiderent. Volunt Iohan. 13 Matt. 4 quoq; nonnulli Chriſtũ vbi in deſerto tẽtatus vicit diabolum, etiam poſtea nõ vſquequaq; caruiſſe tẽtatione diaboli, quin poſtea quoq; an Chriſtus foret diabolus illũ tentauerit, pręſertim cũ de illo ſcriptũ legat: Et conſummata oĩ tentatiõe diabolus receſſit ab eo ad tẽpus. Lucæ 4 Sed in me nõ habet quicq̃, vtpote peccatũ nullũ in me inueniẽs. Nõ ergo moriar ꝑpter peccatum, cui debet̃ mors, nec q̃ſi ex debito mortis.

Sed ut cognoſcat mundus, quia diligo patrem. Et ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio.

Non, inquam, moriar, vt qui ſententiã in ſe habet mortis à Deo propter præuaricationẽ hominis latam. Nihil enim in me prorſus habet inimicus. Quapropter nemo etiam tollet animã meã, ſed ego vltro ponã eam in mortem. Iohan. 10 Quare igitur morieris? Ideo ego moriar, & hoc inde ſequetur, vt agnoſcat mũdus quia diligo patrẽ: & hoc adeo, vt ex eius dilectiõe, & ꝑ eius voluntate meipſum dem in mortẽ, quo illi obediens inueniar. Hoc eſt, vt ſicut mandatũ dedit mihi pater, ſic facio. Obſerua aũt hic in præſenti Euangelio, tria potiſſimum promitti, quæ Dei maxime deſiderant ſerui. Primum eſt Dei amor, quẽ nobis promittit cum ſpiritum promittit ſanctum, qui eſt amor patris & filij. Qui enim ſpiritum ſanctum recipit, quomodo non ſimul Dei recipiet amorem? Vt vero ſpiritum ſanctum recipiamus, primo neceſſe eſt, vt habitationem ei exhibeamus mundam ac ſanctã. Quid enim faciemus minus Deo, quàm quod homini ſolemus potenti facere? Magno eñ aliquo ad nos veniente homine mortali, mundamus ante eius ingreſſum domum, et inde q̃cquid illum poſſet offendere eijcimus, quicquid fœdum apparet tegendo ornamus. Terſgat igitur ſordes praui operis, q Deo præparat domum mentis. Gregori. Sunt autẽ tria quæ odit ſpiritus ſanctus, quæ operepretium eſt vt in nobis, ſi ſpiritum ſanctum deſideramus, non inueniantur. Primum eſt duplicitas, dolus ac ſimulatio, quæ in vnum tendunt. Ibi enim deeſt veritas, vbi aliqua harum eſt peſtium. Scriptum enim eſt: Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. Sapi. 1 Secundo, odit carnalitatem cum ſuis omnibus obſcœnitatibus. Nõ eñ niſi mun

diciam flagitat. Et propterea ſequitur: Et
Ibidem auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine
intellectu. Si à cogitationibus recedit oti
oſis, quomodo habitabit cum immūdis?
Mundum igitur & ſanctum ei faciamus
locum oportet. Tertium eſt quod deteſta
Ibidem tur, peccatum, ſicut ſcriptum eſt: In mali-
uolam animam non introibit ſapientia,
nec habitabit in corpore ſubdito pecca-
Ibidem tis. Et iterꝫ: Spiritus ſanctus corripietur. i.
expelletur à ſuperueniente iniquitate. Se-
cundo, ad ſpiritus ſancti receptionem, ne-
ceſſaria eſt ꝓfundiſſima humiliatio. Hac
enim ſola honoratur. Vnde ſcriptum eſt:
Eccli 3 Magna potentia Dei ſolius & ab humili-
Iſaiæ 66 bus honoratur. Et alibi: Super quē requi-
eſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem &
quietum, & trementem ſermones meos?
Pſalm. 103 Quamobrem non incōgrue Pſalmiſta di-
cit: Qui emittis fontes in conuallibus, hoc
eſt, fluēta gratiarꝫ in cordibus emittis hu-
milium. Inde etiam hoc intelligitur: Spiri
Gene. 1 tus domini ferebatur ſuper aquas. i. ſuper
corda mollia ac mãſueta. Cōtra vero prin
cipi huius mundi diabolo antiquo ſerpē-
Gene. 3 ti dictum eſt: Super terram gradieris. i. in
hominibus terrenis atq; rebus caducis tã
tum deditis requieſces, qui cibi tui erunt,
quia terram comedes. Superbos quoq; in
habitat quàm libenter, quandoquidē rex
Iob 41 eſt ſuper omnes filios ſuperbię. Iccirco vo
Ephe. 2 cat à Paulo princeps aeris huius. Omnes
enim ſuperbi nihil ſunt, ſed tantum vt v-
ter vento ac aere inflati ſunt. Tertio, ad re
ceptionē ſpiritus ſancti neceſſaria eſt pax
Pſalm. 75 & tranquillitas mentis. Siquidem in pace
factus eſt locus eius. Secundum quod dei
ſeruis deſideratū hic promittit, eſt quod
Dei amor in illis maneat, quum dicit: Et
manſionem apud eum faciemus. Quæris
fortaſſe quomodo Dei ſeruabis amorem?
Vide quomodo ignis naturalis ſeruatur,
ne extinguatur, pari modo tibi ignem ſpi
ritus ſancti conſeruari neceſſe eſt. Nam
ignis materialis primo conſeruatur abſcō
ditus atque obuolutus cinere. Hoc modo
amor Dei, ſeu ignis ſpiritus ſancti mortis
memoria, & compunctionis exercitijs eſt
abſcondendus. Decet enim amantem fer-
uido amore interdum redire ad ſui cogni
tionem ad meditandam ſuæ conditionis
vilitatem, ingratitudinē et mortalitatem:
quo alio iterum tempore in ſublime fer-
uentiores amoris flã mas iterꝫ emittat. Se-
cundo, ſeruatur et nutritur per lignorꝫ ap
poſitionē. Hoc modo Dei amor in nobis
nutritur per bonorꝫ operum multiplicati
onem. Hæc eñ opera bona dico, quæ ex
charitate generantur, q̄ amoris diuini flã-
ma accendit. Quæ quanto ſunt frequenta
ta & plura, tãto Dei amor magis igneſcit.
Tertio, ignis ſeruatur, excitatur, renoua-
turq; per flatū. Pari modo ignis. i. feruor
diuini amoris duobus modis ſufflatur, at-
que ad maiorē incēdij vim excitatur. Pri-
mo, per deſideria ſancta. Deſideria eñ ſan
cta atq; cōtinua nihil aliud ſunt amori, q̄ Eccliſt
follis igni. Vñ Eccleſiaſtes: Si ſufflaueris, q̄-
ſi ignis ardebit. Secūdo, inflammatur hic
ignis, creſcitq; per Chriſti inſufflationem
hoc eſt, per copioſiorē collationē amoris
ſui. De hac inſufflatiōe legimus in die Pa
ſchæ, q̄d foribus clauſis ad diſcipulos in-
trauerit, atque eis inſufflauerit, & dixerit: Iohan. 20
Accipite ſpiritum ſanctum. Tertium eſt
quod Dei ſerui vehementer deſiderãt ſci-
re, ſcilicet, an dei habeãt amorē, hoc eſt, an
ſint in Dei gratia, aut ſtatu ſalutis. Quod
cum nemine ſcire poſſibile ſit, ſed abſcon-
ditum cunctis atque incertum, hic tamen
ſignum dat, quo facilior fieri poteſt conie
ctura, maiorq; ſpes haberi, Dei nos habe-
re amorem, ſi hoc in nobis inuenerimus Iohan. 14
ſignum. Dicit enim dominus: Si quis dili-
git me, ſermonem meum ſeruabit. Quod
vnuſquiſq; in ſe an inueniat, diſcutiat ſe.
Quia ſi non inuenerit, certus poteſt eſſe ſe
Dei non habere amorem, quamuis incer-
tus maneat, tametſi inuenerit, conſolatio-
nem tamen ſpei hanc habet, ſe eſſe in Dei
amore. Sunt tamen alia quoq; ſigna præ-
ſentiæ ſpiritus ſancti, ſi recolere volumus,
quibus ſpeciebus ſuper Chriſtum appar-
uerit ſpiritus ſanctus. Prima eſt ſpecies nu-
bis lucidæ, in qua ſpiritus ſanctus ſe mani
feſtauit ſuper Ieſum in eius transfigurati- Mat. 17
one. Nubes autem in ſe continet aquę gut Marc. 9
tas ſtillãtes. Quo ſignificatur cōpunctio, Luc. 9
lachrymarumq; vel pro peccatis, vel ex a-
more Dei profluuium & diſtillatio. Secū- Matt. 3
da eſt ſpecies columbæ ſuper Chriſto ba- Mar. 1
ptizato, in qua ſpiritus ſanctus apparuit: Iohan. 1
qua ſignificatur innocentia ac ſimplicitas,
dolo ac felle carens, viuentis in iuſtitia, æ-
quitate, ac charitate ad omnes homines. Actu. 2
Tertia eſt ſpecies ignis, in qua hodie ſu-
per diſcipulos apparuit. Qua ſignificatur
feruida supernorū appetitio (ignis enim
ſemper tendit ſurſum) quæ in homine eſ-
ſe non poteſt, niſi ſimul ibi quoq; ſit tēpo-
ralium

ralium mundanarumq; rerum contemptus. Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſua nos gratia viſitet, nobiſcum maneat, noſque in ſua charitate non ſolum roboret, ſed & confirmet. Qui cum patre & ſpiritu ſancto eſt benedictus in ſecula. Amen.

SERMO DE EADEM dominica. Cuiuſmodi debeat eſſe preparatio, cuiuſmodi hoſpitiū, quod dignetur ſpūs ſanctus.

ACcipietis virtutē ſpiritus ſancti superuenientis in vos. Actuum I. Sublimia itaq; acuta de ſpiritu ſancto inueſtigare aut loqui, vobis quidem (vt reor) generaret audiēdi faſtidium, meum vero etiam excederet ingenium. Hoc magis noſtri debet eſſe ſtudij, ſpiritum ſanctum recipere, quàm ſubtiliter de eo diſputare. Ad quod cum etiam non fuerit neceſſario noſtra impendenda inſtructio, non inutiliter tamen fit exhortatio. Itaq; non
Act. 1 docentis, ſed cohortantis partes acturi, auſcultemus quid nobis promittatur. Accipietis virtutem ſpiritus ſancti ſuperueni-
Act. 2 entis in vos. Promiſſum ſpiritū ſanctum chariſſimi, in diſcipulorū corda hodie dominus infudit. Et quod olim diſcipulis, hoc quotidie vſque ad conſummationem ſeculi facit credentibus. Proinde, quiſqs ſanctum deſiderat ſpiritum, mundet & paret ei habitaculum: quandoquidem nihil
Prou. 8 ſic amat ſpiritus mundus, atque cor mundum: cuius deliciæ ſunt eſſe cum filijs hominum. Expellat omne peccatum, et quicquid illi nouerit diſplicere abijciat. Colligat animi ſui vires omnes, & cogitationes curaſque rerum mundanarum, præſertim inutilium abigat, purificet affectus, et ſe quanto potuerit ſtudio gratum domino hoſpitium exhibere contendat. Poteſt autem digne parationis ſimilitudo accipi ab his quæ videmus circa terreni alicuius hoſpitis magni ſuſceptionem fieri, qui quanto eſt potentior, quanto nobilior, quanto dignior, tanto maiori cura, tantoq; nobilius, mundius, ac ſpecioſius ei paratur hoſpitium. Placet domino terreno, illucque libenter diuertit, vbi eius aduentus vehementer deſideratur, vbi inuitatur crebrius, vbi acceſſus ipſius vigilanter obſeruatur, vbi occurrentibus multis paſſim hilariter excipitur, vbi denique monitis eius obtemperatur: et poſtremo vbi in pace, tranquillitate ac reuerentia magna ſuſceptus colitur. Expedit tibi o anima, quæ ſponſa vis eſſe Dei, vt talem ſponſum hoſpitem ad te venientem digne ſuſcipias, eius aduentum feruentibus ſuſpirijs deſideres, crebris nūcijs inuites, domus tuæ familiā probe inſtituas, quę cuncta boni hoſpitij iura obſeruet, ne quod tanti hoſpitis oculos queat offendere intra te reperiatur. Principio tibi neceſſarium eſt, vt hoſpitem hunc ardenter deſideres. Huius deſiderij manifeſtandi gratia, aut potius exercendi duos mittas nuncios, ſcilicet humilitatem, hoc eſt, propriæ vilitatis cognitionem, & orationem ad eum inuitādum. Porro ad cordis tui portam duos cōſtituas cuſtodes, qui hoſpitis huius aduentū obſeruent, atq; aduigilent, vt pręter ipſum alium admittant neminē. Hi ſunt circūſpectio vigilans, & diſcretio prudens. Hi cuſtodiant cor tuum, ne intret quem hoſpes ille nolit, ne appareat ibi q̄d hoſpes, id eſt, ſpiritus ſanctus auerſatur, ne etiam rurſus quod diligit ille excludatur. Siquidem neminem vult ille de familia ſua, hoc eſt, de virtutibus, bonis inſpirationibus, & donis ſuis excludi, neminem de hoſtium, id eſt carnis, mundi ac diaboli partibus admitti. Vtrobique ſi negligentia admiſſa fuerit, aut non veniet, aut longius, ſi præſto fuerit, recedet. Legimus Isboſeth filium Saulis interfectum, 2. Reg. 4
propterea quod ad portam regiæ ſuæ ancillam conſtituerit oſtiariam, quæ ſomno oppreſſa, locum dedit hoſtibus latrunculis domum latenter introeundi, & regem interficiendi. Sic enim legitur: Venientes filij Remmon Berothitę, Rechab & Baana ingreſſi ſunt feruente die domum Isboſeth, qui dormiebat ſuper ſtratum ſuum meridie, & oſtiaria domus purgans triticum obdormiuit. Ingreſſi ſunt autem domum latenter, aſſumentes ſpicas tritici, et percuſſerunt eū in inguine Rechab & Baana frater eius, & fugerunt. Quod gloſſa myſtice exponens: Oſtiaria, inquit, triticū purgat, cum mentis cuſtodia, diſcernēdo virtutes à vitijs ſeparat: q̄ ſi dormierit in mortē dn̄i, ꝓprij inſidiatores admittit, qa ſi diſcretionis ſolicitudo ceſſauerit, ad interficiendum animū malignis ſpiritibus iter pandit. Qui ingreſſi ſpicas tollūt, quia bonarū cogitationum germina auferūt: atq; in inguine feriunt, quia virtutem cordis dele-

delectatiōe carnis occidūt. In inguine eṁ
ferire, eſt vitam mentis carnis delectatiōe
perforare. Non enim Isboſeth inopinata
morte ſuccumberet, ſi non ad ingreſſum
domus mulierem, id eſt, ad mentis adi-
tum mollem cuſtodiam deputaſſet. For-
tis enim vigilque ſenſus, præponi cordis
foribus debet, quem nec negligentiæ ſom
nus opprimat, nec ignorantiæ error fal-
lat. Vnde bene Isboſeth dicitur, qui cu-
ſtode fœmina hoſtilibus gladĳs nudatur.
Isboſeth enim vir confuſiōis dicitur. Vir
confuſiōis eſt, q forti mentis cuſtodia nō
eſt munitus, quia dum virtutes ſe agere
æſtimat, ſubintrantia vitia neſcientem ne-
cant. Tota ergo virtute muniēdus eſt mē-
tis aditus, ne eam hoſtes inuadant, & pene
trent foramina neglectæ cogitationis.
Hæc ibi. Vnde liquet quàm neceſſarium
ſit per ignauiam non dormitare, per negli
gentiam cordis cuſtodiam non deſerere,
ſed velut ad portam vigilantem circunſpe
ctionem & prudentem diſcretionem cu-
ſtodes cordis ponere, quæ cogitationes,
affectus, omneſque inſtinctus diſcutiāt, &
quid à lumine cordis propulſandū, quid
introducendum ſit diſcernant. Vigilandū
Marc. 13 eſt igitur omni tempore, quia & hoſpes
ille qui pro ſua bonitate, pro ſuæ charita-
Apo. 3 tis largitate aduenire dignatur, vel non in
uitatus pulſat: vbi ſi neminem ſe intromit
tentem aut vigilantem inuenerit, recedit.
Fratres, heu quàm ſæpe hoc hoſpite pul-
ſante ad noſtri cordis ianuam, nemo eſt
qui aperiat, nemo inuenitur domi. Dor-
mit ancilla oſtiaria, aut prorſus non eſt
qui portam cuſtodiat conſtitutus. Patet
liber omnibus in cordis hoſpitium intro-
itus & exitus. Eamobrem cui ſoli debue-
rat ſeruari hoſpitiū abſcedit, vtpote qui ſe
cretum diligit, nec tumultui ſe cogitatio
num admiſcet. Spōſus eſt animæ, & pręo-
mnibus vult vnus amari. Eſt aliud præte-
rea, quod ad hoſpitiū bonum pertinet, vi-
delicet vt parata ſit ibi familia ad obſequē
dum hilariter hoſpiti noſtro de quo loq-
mur, & de quo canit eccleſia, hoſpes ani-
mæ, illi deuotio ſancta expectabunda oc-
currat, & ad amplectendum eius benepla
citum omnimodis ſeſe paret. Obedientia
quicquid gratū cognouerit exequatur, a-
mor cū hoſpite familiare ineat colloqui-
um, cuius præſentia vegetatur. Puritas af
fectionū, & intentionū cordis. Silentiū &
pacē, & quietē in vniuerſa domo conſtitu
ant. Conſideratio reuerētiam, laus impen
dat gratiarum actionem. Hæc eſt o anima
domus tuæ familia, quam ad cultum &
obſequiū ſponſi tui inſtituas. Interim con
ſiderandum quoq; ꝙ quamuis multis &
miris plærumq; modis mētibus illabatur
humanis ſpiritus ſanctus, qui in milia qui
dem & milia poſſent diſtingui, ſi poſſent
etiā explicari: quippe cuius viſitationes a-
deo ſunt occultæ, vt ne à nobis quidē ſæ-
penumero poſſint agnoſci, tria tamen in
Euāgelio legimus circa aduentū ſpiritus
ſancti ſigna viſibilia, qbus quomodo ani
mam inuiſibiliter ingrediatur, ediſcimus. Actu. 2
Legimus namq; ingētem ſonitū, hoc eſt, Ibidem
quaſi quandā tremefactionē. Legimus itē Matt. 3
linguas igneas, legimus ſpeciē colūbę, qui Marc. 1
bus ſuæ præſentię aduentū & operationē Iohan. 1
ſignificauit ſpiritus ſanctus. Itaq; fratres,
quoties ſentimus tremorem & terrorem
cordis ſup peccatis noſtris nondū emēda
tis, itē ſuper iuſtitia Dei tremēda & ineui-
tabili, ſup inferni pœnis horribilibus, quo
ties, inquā, corde cōcutimur, ſonitū audi
mus, quo corda noſtra pulſat ſpiritus ſan
ctus: aſſit tunc circūſpectio vigilās, & in- Apo. 3
telligat: aſſit diſcretio prudens, & pulſan- Actu. 9
ti aperiat. Occurrat deuotio hilariter, pa- Pſalm. 16
ret ſe obedientia, et dicat: Dñe quid me vis 107.
facere? Paratum cor meum, paratum cor Pſalm. 24
meum. Vias tuas domine demonſtra mi- Pſal. 142
hi, & ſemitas tuas doce me. Doce me face-
re volūtatem tuā, quia Deus meus es tu.
Hoc mō ad cor Pauli ſanctus ſpiritus ac Actu. 9
cedens pulſauit, hunc ſonitū Paulus audi
uit equo deiectus. Ita complures alĳ ſpiri
tum ſanctum hoſpitem acceperunt. Qua-
propter chariſſimi, quicqd aduerſi nobis
occurrerit, quicquid corpus moleſtaue-
rit, quicquid anguſtiauerit mentem, ſit in-
firmitas, ſit exilium, ſit captiuitas, ſit ege-
ſtas, ſenectus, aut alia quæuis calamitas, ſo
nus eſt magnus, nec parum ſaluber quo
corda noſtra pulſat ſpiritus ſanctus, deſi-
derans intromitti. Abſit nos ita dormire,
vt ſpiritus ſancti aut nunciorum eius pul-
ſum non audiamus. Abſit ita mundi ebri-
os nos eſſe amore, vt quid pulſus ille inſi-
nuet haud intelligamus. Abſit ita obſti-
natos eſſe, vt contra pulſantem diuinam
prouidentiam nos excitare cupientē, etiā
aut murmuremus, aut recalcitremus. Al-
tero mō venit ſpiritus ſctūs ad cordis no-
ſtri hoſpitium pulſans per linguas igneas,
vtpote per ſacræ lectiōis aut prædicatiōis,
aut

aut correptionis verba, illuminans mentē iuxta ac inflammans. Hoc mō quàm ſępe corda hominum viſitet ſpiritus ſanctus, q̄ ſæpe animos mutet, ad eorum quæ auribus hauriuntur aut mente voluuntur, amorem & deſiderium inuitans, teſtantur omnes hyſtoriæ tum canonicæ, tum aliæ ſacræ. Verum quàm graui plærumq; ſomno hoſpitij noſtri familia oīs dormitet, hinc liquet, quod non ſine grandi mœrore ac tædio animi nonnunquam ſpiritualia audimus. Frigida enim tunc nobis eſt, tam lectio quàm aliena prædicatio, ac veluti fabula auditur, quicquid contigerit audiri. Tertio, ad quorundā venit hoſpitium ſpirit⁹ ſanctus in ſpecie.i. in ſimilitudine columbæ, emolliens eos beneficijs & proſperitatibus temporalibus, veluti blāditijs quibuſdam ad ſui amorem alliciēs, nihilq; felleum, nihil auſterum obijciens, ſed benignum ſe exhibens, & ſecum faciens omnia ſuauia ac trāquilla. Hoc modo permulti præuenti benedictiōibus dulcedinis in innocentia perſtiterunt, multi etiam ex facinoroſis actibus ad correctiorē vitam ſanctimoniamque redierūt. Sic cuidam, vt legitur, eccleſiaſtico nō admodū laudatæ vitæ teſſeris ludenti, oblata fuit canonica ipſius electio ad epiſcopatum. Qui ſemetipſum erubeſcens, & diuinam erga ſe bonitatem ſtupens, adeo eſt compunctus, adeo in alterum virum ilico mutatus, vt non ſine grādi cunctorum admiratione, qualem huius officij dignitas poſcebat epiſcopum integerrimum præſtaret. Alteri non minus lubrico dum inſinuaretur eius electio ad epiſcopatū, adeo diuinam admiratus eſt bonitatē, adeo ſe conuertit ad Deum, vt relicto mundo relictisq; omnibus, cœnobiticā aſſumeret religionem. Itaq; chariſſimi emūdemus hoſpitium ſpiritui ſancto dedicandum, vigilemus ad tanti hoſpitis aduentum. Pulſat caro & aperimus, pulſat mundus & vigiles occurrimus, pulſat & ingredi tētat inimicus & conſentimus, pulſat ſpiritus ſanctus & deſides ſumus? Vult ſe nobis donare Deus & diſſimulamus, imo contēnimus, quia viliſſima ei anteferimus, & immunda terrenaq; plus amamus. Dixi iam quō triplici pulſat modo. Bonæ eius inſpirationes ſunt pulſus ad oſtiū cordis, quæ interdum ſine exteriori euidenti immutatione aut ſigno infunduntur, quomodo ſolo flatu, aut vt textus habet, inſufflatiōe Chriſti ſuper diſcipulos legimus ſpiritum ſanctum illis datum. Cæteræ ſunt qui iam aperuerunt, qui introduxerunt, qui hoſpitem habent ſpiritum ſanctum ſecum cœnantem. His magnopere curandum eſt vt retineant, non aliud admittant, cum quo ipſe nihil habeat cōmercij. Siquidem ſimplex eſt, purus & ſanctus, ideo diſciplinæ effugit fictum, & aufert ſe à cogitatiōibus quæ ſunt ſine intellectu. Deteſtatur mendacium, vtpote ſpiritus veritatis, diſcordiam non ſuſtinet, vtpote ſpiritus pacis, fugatur odio ſpiritus charitatis, expellitur quocūq; mortali peccato, vtpote ſpiritus ſynceritatis & ſanctitatis. Qui vtinam regat & dirigat nos, & ad gaudia perennitatis introducat. Amen.

Pſalm.20 — Iohan.20 — Apoc.3 — Sapi.1 — Iohan.14 15.16

FERIA SECVNDA PENTEcoſtes: epiſtola Actuum apoſtolorum X.

APeriens Petrus os ſuum, dixit: Viri fratres & patres, nobis præcepit dominus prædicare populo, & teſtificari, quia ipſe eſt, qui cōſtitutus eſt à Deo iudex uiuorum & mortuorum. Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius oēs qui credunt in eū. Adhuc loquente Petro uerba hęc, cecidit ſpiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebāt uerbum. Et obſtupuerūt ex circunciſione fideles, qui uenerant cū Petro, quia & in nationes gratia ſpiritus ſancti effuſa eſt. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificabant Deum. Tunc reſpondit Petrus: Nūnquid aquam quis prohibere poteſt, ut non baptizentur hi, qui ſpiritum ſanctum acceperunt ſicut & nos? Et iuſſit eos baptizari in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti.

PARA-

PARAPHRASIS IN EANdem epiſtolam.

Actor.2.4 Act.10 POſtq̃ apoſtoli receperũt ſpiri
tũ ſanctum, augebatur q̃tidie
credentium numerus. Nam
& Cornelius Centurio cum
omni domo & familia ſua,
vocatiſq; ad ſe neceſſarijs & amicis, ex Iop
Actor.9 pe accerſiuit Petrum apoſtolum, qui ſibi
ac ſuis, iuxta reuelationem per angelum
ſibi factam viam annũciaret ſalutis. Quod
vbi Petrus aduenięns eſſet facturus, aperi-
Mar.16 ens os ſuum, dixit: Viri fratres & patres.
Nobis præcepit dominus prædicare po-
pulo, dicens: Euntes in mundum vniuer-
ſum, prædicate Euangelium omni creatu
ræ: & teſtificari, quia ipſe eſt, qui etiam ſe-
cundum naturam humanam conſtitutus
eſt iudex viuorũ & mortuorum. Apparẽs
Matth.28 namq; poſt reſurrectionẽ apoſtolis Ieſus.
Data, inquit, eſt mihi oĩs poteſtas in cœlo
Iohan.5 & in terra. Et ante paſſionem idem de pa-
tre loquens, dicit: Poteſtatẽ dedit ei, i. filio
pater & iudicium facere, quia filius homi
nis eſt. Neq; eñ pater iudicat quenq̃, ſed
iudicium oẽ dedit filio. Huic Chriſto dño
oẽs prophetæ qui eundem præceſſerũt te
ſtimonium perhibent hoc, puta vt omnes
qui credunt in ipſum, remiſſionem accipi-
ant per nomen eius. Hoc, inquit, teſtimo-
nium adferunt Chriſto omnes prophetę
credentes vniuerſos iuſtificari per nomen
eius, hoc eſt, per fidem & inuocationem
nominis eius. Hæc ita Petro loquente, in-
terim cecidit, i. ſubito venit ſpũs ſanctus
ſuper omnes qui audiebant verbum, hoc
eſt, ſuper Cornelium, & ſuper illos quos
aduocauerat p̃ſentes. Deſcendit aũt haud
dubiũ in ſpecie aliqua viſibili aut ſenſibili
ſpũs ſanctus, quãuis in qua deſcẽderit ſpe
cie, ſit incertum. Hoc viſo obſtupuerunt q
ex circuncisione erant fideles, qui cum Pe
tro aduenerant præ admiratione, quod in
nationes ſeu in gentes gratia quoq; ſpiri-
tus ſancti diffunderetur, cum abundantia
tanta & miraculoſa ſui oſtenſione. Cõſue
uerunt enim ſemper gentes Iudæi deſpice
re, tanq̃ idololatras & homines ſine Deo,
ſe vero efferre, quaſi Dei cultores. Quapro
pter ſibijpſis nimium haud raro tribue-
runt de conuerſiõe ſui ad Chriſtum, qua-
ſi propter legis obſeruantiam, & per bo-
na opera in Iudaiſmo facta, meruerint
(quod falſum erat) ad fidem Euangelicã
conuerti. Cum itaq; parẽ gratiam viderẽt
effundi in gentes, qui idolis iamdudum
ſacrificauerant, ſtupebant præ admiratio- Acto.
ne diuinæ benignitatis & largitatis. Audi
ebant enim & illos loquentes varijs lin-
guis, quomodo in die Penthecoſtes locu-
ti fuerant apoſtoli. Quãobrem, vt dixi, ad
mirabantur magnificantes Deũ. Tunc re
ſpondit illis qui ex circuncisione aduene-
rant admirantibus Petrus: Nunquid a-
quam quis prohibere poteſt, vt non ba-
ptizẽtur hi qui ſpiritum ſanctum accepe-
runt ſicut & nos? Receperant hi ex genti-
bus conuerſi revera ſpiritum ſanctum, in
ſigno exteriori, donumq; linguarũ ſicut
apoſtoli, licet non in tanta plenitudine,
quanta apoſtoli: ideo non erant à baptiſ-
mo p̃cludendi, quos ſpiritu ſancto Chri-
ſtus dignatus fuerat. Quapropter Petrus
iuſſit eos baptizari in nomine domini no
ſtri Ieſu Chriſti. Non baptizabant apoſto
li impediti verbo prædicationis, cui ma-
gis vtiliusq; inſiſtebant, per diſcipulos ſu-
os nouiter cõuerſos baptizantes. Hoc nã-
que & apoſtolus Paulus fecit, dicens: Nõ 1.Cor.1
eñ miſit me Chriſtus baptizare ſed præ-
dicare. Obſerua tamen hic, quod perhibẽ
tur baptizati in nomine domini, hoc eſt,
in nomine Ieſu. Quocirca non immerito
quis dubitet, cur apoſtoli in nomine Ieſu
baptizauerint, cũ illis ſit dictũ: Ite docete Matt.28
omnes gentes, baptizantes eos in nomine
patris & filij & ſpiritus ſancti. Verum abſ-
que dubio putandi ſunt apoſtoli familiari
cõſilio ſpiritus ſancti illuminati, vt in prin
cipio ad tempus aliquod baptizarẽt in no
mine Ieſu, propter gloriã Chriſti in prin-
cipio naſcentis eccleſiæ magis exaltandã.
Sunt tamen qui hodie hunc ritum bapti-
zandi in nomine dñi Ieſu, aut in nomine
Ieſu, aut Chriſti dicerent non eſſe baptiſ-
mum, quamuis alijs aliud placeat. Obſer-
uandum quoq; eſt hic Corneliũ, & eos q
cum illo erant ſpiritum ſanctum recepiſſe
antequam baptizarentur, fide nimirũ pu-
rificante corda eorum, et quia parati accin
ctiq; erant expectantes baptiſmum.

EXEGESIS EVANGElij ſecundæ ferię Penthecoſtes, Iohannis III.

ANTE

ANTE VERBA Euangelij hodierni
Johan. 3 Nume. 21 Chriſtus cum Nico-
demo tractans, dixe
rat: Sicut Moſes ex-
altauit ſerpẽtem in
deſerto, ita exaltari
oportet filium homi
nis, vt omnis qui credit in ipſum non pe-
reat, ſed habeat vitam æternam. Huius ra
tionẽ quaſi nunc aſſignaturus, in hæc ver-
ba quæ hodie ab initio leguntur Euange-
lij continuat: Sic enim Deus dilexit &c.
Poterat enim obijci in præcedentibus ver
bis. Cur exaltari oporteat filiũ hominis,
& cur in illum credi, cũ in neminem ſit cre
dendũ niſi in Deum? Huic vt quæſtioni ſa
tisfaceret, Chriſtus humiliter de ſe loquẽs
oſtendit filiũ hoĩs nõ hominẽ tantũ, ſed
modeſte et quaſi clanculũ hoc ip̃m quoq;
inſinuat, vt filius hoĩs idem intelligat, qui
& vnigenitus ſit filius Dei, quẽ Deus dede
rit ex dilectione, vt in mũdi ſalutẽ exalta-
retur ad modũ ſerpẽtis in cruce, vt qſqs fi
de in illũ intuẽs ip̃m ſaluatorẽ credens nõ
pereat, ſed habeat vitã æternã. Dicit itaq;:

Sic Deus dilexit mundum, ut filiũ
ſuum unigenitũ daret, ut omnis qui
credit in illum non pereat, ſed habeat
uitam æternam.

Mundus in triplici accipitur differẽtia.
Eſt namq; mũdus cuius Deus creator eſt,
eſt mũdus, cuius eſt redemptor, & eſt mũ-
Iohan. 1 dus, cuius diabolus princeps & rector eſt.
Primo accipitur modo, vbi in Iohãne ſcri
ptum eſt: In mundo erat, & mundus per
ipſum factus eſt. Hic mundus Dei eſt ſem-
Iohan. 3 per, nunq̃ diaboli. Secundo modo accipi-
tur: Sic Deus dilexit mundum &c. Ideo e-
nim q̄a dilexit, redimere ſtatuit. Eſt ergo
mundus hic fidelium vniuerſitas: quod
Iohan. 6 alibi quoq; pari mõ indicat, dicens: Panis
Apoc. 11 quẽ ego dabo caro mea eſt pro mundi vi
ta. Et in Apocalypſi: Factũ eſt regnum hu
ius mũdi dñi & Chriſti eius, qui regnabit
in ſecula ſeculoꝝ. Tertius mundus, eſt vni
Iohan. 12. uerſitas maloꝝ. Huius princeps & rector
Iohan. 7. eſt diabolus, de quo Chriſtus: Nunc, inq̄t,
princeps huius mundi eijcietur foras. De
hoc quoq; mũdo intelligitur, quod Chri
ſtus dixit: Nõ poteſt mundus odiſſe vos.
Me aũt odit, quia ego perhibeo teſtimoni
um de eo, quod opera eius mala ſunt. Et il
lud. Nolite diligere mundum neq; ea quę 1. Iohan. 2
in mundo ſunt. Nam ſi quis diligit mun-
dũ, nõ eſt charitas patris in illo. Itaq;, hic
ſecundo accipitur modo, cum dicitur: Sic
Deus dilexit mundum. i. vniuerſitatem fi-
delium, vt filium ſuum vnigenitum daret.
Vide quãta efficacia verboꝝ. Nihil eſt q̊d
hominẽ adeo inuitat, adeo allicit, adeoq;
trahit, atq; amor. Nihil igitur in excitatio
nem noſtri validius, nihil quod accendat
nos ad redamandũ poſſet dici efficacius,
q̃, ſic Deus dilexit mundum. Sicut Moſes
exaltauit ſerpentẽ in deſerto, ita exaltari
in cruce oportet filium hominis. Quare o
dñe oportet te exaltari? Quia nolo te peri Iſaiæ 53
re. Sanguine te meo redimã oportet. Tu
eñ vulneratus es peccato, & à ſerpente lę
ſus. Et ego vulnerabor propter iniquita-
tes tuas. Atterar propter ſcelera tua, vt tu
meo liuore ſaneris. Neq; enim leuis mihi Ezech. 18
cauſa eſt tui ſaluatio, aut tui perditio. No
lo ego mortẽ peccatoꝝ: qñquidem Deus
pater meus adeo dilexit mundum, vt fili-
um ſuum vnigenitũ daret in mortem, vt
omnis q̄ credit in illum non pereat, ſed ha
beat vitam æternã. Hæc, inquam, ſunt ver
ba efficaciſſima filij, ad excitandum no-
ſtrum amorẽ erga Deũ. Nõne vides q̃ cu-
ra ſit Deo de nobis? Quid aũt nos ſumus,
vt memor ſit noſtri? Quæ ex nobis aut bo
nitas aut vtilitas ei ſperanda eſt, vt cogi-
tet de nobis? Aut q̄d illi accedit, ſi nos ſal-
ui fuerimus? Quid amittit ſi ab eo receſſe-
rimus? Quid vero commodi illi eſt quod
nos diligit? prorſus nihil. Neq; enim vt à
nobis quid accipiat nos diligit, ſed vt lar-
giatur nobis tam dona ſua, q̃ ſeipſum, a-
mat nos. Cauſa itaq; quare dona & bene-
ficia ſua nobis confert eſt, quia amat nos.
Sed expende quid ſit amari à Deo. Nun-
quid non permagnum foret, ſi vel de no-
bis cogitet Deus? Præclaꝝ habetur, gratiſ
ſimum atq; gloriabundum videtur nobis,
noſtri eſſe memoriã apud regem & prin-
cipem. Quid de Deo ſentiendũ, cuius tan
ta eſt charitas erga nos, vt ſuum vnigeni-
tum malit dare in mortẽ, q̃ nos non libera
re à morte? Eſt autem amor Dei liberaliſſi
mus, quia nos amat, nõ ꝓpter ſe, ſed pro-
pter commodũ noſtrũ. Neq; enim ſibi a-
mando acquirere aliq̄d quærit, ſed quod
bonũ ipſe eſt, nobis cõmunicare. Porro a-
lia hominibus eſt amandi ratio Deũ. Ho-
mo eñ amando in ſuo opere intendit ali-
quid boni impetrare, quod vel præcipue

quærit, aut ſaltem (idq; ordinate) propter Deum. Sic Deus, inqt, dilexit mundũ, hoc eſt, tã vehementer, tam poteterq; dilexit, vt non ſolũ hoc quod grauiſſimũ, ſed etiã q̃d irrationabile videbatur, ageret, filiũ ſuum vnigenitũ dans in mortẽ, & ſeruũ nequam liberans. Eſt igitur Dei amor erga nos magnus quod quadrifariam poteſt oſtendi. Primo inſpice eum, & quis ſit qui te diligit expende. Inuenies enim immenſum & infinitum: nempe Deũ. O q̃ iucundũ & gaudioſum eſt amari à Deo, o q̃ nobile ac præſtãs eſt in gratia eſſe Dei oĩpotentis. Secundo liquet amoris magnitudo diuini, ex vilitate amati, hoc eſt, hominis qui inqnatus eſt totus, et amari indignus. Tertio, eius magnitudo manifeſtatur ex dono dato, hoc eſt, ex magnitudine doni. Sic dilexit, inquit, Deꝰ mundũ vt vnigenitum ſuũ daret. Quarto magnitudo diuini amoris apparet ex magnitudine fructus. Hic enim haudquaq̃ eſt exiguus, ſed tantus, vt ex eius nobis amore proueniat nõ ſolum non perire, ſed vitam etiam habere æternam. Ita enim ſequitur: Vt omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Obſerua quod non dicit: Omnis qui credit ei, aut qui credit eum. Hoc enim modo multi crediderunt Chriſto, multi etiam Chriſtum crediderunt, q tamen nõ obtinuerunt vitã ęternam. Hoc etiam modo hæretici credunt Chriſtum fuiſſe, & ſic locutum fuiſſe. Credunt etiam Chriſto, vt omnia quæ dixit vere locutus ſit (hæc namq; eſt hæreticorum fides, quæ eos haudquaquam ſaluabit, quando-
Gala. 5 quidem hæc fides per dilectionem non operatur) ſed dicit: Vt omnis qui credit in ipſum, nõ pereat. Aliud namq; eſt ipſum aut ipſi credere, aliud in ipſum credere. In ipſum credere, non ſolum fides, ſed eſt etiam cum fide motus charitatis in Deũ. In Chriſtum itaq; credit, qui charitatem habet. Eſt itaq; credere in Deũ, quaſi credendo tendere in Deum.

Non enim miſit Deus filiũ ſuum, ut iudicet mundum, ſed ut ſaluetur mundus per ipſum.

Non ad hoc Ieſus in primo venit aduẽtu, vt peccato nos obrutos opprimeret,
Lucæ 9 ſed venit filius hominis quærere & ſaluũ facere quod perierat. Iccirco dictus eſt Saluator mundi, vt mundum ſaluet. Quantũ in medico eſt, venit ſanare ęgrotos. Tu igitur teipſum interimis, ſi præcepta ſeruare nõ vis medici. Chriſtus venit ad ſalutem omnium. Si tu ſaluari cupis, auſculta verbis Chriſti. Si vis, inquit, ad vitã ingredi, Matt. 19
ſerua mandata. In tuo nunc eſt arbitrio, ſi velis ſaluꝰ fieri. Omnia tibi parata ſunt remedia ſalutis, modo illis vti volueris. Hæc ſi neglexeris, non habes, quid cõqueraris, niſi contra teipſum.

Qui credit in eum non iudicatur.

Qui credit in Chriſtum, hic ex fide iam habet vnde ſit ſaluus. Credit enim ꝙ pau- Iohan. 3
lo ante Chriſtus præmonuit: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto non poteſt introire in regnum Dei, & feſtinat renaſci. Non igitur iudicabitur ad cõdẽnationem. Iudicantur tamen hic omnes iudicio diſcretionis. Diſcernitur enim hic inter bonos, meliores & optimos: diſcernitur quoq; inter bonos & malos & peſſimos. Hic tamen q credit in Chriſtũ, non iudicabitur. i. non condemnabitur. Quãdiu eñ credit in eum, fidem habet charitate viuentem, vt eius in quem credit & o- Iohan. 5
ptet honorẽ, & velit voluntatem. Quamdiu ergo hoc modo credit in eum, certum eſt vt alibi dicitur, in iudicium eũ non ve- Gala. 5
nire, ſed tranſire à morte ad vitam. Hæc omnia de fide viua & formata, quæ per dilectionem operatur, intelliguntur.

Qui autem non credit in eum, iam iudicatus eſt, quia non credit in nomine unigeniti filĳ eius.

Nondum apparuit iudicium, & iam factum eſt iudicium, quia qui non credit in eum, hic iam habet in ſe cauſam, quare dãnandus ſit. Circunfert enim vt dici ſolet, ſicut fur funem in collo ſecum ſuæ dãnationis cauſam, quia non credit in nomine filĳ Dei. Sicut Adam eodem die quo comedit de ligno ꝓhibito mortuus eſt, hoc eſt, morti deputatus, iuxta illud. In quacunq; Gene. 2
hora comederitis, morte moriemini, ſic is qui non credit in Chriſtum, iudicatus eſt, id eſt, iudicio damnatiõis deputatus, quia non credit in nomine filĳ Dei, in quo ſo- Actu. 4
lo eſt ſalus. Itaque iudicatum eſſe, eſt iuxta ſua demerita in præſentiarum damnationis reum eſſe. Nouit enim dominus qui ſunt eius, hoc eſt, eos qui ad ſe pertinent. 2. Timo. 2
Nouit modo qui pertineãt ad coronam, nouit etiam qui permaneant ad flammã. Satis, inquit, iam iudicatus eſt, qui in hac vita

vita nunquam habuit vnde potuiſſet ſal⸗uari. Qui enim fidem non habet, nunq̃ ſalutis portam intrauit. Nunquam accepit vnde illi ſpes foret ſalutis. Manifeſtam indubitatamq; igitur habet rationem damnationis, vtpote in qua natus eſt, quã nunquam inſuper exuit. Huius autem eſt cauſa, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei, in quod ſi ſemel crediſſet, cõſortem ſe æternæ feciſſet ſalutis. In hoc em̃ ſolo nomine eſt ſalus. Neq; enim datum eſt ſub cœlo nomen aliud hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Si hic obijciatur de paruulis baptizatis ante ratiõis vſum, necdũ ad credendum idoneis, quia nõ crediderũt. Nunquid ergo licet baptizati ſint non erunt ſalui? Erunt. Virtus enim ſacramenti & fides reſponſionesq; offerẽtium, quæ ipſorum nomine fiũt ſaluabit eos: vnde in numero computantur credentium. Si enim alienum peccatum, puta Adæ, ſufficiebat eis, cum nondum nati, nec ad peccandum idonei eſſent, ad damnationem, quomodo non etiã aliena fides, quamdiu ad credendum nondum ſunt apti, eis prodeſſet ad ſalutem? Sciendum præterea, & aliter hæc verba poſſe intelligi. Siquidem cum dominus dicat: Qui autem non credit iam iudicatus eſt, dicit ſemel eum iudicatum. Vbi? In patre ſuo, in primo peccatore anteceſſore ſuo. Quãdo enim ille iudicatus, & e paradiſo eiectus eſt, tunc etiã in illo omnes ſunt iudicati, qui ſunt de ſemine eius. Quicunq; igitur in eo, hoc eſt, in Adam expulſus eſt, niſi credat in nomine filij Dei, niſi credat velitque renaſci denuo, puta ex aqua & ſpiritu ſancto expulſus & iudicatus manebit inæternum foris. Quicunq; autem ſic non credens, expulſus, & in generali maſſa iudicatus eſt, non propterea minus iudicabitur in ſua etiam perſona. Quia ſicut non dictum eſt: Qui credit in eum non eſt iudicatus, ſed non iudicabitur. Iudicatus enim ſemel eſt, dum eſſet in lumbis Adæ patris ſui ſententia illa generali. At vbi credit poſtea, vbi fuerit baptizatus, non iudicabitur in ſua pſona, quia credit in nomine filij Dei. Sic etiam non dicit: Qui nõ credit, non iudicabitur, ſed iudicatus eſt. Itaque qui nõ credit, iudicatus eſt in maſſa generali, & iudicabitur nihilominus in ſua pſona de perfidia ſua, hoc eſt, de reproba omni vita ſua. Quãdiu enim in eo eſt perfidia, quãdiu in eo nõ eſt fides, peccata eius omnia ſunt ſuper eum: pro quibus eum iudicari oportet.

Actu. 4 · Iohan. 3

Hoc eſt autẽ iudicium, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Erant enim eorum mala opera.

Hæc eſt, inquit, ratio iudicij, vel inde apparet iuſtitia, ꝙ infideles & impij merito iudicabuntur, quia inexcuſabiles ſunt, & illorum damnatio iuſta eſt. Venit em̃ lux in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, q̃ lucem. Nemo per ignorantiam ſe poteſt excuſare, quia lux venit in mundum omnibus lucens, & viam veritatis docens. Præceſſerũt luminaria multa verbo & vita lucentia, atq; mundo vt ſuã nuditatem vilitatemq; agnoſceret ſuadẽtia. Prædicabant vt ſuum reſumerent homines veſtitum, ſuumq; ornatum. Multi enim iuſti ante legem & ſub lege Chriſtũ præceſſerunt, qui ſatagebant populum in viam veritatis & in Dei veri cognitionem cultumq; reducere. At dilexerunt homines tenebras magis q̃ lucem: imo & iuxta parabolam Euangelicã, quoſdã eoꝝ pcuſſerunt, quoſdam lapidauerunt, & quoſdã occiderũt, tandẽ lux ipſa Chriſtus venit. Dicebat em̃ pater: Verebuntur filium meum. Venit lux Chriſtus. Prædicauit mundo pœnitentiam, prædicauit regnum cœloꝝ, vocauit eos ad ſuaue iugum amoris, & onus ſuũ leue (quod ſuis imponere ſolet) amplexandũ. Ieruſalem, inquit, qui occidis prophetas, & lapidas eos q ad te miſſi ſunt. Quoties volui cõgregare filios tuos, quemadmodũ congregat gallina pullos ſuos ſub alas, & noluiſti. Quare ꝓphetas, quare antiquos iuſtos, quare Chriſtũ audire, ad eundemq; ſe conuertere noluerunt? Quia dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. Peccata tenebras vocat, vel quia ad æternas tenebras auctorẽ ſuum perducunt, vel quia in peccatis viuẽtes tenebras, hoc eſt latere, cupiunt. Male enim operantes in occulto ſua explere deſideria quærunt. Eſt autem minus excuſabile, dum quis in lucis pręſentia, dum lucis habere poteſt copiam, vult hærere in tenebris, quod tolerabilius foret luce abſente. Quamobrem maior hic apparet hominis ingratitudo, quandoquidem lux orta eſt ei. Venit lux in mundum omnem illuminare hominẽ. Venit medicus ſanare oẽs.

Rom. 3 · Iohan. 14 · Mar. 12 · Matt. 3 · Mar. 6 · Matt. 11 · Matth. 23 · Pſalm. 96 · Iohan. 1.

Occurrerũt nonnulli ſeſe infirmos agnoſcentes, cupientes ab infirmitatibus ſuis
Iob 21 liberari. Alij impugnauerunt etiam medicum, reſtiterunt medico, noluerunt ab eo ſanari: Recede, inquiunt, à nobis, ſcientiã viarum tuarum nolumus. Et hoc ideo, q̃a dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucem. Hoc Simeõ quoq; olim vir iuſtus
Lucæ 2 futurũ de infante prophetauit Chriſto: Ecce inquiens, hic poſitus eſt in ruinã, & in reſurrectionem multorum in Iſrael. Venit vt filios ſuos colligeret, ſemen puta Abrahæ. Venit etiam omnibus generaliter, q̃a volebat ſaluum facere omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed multi ſua malicia abutentes occaſionẽ ſibi ſumpſerũt ruinæ: multi etiã de peccatis ſuis reſurrexerunt. Erant enim eorũ mala opera.

Omnis enim qui male agit odit lucem. Et non uenit ad lucem, ut nõ arguantur opera eius.

Qui enim vult eſſe in tenebris, quomodo poteſt non odiſſe lucẽ? Qui malus et iniquus dedita etiã ad hoc opera eſſe cupit, illi nõ oſtẽdis quas ignoret tenebras. Sũt enim eius mala non ſolum opera verumetiam ſtudia. Sed dicis: Quorum non erãt, dum Chriſtus venit, mala opera? Nonne ideo Chriſtus venit, vt nos ab operibus liberaret malis? Quomodo ergo iudicandi ſunt quorum opera erant mala, ſi fere om
Prou. 20 nium erant mala? Quis enim mundum ſe gloriabitur habere cor? Erant ſane opera mala. Verum cum ita ſe res haberet, quidam tamen horum ſua opera mala voluerunt abſcondere, maluerũt in tenebris eſſe, noluerũt opera ſua mala deſerere: ideo non venerunt ad lucem, ne eorum opera arguerentur. Alij ſua opera mala deteſtati ſunt, planxerunt, ſeque cupiebãt ab his liberari. Requirebant medicum, eius curæ ſe ſubdiderunt. Hi nimirum venerunt ad lucem, quoniam peccata ſua damnare nõ modica eſt pars iuſtitiæ.

Qui autem facit ueritatem uenit ad lucem, ut manifeſtentur opera eius, quia in Deo facta ſunt.

Quomodo, inquis, in homine pœnitẽte opera in Deo ſunt facta? Nempe ideo, quia cum Deo iam ſentiens, ſua opera mala cum Deo damnat, odit & perſequitur. Damnare namq;, odiſſe, perſequi corrigereq; peccata ſua, eſt opus facere in Deo et cum Deo. Qui eñ huiuſmodi ſunt, hi illuminati ſunt, quia venerũt ad lucem: hi cu-
rati ſunt, quia obtemperarũt medico. Hi, Pſal. 5
inquam, quia volebãt facere veritatẽ, odientes iniquitatẽ & mendacium, venerunt ad lucem. Neq; eñ erubuerunt opera ſua, quæ voluerũt eſſe manifeſta, quia in Deo ſunt facta. Det nobis filij piiſſimus Ieſus cognoſcere vilitatẽ noſtrã, iniquitatẽ noſtram, deformitatem noſtrã, detq; nobis eaſdẽ reformare, atq; ad cultũ ſuæ voluntati acceptiſſimum reducere, vt in eius luce tota die ambulemus, q̃ eſt benedictus in ſecula. Amen.

SERMO DE EADEM feria. Quomodo Chriſtus nobis ſit lux.

LVx venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. Iohan. III. Cum dominus noſter Ie-
ſus Chriſtus ante dixiſſet, fili Iohan. 3
um hominis non veniſſe in hunc mundũ vt iudicaret mundum, ſed vt mundus per ipſum ſaluaretur, voluit in hoc omnibus ſpem veniæ prerogare, eoſq; ad ſe inuitare, qui peccatis erant onerati. Erant enim omnes peccatores. Qui vt auderẽt ad Chriſtum accedere, neceſſariũ erat vt illis ſinũ aperiret pietatis. Neceſſarium erat, vt ſeſe patrem, conſolatorem, ſaluatoremq; promitteret, non iudicem. Si enim mundum
veniſſet iudicare, quis reus niſi compulſus Pſal. 129
accederet iudicem? Si iniquitates obſeruaueris dñe, domine quis ſuſtinebit? Primũ ergo hunc ſuum aduentum ad nos mitiſſimus confitetur eſſe ad nos liberandos à peccatis, ad ſaluandos nos, & ſibi in filios adoptandos. Quapropter ne quiſpiã timeret propter peccata ſua Chriſtũ accedere, veniam deſiderantibus ſingulis libenter donauit, quia (vt dixi) non venerat iudicare mundum, ſed mundo miſereri. Quod vero in ſecundo aduentu iudicabit nos, hoc erit propter noſtram ingratitudinẽ, quia cum gratiã ſuam & noſtrorũ peccatorum remiſſionem vltro nobis ante obtulerit, hãc ſpreuimus accipere, & beneficia eius, prædicationes, labores, vigilias, paſſiones, reliquaq; noſtræ redemptionis opera omnia nobis per contemptum, ſeu negligentiam noſtrã inutilia fecimus. Ideo in Euangelio hodierno dicit: Hoc eſt autẽ iudicium, quia lux venit in mundũ, & dilexerunt

xerunt homines magis tenebras, q̄ lucē,
id eſt, propterea homines iudicabuntur, et
hoc ab eis requiretur, quod lux venit in
mundum, & dilexerunt homines magis
tenebras, quàm lucem. Ego quidem nunc
venio, non intendo in iudicium homines
Mat.11 adducere, ſed eos à peccatis eximere & li-
berare. Venite ad me omnes qui laboratis
deſiderijs veſtris, & cōcupiſcentijs. Veni-
Zacha.8 te omnes qui peccatorum grādi eſtis mo-
le onerati, & ego reficiā vos. Saluabo vos
Iohan.12 & liberabo, iam nolite timere. Quamdiu
in mundo ſum, lux ſum mundi. Ambula
te dum lucem habetis. Ego vos docebo,
ego ducam, ego protegam ne tenebrę vos
comprehendant. Verum, ſi contemnitis
nunc gratiam quæ vobis offertur, de hoc
iudicabimini, quod lux venerit vobis, ſed
vos magis amaſtis tenebras, quàm lucem.
Lux venit in mundum. Chriſtus eſt lux,
ſicut ſcriptum eſt: Erat lux vera, quæ illu-
Iohan.1 minat omnem hominem venientem in
hunc mundum. Eſt quędam lux illumina
Matt.5 ta, & eſt lux alia illuminās. Apoſtolis quo
que Chriſtus dixit: Vos eſtis lux mundi.
Erant quidem apoſtoli lux, per quos eti-
am Chriſtus luceret in cordibus noſtris:
Iohan.1 ſed erant lux illuminata à Chriſto. Chri-
ſtus autem dicitur vera lux, q̄ non habet
ex accidēti ſeu ab alieno, ſed ex ſeipſo vt
Matt.16 luceat. Itaq; Chriſtus lux eſt mundi mul-
Marc.8 tipliciter. Primo enim lux eſt mundo ſua
Lucæ.9 eruditione. Docuit enim nos mūdum &
Matth.11 Lucæ 6 carnis delicias ſpernere, docuit humiles et
mites nos eſſe, docuit eos qui nos oderūt
diligere. Et quid eſt, quod ad ſalutem no-
ſtram pertinens non docuit? Eius igitur
eruditio nobis lux eſt, qua videamus, q̄d,
vbi ve ſit nobis cauendum, & quid ſit am-
plectendum. Eſt etiam viuendo atque pa-
tiendo nobis lux Chriſtus. Nam infans
Lucæ 2. dum hunc ingrederetur mūdum, quæ no-
bis mox orta lux eſt? Dum enim diuerſo-
rio excluditur, dum naſcitur in ſtabulo,
dum ante iumentorum ponitur ora, dum
pannis inuoluitur, dum denique omnia
hæc carnis incommoda & ea quæ ſunt car
ni moleſtiora elegit, nōne eius paupertas,
humilitas, patientia & ſimplicitas hic no-
bis luxere? Nonne in nobis interim repre
henditur oſtentatio, auaritia, ſuperbia, vo
luptas ſeu carnis deliciæ? Si igitur omnia
hic aſpera Chriſtus tenerrimus infans ſu-
ſtinuit, Chriſti interea ſeruus nunquid
delicias & gloriam quæret? Itaque, lu-
ce ſua quid amandum, quid reſpuendum
ſit CHRISTVS docuit. Debet enim
membrum corporis ſuo conformari capi
ti. Quapropter vbiq; Paulus clamans ad 1.Cor.4.11
Chriſti imitationem nos inuitare conten Ephe.5
dit. Chriſtus quoque ipſe lux noſtra. Qui Phil.3 Iohan.8
ſequitur me, inquit, non ambulat in te-
nebris, ſed habebit lumen vitæ. Quia e-
go eius qui me vult imitari dux ſum & le- Iohan.14
gifer, idem ſum ei lux & via, & veritas, &
vita. Eſt præterea Chriſtus lux nobis lu- Tit.2
cens in ſacra ſcriptura erudiens nos, vt
abnegantes impietatem & ſecularia deſi-
deria, ſobrie et pie et iuſte viuamus in hoc
ſeculo. Inde enim nos erudimur, quibus
datum non eſt tempore Chriſti viuere,
ad nos tamen in ſacra ſcriptura eius tam
geſta quàm verba peruenerunt. Hæc no-
bis lux ſunt, qua ad Dei inſtruimur volū-
tatem. Hæc lux contraria eſt concupiſcē-
tijs noſtris, & aduerſatur carnalibus no-
ſtris deſiderijs: roborat autem ſpiritum.
Vnde ſcriptum eſt: Concorda cum ad- Matt.5
uerſario tuo quamdiu es in via. Sacra ſcri
ptura, ſiue Dei verbum contrarium (vt
dixi) eſt vbique carnalibus concupiſcen-
tijs noſtris. Nos enim ſumus auari, at Dei
verbum præcipit largiri & miſereri. Nos Matt.18
ſuperbi ſumus, Dei verbum nobis man- Lucæ 14
dat humiliari. Nos iraſcimur & inuide- Matt.5
mus fratri, verbum Dei præcipit recon- Matt.6.18.
ciliari, iubet ſine cauſa non iraſci, iubet of- Lucæ 11
fendentibus iniuriam dimitti. Vide ergo
vbi ſenſeris ſcripturam ſacram tuis pecca-
tis, tuiſque deſiderijs malis aduerſari, hic
intellige lucem tibi eſſe ſacram ſcriptu-
ram, quæ tibi peccata tua, quæ tibi vi-
tia corrigenda oſtendat. Quapropter tibi
hac in re aduerſaria eſt, quia optares tuis
deſiderijs potiri, ipſa id prohibente. Huic
in via, hoc eſt, in hac vita te concordare
oportet, niſi quum viæ finis aduenerit, ab
eodem aduerſario tuo, hoc eſt, à recla-
māte tibi ſacra ſcriptura accuſari (te enim
in propria tua conſcientia accuſabit, quia
in via ſibi non concordaſti) & à iudice dā- Matt.5
nari, in carcerem conijci, ſubireque ſuppli
cium malueris? Dixi igitur ſacram ſcri-
pturam tibi eſſe lucem, aut in ſacra ſcri-
ptura Chriſtum tibi loquentem eſſe du-
cem verum, vt Chriſtus loquitur: Dilexe- Iohan.14
rūt homines magis tenebras, quā lucem.
Oculis lippis certe lux eſt odioſa, et prauis
mentibus odioſa eſt veritas. Proinde pha Iohan.8
riſæis Chriſtus dicit: Qui ex Deo eſt, ver-

ba mea audit: ideo vos non auditis, quia ex DEO non eſtis. Hoc quid aliud erat dicere, quàm ſi dixiſſet: Vos ideo non venitis ad lucem, quia magis diligitis tenebras veſtras, quàm lucem? Tertio, eſt Chriſtus nobis lux quæ nobis lucet, quæ nos dirigit ac docet per ſanctam inſpirationem. Nemo eſt qui non ſentit ſe multoties illicitorum argui intus in mente. Hi autem potiſſime diuinam recipiunt inſpirationem, qui libẽter inſtinctui huiuſmodi diuino acquieſcunt. Sunt eñi grati deo, & eius non contemnunt vocem. Sic David: Audiam, inquit, quid loquatur in me dominus Deus. Et Samuel: Loquere, inqt, domine qa audit ſeruus tuus. Deus itaque eos qui huiuſmodi ſunt ſua continua dignatur allocutione interna, qua efficiuntur meliores. At vero, hi qui inſpirationes ſacras negligunt, & nonnunquam dedita opera illis reſiſtunt, hoc eſt, qui ex harum admonitione, vbi ſe ſentiũt triſtari aut turbari, alienas peregrinasq; ſtudioſe quærunt conſolationes, vt timoris quem ex inſtinctibus huiuſmodi, & ex reprehenſione ſpiritus ſancti contraxerunt triſtitiæque ſalutaris obliuiſcantur. Volũt enim hic lętos poſſidere dies, & abeſſe à triſtitia quacunque. Vnde non ſolum ad quod diuinitus monẽtur id non faciunt, ſed etiam admonitiones ipſas nolunt.

Pſalm.84 | 1.Reg.3

Hoc quid aliud quæſo eſt, quàm ſpiritui gratiæ cõtumeliam facere? Habemus hoc ex verbis Chriſti, cum de miſſiõe ſpiritus ſancti apoſtolis loqueretur: Cum venerit, inqt, ſpiritus ille veritatis, ille arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. Arguit revera et per ſeipſum intus homini in mente loquens, & per hominem foris erudiens. Verum filij huius ſeculi, quomodo dixit Chriſtus, magis diligunt tenebras, quàm lucem. Quarto, lux eſt nobis Chriſtus in omni homine qui veritatem docet. Chriſtus enim veritas eſt. Et qſquis ſiue doctorum, ſiue prælatorum, aut bonorum fuerit amicorum, qui nobis veritatem dicit, hic lucem nobis offundit, qua videamus quomodo ſit nobis in Dei itinere ambulandum. Libẽter ſufferamus igitur correptiones ab hominibus, quocũque etiam animo illi nobis noſtras infirmitates oſtendunt aut defectus obijciũt, quia expedit nobis, (tametſi triſtes interdum audiamus) vt qui nos oculis noſtris intueri nolumus nos ab alijs mõſtrari nobis. Vndecunq; itaque veniat correptio, à quocunq; veritatem audieris, Chriſtum tibi loquentẽ intellige. Cõuerte te ad lucẽ, exhibe huiuſmodi vultũ loquenti, vt gaudeat de ſuæ exhortationis fructu. Fac ita gratias agas illi, vt cum denuo quid in ſalutem tibi fuerit dicendum, non timeat te grauate laturum, memor quod prioris exhortationis charitatem à ſe animo candido tuleris. Noli te corrigenti exhibere eũ, qui tenebras ſuas diligat, qui in tenebris manere inſtituerit, aut qui tenebras etiam ſuas propugnet. Hoc eñ impie ſatis nonnulli faciunt, non ſolum inter mũdanos, ſed etiam in monaſterijs, aut inter alios in congregatiõe bonos viuentes, (quod minime eſt ſalutis indicium.) Hoc nãq; modo nonnulli viuunt, vt eorum vita omnibus ſit faſtidio, omnibus luctui, omnibus moleſtiæ: tolerantur tamẽ, tametſi ꝓpter generale vitandum ſcandalum, aut pro tutanda conſcientiá prelati, neceſſe ſit qñq; eos obiurgari. Quod tamẽ vbi factum fuerit, nullo poſſunt placari ſermone. Tenebras enim ſuas defendunt, & eos qui ſe auocare ab his contendunt, odiunt atque perſequũtur. Officium charitatis, hoc eſt, monitionem ſui, odiũ & perſecutionem clamant: quo ſit vt aliquando eos ſit neceſſe omnino relinquere ſibi, ne deteriores fiant. Heu bone Ieſu, quis hos à tenebris extrahet? Quã vere eſt quod in hodierno Euãgelio Chriſtus ſubiungit: Omnis enim qui male agit odit lucem: & non venit ad lucem, vt nõ arguantur opera eius. De his enim loquitur qui lucem odiunt, qui tenebras amãt ſuas, & in propoſito perſeuerãt peccandi: nõ de his qui aliquando oderũt veritatem, & peccauerunt, modo vero ſaniori viuere inſtituunt mẽte, & ſeipſos corrigunt. Vnde de illis quoq; Apoſtolus dicit: Omnes enim peccauerunt, & egẽt gloria Dei. Omnis igitur, nõ qui per ignorantiam aut per infirmitatem labitur, ſed qui ſtudioſe perſeuerãterq; & diligit & defendit iniquitatem, odit lucem. Hanc quamdiu oderit, non eſt poſſibile eũ inter adoptionis diuinæ filios numerari. Cęterum, qui facit, inquit, veritatem venit ad lucem vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta. Qui facit veritatem, hoc eſt, qui cum Deo ſentit, & ſeipſum iudicat, odiẽs in ſeipſo iniquitatem ſuam, & condelectans legi iuxta interiorem hominem, ille venit ad lucem. Quamuis enim aliam videat

Hebr.10 | Iohan.16 | Iohan.3 | Iohan.14 | Iohan.3 | Roma.3 | Roma.7

deat legem in membris ſuis, repugnātem legi mentis ſuæ, captiuamq́; ducentem ſe in legem peccati,quæ eſt in membris ſuis, ingemiſcit tamen & clamat, confiteturq́; ſuam miſeriam,& plangens ſe dicit: Infelix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? In hoc autem cum Deo ſentit ac facit,quia Deus odit peccatum & damnat.Proinde ſi iam homo ſuum quoque peccatum oderit damnaueritq́;, Deo conſentit,facitque idem cum Deo: & venit ad lucem vt manifeſtentur opera eius, quia cum Deo ſunt facta. Quando peccabat,quando ſcortabatur, quando fraudabat innocentes,quando comeſſationibus vacabat,faciebat opera mala ſine deo,imo & contra Deum. Quamdiu itaque ſic illi placuit agere,odio habuit lucem, quæ illi peccata ſua oſtendebat, amauitque tenebras.Porro, vbi ipſe quoque cœperit deteſtari peccata ſua,cœperit damnare,plangere,& perſequi in ſe malum, iam cum Deo facit, iam non erubeſcit venire ad lucem, vt manifeſtentur opera eius. Hoc eſt,non timet manifeſtari opera ſua, quantum ex natura eſt operum,licet fortaſſe optet latere ex humilitate ad gloriæ humanæ tentationem declinandam. Videtis chariſſimi, quàm benigne dominus loquitur nobis, promittens nihil id nobis nocere poſſe, ſi etiam peccauerimus domino, modo non diligamus peccata noſtra, modo non defendamus,non abſcondamus, ſed confiteamur, pro hisq́; ingemiſcamus ad Deum, illaque non iteranda proponamus. Quis iam in peccato filij eſt veſtrum cōſtitutus, qui nolit relinquere peccatum ſuum, qui nolit ad lucem venire,vbi peccati ſui grauitas ſibi oſtēdatur? Quiſquis is eſt,quantam putatis habet amaritudinem in conſcientia ſua,& nullam pacem? Tenet eum captiuum diabolus,tenetur prꝺterea adeo à peccato captiuus, vt iam ſibi videatur non poſſe peccatum deſerere. Videtis ne quàm miſerrima,& multo omnium fit infeliciſſima hæc captiuitas, quàm rodit, & etiam nolens impugnat conſcientia amara? Vult peccator aut ſe potius velle ſe putat abſtinere à peccato,& non poteſt. Scit ſibi deberi infernum, ſcit ad gehennam ignis infernalis ſe properare,nec tamen ſibi fræna poteſt imponere. Qui ergo vno ſic eſt peccato retentus,mox niſi per pœnitentiam reſurgat, ad aliud conijcitur peccatum. Iam enim victus eſt à diabolo,

Ibidem.

iam ſuccumbit & ſuccubuit hoſti, factus eſt in eius poteſtate,adeo vt multo ſit quā olim erat ante peccatum,infirmior. Videtiſne modo,quàm noceat vel vno peccato teneri,quod occaſio ſit multorum? Quanto enim ſæpius iteratur,tanto vitatur difficilius,adeo vt aliquando deſperantes huiuſmodi dicant: Non poſſum abſtinere, non poſſum relinquere, quamuis hoc ſit falſum. Omnia enim peccata Dei auxilio vitari poſſunt. Semper etiam præſens eſt homini diuinum auxilium. At ideo non poſſunt,quia nō ſatis volunt. Vellent quidem à concupiſcentia ſe fore liberos, vellent à ſe tolli tentationem reſiſtendiq́; laborem, & omnia irritamenta omneſque extingui in ſe inclinationes percuperent, vt abſque ſuo conatu deus illos faceret bonos,hoc eſt,vt ſuo conatu nihil cooperante,nihil animo ſuo tolerante infunderentur ſibi virtutes & Dei dona,optarent.Nolunt enim ſibiipſis vim aliquam inferre(vt ſcriptura monet: Regnum cœlorum vim patitur,& violenti rapiunt illud) nolunt pugnandi moleſtiam ſentire,nolunt contra ſe dimicare,nolunt denique peccati illecebra carere:ideo gratiæ obicem ponūt. Deus enim, & ſi poſſit, non tamen niſi tu quoque velis tibi auferri, tollet peccata tua.Neminem de communi lege ſua contra voluntatem ipſius iuſtificat.Quare enim animam,potentias,vires,mentem, intellectum,memoriamque tibi dedit, quare alia tam multa remedia tibi contra peccatum prouidit, niſi vt donis his tibi collatis contra peccatum vtaris,& nō eadem negligas dona, nec eiſdem ad conditoris cōtumeliam vtaris? Vtere ergo intellectu, induſtria viribusq́; tuis iam tibi datis, fac tibi conſtantem voluntatem à peccato recedendi.Spera diuinum auxilium,applica vires & labore indefeſſo obſiſte peccato, quaſi illud expugnaturus, revera tamen Deum maxime inuocans, in eius miſericordia confidens: & videbis certiſſimum, (ſi tamen perſeueraueris,nec à ſtudio hoc, licet fortaſſe interea labaris,deſtiteris) ſupte auxilium diuinum,vt quod non potueras,aut te non poſſe exiſtimaueras,iam in Deo & cū Deo poſſis.Scito præterea,eum q peccat ſeruū eſſe peccati, efficiq́; peccato tributarium & miſerum, eumq́; obligari, à quo vectigal ſuum hoſtis improbus exigat.Quapropter cum vnum ſit peccatum cauſa poſteriorum, atque de vno peccato

Matth. 11

Iohan. 8

trahimur in aliud, noli tu morari in peccato vel vno: ſed vbi cecideris, quam primũ te diſcute, teipſum damna, plange, confitere, & peccati hoc iugum ab humeris tuis excute, Deoq; reconciliare, vt contra tentationum inſultus, quando redierint, non vt miſer, imbellis atque captiuus teipſum non defendas, ſed vt miles impiger & Dei virtute armatus, Dei gratia fretus, atque ſuper eius fortitudine nitens hoſtem inuadas, ſternas, contemnas, atque foras extra animæ tuæ clauſtrum detineas, gratia Dei & domini noſtri IESV CHRISTI ſemper protectus, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

IN DOMINICA SANCTISSIMAE Trinitatis, Epiſtola ad Romanos undecimo.

O Altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientię Dei. Quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius? Quis enim cognouit ſenſum domini? Aut quis conſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ipſi honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Sapien. 9 Iſaiæ 4 1. Cor. 2

PARAPHRASIS IN EANDEM Epiſtolam.

Roma. 5. 6 7. 9. 10. 11

MVlta ad Romanos Paulus ſcribens, tractauerat de fide, de gratia, de merito, de lege, de prædeſtinatione, vnde à curioſis multæ poſſent fieri quæſtiones. Quare ſcilicet Iacob elegit, Eſau vero odio habuerit? Cur aliorum miſeretur, alios indurat, ſeu indurari ſinit. Alium hic corripit tanquã pater, alium impune ſinit peccare & perire. Deinde, quare primum Iudæos, & poſtea Gentes elegerit, nouiſſime tandem iterum omne genus Iudæorum ad ſe conuertet. Harum omnium ac ſimilium quæſtionum, ne quis ſolutionem quęrat, vna generali admiratione, tacens omnem aliam reſponſionem ſingularem, cuncta hęc ambigua abſoluit, & dicit: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quæ abſq; iuſtitia & ratione æqua nihil agit. Si enim vnus paſſer in terrã abſq; Dei prouidentia non cadit, quomodo maiora atq; humana reguntur abſque ſapientia & prouidentia Dei? Hanc autem nobis ſcrutari, aut huius inuenire rationẽ nobis eſt impoſſibile. O igitur altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, nunquam non iuſta, ſed tamen quomodo iuſtiſſima ſint & reuerenda nos pro maxima parte latet. Et quam inueſtigabiles viæ eius quas ambulat? Nemo eñ ſecretas illius iuſtitię regulas perſcrutari poteſt, nemo inuenire, nemo penetrare. Quis enim cognouit ſenſum domini? Nemo profecto, quia ſecretorum eius nemo conſcius eſt hominum. Aut quis cõſiliarius eius fuit Deum inſtruens? Aut quis prior dedit illi, qui per hoc meruerit vt retribueretur ei? Nemo enim dare poteſt quod nõ accepit. A quo aũt accepimus omnia, aut cuius ſunt quæ habemus omnia, niſi Dei? Quoniã ex ipſo id eſt, ex patre, & per ipſum, id eſt, per filiũ & in ipſo, id eſt, in ſpiritu ſancto ſunt oĩa. Aut, ex ipſo ſunt omnia tanquam e creatore, per ipſum verbum ſeu ſapientiam omnia ſunt, id eſt, gubernantur, in ipſa bonitate ſpiritus ſancti omnia cõſeruantur. Ipſi gloria ſit. Cui ipſi ſit gloria? Ipſi ex quo omnia, & ipſi per quem omnia, & ipſi in quo omnia, vt idem intelligatur vnum quoad ſubſtantiam, trinus autem diſtinguatur in perſonis.

Mala. 1 Exod. 33 Matth. 10 Sapien. Iſaiæ 4. 1. Cor.

EIVSDEM DOMINICÆ ſanctiſſimæ Trinitatis, Epiſtola altera iuxta quarundam ritum eccleſiarum. II. Corinthio. XIII.

Gaudete

Gaudete, perfecti eſtote, exhortamini, idem ſapite. Pacem habete: & Deus pacis & dilectionis erit uobiſcum. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio ſancti ſpiritus ſit cum omnibus uobis, Amen.

PARAPHRASIS IN EANDEM epiſtolam.

Iohan. 1 Gaudete de gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, qui vos vocauit poteſtatemque dedit filios Dei fieri. Gaudete quoq; de ſecura veſtra conſcientia, quæ vos nõ reprehendit, nec aliquid retinetis in ea mali, q̃d vobis placeat repoſitum. Perfecti eſtote,
Matth. 5 non vt nihil vobis adijci vltra poſſit in virtutibus incrementi (hoc enim modo Deus ſolus eſt perfectus) ſed vt perfecti ſitis, quibus nihil ad ſalutem & iuſtitiam deſit quod ſit vobis neceſſarium. Exhortamini
1.Cor. 1 alius alium, quo promoueat fratrem ſuũ vnuſquiſque ad meliora. Idem ſapite, ne in
Ephe. 4 vobis diſſenſiones inueniantur & ſciſmata. Pacem habete inter vos, ſupportantes inuicem in charitate, pacemq; habete cum Deo, ne ab eius voluntate diſſentiatis.
2.Cor. 13 Quod ſi feceritis, Deus pacis & dilectionis auctor atque largitor erit vobiſcum. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, qua no
Iohan. 3 bis gratis peccata noſtra donauit. Charitas Dei qui ſic mundum dilexit, vt filium ſuum daret vnigenitum in mortem, vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam: & cõmunicatio ſancti ſpiritus, qui tam patre in dilectione, q̃ filio in miſericordia & gratia nobis impartienda communicauit, cooperãs noſtram
Galat. 4 1.Petri. 1 ſalutem, ſit cum om̃ibus vobis. Hæc enim Trinitas ſalutis noſtræ perfectio eſt. Charitas namque patris miſit nobis filium ſuum, filius ſeipſum nobis tradidit in redemptionem & precium, auferens à nobis chirographum delicti & ſententiam mortis. SPIRITVS SANCTVS, vt hanc gratiam percipiamus poſſideamuſque ſalutis, ſui communicatione facit.

EXEGESIS EVANGELIJ in Dominica ſanctæ Trinitatis, Iohannis III.

HODIE OCTAuæ ſunt Pentecoſtes, quibus memoria adhuc recolitur munificentiæ & donorum ſpiritus ſcti, quæ potiſſimum nobis in regeneratiõe nr̃a ſpũali infundũtur, hoc eſt in baptiſmo in quo renaſcimur, in fide & in noĩe ſanctæ Trinitatis, cuius hodie ſolẽne feſtum ſeruat eccleſia, & Euangelio ſatis congruo vtitur, in q̃ memoria fit ſpiritus ſancti & regñationis noſtræ. In hoc Euãgelio inuenit Trinitatis perſonaꝝ in diuinis aſſertio, ſicut dixi. Siquidem pater ſignificatur cum ſua potentia in hoc q̃d dicitur: Nemo põt hęc ſigna facere q̃ tu facis, niſi fuerit Deus cũ eo. Exprimitur filij pſona cũ ſua ſapientia vbi dicitur: Rabbi, ſcimus qa à deo veniſti magiſter. Exprimitur ſpũs ſancti perſona cum ſua bonitate vbi dicit: Spũs vbi vult ſpirat. Sic ergo dicit ſanctus Iohannes:

Erat homo ex phariſæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorum.

Deſcribitur nobis phariſæus quidam ac princeps, legiſque doctor, qui de ſecta erat phariſęorum, Nicodemus nomine. Hic oc Iohan. 7
cultus erat diſcipulus domini, qui viderat ſigna & miracula domini: vnde intellexit aliquid, quã in alio puro homine, plus eſſe in Chriſto. Non tamen palã audebat con
fiteri Chriſtum propter metum Iudæorũ, Iohã. 9. 12
ne extra ſynagogã fieret. Erat eñ illorum Iohan. 12
vnus, de quibus Euangeliſta dicebat: Veruntamen ex principibus multi crediderunt in eum. Et ipſe erat princeps nõ ſummus, ſed de principibus vnus, puta rector atque doctor Iudaicæ plebis. Propterea mox ſequitur: Princeps Iudæoꝝ. Hic itaq; excellentiam poteſtatis & ſapientiæ mirabilem Ieſu ſentiens, deſiderabat magis informari.

Hic uenit ad Ieſum nocte, & dixit ei: Rabbi, ſcimus quia ueniſti a

Deo

Deo magiſter. Nemo em̄ poteſt hęc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo.

Nicodemus, inquit, nocte venit ad Ieſum. Quare nocte? Ideo profecto, quia Iudęorum metuebat inuidiam ac perſecutionem, vt interdiu non auderet Chriſtũ accedere: Vel, quia doctor erat legis erubeſcebat palam à Chriſto diſcere. Hic Nicodemus fuit qui fauore Chriſti locutus eſt ipſum excuſans, alijſq́; principibus dicẽs:
Iohan. 7 Nunquid lex noſtra iudicat quenquam,
Iohan. 19 niſi prius audiat illum? Hic etiam Chriſtũ ſepeliuit. Itaque cum eſſet cum Chriſto, ſic eum alloquitur: Rabbi, ſcimus quia à Deo veniſti, miſſus ſcilicet, magiſter veritatis. Beatus quem nõ pecunia, ſed ſapientia & ſtudium veritatis facit magiſtrum. Nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo, id eſt, niſi Dei fuerit amicus, cui diuina virtus cooperetur, quemq́; orantem exaudiat. Miracula non ſemper teſtantur ſanctitatem, alio-
Lucæ 13 quin non diceretur: Diſcedite à me operarij iniquitatis, his qui ſunt Chriſto dictu-
Matth. 7 ri: Domine in nomine tuo ꝓphetauimus, & in nomine tuo multa ſigna fecimus? teſtantur tamen veritatem doctrinæ. Niſi enim quis veritatis ſit p̄dicator ac doctor, Deus eius mendacio non atteſtabitur, nec illum miraculis glorificabit ad alios ſeducendos. Obſerua quod Nicodemus confitetur amicum Dei, à Deo miſſum, ſed nondum credit filium Dei. Vide tamen quàm benigne dominus eum recipit, quomodo imperfectionem fidei eius non arguit, aut exprobrat, ſed diſſimulat. Verum ignorantiam cupiens erudire, miro modo per obſcura verba eius ingenium ac pietatem
Iſaiæ 42 exercens erigit. Docuerat enim ipſe dominus linum fumigans non extinguendum, nec calamum quaſſatum confringẽdum.
Ibidem Videte etiam quod dominus non mox ſe confitetur Dei filium, ſed vbique ſe magis oſtendit Dei filium virtute, q̃ ſermone. Satis ſibi videbatur aſtruere, ꝙ nihil doceret nihil ageret contrariũ patri: quis aũt eſſet quidve poſſet re ipſa loquebatur.

Reſpõdit Ieſus & dixit ei: Amen, amen dico tibi, niſi quis natus fuerit denuo, non poteſt uidere regnũ Dei.

Non ad ea verba quæ ille loquebatur Ieſus reſpondit, ſed ad eius animum intẽtionemq́; Nicodemi, qui ꝓpterea venerat, vt diſceret à Chriſto quõ oporteret eũ ſaluũ fieri. Ad hoc igitur dñs reſpondit: Amen, amẽ dico tibi, niſi qs natus fuerit denuo, ſcilicet per ſp̃ualem regñationem, qua eſſe aliqd ſp̃uale incipiat habere ac deiforme, quõ ex naturali corporaliq́; gñatiõe olim eſſe recepit corporeũ ac naturale. Hoc aũt eſſe ſp̃uale recipimus in baptiſmate. Non poteſt videre regnũ Dei. i. ſcire ſecreta eccleſiæ & diuinitatis. Verum de hac ſp̃uali generatione nihil intelligẽs Nicodemus, Marci. 6
diſputare cœpit contra verba Chriſti. Nõ Iohan. 6
em̄ erat de numero illoꝝ, qui audiẽtes verba Chriſti, nec intelligentes ſcandalizati ſunt & abierũt, qa ꝙ nõ intelligebat vt intelligeret apud magiſtrũ veritatis inſtitit.

Dicit ad eum Nicodemus: Quõ poteſt homo naſci cũ ſit ſenex? Nunquid poteſt in uentrẽ matris ſuæ iterato introire & renaſci?

Non intelligens Chriſtũ Nicodemus, putabat illum de carnali loqui gñatione. Extra em̄ hanc nondum aliam didicerat. Ideo ad hæc verba Ieſu expaueſcens quærit, dicens: Quõ poteſt homo naſci cũ ſit ſenex? De ſeipſo loquitur interrogans, quia pro ſeipſo tm̄ erat ſolicitus cũ eſſet ſenex. Corporali em̄ regñatione nec infans poſſet renaſci. Nunqd poteſt homo in ventrẽ matris ſuę iterato introire, et renaſci? Quaſi diceret: Hoc tam abſurdũ q̃ impoſſibile foret. Volẽs Ieſus lucidius loqui & tollere obſcuritatis verborum ambiguitatem, ſermonem ſuum manifeſtius iterat.

Reſpondit Ieſus: Amen, amen dico tibi, niſi qs renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.

Hic cuiuſmodi natiuitatem loquatur lucidius explicat: nempe eam quæ eſt ſp̃ualis, ex aqua, quæ ſola quidem & ſine verbo nihil niſi corpus lauaret: verum accedente verbo, accedenteque ſpiritu ſancto in baptiſmo, in aliam vitam, & alium viuendi modum, ſeu in aliud viuendi genus renouat hominem. Quocirca ſciendum triplicem eſſe natiuitatem. Primam ex parentibus, quę carnalis eſt, qua cum dolore matris omnis infans in mũdum naſcitur plorans, tametſi de Zoroaſte (quem Cham filium Noe fuiſſe autumãt) legatur, quod mox natus riſerit. Hic artis magicæ fuiſſe refer-

refer-

Gene. 10 refertur inuentor, rex Battrianorum à Nino rege Aſſyriorum, qui in Geneſi Aſſur vocatur, poſtea occiſus. Prima itaque vox hominis poſt hanc natiuitatem eſt ploratus. Naſcitur etiam homo curuus, quaſi quadrupes more beſtiarum. Vnde merito humiliari deberemus. Eſt enim miſerior omnibus pullis beſtiarum homo. Beſtiolæ enim aliæ mox natæ gradi aut repere & edere incipiũt. Homo niſi alieno fultus auxilio nihil horum poteſt. Secunda natiuitas eſt ſpiritualis, qua in vitam ſpiritualem regeneramur in baptiſmo. Aqua enim elementaris tenet locum ſeu ſpeciem matris. Spiritus ſanctus tenet locum patris. Verbum autem ſacramentale eſt quaſi ſemen Auguſtin. diuinum, Auguſtino dicente: Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum. Acto. 10 Nec otioſum nobis videatur in aquã mergi, quandoquidem Petrus eos quoque qui ſpiritum ſanctum receperant iuſſit nihilo minus baptizari. In aqua enim dum mergimur, vetus homo noſter ſepelitur, & emergentibus nobis, nouus homo qui ſe- Roma. 6 cundum Deum eſt, reſurgit. Cõſepelimur Colo. 2 itaq; vt Apoſtolus ait Chriſto per baptiſmũ. Tertia natiuitas eſt cœleſtis, qua mundi egredimur de vtero eccleſiæ per mortem, & in nouitatem gloriæ renaſcimur, liberati ab omni miſeria & anguſtia præſentis vitæ. Primam ſolam natiuitatem Nicodemus meditabatur, qua per generationem carnalem homo eſſe acquirit humanum & corporale: ignorabat vero aliam eſſe vitam, ſcilicet gratiæ, aut aliud eſſe ſpirituale, quod aſſequimur in baptiſmo. Idcirco dominus plenius ei diſtinguit, dicẽs ineſſe homini oportere duplicem vitam, ſeu duplex eſſe.

Quod natũ eſt ex carne, caro eſt: & quod natũ eſt ex ſpũ, ſpiritus eſt. Non mireris quia dixi tibi: Oportet uos naſci denuo. Spirit⁹ ubi uult ſpirat, et uocem eius audis: ſed neſcis unde ueniat, aut quo uadat.

Quod natum eſt ex carne, caro eſt. i. proles genita à carnali parente, caro eſt, & generatio carnalis habet eſſe carnale: & q̃d natum eſt ex ſpiritu, id eſt, quod ſpiritualiter natum eſt, ſpiritus eſt. Nõ mireris, non ſit tibi adeo hoc rarum aut alienum, quia dixi tibi: Oportet vos naſci denuo. Obiectio enim tua loquitur de carnali generatione, ego de ſpirituali loquor. Spiritus, id eſt, ventus, vbi vult ſpirat, id eſt, flat illuc quo inclinatur, & vocẽ eius, id eſt, ſonum audis, & neſcis vñ veniat, aut quo vadat. Ac ſi diceret: Eſſe ſpiritualem natiuitatem dico, nec tamen eam propterea non debes credere, quia nõ capis hanc generationẽ, cum nec intelligas vẽtum quem audis vnde veniat aut quo vadat, id eſt, vbi incipiat aut terminetur. Aut aliter: Spiritus ſanctus vbi vult ſpirat, id eſt, gratiam ſuam vbicunque voluerit libere effundit, & vocẽ eius, id eſt, ſacram ſcripturam, in qua tibi loquitur & intus operatur audis: aut vocem eius, id eſt, internam allocutionem quàm intus percipis, audis, ſed neſcis vnde veniat aut oriatur, nec quo vadat, id eſt vbi terminetur. Quaſi dicat: Multa ſunt quæ percipis eſſe, quorũ tamen originem & finem neſcis, hoc ſcilicet ſciens q̃d ſunt alia, quomodo aut vnde ſint neſciens.

Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu.

Cuius natiuitatis principium, id eſt, ſpiritum ſanctũ, & finem, id eſt, æternam felicitatem neſcis. Quaſi dicat: Tametſi videas eũ qui in baptiſmo renaſcitur, & aquã, verbaq; ſacramẽtalia quibus regeneratur: non tamen vides ſpiritum ſanctum regenerantẽ, à quo renaſcentia hæc oritur, nec ad quid illum renaſcẽtia ſeu ſpiritualis natiuitas perducat, ſcis. Quomodo ergo in illis quorum originem & finem neſcis, licet ſcias ea fieri, ita credas oportet ſpiritualem natiuitatem, quamuis eius natiuitatis occultum myſterium, id eſt, regenerãdi principium & finem non capias.

Reſpondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo poſſunt hæc fieri?

Non reprehendit hęc vera non eſſe, ſed quæ credebat vera eſſe, ea optabat intelligere. Erat enim totus in lege eruditus, ſed circa literam ſolam verſari adeo fuit aſſuetus, vt ad ſpiritualia capienda minus propterea idoneus eſſet. Et ideo dominus vt magis reddat capacem, duriuſcule loquitur ad humiliandum eum. Erat enim magiſter in lege, & iccirco aliquid erat in oculis ſuis, & aliorum (q̃d ſatis indicat, quod nocte quaſi verecundus ad diſcendum ad dominum venit) ideo à domino humiliabatur. Nemo enim ex ſpiritu naſcitur, teſte Auguſtino, niſi humilis fuerit. Auguſtin.

Re-

Reſpondit Ieſus & dixit ei: Tu es magiſter in Iſrael, & hęc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod uidimus teſtamur, & teſtimonium noſtrum non accipitis.

Tu q̨ es magiſter in Iſrael cõſtitutus, merito hoc ignorare non deberes, q̨ baptiſmi ſacramentum ſub figura in trãſitu maris rubri, & in tot ablutionibus veteris teſtamenti toties legiſti. Amen amen dico tibi quod ſcimus nos. ſ. pater, filius, & ſpiritus ſanctus, aut nos Meſſias rex & Chriſtus, loquimur, & quod vidimus, oculo ſcilicet interiori, teſtamur, id eſt, conſtanter aſſerimus, & miraculis teſtamur ego & renati apoſtoli, de his puta quæ ad ſalutem ſcitu neceſſaria ſunt: & teſtimonium noſtrum non accipitis, id eſt, verbis prædicationis noſtræ non creditis vos phariſæi & principes, Non loquitur autem hæc verba ſingulariter Nicodemo qui credebat, licet in fide cupiebat informari, ſed de populo toto Iudæorum.

Exod. 14

Si terrena dixi uobis, & non creditis, quomodo ſi dixero uobis cœleſtia credetis?

Vide quomodo Nicodemum de altitudine humanæ ſapientiæ ad humilitatem, de litera ad ſpiritum ducere nititur. Multipliciter enim illum humiliat exercetque vt capacem ſpiritus, vtque diuinæ eruditioni reddat idoneum. Si, inquit, terrena dixi vobis & non creditis (terrena nõ ſolum ea putat quæ hic de vento & ſpiritu, ſed quæ etiam ante locutus eſt, quàm Nicodemus acceſſerat ad Iudæos) quomodo ſi dixero vobis cœleſtia credetis? puta de inuiſibilibus Dei, de Trinitate perſonarum & diuinitatis vnitate, de filij æterna generatione? Sunt tamen quædam cœleſtia & ſecreta, quæ ad Chriſtum pertinent, hæc Chriſtianum non oportet ignorare, vt ſunt perſonæ vnitas in Chriſto ſub duabus naturis, eiuſdem paſſio qua eramus redimendi, item Dei amor erga nos, qui filium ſuum pro nobis dedit in mortem, ne pereamus. De his Nicodemum inſtituit. Propterea ſequitur:

Roma. 8

Et nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo filius hominis qui eſt in cœlo.

Pro verborum horum intellectu rememorandum eſt Chriſtum vnam duntaxat eſſe perſonam in duabus naturis. Quare quicquid vel alterius naturæ gratia, hoc eſt, aut humanæ, aut diuinæ huic cõuenit, toti Chriſto propter identitatem perſonę tribuitur. Verbi gratia: Dormire Chriſto conuenit ratione humanæ naturæ tãtum, non ratione diuinæ, toti tamen Chriſto tribuitur, vt vere dicam Chriſtum, qui in vna perſona eſt Deus & homo, dormiſſe, & iterum dicam eundem mortuos ſuſcitaſſe, quamuis hoc ei ratione diuinitatis, illud ratione humanitatis tantum conueniat. Idem igitur crucifixus eſt, & creauit mundum. Idem in naui dormiuit, & imperauit ventis. Idem lachrymatus eſt, & Lazarum de monumẽto reſuſcitauit, quia filius Dei & filius hominis vnus eſt. Vnde dicimus: Ieſus creauit mundũ, & deus pro nobis mortuus eſt, quia humana & diuina conueniunt eidẽ perſonæ ratione duarum naturarum. Hoc modo, quia filius Dei deſcendit de cœlo, dicitur etiam filius hominis deſcendiſſe. Deſcendit autem filius Dei de cœlo non mutando locum, quia q̨ vbiq; eſt nõ eſt in loco: ſed de cœlo in mũdum deſcendiſſe dicitur, quia nouo modo ibi eſſe incepit, per humanitatis aſſumptionem, ſcilicet, propter hanc vnitatem identitatemq; perſonæ. Dicitur etiam filius hominis de cœlo deſcẽdiſſe, quomodo Deus dicitur pro nobis crucifixus. Dicitur quoque in cœlo eſſe filius hominis, quia Deus cui in vnam perſonam eſt vnitus, eſt in cœlo. Vt igitur ſæpius dixi, tãta eſt vnio duarum naturarum in Chriſto, vt humana diuinis, & diuina humanis conueniant. Sed dicis: Quomodo nemo aſcendit in cœlum niſi filius hominis? Reſpondendũ primo: Hoc verbum aſcendit, ſi intelligatur præteriti eſſe temporis, aut p̃ſentis, ſic ante paſſionẽ eius nemo aſcẽdit, aut nemo ibi eſſe potuit, præterquam ipſe. Nobis enim om̃ibus clauſum erat cœlũ. Quomodo autem ipſe ibi erat, iam dictũ eſt, quia ratione deitatis ibi erat Chriſtus, qui cauſa humilitatis creberrime ſe filium vocat hominis. Secundo dicendum hoc eſſe verum, ſi intelligatur virtute propria ac merito. Nemo em̃ præter ipſum merito proprio, ſed oẽs merito Chriſti, cuius ſumus membra, aſcendimus. Ideo põt tertio modo verũ eſſe, ſi per Chriſtũ acceperimus myſticũ eius corpus id eſt

Matth. 8
Iohan. 11
Matth. 20. 26
Marci 10. 14
Lucæ 9. 18. 22

Ephe. 4 id eſt, tam caput quàm membra. Ipſe enim caput eſt, omnes vero electi eius ſunt mēbra. Tunc enim præter Chriſtum nemo aſcendit in cœlum: omnes aūt nos in eius corpore ſumus mēbra, qui cū eo, & per eum, & in eo aſcendimus. Hoc præſtat nobis baptiſmus, in quo Chriſto renaſcendo incorporamur. Ibi enim virtus paſſionis, & meritorū Chriſti nobis cōmunicatur. Sunt autem verba quæ recte Nicodemo informando conueniebant, quo intelligeret, quis eſſet huius regenerationis in baptiſmo fructus, quæve efficacia, aut operatio, & quo pduceret nos. Iccirco etiam de paſſione ſua mox ſubiungit, cuius virtute operatur baptiſmus. Decebat enim Chriſtum vt qui de ſua maieſtate Nicodemo aliquid inſinuauerat, inſinuaret etiā de ſuæ paſſionis humilitate. Propterea ſequitur:

Et ſicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat uitam æternam.

Similitudinem paſſionis ſuæ qua in cruce erat exaltandus, quantum ad modum ſuſpendendi, intuendi, ſanandique pertinet, per figuram explicat dicens: Sicut Moſes exaltauit, id eſt, in altum ſuſpendit ſerpentem æneum in deſerto. In Numeris legimus populum Iſrael, cum tædere cœpiſſet itineris ac laboris, murmuraſſe contra Deum & Moſen, ac dixiſſe: Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo, & cæt. quomodo miſerit dominus ignitos ſerpentes in populum: à quibus cum alij fuiſſent interempti, alij læſi, alij pœnitentes, venerunt ad Moſen, rogantes: vt oraret dominum pro amotione ſerpētum. Quo orante, dixit dominus: Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno: qui percuſſus aſpexerit eum, viuet. Itaque ſicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari, id eſt, in cruce leuari oportet filium hominis. Oportet hac ſcilicet conditione ſtante, ſi redimi atque ſanari genus debeat humanum, vt om̄is qui credit in eum (quod eſt fide Chriſtum intueri) non pereat, ſed habeat vitam ęternam. Hanc nobis largiatur dominus noſter Ieſus Chriſtus, cum patre & ſpiritu ſancto in ſecula benedictus, Amen.

(Num. 21 in margin)

SERMO DE EADEM Dominica. Quæ ſcire, quæ item credere debeamus, & quā ſit Deo glorioſior noſtra fides, quam ſcientia.

Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus. Pſalmo 66. Chariſſimi filij, hodie ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, hoc eſt, vnius dei & in diuinitate trium perſonarum diſtinctarum agimus ſolēnitatem. Quarum ſcilicet perſonarum, licet ſit realis diſtinctio, vt qui ſit pater, non ſit filius, & qui filius, non ſit ſpiritus ſanctus, & ſpiritus ſanctus neq; pater ſit, neq; filius: omnium tamen trium perſonarum vna eſt eſſentia, vna natura, vna diuinitas, vna poteſtas, vna virtus, vna potentia, vna maieſtas. Quod ſi inquiritis, quomodo hoc capere poſſitis, vt tres ſint perſonæ realiter diſtinctæ, quarū vna non ſit alia, & tamen tres ſic diſtinctæ perſonæ non ſint niſi vnus Deus, vna potentia, vna virtus &c. fateor neſcio vobis explicare, nec vos poteſtis intelligere. Benedicatur igitur Deus, cuius tanta eſt maieſtas, tanta potentia, tam immenſa bonitas & virtus, vt à ſuis non ſolum hominibus, verumetiam ab angelis capi, ſeu comprehendi non poſſit. Quicquid igitur de diuinitate intelligere nō poſſumus aut capere, qūo aut quare ſit, nō debemus tamen ignorare ſed credere, q̃a ſit. Benedictus eñ Deus nihil impoſuit nobis ſciendum, q̃d intellectu capi, vel nimis difficile, vel impoſſibile ſit, ſed humiliter credēdum. Sine fide enim impoſſibile eſt placere Deo. Voluit autem Deus nos magis credere, quā ſcire myſteria ſua, vt paulo poſt dicemus. Hebræ. 11 Sciendum igitur primo hominem eſſe ab aliquo, ſub aliquo, ad aliquid, & ſuper aliqua. Homo, inquam, eſt ab aliquo, quia nihil eſt principium ſeu cauſa ſuipſius. Res etiam nulla potuit facere ſeipſam. Anteq̃ enim fieret non erat. Sed quod non eſt, q̃d poteſt facere? Omne ergo q̃d eſſe incepit, ab alio incepit. Et illud vnde? Ab alio. Et illud vnde? Ab alio etiam. Hoc tamē non procedere poteſt in infinitum, ſed neceſſe tandem eſt inuenire aliquid, quod à nullo inceperit, ſed ſemper fuit, quod principiū fuerit & cauſa aliorum, hoc eſt, quod eſſe alijs dederit, & à nullo acceperit. Et hoc

philoſophorum quidam vocabant primum principium, primam cauſam, ens entium: nos vocamus Deum, qui omnia creauit, & ipſe à nullo creatus, ſed eſt æternus. Si enim Deum, aliud aliquid creaſſet, hoc quod ipſum creaſſet, foret Deus, nõ quod eſt creatum. Deus igitur eſt à quo omnia ſunt. Non poteſt autem eſſe niſi vnus Deus, quia cum Deus debeat eſſe omnipotens, ſi duo eſſet, alter non eſſet omnipotens. Si enim alter alterum nolit eſſe, aut hoc poſſet obtinere, aut non poſſet. Si obtineret vt alter non ſit Deus, aut vt deſtrueretur, qui periret non eſſet omnipotens, quia ſe ſaluare non poſſet. Si autem prior non obtinere poſſet, vt alter periret, iam ipſemet non eſſet Deus, quia nõ oĩpotens eſſet, & ſe potentiorem haberet. Quapropter, ſicut dixi, neceſſe eſt omni homini, vt ſciat ſe eſſe ſub Deo, & à Deo. Alioquin quomodo honorabit eum qui fecit illum, ſi neſciat à quo factus eſt? Debet præterea homo ſcire domini et creatoris ſui maieſtatem, quo digne reuereatur illum, diligẽter ſe eidem ſubijciat, illiq; fideliter ſeruiat, ne ingratus inueniatur. Tertio, ſcire hominem oportet, Dei & creatoris ſui voluntatem, alioquin non poterit ſeruire Deo. Quarto, ſcire hominem conuenit domini Dei ſui iuſtitiam, in eos, qui illum contemnunt, miſericordiam vero in eos, qui ſeruiunt illi: credere quoq; remunerationem omnium operum, tam bonorum quàm malorum futuram à Deo. Quinto, cognoſcere homini eſt neceſſarium, ad quid ſit creatus: nempe, vt Deũ cognoſcat & diligat, Deo ſeruiat & obediat in hoc mundo, tãquam in exilio conſtitutus, deſideret expectetq; venire ad patriam, in qua perpetua eſt felicitate donandus. Non igitur peregrinatio pro patria eſt habenda aut amanda. Nam vt Gregorius ait: Qui peregrinationem ꝑ patria appetit, inter dolores dolere neſcit. (Gregori.) Sexto, eſt homini neceſſarium cognoſcere ſuper quæ poſitus eſt. Debet enim cognoſcere talẽtum, aut talenta aliqua ſibi data: debet quoque in cuiuſmodi ſint vſum expendẽda, & quis fructus hiſce talentis quę rendus ſit non ignorare. Qui enim hæc neſcit, diſpenſationem ſibi creditam, fideliter quoq; exercere neſcit. Hoc non ignorauit ſeruus fidelis & prudens, quem dominus ſuper familiam ſuam cõſtituit: cui domi- (Matth. 25) nus in fine vbi ratio foret ab eo exacta, dicit: Euge ſerue bone & fidelis, quia in modico fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam. Intra in gaudium domini tui. Omniũ autem rerum, omnium bonorum, omniumq; ſumus donorum Dei diſpenſatores ac miniſtri. Quamobrem in omnibus quoque miniſterium noſtrum ſolum debemꝰ cognoſcere, nõ nobis vſurpare dominiũ. Hæc, inquam, cognoſcere atq; ſcire debemus per fidem. Deo enĩ credere tenemur. Sic enĩ Hilarius dicit: Soli Deo de ſe credẽdum eſt. (Hilarius.) Et quid mirum vt Deo, qui ſe patrem noſtrum fatetur inuiſibilem credamus, quando parẽtem etiam carnalem, ſiue pater, ſiue mater ſit, aliter nõ poſſimus cognoſcere, aliter non ſcire niſi credendo? Quis enĩ hominum ſuum patrem aut matrem aliter nouit vnquam? Pater tuus ſe dicit tuum parẽtem, credere te oportet. Deus ſe dicit tuum creatorem, & negabis? Eſt autem iſte per fidem cognoſcendi modus Deo glorioſior, quo ea quæ neſcimus, quæ intellectu capere non poſſumus, quę etiam difficilia aut penitus vel impoſſibilia, vel abſurda nobis videntur credimus: & hoc ꝑpter Deũ, hoc eſt, propterea credimus, quia deus dicit, quẽ ſentimus veracẽ, & ꝙ nos fallere nõ poſſit, quia veritas eſt. Ei enĩ (Iohan. 14) plus credimus, ꝗ̃ intellectui noſtro. Nam magis libentiuſq; aſcribimus intellectui noſtro errorem, ignorantiam, & intelligẽdi impoſſibilitatem, quàm deo falſitatem. Summa igitur ratio credẽdi eſt ipſe Deus, vt quod aliter non crederemus, vbi ratio quoq; nulla nobis eſſet alia credendi, hæc nobis ſufficiat ad credẽdum, quia Deus dicit: Quemadmodum ratio alia nobis eſſe debet obediendi, aut nulla, aut nõ potior quàm ipſemet Deus, cui obtemperare velimus: ideo, quia Deus noſter eſt, creator noſter, ſolus bonus eſt, & in æternum miſericordia eius. (Marci. 10) (Pſalm. 117) Itaq; in hoc honoratur Deus, quod nude atq; ſimpliciter ei creditur. Secundo eſt nobis ille modus felicior, quia magis meremur, imo ſola fide meremur. Nam homo qui aſſentit his tantum quæ (Hebr. 11) ſenſui ſunt manifeſta, quid laudis aut meriti habet? Porro qui ſuum intellectum captiuum ducit in obſequiũ Chriſti, vt quæ (2. Cor. 10) etiam non capit credat, quæ non intelligit aſtruat, & his quibus intellectus humanus contradicit aut repugnat, ipſe per fidem aſſentiat, ea propugnet atque confirmet, laude ac merito eſt dignus. Fides enim (vt Gregorius ait) nõ habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. (Gregor.) (Hebr. 11) Propterea

pterea Abrahæ fides commendatur, qui contra ſpem, in ſpem credidit, puta, quod ex vetula vetulus, iuxta verbum domini Gene. 18 generaret. Videte præterea Abrahæ fides quanta fuerit. Promiſſionem acceperat in Gen. 23. 28 ſemine ſuo, quod per lineam Iſaac eſſet deſcenſurum benedici omnes gentes: item quod ſemen eius poſſeſſurum eſſet terram Gene. 12 illam om͂em, in qua peregrinabatur. Poſt hanc itaq; promiſſionem cum iam haberet filium, per quem ſperare poterat promiſſionem eandem impleri, iuſſus eſt à do Gene. 22 mino Iſaac filium ſuum immolare. Cuius voci Abraham obedire volẽs, eduxit Iſaac ſuum natum in montem, atq; parauit ſe ad eundem immolandum, in ſpem, contra ſpem credens. Spes em͂ eius erat, quod in ſemine eius benedicerentur omnes gẽtes. Spes quoq; erat illi, quod eius ſemen foret terram promiſſionis obtenturum: quam ſpem ex promiſſione accepit. In hãc ſpem credidit, ita ſcilicet eſſe futurum, quomodo erat promiſſum: & hoc contra ſpem, quia hæc ſpes ruere iam videbatur, & deinceps fore nulla, vbi immolaſſet filium ſuum. Obedire tamen nihilominus Deo voluit, & contra ſpem credidit, vel in morituro ſeu immolando filio implẽdum, quod erat promiſſum. Porro, quomodo impleretur promiſſio hæc, Deo commiſit. Satis erat ei propter hanc obedientiam, immolandi filij à ſpe non excidere. Beatior autẽ Lucæ 1 adhuc multo fuit beata Maria, quæ credidit etiam virginem ſe parituram. Itaque Iohan. 1 filij chariſſimi, credamus vnum eſſe Deum à quo omnia facta ſunt, omnipotentem & ſempiternum, qui creauit nos, qui paſcit nos, qui redemit nos, qui gubernat nos, qui ſaluos nos fecit, id eſt, qui in ſtatũ nos conſtituit ſalutis, cuius præceptis ſi obedierimus ſaluabit nos. Hic Deus cum ſit trinus in perſonis, hoc eſt, aut ſit pater, aut filius, aut ſpiritus ſanctus, non tamen niſi vnus eſt Deus. Pater certe eſt Deus, filius eſt Deus, & ſpiritus ſanctus eſt Deus, non tamen tres ſunt dij, ſed vnus eſt Deus. Omnium enim trium perſonarum ita diſtinctarum, vt vna non ſit alia, eſt vna natura, vna eſſentia, vna poteſtas, vna maieſtas, vna eademque diuinitas. Quod quomodo hoc fieri poſſit, nolite velle inueſtigare, qa nõ capietis, ſed credite ita eſſe, & fides hæc ſaluabit vos. Non oportet vos ſcire, quomodo ſit, ſed oportet vos credere quod ita ſit. Nam in ſcriptura ſancta ſic legimus: Audi Iſrael, Deus tuus Deus vnus eſt. In Deute. 6 nouo tamen teſtamento Trinitas perſonarum nominatur, puta in epiſtola Iohannis: Ibi tres ſunt (inquit Iohannes) qui te- 1. Iohan. 5 ſtimonium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus. Quapropter filij credatis vnum Deum, & tres perſonas in diuinitate, ita vt ſingulæ ſint Deus, nec tamen tres dij, ſed vnus tantum Deus. Qui plus capere non poteſt, hoc crediſiſſe ſatis eſt circa Trinitatem, reliqua credat in fide eccleſiæ. Imo hoc ſit tibi pro regula generali, contra omnes dubitationes, contra omnes ſcrupulos, cõtra omnes ignorationes, contra fluctuationes quaſcunq; quibus tentaris aut impugnaris non diſputare, nec velle perſcrutari, ſed ſimpliciter circa hanc reſponſionem manere: Ego credo quicquid ſancta eccleſia credit. Ipſa non fallitur ſed nouit quod credit. Quicqd illa credit, credo etiam ego. Maior ſit & potior tibi cura, quomodo Trinitatem ſanctam vnum Deum venereris, quàm vt diſcutias. Ad huius tamen cultum & venerationem non pauca nos inducunt. Primum, quod inducit nos eſt debitum. Ad hoc enim creatus eſt homo vt agnoſcat, amet, & laudet creatorẽ ſuum, ſicut dicit Iſaias: Populum iſtum formaui mihi, laudem Iſaiæ 43 meam narrabit. Secundo, allicit meritum. Scimus enim id Deo vehementer placere, gratum eſſe eidem, ad meritũ nobis cõpu tari, atq; nõ irremuneratum dimitti, quicquid in eius retulerimus honorem, ipo dicente: Quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum. Tertium, quod nos inuitat 1. Reg. 2 eſt exemplum, ipſum enim honorat omnis creatura. Siquidem de ſupremis & cœleſtibus creaturis ſcriptum eſt: Cœli enarrant gloriam Dei. De inferioribus quoq; Pſalm. 18 Pſalm. 15 alibi: Omnis ſpiritus laudet dominum. Inter quæ nec bruta, nec piſces, nec volucres à Dei veneratione ſunt aliena habenda. Quando enim ſua naturalia atque conditiones ab omnium creatore ſibi inditas exercent, quid aliud quàm conditoris ſui potentiam, ſapientiam, ac bonitatẽ laudant? Quartum, quod ad Dei venerationem & cultum nos trahere debet, eſt officium. Hoc enim in cœleſti patria noſtrum erit officium & exercitium, Deum ſcilicet laudare perpetuo ac delectabiliter. Propterea Pſalmiſta dicit: Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum lau- Pſalm. 83 dabũt te. Vos igitur filij, Trinitatem quia

non poteſtis perfecte capere, hanc amate, illi ſeruite, illam adorate, illi vos commendate, atq; per omnia, & in omnibus placere illi ſtudete. Quod nobis omnibus largiatur Ieſus Chriſtus Dei & virginis filius, cum patre & ſpiritu ſancto vnus Deus in ſecula benedictus, Amen.

DOMINICA I. POST DOMINICAM S. Trinitatis, Epiſtola I. Iohannis IIII.

Deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum unigenitum miſit Deus in mundum, ut uiuamus per eum. In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiatorem pro peccatis noſtris. Chariſſimi, ſi Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo uidit unquã. Si diligimus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt. In hoc cognoſcimus, quoniam in eo manemus et ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſancto dedit nobis. Et nos uidimus & teſtificamur, quoniam pater miſit filium ſuũ ſaluatorem mundi, ut uiuamus per eum. Quiſquis confeſſus fuerit quoniam Ieſus eſt filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo. Et nos cognouimus & credimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, ut fiduciam habeamus in die iudicij: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet, non eſt perfectus in charitate. Nos ergo diligimus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit: Quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mẽdax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum quem uidet, Deum quem nõ uidet, quomodo poteſt diligere? Et hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.

PARAPHRASIS IN EANDEM Epiſtolam.

Non ab re eſſe videtur in prima dominica de charitate nos inſtrui, quãdoquidẽ virtutum omniũ eſt potiſſima charitas, multoq; maxime neceſſaria. Dicit igitur Iohannes: Deus charitas eſt. Non ſublimius prædicare potuiſſet charitatem, quam dicendo illam eſſe Deũ. loquitur autem de charitate increata, quæ eſt Deus. In Deo enim realiter idem ſunt amans & amor ſeu charitas, ſapiens & ſapientia: quãuis alia quoq; ſit charitas creata virtus theologica, & à Deo homini infuſa. De vtraq; aũt ea quæ ſequuntur verba intelligi poſſunt: Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Si Deus eſt charitas, non dubium eſſe poteſt, eum manere in Deo quiſquis in charitate mãſerit. Sic etiam qui charitatẽ habet infuſam (quatenus charitas eſt virtus theologica & à Deo infuſa) iterum, qui manet in charitate, id eſt, qui in ſe habet charitatem, manet in deo, quia habet quod illum agglutinat inhærereq; faciat Deo. Quomodo autem manet in Deo, ſic etiam Deus manet in illo, ipſum inhabitãs, in ipſoq; per gratiam ſuam operans. In hoc perfecta, inquit, eſt charitas dei nobiſcũ, vt fiduciã habeamus in die iudicij, nõ formidantes illum diem, nec Chriſti aduentum, aut mortẽ, q̃ impij & mali timere merito habent. Iuſti enim cupiunt diſſolui & eſſe cum Chriſto. Atq; Philip. 1

ideo dominus illos à ſignis vẽturi iudicij,
à fineq́; mundi non vult terreri, dicẽs vbi
de ſignis quæ finem mũdi terribiliter præ-
cedent apoſtolis loquebantur: His autem
fieri incipiẽtibus, leuate capita veſtra, quo
Lucæ 21 niam appropinquat redemptio veſtra. Eſt
ẽm ſanctis hic mundus captiuitas. Ideo eiſ
dem quoq; aut mors, aut finis mundi, eo-
rum eſt ex captiuitate redemptio. Eſt igi-
tur fiduciã habere in die iudicij, non time
re, ne veniat dies iudicij. Verum, ſi obijcia
tur viros perfectos quoq; mortem aut iu-
dicium Dei timere: Dicendum, perfectos
quidem timere, dũ conſiderant quid ex ſei
Roma. 8 pſis ſunt, dumq́; conſiderant infirmitatem
& vilitatem ſuam. Porro ſi conſiderაue-
rint quid ſint ex Deo, ſpiritu ſancto non-
nunquam illis teſtimonium perhibente,
quod filij ſunt Dei, & tunc non timent, ha
bentes non ex ſe, ſed ex Deo, vnde fidu-
Pſalm. 135 ciam habeãt: quia ille bonus eſt, & inæter
num miſericordia eius. Facit tamen nõni
hil ad fiduciam hanc bona vita, non vt in
illa collocemus fiduciam noſtrã, ſed quod
diffidentia careamus, non habentes in no
biſipſis quod ſentiamus teſtimonium atq;
argumentum damnationis aut malæ con
ſcientiæ. Sed ſicut ille eſt, ita & nos ſumus
in hoc mundo, hoc eſt, ſicut ipſe eſt in cœ-
lo totus benignus, pius atq; charitate per
fectus ſuper ingratos & malos, ita nos ſu-
Matth. 5 mus in hoc mũdo erga inimicos noſtros,
Lucæ 6 pij & miſericordes, ſeruantes domini præ-
ceptum, dicẽtis: Diligite inimicos veſtros,
benefacite his qui oderunt vos, & orate ꝓ
perſequentibus & calumniantibus vos,
vt ſitis filij patris veſtri qui in cœlis eſt, q
ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & ma
los, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Ti-
mor non eſt in charitate, præſertim perfe-
cta, excepto timore filiali atq; reuerentia-
li, qui ſanctus eſt, permanens in ſeculũ ſe-
Pſalm. 18 culi: ſed perfecta charitas prorſus eijcit at
que excludit oẽm alium timorem ſeruilẽ,
mundanum aut carnalem, quãdoquidem
timor iſte pœnam habet. Qui ẽm ſeruiliter
timet, huius conſcientiam rodit & affligit
timor, & pœnam nihilominus meretur fu
turam. Qui autem timet deum timore ſer
uili aut initiali, non eſt perfectus in chari-
tate: neq; enim peccatum dimittit, aut Dei
cuſtodit beneplacitum aliter, niſi quia pœ
Horatius. nam timet, quemadmodum Poetarũ qui-
dam ait: Oderunt peccare mali formidine
pœnæ. Oderũt peccare boni virtutis amo
re. Nos ergo diligamus Deum, quoniam
ipſe prior dilexit nos. Iuſtiſſimum autem
eſt amantes redamari. Scimus aũt nos nõ
ſolum dilectos eſſe à Deo, anteq̃ illum di-
ligeremus, ſed etiam cum nondũ eſſemus
cum adhuc inimici eſſemus dilexit nos, & Roma. 5
lauit nos in ſanguine ſuo. Si quis aũt dixe Apoca. 1
rit: Quoniam diligo Deum, & fratrẽ ſuũ,
hoc eſt, quemcũq; hoĩem oderit odio ini
quo ſcilicet, nõ vitia tantum, ſed perſonam
odiens, mendax eſt. Neq; ẽm odiſſe poteſt
proximũ diligens Deum, nec diligere De Lucæ 10
um poteſt odiens proximum. Vna ẽm eſt
charitas, qua Deus diligitur ac proximus.
Quomodo eũ diligit Deum, qui tranſgre
ditur præceptum eius? Hoc eſt aũt, inquit, Iohan. 15
præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſi-
cut, hoc eſt, eo modo quo ego dilexi vos,
puta prior, gratis indignos, non diligẽtes,
& ad hunc finem vt ſaluemini. Eo modo
vos quoq; diligatis vos mutuo oportet.
Qui ẽm non diligit fratrem ſuum quẽ vi-
det, Deum quem non videt, quomodo po
teſt diligere? Si iuxta cognitionem loqui-
mur, qua nihil amatur niſi cognitum, verũ
eſt hominem faciliorem habere occaſionẽ
quare diligatur quam Deum, quandoqui-
dem de homine habemus cognitionem q̃
de Deo multo maiorem. Verũtamen ſi ad
bonitatẽ ſpectetur, quæ potiſſima eſt cau-
ſa & ratio diligendi, incomparabiliter ha-
bet plures vt diligatur rationes Deus, quã
homo. Et hoc, inquit, mandatum habe-
mus à deo, vt qui diligit Deum, diligat &
fratrem ſuum. Siquidem Chriſtus quod
magnum eſſet mandatum in lege interro
gatus. Diliges, inquit, dominum Deum tu Matth. 22
um, ex toto corde tuo, &c. adijciens, hoc
eſt primum & maximum mandatum. Se-
cundũ autem eſt ſimile huic: Diliges pro-
ximum tuum ſicut teipſum.

EXEGESIS EVANGELIJ in Dominica I. poſt dominicam S. Trinitatis, Lucæ XVI.

IN HAC DOMINICA ſtatꝰ nobis proponitur vtriuſq; cũ præſentis tum futuræ vitæ noſtræ, quo electi reprobiq́; diſſimiliter viuũt. Quod licet oculis quotidie

 cerna-

cernamus,puta, ꝙ diſpar ſit mortalium vi
ta hæc præſens,nobis tamen hoc hodie in
Euangelio nihilominus recitatur,ſimulq́;
commonſtratur,quàm diſpar eorundem,
qui conformiter nõ vixerũt fuerit exitus.
Nõ tñ hic de exitu naturali,hoc ẽ,de mor
te eſt loquendũ,ꝙ nõnulli pij duram ſenti
unt,plæriq; vero impij leuem,ſed de retri-
butione & iudicio,quo digna meritis aut
præmia,aut ſupplicia nos ſequũtur.Nam
natura,aut potius Deus naturę auctor,cũ
ctis mortalibus eundem dedit ad hanc vi-
tam corporalẽ introitum & exitum , tam
bonis ꝙ malis,diuitibus & pauperibus.Su
mus em̃ quo ad naſcendi modum oẽs pa-
res,par oĩm eſt natiuitas,nec diſſimilis or-
Sapien. 7 tus noſtrę conditionis.Quare rectè Sapiẽs
dicit:Vnus introitus ad vitam eſt om̃ibus,
ſimiliſq́; exitus.Concipimur em̃ æque oẽs
in fœtore & immũdicia , per anguſtam &
immũdam portam eximus,& vox noſtra
prima omnium eſt fletus. Sic rurſus dum
eximus mundum,dũ morimur tremuli ac
pallentes morimur omnes,moriẽteſq; in-
gẽti torquemur cruciatu.Putreſcimus in-
de,rodimur vermibus,fœtemus & in pul-
uerem redigimur.Nemo hanc legem eua
dere,nemo mutare potuit vnꝗ̃.Nemo, vt
idem Sapiens ait,ex regibus aliud habuit
Ibidem. natiuitatis initiũ.Quod em̃ ex natura eſt,
hoc ea ex parte ſimile ac vniforme eſt om̃i
bus.Quapropter quatenus ad vitæ introi
tum attinet,nihil in regis,nihil in paſtoris
filio natura ſecernit.Porro vitę mediæ nõ
æqua eſt omnium cõditio. Alij em̃ in pau
pertate,alij in reꝝ opulentia viuunt,alij in
columes,alij ſunt ægroti,alij hic ſemper fe
lices,alij item ſemper miſeri, alij dñantur,
alij ſubijciũtur,alij ꝓmunt, alij premũtur,
alij ſceleratã agũt vitã,alij inculpatã.Itaq;
quõ hæc vita in operibus , ſtudijs, exerci-
tijs,Deiq; donis diſſimiliter trãſigitur,ita
retributio poſt hanc vitam expectatur o-
mnium maxime inæqualis.Hoc nobis Eu
angeliũ ob oculos ponit hodiernũ,dicẽs:

Homo quidam erat diues.

Contra eos,qui diuitijs ſuis abutuntur
qui cum debuiſſent his ad miſericordiam
hic vſi fuiſſe,& in neceſſitates erogaſſe pro
ximorũ,quo & ipſi miſericordiam à Deo
Lucæ 16 conſequerentur.Cum,inꝗ,de iniquo mã-
mona amicos ſibi cõparare debuiſſent,qui
in æterna eos tabernacula reciperent,ad lę
titiam,ad voluptatem ad gloriã deniq; nõ
Dei ſed ſuã,& ad luxũ male vſi ſunt,terri-
bile ponit Chr̃s exẽplum de diuite quodã
epulõe.Neq; em̃ parabola,ſed hiſtoria cre
denda eſt,qñquidẽ cũ mendicũ,ꝑducit in
mediũ (vt audietis) nomen eius q̊q; expri-
mit,dicens: noĩe Lazarus. Cuius nomen
cur magis exprimatur ꝙ diuitis,paulopoſt
dicetur:Erat itaq;,inqt,homo diues.Diui
tiæ nõ ſunt pctm̃,nec malæ ſunt,licet ma-
le agẽdi,ei q diuitijs abuti pronus eſt,ma-
gnũ adminiſtrent fomentũ.Legimus em̃
de ſctĩs multis,q excellẽter diuites fuerũt Gene. 13
puta de Abrahã,Iſaac,& Iacob,Iob et ſimi Gene. 26
libꝰ:& hoc potiſſimũ in veteri teſtamẽto, Iob 1
q tñ Deo placuerũt,atq; dei facti ſunt ami
ci. Opes igitur terrenæ in medio ſunt int̃
bonũ & malũ,ꝙ vt occaſio maloꝝ ac dãna
tionis ſunt reprobis,ita bonis ſunt adiuto
rio virtutis.Nõ tñ ignoro corruptionẽ hu
manã vitioſam , infectã & ad mala ſuapte
cõſuetudine adeo ſemꝑ ꝓcliuẽ,vt cũ de ter
ra ſit,& ex terrenis opibus q̊q; tã facultas
ꝙ occaſio ei ſuppeditetur, raro fieri poſſet
ac difficulter,vt diuitijs oĩ ex parte qs bñ
vtatur.Neq; em̃ fruſtra Chr̃s ait:Quã dif- Marci. 10
ficile q pecuniã habẽt in regnũ Dei introi Lucæ 18
bunt,& Salom. nõ minus diuitias,vt rẽ ꝑi-
culoſam,ꝙ mendicitatẽ deprecatur,ſciẽs al
teꝝ noxiũ,alteꝝ moleſtũ.Diuitias,inqt,& Prou. 30
pauꝑtatem ne dederis mihi , ſed tm̃ victui
meo tribue neceſſaria.Diuitias ideo deꝑca
tur,qa inflãt,& ſuperbię q̊q; adijciunt aĩm
nam cauſam ſubiungẽs,dicit:Ne forte ſa-
tiatus illiciar ad negandũ,& dicã:Quis eſt
dñs? Ex ſeipſis itaq; diuitiæ nõ reprehen-
duntur,nec malæ ſunt,niſi male vtẽtibus.
Porro,amor diuitiarum & cupido vitioſa 1. Tim. 6
ſunt.Propter ꝙ Apoſto.Qui volunt,inqt,
diuites fieri in hoc ſeculo,incidẽt in tenta-
tionem , & in laqueũ diaboli, & deſideria
multa & nociua , quæ mergunt homines
in interitum & perditionem. Vide tamen
quia non dicit,qui diuites ſunt,ſed qui vo
lunt diuites fieri,quemadmodum nõ ſub
iungit etiam: Radix enim omnium malo Ibidem.
rum ſunt diuitiæ,ſed: Radix omnium ma
lorum eſt cupiditas . Extollentia quoque
præſumptio & ſuperbia, quæ diuitias co-
mitantur, mala ſunt . Et ideo cum Chri-
ſtus dixiſſet, difficile eſſe, vt diuites intro- Marci 10
eant regnum Dei , diſcipuli vero propter
hæc verba obſtupuiſſent , mentem ſuam
declarans, & moderatus eadem repetiuit
verba , dicens : Quam difficile eſt confi-
dentes in pecunijs introire in regnũ Dei.

Cui ſententiæ ſubſcribit ad Timotheum Paulus quoque dicens: Diuitibus huius ſe-
1.Iohan.2. culi pręcipe, nõ ſublime ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum, &c. Proinde ex Iohanne apoſtolo vos filij commonefaciens: Nolite, inquam, diligere mũdum, neq; ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt charitas patris in illo. Nolite diuitias diligere, nolite auare quęrere, nolite tenaciter retinere, nolite in diuitijs confidere, nolite ſuperflue vti. Vſus enim diuitiarũ vtrinque eſt malus & damnabilis ſiue tenaciter nimis ſeruentur, vt pauperibus inde nulla ſit conſolatio, ſiue prodige profundantur ad luxum.

Qui induebatur purpura et byſſo, et epulabatur quotidie ſplendide.

Tribus hic modis diues deliqſſe aſtruitur per abuſum diuitiarum, quare iuſte reprehẽditur. Primus abuſus fuit, quod ad oſtentationem conuertit diuitiarũ vſum, quærens gloriam in his & oſtentatiõis faſtum. Siquidem refertur byſſo & purpura veſtitus. Quorũ certe alterum ad oſtentationem foris, puta purpura, alterum ad carnis molliciem intus pertinebat. Vtrobiq; igitur deliquit, qui & ad gloriam inanem precioſis vtebatur veſtibus foris, & ad luxum carnis vtebatur molliſſimis intus. Si enim precioſis vti veſtibus vbiq; reprehẽſione careret, non laudaſſet Iohannẽ Baptiſtam dñs, quod veſtimento vſus fuerit ex
Mat.11 pilis camelorũ. Nam de Iohanne turbis loquẽs: Quid exiſtis, inquit, videre? Hominẽ
Lucæ 16 mollibus veſtitum? Amẽ dico vobis: Qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Hoc eſt, filij huius mundi ſunt, nimirum prudentiores filijs lucis, licet nõ ſem-
Baruch.3 per & vbiq;, ſed in generatione tantũ ſua: filij certe huius mundi, & (vt verbis vtar ſcripturæ) conquiſitores huius ſeculi diſcunt hic prudentiam carnis, quia in regione ſua ſunt. Sed apparebit poſt cum hæc vita deſierit, quàm ſtultam Deus declaratus ſit ſapiẽtiam illorum. Obſerua tamen hic quod non prohibetur pro eminentia, aut dignitate ſtatus, melioribus interdum vti veſtibus, ſi tamen moderate, et ſi abſque oſtentatione id fiat. Hic enim oſtentatio & luxus damnatur. Quocirca manifeſtatur alter quoque abuſus, quo rerũ affluentia hic diues peccauit. Secundus fuit abuſus diuitiarum, quod ad carnis oblectationem mollibus vtebatur veſtibus, epulabaturque quotidie ſplendide. Quo ſane voluptuoſa eius epulatio, qua carnem ſaginabat, ſplendiduſque ſimul ciborum apparatus, quod iactãtiæ erat & vanæ gloriæ vehementer reprehenduntur. Cibus namq; precioſus aut bonus, ſeu delectabilis poteſt ſumi citra culpam, vt iuxta ſaluatoris ſententiam, hominem interiorem quod intrat in os non coinquinet, cum etiam ſecundum Apoſtolũ omnis creatu- Matt. 17
ra Dei bona ſit, & nihil reijciendum quod 1.Tim.4
cum gratiarũ actiõe percipi poſſit, mõ ſumatur ad neceſſitatem & ad corporis ſuſtentationem, non ad ambitionẽ & oſtẽtationẽ, non ad voluptatẽ in deſiderijs carnis, nõ ad ſuperfluitatem & luxum, ſed ſobrie, temperanter ac modeſte, iuxta ſui ſtatus conditionem. Neque enim ad æqualem aut vniformem edendi modum omnes ſunt inducendi, quin liceat aliquibus meliori vti cibo. Vnde damnabile non eſt his qui in eminentiori ſunt ſtatu conſtituti, et q à tenerioribus annis precioſis educati ſunt cibis, aut quos valetudo excuſat infirma delicatioribus vti cibis, modo deſit ingluuies & edacitas, quãuis conſultiſſimum ſit, vt cum timore Dei his modeſte vtantur, lugeantque ſuã aut neceſſitatem aut conditionem, quod viliori aut communiori hominum edulio aut nõ poſſint, aut non liceat eis ſuſtentari. Sed quàm felices o filij æſtimandi ſunt hi, qui ex deuotione aut virtute ſuperfluis abſtinent, precioſiſſima quæque ſibi interdicunt, ſibi delicata ſubtrahunt, paucis & vilibus contenti? Hoc genus hominum olim in eremis & deſertis locis aut monaſterijs inueniebatur, & adhuc hodie tam in monaſterijs probe inſtitutis, quàm in plebe inter deuotos ac pios homines inueniuntur, qui ab ſtinentijs carnem ſuam macerãt, & iuxta
Apoſtolum cum ſuis concupiſcentijs ean- Gala.5 Matt. 4
dem crucifigunt, idq; illius amore, qui ie- Mat. 27
iunium & famem pertulit, acetum & fel Mar.15
guſtauit, quæ carni ſunt duriora mollioribus prætulit, & pro nobis ſæpenumero in Lucæ 23 Iohan.19 Lucæ 6
oratiõe & ieiunio pernoctauit. Huiuſmodi homines non requirẽdi ſunt apud noſtros Lutheranos, qui Iohannem Bapti- Mala.1
ſtam quoq;, ſi inter eos viueret hodie, pilis Matt.3
camelorum veſtitum, vino & omni re quę inebriat abſtinentem, atq; locuſtas tãtum & mel ſylueſtre comedẽtem perſequerentur, et ſeu hominem, qui ſua, imo (vt illi dicere ſolent) diaboli inuẽta pferret Chriſti

Euangelio, qui à Chriſto deficeret, & in ſuis fideret operibus, qui cœlorum regnũ ſuis comparandum operibus putaret, & qui redemptione Chriſti ſe haud egẽtem exiſtimaret, à ſe fugarent, calumniarẽtur, inſtarent & vrgerẽt ſi quo fortaſſe modo veſtimentum hirſutum ac piloſum ei detrahere, ſi eremum & abſtinentias interdicere, & ſi ad latam carnis viam illum reducere poſſent. Tertius abuſus diuitiarum in hoc epulone hic notatur, quod ex his quæ ſibi ſuperfluebant, pauperis ac mendici inopiam non ſubleuabat. Heu chariſſimi, quàm inutilis, quàm ſuperflua, quàm denique pernicioſa quotidie à multis fit profuſio diuitiarum, quæ in conuiuia ad oſtentationem, ad gloriam, ad faſtumque & apparatum, & ad animarum deſtructionem exhibetur. Ibi vnum prandium ſeu conuiuium ingenti aureorum numero vix redimitur. Vbi quatuor aut quinque horis prandetur: vbi corpori morborum varietas comparatur, vita adimitur, & quod pauperibus foret erogandum, dilapidatur. Ex pauperum namque faucibus quicquid tam inutiliter conſumitur, non aliter atque cibus extrahitur. Quot enim ex ſplendidis huiuſmodi conuiuijs, quæ ad apparatum non ad neceſſitatem inſtruuntur, aut eorum precio alerentur vno die pauperes? Deliquit igitur grauiter hic epulo, qui ad oſtentationis faſtum prodigus, ad miſerendum vero ſubueniendumque pauperi & durus & tenax fuit. Hoc enim ſequitur.

Et erat quidam mendicus nomine Lazarus.

Non ratiõe caret quod diuitis nomen tacetur, pauperis vero & mendici nomen exprimitur. Certe non eſt hæc mundo conſuetudo, vt nomina & caſæ mendicorum ſciantur: notiſſima autem ſunt omnibus & nomina & palatia diuitum. Hos mundus loquitur, hos prædicat, hos ho-
Pſal. 48 noribus extollit: pauperes nemo reſpicit. Verum quamdiu hoc durabit? In hac vita tantum. Siquidem cum interierit diues, ſecum non ſumet omnia, nec deſcendet cũ eo gloria eius, quia anima eius in vita ipſius benedicetur. Et hæc opinio felicitatis duntaxat eſt apud homines. Nam Deo aliud longe eſt iudicium. Diuites enim hic æſtimantur alijs hominibus feliciores,
Pſalm. 143 vtpote quorũ filij ſunt ſicut nouellæ plantationis, filiæ vero compoſitæ & circumornatæ vt ſimilitudo templi: promptuaria eorum plena, eructuantia ex hoc in illud. Boues eorum craſſæ, & oues fœtoſæ, & reliqua diuitiarum felicitatiſque terrenæ, quæ Pſalmiſta enumerat, illis abundant. Vnde: Beatum, inquit, dixerunt cui hæc ſunt: ſed magis beatus eſt, cuius Pſalm. 48
dominus DEVS eius. Itaque, beati hic di- Pſalm. 15
uites nunciantur, quia vocauerunt nomina ſua in terris ſuis, veruntamẽ Deo ſunt incogniti: Non enim nouit eos dominus, nec memor erit nominum eorum per labia ſua: neque enim nomina eorum inuenit ſcripta in libro vitæ, ideo ſunt ei qua- Iſaie 40
ſi non ſint. Pauperes vero qui ſunt ciues Iohan. 10
regni ſui nouit, & vocat eos nominatim. Huiuſmodi hic erat Lazarus, cuius miſeria hic quoque cum egeſtate deſcribitur.

Qui iacebat ante ianuam diuitis hulceribus plenus, cupiens ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis: & nemo illi dabat. Sed & canes ueniebant, & lingebant hulcera eius.

Vide quomodo diuiti epuloni, ſuperbo, ambitioſo, duro, immiſericordi, atq; in delitijs viuẽti opponitur ediuerſo pauper hic Lazarus, mendicus, hulceroſus, egenus atq; ab oĩbus derelictus. Cui ſatis ad pœnã fuiſſet ſi infirmus fuiſſet ac hulceroſus tãtum, alioq diues, aut ſi opes defuiſſent paupertas eum ſatis cruciaret, licet ſanum. Iam vero ſcribitur pauper fuiſſe & mendicus: quo intelligitur proculdubio neceſſitate, atq; paupertatis anguſtia preſſus. Iacebat autem ad diuitis ianuam, quia ſtare aut ambulare non poterat. Erat enĩ hulceribus plenus, vnde dolores quoque ſemper illi aderant. Cupiebat quoq; minima, puta ſaturari de micis cadẽtibus ex diuitis menſa, ſed nemo illi dabat. Egebat itaque & eſuriebat, ſed non erat qui reficeret. Audiebat quotidie ſimphoniam & chorum lætitiamque familiæ in domo diuitis, ſe vero adeo videbat deſpici & relinqui ab omnibus, vt humaniores erga ſe inueniret canes, quàm homines. Illi enim quod natura illis indiderat hoc pauperi admouentes miniſtrabant, puta linguam medicinalem. Hominũ vero nemo adeo fuit miſericors, vel qui micas egeno daret. Tractari blãde videbat canes, ſe cõtemni.

temni. Vide quàm cumulatim, ea quæ ad miſeriam, ſimulq́; ad exercitium & probationem virtutis aderant Lazaro, quàmq́; ſtudioſe hic enumerantur, vt ſciamus vnde eius meritum creſcebat: & ediuerſo vnde diuitis impietas augebatur, vt ſubinde perſpicuum fieret, quàm iuſte pauper reciperetur ad coronam, & quàm iuſte diues detruderetur ad gehēnam. Cogebatur ita q́ egenus Lazarus infirmus & eſuriēs diuitem hominem videre pecunioſum, ſe in paupertate conſtituto, cogebatur glorioſe veſtitum cernere, ſe frigeſcente. Videbat illū ſplendidis epulis conuiuari, ſe famem patiente. Rogabat denique pro micis tantum, ſed nō erat qui illi eas largiri aut tantillo compati voluiſſet. Hæc Lazarus ſuſtinens ſuſtinebat. Sed in corde qd? Nonne triſtitiam? Nam (vt verbis vtar Gregorij) qualem putas tunc in animo ſuo tentationem ſuſtinuit pauper? Si enim in diuite hæc omnia non vidiſſet, minorem tentationem ſuſtinuiſſet. Iam vero ante oculos ſuos diuitis omnia videbat læta, dum ſe quauis ſentiret carere conſolatione. Videbat diuitem illum cuncta mundi felicia comitari, arridere ac blandiri ei omnia, ſe hic fieri indies feliciorem, & ex cōtuitu felicitatis alienæ ærumnas ſibi fieri quas patiebatur infeſriores. Sic omnibus his confluentibus creſcebat Lazaro cum tribulatione profectus: quomodo diuiti quoque ſupplicium futuræ multiplicabatur: quia impietatē ſuam ex p̄ſentia cumulabat pauperis. Si em̄ præſens ille pauper nō fuiſſet, ſi ante diuitis nō iacuiſſet ianuam, ſi nō rogaſſet fame & infirmitate conſumptus, ſi non minima quæq; & viliſſima petiſſet, ſi deniq; non adeo fuiſſet infirmus, vt alibi eleemoſynam ſtipemq́; mēdicare valeret, vel modicam immiſericordiæ ſuæ excuſationem habere potuiſſet diues. Iam vero nihil eſt quod illum excuſare poſſit, qa nihil de pauperis neceſſitatibus illū latuit, cui abūdauit etiā quo cōſolari illū potuit, ſed cordis duricia p̄peditus noluit. Itaque hoc mō ſtatus erat diuitis ac pauperis in hac vita cōtrarius. Spectemus nunc cuiuſmodi fuerit poſt hāc vitā ſtatus vtriuſq́;.

Factum eſt aūt ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autē & diues, & ſepultus eſt in infernum.

Vides nunc cuius ſtatus erat præferendus, dum ambo hic viuerent. Vbi nunc epulonis gloria, voluptas, opes & potētia? Quis in vita ipſius eius locum non elegiſſet? quis illum beatum non diceret? Et vbi nunc miſeria eſt pauperis? Quis olim eius calamitoſum viuendi genus appeteret? Quis illum non infelicem diceret? At modo quid? Iuſta ſunt iudicia tua domine, & omnes viæ miſericordiæ & æquitas. Miſericordia ante ſatis prærogata eſt, nunc tempus erat vt iuxta æquitatem vterq; operibus ſuis digna reciperet ſtipēdia. Exaltaſti apud te illum quē hic depreſſeras, & quem mundo exaltaueras, humiliaſti. Conceſſeras ei bona multa, quibus redimere potuiſſet peccata ſua, regnumque eleemoſynis comparare cœlorum. Admoueras ei præterea pauperem, cuius calamitas illum rogaret prouocaretque ad miſerendum. Sed quia intelligere noluit, nec bonis inſpirationibus acquieſcere, tādem cogebatur iuſtitiam quoq; ſentire. Videte chariſſimi filij, cuius nemo non horrebat olim calamitatem & ſtatum, id eſt, Lazari, quàm glorioſe eſt nunc coronatus? Nūquid ſemp eris Lazare miſer? nūquid ſemper deſpectus? nunquid ſemper infirmus & egenus? Aut tu ſemper eris o diues hic felix? Minime. Sed quemadmodum audiſtis factum eſt, Deo & diuitis voluptati, & miſerijs pauperis finem imponere volente, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinū Abrahæ. Humana illi hic defuerant obſequia, quare nunc illi ab angelis quoque ſeruitur. O felix anima, quæ hic, niſi à canibus, nemine alio viſitabaris, nunc vero tibi non vnus ſufficit angelus, ſed angeli accurrūt multi qui te portent. Quilibet em̄ angelus animæ tam felici optat miniſtrare. O filij magna huius olim fuit calamitas, ſed hāc videte quantus ſequitur honor. Vbi nunc paupertas, vbi mendicitatis ſaccus, vbi hulcera, vbi famis et frigoris anguſtia? Ablata eſt omnis miſeria, & angelis illum portātibus requiem accipit in ſinu Abrahæ. Sinus Abrahæ ante Chriſti paſſionem, quies erat illa ſecreta ſanctorum patrū in lymbo, nunc vero cœleſtis eſt patria ſanctorum, quæ iccirco Abrahæ dicitur ſinus, quia pater idem eſt credētium. Qui enim ex fide ſunt, hi ſunt filij Abrahæ. Mortuus eſt autem & diues, & ſepultus in inferno. Hic voluptatibus & huius mūdi gaudijs

Margin notes: Gregori. — Pſalm. 118 — Dani. 4 — Roma. 9

diis dum hic viueret erat ſepultus: nũc ad
ima deſcendens inferni, tenebris & flam=
mis perinde ac ſepulchro obuoluitur.

Eleuãs autem oculos ſuos a longe,
uidit Abraham a longe et Lazarum
in ſinu eius.

Vides quia in pœnis conſtitutus diues
oculos leuauit, vt videret conſolationem
felicis mendici, quem olim ipſe felix deſpe
xerat: Iuſte igitur quia tunc oculos leuare
vt miſeretur noluit, nunc leuare cogitur
Gregori. & videre vñ magis crucietur. Quod Gre=
gorius conſiderans de hoc diuite, ait: O=
culos quos illi hic culpa clauſerat, ibi ape=
ruit pœna. Vidit igitur ad maiorem ſuam
pœnam Lazarum in ſinu, id eſt, in quieta
& certa expectatione æternę beatitudinis
quieſcere. Iuſtum enim erat oculos illos
immiſericordes puniri, in hoc quo hic no
luerunt miſereri.

Et ipſe clamans, dixit: Pater Abra=
ham miſerere mei, & mitte Lazarũ,
ut intingat extremum digiti ſui in a=
quam, ut refrigeret linguam meam,
quia crucior in hac flamma.

Sępius & diu Lazarus ad diuitem olim
clamauerat, quo vel tacẽte eius calamitas,
inopia & hulceroſa infirmitas ſatis clama
bant. At auribus clamauerunt ſurdis, &
ideo etiam gratis. Euenire igitur illi quod
Prou.21 Sapiens ait, neceſſe erat: Qui obturat au=
res ſuas ad clamorem pauperis, & ipſe cla
mabit, & non erit qui exaudiat. Rogauit
autem dãnatus hic diues ſui miſereri, non
quod doleret de culpa (obſtinatus enim
vt omnes damnati, erat, quare de peccato
non dolebat) ſed de pœna quam cupiebat
mitigari. Itaque non rogabat ſui miſereri,
pœnitens de ſuis patratis ſceleribus, ſed de
comparatis ſupplicijs, neque Deum offen
diſſe, ſed ſemetipſum læſiſſe dolebat. Vide
quoq; quia diues patrẽ vocat nunc Abra=
ham, quem olim tamẽ imitari nolebat. Il=
le enim miſericordia, pietate, hoſpitalitate
& clementia fuit inſignis. Quem ſi fuiſſet
imitatus, recte patrem vocaſſet Abraham.
Modo vero cum degener ſit ab Abrahæ
virtute, non incongrue reſponderi poteſt
ei: Si filius es Abrahæ, opera facere debuiſ
Iohan.8 ſes Abrahę. Vide pręterea, quia magis cru
ciari ſe querebatur in lingua. Nec mirum,
quia putatur etiam plus deliquiſſe in gu=
ſtu ac delectatione ciborum, in lætitia io=
candi aliiſque delictis linguæ. Per hæc au Grego.
tem grauius quis punitur, per quæ graui=
us peccat. Vide ad tantam inopiam diui=
tem redactũ, vt qui minima negauerit, pu
ta micas panis, ad petenda minima perdu
ctus eſt, q̃ illi quoq; negata ſunt, vt ſeqtur.

Et dixit illi Abraham: Fili recorda
re quod recepiſti bona in uita tua, &
Lazarus ſimiliter mala. Nunc autẽ
hic conſolatur, tu uero cruciaris.

Diues hic ab Abrahã filius vocatur ge
neratione tantum ſeu propagatione car=
nis, non imitatione virtutis. Cui dicitur,
ꝙ multa receperit bona in vita. Nemo eñ
adeo eſt malus, qui nõ aliqua bona faciat,
tametſi adeo digna non ſint, vt æternam
felicitatem mereantur, vtpote non ex cha
ritate, ſed in peccatis operata. Quia tamen
de genere fuerunt bonoꝝ, Deus adeo iu=
ſtus eſt, vt illa irremunerata nõ ſinat. Dat
igitur operꝝ huiuſmodi auctori tempora
lia bona in mercedem. Hoc modo putan=
dus eſt diues aliqua bona egiſſe, pro qbus
hic diuitias, delicias, ſanitatem, honores et
id genus ſimilia receperit. Lazarus quoq;
non adeo fuiſſe perfectus creditur, quin
aliqua admiſerit mala, licet dãnatione ęter
na propter Dei miſericordiam nõ digna,
quę hic in illo purgata ſunt. Quamobrem
hic ſua mala, & ille ſua bona in hac vita re
cepiſſe dicitur. Quæ bona illum ad pœnã
miſerunt, ſicut hunc mala quæ perpeſſus
eſt, exaltauerunt ad coronam.

Et in his omnibus inter nos & uos
chaos magnum firmatum eſt, ut hi
qui uolũt hinc tranſire ad uos nõ poſ
ſint, necq; inde huc tranſmeare.

Chaos hoc magnũ, quod inter electos
& reprobos interſtat, eſt diſtantia, inæqua
litas ac diſparitas meritorum, quod rigo=
re diuinæ iuſtitiæ immutabiliter firmatũ
eſt, vt electi in bono confirmati, & repro
bi in malo maneant obſtinati. Hi igitur
(dubium non eſt) ad electos non poſſunt
accedere. Sed quod electi ad dãnatos per
compaſſionem quoq; ſingularem non ac=
cedant, facit quod cum Deo in voluntate
ſunt adeo vniti, eiuſq; adeo conſentiũt iu=
ſtitiæ, vt damnatis nihil poſſint, nihil ve=
lint compati, aut eſſe auxilio.

Et

Et ait: Rogo te pater ut mittas eum in domũ patris mei, habeo em̃ quinque fratres, ut teſtetur illis, ne & ipſi ueniant in hũc locum tormẽtorum.

Pro ſuis hic rogat, non quod illis optet ſalutem. Inuidia enim damnatorum adeo eſt obſtinata, vt quomodo nemini, ita ne ſuis quidẽ optẽt bonũ. Sic et beatorum tã perfecta e regiõe eſt charitas, vt nemini non velint bonum. Damnati igitur cum ſuis ſalutem non optent, quare, inquis, tunc hic pro ſuis fratribus relictis orat? Dicendum, non propter illorum ſalutem hocipſum precari, ſed ne per illorum damnationem maiorem ipſe acquirat pœnam, quippe qui illis occaſiones, exemplũ malum, & bona reliquerat temporalia, irritamenta ad peccandum. Vnde non pro illis, ſed pro ſe magis hanc denunciationẽ optabat, ne grauiori ſuccumbere cogeretur ſupplicio. Quamuis etiam veriſimile ſit vt inter eos qui ſaluandi ſunt, damnati ſaluari optent magis ſuos, quàm alienos, ſtante generali ad omnes nihilominus illa inuidia, qua neminem velint ſaluari.

Et ait illi Abraham: Habẽt Moſen & prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non pater Abraham, ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi: Si Moſen & prophetas non audiunt, neq; ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.

Diuiti hic rogãti, vt ad ſuos fratres hic Lazarus mitteretur negatum eſt: ſed ad ſcripturam omnes remittimur ſacram, cuius tãta eſt auctoritas vt nedum homini, (Gala. 1) ſed etiam ne angelo quidem de cœlis venienti, ſi aliud quid quod ſcripturæ eſſet cõtrarium docuerit, credẽdum eſt. Sed quicquid vel angelus vel homo contra ſcripturæ iuxta eccleſiaſticam catholicãque elucidationem explanatæ aſſertionis Euangelizauerit, anathema ſit. Maior eſt certitudo ſcripturarum, quę auctoritate Eccleſię receptæ ſunt, quàm cuiuſuis mortui reuelationis. Nam ſi ex mortuis reſurgenti vellent huius fratres credere, maxime crederent Chriſto, qui ex mortuis reſurrexit. Verum ſicut ſcripturæ, ſicut Moſi & prophetis non credũt, ita nec Chriſto ex mortuis. Chariſſimi commonefaciat nos exemplum hoc, ſiue hiſtoria, quo ſobrie, iuſte ac pie viuamus in hoc ſeculo, (Tit. 2) peccatorum noſtrorum purgationem tam humiliter quàm patienter ſuſtinẽtes. Optemus magis hic cum Lazaro egeſtatem & infirmitatem pati, (Heb. 11) quàm (ſicut de Moſe loquitur Apoſtolus,) cum diuite temporalis peccati habere iucunditatem. Quod nobis largiatur Ieſus Chriſtus in ſecula benedictus. Amen.

SERMO I. IN EADEM DOminica. Quam multipliciter a malis boni diſcernantur.

FActum eſt vt moreretur mẽdicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ: mortuus eſt autẽ & diues, & ſepultus eſt in inferno. Lucę XVI. Proponitur nobis chariſſimi hic comparatio quædam duorum hominum non eque hic felicium, nec poſt hanc vitam pariter felicium, diuitis ſcilicet & pauperis, cuius vtraq; cõditio in Euangelio deſcribitur. Introducitur em̃ diues quidam fulgẽs purpura & auro, ſplendide epulans & precioſo amictu honoratus, comitiua ſtipatus famuloꝝ alacer, & ſanus: & ediuerſo egenus, mendicus, ęgrotus, hulceroſus, famẽ patiens, & omniũ interim auxilio deſtitutus. Ponite hæc duo ſpectacula ob oculos veſtros. Interrogo vos vtrũ horum duoꝝ ęſtimatis feliciorẽ? Qui timet deum non dubito quin mox Lazari (ſic em̃ hic pauper vocatur) conditionem & ſtatum probabit. Sed ego iudicium, quod ſecundum rationem quidem dicitur, ſeu datur poſt auditam ſententiam non requiro, ſed audire cupio electionem & optionem veſtram, cuius vitã hic & ſtatũ dum vterque viueret, ſi electio vobis & arbitrio veſtro concederetur, eligeretis? Quis dubitat, quin cum diuite malletis hic eſſe felices, quàm cũ Lazaro pauperes? Audiſtis iam ex Euangelio quid vtriq; acciderit, et propterea fortaſſe inter ſpem metumq; fluctuaret electio. Sed ego interrogo, ac ſi vtriuſq; neſciretis finem, ſed vtriuſq; pręſentem intueremini tantum conditionẽ, vt hodie multoꝝ, quoꝝ neſcitis finem contemplamini: cuius, inquam, optaretis amplectereminive conditionẽ? Quis dubitat dicturos vos oẽs, diuitis: in cuius ſtatu æque ſalutem vobis promitteretis, quõ indubitato, dum viueret, ſibi ipſe promiſit.

Quis

Quis enim diuitem illum cernens, oĩbus
quæ mundus miratur plenũ, gaudentẽ ac
glorioſum non honoraret, nõ genu ei fle-
cteret, nõ gaudij illius particeps fieri cupe
ret, nihilominus ſperans, vt dixi, cũ omni
bus his futurã felicitatẽ? Neq; eñ de eo le
gitur ꝙ aliena rapuerit, ſed tantum quod
conceſſis ſibi bonis immoderate fuerit v-
ſus, (cuiuſmodi hodie homines prædican
tur liberales et honeſti) & quod egeno au
xilium nullum impendens eleemoſynam
fecerit, contra quod quoq; noſtri tempo-
ris diuites gloſſam & excuſationem non
ignorarent. Erat itaq; diuiti illi palatium
amplum, erat familia multa, erat diuitiaꝝ
copia, erat honor. Ab omnibus eñ agno-
ſcebatur, ab omnibus honorabatur, nomi
nabatur, magnificabatur. Quis ediuerſo
hulceroſi, miſeri, calamitoſi, egeni, mendi
ciq; hominis ęrumnas aut optaret aut eli-
geret? Imo quis non omni eas qua poſſet
virtute fugeret? Sed audite filij chariſſimi,
q̃ cæcum eſt noſtrũ iudicium, q̃ vana præ
ſumptio. Audite quid Euangelium dicat:
Factũ eſt vt moreretur mendicus, &c. quę
Lucæ 6 ſequuntur. Eligite modo ſi vultis ſtatum
Ibidem diuitis. Dicite nunc: Quid ex diuitijs ve-
ſtris expectatis? Quomodo non tremitis
o diuites, qui habetis conſolationem ve-
ſtram in hoc ſeculo? Quomodo non time
tis qui ridetis nunc, qui epulamini & gau-
detis, audientes hoc iuſtum Dei ſed abſcõ
ditum iudicium? Quid habetis quod vos
excuſet, quod illum excuſare non potue-
rit, ſperantes vt nõ ſimile vobis iudicium
eueniat, quandoquidem in culpa (ſi vere
hãc noſceretis) parum eſtis diſſimiles? Ad
uertite autem quãtum diſcreuit Deus in-
ter diuitem & pauperem. Primo, eos diſ-
creuit in nomine. Siquidem apud illũ pau
per non habet, diues nomine caret. Pau-
perem enim noſcit ex nomine, diuitẽ nõ
Matt. 23 cognoſcit ex nomine. Quia & diuites hic
Eccli 41 nomina ſua magnificant ac nominari vo
Mat. 25 lunt in terris, Dei nomen interim obliui-
ſcentes: ideo Deus etiam nomina eorum
delet de libro vitæ. Non ergo diuitem no
uit, quomodo fatuas virgines non nouit,
quibus dum ad clauſam regni cœleſtis ia-
Mat. 7 nuam pulſarent, dictum eſt: Neſcio vos.
Quomodoque his qui in Chriſti nomine
prophetaſſe & multa ſigna feciſſe ſe iacta-
bant reſponſum eſt: Neſcio vnde ſitis. Diſ
cedite à me operarij iniquitatis. Hoc itaq;
diuitis nomen (quia vitam eius nõ proba
uit Deus) non oſtendit ſe ſcire. De impijs
eñ dicitur in Pſalmo: Nõ ero memor no- Pſalm. 5
minũ eoꝝ per labia mea. Mẽdici vero no-
men expreſſit, quod ſcriptum tenebat in li Lucæ 10
bro vitę: Gaudete, inquit, & exultate, quia
nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Diſ-
creuit igitur in nomine eos, dicẽs: Homo
quidam erat diues. Et erat mendicus qui-
dam nomine Lazarus. Secundo, diſcreuit
eos in donis. Diuiti enim tẽporalia bona,
(vt filijs hominum ſolet) dedit, quibus ſi
vellet vti poſſet, & eleemoſynam abſcõde-
ret in ſinu pauperis, vt pro ſe oraret. Ipſe Eccli 19
Dei abuſus eſt donis in ſuperbiam. Porro
pauperi ea Deus dona, quæ ſuis chariori-
bus hic ſolet dare amicis, dedit, inopiã, in
firmitatem, hulcera, impotentiam, mendi
citatem, famem ac deſolationem. Hæ fue-
runt diuitiæ & gemmæ pauperis. His no
bilis factus eſt & generoſus, his confor-
mem ſeſe exhibuit regi ſuo. Tertio, diſcre Iohan. 10
uit eos in vitæ egreſſu. Nam paſtor bonus
cognouit ouem ſuam, quandoquidem in
vita quoq; ab oue agnitus eſt, & eius vox
audita, iccirco ſepulchrum fecit ei glorio-
ſum. Nã fecit eum portari ab angelis in ſi Iſaiæ 11
num Abrahæ. Mortuum quoq; diuitẽ pa
ſtor illius diabolus ſeu ſuũ parochianum
agnouit, ſiquidẽ ſepeliuit eum in infernũ.
Quarto, diſcreuit eos poſt mortẽ. Siquidẽ
Lazarus ſedit, quomodo per Iſaiam pro- Iſaiæ 32
miſſum fuit, in pulchritudine pacis, in re-
quie opulenta & in tabernaculis fiduciæ.
Diues ſedit in cruciatu gehennæ ardenti-
buſq; flammis. Quinto, diſcreuit eos in ex
pectatione. Siquidem Lazarum poſt Chri
ſti paſſionem ex limbo infelicitatem tran
ſtulit æternam, vbi nullus ei dolor aut ge Pſal. 15. 16
mitus, cuius omnia deſideria exaudiũtur
& ſatiantur, vbi nihil ad faſtidium illi ad-
eſt, nihil abeſt ad deſiderium & felicitatẽ,
pręſtolaturo geminam gloriam, vt corpo
re reſumpto per reſurrectionem in vtro-
que gaudeat beatus. At vero diues hic cõ-
tinuis indeficientibuſq; punitur incẽdijs,
& corporis quoq; poſt iudicium expectat
cremationem flebilem. Qui in inferno po
ſitus ad Abraham clamans, rogando mul
ta petiuit, ſed ex omnibus (vt Euãgelium
teſtatur) ne vnum quidem impetrauit. Vt
igitur dixi, quis eſt qui non paueat, quis
hæc legens non tremat iudicia Dei? Eum
namq; quem omnis homo beatum ac feli-
cem hic ꝑdicabat, cui nemo nõ optabat ſo
re ſimilis, recipit infernus. Is vero q̃ hic cõ-
tem-

Iacobi 5 tẽptus & hulceroſus fuit, ab angelis por-
tatur in ſinum Abrahæ. Agite nunc diui-
tes, plorate & vlulate in miſerijs veſtris q̃
aduenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefa-
ctæ ſunt, & veſtimenta veſtra à tineis co-
medentur. Aurum veſtrum & argentum
veſtrum æruginauit, & ærugo eorum in
teſtimoniũ vobis erit, & manducabit car-
nes veſtras, ſicut ignis. Theſaurizaſtis vo-
Gene.15 bis irã in nouiſſimis diebus. Sed dicit quis:
Nunquid non Abraham quoq; diues fu-
it? In eius tamen ſinu Lazarus hic requie-
uit. Quare ergo diuitibus tantum peri-
Iohan.8 culi eſt? Dico vobis filij quod Chriſtus di
xit Iudæis: Si Abrahæ eſtis filij, opera Abra
hæ facite. Si per Abrahæ aliorumve ſan-
Gene.18 ctorum diuitias vos excuſari vultis, ope-
ra Abrahæ faciatis. Abraham hoſpitalis
fuit egenis tribuens. Iob quoque diuitia-
rum ſuarum peregrinos & pauperes fecit
participes, vt ipſe de ſe confitetur, dicens:
Iob 31 Oſtium meum viatori patuit, foris nõ mã
ſit peregrinus, &c. Hoc modo vos ſancto
rum opera facite. Non ametis diuitias, no
lite velle eſſe aut fieri diuites. Si Deus has
vobis dederit, vtamini illis ſobrie ad Dei
gloriam, non ad contumeliam: vtamini il
1.Tim.6 lis ad pauperum ſuſtentationẽ, & ad pios
vſus, vt ſitis iuxta Pauli admonitionem
diuites in operibus bonis, proni bene age
re, facile tribuere & communicare. Nam
Pſalm.61 quomodo diuitiæ non obſint, docet nos
Iob 1 Pſalmus, dicẽs: Diuitiæ ſi affluãt nolite cor
apponere. Ideo cum Iob nec gaudeatis ad
diuitiarum acceſſum, nec ſi etiam vos rur
Gregori. ſus deſeruerint, triſtemini. Nemo eñ cum
dolore amittit, niſi quod nõ amat. Quod
enim quis cum dolore amittit, conuinci-
tur diligere. Itaque ſciendum contingere
vt quadrupliciter pecces circa diuitias:
Primo peccas ſi diuitias modo illicito co-
aceruas, aut ſic iniuſte coaceruatas poſſi-
des. Teneris enim ad reſtitutionem quic-
quid aut fraude aut violentia, aut vſura,
aut per potentiã, aut per ſupplãtationem
proximi obtines. Huiuſmodi nãq; opor-
tet reſtitui, ſi ſaluari cupis. Et quid pro-
deſſe tibi poſſunt ea quibus occidis & per
dis animam tuam? Vos potentes, diuites
& præfecti, qui pauperes premitis, ſicut
1.Reg.21 ſi quis vuas torquet in torculari, recorde-
mini quõ rex Iſrael Ahab à Nabaioth pe-
tiuit vineam illius, daturus pecuniam pro
ea. Quam cum ab eo impetrare (nolebat
enim hæreditatem ſuam vendere Naba-
ioth) non poſſet, Iezabel vxor regis Naba
ioth interfici iubet, zelãs pro viro ſuo, ne
deſiderio ſuo fruſtratus animo affligeret,
ſed vineam obtineret. Indignatus ſup hoc
dominus prophetam ad regem miſit, qui
illi nunciaret qua plaga ipſum, vxorem at
que omnem eius poſteritatem propterea
eſſet deleturus. Animaduertite igitur vos
præfecti et iudices, quoꝝ eſt defendere pu
pillos & viduas, aduenas, pauperes & pere
grinos, quomodo Deus reſpicit, & iudi-
cat. An ignoratis quibus ſimilationibus,
aſtu & dolis hæreditates à veris hæredi-
bus tollitis, vt vobis vendicetis? An Deus
non videbit, aut non iudicabit? Et vos ne
gotiatores, an fraudes, figmẽta, periuria,
impoſturas, mẽdacia veſtra ignorat deus?
An putatis, quæ hoc modo, aut ꝑ vſuras,
aut illicito quouis alio quæſtu acquiritis,
veſtra ſint? Videbitis quæ modo non cre-
ditis in fine vitæ veſtræ, quantum illi & il
li debeatis, quibus ea quæ iniuſte vſurpa-
ſtis, non reſtituiſtis. Et quid tunc hæc vo-
bis proderit vltima agnitio, quam nulla
poteſt ſequi emendatio? Rogo igitur vos 1.Petri 1
per mortẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti, quam
ſuſtinuit pro vobis, vt modo, hoc eſt, ho-
die, quicquid apud vos eſt, quod non eſſe
veſtrum debito ordine, aut certum, aut ſu
ſpectum, aut dubium eſt, illud vobis facia-
tis alienum, & quibus pertinet reſtituatis.
In hoc genere iniquus fuit diſpenſator vil
licus diuitis, qui bona dñi ſui diſſipauit, & Lucæ 16
donauit incommodum ſuum quibus vo-
luit, propterea laudatus, non ex hoc quod 1.Cor.3
inique fecit, ſed ſibi iuxta humanam pru-
dentiam, quæ ſtultitia damnabilis eſt a-
pud Deum, callide ac temporaliter proui
dit. Hoc modo non conſulo vt tempora
liter, ſed vt æternæ veſtræ ſaluti prouidea
tis, & ſitis ſecundum Deum ſapientes, re-
ſtituatiſq; quicquid veſtrum non eſt, quic
quid iuſte non habetis, & quicquid à re-
gno Dei vos poſſet excludere. Satius eſt
vobis pauperes intrare in regnum cœloꝝ
quàm diuites mitti in gehennam. Secun-
do peccatur, diuitias aut bona tẽporalia
auare retinendo. In horum ſunt numero
qui ſemper colligũt, quibus tam deeſt q̃d
habent, quã quod non habent. Cuiuſmo Lucæ 12
di diues quidã in Euangelio legitur, qui
multa congregauerat bona, adeo vt hor-
rea dilatãda ampliandaq; decerneret, ſibi-
ipſi dicens: Aĩa habes multa bona in mul
tos annos repoſita, &c. Hoc modo diues

d illc

ille hodiernus deliquit,adeo durus, adeo
tenax & inclemens,vt non poſſet pauperi
ſua vel ſuperflua cõmunicare. Tertio pec
catur, temporalia in illicitos ſuperfluoſq;
Lucæ 15 vſus exponendo. In hoc genere delinquẽ
tium eſt recẽſendus,qui portionem ſuam
hæreditariam à patre acceptam diſſipauit,
atq; cum meretricibus cõſumpſit. In hoc
quoq; delicto epulo ille hodie notatus in
nocens non fuit. Cõuiuabatur enim ſplen
dide. Siquidem de illo ſcriptum non eſt,ꝙ
reprehẽſus fuerit, quod bono tantum v-
ſus fuerit cibo,ſed quod quotidie epulaba
tur ſplendide,vt intelligas ibi abundanti-
am,luxum & oſtentationem. Quarto pec
catur,tẽporalia bona ſeu diuitias nimis a-
mando. De hoc genere diuitũ erat qui ad
Chriſtum veniens interrogabat, quid vt
Matt. 19 ſaluus fieret eſſet facturus. Qui cum Dei
mandata iuſſus eſſet ſeruare, & ille ſe oĩa
ſeruaſſe iactaret,adiectũ eſt à dño: Vnũ ti-
bi deeſt. Si vis perfectus eſſe,vade & vende
omnia quæ poſſides,& da pauperibus, &
habebis theſaurum in cœlo. At ille triſtis
abceſſit. Quare triſtis abceſſit? Quia,vt ſe-
quitur,habebat poſſeſſiones multas, à qui
bus ægre patiebatur ſe auelli. Amabat eñ
eas: quare triſtitia illi erat ab his diuidi.
Dominus noſter Ieſus Chriſtus nobis mi-
ſericordiam ſuam largiatur, vt ſic tranſea
mus per bona temporalia, vt non amitta
mus æterna. Qui cum patre & ſpiritu ſan-
cto vnus Deus viuit & regnat in ſecula be
nedictus. Amen.

SERMO II. IN EADEM dominica. Quod in Dei ſemper timore ſit uiuendum, atq; hoc mundo parce utendum.

MOrtuus eſt aũt et diues, & ſe
pultus eſt in infernum. Luc.
XVI. Nõ in ſugg illationem
cuiuſpiam hic quicq̃ dictu-
rus ſum,ſed ad omnium ex-
hortationem: quandoquidem huius do-
minicæ Euangeliũ hæc habet verba. Sciẽ-
dum igitur quãuis diuitias habere neque
virtutis neq; vitij ſit, facit tamẽ corruptio
noſtra,tametſi opes iuſte acquiſitæ ſint,vt
his aut vix, aut difficillime vti poſſint qui
habent eas abſq; delicto. Aut enim tenaci
tas ſe admiſcet,vt vbi ad pietatem, ſiue in
Dei cultũ,ſeu in animaꝶ commodũ libera
liter deberent erogari, tenacius retinean-
tur,aut vbi ambitio & oſtẽtatio nobis im
perant, tam inutiliter q̃ abſq; ratiõe ꝓfun
dãtur,aut certe voluptas ex diuitijs ſuper
biaque,non neceſſitas nutritur atq; foue-
tur. Itaq; varia ſunt diuitiaꝶ pericula,e q-
bus occaſiones innumeræ generantur de-
linquendi. Vna res eſt tantum,qua diuitię
ſaluti conferunt animaꝶ,nempe vt contẽ
nantur. Si has didiceris contemnere, atq;
propter Chriſtũ non amare,tunc non no
cebunt diuitiæ. Primo igitur ſi abſq; peri
culo vis eſſe diuitiaꝶ, diſce eaſdẽ nõ ama-
re, diſce in illis non gaudere, diſce ex illis
conſolationem nõ recipere. Gratias age
Deo tuo,qui à mendicitate te ſeruãs,abſq;
grandi tuo labore te paſcit. Cum videris
egenum,ex animo illi compatere,& te illi
tanq̃ ciui regni cœlorum humiliãs, cogi-
ta propterea illi tẽporalia nõ eſſe data bo-
na,ꝙ recepturus ſit à Deo æterna. Tibi ve
ro metue,ne ꝓpterea fortaſſe tu tẽporalia
receperis à Deo bona, q̊d dicẽdum tibi ſit Lucæ 16
in nouiſſimo: Fili recepiſti bona in vita
tua, ſiſq; de numero illoꝶ q hic receperũt Matt. 6
mercedẽ ſuã. Propter diuitias non optes
honoratior haberi,nec ſinas vt quaſi famu
lus ſacerdos te ſequatur,aut ad mẽſam ti-
bi ſeruiat. Affabilis eſto ad oẽs hoĩes qua-
ſi illis ſimilis: maxime aũt pauperibus te ex
hibe cõmunem, nec aliqd in te appareat,
vnde alijs pręferaris quaſi glorioſior. Eſto
diuitiaꝶ tuarum dñs, non ſeruus,vt abſq;
retractione cordis eas queas (vbi expedie
rit,aut vbi religio,Dei ve timor poſtulaue
rit) elargiri. Teipſum vero diſpenſatorem
temporaliũ bonorum, non poſſeſſorẽ ar-
bitrare: ideo nulla ſit tibi triſtitia, nulla læ
titia,ſiue minuantur pecuniæ,ſiue augean Pſalm. 61
tur. Itaq; noli gaudere propter affluentiã
temporalium rerum,in Deo tantum & in
eius benigniſſima miſericordia tibi gau-
diũ ſit,qui tibi indigno tanta dedit, & te
miniſtrum ſuũ conſtituit ſuper bona ſua,
in pauperes,peregrinos infirmos egenoſ-
que diſtribuenda. Propter adminiſtratio-
nem vero temporalium bonoꝶ tu quoq;
vnus electorum ſis,mercedem pauperum
(quandoquidem recipis ex diuitijs cũctis
neceſſaria tantum) cum pauperibus acce-
pturus. Noli quoq; triſtari,ſi tollantur ti-
bi temporalia bona, ſed recole ea tua nõ
eſſe,nec amanda,ſed cum Iob dicito: Dñs Iob 1
dedit,dominus aufert,ſicut dño placet ita
factum eſt. Sit nomen domini benedictũ.
Noli nimium ſolicitus eſſe pro tuis proli-
bus,

bus. Si timuerint ipſi deū, ſufficiet eis qcqd
eis iuſtorū bonorū reliqueris. Qui em̄ te
paſcit, paſcet quoq; & filios tuos. Si vero
impios reliqueris filios, tūc digni nō ſunt
vt aureū habeāt nummū. Abſit igit̃ à te,
vt propter ꝓles aliquid aut facias, aut in-
termittas, quod à dn̄o in te fuerit arguen-
dum. Charior ſit tibi anima tua, quā pro-
les tua. Ante omnia igitur miſerere primū
animæ tuæ, placens Deo filijs tuis ſi fuerit
Thob. 4 in poteſtate tua tantum relinque, vt non
egeant. Pauperibus & egenis, ſi tibi mul-
tum fuerit abundanter tribue: ſi parum, et
hoc libenter in Dei amorem, & propter
Dei amorem impende. In vſu temporaliū
bonoꝝ vt ad gloriam Dei neceſſarijs vta-
ris, ſuperflua, curioſa, oſtentatiua & volu-
ptuoſa deuita. Potius cogita quàm mul-
tos inde alere poſſis egenos ex his quæ ſu
perflue alij inutiliterq; conſumūt. Poſtre-
mo, vt Deum timeas, atque præ oculis ha
beas, ſemper verſetur in corde tuo quod
diuiti dictum eſt damnato ſemper, quan-
Lucæ. 6 do ad voluptatem, luxum, gloriamve ſiue
ciborum ſiue veſtium incitaris, hæc vox
ſonet in corde tuo: Fili recordare quia re-
cepiſti bona in vita tua, propterea nūc cru
ciaris. Reſpōde igitur tibi ipſi: Abſit à me,
vt bona mea hic recipiam. Ego ex omni-
bus bonis & donis Dei aliud non quærā
quàm neceſſitatem & gloriam Dei. Scio
non me hic poſſe habere felicitatem, & fu
Ezech. 16 turam expectare. Quod vt melius poſſis,
audi quid Ezechiel ex pſona dicat domi-
ni de Sodomitis, qui cœleſti fuerunt igne
conſumpti: Hæc fuit iniquitas Sodomę, ſu
perbia, ſaturitas panis & abundātia & o-
Lucæ 6 tium: & manum egeno et pauperi nō por
rigebant. Similia leguntur quoque de di-
uite epulone, byſſo purpuraque veſtito &
quotidie conuiuāte. Certiſſima autem di-
uinæ iuſtitiæ regula eſt, vt ſicut nullū bo-
num irremuneratum, ita nullū malum re-
manet impunitum. Deinde, ꝙ nemo tam
inuenitur bonus, qui non aliquid habeat
quo delinquat: nemo tā iuſtus, qui non a-
liquādo peccet. Sic nemo tam eſt prauus,
qui non interdum æqui boniq; nonnihil
agat. Cęteꝝ, ſicut bonis delicta exigua bo
nitatē nō adimunt oēm, ita prauos modi-
ca bona nō efficiunt iuſtos. Qui ergo boni
ſunt, pro leuioribus peccatis hic tempora
liter affliguntur. Quā afflictionem quo ę-
qori animo mortales ferant, eo citius pur
gantur, & regnum conſequuntur beatū.
Qui vero reprobi ſunt, paucorū (quæ hic
geſſerunt) bonoꝝ retributionē hic quoq;
accipiunt temporalem: & pro peccatis ma
gnis, quæ hic expiari nequeunt ſine chari
tate, pœnas dabunt poſtea ſempiternas.
Hic iam eligat quiſq;, vtꝝ velit aut tempo
raliter hic lugere ac pati incōmoda, & tan
dem ab his non modo liberari, veꝝ perpe
tuis etiam bonis frui, aut bonis delectabi
libus huius vitæ affluere, fręnoq; nullo o-
bedire ac diſciplinæ cohiberi, & tandem
carcere perpetuo inferni obſtringi: Huius
enim rei cauſa dn̄s Ieſus hiſtoriā hanc re-
cenſet, duorum vitam diſſimilem, exitum
quoq; & præmium diſpar vtriuſq; deſcri
bens. Non eſt vt aut ore, aut ita viuens o-
pere dicas: Ad patriam cœleſtem tendere
volo, nec tamen tēporalia hæc gaudia nō
amare. Contradicit namq; tibi Chriſtus: Lucæ 16
Nemo, inquiēs, poteſt duobus dn̄is ſerui-
re. Aut em̄ vnū odio habebit, & alteꝝ dili
get, aut vnū ſuſtinebit & alteꝝ contēnet.
Quem vnum certe ſi obtinere volueritis,
neceſſe eſt vt hæc mundi gaudia non ame
tis. Quod nobis largiatur Ieſus Chriſtus
in æternum benedictus. Amen.

DOMINICA II. POST SO- lennitatem S. Trinitatis, epiſtola I. Iohan. III.

NOlite mirari fratres ſi odit uos mūdus. Nos ſcimus, quoniam translati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Et ſcitis quoniam omnis homicida non habet uitam æternam in ſe manentē. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniā ille animam ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit ſubſtantiam huius mūdi, & uiderit fratrem ſuum neceſſe habere, et

clauſerit uiſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus uerbo neq; lingua, ſed opere & ueritate.

PARAPHRASIS IN EANdem epiſtolam.

IN hac epiſtola, quæ dominica hac legenda nobis pręſcribitur, præmonitio fit nobis, ne exterreamur aduerſitatibus perſecutionibus ac mundi odijs, quibus Dei ſeruos mundus premit neceſſaria recordantes illius apoſtolicæ ſententiæ: Omnes qui pie volunt viuere in Chriſto perſecutionem patientur: eiuſq; quam hic Iohãnes dicit: Chariſſimi nolite mirari ſi odit vos mundus. Cũ em̃ vos quicquid eſt mundi contemnatis, illi diligant qui filij ſunt ſeculi, & amici magnifaciantq;, neceſſe eſt vt diſſentiatis. Diſſentiones autem et diſcordias ſequũtur odia & perſecutiões. Proinde apoſtolis ſaluator ad paſſionẽ iturus, prædixit: Si mũdus vos odit, ſcitote quia me priorẽ vobis odio habuit. Nam ſi de mundo eſſetis, mũdus quod ſuũ eſt, diligeret. Quia vero de mundo nõ eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mũdus. Sequitur: Nos ſcimus quia tranſlati ſumus de morte culpæ ad vitam gratiæ, quia diligimus fratres. Chriſto nobis hoc ſignum conſtituente, quãdo dicebat: In hoc cognoſcent omnes quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad inuicẽ. Itaq; in hoc, inquit Iohannes, certum ſignũ habemus in nobis, quod tranſlati de morte ſumus ad vitam, quandoquidẽ diligimus fratres ſpirituali amore in Deo. Hoc ſecurius q̃ nos dicere potuerunt apoſtoli, qui ſe in gratia Dei cõfirmatos p ſpiritus ſancti plenitudinem receptã nouerunt. Nos aũt pie quidẽ ſperare poſſumus, nemo tamen certo ſcire poteſt, an amore odioue dignus ſit: niſi ꝙ ſignũ habemus ex charitate fraterna ad ſortem nos pertinere electoꝝ. Cæteꝝ e diuerſo, qui non diligit Deũ ac proximum per charitatẽ, manet in morte, hoc eſt, ſub damnatione, niſi conuerterit ſe, perpetua. Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Qui nõ diligit, dixit, manet in morte. Cum vero nõ diligere ſit minus adhuc q̃ odiſſe, quomodo odiens non maneat, ſi non diligens manet in morte? Igitur qui odit fratrem ſuum, nõ ſolũ manet in morte, ſed etiã homicida eſt. Primo, propriam ſuam animam necans. Deinde, etiam infirmiorẽ proximum ad odium rancoremve puocans. Si ille quoq; in anima moriatur, ipſe ſuo illũ odio necauit. Et ſcitis qm̃ omnis homicida non habet vitã in ſe manentem. Eſt em̃ obnoxius æternę dãnationi, vtpote in culpa cõſtitutus mortali. In hoc cognouimus charitatẽ Dei erga nos, quoniam ille animã ſuã pro nobis poſuit, quũ non deeſſet ſapientiæ eius alium inuenire modum, quo nos redimeremur, niſi ſummam illã oſtendere voluiſſet charitatem, qua maiorem nemo habet, vt animam ſuam poneret pro amicis ſuis: imo etiã pro inimicis ſuis poſuit illã. Et nos debemus pro fratribus animas, id eſt, vitam corporalem noſtram, ponere. Vita nãq; noſtra corporalis, ſeu corpus noſtꝝ, vt res viliores debent à nobis æſtimari, quàm anima proximi noſtri. Ita vt vitam noſtram corpuſque noſtrum demus potius in mortẽ, quàm proximum noſtrum, etiam inimicum noſtrũ ſinamus mortale peccare delictum, vbi id monẽdo cauere poſſumus. Qui habuerit huius mundi bona temporalia, videritque fratrẽ ſuum neceſſitatem ex penuria euidenter pati, & clauſerit ei viſcera pietatis, nihil illi tribuẽs neq; ſubueniẽs, quomodo charitas Dei manet in eo? Minime manet in illo. Quippe qui nõ habet charitatẽ, vtpote durus & auarus atq; immiſericors. Filioli non diligamus verborum blanditijs, nec promiſſionibus tãtum linguæ, ſed opere præſtemus charitatem ac veritate. Opera noſtra atq; adeo res ipſa quantum diligamus vel inimicos noſtros charitatem in nobis manifeſtet.

2.Timo.3 · Iohan.15 · Iohan.13 · Ecclẽs.9 · Iohan.15 · Lucæ 16

EXEGESIS EVANGElij dominicæ ſecundæ poſt S. Trinitatem, Lucæ XIIII.

DOMINICA ſuperiori proxima deſcriptus nobis eſt ſtatus duorum hominum, neq; hic in vita neq; poſt mortem ęque ſe habẽtium. Alter enim horum hic vixit

vixit felix, poſt mortẽ miſer: alter hic miſer fuit, poſt mortem felix, quo diſceremus mundum contemnere, nõ fidere terrenis, nec abuti conceſſis rebus. Amatores enim ſuos hoc modo beat mũdus, vt perpetuo eos faciat infelices. Hodie vero proponitur nobis, quã miſericorditer ſumus vocati tam ad gratię quàm ad cœleſtis gloriæ cœnam, quæ etiam ſint quæ auocent nos, vndeve impedimur ne veniamus. Itaque dicit Euangelium.

Homo quidã fecit cœnã magnam.

Antequã hæc diceret verba Chriſtus, monuerat quomodo eſſent cõuiuia ſeruãda. Vocandos enim ait cõuiuas pauperes, & qui non habent vnde retribuant, ſed retribuatur nobis in reſurrectione iuſtorũ. Ad hæc quodam dicente: Beatus eſt qui

Lucæ 14 manducabit panem in regno Dei, Dixit Ieſus: Homo quidam fecit cœnã magnam. Quis iſte ſit homo, dubium non eſt quin ſit dominus Ieſus Chriſtus, verus Deus et verus homo in vna perſona. Vocatur aũt homo, dum clemẽtia & humana eius benignitas in parabolis eſt deſcribenda: dicitur etiam quidam homo, quod ſingularitatem ſignificat. Eſt enim Chriſtus revera homo ſingularis & ab alijs diſcretus. Lucæ 1

Eſt enim ſolus ex omnibus de ſpiritu ſancto conceptus, hominis, hoc eſt, Mariæ virginis & non viri filius. Eſt etiam ab omni peccato alienus: nec homo tantum, ſed etiam Deus. Hic fecit cœnam magnam. Duplicem cœnam Chriſtus ſuis exhibet electis. Prima cœna eſt gratiæ, quã Deus facit homini reuertenti à peccato. Huius habemus parabolam Euãgelicam de eo, qui patrimonium ſuum acceptũ peregre profectus cõſumpſit inutiliter & in peccatis. Quo reuertente pater occidit vitulũ ſaginatum, & conuiuiũ fecit ad gratulandum reuertenti ad ſe filio. Vitulus ſaginatus & occiſus Chriſtus dñs noſter eſt, omnium gratiarũ plenus, hic ſuæ paſſionis nos reficit gratia. Per hanc enim redemptiõis noſtrę efficimur participes & incorporamur Chriſto, vt eius ſimus mẽbra Dei filij et hęredes. Ex illo eñ ſpiritualis gratia in oĩa membra diffunditur, quæ viuificat nos, impinguat, recreat & confortat. Eamobrem Chriſtus clamat: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego vos reficiam. Itemque: Ego ſto ad oſtium, & pulſo. Si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo. Eius cœnare eſt ſuæ gratię nos participes facere. Itaq; cœna gratiæ cibos habet ſuos. Quæris qui cibi ſint? Cognoſcere ſeipſum, deteſtari propria peccata, odiſſe propria vitia, amare virtutes, inquirere & diligere beneplacitum Dei. Vocatur autẽ cœna ideo, quia eſt ante ingreſſum requiei, ante dormitionem mortis neceſſaria animæ refectio. Dicitur quoq; cœna magna, qa maximus & oĩpotens eſt q cœnam exhibet. Eſt etiã magna propter cibi nobilitatem. Caro mea, inquit, vere eſt cibus. Dicitur præterea magna, qa magna charitate nobis eſt parata. Maiorem namque dilectionem habet nemo, quam vt animã ſuam ponat qs pro amicis ſuis.

(Marginalia, left: Lucæ 15; Rom. 8; Matt. 11; Apoc. 3. Right: Iohan. 6; Iohan. 15)

Eſt alia cœna gloriæ cœleſtis, de qua ſcriptum eſt: Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt. Apo. 19 Vis huius cœnæ audire præparationem? Apoſtolus ait: Oculus Iſaiæ 64 non vidit, nec auris audiuit, nec in cor ho 1. Cor. 2 minis aſcendit, quæ præparauit dominus diligentibus ſe. Dicitur etiam beatitudo cœleſtis cœna, quia poſt laborem ſicut recipitur cœna, ita refectio gloriæ poſt omnia certamina, conſummatiſque laboribus & miſerijs huius vitæ percipitur. Deinde ſicut poſt cœnam inſtat requies nec reditur ad laborem, ita percepta beatitudine cœleſti, non reditur ad huius vitæ certamina ac laborem. Amodo enim dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis. Apo. 14 Eſt præterea cœna magna nõ propter domus conuiuij amplitudinem, de qua ſcriptum eſt: O Iſrael quàm magna eſt domus Dei, Baruc. 3 & ingens locus poſſeſſionis eius. Secundo magna dicitur propter conuiuarum multitudinem. Multi enim, Chriſto teſte, venient ab oriente & occidente, & recũbent Matt. 8 cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno cœlorum. In Apocalypſi quoq;: Vidi, inqt Apoc. 7 Iohannes turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat. Tertio, propter miniſtrantium nobilitatem dicitur magna: figuratur enim in conuiuio Ahaſſueri regis, Eſther 1 qui ſingulis menſis miniſtros præpoſuit de principibus ſuis, hoc eſt, de angelis ſuis. Hi enim omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus. Heb. 1. Quarto, dicitur magna propter ferculorum abundantiã, dignitatem & precioſitatem. Dominus eñ Deus ipſe precioſiſſimus eſt cibus huius conuiuij. Hæc eſt, inquit, vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ie- Iohan. 17

Pſalm.30 ſum Chriſtum. Quàm magna multitudo
dulcedinis tuæ dñe, quã abſcondiſti timẽ
tibus te? magna eſt timentibus te, quanta
eſt regnantibus tecum? Revera vt iterum
Pſal. 83 Pſalmiſta dicit: Melior eſt dies vna in atri
is tuis ſup milia. Et ſanctus Auguſtinus:
Auguſt. Tanta eſt, inquit, iucunditas vitæ æternæ,
vt ſi etiam non liceret in ea manere niſi v-
nius diei mora, propter hoc innumerabi-
les anni deliciarum huius vitæ contemne
rentur. Quinto, eſt magna cœna, quia o-
mnium deſiderio℞ plena eſt ſatietas abſ-
que faſtidio. Interim enim ſemper nobis
deficit aliquid, nec plena vnquã eſt nobis
Pſalm. 16. aut requies aut felicitas. Sed tunc, ait Pſal-
miſta, ſatiabor, cũ apparuerit gloria tua.

Et uocauit multos.

Vocatio Dei multiplex eſt qua nos inui
tat ad cœnam. Primo, vocat nos voce, di-
Mat. 11 cẽs: Venite ad me omnes qui laboratis &
onerati eſtis, & ego vos reficiam. Et ite℞:
Matt. 3 Pœnitẽtiam agite, appropinquabit enim
vobis regnum cœlorum. Eſt autem vox
non ſolum quæ auditur cum ſono, ſed eſt
etiã vox quædã inſpiratiõis, qua nos Chri
ſtus vocat pene continue. De qua Pſalmi
Pſalm. 84 ſta: Audiã qd loquatur in me dñs Deus.
Pſal. 94 Et ite℞: Hodie ſi vocẽ eius audieritis, noli
te obdurare corda veſtra. Semper eñ diui
na adeſt homini inſpiratio, inſtinctus bo
nus, atq; interna Dei allocutio ſancta, vbi
tamen eſt auditus, nec diuinæ vocis contẽ
ptus. Secundo, vocat per literas ſeu p nun-
ciũ. Literæ Chriſti noſtri dñi ſunt eius E-
uangelium & ſacra ſcriptura. Nuncij eius
Iohan. 20 ſunt ſancti pdicatores. Quibus in perſona
dixit apoſtolo℞: Sicut miſit me pater, et e-
go mitto vos ad prædicandũ. Et ideo di-
Lucæ 10 cit alibi quoq;: Qui vos audit, me audit, &
qui vos ſpernit, me ſpernit. Tertio, vocat
nos manu, nutu aut ſigno. Manu vocare,
eſt beneficijs inuitare. Bonitatẽ eñ ſuã no
bis ſæpenumero oſtendit in beneficijs prę
ſentibus, vt futura eo ſecurius cœleſtia ſpe
remus. Nutu vocare, eſt quando aliena vi
demus aut proſpera, aut triſtia, vnde diſci
mus Deum iratũ aut placatũ, ſignificatur
que nobis in euentu alieno, quid noſtræ
conueniat ſaluti. Nam ſi hominem in pec
catis viuentẽ ſubito inueneris aut inopi-
nate mortuũ, quid tibi hic loquitur euen
tus triſtis, niſi vt vitam tuã corrigas, à pec
cato contineas, nulloq; tempore in pecca-
to inueniaris perſeuerare mortali, ne tibi
ſimilia deteriorave cõtingãt? Quapropter
Chriſtus cũ ſibi nunciatum fuiſſet quorũ- Lucæ 13
dam Galilæo℞ ſanguinem mixtũ eſſe à Pi
lato cum ſacrificijs eo℞, dixit: Putatis ꝙ hi
Galilæi præ omnibus peccatores fuerint,
quia talia paſſi ſunt? Nõ dico vobis, ſed ni
ſi pœnitentiã habueritis omnes ſimiliter
peribitis, ſicut illi decem et octo, ſup quos Ibidem
cecidit turris in Siloe, & occidit eos. Puta
tis quia ipſi debitores fuerint pter omnes
homines habitantes in Ieruſalem? Non di
co vobis, ſed niſi pœnitentiam habueritis,
ſimiliter omnes peribitis. Signo denique
vocat, id eſt, tribulatione. Scimus namque
propterea à Deo tribulationẽ nobis mit-
ti, qua redeamus ad ipſum, ſicut ſcriptum Pſal. 82
eſt: Imple facies eorum ignominia, & quę
rent nomen tuum domine. Iccirco dũ tri
bulationem aut infirmitatem ſentimus,
intelligam⁹ oportet nos à dño moneri at-
que reuocari. Faciamus igitur quod facie-
bat Pſalmiſta: Tribulationem, inquiẽs, & Pſalm. 114
dolorem inueni, & nomen domini inuo-
caui. Eſt enim calamitas (vt dixi) quæuis
ſignum, quo terret nos dominus vt filios,
quos ne pereant, cupit reuocari. Minatur
enim nobis, terret nos, qa præſeruari nos
vult à periculo peccatorum, quõ mater
filium arcet à flumine, à caſu, à ſectiõe, hoc
eſt, à cultro ſeu gladio. Hoc modo nobis
multifariam loquitur Deus, & vocat nos
etiam per creaturas.

Et miſit ſeruum ſuum hora cœnæ dicere inuitatis ut uenirent, quia parata ſunt omnia.

Seruus hic miſſus chorus eſt apoſtolo-
rum, prędicantiumq; ordo. Qui omnibus
clamans nunciat: Pœnitemini & credite Mar. 1
Euangelio. Itemq;: Pœnitẽtiam agite. Et:
Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in 1. Iohan. 2
mundo ſunt. Tranſit enim mundus &
concupiſcentia eius. Itemque: Præterit 1. Cor. 7
figura huius mundi. De reliquo qui vxo- Ibidem
res habent, ſint quaſi non habẽtes, & qui
gaudent, quaſi non gaudentes. Hæ voces
quid ſunt, niſi ſerui domini, id eſt, cuiuſcũ
que boni prædicatoris vox & clamor, vo-
cantis ad cœleſtem cœnã? Hora cœnæ eſt
vltima ætas mundi. Nos enim, Paulo te- 1. Cor. 10
ſte, ſumus in quos fines ſeculorũ deuene-
runt. Et in fine mundi cœna hæc, quando
duplicem ſtolam tunc omnes accipiẽt ele-
cti, exhibebitur. Poteſt nihilominus appli Prou. 31
cari, q̃d de hora cœnæ dicitur ad hoĩs ętatem

tem,vt hora cœnę dicatur,quando homo iam ſeneſcit. Tunc enim ſæpenumero electos ſuos qui à rectitudinis via hallucinati ſunt vt reſipiſcant reuocat;inducens eis recordationem ſuæ iuſtitiæ & timorem,finis vitæ celerem expectationem , mundi gaudiorum fallaciam & vanitatem,& pręſentis vitę miſerias & infelicitatem.Quod vero parata om̃ia dicit,intelligi debet per Chriſtum,puta peccatorum remiſſio, chirographi peccati deletio,noſtri reconciliatio,regni cœlorum apertio, donorum ſpiritus ſancti cõmunicatio , & quicqd aliud eſt,quod in ſalutem hominis fuerit neceſſarium,in Chriſti nobis morte paratũ eſt.

Luc.1.3.14 Colo.2 Colo.1 Matth.25 Lucæ 13

Et cœperunt ſimul omnes excuſare.

Excuſatio hæc non de verbis intelligitur,ſed de operibus.Omnes enim ſua amabant impedimenta ſalutis.Quæ tametſi ſibi quoq; viderentur impedimenta,his tamen carere aut abſtinere noluerũt,ſed excuſabant ſe quaſi impeditos,qui venire nequirent.Hæc autem excuſatio vocãte prædicatore aut diuina inſpiratiõe, quaſi nuncio aut ſeruo,nihil aliud eſt , q̃ diuino inſtinctui,aut humanæ exhortationi nõ acquieſcere & non conſentire . Et licet omnes hocipſum peccatores faciant , tamen tres tantum,perinde ac tria peccãtium genera,aut tres peccandi ſtatus qui ſe excuſarunt hic recenſentur.

Primus dixit: Villam emi,& neceſſe habeo exire,et uidere illam. Rogo te habe me excuſatum.

Per villam dominationem aliquam accipimus atque occupationem terrenam. Quamobrem ſignificari hic intelligimus ſuperbos & ambitioſos, quorum eſt ſe excuſare.Hi enim ſuperbiæ & ambitioni ſeruientes , cito recipiunt impedimenta, per quæ diuinę inſpirationi non acquieſcant. Sunt aũt de huiuſmodi hominibus multi, qui pro tutela honoris ſui(vt ipſi loquuntur)magis aũt pro gloria,pro excellentia, & pro ſuperbia ſua zelantes,impedimenta animarũ admittunt grauia, Dei quoq; præcepta negligunt,ne ſuas amittant diuitias & dominationes,neve æſtimatio eorũ in modico lædatur aut minuatur. Et hæc impedimẽta priuatus eis amor perſuadet quaſi licita & neceſſaria,per quę volunt & ſibi perſuadent etiam ſe eſſe excuſatos. Rogare em̃ ſe haberi excuſatum, eſt aliquam in mediũ ferre aut prætẽdere cauſam, quare ad ſuam ſalutẽ ſeſe non diſponit.Omni em̃ ſuperbo nihil adeſt familiarius,q̃ ſemper ſe excuſare.Obſerua verba ſingula, & quomodo ſuperbiæ vitium in ſingulis indicetur,inuenies.Superbia em̃ facit ex cõſuetudine quaſi neceſſitatem . Qui em̃ vanam gloriam diligit,quicqd loquitur,pro ſui excuſatione aut defenſione eum loqui, quaſi vrgens neceſſitas impellit . Ideo dicit:Neceſſe habeo. Quia vero à ſe digredi, & ſui fieri immemor probatur ſuperbus, dicitur etiam exire , ſcilicet à ſe, putans ſe aliquid eſſe,cũ nihil ſit . Cũ præterea alijs placere,alijs præferri cupit, tunc illum oportet videre,id eſt,ſtudium excogitandarũ viarũ,qbus id obtinere poſſit aſſumere. Galat. 6

Alter dixit: Iuga boum emi quinque, & neceſſe habeo probare illa. Rogo te,habe me excuſatum.

Iuga boum quinq; ſignificant quinque ſenſus,qui iuga propterea dicuntur, quia ſenſus oẽs geminati ſunt, vt viſus in duobus oculis,auditus in duabus auribus, guſtus in lingua & palato,olfactus in duabꝰ naribus , tactus in duabus manibus, licet alioqui per totum corpus diffundatur tactus & geminari poſſit,quoad tactum externum & internum.Iuxta hunc igitur intellectum curioſitas ſenſuum poteſt intelligi,qua interior homo ad exteriora ſe effundit,ſuorum interiorũ prorſus neſcius, alienorum inueſtigator curioſus . Poteſt nihilominus hic intelligi auaritia. Per iuga enim quinq; boum , quinq; vult paria boum ſignificari , quæ empta voluit probare,cuius occupatione retentus cœpit ſe excuſare,ne ad cœnam inuitatus vitę veniret , aut potius auaritiam ſuam,cum ſcriptum ſit: Nõ declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſatiões in peccatis.Diſplicet em̃ hoc vt per Ieremiã ſignificatur,grauiter Deo,illo per prophetã dicente:Ecce ego iudicio contẽdam tecum, eo quod dixeris:Non peccaui. Pſam. 140 Iere. 2

Et alius dixit: Vxorem duxi , & ideo non poſſum uenire.

Quãuis vxorem duxiſſe illicitum nõ ſit, tñ cum coniugij ſit abuſus frequentior,vbi copula cõiugalis non ad prolem ſuſcitandam,ſed ad voluptatẽ admittitur,non mirũ eſt vt per rem iuſtam(cõiugium em̃

Gregori. æque ſeruatum nõ excludit à regno Dei) ſignificetur res iniuſta, puta carnis voluptas, ſeu luxuria. Videte aũt quam egregie ad Euangelium alludit ſententia quoque Iohannis in epiſtola ſua. Euangelium enĩ eos volens nominare, qui præcipue mundi ſpeciem tenent, nil aliud, quã quod Iohãnes dicere videtur:
1. Iohan. 2 Omne ꝙ eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut cõcupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Obſerua quoque, quod is qui vxorem ſe dicit duxiſſe, non rogat excuſari. Voluptas enĩ carnis adeo eſt importuna, adeo eos quos capit ſemel, abſorbet, vt honeſtatis & verecundiæ immemores non ſolum non excuſent, verum etiam vltro confiteantur quaſi neceſſitatem, deſperando dicentes: Non poſſum continenter viuere. Quod quid aliud eſt, quam non poſſum ad cœleſtem cœnam venire?

Et reuerſus ſeruus, nunciauit hæc dño ſuo. Tunc iratus paterfamilias, dixit ſeruo ſuo: Exi cito in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, cæcos, & claudos introduc huc.

Serui huius denunciatio, eſt prædicatorum ſanctorum gemitus in oratione corã Deo plangentium, quod verbum Dei à ſe prædicatum non inueniat locum vbi requieſcat, aut vbi faciat fructum. Iccirco paterfamilias iratus, non paſſione iræ feruentis, nec affectione vindictæ, ſed voluntate & zelo tranquillo iuſtitiæ, malum punire volentis. Quia vero prior inuitatio ſeu legatio ſerui præcipue fuit ad principes ſynagogæ, ſcribas, & phariſæos atq; ſeniores, qui, vt dictum eſt, excuſarunt ſe iterũ: nunc ſeruus mittitur ad ſimplices & illiteratos, hoc eſt, ad plebem Iudæorum, iubeturque cito exire, & introducere ad cœnã cæcos, id eſt, indoctos & inſcios, pauperes, id eſt, donis ſpiritualibus deſtitutos & mundo deſpectos, debiles item ad bene operandum, & claudos, id eſt, inſtabiles. Sicut enĩ
Gregori. Gregorius dicit: Sæpe infirmi & in hoc mundo deſpecti tãto celerius Dei vocem audiunt, quanto in hoc mundo non habent vnde delectẽtur. Erat autem propter ea cito eundum, quia pro ſaluandis animabus nõ debet interuenire mora aut negligentia.

Et ait ſeruus: Domine factum eſt ut imperaſti, & adhuc locus eſt.

Quaſi diceret: Quos vocari iuſſiſti, & qui ex plebe Iudæorum ſunt conuertendi iam ſunt ad fidem introducti. Intrauit enĩ frequentia Iudæorum ad dominicam cœnam: ſed locus ꝯs eſt, quo adhuc recipiatur etiam numeroſitas gentium. Ita enim factum eſt. Nam Paulo & Barnaba ad ſynagogas Iudæorum intrantibus, & Dei illis verbum annunciantibus, cum reſiſterent Iudæi his quæ dicebantur à Paulo, dixit Paulus: Vobis, ſcilicet Iudæis oportebat Acto. 13 primum prædicari verbum Dei, ſed quoniam repuliſtis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad Gentes vobis repudiatis, vt ad cœnam æternæ vitæ eas vocemus.

Et ait dominus ſeruo: Exi in uicos & ſepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea.

Mittitur hic chorus prædicatorum ad populum gentilium, populum ſine lege, rudem & inciuilem: ideo ad ſepes & vicos ire iubetur, & eos compellere, hoc eſt, rationabili perſuaſione inducere, vt intrare ad cœnam dominicam conſentiant. Compellere debent prædicatores populum ad ſalutaria, quomodo Apoſtolus ad quendam horum ait: Prædica verbum, inſta opportune, importune, argue, increpa, obſecra in omni patientia. 2. Tim. 4 Compelluntur aũt, non quia nolentes intrãt, ſed quia eorum mutatur voluntas, Deo ad hoc media debita ordinãte, vt velint iam quod ante noluerunt. Per infirmitates enim & aduerſitates illos plærunque inducit, vt ſalutaribus monitis aſſentiant.

Dico autem uobis, quod nemo uirorum iſtorum qui uocati ſunt, guſtabit cœnam meam.

Per ingratitudinem indigni cœnæ cœleſtis facti ſunt, quotquot vocati venire noluerunt. Quamobrem poſtea cum libenter etiam intrare voluerint, nõ poterunt. Obſeruemus igitur filij chariſſimi vocationẽ noſtram, & in omnibus quæ nobis accidunt, aduertamus quare nobis hæc miſerit Deus: quæ ſit item voluntas eius beneplacens & perfecta, vt hanc non negligamus, Rom. 12 præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

SER-

SERMO IN EADEM Dominica. In quā multiplici ſint genere, qui a domino uocantur.

HOmo quidam fecit cœnam
magnā, & vocauit multos,
Luc.xiiij. Hæc eſt illa cœna,
quā ſuo nobis ſanguine præ
parauit dñs & redẽptor no
Iohan.19 ſter Ieſus Chriſtus, in cruce pro nobis mo
riens. Ibi enim pro nobis occiſus eſt vitu-
lus ſaginatus in conuiuium nobis paratus
in ſpiritualem cœnam præſentis vitæ, qua
introduceremur in cœnā cœleſtem. Hanc
Lucæ 22 ad paſſionem iturus diſcipulis quoq; ſuis
promiſerat, dicens: Vos eſtis qui perman-
ſiſtis mecum in tẽtationibus meis. Et ego
Iohā.14 diſpono vobis regnum, vt edatis & biba-
tis ſuper menſam meam. Et iterum: Vado
Lucæ 12 parare vobis locum, &c. De hac cœna quo
que loquitur, vbi dicit: Beati ſunt ſerui illi
quos cum venerit dñs, inuenerit eos vigi-
lantes. Amen dico vobis, quod præcinget
ſe, & faciet eos diſcumbere, & trāſiens mi-
Apoc.14 niſtrabit illis. Vt igitur breuiter dicam fi-
lij, cœna hæc vita eſt æterna, qua om̄es ele
cti epulantur requieſcuntque à laboribus
ſuis, pleni gaudio, quiete, ac felicitate per-
Auguſtin. petua. Hæc autem cœna, hoc cœleſte con-
uiuium, vt Auguſtinus ait, duobus inſtau
ratur ferculis, in abſtinentia ſcilicet omnis
Bernardus mali, & in affluentia omnis boni. Quæ fer
cula iuxta Bernardi ſententiā, tam magna
ſunt vt menſurari non poſſint, tam lõga
vt non poſſint terminari, tā multa vt non
valeant numerari, tam precioſa vt nõ poſ
Auguſtin. ſint æſtimari. Id enim quod promittit De-
us, vt verbis vtar Auguſtin. fide non capi-
tur, ſpe nõ attingitur, charitate non com-
prehenditur, deſideria & vota tranſcẽdit,
acquiri poteſt, æſtimari non poteſt. Illud
em̄ eſt ſolū, verum, & ſummū bonum, q̃d
nõ de creatura, ſed de creatore cõcipitur.
Quod cum acceperis nemo tollet à te, cui
comparata oīs aliunde iucūditas mœror
eſt, omne decoꝝ fœdum eſt, omne poſtre
1.Petri.3 mo quod delectare poteſt moleſtum eſt.
Ad hanc cœnam vocauit generaliter oẽs,
qui neminem vult perire: ſingulariter aut
Apoc.19 multos, eos ſcilicet, quibus ſingularia do-
na, ſingulariaq; contulit beneficia atq; au-
xilia ad ſalutem. Beati igitur qui ad cœnā
hanc nuptiarum agni vocati ſunt, beatio-
res qui perueniunt, miſerrimi plane qui ve
nire renuunt. Sunt enim qui excuſare ſe in
Euangelio narrãtur, quoꝝ excuſatio nul
la eſt alia, niſi ꝙ temporalia præferunt cœ
leſtibus. Debet itaq; Chriſtianus om̄is vo
cationem ſuā intelligere, debet quæcunq;
ſibi eueniunt de manu Dei ſuſcipere, Deo 1.Petri.5
ꝙ ad ſalutem ſibi hæc miſerit credere, ſub
ipſius potenti ſe humiliare manu, atq; iu-
xta vocationem ſuam dñm ſequi. Certiſſi
mum igitur fili tibi hoc ſit, ſi Deo cupias
ſeruire, ſi eius mandata & beneplacita face
re, te ſecure fideliterq; de eius manu accipe
re quicquid tibi miſerit ille, q̃cquid ſuper
te venire permiſerit, quicq̃d dederit, quic-
quid ſubtraxeritve, ſiue conſoletur, ſiue af-
fligat, ſiue te attrahere, ſiue ꝓijcere videa-
tur: tu modo illi confide, & quod tibi eue
nerit de manu illius accipe. Vide præterea
& expende, q̃d tibi boni ex hoc poſſis pro
curare. Quicquid em̄ tibi à dño mittitur,
in ſalutẽ tuā mittitur. Tu modo eo ſic vte
re, vt ſaluti tibi ſit q̃d tibi miſſum eſt. Nec
tuum eſt diſcutere per quem tibi dominꝰ
mittat aut afflictionem, aut conſolationẽ,
ſed mittentis tu inſpice auctoritatem & ꝓ
uidentiam, attende charitatem, & diſce q̃d
ex illo quod euenit tibi ſit lucrandū. Hoc
em̄ modo efficies vt tentationes quoq; &
pericula omnia te vocent atq; trahant ad
Deum, quæ alioqui à Deo videbantur re-
trahere. Obſerua tamen ꝙ ad hāc cœnam
intrare te oportet cū veſte nuptiali. Quæ Matth.22
veſtis ſit nuptialis, nemini puto non eſſe
notum, nempe charitatem. Sine hac em̄ ne
martyrium quidem prodeſſe poteſt ad ſa-
lutem. Hæc eſt aūt, inquit in epiſtola Iohā 1.Iohan.5
nes, charitas Dei, vt mādata eius cuſtodia-
mus. Qui aūt ſeruat mādata eius, vt idem 1.Iohan.3
dicit, in illo manet, & ipſe in eo. Chriſtus
quoq;: Si diligitis, inquit, me, mādata mea Iohan.14
ſeruate. Deum em̄ nõ diligere cõuincitur,
quiſq; eius nõ ſeruat mandata. Nõ igitur 1.Iohan.3
diligamus lingua tm̄, ſed ope & veritate.
Qui em̄ fatetur ſe diligere Deū, nec man- 1.Iohan.2
data eius obſeruat, mendax eſt. Eamobrẽ
cum diues quidam Chriſtum interrogaſ-
ſet, quid ſibi foret faciẽdum, vt vitā poſſit
ingredi æternā, hoc eſt, vt cœnæ illius ſem
piternæ fieret particeps, quid audiuit? Pro
fecto hoc tantum: Si vis ad vitam ingredi,
ſerua mandata Dei. Scimus, niſi Chriſti Matth.19
redemptione, nobis non patere ianuam
regni cœleſtis. Scimus quoq; Dei manda-
ta nobis eſſe tradita, non vt eadẽ duntaxat
ſcia-

ſciamus,ſed vt faciamus etiam.Neq; enim
Roma.2 auditores legis,ſed factores legis iuſtifica-
buntur apud Deum. Et niſi Dei obedia-
mus mãdatis,extra ſtatum nos conſtitui-
Iohan.5 mus ſalutis.Itaq; Chriſti ſanguinis redem
ptione nobis parata, cum nihil reſtet no-
bis aliud neceſſarium quo ſaluemur, hoc
eſt,quo à morte tranſeamus ad vitam,niſi
vt ſeruemus mandata Dei(quæ ſeruantes
non peccabimus aliquando)cur circa alia
inania & infructuoſa tam multa occupa-
mur? Quare non omnem nauamus ope-
ram,quare omni vigilantia non ſumus ſo
liciti quo Dei perficiamus præcepta?Man
data enim Dei ſeruare, ſanitas animæ eſt.
Mandata Dei ſeruare,ad dies feliciſſimos
Pſalm.33 perducit. Quis enim veſtrum eſt filij, qui
non diligat dies bonos & vitam longam?
Adhuc ſemel interrogo:Quis veſtrum eſt
qui non diligat dies beatos(beatos dies di
co,vbi nulla eſt triſtitia,nullus timor,nul
la offenſio,vbi pax,gaudium & ſecuritas)
& vitam non dico longam, ſed ſempiter-
nam? Neminem profecto ſcio, qui hanc
non velit,qui non optet, aut qui pro hac
non precetur:quandoquidem omnium la
borum noſtrorum eſt finis vita beata. E-
numera iam hominum negociatorum,
militum,ſcholaſticorũ labores & incom
moda. Quos ſi interrogauero, quare hæc
faciant:reſpondent ſe hæc pati, vt dies ali-
quãdo bonos & vitam obtineãt quietam.
Attendite filij, ſi labores hic magni aſſu-
muntur propter quietem aliquando per-
fruendam,non diu duraturã, quanti ſunt
labores tolerandi propter dies bonos &
quietam vitam,imo propter felicem & be
atam nunquam finiendam?Referuntur au
tem in Euangelio in triplici genere homi
Lucæ 14 nes ad cœnam vocati. Quidam enim vo-
Matth. 22 cati ſunt,ſed non venerunt.Quidam voca
Lucæ 14 ti veniunt. Tertij compelluntur vt intrẽt.
Primi qui vocantur & non veniunt, ſunt
hi,qui in triplici quoq; ordine hic enume
rantur,quemadmodum in epiſtola ſua Io
hannes eos inſinuat,in tribus peccatis vni
1.Iohan.2 uerſa vitia comprehendens cum dicit: O-
mne quod eſt in mundo, aut eſt concupi-
ſcentia carnis, aut eſt concupiſcentia ocu-
lorum, aut ſuperbia vitæ. Sic Chriſtus
tres hic narrat vocatos, qui noluerunt ve
nire,ſuperbum ſcilicet & curioſum ſeu a-
uarum,& luxurioſum. Ad hæc enim tria
genera peccatorum alia quæcunque redu
cuntur. Neque enim hi ſoli non veniunt
ad cœnam domini, ſed veniunt etiam alij
peccatores in peccatis perſeuerantes.Non
enim mentitur Apoſtolus,vbi Corinthi- 1.Cor.6
is ſcribens,dicit: Nolite errare. Neque e-
nim fornicarij,neque idolis ſeruientes,ne
que adulteri,neque molles,neque maſcu-
lorum concubitores, neque fures, neque
auari,neque ebrioſi (eſt ne hoc etiam pec-
catum hodie filij eſſe ebrioſum?) neq; ma
ledici,neq; raptores regnum Dei poſſide- Galat.5
bunt.Ad Galatas quoq; ſcribens: Manife
ſta,inquit,ſunt opera carnis, quæ ſunt for
nicatio, immundicia, impudicitia, luxu-
ria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimici-
tiæ,contentiones,æmulationes, iræ, rixæ,
diſſentiones,ſectæ,inuidiæ, homicidia, e-
brietates, comeſſationes, & his ſimilia,
quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoni-
am qui talia agunt regnum Dei non con-
ſequentur. Itaq; hi omnes licet vocati,nõ
tamen intrant ſi ita inuenti fuerint, ad cœ
leſtem cœnam,hoc eſt,ad æternam beati-
tudinem. Secundi qui vocantur & veni-
unt,ſunt pauperes,quo verum apparet q̊d 1.Cor.1
Apoſtolus dixit: Infirma mundi elegit
Deus,quo confundat fortia.Diuites enim
& potentes,docti ac ſapiẽtes mundi,cum
habeant vnde in hoc mundo florent,vt po
te cæteris præſtantiores,ſuperbiunt,& pa
rum de cœna futuræ vitæ cogitant, præ-
ſentibus contenti. Magis enim eos præ-
ſentis temporis opes, lætitiæ & honores
conſolãtur,quàm ſpes futurorum. Adeo
enim his quæ vident inhiant, vt ad futu-
ra,quæ à prædicatoribus ſanctis prædican
tur,vix aduertant.Pauperes vero quo ma
ioribus calamitatibus premuntur, eo hu-
miliores fiunt.Aeque igitur peccatores in
telligi poſſunt, & qui vocati veniunt, & Iſaiæ 5
qui venire cõtemnunt. Sed hi peccatores
ſunt ſuperbi,qui ſeipſos ignorant,elati &
magni in oculis ſuis, & ideo ſui vocatio-
nem contemnũt.Illi vero,quia ſeipſos pec
catores eſſe cognoſcũt, ſunt humiles & ve
niunt.Peccatores itaq; ſuperbi reſpuũtur,
humiles eliguntur. Hi autem qui vocati
veniunt,hic in quadruplici ponuntur dif Lucæ 14
ferentia.Siquidem nominantur hic paupe
res, cæci,debiles & claudi. Pauperes ſunt,
qui nihil à ſe præter peccata habere cogno
ſcũt,in oculis ſuis vacui virtutibus,inopes Matth. 16
gratiæ de ſuis viribus non præſumunt.Hi Marci 14
itaq; quia humiles ſunt,ad Dei cœnam i- Lucæ 22
donei introducuntur.Debiles ſunt qui ex
timore,vt Petrus,& fragilitate delinquũt.
Sunt

Sunt quidam voluntatis plærunq; bonæ, ſed non adeo fortes, quin turbine tentationum accedente vacillent, aut ſuccumbãt. Pſa.119.90 Hi quoq; ſuam agnoſcentes fragilitatem, dum ad dominum clamant, & in adiutorio habitant altiſſimi, mox reſurgunt & ad cœnam veniunt. Tertij ſunt cæci, qui 1.Tim.1 per ignorantiam peccant. Inter quos ſe Paulus conſtituit, dum Timotheo ſcribit ſe aliquando fuiſſe perſequutorem, blaſphemum, & contumelioſum. Sed ideo, inquit, miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate. Quarto loco nominantur claudi, id eſt, claudicantes. Vellent hi quidem ſaluari, ſed à delictis ſe continere non poſſunt, quia amor priuatus in eis nimius eſt, nec ſibi vim poſ Matth.11 ſunt inferre, quẽadmodum ſcriptum eſt: Regnum cœlorum vim patitur, & violen Auguſtin. ti rapiunt illud. Tertij ſunt qui compulſi Seneca. veniunt. Felix, inquit, Auguſtinus neceſſitas, quæ ad meliora compellit. Et Seneca: Infirmitati meæ gratias ago, quæ coegit me non poſſe, quæ non debeo velle. Hi itaque compelluntur intrare, quibus amaritudines aduerſitateſque dominus mittit, propter quas illis aut peccare nõ libet, aut ex illis, vt non etiam poſſint, impedimentum obſiſtat. Itaq; in hoc genere intelliguntur hi, qui peccare quidem volunt, ſed aduerſitatibus impediũtur. Vnde contingit ſæpenumero vt in ſe redeant, & ma Oſee 2 liciam ſuam arguant & corrigant. Proinde in Oſee peccatrix anima introducitur, fornicatura à Deo ſuo, dicẽs: Vadam poſt amatores meos, qui dãt mihi panes meos & aquas meas, & lanã meã, & linũ meũ, oleũ meũ, & potũ meũ. Cui dñs reſpõdens: Propter hæc, inqt, ſepiam vias tuas ſpinis, & ſepiam eam maceria, hoc eſt, ego circundabo te neceſſitatibus, & concludam anguſtijs & calamitatibus, vt ad iniquitatem Ibidem. tibi, tametſi velis malum agere, via non pateat. Propterea ſequitur: Et ſemitas ſuas non inueniet. Et ſequetur amatores ſuos, & apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet. Sed quid, inquis, prodeſt illi vias habere à Deo ſibi concluſas, nec ad amatores, cum quibus fornicaretur, poſſe venire, quamdiu prauitas in animo dominatur, nec malicia fuerit correcta voluntatis? Ad hoc, inquam, illi prodeſt, vt videns Ibidem. etiam in malis ſuis, qualem optat ſe non habere felicitatem, tandem reſipiſcat, tandem det illi vexatio intellectum, tandem ſentiat ſe à ſuis delectationibus derelictam, dum etiam viro ſuo, hoc eſt, ſponſo ſuo domino Deo eſt deſtituta, cuius amore deberet foueri, cuſtodia protegi & vigilantia gubernari. Hunc vero quia iam reliquit, etiam ſe ſentit derelictam, & iucunditate peccati carens (quam quæſierat) calamitatibus vero infeliciter preſſa, nuſquam, id eſt, neque à Deo neque à mundo inuenit conſolationem. A mundi enim conſolatione animam illam excludit miſeria & calamitas, à diuina peccatum ſeu inquinata conſcientia. Rediens igitur in ſeipſam, ſuam plangit infelicitatem, ſuam inſipientiam, ſuamq; ingratitudinem & maliciam. Porro de ſponſi bonitate confidens, redire ad illum decernit, dicens: Vadam & reuertar ad virum meum prio- Oſee 2 rem, quia bene mihi erat tunc, magis quã nunc. Videſne quomodo per hoc, quod viam eius DEVS ſpinis ſepiuit, per hoc quod ea, in quibus delectari ſolebat, amaritudinibus repleuit, quod poſt concupiſcentias ſuas eam abire non ſinit, quod e- Ecci 18 am delinquere volentem virga corripuit, Pſalm.31 quod in chamo & fræno maxillam eius conſtrinxit, illam ad ſui cognitionem, ad reſipiſcentiamq; reduxit? Vides iam quod abſq; vi illata, ſeruata animi libertate hæc anima immutata eſt, & quæ in via erat perditionis ac inferni, ad Deum redire compulſa eſt? Similem quoque parabolam ha- Lucæ 15 bemus euangelicam de filio prodigo, qui à patre ſuo patrimonio accepto, in regionem profectus longinquam, totum hoc quod accepit in meretriceos turpeſque ac ſuperfluos vſus profudit. Cum itaque conſumptis omnibus, iam non ſolum quod luxui, verum quod neceſſitati etiam opus eſſet non haberet, cuidam ciui adhæſit, ſeruiens illi in cuſtodiendis porcis. Vbi ingraueſcente fame ad tantam eſt inopiam tandem redactus, vt de ſiliquis porcorum ventrem cuperet reficere eſurientem, ſed nemo illi dabat. Fames igitur & calamitas quam patiebatur illum in ſe reduxit, vt videret inſipientiam ſuam, atq; ſuum cognoſceret errorẽ. Quocirca in ſe reuerſus dixit: Quam multi mercenarij abundãt in domo patris mei panibus, ego autem hic fame pereo. Surgam igitur & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui in cœlum & coram te. Iã non ſum dignus vocari filius tuus, ſed fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis. Vides qd illi ꝓfuerit fa-

mes

mes & calamitas? Nunquid enim ſcelerũ ſuorum, dum ſumptus adhuc ad peccandum patrimonium ſuppeditaret illũ pœnituit? Num ad patrem tunc ſibi redeundum ſtatuit? Minime. Cæterum vbi nihil ei non defuit, vbi miſeriam expertus eſt, vbi infelix hic eſſe cœpit, pœnitens ad patrem ſalubri conſilio ſtatuit redire. Occaſiões igitur dum diuina miſericordia nós conuertẽdi quærit, dum per multa occurrentia vel aduerſa vel iucunda ex nolentibus nos (ſalua noſtra libertate arbitrij) volentes facit, dicitur compellere nos intrare. Beati qui ſic compelluntur, vt velint. Luce 14
Huiuſmodi enim compulſio non violentia aut coactio eſt, ſed introductio & blanda felixque mutatio. Quam nobis dominus noſter Ieſus Chriſtus largiatur, qui eſt in ſecula benedictus, Amen.

DOMINICA III. POST DOMINICAM S. Trinitatis, Epiſtola I. Petri V.

HVmiliamini ſub potenti manu Dei, ut uos exaltet in tempore uiſitationis. Omnem ſolicitudinem ueſtram projicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de uobis. Sobrij eſtote & uigilate, quia aduerſarius ueſter diabolus tanq̃ leo rugiens circumit, quærens quem deuoret. Cui reſiſtite fortes in fide, ſcientes eandem paſſionem ei quæ in mundo eſt ueſtræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui uocauit nos in æternam ſuam gloriam, in Chriſto Ieſu modicum paſſos, ipſe perficiet, cõfirmabit ſolidabitq;. Ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

PARAPHRASIS IN EANDEM epiſtolam.

MVlta eruditione beatiſſimus Petrus hic nos inſtituit apoſtolus. Primo enim ad humilitatem, quæ baſis eſt vniuerſi ſpiritualis ædificij noſtri, hortatur, dicens: Humiliamini ſub potenti manu Dei. Quaſi dicat: Viles exiſtimate vos, & nihil eſſe coram Deo, agnoſcentes ingratitudinem veſtram, deſidiã atq; animi infirmitatem, ſub Dei omnipotentia, virtute ac iuſtitia. Cui vt ſubiecti ſitis neceſſe eſt. Cõſiſtit autem humilitas vera primo in obedientia, ne te contra dei erigas præceptum, ne cõtemnas illum aut negligas. Deinde in vera pœnitentia, vt de peccatis tuis nihil tibi blandiaris, te non excuſes, ſed vituperes ac iudices. Quantum eñ Deo diſplicet ſuperbia peccatoris, tantum pœnitentis humilitas atque verecundia ei placet. Tertio, conſiſtit humilitas in vera patientia, qua flagella pro peccatis tuis de manu domini ſuſcipias patienterq; feras.
Exod. 9. 12 14 Flagellatus fuit Pharao, & induruit: flagellatus eſt Nabuchodonoſor, & ingemuit. Dani. 4
Ille ad obſtinationem, hic ad pœnitẽtiam. Ille ad damnationem, hic ad ſalutem proficiens. Quarto, ſita eſt in reuerentia, qua bene ſentias, qua diligas, qua honorem denique tuis præpoſitis ac ſuperioribus exhibeas. Humiliamini igitur vltro ſub Deo, & pro illius honore ſub hominibus. Quod ſi feceritis, voſque ſubieceritis, & eius manum tuleritis patientiſſime, cum magno fructu id facietis. Itaque humiliamini, vt exaltet vos in tempore viſitationis, cum ſcilicet aduenerit ad iudicandos vos, aut in morte ſingulariter, aut generatim in fine mundi, vt vnicuique iuxta merita ſua retribuat. Proinde nunc humiles eſtote, vt tunc glorioſi inueniamini. Apoca. 22
Omnem ſolicitudinem veſtram projicientes in eum, non eam tantum quæ eſt pro temporalibus rebus, ſed omnem, puta pro quibuſvis neceſſitatibus veſtris. Sitque poſt hac vna vobis duntaxat cura, humiliari ſcilicet per depreſſionem ac mortificationem, per abnegationem, per pœnitentiam, per obedientiam, per patientiam per prælatorum veſtrorum reuerentiam. Sapien. 6
Quoniã Deo ipſi cura eſt de vobis. Eſt eñ humilium protector dominus, ſicut Pſalmus dicit: Cuſtodiens paruulos dominus, hũiliatus ſum & liberauit me. Huiuſmodi paruulus fuit Abrahã, cui dixit dñs: Noli Pſalm. 114

Gene.15 Noli timere Abraham, ego protector tu-
us ſum. Et certe quanta fuerit deo cura de
illo ſacra teſtatur ſcriptura. Siquidem in
Gene.12 Vr Chaldæorum, & dum peregrinaretur
Gene.14 vel in Aegypto, vel in Paleſtina, vel dum
præliaretur contra quatuor reges, & nu-
meratis vernaculis ſuis illos inſequens,
quam abduxerant prædam omnem de il-
lorum manu excutiens recuperaret, num
de Abraham cura deo nulla fuit? Itaq; ſe-
quitur: Sobrij eſtote. Sobrietas pulcherri-
ma eſt virtus, ſita non tantum in reſtricto
vſu corporalis alimẽti, ſed omnium rerũ
etiam quæ pertinent ad voluptatem vel
animi vel corporis. Nam ſobrietas non in
his tantum quibus carni, ſed in his etiam
quibus ſpiritui ſeruitur, puta in lectione,
ſcientia, meditatione & corporis afflictio-
ne eſt neceſſaria: vt nihil immodeſtum, ni
hil non temperatum, nihil non rationa-
bile ac diſcretum in nobis fiat. Eſtote igi-
tur ſobrij & vigilate per ſtudia, exercitia
operaq; bona, ne vſquam offenſioni diui-
næ, nec machinationi diabolicæ in vobis
detur locus, quia aduerſarius veſter diabo
lus, quem continue vobis quomodo ha-
betis inſidiãtem, ita ſemper ſuſpectum ha
bere atq; contra eundem in armis eſſe vos
decet. Hic tanquam leo rugiens circumit
implacabili odio vos perſequens, & occa-
ſiones, ſtudia veſtra, naturales cõditiones
& occupationes veſtras conſiderans, quæ-
rit quem deuoret, ſeu quem per mortale
peccatum, perq; amiſſionem gratiæ di-
uinæ ſibi incorporet. Cui fortes reſiſtite
in fide. Fortes decet ad reſiſtendum hoſti
nos exhibere. Itaq; fortitudo animi in pu
gna eſt neceſſaria, omniſq; procul abijci-
enda tam ignauia, quam puſillanimitas.
Reſiſtite autem in fide, credentes e cœlo
auxilium vobis affuturum. Quod in fide
quoq; imploretis à domino, nec in vobis
confidatis, ſed in dei adiutorio: quo vos
erigatis contra diabolum, cuius nulla eſt
Iaco.4 virtus, vbi illi fides reſtiterit. Reſiſtite igi-
tur diabolo, & fugiet à vobis. Nec vos mo
leſtiæ huius tædeat, ſcientes vos nõ ſolos
eſſe quibus bellum eſt cum diabolo, ſed
veſtræ fraternitati, hoc eſt, omnibus ele-
Iob.7 ctis qui in mundo ſunt paſſionem quoq;
Iudit.8 hanc euenire. Militia nanq; eſt vita homi
nis ſuper terram. Et omnes qui placuerũt
deo, per multas tribulationes tranſierunt
fideles. Deus autẽ omnis gratiæ benigniſ-
ſimus collator. Nihil enim nobis debetur
pro his, quæ nos ſoli hic abſq; dei gratia
geſſimus, quam pœnæ & ſupplicia. Quip-
pe qui à nobis ipſis nihil habemus aliud,
quam non eſſe, ab omni bono deficere, ad
vicia, ad noſtri deſtructionem, ad perditi-
onem quoq; procliues eſſe, & in peccata
non tam labi quam ruere. Reliqua quæcũ
que bona ſunt, à deo ſunt. Itaque deus o-
mnis gratiæ, qui vocauit nos in gloriam
ſuam, vt adoptiõis ſimus hic per gratiam
eius filij, atq; bonorum cœleſtium hære- Roma.8
des in Chriſto Ieſu, ſeu per Chriſtum Ie-
ſum, modicum quidem paſſos. Paſſio eſt
introductio in gloriam, quandoquidem Lucæ.24
de Chriſto ſcriptum eſt: Oportebat Chri
ſtum pati, & ſic intrare in gloriam ſuam. Matth. 10
De filijs quoque Zebedæi ſcriptum eſt,
quod petentibus per matrem conſeſſum
cum Chriſto in eius regno, reſponderit
Chriſtus: Poteſtis bibere calicem quem Mar.10
ego bibiturus ſum? Significans nimirum
paſſionem neceſſariam ingredi volẽtibus
in gloriam æternam. Dicit autem Petrus
hic modicum quidem paſſos. Quare mo- 2.Cor.4
dicum æſtimat? Quia præſentis vitæ omĩs
afflictio modica & momentanea eſt, com
parata immenſitati gaudij cœleſtis. Sequi
tur: Ipſe, hoc eſt, deus qui in vobis cœpit,
perficiet conſummabitq; gratiam ſuam
in vobis operantem, ipſe voluntatem ve-
ſtram bonam confirmabit perſeuerantia.
Ipſe denique hanc roborabit ne deficiatis
in tribulationibus. Ipſi gloria, quo om̃es
illum adorent, prædicent ac laudent. Ipſi
imperium, cui omnes ſeſe ſubijciant in
ſecula ſeculorum. Amen.

DOMINICA TERTIA post dominicã. S. Trinitatis. Lucæ. XV.

PRIMA DOMINICA S. Trinitat. ſuc-
cedente dominicæ
dominus nos ad ti-
morem compungi
voluit, ſaltem ſerui-
lem: hiſtoriam de
epulone narrans mi
ſeram, quo nos mundo non fideremus, Lucæ.16
temporaliaq; diſceremus contemnere, ca-
rere gaudijs illicitiſq; quibuſcunque vo-
luptatibus. Sequenti poſt illam dominica
allicit nos ad cœnæ cœleſtis deſiderium, Lucæ.14
memores nos eſſe volens vocationis no-
ſtræ, & parata omnia quæ ſunt nobis ad

ſalutem neceſſaria, modo voluntas bona
ſtudiumque veniendi accedat. In hac ter-
tia dominica nos peccatores inuitamur
ad acceſſum ipſius ſaluatoris per pœniten-
Lucæ. 15 tiam. Qua in re ne terreamur dei iuſtitia,
miſericordia nobis proponitur noſtri ſal-
uatoris, nunciaturq́; gaudium fieri in cœ-
lo ſuper peccatore pœnitentiam agente.
Tantum abeſt vt peccator pœnitens non
audiatur, aut non mereatur veniam. De
hoc eſt euangelium hodiernum.

Erant appropinquantes publica-ni & peccatores ad Ieſum, ut audi-rent illum.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus non ſe-
Matth. 15 mel verbo opereq́; cur in mundum vene-
Iſaiæ. 53 rit, monſtrauit. Nempe vt quæ perierant
Matth. 10 oues reſuſcitaret, quod aberraſſet reduce-
ret, quod infirmum ſanaret, & vt totum
dicam, vt peccatores ſibi reconciliaret. Di-
Pſalm. 15 gnatio miſericordiſſima hæc fuit, non ne-
ceſſitas. Nemine enim eget deus. Propter
peccatores igitur eum veniſſe in mundũ
certiſſimo conſtat. Propter peccatores in-
carnatus eſt, paſſus eſt, & mortuus eſt. Et
quid propter peccatores non fecit? Quid
propter peccatores non tolerauit? Verum
propter quos peccatores inquis? Quando
Eccle. 12 quidem ſcriptum eſt: Altiſſimus odio ha-
bet peccatores. Nunquid propter eos qui
ſuas defendunt ſordes, qui gloriantur in
peccatis ſuis, & qui in tranſgreſſionibus
Eccle. 15 præceptorum diuinorum perſeuerãt? Mi-
nime. Nemini enim mandauit deus, nemi-
ni conſentit (tametſi non ſemper impedi-
at) impie agere. Siquidem ſcriptum eſt: Al-
Sapien. 14 tiſſimo odio eſt impius & impietas eius.
2. Timo. 2 Cum his itaq; peccatoribus nullam habet
deus familiaritatem (nouit enim qui ſunt
eius) vtpote induratis & reprobis. Nouit
cum quibus peccatoribus conuerſaretur:
nempe his qui illum deſiderabant, & qui-
bus ſe poterat exhibere ſaluatorẽ. Quod
enim omnibus æque non ſe exhibet ſalua-
torem, ex ipſius impotentia non eſt, ſed
quia illum ſuis malicijs à ſe homines exclu-
dunt. Neminem enim ad bonum cogit,
ne virtus nõ ſit virtus, ſed violentia. Sunt
igitur alij peccatores qui odiunt peccata
ſua, qui ſe peccatores erubeſcunt, qui alios
iuſtos æſtimant omnes præter ſe. Oculos
ſuos in ſe retorquent, ſua peccata atten-
dunt, ſeipſos accuſant. De alienis peccatis
nihil ſe occupant, nec iudicant. De omni-
bus enim melius quam de ſeipſis ſentiunt
ideo ſe continue plangunt. Quamdiu ta-
men (quicquid fecerint) Chriſtus ad eos
non venerit, aut ipſi venerint ad CHRI-
STVM, tamdiu adhuc peccatores ma-
nent. Ad hos peccatores (quia ſunt humi-
les & ſibi cogniti) accedit CHRISTVS,
cum his manducat & bibit, non vt foue-
at palpetve & lactet in peccatis, ſed vt eos
à peccatis eripiat, & ſuper eorum gaude-
at pœnitentia, faciatque inde conuiuium
regno cœleſti & gaudium. Eamobrem
dominus tam exhibuit ſe affabilem, beni-
gnum, miſericordem, pium ac dulcem, vt
peccatores huiuſmodi humiles ſumptis
animis reſumptaq́; fiducia appropinqua-
rent ad ſe. Appropinquabant autem non
greſſu corporis tantum, ſed & mente. Nil
enim pedibus tantum acceſſiſſe profuiſ-
ſet ſi corde a longe & à CHRISTO alie-
ni ſtetiſſent. Ad hanc acceſſionem admo-
net nos Pſalmus, dicẽs: Accedite ad eum Pſal. 33
& illuminamini, & facies veſtræ non con-
fundentur. Certe non confundẽtur, quia
nemini deus peccata improperat, eadem Iaco. 4
corrigere volenti. Et Iacobus ait: Appro-
pinquate deo, & appropinquabit vobis. Matth. 9
Fecerunt hoc Matthæus, Zachæus, Ma- Lucæ. 19
ria Magdalena & reliqui innumeri, qui- Mar. 16
bus illud Pauli quadrabit dictum: Qui e-
ratis aliquando longe, nunc prope facti Ephe. 2
eſtis. Appropinquatio igit illa laudatur,
vbi vita & moribus ad CHRISTVM
acceditur, vbi totius vitæ agitur conuer-
ſio ad deum.

Et murmurabant ſcribæ & pha-riſæi, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.

Eccle. 9
Quamuis ſcriptum ſit, Viri iuſti ſint tibi Pſal. 100
commenſales, & in pſalmo legatur, Su-
perbo oculo & inſatiabili corde cum hoc
nõ edebam: quo phariſæi quoq; CHRI-
STVM rem facere illicitam putabant,
quod peccatoribus ſe præbuit amabilem,
& in conuerſatione communẽ, haudqua-
quam CHRISTO nocere potuit cum
peccatoribus edere & conuerſari. Proin-
de quemadmodum infirmiores homines
ſunt ab improborum conuerſatione de-
hortandi, ne ab eis diſcant quod defor-
me ſit imitari: ita laudandi ſunt perfecti,
qui ſe communes exhibent peccatoribus,
non quod negligentiæ abominationesq́;
eorum illis placeant, ſed vt ad correctio-
rem

rem eos vitam tam verbo quàm vitæ exemplo reducăt. Hoc modo quoq; CHRISTVM qui inquinari non potuit, quiq; ad hoc venerat, vt ex peccatoribus iuſtos ex infirmis faceret ſanos, decebat maxime, vt perinde ac medicus inter ægrotos, inter peccatores ſaluator, affabilis ac manſuetus viueret. Murmurabāt autem phariſæi aduerſus illum, qui compati debuerant peccatoribus, & ſuper his pœnitentibus (quod angeli quoque faciunt) gaudere. Sed revera compertiſſimum eſt, quod magnus ſentit Gregorius falſam iuſtitiam (cuiuſmodi phariſaica erat) habere indignationem, veram habere compaſſionem. Indignabantur falſi iuſti his, qui veri eſſe iuſti ſatagebant. Super iniquos enim, & verus & falſus iraſcitur iuſtus, diſſimili tamen animo & mente. Iuſtus enim verus iraſcitur ex zelo ac amore iuſtitiæ, falſus autē iuſtus liuore iraſcitur vindictæ. Spernit enim, cui iraſcitur, proximum ſuum. Iuſtus ſæpenumero durioribus increpat verbis delinquentem. Sed aduertendum eſt, licet auſterioribus verbis aggrediatur in corrigendo proximum, internam tamen illam ſeruare dulcedinem charitatis. Intellige fili patrem tibi peccanti iraſcentem. Ideo enim tibi iraſcitur, ideo te arguit, vt à peccatis retractum te faciat meliorem. Porro mali nō ſciunt corrigere, quia finem correctionis non quærunt, nec ex charitate arguunt, ſed vt dedecore ignominiaq; homines afficiant. Non igitur zelus rectus, ſed ſuperbia, arrogantia & liuor in phariſæis erat, qui peccatores deſpiciebant, ſe illis præferentes. Peccatorum nanque conſortia non ideo ne illorum fallerentur paulatimq; abducerentur erroribus fugiebāt, ſed quia eos vt ſe indignos deſpiciebant, atq; cum quibus ipſi iuſtiores non deberent conuerſari illos ſpernebant. Eamobrem CHRISTVM aſiosq; iuſtos inquinari ex conuerſatione familiari cum peccatoribus exiſtimabant. Huiuſmodi Simon ille erat, qui dominū recepit conuiuio, in quo mulier peccatrix ad dominum acceſſit ſuis lachrymis eius pedes lauans. Quod cernens Simon intra ſe cogitans dicebat: Si hic eſſet propheta, ſciret vtique quæ & qualis eſt mulier quæ tangit eum, quia peccatrix eſt. Putabat enim domino, vt ſe tangendum præberet peccatrici, non conuenire: haud dubium, ſi ad ſuos mulier pedes veniſſet, calcibus eam repulſurus. Phariſæi autem duas cauſas ſe habere putabant murmurandi, puta quod CHRISTVS peccatores reciperet, & cum illis manducaret. Grandis phariſæorum querimonia, quod iuxta Prophetam, dominus eſſet clemens & miſericors, patiens & multum miſericors, præſtabiliſq; ſuper malicia. Grande crimen ac phariſæorum cenſura dignum, quod dominus ad ſe redeuntes peccatores benigne ſuſcipere, reſuſcitans de puluere inopes virtute, & de ſtercore eleuans peccatorum pauperes, vt collocet eos cum principibus populi ſui cœleſtis. Hoc modo frater quoque ſenior cum domum ex agro rediret, audiretque ob fratris ſui reditum, qui luxu omne inhoneſte patrimonium ſuum conſumpſerat, patrem conuiuantem & omnem familiam gaudentem, inuidit, atque (qui ſimul propterea gaudere debuerat) intrare noluit. Hoc modo phariſæi quoque non probabant, ſed rem exiſtimabant indignam, quod cum peccatoribus manducaret CHRISTVS. Se vero cum quibus ederet haud dubium æſtimabant dignos. Verum, cum ſuperbiam eorumque liuorem non ignoraret CHRISTVS, audi tamen quā benigne cum his liuidis murmuratoribus agat. Neque enim eos dure obiurgat, ſed pie inſtruit per parabolam. Ideo ſequitur:

Gregori. — Luce. 7 — Ioel. 2 — Pſal. 112 — Lucæ. 15

Et ait ad illos parabolam iſtam, dicens: Quis ex uobis homo, qui habet centum oues, & ſi perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deſerto, & uadit ad illam quæ perierat, donec inueniat illam?

In hac parabola nihil vult dicere aliud, quam iniuſte illos murmurare ſuper hoc, quod animas ipſe diabolica fraude amiſſas atque abductas quæreret reducendas: quandoquidem qui centum habet oues, vnam ſi perdiderit requirit, reducereq; ſatagit in locum & ordinem vnde recidit. Quod quare non ſimiliter eſt faciendum in animabus, ſi id fit de ouibus? Homo itaque ille deus eſt, qui habet centum oues, id eſt, vniuerſitatem creaturarum, angelorum & hominum. Per nonaginta autem

nouem indicat choros angelorum, quibus ſi adhuc vna addatur, id eſt, natura humana, fiunt cẽtum. Sunt itaq; angeli oues per innocentiam, obedientiam & dilectionem. Eſt quoque natura humana ouis ſed quæ in primo homine ſeducta aberrauit ac periit, vt Pſalmiſta habet: Erraui ſicut ouis quæ periit. Et Iſaias ait: Omnes quaſi oues nos errauimus. Hãc ouem perditam, nonaginta nouem aliis in deſerto, hoc eſt, in cœlo, (vbi paſcua ſunt æternæ viriditatis) relictis dei filius quæſiuit. Hoc enim ipſe fatetur, dicens: Miſſus ſum ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Quomodo autem quæſiuit? Carnem aſſumendo humanam, prædicando, miracula faciendo, patiendo, vitæ exempla monſtrando, & nos ſua morte redimendo. Quapropter in Ezechiele dicit: Ecce ego ipſe per me viſitabo oues meas, ſicut paſtor viſitat gregem ſuum in die, quando fuerit in medio ouium ſuarum diſſipatarum. Chariſſimi filii attendite quantam in nos miſericordiam erogauit deus, quod qui angelis peccantibus non pepercit, nobis nõ ſolum pepercit, ſed pro nobis etiam delicta noſtra ſoluit.

Pſalm. 118 · Iſaiæ. 53 · Matth. 15 · Ezech. 34 · 1. Petri. 1

Et cum inuenerit, imponit in humeros ſuos gaudens.

Inuenit ouem perditam deus, cum humanam naturam aſſumpſit, quam tunc in humeros ſuos impoſuit, cum peccata noſtra pertulit ſuper lignum. Pro nobis enim omnibus ipſe paſſus eſt, pro nobis vulneratus eſt, & eius liuore ſanati ſumus. Nam & pater de eo dicit: Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Humeri ergo CHRISTI cornua ſunt crucis, quibus nos vnde excideramus ad patriam, hoc eſt, ad ouile cœleſte reportauit. Hoc Iſaias præuidens, dixit: In brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit. Oues diſperſas per varias peccatorum concupiſcentias CHRISTVS congregauit, vt ipſemet dicit: Ieruſalem Ieruſalem quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum congregat gallina pullos ſuos ſub alis, & noluiſti. Hæc enim congregatio nihil aliud eſt, quam iuſtificatio peccatoris. In ſinu ſuo agnos portare dicit, cum ad ſe conuerſos in pace & tranquillitate fouet conſcientiæ. Tunc enim tranquilla tua poteſt eſſe conſcientia, cum peccata tua damnas præterita & futura execraris. Fœtas ipſas quoque portat. Fœtæ dicunt animæ illæ, quæ ex noua conuerſione diuina gratia impregnantur, vt multitudinem operum pariant bonorum. Quas portat dum in ſuo eas ſeruitio diuina conſolatione confortat, vt non ſentiant laborem.

1 Pet. 2 · Iſaiæ. 53 · Ibid. · Iſaiæ. 40 · Matth. 23

Et ueniens domum cõuocat amicos & uicinos dicens: Congratulamini mihi, quia inueni ouem quæ perierat.

In ſua aſcenſione CHRISTVS haud dubium magno gaudio omnes angelos homineſq; ſimul aſcendentes refecit: potiſſimum quod ouem perditam, id eſt, naturam humanam ad paſcua cœleſtia reduxit. Gratulandum enim maximopere eſt in peccatoris conuerſione. Primo, quod CHRISTI imago reformata eſt. Secundo, quod fructus meritorum ac paſſionis CHRISTI nõ eſt otioſus. Tertio, quod angeli operam ſuam, hoc eſt, cuſtodiam protectionem & gubernationem quam homini impendunt, non locarunt gratis, ſed gaudium de anima habent ſaluata & fructum ſuæ percipiunt reſtaurationis. Aduertendum quoque eſt quod dicit dominus: Non gratulamini oui, cui maxime videbatur gratulandum. Sed congratulamini mihi, quia deo eſt gaudium vita noſtra & cum nos ad cœlum reducimur, ſolennitatem lætitiæ illius implemus. Nam & laborem ſuum quem pro nobis fecit moriendo, quaſi nihil reputat præ amore noſtri. Neque enim ſibi dicit gratulandũ quia redemit, ſed quia inuenit ouem, minorem æſtimans ſuam vitam, quam ouem vt quod comparauerat ſanguine ſuo, inueniſſe ſe dicat, tanti faciens rem vel ſic inuentam.

Dico uobis quod ita erit gaudium ſuper uno peccatore pœnitentiã agente, quam ſuper nonaginta nouẽ iuſtis qui non indigent pœnitentia.

Mirum hic videtur & dubium, an deus præferat pœnitentiam innocentiæ, quod dicit maius gaudium (repetitio enim ſermonis eiuſdem idem ſignificat) fore angelis dei ſuper vno peccatore pœnitentiã agẽte, quam ſuper nonaginta nouem iuſtis,

ſtis, qui non egent pœnitentia. Sanctus Paulus conuerſus ad CHRISTVM, dubium non eſt, quin gratiſſimam deo fecerit pœnitentiam. Sancta Maria etiam Magdalena vas dilectionis & amoris, gratiſſimam quoq; feciſſe deo pœnitentiam quis dubitet? Deinde gaudium magnum in ſua pœnitentia, & in feruore nouitatis vitæ aſſumptæ eam angelis feciſſe quis neget? Sed nunquid maius fuit gaudium angelis dei vel ſuper PAVLO, vel ſuper eadem Maria Magdalena pœnitentibus, quam ſuper puritate innocentiaque aut IOHANNIS Baptiſtæ aut beatiſſimæ virginis Mariæ? Hæc enim ab omni peccato eſt præſeruata, ille à peccato in matris vtero ſanctificatus. Hunc igitur ſenſum haudquaquam voluiſſe mihi videtur dominus intelligi, ſed vt diuus Gregorius aſtruit, ſolere multos inueniri innocentes, qui grauia peccata nõ admiſerunt, atque ideo quo minus deum offendunt, tanto etiam feruore minori, minorique auſteritate ſibi imperare. Quia enim non multa illicita admiſerunt, ideo licentius etiam licitis vtuntur. Eſſe vero alios qui in multis deliquerunt, qui feruentiori cupiunt ſtudio perdita recuperare, fracta reſtaurare, neglectaque ſupplere: illis quia grauia non admiſerunt delicta ſufficere videtur, quod à peccatis contineant, & conceſſis rebus vtantur. Porro his qui multa illicita fecerunt, non item vt ab illicitis tantum abſtineant ſufficere videtur, ſed à multis etiam licitis ſe refrenant. Itaq; in huiuſmodi verum eſt, maius gaudium fieri ſuper peccatore pœnitentiam feruenter agente, quam ſuper iuſto tepide aut non feruenter ſe erga deum exercente. In ſumma igitur hoc intelligendũ eſt, vt ceteris paribus (quod Sanctus Thomas ait) ſemper præfertur ſiue plus amatur innocens iuſtus, quam pœnitens aut à peccato conuerſus. Aliquando tamen conditiones mutantur, vt pœnitens reſurgat melior atque feruentior innocente, & tunc haud dubium præfertur. Certe non auderem ad omnia Sanctã Teclam præferre S. Magdalenæ peccatrici, licet illa virgo innocens, hæc peccatrix fuerit. Creditur enim Maria Magdalena licet poſt peccata pœnitens ardentior fuiſſe in charitate, quam fuerit Tecla in ſua virginitate. Sic enim dicit Gregorius magnus:

Acto. 9
Lucæ. 7
Lucæ. 1
Gregori.
S. Tho.
Gregori.

Sciendum eſt quoniam ſunt plærique iuſti, in quorum vita tantum eſt gaudium, vt eis quelibet peccatorum pœnitẽtia pręponi nullatenus debeat. Hic ergo colligendum eſt, quantum deo gaudium faciat quando humiliter plangit iuſtus, ſi facit in cœlo gaudiũ, quando hoc quod male geſſit per pœnitẽtiam damnat iniuſtus?

Aut quæ mulier habens drachmas decem: & ſi perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam & euertit domum, & quærit diligenter donec inueniat? Et cum inuenerit conuocat amicas & uicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmã quã perdiderã. Ita dico uobis gaudiũ erit angelis dei ſuper uno peccatore pœnitentiã agẽte.

Eadem eſt parabola, eadem ſimilitudo, ideo ex prioris parabolæ expoſitione facile ſenſus hic idem elucet. Hoc vnum poteſt hic dici, per lucernam ſignificari humanitatem CHRISTI, quam dei filius in eo quod eam aſſumpſit, diuinæ charitatis feruore accendit, diuinæ ſapientiæ ſplẽdore illuminauit, omniq; virtute perfectiſſimam candidiſſimamq; fecit. Hæc itaque ſapientia incarnata inter homines cõuerſando domum, id eſt, ſynagogam euertit, prædicando, monendo, increpando, inuitando, vt drachmam amiſſam, id eſt, animas imagine CHRISTI inſignitas, quas quærebat, inueniret & ſaluaret. Venit enim filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat. Chariſſimi omnes nos errauimus, omnes peccauimus, & à paſcuis cœleſtibus excidimus. Cognoſcamus animarum noſtrarum paſtorem, audiamus & ſequamur eius vocem. Valeat magis in cordibus noſtris vox CHRISTI, quam ſuſurrium diaboli, carnis aut mundi. Nihil nos adeo trahat ad omnem obedientiam, quam purus dei amor. Cui in omnibus optemus placere, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

Lucæ. 19
Iſaiæ. 53
Roma. 3
Iohan. 10

SERMO IN EADEM Dominica. Quid ſit appropinquare deo, & eruditiones quæ ſint in hoc euangelio.

GAudium eſt angelis dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia. Luc.xv. Clementiam bonitatemq́; ſuam neſcio quomodo peccatoribus maiorem [Baruch.3] potuiſſet inſinuare CHRISTVS, quomodo ad ſpem potuiſſet veniæ eos magis erigere, quam quod fiduciam tantam prę rogauit peccatoribus, cum eiſdem cōuerſando, cum eis manducando & bibendo, eosq́; benigniſſima morum ſuorum dulcedine, vultus venuſtate, verborumq́; ſuauitate alliciendo. Non ſe auſterum exhibuit, quem fugerent timidi, ſed perbenignum, ad quem confugerēt etiam deplorati. Atque ideo (quod prima eſt eruditio huius euangelij) legimus, quod ſumpta benignitatis IESV occaſione appropinquarunt ad eum peccatores & publicani. Iuxta humanitatem CHRISTI loquē- [Lucæ.5] do dubium non eſt, corporali conuerſatione hoc hominum genus, quod conſcientia grauabatur acceſſiſſe ad CHRISTVM. Nam diuinitatem pedibus accedere haud poterant, quæ vbiq́; orbem terrarum implet. Quare deo appropinquat nemo, nemo ab eo recedit, niſi ratione ſi- [Iaco.4] militudinis aut diſſimilitudinis. Appropinquare igitur illi, eſt ſimilem ei fieri. Ab eodem recedere, eſt diſſimilem ei fieri. Ecce duas res habeo in manu, puta ſcripturam picturamve in duabus chartis non eodem magiſtro, nec æque graphice depictas. Volens diſſimilitudinem artis indicare, de viliori pictura quid dico? Nihil hæc pictura ad illam appropinquat, maxime ab illa diſtat. Itaque cum vtramq́; in manu iuxta teneam, diſtare tamen eas à ſe dico, non propter locum, ſed propter diſſimilitudinem. Parum eſt autem, quod ſinit nos appropinquare ſibi, quandoquidem etiam appropinquat nobis, ſicut ſcriptum eſt: Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis. Vult igitur nos ſibi aſſimilari virtutibus. Neque enim vel in CHRISTO omnis ſimilitudo nobis eſt appetenda. Nam ſunt quædam, quæ ſoli diuinitati conueniunt, habentia excellentiam, potentiam, gloriam & magnitudinem. In his nihil nos mouere debet ad appetitum ſimilitudinis. Neque enim debemus omnia velle ſcire quæ nouit deus, nec poſſe miracula facere nobis eſt appetendum, nec in gloria ei ſimilis fieri aut potentia. Ibi enim non oportet appropinquare nec aſſimilari nos deo. Sic enim Lucifer vo- [Iſaiæ.14] luit appropinquare, & deo fieri ſimilis: In cœlum, inquiens, aſcendam ponam thronum meum in latere aquilonis, & ſimilis ero altiſſimo: ſed in abyſſum deiectus eſt. Itaque deo ſoli gloria, nec nobis hanc licet appetere, niſi ad illius gloriam moderatis circunſtantijs. Deo quoque ſo- [Roma.12] li competit vindicta: Ideo mea eſt vltio, [Deu.32] inquit, & ego retribuam. Ideo ne hæc quidem à nobis eſt petenda. In quo igitur aſſimilaberis deo, vt ei appropinques? Nempe vt ſis mundus & ſanctus. Sancti inquit, [Leui.11] eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Vt ſis [Matth.5] perfectus Vnde ait: Eſtote perfecti ſicut pater meus cœleſtis perfectus eſt. Vt ſis [Lucæ.6] miſericors: Eſtote, ait, miſericordes, ſicut pater veſter miſericors eſt. Vt diligas ini- [Matth.5] micos tuos ſicut alibi dicit: Diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui oderunt vos, vt ſitis filij patris veſtri cœleſtis, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos & pluit ſup iuſtos & iniuſtos. CHRISTO itaque appropinquare, id eſt, virtutibus eidem conformari, vtiliſſimum eſt ſtudium ac exercitium. Ibi nihil poteris periclitari. Exemplar eſt enim omnium [Exod.25] virtutum. Fac igitur tu iuxta exemplar, [Num.8] quod tibi in monte, ſcilicet Caluariæ mōſtratum eſt. Vidiſti humilem inter latrones, ſuſtine tu quoque tui contemptum, & noli te efferre. Vidiſti patientiſſimum, nec exprobrantibus & illudentibus reſpondere verbum. Et tu diſce pati verba contumelioſa & verbera dura. Orauit pro crucifixoribus. Tu quoque pro his qui te [Lucæ.23] offenderunt ora. Guſtauit fel & acetum, [Matt.27] & tu quoque voluptuoſis abſtine & non neceſſarijs. Breuiter, in omnibus operibus humanis, quæ de CHRISTO le- [Iohan.13] gis, audito hanc vocem: Exemplum tibi dedi, vt & tu ita facias. Secundo, accedendum nobis eſt ad CHRISTVM oratione, amore & voluntate. Amor coniungit atque præſentes ſibi efficit eos, qui loco diſtant non exiguo. Oratio via eſt, qua nobis quotidie eſt eundum: & hæc eo eſt ad [Ambroſ.] impetrandum potentior, quo ante per amorem ei magis ſumus vicini. Quid vltra? Omnia nobis eſt CHRISTVS, ideo

deo in omnibus quæ nobis aut neceſſaria, aut moleſta ſunt, ad illum accedere oportet. Quapropter Ambroſius item dicit: Omis anima accedat ad CHRISTVM quia omnia eſt CHRISTVS nobis. Si vulnere carere deſideras, medicus eſt. Si febribus æſtuas, fons eſt. Si grauaris iniquitate, iuſtitia eſt. Si auxilio indiges, virtus eſt. Si mortem times, vita eſt. Si cœlum deſideras, via eſt. Si tenebras fugis, lux eſt. Si cibum quæris, alimẽtum eſt. Et hoc pro prima inſtitutione ſit dictum huius euangelij, puta vt appropinquemus Chriſto, in imitatione vitæ illius ei conformari aſſimilarive aliquo modo cupientes. Secunda eruditio eſt, vt diſcamus quam ſapienter CHRISTVS fecerit cum peccatoribus manducans ac bibens, nedum benigne. Neque enim magna caruit diſpẽſatione, quod tam familiarem ſe illis exhibuit. Erant enim inter Iudæos in multiplici opinione homines conſtituti. Quidam rigoroſe viuebant & hunc rigorem pro tempore & loco, puta ad commoda animarum, in conuerſiõem peccatorum, vbi id ratio exigebat relaxare non poterant. Erant enim nimis ſuperſtitioſi. Alij ſapientiam curioſa inueſtigatione quærebant, alij miraculorum obſeruabant nouitatem. Omnibus his CHRISTVS miſericordiæ ſuæ tetendit laqueos, quia capere voluit omnes, atque ideo retia eis ſalutaria congruaq; quibus vt ſagaciſſimus venatur animas caperet, obtendit. Miſit Iohannem auſteram agentem coram hominibus vitam, quo eos qui in auſteritate vitæ aliquid fiderent, conuerteret. Traxit alios communiter viuẽdo, atque benignitate ac manſuetudine alliciendo. Quo enim ſe non deſpici videbant peccatores, eo magis tanquam ad vere miſericordem, qui peccata donaret ſe conuertebant. Alios attraxit prædicando, vt dicerent ſe nũquam audiſſe hominem locutum, vt IESVS loquebatur. Alios quoque miraculis inuitauit, qui eius opera videntes dederunt gloriam deo, & gaudebant in omnibus quæ fiebant glorioſe ab eo. Verum hæc Phariſæi omnia calumnijs peruertebant. Quod Chriſtus quoque conqueritur apud Matth. Venit Iohannes neque manducans neq; bibens, & dicunt, Dæmonium habet. Venit filius hominis & manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorũ amicus. Eſt tamẽ quoq; alia ratio, quare adeo familiariter cõmuniterq; cũ hominibus vixit Chriſtus. Quia eñ oĩbus venit, exemplũ in ſe inuitabile cũctis præbere debuit. Si eñ nimis rigoroſam abſtinẽtemq; vitã duxiſſet aut ſolitariam quis illum potuiſſet imitari? Vitę illius auſteritas quoſdã exterruiſſet, ne accedere illum fuiſſent auſi. Maiori igitur fructu animarũ communem exhibuit vitam, vbi alios alloquio, alios familiari aſpectu, alios benigno acceſſu, alios in templo, alios in conuiuio ad ſe traxit, atq; ad ſalutem conuertit. Diſce hic tu quoq;, ſi centum lucrandi animas noueris vias, ſi cẽtum artes & modos ſcieris, quibus hominẽ à peccato ſperes reducendũ, potius omnes experiri, omnem impendere conatum, nihil nõ motum relinquere, donec peccatorem ad deum reducas. Prodeſt autem maxime nobilibus ingenijs manſuetudo cum maturitate morũ zeloſa, & cum exhibitione charitatis. Recipitur eñ libentius qcquid cum manſuetudine mãdatur, quicquid ad modũ obſecrantis aut fideliter ſuadentis magis rogatur, quã præcipitur. Opus eñ eſt illi, qui ex tua correptione fieri debet melior, Primo, vt te ſentiat fideliter conſulentem, vtpote qui illi bene velis. Deinde, vt tam benigno etiam modo adhibeas conſiliũ, vt non exaſperetur magis q̃ molliatur. Tertia eruditio euangelica nobis vetat iudicare peccatores. Quod eñ Phariſæi ſæpius contra dñm murmurabant recipientem peccatores, non ſuã prodiderũt iuſtitiam, ſed ſuperbiã & iniquitatem. Bis eñ murmurãtes, inique iudicabãt Phariſæi hos peccatores pœnitẽtes. Arbitrabãtur enim iniquos & peccatores eos, qui ad Chriſtum accedebant, qui erant iuſti. Iam enim cõuerſi erant ad Chriſtum, ideo iuſti. Secundo ſe iuſtos ipſi putabañt, cum eſſent peccatores. Erant eñ ſuperbi, proximis ſe præferentes, eoſdemq; ſpernentes. Atq; ideo ſynceram non potuerunt cum illis habere compaſſionem. Vbi enim ſuperbia eſt, ibi charitas non eſt. Quod ergo nos in illis pernicioſum, iniuſtum, ac noxium videmus, hoc nobis abſtinẽdum eſt. Non igitur damnemus proximum, tametſi non recta in eo viderimus. Credendus enim potius eſt ilico reſipuiſſe nec ſuæ immemor fuiſſe ſalutis, vt malo,

Ambroſ. Matth. 11 Luc. 3. 4. 7 Iohan. 7 Mar. 7 Matth. 11 Lucæ. 5 Lucæ. 15 Iohan. 6

perſeueret in propoſito. Filioli pro generali vos regula doceo, moneo, & rogo, quicquid audieritis, quicqd videritis, ſemper exiſtimate proximum veſtrum ſuam ſalutem nolle negligere: ſed & ſi peccauerit, interim tamen pœnituiſſe & iam bonæ eſſe volūtatis eum credite. Hoc ſentite, hoc confidite de omni homine, (niſi non ſolum verba, ſed & opera eius omnino aliud clament) ſcilicet eum eſſe pœnitentem, & in ſtatu ſalutis. Hoc nanq; in incerto ambiguoq; verſatur, & quibuſcunq; omnino ſecretum eſt, imo nobis quoque ipſis abſconditum, ſimusne boni coram deo an reprobi, ſed deo iudicium huius relinquēdum eſt. Noſtrum vero erit bonis exhortationibus beneficijs, exemplisq; virtutū omnes inuitare prouocareq; ad bonum. Iterū proſpiciendum quoq; nobis eſt, ne peccata in nobis ſpiritualia occulta, fouentes aut non diſcutientes diſſimulemus puta phariſaicam ſuperbiam, arrogātiam, inuidiam & huiuſmodi, quæ nonnunquam ſub virtutū quoq; ſpecie latent: quæ dum non agnoſcuntur, nō eradicantur etiam. Iccirco quod alijs, hoc maxime etiam debemus nobiſipſis curare, ſcilicet vt eadem caueamus. Grauiora eñ ſunt vulnera, & plus habent periculi quæ ſunt ſecreta & interna, quam ea quæ adeo ſunt manifeſta, vt videri tangiq; poſſint. Spiritualia quoq; vitia peſtilentiora ſunt carnalibus. Sequitur igitur ex his omnibus, peccatores hoc modo à nobis eſſe tractandos. Primo vt culpæ ſeu vitio demus correctionem, compaſſionem naturæ, & gratiæ gratulationem. Quarta eruditio, eſt ſentire erga nos clementiſſimam benignitatem dei. Vide enim eum qui requiri deberet, ipſe quomodo nos requirit? Certe adeo vt etiā lætitiam ſibi & angelis ſuis fieri teſtetur, ſi peccator redeat ad pœnitentiam. Neq; tñ hic tantū hoc aſtruit, ſed in parabola quoque de filio prodigo ſeipſum nobis declarat, vbi narrat quomodo pater filiū miſerandum audierat reuertentem, non ſolum nō patrimonij profuſionem illi exprobat nec conuitijs inſectatur, nec arguit dure, ſed occurrens in amplexum & oſculum accipit reuertentem, veſtibus donat, ſimphoniam & chorum inſtituit, gaudioq; illum diē dedicans, conuiuiū exhibet, quod perditus hic ſuus filius redierit, & ſaluus ſit. Quare aūt illā parabolam de filio prodi- (Lucæ.15)go & eius patre, aut de oue hic errante, ac patre familias reducente narrat, niſi vt oſtendat ſimilia ſe facturum cum peccatoribus ad ſe redeūtibus? Accedit huc quoq; quod gaudiū angelis eſſe maius dicit de peccatore pœnitentiā agente, quā de iuſto non egente pœnitentia. Non tamen hæc verba ita generaliter ſunt intelligēda, quaſi melior ſit pœnitens innocēte, ſed pœnitentē illi prefert iuſto, qui ſe nō egere exiſtimat pœnitentia, vtpote malorū grauiū ſibi non cōſcius. Nā ſunt iuſti & innocentes, qui leuia peccata (ſine quibus in mundo hoc non viuitur) tm̄ plangunt, quantum alij crimina. Quis neget hos gaudiū facturos angelis dei licet iuſtos, habentes tamen quod amare plangant? Siquidem quanto deum feruentius diligūt, tanto eidem inhærent fidelius, eoq; acriori, ſi vel paulum à rectitudine exorbitauerint, dolore torquētur. Poſtremo, diſcendum eſt hic triformē eſſe pœnitentiā laudatā. Prima eſt eñ purgās peccata. Hac lauit ſe mulier illa ſancta Maria Magdalena, quæ ad (Lucæ.7) dñm intrabat in conuiuiū, non conuiuantium præſentia exterrita, quia eius animo nō inſidebat de hominibus cogitatio, ſed deſideriū ſaluatoris. Secunda eſt pœnitentia ornans, cuiuſmodi in Iohanne reperitur Baptiſta: Hic eñ non ſolum pœnitentiam ſibi inſtituit, ſed ad eremū, id eſt, ad (Matth.3) locum pœnitentiæ congruū etiā puer relictis parentibus exiuit. Tertia pœnitentia eſt conſeruans ne peccetur. Hoc modo (1.Cor.9) opera pœnitentiæ feciſſe putatur Paulus, qui caſtigauit corpus ſuum, & in ſeruitutem redegit, ne forte cum alijs prædicauerit ipſe inueniretur reprobus. Filij chariſſimi, effuſio hæc paternorum viſcerum diuinæ miſericordię ſuper nos cōpungat excitetq; nos, & ardentiſſimo vulneret amore. Cogitate quam iniuſtū ſit offendiſſe benigniſſimū patrē. Num ſatis nō eſt hactenus illum offendiſſe? Num ſatis nō eſt peccaſſe? Num decet nos fideliſſimum dominū & patrē nos requirētem, nos expectantē, ad noſtrū reditū anhelantē gaudio priuare, & eius amori illudere? Heu merito ſola nos eius charitas vulneraret adeo, vt totā vitā noſtrā, ſi quomodo imperfecta aut reprehēſilis eſt, in eius cultum, honorem, pariter ac amorē mutemus. Sit ſemel finis operibus noſtris illicitis. Deinceps deo noſtro tantā non faciamus iniuriam, vt eius

præcepta, vt eius beneplacita negligamus quia quo maiorem nunc nobis miſericordiam ad noſtri reductionem prærogat, eo nos durius ad ſe non conuerſos damnat dominus noſter IESVS CHRISTVS iudex ſeculorum vniuerſorum iudex venturus inæternum benedictus. Amen.

DOMINICA QVARTA POST S. Trinitatem. Epiſtola Beati Pauli apoſtoli ad Roma. VIII.

EXiſtimo quod non ſunt condignę paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt, non uolens, ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe: quia & ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiſcit, & parturit uſque adhuc. Non ſolum autem illa, ſed & noſipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi intra nos gemitus adoptionem filiorum dei expectantes redemptionem corporis noſtri, in CHRISTO IESV domino noſtro.

PARAPHRASIS IN EANDEM Epiſtolam.

ANte lectionem hanc dixerat beatus Paulus, nos CHRISTI fore cohæredes, & ſi tamē compaſſi fuerimus Chriſto quoque conglorificandos. Ne tamen hoc videatur cuipiam graue, puta cum CHRISTO pati, continuat: Exiſtimo autem. Non dubitatiue loquitur, ſed quaſi humilitatis cauſa verbo dubitationis, cum nihil hæſitet, vtitur. Exiſtimo autem quod haudquaquā ſint condignę paſſiones huius temporis quantumlibet ſæuæ aut duræ videantur, ſi reſpiciatur, aut ſi comparentur ad futurām gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nam omnem tribulationem, etiamſi aquulei et ignes adhibeantur futuræ gloriæ meditatio, vbi mentem obſederit leuem ducet ac momentaneam. Si, inquam, placendi deo appetitus menti humanæ inſederit, vt iam conformari CHRISTO in deſiderio fuerit homini, tribulationem huius vitæ omnem pro nihilo ducere illum facit. Nam expectatio creaturę, id eſt, homo expectans, (dicitur enim homo creatura iuxta illud euangelij: Prædicate euangelium omni creaturæ) expectat in ſe futuram reuelationem filiorum dei, hoc eſt, manifeſtam felicitatem ac beatitudinis manifeſtationem. Hæc enim vbi adepta fuerit, manifeſtabitur quod filij ſumus adoptionis. Nunc quidem quod creatura ſumus apparet, ſed quod filij dei ſumus nondum apparet: manifeſtabitur autem id per reuelationem gloriæ cœleſtis in nobis. Quod vero interim non apparet, eam obrem eſt, quia vanitati, corruptioni, ac mutabilitati nunc ſubiecta eſt creatura mortalis humana non volens. Non volens, inquam, quia non elegit has pœnalitates & ærumnas huius vitæ: ſuſtinet tamen patienter propter eum qui eam huiuſmodi pœnis & miſerijs ſubiecit, idque in ſpe, quod non ad ſui perditionem, ſed ad ſui ſaluationem ab optimo deo & patre his ſubiecta ſit, vnde ea leuia & tolerabilia quæ ſuffert, exiſtimat. Sic IACOB duros ſuſtinuit labores, amore & expectatione RACHELIS ſibi con iungendæ, qui tamen labores cum eos ſuſtineret, non duri, ſed leues, dieſque ſeptem annorum, quibus expectabat pauci videbātur prę amoris magnitudine Sequitur: Quia & ipſa creatura mortalis libera-

Mar. 16

Gene. 29

liberabitur à ſeruitute corruptionis, & à
ſolicitudine veſtium, ciborum aliarum-
que neceſſitatum, quibus in hac vita pro-
pter corruptionem humanam ſeruire co-
gitur, per generalem vltimam reſurre-
ctionem. Interim enim in hac vita non
manifeſtat pater quantum diligat filium,
ne filius inſoleſcat, ſed ſub diſciplina nunc
& ſub flagellis illum continet quamdiu
hic peregrinatur. Liberabitur autem,
cum pertigerit in adoptionem libertatis
filiorum dei, quod erit in plena ſecurita-
te fœlicitatis æternæ. Interim (quod no-
bis compertum eſt) omnis creatura, id eſt,
homo (in quo omnis creatura habet com
munionem, aliquidque in eo particip[at])
ingemiſcit pro calamitatibus multiplici-
bus, quas hic ſuſtinet. Ingemiſcit au-
tem homo deſiderio liberationis amore-
que beatitudinis, & parturit interim do-
lore & labore operans vſque adhuc. Nam
quomodo maioribus ac anteceſſoribus
noſtris idem gemitus pro eadem re fuit,
ita nobiſcum quoque is perſeuerat vſque
in præſens. Non ſolum autem creatu-
ra vniuerſa mortalis, id eſt, homo inge-
miſcit: ſed & nos quoque apoſtoli primi-
tias ſpiritus habentes, puta qui ſpiritum
Actu. 2 ſanctum & ante alios & abundantius ac-
cepimus, intra nos gemimus ſub ponde-
re laborantes præſentis vitæ, & cum ge-
mitu deſiderantes adoptionem filiorum
in nobis plenam manifeſtari, tanquam
redemptionem corporis noſtri. Tunc e-
nim & non ante nec aliter liberabimur à
mortalitate, & à calamitatibus omnibus
huius corruptibilis vitæ. Interim vero
adeo nemo vacat à gemitibus, adeo à ſuſ-
2.Cor.12 pirijs nemo eſt liber, vt nec mihi pro-
fuerit PAVLO, quod in tertium ſim
raptus cœlum, nec PETRO quod dul-
cedinem diuinæ deguſtauerit ſuauitatis
in monte Thabor, nec alijs alia, quin
Matt.17 cum gemitu præſtolemur adoptiõis iam
Mar.9
Lucæ.9 factæ reuelationem, atq; redemptionem
corporis noſtri, In CHRISTO IESV
domino noſtro.

EXEGESIS EVAN-
gelij Dominicæ Quar
tæ poſt S. Trinita-
tem. Luc. VI.

NEſcio chariſſimi ſi
quid miſeris poſſit
ſuauius dici, aut ſi
quid audiant liben-
tius quam de miſe- Roma. 1
ricordia. Quo enim
magis quis eget, il-
lud frequentius co-
gitat, auidius deſiderat, libentiusq; audit.
Omnes autẽ nos peccauimus, & egemus
gratia & miſericordia dei. Ex peccato em̃ Gene. 3
primorum parentum noſtrorum de para
diſo in hanc miſeriæ vallem eiecti ſumus,
vbi neq; foris, neq; intus integram poſſi-
demus pacem. Cogimur enim vel inuiti
multa ſuſtinere, cõplura ſentire, quæ alios
qui nolumus, puta infirmitates, ęrumnas,
aduerſitates, tentationes, afflictiones famẽ
ſitim, æſtum, frigora. Itaq; quot modis af-
fligimur, tot etiam nobis cupimus miſere
ri. Quamobrem nihil nobis dulcius miſe-
ricordia: hanc à deo, hanc ab hominibus
nobis cupimus impẽdi. Quam tamẽ quo
modo obtineamus, legem nobis Chriſtus
præſcribens inſinuat, dicens: Beati miſeri- Matth. 5
cordes, quoniam ipſi miſericordiam con-
ſequentur. Omnes, inquit, deſideratis ve-
ſtri miſereri, & miſericordiæ vobis opera
impendi. [E]ſtis igitur ipſi quoque alijs mi-
ſericordes, & miſericordiam conſequemi
ni. Proxima igitur dominica cum nobis
ſignificatum ſit quàm pronus, quanque
paratus ad miſericordiam ſit deus, adeo,
vt perditos nos atque aberrantes à ſe re-
quirat, gaudens inueniat, inuentos ad ſu-
am reducat nos domũ, hodie legitur no-
bis euangelium quo diſcimus, quomodo
miſericordia illius nos dignos faciamus,
in proximos noſtros eãdem quam in nos
erogat deus exhibentes, vt hodie euan-
gelium docet. Itaque CHRISTVS
dicit:

**Eſtote miſericordes, ſicut & pa-
ter ueſter cœleſtis miſericors eſt.**

Tanta laus eſt miſericordię, vt ipſa non ſo
lum amicos, ſed dei nos etiam efficiat fili-
os. Reddit enim hæc virtus nos confor-
mes deo, & quaſi quædam ſigna ſublimis
naturę noſtris imprimit animabus. Omnẽ
enim curam, dilectionem, miſericordiam,
quam à deo petimus, quã ſperamus, quã
recipimus, quanque expectamus, eandem
vult nos in proximos quoque noſtros ef-
fun-

fundere. Vnde liquet, quantam à deo miſericordiam nobis optamus fieri, tantam vt effundamus in proximum oportere: quia eadem menſura qua nos menſi fuerimus, remetietur nobis. Hũc enim nos exhibere in proximum animum neceſſe eſt, cuiuſmodi animam effundere in nos volumus deum. Sciendum itaq; miſericordiam, compaſſionem, ſeu triſtitiam eſſe de aliena miſeria, cui ſubuenire, dum poſſumus, inuitamur. Non eſt autem in deo miſericordia hoc modo, vt eſt quædam compaſſio aut dolor triſtitiave de alieno malo, nec vt ſunt etiã paſſiones reliquæ appetitus ſenſitiui in hominibus: ſed eſt miſericordia in eo, vt ſonat miſericordia actũ voluntatis, quo volumus miſero ſubueniri. Hoc modo eſt in deo miſericordia tanta, vt haudquaq̃ illi poſſit humana æquari. Quapropter cum dicitur, Eſtote miſericordes, ſicut pater veſter cœleſtis miſericors eſt, hoc verbũ, ſicut, non æqualitatẽ mandat, ſed ſimilitudinem & imitationẽ, vt quo modo nobis miſeretur deus, miſereamur nos quoq; noſtris proximis, puta gratuito, & immeritis, & à quibus nihil ſperamus retributionis.

Matt. 7

Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non cõdemnabimini. Dimittite, & dimittetur uobis. Date & dabitur uobis.

Omnis miſericordia proximo exhibita bonum eſt aliquod, quo eius poteſt miſeria ſubleuari. Ideo ad om̃ia generatim miſericordia ſe extendit, quibus à miſeria homo eſt leuandus. Duas autem ſpecies dominus ponit miſerendi, in quibus ſingulis datur beneficium & ad has aliæ om̃es reducũtur. Prima ſpecies eſt, vt proximo des aliquid, puta aut eleemoſynam aliquã corporalem vt eſt eſca, cibus, veſtis &c. aut ſpiritualem puta inſtructiõem, conſilium conſolationem &c. Hoc indicatur per verba, Date & dabitur vobis. Date, inquit, temporalia, & dabuntur vobis cœleſtia. Rogat te mendicus. Quid? Panem. Rogas tu quoq; Chriſtum mendicus, Quid? Regnum cœlorum. Num audebis tu negare homini panem, qui à deo poſcis regnum cœlorum? Dato igitur tu panem proximo, vt tibi regnum à deo non negetur cœlorum. Quod ſi nolueris, qua fronte audebis petere à deo tanta dona tantaque beneficia? Conſtituit itaque tibi legẽ, vt tantum tibi expectes à ſe dandum, quãtum tu paratus es egeno dare. Hoc tamẽ non intelligitur iuxta menſuram dati, ſed iuxta menſuram charitatis, hoc eſt, bonæ voluntatis. Maiora enim dei ſunt dona quæ retribuit, imo & quę prerogauit, quã tu egeno poſſis dare: ſed intelligendum ita eſt, vt quo plura, & maiori charitate benefeceris pauperi, eo plura nobilioraq; dona tu recipies à deo. Non igitur diligamus verbo & lingua, ſed opere & veritate Si enim quis, inquit Iohannes, habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum egere, & clauſerit viſcera ſua ab eo (puta vt illi neceſſaria non tribuat) quomodo charitas dei eſt in illo? Cum ergo beatius ſit dare quam accipere, propterea quod illud charitatem habeat, hoc neceſſitatem, non ſitis filij ſegnes, non ſitis tenaces, non ſitis deniq; formidoloſi ad tribuendum neceſſaria egentibus. Non audias puſillanimem cogitationem fortaſſe adhuc ipſe egebo. Humana hæc cogitatio eſt non diuina, de futuris cogitare, tamen puſillanimitate. Non poteſt tibi (crede mihi) perire, quicquid Chriſto dederis, præſertim in aliquo membrorum ſuorum egenti. Altera eſt ſpecies beneficij, ceſſare à malo, aut non inferre malum. Si enim poteſt proximo tuo malum inferre habes fortaſſis ſimul & copiam & cauſam quare id facias: pro dei tamen amore, non vis, cũ poſſis, aut cum ira ſuadeat quoq; ei malũ inferre, iam beneficium proximo contuliſti. Carere enim malo, bonum eſt. Verbi gratia: Quando non detinet quis vinctũ cum poſſit, quando non vlciſcitur, quando iniuriam non retaliat, in hoc præſtat beneficium. Bifariam autem contingit, vt non inferas malum. Aut enim malum eſt in opere quod inferre poſſis (vt dixi) expetendo vindictã, ſumendo ſupplicium, priuando gratia, fauore, aut beneficijs tuis. Et hoc prohibuit dominus quãdo dixit: Dimittite & dimittetur vobis. Aut eſt in cogitatione, vt cum male inceperis ſentire de proximo, vnde eius æſtimatio, eiuſq; fama apud te periclitatur. Magnum enim eſt cuiuis malum, male de ſe audire male iudicari, contemni, aut ſperni. Sic e regione magnum eſt beneficiũ, de ſe bona ſentiri, ſua opera æque interpretari, non condemnari aut abijci. Hoc dominus malum prohibens, & mandans bonum, Nolite, inquit, iudicare, vt non iudicemini, nolite condem-

Lucæ. 6
Auguſti.
1. Iohan. 3
Actu. 20
Matth. 25

condemnare vt non condemnemini. Sciendum tamen hic, primo non prohiberi om̃e iudicium. Eſt enim iudicium de manifeſtis, vt ſi videam hominem ex alieno agro metentẽ, hoc iudicare poſſum quod vidi, id eſt, quod in alieno agro meſſuit. Siquidem hoc mihi eſt manifeſtum. Verun tamen de occulto non poſſum iudicare illum, aut de eo quod neſcio. Neque enim propterea illũ debeo iudicare furem, quod in alieno agro meſſuit, quia animum eius furandi vnde fur eſſe dicendus eſt, nõ poſſum videre. Poteſt enim fieri, vt animo furandi meſſuerit ex alieno agro, quod tamen quamdiu neſcio ſi iudicauero furem temere iudico. Poteſt autem fieri, vt iuſſu illius cuius eſt ager, aut eiuſdem permiſſione, aut per errorẽ ibi meſſuerit (quod magis cogitare debeo) tamen quamdiu veritas me latet, non debeo proximum iudicare vltra quod mihi eſt manifeſtum. Hic ſæpe delinqtur, vt homines factum aliquod videntes, cor etiam quod non vident ac intentionem præſumant iudicare. Videntes enim apparens malum, mox pronũciant temere, quod ex odio, quod ex ambitione quod ex vana gloria, & huiuſmodi id genus vitio, hoc factum, dictumve ſit, quod temerarium eſt iudicare, & hic prohibitũ ſicut hic prohibita omnia ſunt alia huiuſmodi iudicari, quæ bono animo, maloq́; fieri poſſunt Semper enim bono potius animo facta putari debẽt opera huiuſmodi, & charitate excuſari, quàm in deteriorem deputari partem. Itaq; non iudicare hoc modo (vt dixi) eſt miſereri. Facis em̃ illi bonum quem non iudicas. Sciendum quoque dominum non prohibere hic iudicium, quod fit à poteſtate, vtpote ab eo qui authoritatem ex officio habet iudicãdi, vt iudex ordinarius, qui iuxta cauſarũ merita, aut demerita cogitur iudicare, & aut condemnare reum, aut inſontem abſoluere. Eſt præterea tertio aduertendum, quamuis incerta omnia ac dubia in meliorem ſint partem interpretanda, & ſentiendum de omnibus bene, quantum eſt poſſibile, quãtumq́; excuſatio admitti poteſt nemoq́; iudicandus temere: tamen quando remedium eſt peccato adhibendum, quando occaſio delinquendi excludenda, quando item cuſtodia animabus ſtatuenda, ita omnia ſunt hæc exhibenda remedia & pericula cuncta proſcindenda aut præcludenda, ac ſi de grauioribus ac deterioribus quę euenire poſſent, homo foret ſuſpectus. Abſq; enim hoc quod iudicetur homo, debet cuſtodiri, regi, arceriq́; ne peccet, non quaſi is qui credatur velle ſed qui ſciatur poſſe peccare. Hoc enim non eſt iudicare, ſed prudenter timere, & pericula præuidendo cauere. Nam quod ad arcas & ad oſtia feræ adhibentur, non quẽpiam eſt furẽ iudicare, ſed poſſe quempiam furem data occaſione effici credere. Deinde dicit: Nolite condemnare. Nolite ſi etiam peccantem cernitis, eũ condemnare, id eſt, inter peccatores tãquam damnãdum habere. Poteſt enim fieri vt vbi ceciderit, mox pœniteat, iuſtiorq́; quam ante fuit, reſurgat. Non eſt igitur, qui peccator fuit, damnandus, aut pro peccatore ſemper habendus. Et non condemnabimini, deo vos ex peccatis reſuſcitante. Dimittite iniurias vobis illatas. Induite, inqt, beatus Paulus, viſcera miſericordiæ, ſupportantes inuicem, & donãtes vobiſmetipſis ſi quis aduerſus aliquem habet querelam. Et dimittetur vobis. Idem in Eccleſiaſtico habetur: Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi ſoluentur peccata tua. Videsne quomodo in tuum arbitrium ſuam deus poſuerit infinitam miſericordiam? Date conſilium & auxilium egenti, & dabitur vobis gratia hic & conſolatio, & poſt hanc vitam gloria æterna.

Colo. 3

Eccle. 28

Menſuram bonam & cõfertam, & coagitatam, & ſuperfluentem dabunt in ſinum ueſtrum.

Pauperes in quos opera miſericordiæ cõtuliſtis ſua oratione dabunt, hoc eſt, dari vobis à deo impetrabunt menſuram bonam &c. Nam & Cornelio Centurioni dictum eſt: Orationes tuæ & eleemoſinæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu dei. Dabunt autem vobis menſuram bonam & confertã, vt copioſius ſit præmiũ ſeu retributio veſtra, quàm opus. Nihil igitur metuatis minus vobis reddi à deo quã vos eius dederitis amore egenis: quia pauperes quibus dediſtis, imo loco pauperũ, ego (cui feciſtis quicquid ex minimis meis feciſtis) reddã in ſinum veſtrum, in gremium cordis veſtri mẽſuram bonam, hoc eſt, non minorem, ſed iuſtam, vt competit vobis, confertam, id eſt, cumulatã, & coagitatã, hoc eſt, compreſſam, & ſuperfluentem. Vult per horum verborum exaggerationem, quam magna ſit multitudo bonorum,

Actu. 10

Matth. 25

1.Cor.2 norum, quam immenſurabiliſq; æterna felicitas, quam præparauit Deus diligentibus ſe, ſignificari.

Eadem quippe menſura, qua menſi fueritis, remetietur uobis.

Matth.5 Aequitatis huius primam partem Chriſtus pronunciat dicẽs: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Alteram vero ediuerſo beatus Iacob9 Iacob.2 inferens dicit: Iudicium ſine miſericordia ei qui non facit miſericordiam. Eadem igitur menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis. Quod ita eſt intelligendum: Si bonum ac iuſtum feceris, iuſtum ac bonũ tibi retribuetur. Si malũ feceris proximo, malum iterum accipies. Si malum feceris culpæ, malum tibi reddetur pœnæ. Non enim hic ſenſus eſt verborum, vt ſi iniquũ inferas quid proximo, Deus tibi iniquum aliquid propterea, aut inique retribuat. Sapien.12 Deus enim iniuſte nõ iudicat, nec iniquus eſt vindex malorum: ſed tu ſi proximo iniuriam intuleris, ſi iudicaueris, ſi condemnaueris, ſi auxilium negaueris atq; conſilium, ſi denique conſolationem eius neceſſitati ſubtraxeris, ipſa temeritas tua atque malicia reuertetur tibi in ſinum tuum, vt eo ipſo quo feceris alteri malum, tibi malum compares.

Dicebat autem illis & ſimilitudinem: Nunquid poteſt cæcus cęcum ducere? Nõne ambo in foueã cadũt?

Similitudo eſt & veritas, ſed in ſeipſo veritas, ad alia autem nihilominus ſimilitudo. Quadrat aũt in eos qui anteq̃ ſunt ipſi ſatis inſtructi, magiſterium affectant. Nam ita dicit: Nunquid cæcus poteſt cęcum ducere? Ac ſi diceret: Qui ſeipſum neſcit, qui ſui curam nõ habet, qui animam ſuã propriam non diligit, quomodo poteſt, quæ tibi conueniant ſcire? quomodo poteſt tui curam habere? quomodo te poteſt diligere, qui ſeipſum nõ diligit? cũ ſcriptum ſit: Pſalm.10 Qui diligit iniquitatem odit animã ſuam. Si igitur is qui iniqtatem diligit, ſeipſum odit, quomodo idem te poteſt in Deo diligere? Nemo aũt te non diligens ſalutaria tibi prouidebit. Ergo cęcus, ignarus, ſui negligens, tibi cæco ducatum poteſt quidẽ promittere, ſed præſtare nequaq̃. Ridiculũ certe eſt cæcum cæco dari ducẽ, multo autem, id eſt, periculoſius, ſi cæcus ipſe velit eſſe dux cæci. Hanc ad apoſtolos & ad oẽs prælatos dixit ſimilitudinem innuẽs, quo timore acquieſcendum ſit, vt quis prælationem in alios accipiat, cũ abijciatur hic quiſquis non poſſit ignorantes docere, cæcos ducere, aut lapſos erigere. Eſt aũt maxime in eos dictum, qui affectant præeſſe. Non in eos qui prælationis fugiunt onus vtpote ſuæ infirmitatis conſcij. Nihilominus tamen diuina ſi ordinatione, ſuperiorumq; compellantur auctoritate, debent obedire. Hos enim deum timentes, Deum quęrentes, atq; oĩa quàm maxime poſſunt in Dei beneplacitum ac honorem dirigere ſatagentes non deſerit Deus, ſed quicquid humana illis deeſt eruditione, hoc diuina illis inſpiratione infunditur.

Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Perfectus autem omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius.

Omnes ſumus diſcipuli, diſcentes aut ex inſpiratione & lumine diuino, aut ab hoĩbus. Si itaq; p magiſtrũ intelligitur homo, nõ eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ in eo ſcilicet, q̃d diſcipul9 eſt, & inquantũ eſt diſcipul9, ac in his q̃ didicit à magiſtro. Porro, ſi qd magiſterio didicit diuino, in hoc hominis non fuit diſcipulus: ibi poteſt etiam magiſtri hoĩs fieri magiſter. Vltima igitur perfectio diſcipuli eſt erga magiſtrũ ſuum vt ſit ſicut eius magiſter, in his quæ ab illo didicit. Neq; eñ ea poteſt ab eodẽ diſcere, quæ illemet ignorat, qui debet docere. Eſt ergo ſenſus, vt ſit in p̃latos dictũ qui male viuunt: Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Nõ poteſt à te, inquit, diſcere ſubditus tuus aut diſcipulus, vt ſit cõtemptor ſeculi, pius, caſtus, ac virtuti deditus, qui exemplo tuo virtuti contraria doces. Qũo eñ tu illi dices, nõ furãdũ, q furaris? Roma.2 non ebrietati ſtudẽdum, qui calicibus perpetuo ſtudes epotandis? Non igitur q̃ tu melior effici poteſt, qcunq; ſe tuũ diſcipulũ gerit. Nã ſi melior fit, ex alio hoc habet magiſterio, non tuo. Quod ſi de Chriſto Iohan.13 hæc verba intelliguntur: Senſus eſt, vt alibi dicit: Non eſt ſeruus maior dño ſuo. Si Iohan.15 me perſequuti ſunt, & vos perſequentur. Ego qui ſum magiſter veſter, paſſus ſum me iudicari, condemnari, nec vlciſci tamẽ id volui, ſed pro malis reddidi bona. Quomodo ergo tu, qui diſcipulus meus es, & ex vita mea diſcere te oportet. (Exemplũ Iohan.13 enim dedi vobis, vt & vos ita faciatis) quomodo, inquam, tu non vis dimittere iniu-

rias? Perfectus autem eris diſcipulus, ſi vita tua mihi conformis fuerit. Mei enĩ imitatio, tua eſt perfectio.

Quid autem uides feſtucam in oculo fratris tui: trabem autem in oculo tuo non conſideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, ſine eijciam feſtucã de oculo tuo: ipſe in oculo tuo trabem non uides?

Per feſtucam, modicum & veniale vult dicere peccatum: quod ſi videris in tuo fratre, quomodo non vides etiam interim in tuo oculo eſſe trabem? Aut quomodo prę ſumis feſtucam ex alieno educere oculo, trabẽ in tuo habens? Per trabem enĩ grande aut lethale pc̃tm̃ vult intelligi. Non igitur conuenit ei qui peccator eſt, alium corrigere minorem peccatorem. Verbi gratia Ex ira fortaſſe quiſpiam peccauit in verbo leuiter, non refrænans paſſionẽ ſuam. Tu vero hoc grauiter iudicas, condemnas, & corrigis motus odio aduerſus delinquentem. Nonne recte tibi dicetur: Medice cu-
Lucæ 4 ra teipſum. Et qũo alium doces, teipſum
Roma. 2 non doces? Quomodo alium vides, teipm̃ nõ vides? Quomodo alium in modico delinquentem corrigis, teipm̃ non corrigis? Correctio certe fieri debet ex charitate. Ordinata ṽo charitas incipit à ſeipſo. Tu
1.Iohan.3 vero fratrẽ nõ diligis quẽ odis. Qũo enĩ diligeres proximum, qui non diligis teipm̃? Nã ſi trabem de oculo non educis, qũo te
Matth.16 ipm̃ diligis? Aut qũo (vt dixi) credã vt dili
Marci 8 gas proximum, non diligens teipm̃? Quid
Lucæ 9 autẽ proficit homo ſi lucretur vniuerſum mundum, & detrimentum ſui faciat?

Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies, ut educas feſtucam de oculo fratris tui.

Hypocritã nominat eũ qui iuſtũ ſe fingit, ceu qui aliena curare queat vulnera, ipſe ſanus, cũ grauiora in ſe habeat interim vulnera, licet ea cæcus nõ videat. Recte igitur hypocrita dicitur, qui graui cenſura ſæuit in leue pc̃tm̃ proximi, ſua vero grauiora peccata diſſimulat. Monetur ergo ſeipſum ante corrigere, odium & liuorem in corrigendo alio abijcere (hoc enĩ infectus vitio nemo poteſt de fratris feſtuca recte iudicare) monetur intentionem lucidam & oculũ ſimplicem habere: & ita, qũo fratris eijciat feſtucam, curare. Quapropter chariſſimi, cauete ſuperbiam, cauete inuidiam, cauete odium, cauete iram quoque. His enĩ paſſionibus ſeruientes, neminẽ corrigetis vtiliter. Syncera igitur ſit charitas in te, ſit ad fratrem cõpaſſio in delicto conſtitutum, ſis tu quoq; non æque in eodem delicto, aut maiori oportet, ſi volueris, ſalubris vt fiat delinquenti correptio tua. Alioquin eum quem velis eſſe emendatum, ſi in eodem aliove manifeſto tenearis peccato, haudquaq̃ corripias, ſed obſecra & inuita, vt tecum ſe corrigat. Dominus aũt charitatem tuam vidẽs vtriq; gratiam dabit ſe corrigendi, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

SERMO IN EADEM Dominica. In quibus ſimiles Deo eſſe nos congruat, & in quibus miſericordes in proximum.

Eſtote miſericordes ſicut pater veſter miſericors eſt. Luc. VI. Ex magna miſericordia oritur quod dñs nobis mandat miſericordiam. Nihil enĩ nobis q̃ miſeri ſumus, & miſericordia egemus, eſt vtilius, q̃ miſereri, ignoſcere, compati, & miſeris ſubuenire. Quo fit, vt miſericordiã ſuã Deus quoq; largiatur nobis. Siquidẽ miſericordiæ nobis impendendæ, vt Deo
iuſta ſit ratio mandat ipſe nobis dicens: Lucæ 6
Eſtote miſericordes. Si enim fuerimus miſericordes in proximos noſtros, fiet, vt nos quoq; miſericordiam à Deo conſequamur. Sunt autem multa in hodierno Euangelio, quæ nos inſtruunt ad pietatẽ. Primum eſt, quod nobis præcipitur eſſe miſericordes. Nemo poteſt eſſe miſericors in Deum quia Deo cum ſint diuitiæ, ſapientia potentiaq; infinita, ipſe non poteſt
eſſe miſer, nec bonorum tuorum eget. Nihil Pſalm.15
illi prodeſt, ſi illum honoraueris, nihil ſi contempſeris obeſt. Nihil illi cõfers ſeruiendo, nihil ſubtrahis deſerendo. Tibi prodeſt aut obeſt, ſi illi ſeruias, aut ſi non ſeruias. Nam ipſe æque ſine te, atq; tecum eſt felix. In proximum igitur tuũ, vt ſis miſericors oportet. Ad illũ te miſit in quem quod in Deum non potes, exerceas. Hac miſericordia in proximum, miſericordiã tibi Dei comparare licet. Nemo enim eſt hominum cui non deſit aliquid. Neq; enĩ in hac vita mortali quiſquam eſſe beatus poteſt

poteſt, nec tam diues vſpiam in hac vita re-
peritur, qui nulla re egeat. Imo ſæpiſſime
contingit, vt pauper præſtare poſſit, quod
diues non poſſit. Adeo varia ſunt Dei do-
na, adeoque multifariam diſtributa. Dicit
itaq́ꝫ: Eſtote miſericordes. Eſtote, vt omni-
um erga vos animos eſſe velletis. Primo
tamen hic obſerua quod modum quoque
adiungit miſerendi & ſimilitudinem. Si-
cut, inquit, pater veſter cœleſtis miſericors
eſt. Cruciatur quis amore adulteræ, fortaſ-
ſe illam obtinere nō potens. Non eius De-
us miſeretur, vt adiuuet illius deſiderium,
nec patrocinatur peccato. Non miſeretur
latronis eſurientis, aut in nemore errātis,
vt illum ad latrocinium rapināve ducat.
Nec alijs conatibus anxijsq́ꝫ concupiſcen-
tijs peccatorum vt perficiantur, ſubuenit:
ſed ad ſalutaria ducens aut reducens ho-
minem, in hoc ipſius miſeretur. Præſtat ſę-
pe beneficium indignis, ſed non ad hoc vt
peccent, ſed vt peccatis abſtineant. Sæpe
etiam negat ne peccetur. Quomodo tu fe-
bres calidas patienti, aut peſte correpto,
non miſereris amico, vt noxium potum
porrigas, ſed illi licet roganti miniſtrare re-
cuſas. Scis enim ei eſſe venenum aut noxi-
um. Parimodo nullius miſerearis ad con-
ſentiēda promouendaq́ꝫ peccata. Sed quo
modo Deus noſtri miſeretur, ita tu in re-
Matth. 7 bus tantum licitis proximi miſerearis. Sic
Lucæ 11 em̄ Chriſtus ait: Si vos cum ſitis mali no-
ſtis bona data dare filijs veſtris, quātoma-
gis pater veſter cœleſtis bona tantum da-
bit petentibus ſe? Iuſtas itaque preces quo
modo exaudit Deus, datq́ꝫ nobis ſaluta-
ria, ſic tu in licitis tantum miſerere proxi-
mi tui: quādoquidem in prauis deſiderijs
locum non habet miſericordia, vt illis con
ſentias, ſed hæc ibi miſericordia eſt, vt ea-
dem arguas, illiſque repugnes. Sciendum
quoque nomine miſericordiæ, hic ſignifi-
cari turbationem animi, ſeu compaſſionē,
quæ impenditur his qui in aliqua ſunt af-
flictione, quibus prodeſſe optamus. Quo
eleemoſyna, omniaq́ꝫ pietatis ac miſericor
Matth. 25 diæ opera, tam ſpiritualia quàm corpora-
lia comprehenduntur. Opera corporalia
miſericordiæ ſunt, vt cibum præbeas eſuri
enti, potum ſitienti, veſtias nudum, ſuſci-
pias hoſpitio peregrinum, infirmum viſi-
Tobi. 1 tes, in carcere conſtitutum redimas. Qui-
bus additur ex Tobia, vt mortuum ſepe-
lias. Opera miſericordiæ ſpiritalia ſunt, vt
cum afflicto compaſſionem habeas, offen-
denti iniuriam dimittas, peccantem corri-
gas, ignorantem inſtruas. Hæc ſunt opera
chariſſimi præſentis vitæ Deo acceptiſſi-
ma, adeo vt pro his impletis in iudicio ex
tremo coronemur, pro neglectis vero da-
mnemur. Recole verbòrum quæ in Mat-
thæo de his operibus ſcripta ſunt. Ibi em̄
loquens de extremo iudicio Chriſtus di- Matth. 25
cit: Cum autem venerit filius hominis in
maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tūc
ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & con
gregabuntur ante eum omnes gentes; &
ſegregabit eos abinuicem, ſicut paſtor ſe-
gregat oues ab hœdis. Et ſtatuet oues qui-
dē à dextris, hœdos aūt à ſiniſtris. Tunc di
cet rex his q̄ à dextris ſunt: Venite bn̄dicti
patris mei, poſſidete paratū vobis regnū à
conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & de-
diſtis mihi māducare. Sitiui, & dediſtis mi
hi bibere, &c. quæ ibi ſequuntur vſq́ꝫ illic.
Tunc reſpondebunt ei iuſti dicentes: Do-
mine quādo vidimus te eſurientem & pa-
uimus, aut ſitiētem & dedimus tibi potū?
&c. Et reſpondens rex dicet illis: Amen di
co vobis, quandiu feciſtis vni de his fratri-
bus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc di-
cet his qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me
maledicti in ignem æternum, qui paratus
eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim,
& non dediſtis mihi manducare, & cætera
quæ ſequuntur. Vnde euidētiſſime liquet,
quàm placeant Deo miſericordiæ opera,
quando hæc in iudicio rememoranda, tūc
referuntur quaſi hęc ſola ſint, propter quæ
facta dominus det iuſtis & redemptis re-
gnum cœlorum: his vero qui eadem omi-
ſerunt, propterea daturus ſit æternum ſup
plicium. Et quāuis hæc ſola non ſint quæ
fieri oporteat (ſunt enim alia item multa,
quæ nobis Euangelium facienda tradit)
ita tamen recenſentur, ita nobis obijcien-
tur, vt ſtante ipſa redemptione noſtra per
Ieſum Chriſtum dominum noſtrum con
ſummata, ſignificentur hæc nobis occaſio
fuiſſe, quare coronemur aut damnemur.
Neque enim tunc à ſiniſtris nemo erit, qui
hic fidem Chriſti & Euangelium recepe-
rit. Erunt proh dolor multi, imo plures,
quàm à dextris. (Multi enim ſunt vocati, Mat. 20. 22
pauci vero electi) qui crediderunt, pro qui
bus redemptionis noſtræ per Chriſtum,
non minus quàm pro electis effuſum eſt
precium, qui baptizati ſunt: imo iuxta ver
ba Chriſti, erunt quidam à ſiniſtris, qui in Matt. 7
Chriſti nomine prophetarunt, dæmonia Matth. 10

eiecerunt,& multa ſigna fecerunt(nō abſque fide)nihilominus tamen damnabuntur, quia non fecerunt opera miſericordiæ: vt intelligas quantum ſit à veritate, vt ſola fides ad ſalutem ſine operibus ſuffi
Iacobi.2 ciat his,qui cum operari valeant, nolunt. Secundo, obſerua in operibus miſericordiæ oculum eſſe ſimplicem habendum,vt propter gloriam Dei tantū proximo ſubuenias,ex miſericordia illi compatiens,& nihil aliud quęras.Deinde non ad hos tantū miſericordes nos eſſe oportet, ad quos natura noſtra nos inclinat,vt ſunt conſanguinei, amici, & ij qui nobis benefaciunt,
Galat.6 ſed ad omnes:maxime autem ad domeſticos fidei,vt his qui ſua reliquerunt,q ſuis
Roma.16 pro virtute ſpoliati ſunt,& q Chriſto domino noſtro ſeruiunt,nō ſuo ventri.Hæc eſt autem hic magis laudata ſeu Deo accepta charitas, quæ aliam non habet miſerendi rationem,quare ſcilicet proximo benefaciat,niſi Deum. Quia enim Deum diligit, diligit & fratrem ſuum propter Deum.Itaq; hominis mali vt miſerearis, Deus ſolus eſt cauſa miſerendi.Ideo enim miſereor,quia ſcio,quod is cui miſereor, Dei filius eſt,frater meus eſt, cœleſtis regni ciuis eſt,mihi cohæres eſt, mercatus quoq; Chriſti ſanguine eſt.Hanc ob cauſam miſereri fratri,diligereq; fratrem, optima eſt miſerendi ratio: & hæc nuſquam clarius fulget,quàm in dilectione inimicorū. Secundum, quo in hoc Euangelio inſtruimur eſt,vt ſciamus in quibus debeamus eſſe miſericordes, aut in quibus benefacere debeamus proximo.Vbi tamen ignorandum non eſt,miſericordiam à lege naturæ quoq; homini eſſe inditam, tametſi Chriſtus hic eandem non iuſſiſſet.Eſt enim lex
Tob.4 naturæ mortalium cunctorum animis inſcripta,vt quod ſibi velint fieri homines,
Matth.7 hoc faciant alijs quoq;:& ne alijs inferant quod ferre ipſi recuſant.Itaque tria dominus iubet, quod maximopere nobis fieri optamus.Primum eſt,quod tibi vis,puta, vt ſit conſultum famæ & opinioni tuæ. Grauat te exiſtimatio iniqua,quàm proximus habet de te. Tu igitur quia inuitus hanc ſuſtines,noli ipſum quoque exiſtima
Lucæ 6 tione iniqua grauare. Prohibuit eñ hoc dominus,dicens: Nolite iudicare,& non iudicabimini. Iudicium hic Chriſtus firmam ſententiam nominat,qua ſentis quaſi certus de bonitate aut iniquitate proximi. Temerarium autem hic iudicium vult prohiberi de proximo,vbi clariſſima non eſt certitudo peccati,vbi intentio poteſt excuſari,& vbi bono idipſum poſſit animo fieri.Nam huiuſmodi manifeſta peccata, quæ bono animo fieri non poſſunt, vbi ex certis iudicijs cognoſcuntur,non il
licitum eſt ea iudicari peccata. Neq; enim Eſaiæ 5
vult Chriſtus vt dicam malum bonum, quomodo dicere non debeo bonum malum.Iudicium enim temerarium quo iudicas fratrem peccare mortaliter,ſeu de peccato mortali, peccatum tibi adducit mortale.Si de veniali fratrem iudicas, venialiter quoque delinquis.Menſura enim qua
menſus fueris,tibi remetietur. Quapro Auguſtin.
pter vt verbis vtar diui Auguſtini, ſi ſuſpiciones(quæ ſunt vbi quis dubitare de bonitate incipit proximi,nihil tamen iudicio concludit aut diffinit) vitare non poſſumus,quia homines ſumus:iudicia tamen, hoc eſt,diffinitiuas ſententias cōtinere debemus. Ad idem pertinet quod Chriſtus hic dicit:Nolite condemnare,& non condemnabimini. Nam qui non iudicat,non etiam condemnat.Optimum igitur conſilium eſt & remedium,in quibuſcunq; alienis rebus firmiſſimum tenere cum deo pactum nolle ſcilicet iudicare,ſed indiſcuſſa omnia in incertoq;,vt ſunt, relinquere,& æque ac ſi nihil vidiſſet, audiuiſſetve, quo ad charitatem, erga eundem ſe proximū habere. Secundum eſt, quod peccata tua ſeu iniurias quas in alterum committis multas,quomodo dimitti vis tibi atque ignoſci, pari modo tu alijs quoq; dimitte. Cur animi rancorem ſeruas? Cur temetipſum affligis?Redi in gratiam cum proximo tuo,quia nihil dulcius charitate.Non falleris,ſed certam pro te ſententiam tenes vt ſi dimiſeris proximo,dimittet tibi Deus quoque peccata tua.Non igitur abſq; cauſa poſuit in oratione,quam te docuit orare,atq; remiſſionem peccatorum à ſe petere,conditionem,quam ſi ſeruaueris,haud
dubie miſericordiam impetrabis.Sic enim Matth.6
iuberis orare: Dimitte nobis debita no Lucæ 11
ſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.Vides quam tibi conditionem appoſuerit:Dimitte,inquit,nobis ſicut dimittimus.Iam ſi proximo non dimittis, quid aliud oras,quam contra te?Ac ſi dicas:Dimitte mihi peccata, ſicut ego peccata dimitto. Ego vero quia non dimitto fratribus, te quoque rogo vt mihi non dimittas. Vides quàm ſit tibi neceſſarium remittere

mittere peccata aliena?Habes præterea de
Matth. 18 hoc parabolam de ſeruo nequam,cui grã=
de à domino debitum,quia rogauit ſui mi
ſereri idem ſeruus,eſt dimiſſum. Hic vnũ
ex conſeruis inueniens ſibi debentem,quẽ
coegit tribulatione vt ſolueret. Eamob=
rem à domino reuocatus audiuit: Serue
nequam,omne debitum dimiſi tibi, quia
rogaſti me:nonne & te miſereri oportuit
conſerui tui,ſicut &ego tui miſertus ſum?
Et iuſſit eum in carcerem detrudi, donec
ſolueret omne debitum.Addensq; domi=
nus Ieſus dixit:Sic faciet vobis pater meus
cœleſtis,ſi non vnuſquiſq; veſtrum remit=
tat fratri ſuo ex cordibus veſtris, hoc eſt,
non ſimulatorie,ſed vere & in ſynceritate
Matth. 5 dimittat.Alio quoq; loco dicit:Benefaci=
te his,qui oderunt vos. Quod certe excel
ſius eſt aliquid & perfectius,quàm dimitte
re offenſam. Tertium eſt,quod tibi ſubue=
niri poſtulas,atq; neceſſaria dari, quando
eges.Pari modo tu quoq; eſto liberalis ac
promptus in ſubueniendo alienis miſerijs.
Eccli 19 Da libẽter & hilariter eleemoſynã,vt om=
nia tibi ſint munda. Abſconde eleemoſy=
nam in ſinu pauperis, & ipſa orabit pro
te. Sicut enim aqua extinguit ignem,ita
eleemoſyna reſiſtit peccatis.Beatus igitur
Pſalm. 40 qui intelligit ſuper egenum & pauperem.
Siquidem de nobiliſſimis exercitijs hoc v=
num eſt, quamuis parum à diuitibus fre=
quentatum. Eleemoſynam hic voco om=
Tob. 4 nem ſubuentionem, qua conſulis ſuccur=
risq; egeno. Ad hanc cum Tobias ſenior
ſuum fuiſſet exhortatus filium, tandẽ ſub
iungit: Præmium enim tibi bonum the=
ſaurizas, ſcilicet per eleemoſynam, in die
neceſſitatis. Quoniam eleemoſyna ab om
ni peccato & à morte liberat, & non pati=
tur animam ire in tenebras. Verum ne di=
cant auari:Si dedero meipſum neceſſarijs
priuabo & mendicum efficiam.Haudqua
Prou. 19 quam.Scriptum nanq; eſt:Fœneratur do=
mino,qui miſeretur pauperi. Scitum eſt il
Prou. 11 lud Salomonis quoq;:Alij diuidunt pro=
pria,& ditiores fiunt:alij rapiunt non ſua,
& ſemper in egeſtate erunt. Neque enim
Acto. 20 mẽtiri poteſt hic veritas: Date,& dabitur
vobis. Beatius enim eſt dare quàm accipe
Prou. 28 re, quia illud eſt charitatis, hoc neceſſita=
tis. Et in Prouerbijs Salomon: Qui dat
pauperi, inquit, non indigebit,qui deſpi=
cit deprecantem ſuſtinebit penuriam.Pla
Dani. 4 ceat igitur filioli chariſſimi vobis conſiliũ
Danielis,quod regi dedit Nabuchodono=
ſor, cui, dum propter peccata imminere
malum,dixit:Placeat tibi conſilium meũ,
& peccata tua eleemoſynis redime,& miſe
ricordijs pauperum. Hoc modo tibi quo=
que dico fili, quod Tobias ſuo dixit olim Tobi. 4
filio:Ex tua ſubſtantia fac eleemoſynam,
& ne auertas faciem tuam ab vllo paupe=
re.Ita fiet, vt nec à te auertatur facies do=
mini. Poſtremo,nonne Tobiæ Cornelio Tobi. 12
que dixit angelus,orationes eorundem &
eleemoſynas aſcẽdiſſe in conſpectum Dei? Acto. 10
Tertium, quo nos ex hoc Euangelio in=
ſtruimur,tam prælati quàm ſubditi,eſt,vt
prælati ſint docti,ſubditi obedientes.Præ
latos enim,qui alijs præſunt,aliosq; doce=
re debent,vult eſſe doctos,illuminatoſve,
vt videant & diſcernant,quæ ſubditis con
ueniant.Alioquin contingit tam ſubditis
quàm doctoribus ſeu prælatis, vt in foue
am cadant,cæcum cæco ducente. Quum
enim,teſte Gregorio, paſtor per abrupta Gregori.
graditur, neceſſe eſt vt ad præcipitiũ grex
ſequatur. Non autem de ſcientia quæ in=
flat hic loquitur,ſed de ſapientia ſpirituali
qua hoc quod docetur,etiam à docente a=
matur. Quando nanque in vita prælati
quod docet conſpicitur, tunc eius præce=
pta eſſe bona, tunc eius eruditio creditur
ſalutaris,quia prior ipſe,qui docet,facit.
Subditos vero vult eſſe obedientes & hu= Acto. 1
miles,vt agnoſcant ſe non eſſe ſuper magi
ſtrum,ſed ſub magiſtro: tuncque demum
perfectos, ſi fuerint quomodo eorum eſt,
aut eſſe debet magiſter, puta, ſermone &
opere præſtantes. Quartum & vltimum
quo nos inſtruit Chriſtus, eſt nimium cu
rioſos non eſſe in explorandis & corrigen
dis alienis peccatis. Ante omnia enim in
noſtra delicta oculatos nos eſſe oportet.
Quæ ſi recte iudicauerimus,nullius ad no
ſtra momenti videbuntur peccata aliena.
Noſtra igitur peccata defleamus, & excu=
ſemus aliena.Non ſine magna neceſſitate
deliberatione, nec ſine animi ſynceritate
proximorum delicta corripiamus, idque
in ſpiritu lenitatis, memores ſententiæ,
quàm Chriſtus Iudæis adulteram lapidan
dam offerentibus dedit: Qui ſine peccato Iohan. 8
eſt veſtrum, primus in eam lapidem mit=
tat.Eſtote itaque filij miſericordes in inui
cem,ſicut pater veſter cœleſtis miſericors
eſt,cuius per miſericordiam eſtis filij.Præ
ſtãte hoc vobis domino noſtro Ieſu Chri
ſto,qui eſt benedictus in ſecula,Amen.

DOMINICA V. POST DOMINIcam S. Trinitatis, Epiſtola I. Petri III.

OMnes unanimes in oratione eſtote, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, ſed econtrario benedicentes: quia in hoc uocati eſtis ut benedictionem hæreditate poſſideatis. Qui enim uult uitam diligere, & dies uidere bonos, coerceat linguam ſu-
Pſalm. 33 am a malo, & labia eius ne loquantur dolum. Declinet a malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & perſequatur eam. Quia oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem domini ſuper facientes mala. Et quis eſt qui uobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? Sed & ſi patimini propter iuſtitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, ut non conturbemini. Dominum autem Chriſtum ſanctificate in cordibus ueſtris.

PARAPHRASIS IN EANDEM epiſtolam.

MVlta hic Petrus apoſtolus vtiliter ad inſtitutionem veri docet Chriſtianiſmi. Admonet enim nos primum, vt ſimus vnanimes eodem ſpiritu & fide orantes. Vnanimitas autem omnibus pariter Chriſtianis eſt neceſſaria. Vnus nanq; eſt ſpiritus Chriſti, qui regit, fouet, nutrit, atq; diffunditur in om̃es. Sicut enim varia ac multa membra in vnitate corporis vno ſpiritu viuunt, reguntur ac ſeruãtur: ita in vna fide & charitate membra omnia corporis myſtici ſpiritus Chri-
Roma. 8 ſti vnus connectit & viuificat. Qui enim Chriſti ſpiritum non habet, hic non eſt eius, id eſt, non pertinet ad hanc fidelium vnitatem, qua ſibi inuicem, & deo per fidẽ
Galat. 6 & charitatem cohærent. Sequitur: Eſtote compatientes, vt tanquam vnius corporis membra alter alterius ſentiat dolorem atque afflictionem, ne membrum in corpore ſit ſtupidum ac mortuũ: ſed aliena perinde atq; ſua ſentiat, cuiuſmodi Paulus fu-
2. Cor. 11 it membrũ dicẽs: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego nõ vror? Fraternitatis amatores, ſubaudi, eſtote: vt non ſolum homines ſingulos, ſed ipſam etiam congregationem in charitate vnitam ametis, optantes ac ſatagẽtes,
2. Cor. 10 vt hæc vnio in Chriſto fidelium ſemper augeſcat, qua nemo quæ ſua ſunt tãtum, ſed quæ multorum, quærat. Miſericordes, 1. Cor. 8
quod ex fraternitatis amore vt emanet neceſſe eſt, qua alter alterius inopiam ſuppleat, & donet alter alteri, ſi quid aduerſum illum habuerit. Modeſti, ne illis qui veſtra ope egent, quibuſve ſubuenitis, ſitis duri aut inclementes: ſed verecundiæ illorum conſulentes, communiter cum illis familiariq; charitate viuatis. Humiles quoque eſtote, ne de pluribus aut potioribꝰ à Deo bonis receptis ſuperbiatis, nec de aliis ſen- Rom. 12
tiatis viliter: non reddẽtes malum pro ma- 1. Petri. 3
lo, quod beluarũ eſt ferocium, nec maledictum pro maledicto referatis. Ab huiuſmodi enim abſtinere multiplex debet vos ratio vrgere. Primo, ne illi, cuius mores tu improbos deteſtaris, efficiaris ſimilis. Secũdo, ne cõtentionibus ſeruiens, teipſum dehoneſtes. Tertio, ne aduerſariũ tuũ ad audendum maiora in te prouoces. Quarto, ne repugnando malũ tuũ augeas, puta, vt qui in rebus aut fama damnum fueris paſſus, malum reddẽdo aut maledictũ, in anima quoq; teipſum lædas. Quinto, ne impatientia tua quenq̃ ſcandalizes. Intuẽtes enim te cũ altero rixantem, vtrunq; vt duos gallos compugnantes otioſi ſpectabũt, ridebunt vtrumq; & contemnent. Sexto ne grauiori vulnere quàm ille tu teipſum lædas

læđas, amittēs patientiæ virtutem, pacem pectoris, tranquillitatem cordis, lædens charitatem, multiſque deſpicabilem atq; exoſum te reddens. Septimo (quod potiſſimum eſt) vt cœleſti tuo magiſtro domi- no noſtro Ieſu Chriſto obedias, dicēti: Be- (Matt.5 1.Petri 2) nefacite his qui oderunt vos, eique te con formes: qui cum malediceretur, non male dicebat. Non igitur reddatis malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: ſed ediuerſo potius benedicatis maledicentibus vobis. Quia ad hoc vocati eſtis per fidem, vt benedictionem hæreditate poſſi- deatis ęternam. Idque fiet cum dicetur vo- (Matt.25 Pſal.33) bis: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mūdi. Qui enim vitam diligit beatam & æternam, appetitq; dies videre bonos, qui dabuntur nobis poſt hanc vitam. (In hac vita dies noſtri, vtpote peregrinationis & exilij, boni eſſe non poſſunt) ille coerceat linguam ſuam à malo, ne loquatur noxia illicitave. Quod Apoſtolus quoq; (Ephe.4 Pſal.27) monet, dicēs: Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat. Et labia eius ne loquantur dolum. Non loquatur pacē cum proximo ſuo, cum ſit malum in corde ipſius. Non ſit dolus in lingua illius, vt aliud os pferat, aliud pectus tegat. Declinet au- (Roma.12) tem à malo, & faciat bonum. Hæc enim duo, duæ ſunt partes iuſtitiæ. Inquirat pacem quam cum omnibus quantum in ſe eſt, maxime aūt cū Deo poſſideat, et ſequatur eam: tam per viam iuſtitiæ, q̄ per patientiæ viam eandem ſeruās. Quia oculi domini ſunt ſuper iuſtos, qui per patiētiam (1.Theſ.5) æquanimiter tolerant malos, non reddentes malum pro malo. Vultus autem domi- (2.Reg.16) ni ſuper facientes mala. Legimus S. Dauid Semei maledictionem ſuſtinuiſſe peſſimam, dum fugeret à ſe Abſalō. Qui tamē noluit eius maledicentiam & ſuorum vlciſci quopiam, dicens: Sinite eum maledicere. Reddet enim mihi dominus benedictionem pro maledictione hac, puta, non vlta nec retaliata, ſed patiēter tolerata. Vn- (Pſalm.29) de in Pſalmo quoq; dicit: Audiuit dominus & miſertus eſt mei. Ita enim contigit. Miſertus dominus Dauid reſtituit eum in regnum ſuum, & maledicētiam iniqui in caput illius non vlciſcēte Dauid reſtituit. Ergo quomodo dominicæ miſericordiæ reſpectus eſt ſuper iuſtos, ita vltionis et iu- (Pſal.36) dicij diuini reſpectus eſt ſuper iniquos, vt perdat de terra memoriam eorū. Non eſt ergo quod timeatis aut trepidetis vt puſillanimes, nec vnde inconſtantes efficiamini in aduerſitatibus. Quis enim vobis nocere poterit, ſi æmulatores virtutis atque imitatores boni fueritis. Calamitates qui- (Roma.8) dem & perſecutiones habebitis ferre, ſed quando hæ vobis nocebunt, cum diligentibus Deum omnia vobis cooperentur in bonum? Quiſquis igitur ſub perſecutione deficit, non eum qui perſecutionem intulit, ſed ſe, qui perſecutionem ferre, cum illi hæc niſi bonum operari nō poſſet, recuſauit, accuſet. Itaque adeo vobis hi qui benefacientibus mala irrogāt, non nocent, vt etiam ſi quid propter iuſtitiam patiamini, ſitis beati, ſaluatore teſte, qui dicit: Bea- (Mat.5) ti qui perſecutionem patiūtur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Sequitur: Timorem autem eorum quæ iniqui poſſunt inferre, tāquam vobis aduerſa, ne timueritis, ſaluatore quoq; dehortante: Nolite timere eos qui corpus oc- (Mat.10) cidunt, &c. Nec conturbemini, pacem veſtram amittentes propter aduerſitates trāſitorias. Dominum autem Ieſum Chriſtū in cordibus veſtris ſanctificate, agnoſcentes eius maieſtatem: cui in ſanctitate, & innocentia cum laude & gratiarum actione ſeruiatis, quæcunque vobis patiēda occurrunt, in eius gloriam referentes, ſcientesque quia ipſe nouit pios de tentatione (2.Pet.2) eripere, iniquos vero in diem iudicij reſeruare cruciandos.

EXEGESIS EVANGElij dominicę V. poſt dominicā S. Trinitatis, Lucæ V.

CERTARE VIdebatur cum turba dominus Ieſus, alterutrumq; videtur ſe mutuo puocare aut inuicē cō tendere, dū Chriſtus à ſtudio non ceſſat benefaciēdi, ac prædicandi, turbæ inſurgunt, vrgēt, importuneq; inſiſtunt Chriſti audire ſermonem. Non grauatur hac turbæ importunitate dn̄s, nec fatigatur, ſed placet illi inſatiabilis hæc fames. Proponitur autē nobis hoc Euangelium poſt illud, in quo erga nos nup miſericordiā Chriſti didicimus, in quo inſtructi quoq; quomodo hanc ad

nos proximis miſerendo debeamus deri=
uare. Diſcamus hic turbæ deuotæ exem=
plo ardenter ſitire et eſurire verbum Dei.
Itaque dicit Lucas Euangeliſta:

Cum turbæ irruerent in Ieſum, ut
audirent uerbum Dei, & ipſe ſtabat
ſecus ſtagnum Genezareth.

Turbæ deſiderium hic ferme impetuo
ſum inſinuatur audiendi verbū Dei, cum
dicitur: Cum irruerent turbæ. Tanta fuit
Mar. 4 fames, tanta hominibus fuit eſuries verbi
Dei, vt vbicunq; Chriſtus foret, turbæ ſe=
querentur, ipſumq; adeo vrgebant ad ma
re, vt nauim intrās inde hominibus in lit
tore ſtantibus prędicaret. Immiſerat nam
Amos 8 que Deus eis famē (vt Propheta dicebat)
non panis & cibi, ſed famem audiendi ver
bum Dei. Beati plane qui eſuriunt & ſiti=
Matt. 5 unt iuſtitiam, quoniam ipſi ſatiabuntur.
Nemo tamen cibum hunc eſurit, niſi qui
illum guſtauerit. Eſuries autem hæc iuſti
tię, nō hic ſatiatur, ſed in futura vita. Quo
enim hic plus reficitur, plus eſurit ho=
mo. Ideo præ magno deſiderio audiendi
Lucæ. 8 Chriſtum, turbæ comprimebant & impel
lebant, adeo vt locus Chriſto in terra de=
eſſet ſtandi. Sed non mirum. Quis enim il
lum non cuperet audire, cuius verba ſapi
entia plena, plena eloquentia, plena ſuaui
tate, plena eruditione, plena benignitate
totum cor rapiebant audientis? Quis nō
videre deſideraret eum, cuius plena e=
rat facies gratiarum, quæ corda intuenti=
um in gaudium inuitabat? Triſtitia bonis
abſceſſit, vbi Chriſti eos faciem continge
bat contemplari. Tam pulchrū itaq;, tam
ſanctum, tam ſuauem, tam eloquentem,
tam deniq; perfectum omnium virtutum
exemplar non libenter videre, ſanæ nō eſ=
ſet mentis. Propterea dicebant quidam ad
Iohan. 8 capiendum Ieſum à Iudæis miſſi: Nunquā
ſic locutus eſt homo, vt ille loquitur. Fa=
mes hæc ſancta eſt, fames hæc diuini ver=
bi ſignum eſt ſanitatis, quomodo cibi fa=
ſtidium eſt ſignum infirmitatis. Sed dicis:
Quid faciebat illi turbæ, vt ita curreret
poſt Chriſtū? Et ego te quoq; interrogo,
qd fit ferro, qd trahitur à magnete? Si ma
Iohan. 6 gnes poteſt trahere ferrum, quō nō poſſet
homo trahi à Deo? Et quid mirꝫ eſt homi
nē trahi à Deo, cū Chriſtus neminē dicat
ad ſe venire, niſi quem pater traxerit? Sed
quare, inqs, phariſæi nō ſimiliter irruerūt,
vt verbo vtar Euāgelico, in Ieſum ad eius
audiendum ſermonem? Dicendum: Phari
ſæi ſibi ſatis videbant̃ docti, nec ſe eruditi=
one Chriſti exiſtimabant egere. Siquidem
ſe lumina eſſe putantes (cū eſſent tenebrę)
ad lumen nō venerūt, ſed in tenebris ma=
nebāt. Qui aūt in tenebris ambulat, & te= Iohan.
nebras amat, odit lucē. Certe multi ex tur
ba in tenebris fuerāt, ſed tenebras ſuas nō
amabant, ideo lucem requirebāt, hoc no=
luerūt agere phariſæi. Tu autem vide hic,
quàm libenter hanc turbæ importunitatē
dominus piiſſimus patitur. A deo namq;
ſitientium ſeruiebat profectui animarum,
vt cibum ꝑpterea quandoq; ſumere diſ=
ferret. Siquidem diſcipulis alio tēpore ci=
bum afferentibus atq; dicentibus: Rabbi Iohan. 4
veni vt manduces. Ego, inquit, cibum ha=
beo māducare quem vos neſcitis. Hoc di=
cebat propter aduentum turbæ ex ciuita=
te venientis, quam erat docturus, vt alibi Iohan. 4
& in alio Euāgeliſta legitur. Hic vero ſta=
bat ſecus ſtagnum Genezareth, quod ali
oqui mare vocatur Galilææ.

Et uidit duas naues ſtātes ſecus ſta
gnum. Piſcatores autem deſcende=
rant, & lauabant retia,

Duas naues circuncifionem & præpu= Gene. 11
tium intelligimus. Ex vtroque enim po= 2. Tim.
pulo Iudæorum & gentium, aliquos erat
vocaturus, qui vtrobique nouerat ſuos, in
vnam eccleſiam, in qua tanquam in naui
erat eos per huius maris turbines ac tem=
peſtates ad littoris, hoc eſt, ad patriæ du=
cturus trāquillitatem. Piſcatores vero (q
iuxta literalem intellectum Petrus erāt &
Iohannes) deſcenderant & lauabant retia
complicanda, quia nihil ceperant gratiſq;
ſeſe fatigauerant per noctem. Piſcatores
itaq; ſunt doctores ſancti & prophetæ, q
ſine Chriſti gratia gratis laborarunt, pro=
pterea quod neminē, donec ipſe veniret,
ſaluum poterant facere. Retia horum, ſtu=
dium eſt prædicatiōis, quod nonnūquam
laxatur, nonnūquam lauatur & plicatur.
Non enim omne tempus prędicationi eſt
idoneum, ſed alio tempore lucrādis eſt a=
nimabus inſiſtendum, alio item tempore
ſui vacandum cuſtodiæ.

Aſcendens autem in unam nauim,
quæ erat Simonis, rogauit eum a ter
ra reducere puſillum. Et ſedens doce
bat de nauicula turbas.

Non

Non otioſum eſt, quod Petri nauiculã dominus ingreditur. Eius namque nauis eccleſiam, in qua transfretari, in qua dum procelloſum hoc mare nauigamus, ſaluari nos oportet, ſignificat. Vide autem quã recte dicat: Intraui in vnam nauim. Neq; enim niſi vna duntaxat eſt eccleſia, quæ à ſpiritu ſancto ſanctificatur, mouetur, viuificatur & regitur. De qua in Canticis ſcriptum eſt: Vna eſt columba mea, perfecta mea. Vna eſt matri ſuæ electa genetrici ſuæ. Hæc eccleſiæ (tametſi multi eam hæretici diuidere voluerint) vnitas à Chriſto vſq; ad nos deriuata eſt: nempe per Petri nauiculam ſignificata, & à Petro eiusq; ſucceſſoribus gubernata. Vnde mirũ eſt, cum ſemper à tẽpore Chriſti interim non niſi vna permanſerit eccleſia, quę nunquã etiam non fuit, quomodo Neochriſtiani, ſeu Lutherani, q intra annos triginta cœperunt, poſſint ſe eccleſiam dicere, quæ tamen etiam apud illos vna non eſt, ſed diſſecta. Nunquid ante triginta annos eccleſia non fuit? Nonne hęc per vniuerſum orbem terrarũ diffuſa eadem ſemper fuit? In hanc itaq; Chriſtus intrauit, in hac Chriſti ſpiritus docet. Habent hęretici quoque naues ſuas, ſciſſas tamẽ ac diruptas, in quibus non Chriſti, ſed ſatanæ ſpiritus prędicat & regit. Si itaque Chriſtum audire vis prædicantem, ad nauem accedas Petri oportet. Ex ea enim tibi Chriſtus loquitur. Non prætereundum autem eſt, quod dominus rogauerit Petrum nauem reducere à terra puſillum. Qui imperare debuit, rogat. Vide Chriſti benignitatem, humilitatem, manſuetudinemque. Creator creaturam, dominus ſeruum, magiſter diſcipulum, Deus hominem pro tantillo obſequio obſecrat.

Cant. 6

Vt ceſſauit autẽ loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia ueſtra in capturam.

Sermonem ſuum miraculo confirmare voluit, Petroque pro labore & charitate, qua illi nauiculam accommodauerat, atque à terra paululũ abduxerat, dare mercedem. Ideo illi dixit: Duc in altum, hoc eſt, longe à terra in profundum duc nauẽ. Et ad reliquos ſimul: Laxate, inquit, retia veſtra in capturam. Significare volens Petro & eius ſucceſſoribus ſingulariter nauis directionem, hoc eſt, eccleſiæ regimẽ, ſeu gubernationem eſſe commiſſam: reliquis vero, tãquam inferioribus retium laxationem, hoc eſt, prædicationem. Retia enim tendicula ſunt prædicationum, quibus capiuntur animæ. Hæ enim ex libris Moſi, ex prophetis, ex pſalmis, ex Euangelijs, ex canoniciſque ſcripturis, vt retia, connectuntur, quibus animæ captæ ad littus pertrahantur. Dicit itaque Petro dominus: Duc nauem, id eſt, eccleſiam in altum, hoc eſt, in ſublime diſputationum, ad inueſtiganda extrahendaque profunda ſcripturarum. Dubia enim & ambigua interpretãdi atque ſoluendi in ſcripturis ſoli Petro atque eius ſucceſſoribus tradit Chriſtus auctoritatem. Sunt qui nauim, id eſt, eccleſiam duci intelligunt in altum ſecularis dignitatis, quando prædicatione ſanctorum, imperatores, reges, principes, doctores atque mundi lumina ad Chriſtum conuertuntur.

Et reſpondens Simon, dixit illi: Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus. In uerbo autem tuo laxabo rete.

Præceptorem Chriſtum Petrus agnoſcit, non ſolum voce, ſed etiam opere. Ad eius enim vocem mox obedit, qui ante ex propria voluntate & conſilio ſuo, dũ tentaret, nihil capere potuit. Oſtendit itaque Simon vere Simonem, id eſt, obedientem eſſe, atque ſua obedientia, quàm dignus erat futurꝰ Chriſti diſcipulus, prẽmõſtrat. Calefactus namque ex prędicatione Ieſu, propter eius verbum laxare vult retia. Quamuis enim expertus iam eſſet hoc in loco & tempore hoc nõ eſſe piſces, qui capi poſſent, magis tamen Chriſti voluit inhærere verbo, quàm ſuo conſilio: imo credidit plus verbo Chriſti, quàm ſuæ experientiæ: ſperans, tametſi pauloante nihil capiendum reperiſſet, propter verbum tamen Ieſu, ſine piſcibus laxaturus retia nõ rediret. Sed hoc quo ad literam. Myſtice vero ſi eius accipiuntur verba, veriſſimum eſt per totam noctem Moſaicæ legis nullum piſcem captum. Nemo enim opus fecit, quo aperire, aut ſibi, aut alijs potuit regnum cœlorum. Eſt tamen nihilominus quoque alius ſenſus ſpiritualis. In nocte enim laborat, quiſquis bonum extra gratiam DEI in tenebris peccatorum mortalium operatur. Huiuſmodi enim operibus nullis redditur præmium

æternæ

æternæ beatitudinis. Nox enim peccati mortalis eſt ſterilis.

Et quum hoc feciſſent, concluſerũt piſciũ multitudinẽ copioſam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt ſocijs qui erant in alia naui, ut uenirent & adiuuarent eos. Et uenerũt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut pene mergerentur.

Vides quàm fructuoſa fuerit humilitas, quàm frugifera obedientia Petri, quæ meritorum multitudine ditatur, vbi voluntas propria inaniter laborauerat: Salutaris ſit neceſſe eſt hęc prędicatio, locuplesq́; animarum captura, quę in verbo Ieſu pro ipſius obedientia ad gloriam Dei, non ad ſuum quæſtum perficitur. Vide hic ſtatũ præſentis eccleſiæ. Boni maliq́; piſces capiuntur. Quibus ad littus (vt Euangelica habet parabola) tractis, boni eligantur, mali eijciantur foras. Hæc diſcretio in fine mũdi fiet. Iam enim mixti ſumus cum malis boni, maliq́; cum bonis. Sed littus indicat rete quid militantis eccleſię trahebat. Propterea hic refertur, quod rete rũpebatur. Abundantia enim malorum per ſciſmata & hæreſes rete ſcindit, pacemque & prædicationis rumpit vnitatem. Per aliam nauim, in qua erant qui aduocabantur ſocij, Ambroſius Iudæam intelligit, ex qua erãt Iacobus & Iohannes. Ex hac itaq; naui altera, ſcilicet Iudæa, q̊tquot fuerunt conuerſi ſimul adunati ſunt gentibus conuerſis, & piſces à Petro captos ad littus perducere iuuerunt. Idem enim apoſtolis ſtudiũ prædicationis piſcationiſque animarum, ſiue ex gentibus, ſiue ex Iudæa conuertendarum fuit, vnaque cura cunctos per fidem Chriſto adducere. Tanta autem fuit conuerſorum multitudo ex vtroq; populo, circuncifionis ſcilicet & præputij, quaſi duabus nauibus adunata, vt pene ſubmergerentur. Periclitabatur itaq; nauicula minabaturq́; ſubmerſionem, ſed euadebat. Nunq̃ enim deſerit Deus eccleſiam ſuã, ſed ad finẽ vſq; regit atq; p̱ducit.

Mat. 13

Ambro.

Quod cum uideret Simõ Petrus, procidit ad genua Ieſu, dicens: Exi à me, quia homo peccator ſum domine. Stupor enim circundederat eum, & omnes qui cum illo erãt in captura piſcium, quam ceperant. Similiter autem & Iacobum & Iohannẽ filios Zebedæi, q̃ erãt ſocij Simõis.

Ex euidẽtia miraculi didicit Petrus magnæ eſſe ſanctitatis & auctoritatis Chriſtum. Quare ſe illius præſentia indignum agnoſcebat. Aliquid enim ſublimius, quã ante, de eodem nunc ſentiebat. Nihilominus tamen ante miraculum hoc, dominũ eſſe Chriſtum credebat. Quod liquet ex Iohannis Euangelio, vbi narratur frater eius Andræas illi dixiſſe: Inuenimus Meſſiam, qui dicitur Chriſtus: & duxit eũ ad Ieſum. Viſo tamẽ hoc miraculo, & fides & deuotio in eo creuit. Quo autem Chriſti excellentiam magis agnouit Simon, eo etiam magis in illo ſui creuit cognitio, eoq́; illi ſua vilitas e regiõe collocata magis manifeſtabatur. Vnde quod Chriſtum à ſe recedere rogauit, non indeuotionis, ſed profundiſſimæ fuit humilitatis. Nam ſpiritualem Chriſti præſentiam, gratiæque illius adiutorium maxime deſiderauit: ſed illa ſe indignum iudicans, dominum rogauit: Exi à me domine, quia homo peccator ſum. Hoc modo Centurio quoque excellentiam Chriſti, ſuamque e regione tum infirmitatem, tũ vilitatem attendẽs: Domine, inquit, nõ ſum dignus vt intres ſub tectum meum. Singularis itaq; reuerentiæ, deuotionis ac humilitatis erga Chriſtum fuiſſe cognoſcitur Petrus, qui ad genua ante illum procidit: quod tamẽ aliorum nemo feciſſe hic legitur, licet omnes ſtupor de miraculi magnitudine circũdaret. Quo etiam ſatis manifeſtum eſt, quàm nihil ſibi, quàm nihil ſuis meritis, ſed Chriſti totum hoc quod factum erat pietati aſſcripſit.

Iohan. 1

Matt. 8

Et ait ad Simonem Ieſus: Noli timere, ex hoc iã eris homines capiẽs.

Qui ex captura piſcium exterritus es, & paues, noli timere, noli eſſe puſillanimis qa nõ ſolũ te non deſerã, ſed faciam etiã te verum egregiumque piſcatorem, non piſces, ſed animas capientem. Eſt enim pijſſimo cordi Ieſu familiare, vt cor contritum humiliatumq́; non deſpiciat, ſed conſoletur & confortet. Ideo p̃dicit Petro, ipſum conſolando ad ſublimiorem paulo poſt, hoc eſt, ad apoſtolatum eum aſſumendũ, & eccleſiæ prædicatorem futurum. Hoc enim dicere voluit, dicens illum aĩas capturum,

Pſalm. 50

pturum, & prædicationis ſagena piſcatu-
Ierem. 16 rum homines, iuxta illud Ieremiæ: Ecce e-
go mittam piſcatores multos, & piſcabũ-
tur eos. Fuit itaque Petro ꝓmiſſum quod
poſtea impletum eſt, vt eſſet piſcator ho-
minum, non nummoꝝ, vt hodie quidam
Actio. 3 ſunt prælati. Nã diuitias ſi ipſius noſſe vo
lueris, audi in Actis illum loquentem: Ar
gentum & aurum non eſt mihi, quod au-
tẽ habeo, hoc tibi do. In nomine Ieſu Chri
ſti Nazareni ſurge & ambula.

Et ſubductis ad terram nauibus, re lictis omnibus ſecuti ſunt eum.

Trinam legimus vocationem Petri, &
quorundam aliorum apoſtolorum. Pri-
ma fuit ad ſolam notitiam Chriſti. Nam
vt refert Euangeliſta Iohannes, Andræas
Iohan. 1 qui primo notitiam acceperat Ieſu, addu-
xit quoq; Petrum fratrem ſuum ad Chri-
ſtum dicens illi: Inuenimus Meſſiam, qui
dicitur Chriſtus. Sed vterq; rediјt ad pro-
Lucæ. 5 pria. Secũda fuit ad familiaritatem, quod
facto hoc miraculo contigit. Relictis eñ
Matt. 4 Mar. 1 Lucæ 5 omnibus ſequuti ſunt ſaluatorem. Redie-
runt tamen poſt vnum aut alterum diem
ad propria. Tertia fuit ad apoſtolatũ, quã
ſcribit Mattheus, quia alia quadã die poſt
hoc miraculum facta eſt. Et tunc ad pro-
pria nõ rediens, cũ Chriſto manſit. Simile
fere aliud huic miraculo, poſt Chriſti re-
Iohan. 21 ſurrectionem ſcribit Iohannes, vbi Simo-
nem Petrum, cum quibuſdã aliјs apoſto-
lis abiјſſe refert piſcatum, qui nocte illa ni
hil prendiderunt. Mane autem Ieſu in lit-
tore ſtante, & vt in dexteram nauigiј rete
mitterent hortante, ilico ceperunt centũ
quinquaginta tres magnos piſces. Sed cũ
tanti (inquit) eſſent piſces, non tamẽ eſt
ſciſſum rete, nec periclitati ſunt. Porro
hic rumpebatur rete, atque pene ſubmer-
ſi ſunt. Itaque ſignificatur in præſenti mi-
raculo, per piſcium captionem eccleſia mi
litans, in qua mali bonis miſcentur, in
qua varia etiamnum occurrunt pericula,
doctrinarũque oriũtur ſectiones, ſectę, hę
reſes, & ſciſmata, quod eſt rete prædicatio
nis rumpi. At vero in ſecunda vltimaque
piſcium captione, quæ poſt reſurrectionẽ
contigit Chriſti, nihil periculi narratur,
imo palam dicitur: Cum tãti eſſent piſces,
non tamen ſciſſum eſſe rete. Quo certe ſi-
gnificatur eccleſia triumphãs, cui prorſus
abeſt omnis ſciſſura, oẽq; periculũ. Nunc
igitur filiј in naui Petri (in qua Chriſtus
docet) conſtituti, in ſancta orthodoxa ec-
cleſia vos eſſe intelligite. Hæc eñ illa vna
eſt nauis, in quã Chriſtus intrauit, in qua
quotidie adhuc docet & prædicat, quam
Petro ducendam gubernandamque, atq;
eius ſucceſſoribus commiſit. Nempe vna
ac eadem, q̃ ab apoſtolis vſq; in nos eſt dę
riuata, non alia, cuiuſmodi multæ fuerũt
hæreticorum, quæ interierunt, & vltimo
ante paucos annos, vnam ſibi hæretici no
ſtri fecerunt, quam tamen mox in multas
ſectas ſibiiјpſis repugnantes diuiſerunt at-
que contrarias. Hos filiј deuitate, harũ ſe-
ctarum prędicatores fugite, in naui ſancti
Petri, imo Chriſti, Chriſtum docentẽ au-
dite, vt per rete Euangelicæ prædicationis
ad littus, & per obedientiã quam præſta-
re veſtris debetis ꝑlatis trahi mereamini,
et à dño noſtro Ieſu Chriſto inter electos
piſces ad coronam aſſeruari, eodem largi-
ente domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt
benedictus in ſecula. Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. Decem quæ in hodierno nos Euãgelio ædificãt doceri.

CVm irruerẽt turbæ in Ieſum,
vt audirent illum, Lucæ V.
Laudabilem turbę appetitũ,
laudabilem eſuriem ſitimq;
ad audiendos Domini ſer-
mones, ad eruditionem ſanctam ab eodẽ
accipiendam hodierno in Euangelio au-
diuimus, q̃ delectata Chriſti verbis, Chri-
ſti moribus, Chriſti ſignis & miraculis, e-
ius deniq; cunctis operibus non poterat
ab eodem ſeparari. Eſt autem hoc ignauię
noſtræ vehemens reprehenſio, qui ad ver
ba Chriſti faſtidioſi, tepidi, frigidi & negli
gẽtes ſumus. Quocirca vt excitetur in no-
bis deuotio, dicam quã multa in hoc ſint
Euangelio quæ excitant, ædificant, erudi-
antq; nos ad bonum. Primũ in hoc Euan
gelio quod nos inſtruit, eſt turbæ appeti-
tus inſatiabiliter deſiderãtis verbũ Dei. Se
quebatur eñ dñm quocunq; ibat, ſiue in
ciuitates, ſiue in deſerta, ſiue ad mare, & e-
ius ſermone refici cupiebat. Et nobis nihil
vtiliꝰ ſane, nihil honeſtiuſq; cõtingere po
teſt, q̃ vt ardenti feruore quæramus ſequa
murque Chriſtum, & illi adhæreamus, ſer
uiamuſque. Filiј q̄cquid aliud quærimus,
temporale eſt periturum, fallax, & nihil,
quod eſſe quidem apparet, ſed nihil eſt
niſi vanitas, & imago alicuius boni. Pro-
pterea

Pſalm.4 pterea Pſalmiſta clamans,dicit:Filij homi-
num,vſquequo graui eſtis corde, puta ad
ſequendum dominũ? Vt quid diligitis va-
Iſaiæ 5 nitatem,& quæritis mendacium? Quæri-
tis magni eſſe in oculis hominum. Vultis
quoque filios veſtros fore magnos in mũ-
do. Ad hoc enim nitimini & laboratis, vt
quanto vos in precio habet mundus, ha-
beat eos quoque. Verum equidem vobis
dico: Quomodo vos eſtis decepti, ſic fili-
os veſtros quoque decipitis. Nunquid enĩ
tunc felices atque beatos feciſtis filios ve-
ſtros, dum opes,honores,& reliqua quæ
in mundo præminere homines faciunt,il-
lis procuratis, & retibus diaboli qbus ad
inferna trahantur,eos inuoluitis? Hoc eos
docete,vt Deum timeant, Deum diligãt,
ad audiendum Dei verbum ſitiẽtes accur-
rant,Dei cuſtodiant mandata,aut paupe-
rum miſereantur, vt egenis indigẽtibusq;
omnibus libenter ſubueniant,tunc eos o-
ptime ditaſtis,& ad honores cœleſtes pro-
mouiſtis. Docete illos,& veſtris operibus
Lucæ 12 oſtendiſe eis,vt theſaurizẽt ſibi theſauros
Matt. 6 iuſtitiæ atq; virtutum,quos fures non tol-
lant,nec tineæ demoliantur, nec ærugo cõ-
ſumat. Hæc facientes,cum filijs veſtris ſal-
ui eritis. Itaque hoc eſt irruere in Ieſum,
ipſum ſitire,ipſum amare, ipſius ſequi ve-
ſtigia,ipſum deſiderare ac rogare vt habe-
as propitium,eius optare gratiã,illi inhæ-
Iohan.8 rere,& ab eo nõ diuidi. In ſumma dicam:
Qui ex Deo eſt, libenter Dei verbum au-
dit. Si libenter audit, quærit hoc, & irruit
ad audiendum. Quod ſi non libenter au-
ditis,ſignum eſt quia ex Deo non eſtis. Se-
cundum,quod hic ædificat ac inſtruit, eſt
benignitas redemptoris,quod turbam vi-
dens importunam ac verborum eius ſiti-
bundam,adeo vt irruerẽt in eum, non eſt
grauatus. Studebant enim propius ſemp
accedere quo melius perciperent,quod a-
uide audiebant. Interea tamen cũ impelle-
bant dñm retrocedere vſq; ad ſtagnũ ſeu
mare,nõ ipſe inique tulit hominũ impor-
tunitatem, nec labore ac tædio fatigaba-
tur,ſed in nauiculã aſcendens, abductus
paululum à terra,docebat turbas. Nõ igi-
tur pijſſimus Ieſus,moleſtia, nõ tædio, nõ
aſſiduitate vincitur prædicandi,ſed deuo-
tioni acquieſcens turbæ, prædicationem
terra mariq; continuat. Inuitat hoc ſuo ex-
emplo omnes prælatos & docet, quanto
oporteat feruore & indeſinenter populis
prædicare, quanto zelo lucrandis anima-
bus inſiſtere,et circa animarum lucra quã-
nullo aut tædio,aut fatigatione vinci. Nõ
igitur ſeipſos debent quærere,nec ſibi,vel
licitis occupationibus ad priuatũ cõmo-
dum vacare,aut ſemper otio cõtemplatio-
nis inſiſtere,ſed ea curare,quæ ſunt ſubdi-
torum,animabus ſibi creditis inuigilare,ſer-
monis pabulum illis adferre,exẽplo bonę
actionis non minus q̃ verbo plebem ro-
borare. Tertiũ,quod hic ædificat eſt Chri-
ſti humilitas, rogantis Petrum, vt à terra
abduceret paululum nauem. Non impe-
rat,non iubet, ſed rogat creator, & mun-
di redemptor. Quare autem hoc facit,niſi
quia nos cum ſuperbi ſumus,magis volu-
mus rogari,quàm rogare? Nam etiam ali-
eno ſi rogamur obſequio vti, ſi ſubſidiũ
nobis neceſſarium fuerit proximorum.
Vix tamen vel ipſa neceſſitas cogit nos vt
humiliati pro obſequio rogemus. Nolu-
mus enim aut indigentiam noſtram agno-
ſcere,nolumus quàm inopes,aut indocti,
aut impotentes ſimus agnoſci, nolumus
nos humiliare. Erubeſcimus nos inferio-
res cognoſcere his quos rogamus. Nolu-
mus tandem nos debitores gratitudinis
atq; reddendæ charitatis conſtituere, nec
pro acceptis beneficijs obligatos nos agno-
ſcere. Chriſtus tamẽ cũ eſſet Deus, & Dei
filius, cum eſſet omnipotens & ſummus,
cui angeli deniq; gaudent ſeruire & obtẽ-
perare,à piſcatore paupere obſequiũ roga-
re nõ erubuit. Quartum quod hic nos in-
ſtruit,eſt obediẽtia Petri. In multis enim
hic reperitur Petrus obediens, & Chriſto
deuotus. Nam primo, accomodauit dño
(q̊d deuotionis & charitatis fuit) nauim.
Deinde ad petitionem domini, reduxit à
terra paululum nauẽ. Tertio,rete ad ver-
bum domini laxauit, atq; ad piſcãdum ſe
parauit. In qua obediẽtia concurrũt mul-
ta,quibus ipſa cõmendatur,atq; ſeipſa cla-
rior ac perfectior efficitur. Eſt namq; diffi-
cilis,eſt prompta,eſt ſimplex, eſtque fide-
lis. Difficultatem multa faciunt obedien-
di. Primum eſt operis infructuoſitas. Hoc
modo pbata fuit ſanctæ Eufraziæ obediẽ-
tia,quæ iuſſa grandia ſaxa portare, de lo-
co vno ad alium,atq; inde in priorem lo-
cum reportare,nihil inde murmurauit,p-
pter operis inutilitatem,ſed ſtudioſiſſime
impleuit. Hoc mõ beatus hic Petrus potu-
iſſet obedientiam recuſaſſe,& obieciſſe in-
fructuoſitatem. Nemo enim libenter gra-
tis,& vbi nullus reſpondebit fructus ope-
ratur.

Eccli. ratur, quia non habet quo conſoletur la-
borē, proinde & q arat in ſpe ſcilicet meſ-
ſis debet arare. Petrus vero per experienti
am didicerat non adeſſe piſces, infructuo-
ſumq; noctis laborem exantlauerat, qua-
re detractare potuiſſet laborem, ne & illū
gratis perderet. Verum infructuoſum nō
credidit Chriſto obedire. Nā etſi nulli piſ
ces caperentur, ſciebat tamē obediēdi ſtu-
dium abſque merito, præmioq; non eſſe.
Secundū quod facit difficultatem eſt, dum
fatigato iā laboribus, denuo imponitur
opus. Poſt laborē enim nemo non optat
quietem. At Petrus nūquam adeo potuit
fatigari, vt pro Chriſto illum, vel iterandi
laboris pigeret: tāti em̄ iam faciebat Chri
ſtum, vt illius obedire voci nullū æſtima-
ret eſſe laborem. Tanto ad Chriſtum fer-
uebat amore, vt non timeret (ſi ita Chri-
ſtus ſineret) pro Chriſto etiā gratis labo-
rare. Si enim is qui diligit hominem labo
rem non ſentit (quamuis laborans) quem
ob illius gratiam fert, quomodo qui pro
Deo laborat, grauabitur? Sēper enim per
amorem reſpicit in illius beneplacitum,
cuius gratia laborat, cupit illi placere, eius
optat gratiam & fauorem, eiuſque hono
Phil.2 rem zelatur. Amor itaque non ſuſtinet pi
grum, & acedioſum, qui ſua commoda
quærit & requiem, non ea quæ ſunt Chri
ſti. Tertium quod obediendi generat dif-
ficultatem, eſt proprium conſilium & ſu-
perbia, cui nihil niſi propria placent. Con
tra cōſilium aūt propriū quempiam aliqd
efficere, difficultas eſt magna. Non em̄ tūc
creditur prælato, ſed ſapientior eſſe ſibi vi
detur is, qui huiuſmodi eſt, & qui debet
obedire, quàm qui præcipere. Difficultas
hæc quoq; Petrum non impediuit: Siqui-
dem conſilio & prudētiæ humanæ licet eſ
ſet cōtrarium id, quod dominus iubebat,
puta, vbi per noctem totam piſcando gra
tis laborauerant nihilq; ceperāt, mox re
dire ad eundem locum & denuo velle piſ
cari, veruntamen hanc ſuam prudentiam,
ſuumq; conſilium contempſit Petrus, ma-
gis credens, maioremq; fiduciam habens
in verbis Chriſti, quàm ſuo ingenio, labo
re, & experientia. Vicit itaq; Petrus oēm
obediendi difficultatem. Vñ ſequitur eius
fuiſſe obedientiam (quod ſecūdo loco po-
ſueram) promptam. Nam nihil moratus
mox dominicis verbis paruit. Quod enim
dixit: Præceptor per totam noctem labo-
rantes nihil cepimus, nō id dixit propte-
rea, quod grauate obediret, ſed vt indica-
ret, quàm obediret confidenter, ac ſi dice-
ret: Licet expertus ſim, nunc laborē piſcā-
di infructuoſum, veruntamen quia tu iu
bes, iam non mihi erit otioſum piſcandi
onus, nec infructuoſa, nec vacua ad me re
dibunt retia. Hic apparet quoq; q̄ ſimplex
fuerit Petri obedientia & fidelis, credētis
minus ꝑprie experientiæ, quā Chriſti ver
bis, credentis piſces quidum ſuo conſilio,
ſuaq; induſtria piſcaretur nō aderāt, mox
propter verbum domini affuturos. Quin
tum quod in hodierno inſtruit Euāgelio
eſt, quod dominus voluit nauem à terra
reducere puſillum. Quo virtus diſcretio-
nis innuitur, quam prælati diſcere debēt
in animabus regendis, vt non nimis maxi
me in principio vrgeant ad ambulādum
oues, ſed exemplo Iacob paulatim ſinant Gene.33
eas progredi. Paulatim enim longius eas
à terrenis abſtrahent, eſtque prudentiæ ac
diſcretionis, ne nimietate in initio aut im-
petu oues lædantur ac impediātur magis
quam promoueantur. Debet enim præla-
tus non in extremis verſari, nec ad illa vr-
gere, ſed regia debet ambulare via, hoc eſt
in medio virtutum ne quid minus & ne
quid nimis. Non erit impetuoſus ſed pru-
dens, ad diſſimulandam, ad expectandāq;
temporis opportunitatē, vigil quo poſſit
tempore vtiliſſime animorū mederi lan-
guoribus. Paulatim enim inſtituendi ſeu
nouiter inſtituti ſpiritu creſcunt, creſcūt
fide, creſcūt alijs quoq; virtutibus, deſinen
te interea in illis priuato amore ac ꝑpria
voluntate, qua paulatim tādemq; ſentiāt
quod non ſentiebant, credant quod non
credebant, rogent quod rogati facere re-
cuſabāt. Quod enim à terra reduci iubet
nauim non procul ſed puſillum, docet ſal
uādum ſtatum communem fidelium, cui
permittit vt hoc mundo vtantur tanquā
non vtentes, vt gaudeant tanquam non
gaudentes: & cum omnia habeāt, nihil ta 1.Cor.7
men ſint animo poſſidentes, hoc eſt, nihil
terrenum ſic diligant, quo cordis poſſeſſi
onem, aut animi teſtentur inhęſionē. Sex-
tum eſt fides Petri. Credidit enim ſe pro
obedientia (quę mundi ſapientibus ſtulta
videri poterat) non deridendum, quem fi
des roborabat adeo, vt crederet fieri non
poſſe, quo hæc Chriſti iuſſio foret inanis,
aut abſq; fructu. Ideo dixit: In verbo tuo
laxabo rete. Septimum quod ædificat, eſt
charitas & aſſiſtentium adiuuātiumq; be-

nignitas. In alia namq; naui ſocij mox vbi nutu tantum ſunt vocati acceſſerũt, vt Petro ſubuenirent parati. Placet Deo vehementer charitas, q̃ eſt in proximum. Quãobrẽ opera miſericordiæ ac charitatis, tanquã ea quæ ſunt gratiſſima Deo, alijs operibus q̃ reſpectũ proprij habent cõmodi, eſſent, vbicunq; id fieri poſſit, merito præferenda. Octauũ eſt Petri humilitas ac reuerẽtia erga Chriſtum. Trepidabat enim propter ſuã indignitatẽ, quã in oculis ſuis habebat Petrus, Chriſti vero maieſtatẽ & poteſtatẽ expauit. Ideo ad genua ante dñm procidit, rogans vt à ſe exiret, & à ſe peccatore (cuius præſentia foret indigna & cõtumelioſa Deo) recederet, quaſi diceret & rogaret, ne ſe tanti humiliaret Chriſtus & vilificaret, vt cũ homine peccatore familiariter conuerſaretur. Docet aũt in hoc nos reuerentiam habere ſemper magnam ad prælatos noſtros. Niſi enim ſublimiter ſenſeris de prælato tuo ac bene, nõ poteſt tua eſſe obediẽtia ſimplex atq; perfecta. Nonũ quod inſtruit, eſt quod Chriſtus Petrũ puſillanimem confortat, ac erigit humilem. Nam conſolatur eũ, dicens: Noli timere. Nec ſolum cõſolatur, ſed maiora etiam illi promittit beneficia. Erudit aũt Chriſtus prælatum q̃ eſſe debeat conſolatorius cũ omnibus, tamen præcipue humilibus & puſillanimitate deiectis. Nocet enim non parum, imo vehemẽter impedit ſeruum Dei puſillanimitas, niſi fuerit homo maxime acquieſcens & nõ pertinacis ingenij, voluntatis, aut conſilij qui poſſit ac velit conſulere prælatũ ſeu patrẽ animæ ſuæ in omnibus illumq; audire, illi credere & obtemperare. Debet igitur prȩlatus præcipue eos qui timent, & qui trepidant conſolari ac confortare, ne ſpiritu deficiant. Decimũ eſt quod nos hic ædificat, propter quod etiã hæc omnia fiebãt, quia relictis omnibus ſecuti ſunt ſaluatorem. Itaq; iam de piſcibus captis nihil cogitabant, quia ceperat eos ſaluator, quos tanto poſt ſe tamq; feruido tactu abducebat amoris, vt corpore quoq; illum ſequerẽtur. Itaq; filij hæc eſt piſcatio Chriſti, capere & abducere poſt ſe animas: & hoc modo piſcatus eſt piſcatorẽ Petrum. Sunt aũt poſt Chriſtũ alij piſcatores, quorũ principem conſtituit pro ſe Petrũ, eiuſdeq; vicarios, prælati eccleſiarum ad homines attrahendos Chriſto. Sed cõqueruntur horum quoq; multi, & dicunt: Per totã noctem laborantes nihil cepimus. Quod tamen aliquando ex culpa accidit piſcatorũ, aliquãdo ex vitio piſcium, quod piſcator nihil capiat. Primo id eſſe poteſt ex defectu temporis, puta ſi in tempore non debito piſcatio fiat, quo ſcilicet piſces ſe aut ad ima abſcondũt, aut vbi deliteſcant ſuis latibulis ſe continent. Tunc em̃ prædicator gratis laborat, quando non ſunt inter auditores aliqui prædeſtinati ad vitã. Gratis, inquam, laborat, quia piſcẽ nullum capit. Non tamen omnino gratis, quia erit merces operi eius. Ierem. Siue tamen ceperit piſces, ſiue nullos ceperit, ſciat animarũ piſcator nihil ibi eſſe ſuum, niſi vt ſanam prȩdicet doctrinam, & quos docuerit verbo, exemplo non deſtruat. Nam vt aliquem capiat feliciter piſcem, vt impium ad Deũ aliquem conuertat, non hominis, ſed Dei opus eſt, licet hominis miniſterio peragendum. Sunt etiam qui prædicant in nocte ignorantiæ nulla eruditiõe ſuffulti. Sit itaque prædicator ſtudioſus obſeruator temporis, vt tunc maxime prædicet, quando plebs magis parata idoneaq; fuerit ad recipiendum. Sciat quoq; quibus retibus omni tempore debeat vti. Interdũ enim facili perſuaſione, interdũ terroribus, interdum blandicijs cõuertuntur auditores: & ſuper hoc vigilandum eſt inter remedia, quod magis ſit efficax. Secundo, contingit ex defectu loci, fortaſſe, quod illo in loco nemo eſt qui prædeſtinatus ſit ad vitam, ideo nemo cõuertitur. Si enim in loco piſcatur nõ ſatis profundo, vbi locus eſt arenoſus & parum aquæ ibi nihil piſcium capitur, & vbi profunda hominis Dei gratia non penetrat, inanis eſt omnis ꝑdicatio. Tertio, piſcari contingit otioſe ex retium ſeu inſtrumentorũ defectu. Retia em̃ ſi rupta fuerint, piſces elabuntur. Retibus ruptis piſcãtur hi qui quod verbis affirmãt, factis negant: aliud prædicant, & aliud operantur. Quarto, contingit piſcationem eſſe otioſam propter piſces qui non poſſunt capi. Aut enim ſunt piſces nimis magni, aut nimis parui, aut nimis aſtuti, aut nimis lubrici. Hoc modo homines in poteſtatibus, diuitijs cõſtituti vix cõuertuntur, quia nimis ſunt magni, & difficultas eſt magna illis annũciare veritatem. Ideo enim quia ab omnibus timẽtur, quia multum nocere poſſunt, raro eis veritas dicitur, nam etſi quis dixerit illis veritatẽ, hãc non recipiũt. Alij piſces ſunt nimis parui, hoc

hoc eſt, puſillanimes, & hi capi difficulter
Eccli 11 poſſunt, quia omnia etiam tuta timent.
Vnde ſcriptum eſt: Qui obſeruat ventum
non ſeminat, & qui puſillanimis eſt nimi-
um, nõ agit opera bona. Nuſquam enim
vult lædi, nuſquam audet laborare, tuta ti
met, & ſuſpecta habet omnia. Tertij ſunt
piſces nimis aſtuti, qui quærunt vbiq; ela-
bi. Homines itaq; doloſi & nimium aſtu-
ti, raro per prædicationem capiuntur. Ha-
bent gloſſas ſuas quibus ſeſe excuſant, &
eccleſiæ præcepta eludunt. Quarti piſces
ſunt nimis lubrici vt anguilla, quos quan-
2.Timo.3 to ſtrinxeris fortius, tãto citius elabũtur:
hoc modo homines ſeipſos amantes, &
carnis deſiderijs ſeruientes, male euadunt
rete prædicationis. Tot enim peccatis ſer-
uiunt, quot in ſe peccandi concupiſcenti-
as ſentiunt. Nam qui multis varijsq; deſi-
derijs ſuis ſatagunt ſatisfacere, ſemper vt
occaſionem habent delinquendi, ita & ex
Iohan.3 cuſandi, atque correptionem elabendi. E-
amobrem prædicationem declinant euã-
gelicam, fugiunt correptiones, nolũtque
venire ad lucem ne arguantur opera eo-
rum. Quomodo itaque Chriſtus per ſuos
piſcatur, & retibus prædicationem verbi
Dei capere q̃rit animas: ſic diabolus quoq;
ſua retia extẽdit, quibus incautos capiat
Psal.140 & abducat. Et quid dicemus? Nonne ma-
ior pars hominum in mundo eius retibus
capitur? ſicut ſcriptum eſt: Cadent in retia
culo eius peccatores? Quæ ſunt, inquis, re
tia diaboli? Oĩa illa q̃cunq; non ſunt Dei,
quæ mundi, q̃ temporalia ſunt, quæ tran-
ſitoria & corporalia ſunt, quæ ab homini-
bus hic amantur, quæ carnẽ delectant, re-
tia ſunt quibus diabolus animas piſcatur,
et quę homini, dũ inſidiatur, in abſcõdito
tendit. Nihil poteſt facere homo, in quo il
li rete diabolus nõ oppãdat, quo opus de
ſtruat bonũ impediatve, vt hominẽ euer-
tat. Vigila igitur tu, quia & vigilãti & dor
miẽti tibi retia tẽdit. Siue comedas, ſiue bi
bas, nõ dormitat peſtifer ille piſcator, ſed 1.Pet.5
inſidiatur ſemper quærens quẽ capiat. Ha
bet generatim retia, quæ cunctis mortali-
bus nouit illiciẽdis idonea, nouit quo fal-
lat modo. Habet retia, cuiuis homini ſin
gularia, q̃bus imponat incautis, iuxta cu-
iuſcũq; naturales cõditiões, cõſuetudines,
exercitia, occupationes, & ſtatum congru
entia. Propterea filij, vigilate in orationi- 1.Petri 4
bus, & eſtote prudentes ac circũſpecti, ni-
hil vobiſipſis confidentes, ſed fiducia ve-
ſtra ſit in Deo. Habitate in adiutorio altiſ Psal.90
ſimi, vt & in protectiõe Dei cœli commo-
remini. Antequam faciatis quicquam, an
tequam in rem aliquam incertam aut pe-
riculoſam conſentiatis. Primo per oratio
nem ad Deum confugite, Deũ pro elumi-
natione veſtri, pro directione, pro cuſto-
dia à peccato, & pro liberatiõe à periculo
inuocate. In hoc mundo quoq; non aſtuti
ac doloſi, ſed puri, ſimplices, ac innocẽtes
viuere ſatagite, præſtante domino noſtro
Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula.
Amen.

DOMINICA VI. POST DOMINICAM S. Trinitatis, epiſtola beati Pauli apoſtoli, ad Roma. VI.

QVicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſi-
us baptizati ſumus. Cõſepulti enim ſumus cũ illo per ba
ptiſmum in mortẽ, ut quõ ſurrexit Chriſtus a mortuis
per gloriã patris, ita et nos in nouitate uitæ ambulemus.
Si em̃ cõplantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſi
mul et reſurrectiõis erimus. Hoc ſciẽtes qa uetus homo
noſter ſimul crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati, ut ultra non ſeruia-
mus peccato. Qui em̃ mortuus eſt, iuſtificatus eſt a peccato. Si aũt mortui
ſumus cum Chriſto, credimus, quia ſimul etiam uiuemus cum illo. Sciẽtes,
quia Chriſtus reſurgens a mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non do
minabitur. Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quod autẽ
uiuit, uiuit Deo. Ita & uos exiſtimate uos mortuos quidem eſſe peccato, ui-
uentes autem Deo, in Chriſto Ieſu domino noſtro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

dam eã,iam mœchatus eſt eã in corde ſuo. Quapropter recte dñs dicit:Niſi iuſtitia veſtra abundauerit pluſq̃ ſcribarũ & phariſæorũ,non intrabitis in regnũ cœlorũ. Intelligitur aũt hoc dictũ non de phariſæis malis,odio inuidiaq́; plenis.(Illorũ em̃ nulla fuit iuſtitia)ſed de his qui dici poterant iuſti,hoc eſt de phariſæorũ iuſtitia , & de conſuetudine eorum generali.

Audiſtis,quia dictum eſt antiquis: Non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio.

Exod.20 Prohibitũ eſt antiquis patribus.ſ. occidere.Quod nõ de brutis aut plantis(q̃ etiam aliquã habent vitã) intelligẽdum eſt, ſed de hominibus. Irrationabilia nãq; omni tẽpore licet occidere,hominem vero aut aliũ aut ſeipſum occidere illicitum eſt. Nõ tamen agit cõtra hoc præceptũ, q ordinate & ex auctoritate occidit. Quo, inquis,ordine,aut cuius auctoritate licet oc-
1.Reg.2 cidere?Diuina.Deus em̃ ſolus dñs eſt vitę
Pſalm.94
Pſal.99 & mortis:oĩa ipſius ſunt,& in manu eius ſunt oẽs fines terræ, quia ipſe fecit nos, & nõ ipſi nos. Quare ſi voluerit cõterere omnia,quis cõtradicet ei? Itaq; Deo iubẽte occidere licet.Poteſt em̃ Deus hominẽ occidere, poteſt itẽ hominẽ tibi occidendũ cõmittere.Neque tu peccas ſi Deo obedieris,& hoĩem(tametſi innocens fuerit)propter ſolũ eius p̃ceptum occideris. Tua em̃ illũ auctoritate non occidis, ſed diuina vt
Gene.22 occidas,iubente.Propterea Abrahã adeo nõ deliquit occiſurus Iſaac innocentem filium ſuũ Deo iubente, vt etiã vehemẽter laudatus, & apud Deũ ſit exaltatus ̧ppterea.Facturus tñ id erat Deo iubẽte, quod alioqui iuſte facere nõ potuit:nẽpe iugulaturus innocentẽ. Quis em̃ diceret patri licere occidere filiũ ſuũ?Prorſus nemo.Nõ eſt em̃ pater dñs vitę filij ſui, nec eripere illi debet quod nõ dedit. Deus vero poteſt innocentẽ occidere,quia & noxius et innocens Dei eſt.Quõ ergo per ſeipſum poteſt occidere hominem, ita poteſt occidẽdum
Ibidem per alium cõmittere. Bifariã aũt hoc præcipit Deus. Aut em̃ eum qui debet occidere ſingulariter propterea iubendo alloquitur,quõ Abrahæ,aut generatim p̃cipit,vt
1.Reg.15 Sauli: Vade inquiens, percute peccatores
Exod.22 Amalec.Aut mãdat hoc per legem, vt eſt
Leui.24
Ioſuæ 7 illud:Maleficos nõ patieris viuere.Et crebro habetur in lege de lapidatione criminoſorum.Miniſter autem legis eſt is, qui à Deo conſtitutus eſt iudex & vindex malorũ. Oĩs em̃ poteſtas à Deo eſt . Qui vero Sapi.6 Roma.13
occiderit abſq; iudicio legis,reus erit iudicio. Iudicium non ſemper ſententia , quæ poſt allegatorum diſcuſſionẽ datur intelligitur,ſed etiam eſt ipſa ventilatio cauſæ atq; diſcuſſio,vbi inquiritur, reus ne ſit q iudicatur,an abſoluendus. Qui igitur occiderit, reus erit iudicio, quo diſcutitur.ſ. an per legis ſententiã plecti meruerit, qui reus accuſatur , an dimittendus. Non em̃ oĩs q occiderat,occidebat:ſed abſoluebantur etiã qdam,iuxta diuinę legis ſentẽtiã.

Ego aũt dico uobis; Omnis qui iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudicio.

Videtis,inquit,quõ legem non veni ſoluere,ſed implere. Lex iubet nõ occidere: Matth.5 Exod.20
quod vos quantum ad externa opera attinet duntaxat,prohibitum intelligitis,vindictæ tamen appetitũ occidendive animã haudquaq̃ damnatis,aut eſſe peccatum agnoſcitis,quãdiu foras nihil eruperit vindictæ.Ego vero legẽ impleo qa quod lex iubet hoc ego quoq; iubeo,nõ occidendũ ſcilicet.Nihilominus et hoc quod legi deerat,hoc eſt,quod nõ exprimebatur in lege verbis,impleo ſiue perficio : dãnans & interdicens non ſolũ homicidium,ſed etiam occidendi animum,malã voluntatem, vindictæq; appetitum. Ego itaq; dico vobis,oĩs qui iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudicio,hoc eſt diſcuſſiõe,qua patefiat an deliquerit nec ne. Quidã textus inueniũtur, vbi adiecta ſunt hæc duo verba, ſine cauſa.Qui em̃ ex cauſa iraſcitur , nõ eſt ̧ppterea iudicãdus. Vñ qui vitio iraſcitur, non p̃ſonæ,volens illũ emendari nõ affligi,nec vltionẽ expetens,ſed correctionẽ,iuſte iraſcitur nec ſine cauſa . Qui vero ſine cauſa iraſcitur , puta ex paſſione & vitio animi, reus erit iudicio . Hic tamen noſtra lectio non habet ſine cauſa,ne paſſioni locus det excuſandi,ſed cõmotio et ſimul omnis ira truncetur.Ira em̃ viri iuſtitiã Dei nõ operatur. Quapropter de paſſionibus quãdo Iacobi 1
ſint peccata hoc ſciendũ eſt , aut paſſionẽ eſſe malam de ſe.i.ſuapte natura, vt eſt inuidia,quæ repugnat charitati, & eſt peccatum,cũ ex ſuo genere ſit mala : & hoc mõ ira non eſt peccatum, quia ex ſuo genere non eſt mala,cũ poſſit eſſe & bona ac vtilis. Ira enim vt etiam eſt appetitus vindictę,nõ ſemp eſt mala,ſed poteſt eſſe licita. Nã ſi appetas vt quis puniatur delinquentium,

tium, qui cõmeruit, & hoc quantum commeruit. i. non vltra demeritũ, nec ab alio, ꝗ ab eo q auctoritatem habet puniendi, vt pote in poteſtate conſtituto iuxta ordinẽ legis. Petis inſuper non aliter id fieri, niſi ad finem honeſtum ac bonũ, puta vt melior fiat is qui peccauit, cæteriq; peccare timeant. Hoc modo ira, vel vt eſt vindictæ appetitus, non eſt illicita. Vt em̃ Chryſoſt. ait: Si ira non fuerit nec doctrina proficit, nec iudicia ſtant, nec crimina cõpeſcũtur, quia patientia irrationabilis vitia ſeminat, negligentiã nutrit: & non ſolũ malos, ſed etiam bonos inuitat ad malũ. Alio modo ira aut alia quælibet paſſio, vt eſt paſſio inordinata ac immoderata tunc eſt mala, quemadmodũ paſſio quęcunq; eſſe poteſt mala, ꝓpterea ꝙ aut eſt nimia, aut irreformata, aut rationem perturbet. Quando ergo vindicta ex zelo iuſto & modo licito appetitur tãtum, & iræ motus ſub diſciplina cohibetur ac fræno, ita vt rationi ſubiecta eandẽ non præcedat, ſed ſequatur, atq; ab ea dirigatur, vocatur ira zeli, & eſt bona. Porro vbi iniuſtũ qd appetitur, & ira paſſio eſt ac vitiũ rationẽ aut ꝓcedẽs aut ita ſequens, vt tñ nõ ſecundum rationẽ, ſed ſecundum paſſionẽ irę iudicium fiat, tũc ira noxia eſt, illicita, inordinata ac mala.

Johannes Chryſoſt.

Qui autem dixerit fratri ſuo Raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit Fatue, reus erit gehẽnæ ignis.

Raca ſignificat indignantis animi motum, quo non ſolũ qui iraſcitur, ſed iram ſuam etiã externe geſtibus aut voce indicat: tunc ira fit in gradu aliq̊ grauior. Tertio, ira ſi præterea eo ꝓceſſerit, vt cõtumeliam addat, dicatq; fratri ſuo Fatue, aut ſimile quid iniurioſum, adhuc grauius peccat. Ponit itaq; dñs tres gradus iræ, qbus ſingulis tres quoq; ſuppliciorum eregiõe gradus opponit dñs, ita vt ſuppliciũ grauius gradui iræ grauioris quoq; reſpõdeat. Verbi gratia: Eſt ira quandoq; ſola, animique cõmotio ſeu cõceptus rancor, huic debetur iudicium, hoc eſt, ira hæc diſcutienda eſt an deliquerit nec ne, diſcernendũq; vitium ne ſit an zelus. Scriptum nanq; eſt: Iraſcimini, & nolite peccare. At vbi ira verbis furorẽ ſpirantibus geſtibusq; oſtenditur (quod nõ raro offenſionẽ læſionemq; generat proximi) huic debetur cõſilium, quo tractandum eſt, quo ſupplicij genere puniẽdus ſit qui deliquit. Primus gradus

Pſalm. 4

incertitudinem habet peccati. De hoc em̃ inueſtigatur an deliquerit. Secundus gradus pro conſtanti relinquit hominem deliquiſſe, ſed ꝗ peccarit grauiter adhuc incertum eſt, ſed tractandũ conſultandumque, vt peccato ſupplicium æquum opponatur. Tertius ſequitur gradus, quãdo ira non ſolum verbis & geſtibus ſeſe prodit, turbationem cõmoti animi indicans, verũ etiam proximo contumeliã adijcit ac contemptum, vt ſi quis alium adorſus dicat fatuum ira ſtimulante, reus hic dicitur æterni ignis. Sic em̃ habes: Qui dixerit fratri ſuo Fatue, reus erit gehẽnæ ignis. Vide val de iuſtam iudicis æquiſſimi ſententiã, qua ſeueritate nobis prohibuerit contemnere proximum, aut contumelia eundem afficere. Sciendum tamen cõtumelioſum verbum aut probroſum dicere fratri non ex contumelia, id eſt, non animo inferendæ contumeliæ, ſed ſtudio corrigendi atq; à peccato erroreve retrahendi, non eſt illicitum. Charitas em̃ durius tunc agit, quo videt languorem delinquentis maiorem. Et fortaſſe qui corrigendus eſt nõ recipit aut non ſatis auſcultat ſeu acquieſcit, niſi ſeuerioribus arguatur verbis. In ira igitur huiuſmodi ſi forte verbum probroſius aut exaſperans effutieris in fratrem aut ſubditũ, ilico lenitate aliqua verborũq; dulcedine aut charitatis ſigno vulneri medearis, quo ex amoris & zeli feruore reprehenſus id intelligat emanaſſe, nec contumeliam putet, quæ cum verbis ſignisve charitatis permixta ac temperata eſt. Optimum autem corripiendi canonem tibi inſtitues, ſi neminem donec ira qeſcat corripias, vt correptionem præcedat compaſſio, & ſi reprehenſionis tunc adhibenda fuerit auſteritas, mitigetur hæc oleo charitatis. Parum em̃ aut nihil fructus adfert correptio, quæ cum auſteritate incipit, & definit in ſeueritatem. Correptio ſi eſſe debeat fructuoſa, is qui correptus eſt à te, placatus emendatuſque recedat, gaudeatque ſe tibi, maxime autem Deo reconciliatum. Quapropter correptionis finis ſit miſericordia, & arguentis ira terminetur in benignitatem.

Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuum ante

altare, & uade prius reconciliari fra
tri tuo, & tunc ueniens offeres mu-
nus tuum.

Videte q̃ ſalubriter vrget nos dñs ad ob
ſeruandã charitatem erga ꝓximum. Neq;
eñ odio vult nos laborare proximorum,
nec ſinit vt quem offendimus fratrem, im
placatum irrecõciliatumve relinquamus:
adeo, vt ſacrificium noſtrum quoq;, ſiue id
fuerit oratio, ſiue decima, hoſtia aut obla-
tio, haudquaq̃ ſperemus acceptum Deo,
niſi charitatem habuerimus ad proximũ,
eandemq; ſi læſerimus in proximo refor-
memus: alioquin ſciamus, inquit, munus
noſtrum non reſpectum iri, niſi læſum re-
conciliauerimus fratrem. Itaq; dicit: Si of-
fers munus tuum ad altare, ſiue materiale
id fuerit altare, ſiue altare cordis, hoc eſt,
animus offerendi: & recordatus fueris, ꝙ
frater tuus habet aduerſum te. Si recorda-
tus fueris ꝙ tu læſeris illum, aut iniuriam
contumeliamve illi irrogaueris (tunc eñ
habet quid expoſtolandum aduerſus te:
nam ſi ille te offenderit, ipſe non habet ad
uerſus te, ſed tu habes aduerſus illum) re-
linque ibi munus tuum ante altare, id eſt,
ante offerendi propoſitum, & vade prius
reconciliari fratri tuo. Non præſumas of-
ferre Deo munus, quia non acceptum illi
erit quicquid obtuleris, antequã te humi-
liaueris proximo, rogataq; venia illum ti-
bi reconciliaueris. Hoc tamen intelligitur
ſi præſto eſt quem offendiſti. Nam ſi præ-
ſens non eſt quem offendiſti, interim dole
as oportet, & corde humiliato à Deo pe-
tas veniam, rogaturus à proximo quoque
cum ad illum veneris quem læſiſti. Potes
autem & magno merito tuo eum placare
atq; tibi reconciliare, qui te offendit, tamet
ſi nõ tenearis. Hoc difficile fore ſcio ſuper
biæ, quæ vult aliquid eſſe videri, ac haberi:
porro humilitati facillimum eſt. Sæpe eñ
opinionibus fallimur, & familiaris nimiũ
eſt nobis amor priuatus ſeu proprius: vn-
de fit vt noſtra ſemper plus æquo excuſe-
mus, ſæuerius vero q̃ oportet iudicemus
aliena. Inde etiam nobis vſu venit, vt pute
mus nos nõ offendiſſe (quod in contentio
num fit ſtudijs) magis aũt ab altero offen
ſos, cum tñ revera coram Deo aliter iudi-
cetur, vbi aut vt vterq; noxius eſt, aut alter
isq; plærũq; qui minu, eſſe putatur. Nam
ſi duos diſcordare ac mutuis cõcertare di-
ſceptationibus cõtingat, vt. iq; etiã videa
tur non ſe, ſed alterꝫ cõtentionis anſam ac
materiam præbuiſſe, videaturq; vtriq; nõ
habere ſe, pro quo veniã petat ab alio, nec
ſibi cauſam eſſe vt quem reconciliet, ſed iu
dicet ſe potius reconciliandum. Vter iam
quæſo hic alterꝫ debet præuenire ac recon
ciliare? vterq; enim ſibi innocens videtur.
Quis igitur ſe prior humiliabit? Diſceſſe-
runt eñ à ſe mutuo, & ſuo iudicio neuter
eſt reus. Dicendũ, veniam prior petet per-
fectior: perfectior aũt, eſt humilior. Si lau-
dem dixero perfectionis, & perfectorum
præconiũ, nemo nõ optat perfectior, imo
ꝑfectiſſimus inueniri. Ecce igitur fili, quo
probes te eſſe perfectiorem, aut perfectio
nis zelatorem, confitere te fuiſſe imperfe-
ctiorem, fratremq; offendiſſe tuum. Agno
ſce, inquam, tu prior imperfectionem tuã
tuam culpam confitere, veniam prior pe-
te, reatum & offenſionis cauſam tibi impu
ta, & fratrem tuum ſtude lucrari, te illi hu
milians & veniam petens. Si verbo læſiſti,
verbo iterꝫ placa fratrem: ſi illum grauaſti
iniuria, beneficio iterꝫ conſolare: ſi cõtem
ꝑſiſti illum, honore afficias iterum, atq; illi
te humilies. Quõ vulnus intuliſti, ita iterũ
opponas remedium. Nec erubeſcas de tui
humiliatione, quia non ſumus hic o filij,
vt altero alter ſe oſtentet, aut innocentio-
rem aut ſanctiorem, ſed quoniã in via de-
lictorum ſumus. Nihil iccirco nobis aliud
arrogemus, quàm delicta noſtra, quæ non
frontoſe aut temere excuſemus, ſed humi
liter ac verecunde agnoſcamus confitea-
murq;, & offendentibus ex aĩo ignoſcen-
do, & ab offenſis humiliter veniam peten
do. Tunc enim inconcuſſam aut ſaltem re
paratam reſarcitamq; ſemper tenebimus
charitatem, concordiam, & cum omnibus Roma. 12
hominibus mutuam pacem, largiente id
nobis domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt
benedictus in ſecula, Amen.

SERMO IN EADEM Dominica. Quibus debeamus, & quam multiplex ſit ira.

Niſi iuſtitia veſtra abundauerit
plusq̃ ſcribarꝫ & phariſæorꝫ,
non intrabitis in regnum cœ
lorum. Matthæi V. Iuſtitiam
hic vocat, quomodo Auguſt. Auguſtin.
eam deſcribens: Iuſtitia, inquit, eſt virtus
tribuens vnicuique quod ſuum eſt. Tri-
bus autem filij debetis, quibus ſi reddi-
deritis quod debetis, eritis iuſti. Debe-
tis

tis enim aliquid Deo, debetis proximis, debetis & vobiſipſis. Reddere quod debes eſt ordinate te habere ad illum cui aliquid debes, vt illius caueas offenſam, vt impendas charitatem, beneficium, curam ſeu obſequium. Primo aũt ſibiijpſi debet homo curam, & hoc ex parte hominis vtriuſq;, hoc eſt, tam aĩæ q̃ corporis. Vtrunq; enim regendũ curandũq; ſuſcepit à dño ſibi cõmẽdatum. Nec leuis vtriuſq; hæc cura putanda eſt: plęrunq; eñ contraria expoſcũt. Quare nõ modica diſcretione vigilandũ eſt, vt vni ita cura adhibeatur, ne alteri ſuum ius debitumve præripiatur. Itaq; corpori debemus refectionem & diſciplinã. Quorũ primũ huc pertinet, ne corpus viribus ſubtractis deficiat: alterũ ne aucta petulantia laſciuiat ac ſpiritui inſultet. Vtrũque certe periculoſum eſt & extinctio ſpiritus. In eundem nãq; finem tendunt, corpori nimium indulgere, & nimiũ ſubtrahere. Nec tamen carebit periculo, tametſi medium attigeris, vt neq; minus, neq; nimium curæ corpori adhibeas, niſi etiã curam q̃ facis, non feceris in deſiderijs .i. ex amore & concupiſcentia carnali ſeruiens delectationi, nõ neceſſitati. Eſt igitur corpus ita regendum, vt refrænetur ab illicitis, vt cohibeatur à ſuperfluis, vt moderetur in licitis, vt affligatur in delectabilibꝰ, vt conſoletur in aduerſis. Non minor ſed maior eſt cura adhibenda aĩæ, cuius vel puritatem cuſtodire, vel purgationem quærere homini neceſſe eſt, pctã ſua accuſando, caſtigando & plangendo, Deum item rogando, abnegando & mortificando ſeipſum. Hæc oĩa debes tibiijpſi. Deiñ debes proximo ne illum lædas. Fit aũt læſio trifariam, in corde, ore, & opere. Corde lędis ꝓximũ iudicãdo, contẽnendo, condẽnando, odiendoq;. Ore lędis, famã eius cõſpurcando, detrahendo, cõuiciando, laceſcẽdo &c. Opere lædis, dum afficis iniuria, aut faciendo quod illi eſt moleſtum, aut ſubtrahendo negandove quod illi eſt neceſſarium. Deniq; proximus læditur in rebus, in amicis & in alijs quibuſcunq;, ſi illi tollas quæ diligit, aut ſi inferas quæ ſunt odioſa. Iuſtitię igitur legem ſerues oportet, quàm natura dictat, faciens quod tibi fieri velis alteri, & caues facere alteri, ꝙ tibi nolis fieri. Tertio, debes Deo ſubiectionem & obedientiam vt præcepta facias, vites prohibita. Docet itaq; nos Chriſtus hic legẽ Euangelicam eſſe meliorẽ atq; perfectiorem lege Moſaica, quo ſimul indicatur quoq; legem Moſi non fuiſſe malam: alioqui nõ diceretur lex euangelica melior, ſi illa non fuiſſet bona. Monet quoq; nos ſupra iuſtitiam phariſæorũ oportere extendere, nec illorum nobis ſufficere perfectionem, ſi regnum voluerimus intrare cœlorum. Primo itaq; iuſtitia phariſæorũ fuit onera grauia alligare, quæ ipſi digito noluiſſent attingere, ſicut illis exprobrauit Chriſtꝰ. Secundo, iuſtitia illorum fuit docere & non facere, quod Chriſtus quoq; reprobrat, dicens: Super cathedram Moſi ſederunt ſcribæ & phariſæi. Omnia quæ dicunt vobis, facite: quæ aũt faciunt, facere nolite. Tertia erat phariſæorũ iuſtitia, Dei præcepta negligere, traditiones vero ſeniorum præferre. De quo Chriſtus quoq; illos arguẽs: Irritum, inquit, feciſtis mãdatum Dei propter traditiones veſtras. Quarto, maiora & grauiora legis tranſgredi & pro minoribus zelari. Quapropter Chriſtus illos aduerſatus, ait: Væ vobis ſcribæ & phariſæi, quia decimatis anethum & mentham & cyminum, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis. Quinto, facere omnia propter hoĩes (quod Chriſtus arguit quoq;) vt videantur ab eis. Huiuſmodi, inquit Chriſtus, iuſtitia ad ingreſſum non ſufficit regni cœleſtis. Oportebat, inquit, maiora facere, & minora non relinquere. Oportebat facere & docere, oportebat in omni re oculũ habere ſimplicem & nullam quærere gloriã ab hominibus: Oportebat cum facis eleemoſynã tuba nõ præcinere. Oportebat cũ ieiunas faciem non extenuare. Oportebat neſcire ſiniſtram quod facit dextera. Nec alijs dare mandata conuenit, ſeipſum vero excutere. Paulus diu non vſus eſt libertate, qua alios tñ docebat licere vti, vt de Euangelio viueret, ſed panẽ manibus lucrabatur, licet euangelizans, vt ſuo alios ædificaret exemplo: ſibi grauis, alijs indulgentior. Nec ſancti tantã diſcipulis impoſuere viuendi auſteritatem, quantã obſeruabant ipſi, in ſeipſos rigidi, in alios propitij. Voluit igitur dñs grauiora nõ relinquere, vt leuiora ſeruarẽtur, nec prorſus leuiora abijcere: ſed illa fieri, & iſta noluit relinq. Nõ ergo traditiões aliter reprehẽdit, niſi ꝙ ꝓpter illas legẽ, Dei mãdata, miam & iudicium poſthabebãt. Nã & hodie boni religioſi, q regulas quaſdã ſeu ſtatuta Euãgelio adiecerũt, propterea Euangeliũ relinquũt vt regulas ſuas ſeruent? Haudquaq̃. Quin potius

Roma.13 — Tobi.4 Matt.5.19 Lucæ 18 Iohan.14 — Matth. 23 — Ibidem. — Marci. 7 — Matth. 23 — Ibidem. Actu. 1 — Matth. 6 Iohan. 5 Matt. 6 — 1.Cor. 9 2.Theſſ. 3

potius ideo regulas (quas propter Euan-
gelij obſeruantiam ſibi inſtituerunt) ſer-
uant, ne ab Euangelio deficiant. Verbi gra
tia: Seruant ſilentium, quia Chriſtus in Eu
angelio non monachis tantum, ſed cun-
ctis dicit Chriſtianis, de omni verbo otio
Matth. 12 ſo rationē reddendam. Ne igitur Chriſto
non obediant, ne euangelicum quid ſper
nent ſtatuerunt ſilentium. Qui enim ſilet,
otioſa non loquitur. Qui regulam ſeruat
monaſticam, Euangelium non tranſgredi
tur. Hoc modo alia om̄ia illis quamlibet
multa & varia inſtituta ſunt, vt ſeruent
Euangelium, vt carnem fatigent, petulan
tiam & laſciuiam domēt, vt de culpis pœ
niteant, vt delicta caueant, vt mortificent
vitia, obtineant virtutes, mundi gaudia,
mundi vana contemnant, voluptates ab-
ſcindant, animi puritatem aſſequantur,
Chriſti inueſtigēt beneplacita, eiſdem ob-
temperent, Deoq; plene per humilitatem
& reſignationem ſeſe ſubijciant & inhære
ant per amorem. Hæc nunquid euangeli-
ca non ſunt? Propterea igitur quæ ex regu
lis ſuis cuſtodiunt monachi, ideo ſeruant
ac faciunt ea, vt illa iam dicta euāgelica fa-
cilius obtineant. Quod certe non contra
Euangelium, ſed pro Euangelio eſt milita
re. Sic phariſæorum traditiones quoque
Chriſtus non reprobabat, ſed quod pro-
pter illas legis tranſgrediebātur præcepta
damnabat. Seruent itaq; monachi ſua in-
ſtituta, ieiunent, abſtineant, macerent ſe,
obediant, viuant ab hominibus abſtracti,
ſint muti, vigilent, pſallent, orent. Quid
hic auditur mali? Quid auditur in his q̄d
Chriſtus non docuerit, aut quod pugnet
Prou. 3 cum Euangelio? Noli prohibere eum qui
benefacit, (quomodo ſcriptum eſt) quin
potius ſi potes & tu benefac. Si monachi
plus quàm tenentur ex euangelicis præce
Matth. 19 ptis, operentur, q̄d tua refert? An pati non
potes, vt ſe monachi caſtrent propter re-
gnum cœlorum? Aut non potes ſuſtinere
vt delicias carnis propter Dei amorem ſi-
bi monachi ſubtrahant? Torquet ne cor
Matth. 22 tuum hoc, quod in vtroq; ſexu neque nu-
bant neq; nubantur, ſed perſeuerent virgi
nes, ſintq; ſicut angeli Dei in cœlis? Quid
Acto. 2. 4 tibi diſplicet ꝙ propria non habent? An
apoſtolorum credentiumq; ignoras in ex
ordio eccleſiæ om̄ia fuiſſe communia? Ne-
mo enim tunc quicquā dicebat ſuum, ſed
erant, inquit Lucas, omnia illis cōmunia.
Quid inuides illis quod imitari non vis?

Scio quid inuides: Nēpe ꝙ Chriſti ſequun 1. Petri
tur veſtigia, quod viuunt, quod tibi impoſ
ſibile videtur, puta in candidiſſima caſtita Luce
te, in euangelica abnegatione, & in volun
taria pauptate. Quæ cū illi ꝓfiteantur, pręTren.
cipue tu eadem imitari nō valens, imo no-
lens, q̄a tn̄ gloriam eis inuides: ideo calum
niaris, detrahis, perſequeris, idq; ꝓpterea
q̊d in illis euangelica eſt veritas in ope, cu
ius tu tibi vendicas duntaxat nomen, cum
tn̄ interim ſic tibi viuere placeat, vt nihil
in te poſſit inueniri euāgelicum. Porro ſi
obijcias monachos inueniri, in quibus ni-
hil reperiatur euangelicum, hos non pro-
hibeo, ſed hortor obſecroq; reformandos
arcendos, nō fugandos aut delendos. Sed
de hoc ſatis. Interea tn̄ hic nihil mirādum
eſt, ꝙ in lege ſua dominus euāgelica & ar
ctius & perfectius iubet ſeruari præcepta
ſua, quam olim in veteri teſtamento iuſſe
rit. Interim em̄ maiori multo obligatione
obſtricti ſumus: quare iuſtum eſt vt maio-
ri deuotione, maiori fidelitate, maiorique
ſtrenuitate illi ſeruiamus, q pluribus quo Rom. 1
tidie beneficijs ſibi nos aſtrinxit. Interim
em̄ ꝓ nobis incarnatus eſt, paſſus eſt, mor-
tuus eſt, interimq; innumera nobis contu
lit beneficia, quare merito nos ei arctius
quoq; ad ſeruiendum obſtricti ſumus. De Mat. 1.
inde cum felicior nobis detur promiſſio 11 12. 13
q̄ antiquis, puta regni cœlorum, quod nul
lo pacto in veteri fuit teſtamento auditū, Num.
ſed promittebatur diuturnitas vitæ, felici Deute.
tas terrena, pax, trāquillitas, & reꝝ tempo
ralium opulentia, nō miꝝ eſſe, vt magis ar
dua etiā à nobis pręcepta exigantur. Quā
uis in veteri quoq; teſtamento non defue
rit ſacræ ſcripturæ eruditio ad perfectionē
ſtimulantis. Nam Michæas ait: Væ qui co Michea
gitatis inutile. Et Zacharias: Malum vir Zach.
fratri ſuo non cogitet in corde ſuo. Quo
manifeſtum eſt nō ſolum opera, ſed & co
gitationes malas à ꝓphetis dānari. Scimus
præterea multos ſub lege aut extra legem
fuiſſe reptos, q euangelicā obſeruarent per
fectionem. Nā quis neget Dauid euangeli 1. Reg.
cum fuiſſe viꝝ? Recole quid paſſus à Saule
Dauid fuerit, qūo ſe non fuerit vltus, quę 2. Reg.
beneficia pro malis retribuerit, quantū ſe
hoſti & perſecutori ſuo humiliauerit atq;
ſubſtrauerit, quanta item benignitate Se-
mei maledicēti ſibi pepercerit, ignouerit at
que remiſerit: & inuenies in eo perfectio-
nem plane euangelicā. De Iob quoq; viro Iob 1
recto & ſimplice idipſum quis dubitet?
Quis

Quis illum virum (vt alios interim taceam patriarchas atq; prophetas) euangelicum euangelicamq; in eo viguiſſe perfectionem neget? Secundo, admonet dominus non iraſci: ſubintelligitur aũt ſine cauſa. Nam ira data eſt homini, vt vbi iraſcendum eſt, iraſcatur, & quomodo iraſci iuſtum eſt, ita tamẽ ne delinquat. Quocirca aduertendum eſt iram appetitum eſſe vindictæ, & hanc quãq; eſſe bonam & neceſſariam, interdum tolerabilem, aliquãdo malam. Bona ac neceſſaria eſt, vbi quando iraſcendum eſt quis iraſcitur. Nam ſi tibi iraſceris propter peccata tua, eadẽq; vlciſcens in teipſo ac puniens perſequeris, ſi tibiipſi delinquenti negligentive indignaris, ſi iuxta Apoſtolũ, teipſum dijudicas, iuſte ac ſancte, vt Pſalmiſta iuſſit, iraſceris & non pecces. Si etiã aliena ſcelera deteſtaris, modo id zelo fiat iuſtitiæ, iuſte iraſceris. Hæc ira iudicibus, principibus atque poteſtati non ſolum licita, ſed maxime eſt etiam neceſſaria. Niſi enim hi vindices ſint malorũ, opprimentur interea innocentes & pauperes, Deuſq; contemnetur. Sunt enĩ ex malefactoribus multi, qui temporalem magis pœnam metuũt, quæ hic à principibus iudicibuſq;, q̃ quæ à Deo æterna infligitur.

1.Cor.11

Pſalm.4

Hac ira, hoc zelo Phinees fuit commotus qui Iudæum quendam cum muliere Madianitide fornicantem occidit. Cui tamen propterea adeo dominus non eſt iratus, vt iram propterea etiam auerterit domini à filijs Iſrael. Pari modo Mathathias cernens Iudæũ ad iuſſum regis idolis immolantem, dolore contriſtatus eſt, cõtremueruntq; omnia oſſa eius, inflammataq; ira irruens occidit illum. Cuius certe zelus profuit genti Iudæorum, adeo, vt reſumptis animis cunctis tandem inimicis ſuis efficerentur fortiores. Hæc ira haudquaq̃ hic prohibetur, modo vt iuſtum iuſte fiat. Eſt autem maxime his qui in magiſtratu ſunt neceſſaria. Qui enim illa caret, cum debeat iraſci, peccat. Eli quia nõ eſt, quomodo oportuit, ſatis filijs ſuis iratus, à domino punitus eſt. Dauid quoq; qa Ammon filium ſuum Thamar violantem non ſatis dure corripuit, moleſtias propterea multas expertus eſt, filiumq; planxit eundem poſtea interemptum. Ahab quoq; rex Iſrael, nonne quia pepercit regi Benadab Syriæ, iratus propterea dominus per Michæam illi denunciauit, dicens: Quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua ꝑ aĩa eius, & populus tuus pro populo eius? Vides quia defuit Ahab zelus & indignatio contra pctõres. i. in homines non ſecũndum q̃d ſunt hoĩes, ſed ſecũdum hoc ꝙ ſunt peccatores, nec eum qui dignus erat perimi, cũ à dño illum haberet ſibi traditum in manu, peremit, iratus eſt dñs in Ahab, atq; ſicut illi minatus eſt, ita ab eo ſupplicium ſumpſit. Eſt igitur ira placans dominũ, vt in Phinees eſt: eſt ira excitans ad zelum atq; ædificans, vt in Mathathia, eſt ira zelans atque honorem Deo tribuens, vt in Elia, qui occidit ꝓphetas Baal. Hanc iram. i. zelũ Chriſtus quoque exhibuit, quando in templo de funiculis flagello facto eiecit ementes & vendentes de templo. Hac ira zelatus quoque eſt Petrus in Ananiam & Saphiram, vt in apoſtolorũ actis legitur. Eſt igitur ira quędam ſancta & bona, quę Dei irreuerentiã, contemptum inobedientiamq; execratur. Hæc ſtante nihilominus in manſuetudine ſeruire poteſt. Nam de Moſe nonne legimus, ꝙ erat vir mitiſſimus omnium q̃ morabantur in terra, nihiloſecius tamen erat iratus, hoc eſt zeloſus? Mãſuetudinis nanque fuit & charitatis, quod ꝑ populo ſibi cõmiſſo orauit tanto feruore, vt ſe deleri de libro vitæ peteret præ nimia dilectione populi: nihilominus tamen ſcelus idololatriæ videns, viginti tria milia virorum Leuitarum manibus interfecit. Itaq;, hoc eſt, iraſci, & non peccare, ſine liuore, non ex odio, non ex crudelitate, nõ immodeſte aut nimis ſeuere, ſed ex zelo Dei, aut ex zelo animarum, quæ peccando ſeducuntur aut corrumpuntur, iram, diſciplinam, cenſuramve exercere. Eſt alia ira tolerabilis, aut venialis, & hæc quadrifariam contingit. Eſt enĩ quædam ira, quæ ſæpenumero in nonnullis atq; vindictæ appetitu commouetur. Hæc ira ad impatientiæ magis pertinet rationem, quam ad iram, eſtq; niſi tam vehemens ſit, vt rationem perturbet, atq; ſui impotem faciat, venialis. Eſt alia, quæ eſt naturalis, vehemẽs impetuoſaq; paſſio quædam, ſubito & ad leuiſſimam quamcunq; ferueſcens occaſionem. Hæc ſi præmeditata non fuerit, ſed ex abrupto fuerit exorta, & anteq̃ ad diſcuſſionem rationis iraſcendi peruenerit cauſa ſæuierit, venialis eſt. Debet autẽ ratio hominis eſſe vigil, ne quæ in ſenſualitate excitata eſt, paſſiõi vitioſæ cõſentiat, neve illicitũ qd ṽbo aut ope faciat, q̃d ex hac paſſione manauerit. Eſt

Nume.25 · 1.Mac.2 · 1.Reg.4 · 2.Reg.13 · 2.Reg.18 · 3.Reg.20 · Num.25 · 1.Mac.2 · 3.Reg.18 · Marci.11 · Lucæ 19 · Acto.5 · Nume.12 · Exod.32 · Ibidem. · Pſalm.4

Eſt tertia quoqȝ,quæ ex paſſione caloreve
iracundiæ commouetur, præmeditato li=
cet animo,& cum appetitu quoque vindi=
ctæ,exiguæ tamē nec admodum nociuæ.
Hæc quoqȝ propter imperfectionem fere
ſemper venialis eſt. Quarta eſt dum quis
cum appetitu quoqȝ vindictæ iraſcitur, ſi
tamen alio non optet modo vindictam,
quam iuxta ordinem & legem iuris, hic
quoqȝ,niſi aut exorbitantia,aut in ſynceri
tate defectus aliqs affuerit, venialiter pec=
cat.Hāc iram Chriſtus diuidit in duas ſpe
cies,vt vel ſit ira ſola,vel ſit ira, quæ in ſi=
gnum verbum motumque indignationis
erumpat,& iuxta hoc ex ſupplicio contra
poſito gradus conſtituit,vt ea quę cum ſo
no motuq́ȝ indignationis fit, grauior ha=
beatur,quam ea quæ in ſeipſa intus conti=
netur atqȝ immoritur. Tertia ira eſt letha
lis,quæ progreditur vſqȝ ad contumeliam
Matth. 5 aut iniuriam grauem,de qua Chriſtus v=
num poſuit exemplum de eo,qui fratrem
ſuum dixerit ira ſtimulante fatuū,aut pro
broſo eum verbo alio contemptiuo deſpe
xerit. Nunquam enim aſſentit dominus,
nec impunitum relinquit,vt contēnamus
proximum. Proſpice igitur tibi dum ira=
ſceris,aut dum ſentis vel paſſionem, vel vl
ciſcendi cupiditatem, & caue ne ſcienter,
aut conſentiens iram toleres, ne iræ obe=
dias,ne fratrem contemnas, ne lædas aut
offendas, ne deniqȝ aliquid facias,imo ne
in te deprehēdatur aliquid, vnde fratrem
tuum contriſtes aut offendas. Sed paſſio=
nem fac in te perire in ſemetipſa,aut iuxta
Pſalm. 36 verbum Pſalmiſtæ: Deſine ab ira, & dere=
linque furorem,noli æmulari vt maligne=
ris.Neqȝ enim ſufficit,vt intra te iram con
tineas ne hęc erumpat,ne ſęuiat,ne quem
lædat, ſed occidere etiam in te neceſſe eſt
furorem,ne quod eſt in te malum maneat
creſcat,indureturq́ȝ.Niſi enim conceptam
iram iterum elimines, quæ perſeuerat cito
ira in odium mutatur.Quod ne fiat,neqȝ
in te,neqȝ in proximo tuo, monuit Chri=
ſtus reconciliationem accelerādam offen=
ſi fratris,quod tertio loco in fine commo
nefacit Euangelij. Tertium itaqȝ eſt quod
monet dominus,vt nihil credamus, quic=
quid obtulerimus,deo interea gratum aut
acceptum eidem à nobis fieri,& quamdiu
fratrem reliquerimus ex nobis contriſta=
tum,& placare illum cōtempſerimus, aut
nobis reconciliare.Hoc autem ideo Chri
ſtus monet,quia nos vult omnes eſſe cha=
ritatis ſtudioſiſſimos, ſine qua, vt reliqua
alia nobis minime ſubueniunt,ita ante o=
mnia nobis conandum eſt, vt hanc inte=
gram veramq́ȝ ad omnes non ſolū ipſi ſer=
uemus,ſed quantum in nobis eſt,vt alij er
ga nos quoque in pace & charitate vi=
uant quieti prouideamus.Videtur difficile
ac graue non iraſci, ſed additur,ſi lapſus
fueris,etiam quomodo reſurgas. Quanta
igitur res eſt quæ hic iubetur,quàm ardua
aut quàm grauis,vt aut non offendas pro
ximum,aut ſi offenderis,vt iterum ab co=
dem humiliter veniam petas, ipſum pla=
ces, atqȝ offendenti te hilariter veniam tri
buas & ignoſcas? Eſto humilis,& nihil
hic erit tibi graue.Scimus enim,vt Iohan= 1. Iohan.
nes dicit, quoniam Dei mandata grauia
non ſunt,niſi ſuperbis atqȝ confidentibus
in ſe.In teipſo hoc expende. Noſti contu=
meliam aut iniuriam irrogare, noſti pro=
ximum contemnere,noſti illum contriſta
re,& neſcis illum placare,reconciliare,ho
norare,ac te illi humiliare? Etiam ſi Chri=
ſtus hoc non præcepiſſet,naturæ lex te do
ceret, placare ſcilicet eū quem offendiſſes.
Deinde ſi Chriſtus q̊qȝ non mandaſſet in= Matth. 6
iuriam dimittēdam,tua neceſſitas,qua pec
cata tibi dimittenda flagitas,ſententiam ti
bi ferret,vt pari modo tu quoqȝ miſerearis
proximi,ignoſcens illi,quomodo tui ve=
lis miſereri,tibiq́ȝ ignoſci. Det nobis do=
minus noſter Ieſus Chriſtus adimplere
quod nos iubet,vt ſemper manſueti,nihil
ominusq́ȝ iuſti & miſericordes inue=
niamur ad ſui laudem & hono
rem, qui eſt benedictus in
ſecula,Amen.

DOMINICA VII. POST DOMINIcam S. Trinitatis, Epiſtola Beati Pauli Apoſtoli ad Romanos VI.

Huma=

HVmanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Quum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt. Nunc uero liberati a peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum ueſtrum in ſanctificationem, finem uero in uitam æternam. Stipendium enim peccati, mors eſt; gratia autem Dei, uita æterna, in Chriſto Ieſu domino noſtro.

PARAPHRASIS IN EANDEM Epiſtolam.

1.Cor.3 HVmanum & leue vobis aliquid quod ferre poſſitis, dico. Non enim loqui vobis poſſum vt ſpiritualibus, feruentibus & perfectis, ſed vt adhuc carnalibus: ideo quod virium veſtrarum menſuram nõ excedat iniungo. Sicut olim ante cõuerſionem exhibuiſtis membra veſtra ſeruire libidini, immunditiæ luxuriæque, qua polluiſtis corpora veſtra, & ſicut eadem exhibuiſtis ſeruire iniquitati cum iniuria proximorum, trahenti ad iniquitatem aliam maiorem (iniquitas enim generat iniquitatem) ita nunc ſerui facti Chriſti poſt agnitã veritatem exhibete membra veſtra ad ſeruiendum iuſtitiæ & virtutibus ad obtinendam ſanctitatem. Iuſtum enim eſt eadem membra, quibus olim ad Dei contemptum, ad Deique cõtumeliam abuſi fuiſtis, nunc in miniſterium, in obſequium & in honorem cõuertere Chriſti. Cum enim ſerui eſſetis peccati, ſatisfacientes concupiſcentijs & illicitis deſiderijs veſtris, liberi interim alieniq; fuiſtis à domino iuſtitiæ. Nulla enim virtus, nulla honeſtas, non lex neq; iuſtitia imperabat vobis, quia diuina ſpreuiſtis præcepta, iccirco male liberi fuiſtis. In peccatis itaque & vitijs veſtris viuentes, quem fructum, aut quàm vtilitatem habuiſtis tunc in quibus nunc cum sanę eſtis mentis propter illorum turpitudinem erubeſcitis? Nam finis illorum vitiorum atque malorum operum eſt mors, id eſt, æterna damnatio. Itaque de ſeruitute peccati fructum habuiſtis ignominiam & confuſionem, & in fine habituri eratis mortem æternã. Verum nunc liberati baptiſmo per virtutem paſſionis Chriſti à peccato, cui olim ſeruiebatis, & nunc ſerui facti Deo, habetis fructũ veſtrum, hoc eſt, charitatem vobis à Deo infuſam, et bona opera in ſanctificationem, quæ eſt virtutum conſummatio, finem vero laboris veſtri, quem in Dei ſeruitio ſuſtinetis, habetis vitam ęternam. Stipendium eñ peccati eſt mors. Hæc eñ ſola, tam ea quæ eſt naturæ, quã quæ inferni debetur peccato: gratia autem Dei vita æterna. Videſne cum rectius inferre putaretur, poſtq̃ dixiſſet: Stipendium vero iuſtitiæ vita æterna, non tamen ſic (ne humano merito plus tribuẽs daret nobis ſuperbiendi occaſionem) ſed aliter intulit. Nempe ita: Stipendium peccati mors, gratia autem Dei vita æterna. Stipendiũ revera peccati eſt mors, ſic recte etiã iuſtitiæ veræ debetur vita æterna. Sed abſit vt tibi arroges iuſtitiam veram. Si enim tibi arrogas, non Lucæ 18 iuſtitia, ſed vt phariſæo illo ſupbia eſt. Vera enim iuſtitia ex te nõ eſt, ſed ex Deo eſt. 1.Cor.4 Quid eñ habes, puta boni, quod nõ accepiſti? Quapropter ſi accepturus es vitam æternam, iuſtitiæ quidem ſtipendium eſt, ſed tibi gratia eſt, quomodo & tibi ipſa iuſtitia gratia eſt. Si enim ex te eſſet iuſtitia, recte tibi deberetur vita æterna, cũ iuſtitię debeatur vita æterna. Iã vero nõ ex te, ſed ex Deo eſt iuſtitia tua: ergo ex gratia Dei eſt, ſi tibi donetur vita æterna. Neq; eñ habes alia merita, quã dei munera, quibus cũ vita æterna redditur gratia pro gratia redditur in Chriſto Ieſu domino noſtro.

EXEGESIS EVANGELIJ Dominicæ VII. poſt dominicam S. Trinitatis, Marci VIII.

VARIIS DIVINI
tatem ſuam ꝓbat ar-
gumentis dominus
noſter Ieſus Chriſt9,
nec vſpiam aliquid in
termiſit,q̊d in cõmo-
dum ſalutemque fue
Matth.21 rit noſtram. Fecit mi
Marci.3 Lucæ 6 racula non ſolum multa, ſed & varia. Sa-
Iohan.2 nauit infirmos, & hoc à varĳs languori-
bus. Conuertit aquam in vinum: hodie ve
rò, vt alio tempore quoq; fere ſimiliter ex
ſeptem panibus quatuor hominum milia
refecit. Cum em̃ ſequeretur illum turba
maxima, quàm fame afflictam & eſurien-
tem formidabat relinquere, ne deficerent
in via longe à patria diſtãtes (ea enim quæ
ſecum in via aſſumpſerant cibaria conſum
pſerãt) miſertus ipſe eſt benigniſſimus do
minus turbæ, & refecit eos. Nullum tamẽ
hic miraculum eſt, ꝙ dominus turbæ mi-
ſereretur, vtpote qui totus eſt pientiſſimus
ſed quod ex ſeptem panibus quatuor mi-
lia ſatiauit virorum. Quid enim mirum vt
ſemel miſereatur, qui nunq̃ nõ miſeretur?
Pſalm.24 Opera enim dñi vniuerſa miſericordia &
veritas. Miſericordia quoq; eius plena eſt
Pſalm.32 terra, quia à fonte olei nihil aliud manare
poteſt, quam oleum: & à fonte miſericor-
diæ q̃d emanabit, niſi miſericordia? Quod
ergo miſeretur, neq; rarum, neq; mirum
eſt: quod vero ex miſericordia hoc modo
præſtat beneficium, miraculũ eſt, & virtu
tis tantum diuinæ. Itaq; ait Marc. Euang.

Cum turba multa eſſet cum Ieſu,
nec haberent quod manducarẽt, con
uocatis diſcipulis ſuis ait illis: Miſe-
reor ſuper turbam.

Turba multa erat cum Ieſu, puta, vt ex
fine Euangelĳ liquet, quatuor milia homi
num. Hi attracti dulcedine verborum, vul
tus, morumq́; Chriſti ſimul ac miraculoꝝ
gloria, ſecuti fuerant Saluatorem in deſer
tum. Et quamuis cibaria ſumpſerãt, haud
dubium itineri neceſſaria, hæc tñ infra bi-
duum conſumpta ſunt. Neq; em̃ putabãt
ſe longius progredi, aut tam diu domino
cõmorari. Verum ſalubriter eos ſeduxit
dominus, atq; ſecum detinuit ſuæ erudi-
tionis ſuauitate: adeo vt eius dulcedine ca
Matth.6 pti, ab eo ęgre poſſent ſeparari. Quærebãt
Lucæ 12 em̃ ante omnia regnum Dei. Dulcior eis
erat refectio animæ, q̃ corporis. Ideo vſq;
in tertium iam diem peruenerant, nullam
ſolicitudinem habẽtes de cibo. Atq; ideo
dominus quod promittit alio loco, voluit
reipſa oſtendere, ꝙ ſcilicet oĩa adĳciantur Matth.6
his, q primum quęrunt regnum Dei. Itaq;
dñs Ieſus ſciens ciboꝝ inopiam, procuran
diq́; cibaria impoſſibilitatẽ, nihilominus
tamen inter hæc turbæ quoq; attendẽs ne
ceſſitatem, cõuocatis diſcipulis quaſi de re
medio cum illis conſulturus, dicit: Miſere
or ſuper turbam. Quare diſcipulos conuo
cat, cum apoſtolorũ neq; egeat, neq; vſus
fuerit auxilio? Dicendum, dñm Ieſum oĩa
propter nos feciſſe. Conuocat iccirco diſci
pulos, cũ illis tractaturus, quò inſtrueret
prælatos, tametſi ſciãt quid ſint facturi, nõ
contemnere alioꝝ & ſubditorũ maxime
conſilia, ſed illis deferre honorem, eos in-
terrogare, patiẽterq́; audire: & ſic tandem
ꝙ optimum nouerit, aut ſuaſum fuerit a-
gere. Miſereor, inquit, ſuper turbã. Quod
homini naturale eſt, nemo non abſq; diffi
cultate facit. Nihil aũt libẽtius vult Deus,
quàm miſereri & parcere. Siquidẽ quomo
do igni ex ſua natura competit calefacere,
ita Deo proprium eſt congruitq́; eius na- Hebræ.4
turæ miſereri & parcere. Neq; enim ponti
ficem habemus, qui non poſſit compati in
firmitatibus noſtris. Nec ſcimus alium qui
adeo ſit ꝓnus, adeoq; velit ex intimo cor-
dis noſtri miſereri, ſicut ipſe: quippe cum
nos ſimus opera manuũ eius, & oues pa- Pſalm.94
ſcuæ eius. Dicit itaq; ſuapte compaſſione:
Miſereor ſuper turbam:

Quia ecce iam triduo ſuſtinent
me, nec habent quod manducent. Et
ſi dimiſero eos ieiunos deficient in
uia. Quidam enim eorum de longe
uenerunt.

Vide pĳſſimum cor Ieſu, quàm diligen
ter expendit, q̃ diſtincte enumerat neceſſi
tatem turbæ, periculumq́; eius cupit auer-
tere. Animaduertit q̊d ſecum triduo iam
manſerant ſe continuo ſecuti. Sciebat eis
quoq; cibũ deeſſe, tã propter loci inconue
nientiam, q̃ quia quæ portauerant ſecum
abſumpta erant. Videbat igitur in ſe tan-
tam repoſitam auxilĳ ſpem, vt miraculo
ſubueniret. Et obſerua quomodo hæc oĩa
explanat apoſtolis quaſi futuri miraculi p̃-
nuncians cauſam: hoc eſt, ipſam neceſſita-
tem. Voluit em̃ nos docere nõ præſumere
de ſingulari miraculo expectando, vbi hu
ma-

mano modo adeſſe nobis poteſt remediũ,
quo vtamur. Quod ſi defuerit, totos nos
2. Para. 20 proijciamus in bonitatem Dei. Cum eñ,
(vt inqt rex Ioſaphat) ignoramus qd face
re debeamus, hoc nobis reſiduum eſt, vt
manus noſtras ad Deum in cœlum leue=
mus. Nullo eñ pacto Deus noſter nos de
ſeret, vbi aliud à nobis, aut à creatura au=
xilium habere non poſſumus. Aut enim
eripit nos, aut ſubuenit, aut facit vt inter
pericula ſimus abſq; peccato. Quod ſi tan
tum tibi eſſet periculum, aut etiã nil aliud
expectes, niſi ſubuenerit Deus, quam mor
tem. Confide fili, quia Deus te nõ derelin=
quet. Non tamen putes quod ſeruet ſem=
per te Deus à periculo mortis, ſed quod te
à malo & periculo quod tu formidas eripi
et. Nam cum ſis mortalis, oporteatq; te a=
lioqui mori cum placuerit deo, ſi te modo
permittat mori, vel ex fame, vel ex frigore
vel alia neceſſitate, nec te liberet, quomo=
do velles liberari, liberabit te ab alio malo
grauiori: & hoc per mortem, à qua ſi ſapi=
ens fores non cupies niſi ad Dei gloriam
liberari. Qui enim tu ſcis an magis tibi ex=
pediat vita quã mors? Cum ergo neſcias,
illi cõmitte & crede eum facturum quod
tibi nouerit vtiliſſimum. Neq; enim nõ no
uit, neq; abnuit bona data dare filijs ſuis,
Lucæ 11 præſertim confidentibus in ſe. Crede igi=
tur, ſi in illum ſperaueris, ab omni malo à
quocunq; humana non poterit liberare in
duſtria, te liberabit. Quod ſi tibi ſalubrius
fuerit pati, aut mori, quàm ab horum vtro
que liberari, nõ liberans liberabit te. Non
inquam, liberans liberabit te ab hoc ma=
lo, quod malum æſtimas, ſed liberabit te
à grauiori malo, quod ignoras. Innitere i=
gitur plena confidentia ſuper diuina boni
tate, eiuſq; prouidentia: non tamen ita, vt
contemnas aut negligas quærere aut ad=
mittere cõſilia humana. Nam in hoc quo=
que, quod vteris remedio, conſiliove natu
rali, Deo te expedit vt committas, rogans
illum, vt aut remedium ſuffragari tibi hoc
faciat, aut remedij fructu te deſtitui, quo=
modocunq; illi placuerit. Hoc ſi feceris, in
cunctis diriget te Deus.

Et reſponderunt ei diſcipuli ſui:
Vnde iſtos poterit quis hic ſaturare
in ſolitudine?

Iohan. 6 Matth. 14 Notatur hic diſcipulorũ adhuc rudium
imperfectio. Viderãt enim miraculum de
quinq; panibus (quod ab hoc aliud fuit)
& duobus piſcibus, quantã ſcilicet turbam
his Chriſtus ſaturauerit. Viderant quo= Iohan. 5
que pauloante quam multa ſigna & mira Lucæ 4
cula in languidos fecerat omnes ſanans li
beranſque à quacunque detinebantur in=
firmitate. Sed inter hæc uide, qua benig=
nitate vtitur dominus Ieſus erga illos. Ne
que enim eos ignorantię aut imperfectio
nis coarguit, ſed reipſa ac miraculo illos
inſtruere vult, ſibiipſiſque eos oſtendere.
Volebat nihilominus docere quã patien=
ter eos que ignorant aut imperfecti ſunt,
conuenit nos quoque portare, ac magis
diſſimulanter quam torue aut dure eorũ
ignorantiam inſtruere. Nulla enim inſtru
ctio melior eſt quam ea, quę non cũ impe
tu infertur, ſed paulatim ſenſimque intro
ducitur, dum errans aut ignorans eo per=
ducitur, vt ſuum ipſe errorem deprehen=
dat. Hoc modo non raro Chriſtus vtitur
ad diſcipulorum inſtructionem.

Et interrogauit eos: Quot panes
habetis? Qui dixerunt: Septem. Et
præcepit turbæ diſcumbere ſuper
terram.

Vides quanta vtitur ſimilitudine prio=
ris miraculi de quinq; panibus & duobus
piſcibus? Nã vt ibi hic eos interrogat quo=
que, & vniformi vtrobiq; vtitur modo lo=
quẽdi. Eſt etiam in vtroq; miraculo par &
locus & cauſa. Per hanc igitur ſimilitudi=
nem & rei & locutionis dñs diſcipulos ex
citare voluit, quo prioris recordarẽtur mi Marc. 6
raculi, quomodo ſemel in deſerto quoq; Iohan. 6
ſatiauerit quinq; milia. At illi nihil cõſide
rantes, cogitabant tãtum de humana pro
uidentia, quæ tamen illis non poterat ſub
uenire. Sciebat & ipſe dñs indubitatã poſ=
ſibilitatem naturalẽ ad turbam tantam pa
ſcendam. Nihilominus tamen anteq̃ mira
culum exhiberet, dixit: Miſereor ſuper tur
bam &c. prouocare diſcipulos quoq; vo=
lens ad miſericordiã, vt pro eſuriente tur
ba rogarent memores prioris miraculi.
Quod cũ non intelligerent, interrogauit
eos Ieſus de panibus, quo tandem manife
ſtum fieret, ex villa aut vico nullam eſſe a=
limoniam adminiſtratã, ſed ſeptẽ dũtaxat
in tãta turba mãſiſſe panes. Diſce hic quan
tum deſideriũ, quantaq; ſuauitas in turba
fuerit verbi Dei, quæ adeo ſpũali fuit refe
ctioni intenta, vt corporalẽ oblita fuerit
ſumere cibũ. Siquidẽ (vt dixi) in tanta mul

titudine nõ vltra ſeptem inueniebãtur pa
nes. Eſt quoq; non diſſimulanter prætere-
undum, q̃d apoſtoli ad gloriã Chri, vt in
Matth. 15 Euangeliſta Matthęo, q idem hoc miracu
lum narrat liquet, nõ erubuerunt ſuã con
fiteri ignorantiã ſuamq; imperfectionem.
Dicitur aũt hic q̃d turbæ diſcumbere ſunt
iuſſi ſuper terram. In priori enim miracu-
lo circa feſtum Paſchæ, qñ quinq; ſatiauit
hominum milia diſcubuerũt ſuper fœnũ.
Iohan. 6 Tunc eñi in calidis illis regionibus fœnũ,
ſeu gramina ſecanda pro fœno multa erãt
in loco, quæ tempore nũc æſtiuo propter
ſolis ardorem nuſquam erant.

Et accipiens ſeptem panes, gratias
agens, fregit, & dabat diſcipulis ſuis
ut apponerent: & appoſuerunt tur-
bæ. Et habebant piſciculos paucos,
& ipſos benedixit, & iuſſit apponi.

Vide q̃ ſtudioſe vbiq; ſuo nos exemplo
inſtituit, vt eo maxime tẽpore, quãdo Dei
dona ſumimus, Deo gratias agamus, do-
naq; eius benedicamus: quod nihil profe-
cto aliud eſt, q̃ vt oremus, vt ſumptio illi-
us rei quæ benedicitur ad Dei gloriam, &
ad vtriuſq; hominis percipiatur ſalutem.
Vnde manifeſta fit impietas hæreticoꝶ di
centium cibos & aquã, ſal quoq; & id ge-
nus ſimilia, quæ benedicere conſueuit ec-
cleſia, non benedicẽda, ſed benedictiones
has iniuriã eſſe creatoris, qui creauerit oĩa
1. Tim. 4 bona, & iuxta Apoſtolum, omnẽ Dei crea
turam eſſe bonam: ideo in contumeliam
creatoris inquiunt fieri, ſi benedicatur ali-
qua creatura, quaſi ante benedictionẽ cre-
diderimus hanc fuiſſe malam. Si itaq; be-
nedictio huiuſmodi Dei iniuria eſt, maxi-
me iniurius erit in patrem ſuum Chriſtus
Gene. 1 Dei filius, qui poſtq̃ creata à patre oĩa di-
cta ſunt bona, benedicere præſumpſerit q̃-
dam tanq̃ meliora eadem ſua benedictio-
ne facturus. Sed abſit vt creaturam Dei pu
temus malam, qa nec Chriſtus hoc arbi-
tratus eſt, nec ita benedixit quaſi qui male
factam benedicendo reformare voluerit.
Sed hoc quod factum eſt à Deo, benedicit
vt ad vſum nobis non proueniat inſalu-
brem. Hoc modo nos quoq; bñdicimus,
nõ creaturã quaſi malã corrigere pſumen
tes, ſed hoc benedicendo oramus, vt vſum
creaturę huius bñdictionẽ nos à dño acci
piamus cœleſtẽ, nobiſq; ad aĩę & corporis
eius ſumptio proueniat ſalutẽ. Cæteꝶ, q̃d
quædam alia vt aquam benedictam, ſal &
ſimilia, qbus magis ad deuotionẽ q̃ ad cor
poralem vtimur ſuſtentationẽ, bñdicimus
per virtutẽ oratiõis, nobis certũ aliqd do-
nari à deo petimus, ꝙ quiſqs hac creatura
vſus fuerit pcipiat. Sunt igitur Exorciſmi
in eccleſię vſu & benedictiones, puta cibo
rum, pomoꝶ, cæreoꝶ, frondiũ, herbaꝶ &
huiuſmodi, nõ aliud q̃ orationes eccleſiæ,
quas ſacerdos miniſter noĩe totius populi
fundit ad Deum, & virtutẽ effectũq; ac bñ
ficium humiliantibus ſe ad huius creaturę
perceptionem, & in fide hoc ipm ad ꝙ cõ-
ſecratum eſt poſtulantibus, impetrat. Ver
bi grã: Aqua bñdicitur in eccleſia ad repel
lendas ſathanæ (vbicunq; reſperſa fuerit)
machinationes, noxia q̊q; ac peſtifera alia
auertenda. Qua q fuerit vſus, hoc propter
ꝙ cõſecrata eſt aqua, & q̊d ſacerdos in per
ſona eccleſię deũ rogauit, ſi tñ in fide vſus
fuerit, aſſequetur. Quod niſi foret, qũo ve
rum eſſet quod Chrs dicit: Quicqd orãtes Marci. 11
petitis, fiet vobis? Itemq;: Quicqd patrem Iohan. 14
petieritis in noĩe meo, dabit vobis: qñ hoc
quod eccleſiæ noĩe & in perſona oĩm peti
tum eſt nõ auditur? Sunt ergo benedictio
nes harum rerum, vt dixi, orationes, quæ
Deo humiliter porrectæ & in fide poſtu-
latæ, ex fide quoq; vt oportet in vſum ſum
ptæ, benigne à dño exaudiuntur.

Et mãducauerũt, & ſaturati ſunt.
Et ſuſtulerunt quod ſuperauerat de
fragmentis ſeptem ſportas.

Manducauerunt & ſaturati ſunt ex ſe-
ptem panibus domino eoſdẽ multiplican
te. Non crederentur aũt qui manducaue-
rant ſaturati niſi de fragmentis quæ appe-
titum ſuperauerunt manducãtium, vt co-
medere plus hac vice non poſſent, ſeptem
colligerentur ſportæ plenæ. Siue ſportæ
ibi fuerint, ſiue nõ fuerint (habet eñi quæ-
ſtionem apud curioſos, vnde ſportæ vene
rint ad ſolitudinem ſeu eremum) tot fra-
gmina panum collecta, vt ſportas ſeptem
poſſent implere. Nõ eſt tamen adeo incon
ueniens ſportas ibi fuiſſe. Siquidem inter
tot hominum milia non pauci, ſed fere o-
mnes, aut viaticũ ſecum accepeṙũt, aut de
viatico alioꝶ, q̊d vicini, amiciue ſumpſe-
rant, ſuſtentati ſunt. Vnde eñi vſq; in ter-
tium diem fuiſſent dominum ſecuti in ſo-
litudinẽ, niſi panes ſecum ſumpſiſſent q̊s
comederent? Nõ ergo dubium eſt multos
ſumpſiſſe ꝓ ſe & ſuis neceſſaria, vt duobus
reſi-

reficerentur diebus, aliiſq; nõ habentibus participarent. Si itaq; quod neceſſe erat cibos & panes ſecum ſumpſerunt, qd mirũ ſi cophinos aut ſportas quoq; habuerint, quibus neceſſaria ſecum deferrent? Puerilis igitur & ridicula eſt interrogatio, vnde ſportæ ad eremum venerint, cum non ſolũ veriſimile ſed neceſſariũ videatur, ſportas affuiſſe apud eos, qui cibos portauerãt pro his, q̃s ex vno pago, aut vna familia, aut certe ex vna domo familiaritas aut neceſſitudo contraxerat. Quamdiu igitur panibus cibove occupatæ alio erant ſportæ, portabãtur cum turba vſq; in ſolitudinẽ. Porro cum tertia die omnes eſſent euacuatæ, tu miraris vnde venerint cophini aut ſportæ? Certe potuit fieri, vt tantam multitudinem ſequerentur, qui panes ferrent in ſportis venales, ſuumq; ex turba quæſtum agerent. Quibus panibus omnibus vſq; ad ſeptem conſumptis, Chriſtus eos qui abſq; periculo iam nõ poterant reuerti miſericordiſſime ſatiauit.

Erant aũt qui manducauerãt quaſi quatuor milia, & dimiſit eos. Matth. 15

Euangeliſta Matthæus explicat quatuor milia, quia iſta eſt libertas ſacræ ſcripturæ, vt minutias numeri parum curet. Siue eñ in modico exuperet, aut paulo minor ſit numerus quàm narratur, nihil contra veritatem eſt. Quia tametſi diſcrepantia aliqua in locis aliis ſacræ ſcripturæ inuenta fuerit, ſi modiciſſima (puta in numero aut loco) ſit variatio, nihilipendẽda eſt huiuſmodi contrarietas. Neq; enim in huiuſmodi multum penſi habet ſcriptura. Iam filii nobis videndum eſt, qui turbæ huius deuotionem imitemur triduo dominum vſq; ad inediam ſequentis. Sequamur nos quoq; conuerſi ad dominum, oportet. Sequamur autem in deſertũ colligationem peccatorum peccandiq; occaſionem oẽm relinquentes. In nouitate enim vitæ hoc modo ambulantibus, & nouiter conuerſis, nihil tam eſt neceſſarium, quàm abſtractam ab hominum familiaritate, à ſociali conuerſatione, ab inutili deniq; occupatione vitam agere. Sequamur autem triduo. Prima ſit dies, qua gementes peccata noſtra cuncta plangamus, gemendo, confitendo, & pœnitentiæ opera faciendo. Secunda dies ſit, qua propoſitum firmemus contra omne peccatum, contra omne malum, & contra hoc quodcunq; nõ placuerit Deo. Tertia dies ſit, qua ſtudium imitationis vitæ Chriſti ſumamus, vt quæ placita ſunt ei faciamus ſemper. Iohan. 8 His tribus diebus filii, quibus non inſipienter occupabitis totam vitam veſtram, ſi Chriſtum fueritis ſecuti, Ecci 18 ſi illum fueritis præſtolati, cibabit vos pane vitæ, reficiet cibo cœleſti: quo confortati, redibitis in patriam veſtram, vnde excidiſtis, perpetuę felicitatis. Quod nobis om̃ibus largiatur piiſſimus dñs noſter Ieſus Chriſtus, qui cũ patre & ſpũ ſancto viuit & regnat Deus bñdictus, Amen.

SERMO IN EADEM dominica. Septem Dei beneficia meditata, ut panes, corpus, animã reficiunt: Quadrifariamq; quomodo dominus miſereatur.

CVm turba multa eſſet cum Ieſu, nec haberent quod manducarent, cõuocatis diſcipulis, ait illis: Miſereor ſuper turbam, Marci VIII. Nõ vnum duntaxat, ſed multa docet nos dominus Ieſus in quouis operum ſuorũ. Eius enim opera, præ aliis operibus omnibus hoc habent, vt nullum ſit quod ſcandalizet, nullum ſit quod nõ ædificet, nullũ quod non loquatur & doceat. Quapropter nullum eſt miraculum Chriſti, q̃d non ſupra hoc, quod eſt miraculum, potentiæq; diuinæ ſignum, aliquid inſtruat, doceatq; contemplantem, id quod modo in hoc quoq; contingit miraculo. Nam iuxta literam hiſtoriæ dominus Ieſus quatuor milia hoĩm eſurientium ſatiauit panibus ſeptem. Nec tamen hoc adeo eſt inſolitum potentiæ eius diuinæ. Siquidem qs alius ſeminis grana modica multiplicat in terram iacta, facitq; vt cũ incremento maximo reddãtur in meſſe, niſi qui hodie ex paucis panibus hoĩm maximã multitudinẽ pauit? Quod ergo ex granis facit paucis quotidie, hoc iampridem, & nunc iterum, ex paucis panibus fecit. Eſt tamen aliud quoq; quod aut hoc miraculum loqtur, aut in hoc miraculo, iuxta ſpiritalem ſenſum intelligitur. Dominus eñ Ieſus in hunc mundum 1.Tim.1 venit, peccatores ſaluos facere, colligere Matth. 9 diſperſos, & reducere errãtes. Lucæ 5 Iohan. 11 Veniens itaque cœpit prædicare, & cõfugerunt ad eũ Matth. 19 turbę multę. Vndecunq; eñ venerunt qui poſcerent opẽ & conſilium ab eo, oẽs benigne recepit, miſericorditer adiuuit, & ſa-

piẽter docuit. Sequutæ ſunt igitur illũ tur-
bæ multæ,puta ex Iudæis, ex gentibus, &
ab initio naſcentis eccleſiæ vſq; in finem.
Quotquot aũt ſequebantur illum, cũ eo
profecti ſunt in deſertum ſeu in ſolitudi-
nem,quo ſegregati à conuerſatione gene-
rali hominum, ſubduceret ſe quoq; omni
occaſioni peccandi. Qui enim peccandi re-
nuit vitare occaſiones,nõ dicitur contine-
re velle à peccato. Eſt igitur propter inno
centiam vita abſtracta ac ſolitaria quæren
da. Eſt nihilominus alia cauſa,propter q̃
quærenda eſt vita abſtracta & ſeparata,pu
ta vt ibi diuinum inſtinctum liberius in-
ſpirationesq; ſacras percipiat homo. Neq;
enim in ſolitudine mundo ſeruitur, vt in
ciuitate. Hoc tamen maxime de ſolitudi-
ne intelligitur cordis, quæ occupationes
Oſee 2 excludit mundi. Propterea in Oſee dicit
dominus: Ducam eum in ſolitudinem, &
loquar ad cor eius. Videns itaq; turbas mi
ſerebatur. Et niſi profecto miſertus eſſet
noſtri,veniſſetq; ad nos,periſſemus om̃es.
Fuit igitur eius aduentus præcipue nobis
Ephe. 2 neceſſarius,vt Apoſtolus ait: Deus qui di-
ues eſt in miſericordia ſua,ꝓpter nimiã cha
ritatem ſuam qua dilexit nos, cum eſſemꝰ
mortui peccatis, cõuificauit nos in Chri-
ſto,cuius gratia ſaluati eſtis. Quod aũt di-
cit inter eos eſſe, quorum miſeretur quoſ-
dam, qui de longe venerunt, ſignificare
vult nos peccatores grauiores,quibus di-
cit Apoſtolus: Vos q̃ longe eratis aliquan
do, nũc prope facti eſtis in ſanguine Chri
Ibidem. ſti. Tres autem dies,pœnitentiæ ſunt exer
citia,vt quicquid loquendo, quicquid co-
gitando,quicqdve operando deliquimus,
quaſi tribus diebus flendo & gratiam Dei
ſuſpirando diluamus. Poſſunt nihilomi-
nus per tres dies, tres intelligi ætates ho-
minum: Pueritia,Iuuentus,& Senectus. In
quibus ſi Chriſto quis inſeparabiliter ad-
hæſerit,ad refectionem cœleſtis perueniet
conuiuij. Interim tamen in deſerto pœni-
tentiæ reficiet nos ſeptem panibus. Qui
ſunt,inqs,panes iſti ſeptem? Dico ſeptem
ſunt beneficia Dei, quæ in mente dum re-
Colo. 3 coluntur reficiunt & ſatiant. Primum eſt
quod à domino Deo nos eſſe creatos ſci-
mus: & hoc non otioſe, ſed vt hic ipſum
diligamus, illi ſeruiamus, nos illi ſubijcia-
mus. Ipſum, inquam, Deum & creatorem
noſtrum, nos vero miſeras eius inutileſ-
que creaturas intelligamus. Creauit au-
tem nos,vt participes nos ſuæ æternæ bea
titudinis faciat. Vide iam fili, an non re-
ficiat hic panis, quando meditatio tua cir
ca hoc occupatur, vt ſentias quanta dulce
dine,quanto amore,quantaque miſericor
dia te,cum non eſſes, vt eſſes,fecit. Et ad
quid te fecit,niſi vt illum cognoſceres,co-
gnoſcendo amares, amando illo fruere- Auguſtin.
ris? Vide igitur quanti habitus ſis à Deo,
qui tibi dedit eſſe,vitam,animam rationa-
lem æternæ beatitudinis capacem. Secun-
dus panis eſt quod te precioſiſſimo filij
ſui ſanguine redemit. Cum enim necdum Galat. 1
eſſes, cum inimicus eſſes, cum mox natus Apoc. 1
filius æternæ eſſes damnationis, prouidit
tibi quo damnationis huius effugeres ſen
tentiam. Siquidem pro te paſſus,crucem 1. Petr. 1
& mortem ſuſtinuit, cuius in baptiſmo te
participem faciẽs ſibi incorporauit,vt poſt
hac omnia eius merita ſint tua,ſisque fili-
us adoptionis æternæ. Tertius panis eſt
vt mediteris, quanta miſericordia & beni
gnitate te peccãtem diſſimulat,ſicut Apo- Roma. 2
ſtolus dicit: An ignoras o homo quod
benignitas DEI ad pœnitentiam te ad-
ducit? Quot putas iam in inferno æterno
ſupplicio damnatos, qui paucioribus
quàm tu,peccatis DEVM offenderunt?
Vnde tibi igitur,vt te peccata peccatis cu-
mulante, tanto tempore tecum diſſimula
retur,tanto tempore parceretur, & hacte-
nus pœnitentia expectaretur? Si hæc recte
meditaris ac expendis, omnia membra
tua merito trement, dum vides ſingulari
hucuſque admirabilique miſericordia ad
pœnitentiam te ſeruatum. Audi igitur
vocem dominicã,audi vocem patris: No- Ezec. 11
lo mortem peccatoris, ſed vt magis con-
uertatur & viuat. Vide igitur vt huic miſe
ricordiſſimæ expectationi tuæ reſponde-
as quoque, eo perfectius te ad DEVM
conuertens, eo diligens illum feruentius,
atque humilius te, hoc eſt, ingratitudi-
nem tuam deflens, quo tardior ad eum
fueris reuerſus. Quàm liberalis, quan-
que gratuita eſt ſuper me miſericordia tua Bernardus
domine (ait ſanctus BERNARDVS)
Ego peccabam, & tu diſſimulabas, ego
non continebam à ſceleribus, & tu ab vl-
tione abſtinebas: prolongabam ego mul-
to tempore iniquitatem meam, & tu domi
ne prolongaſti pietatem tuã. Quartus pa
nis quem rumines, quoq; reficiaris eſt, q̊d
quamuis ingratum,quãuis delinquẽtem,
non tñ bñficijs ſuis deus te deſtituit. Pauit
te, à ꝑiculis eripuit & cuſtodiuit te gratiã
homi-

hominum, fauores, tranquillitatem, ſanitatem, & reliqua id genus beneficiorum munera innumera tibi tribuit. Si quid deniq; ei acceptum feceris, ad illum nunc cõuerſus, non minus id gratum erit illi, quã ſi nunquã peccaſſes. Poſtremo operibus tuis bonis ac virtutibus, non minus, quãuis deliqueris olim grauiter, te pœnitente retribuet, quàm daret innocenti, ſi ad operandum modo æqua te excitauerit charitas, quæ excitauit innocentem. Neq; enĩ imputat dominus peccatum, vt minus accepto ferat, quicquid à pœnitente, quàm quod ab innocente offertur, modo charitate id pari fuerit factum. Imo crede mihi, non minus amat Deus eum, qui poſt multa ſcelera ad ipſum redit pœnitens, quàm eum qui nunquam peccauit. Quamuis de retributione futura (quandoquidem merita plærumque ſunt diſſimilia) hoc ſentiendum eſt, vnumquemq; recepturum iuxta opera ſua, non vt in pœnitente peccata dimiſſa dãnentur, ſed vt bona opera in vtroque iuxta menſuram ſuam coronẽtur: mala autem aut hic, aut poſt hanc vitã purgẽtur. Propterea hunc panem ruminans. Quid dicam, inquit, o bone Ieſu de tua miſericordia, qui non minus conuerſum peccatorem diligis, quàm innocentem? Quintus panis eſt, quod diligentibus deum oĩa facit cooperari in bonum. Vide & expende hic fidelitatem diuinam. Siue enim agas ſiue patiaris, ſi modo ad Deũ toto fueris conuerſus corde, ipſe faciet vt non ſolum bona, verumetiã peccata tua tibi occaſionem operentur boni maioris. Sextus panis eſt, quem manducabis, ſi meditatus fueris Dei bonitatem & benignitatẽ erga te. Nam bonam voluntatem, vbicunq; defuerit facultas operandi, pro opere ſuſcipit Deus, computat atq; coronat. Siquidem bonorum noſtrorum non egens, bonam recipit voluntatem. Voluntas autem tunc bona eſt, ſi nullum bonum quod agere valet imperfectũ relinquat. Septimus panis eſt vltima refectio æternæ felicitatis. Quàm magna, inquit Pſalmiſta, multitudo dulcedinis tuæ dñe, quã abſcondiſti timentibus te. Perfeciſti eis qui ſperant in te. Inebriabuntur enim ab hubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Meditare igitur, quando poſt multas huius vitæ miſerias, poſt labores & ſudores requies beata dabitur, quàm dulcis erit vox illa: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratũ eſt ab origine mundi. Interim autem filij hos panes ſeptem in deſerto huius vitæ comedite, auſcultateq; ad domini vocem dicentis: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Hi enim panes ſeptẽ probe maſticati excitabũt, & comedenti appetitũ, & guſtui ſaporẽ præbebunt. Eſt itaq; miſericordia domini ſuper nos magna nimis, quippe qui quadrifariam miſeretur. Primo namq; in miſerãdo non accipit, nec reſpicit perſonã cuius miſeretur, quia abſq; reſpectũ & diſcrimine miſeretur omnium, ſicut ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico: Miſeratio hominis circa proximum ſuum, miſericordia autẽ Dei ſuper omnem carnem. Siue enim peccator, ſiue pœnitens, ſiue iuſtus fueris, non te abſcõdes à calore dilectiõis eius. Diligit enim omnes, ideo miſeretur omnium. Verum, ſi dicis quomodo peccatores diligit, cũ ſcriptũ ſit: Altiſſimus odio habet peccatores. Dicendũ: Deus non diligit peccatores, iuxta hoc q̃d ſunt peccatores, nec propterea, quia ſunt peccatores, ſed eos q modo quidem peccatores ſunt, ideo diligit, vt diuinam dilectionem erga ſe & miſericordiam ſentientes, fiant non peccatores: imo vt faciat eos non peccatores, hoc eſt, pœnitentes. Nam teſte Auguſtino: Si Deus peccatores non dilexiſſet, de cœlis ad terrã non deſcendiſſet. Quod ipſe quoque teſtatur, dicẽs: Nõ veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitẽtiam. Diligit itaque peccatores vt faciat iuſtos, eos ſcilicet qui Dei miſericordiam circa ſe intelligũt. Quamuis enim omniũ Deus miſereri cupiat, non poteſt tamen miſereri, niſi eorũ, qui eius amant recipereque volunt miſericordiam. Sunt enim qui præcludunt & abijciunt Dei miſerationem. Sunt qui ſuperbiunt, qui ſunt in oculis ſuis ſani, licet vehementer ſint infirmi. Sunt q præſumunt de ſua virtute Dei miſericordiam non requirunt: quorum Eccleſiaſticus meminit, dicens: Nõ exorauerunt pro peccatis ſuis antiqui gigantes, qui deſtructi ſunt, confidentes ſuæ virtuti. Secũdo miſeretur pœnitẽtibus. Quõ eñ pœnitentiũ nõ miſereret, quõ eos nõ diligeret, q̃quidem angelis dei teſtatur eſſe gaudium in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente? Tertio diligit iuſtos, ſicut ait in lib. Prou. Ego diligentes me diligo. Secundo, miſeretur dominus indeſinenter, nec peccatis vincitur

Prou. 24 Roma. 2 Roma. 8 Pſal. 15 Pſal. 30 Pſalm. 33 Matt. 25 Matt. 11 Eccli 18 Eccli 12 Auguſt. Lucæ 5 Eccli 16 Lucæ 15 Prou. 8

Pſalm.102 tur humanis,ſicut ſcriptum eſt:Miſericor-
dia autem domini ab æterno,& vſq; in æ-
ternum ſuper timentes eum. Neq; enĩ mi
ſericordia eius principiũ habet neq; finẽ.
Et ideo Iudith mulier ſancta Oziã repre-
hendit,quod dño tempus cõſtituerat mi-
Iudith 7 ſerendi,dicens:Hos quinque dies expecte
mus miſericordiam à domino. In quibus
ſcilicet ſi nihil recipimus auxilij à dño,tra
demus nos hoſtibus. Reprobauit aũt hoc
Iudith, dicẽs: Vos q eſtis q tentatis dñm?
Iudith 8 Non eſt iſte ſermo, qui miſericordiam ꝓ-
uocet:ſed potius qui iram excitet, & furo-
rem accendat. Poſuiſtis vos tempus miſe
rationis domini, & in arbitrium veſtrum
diem conſtituiſtis ei? Semper itaq; miſere
Haba.3 tur dominus,Habacuc propheta dicente:
Ephe.2 Cum iratus fueris,miſericordiæ recorda-
beris. Tertio, miſeretur Deus abundãter,
Anſelmus quia diues eſt in miſericordia. Quod An-
ſelmus explicat, dicens: Quid miſericor-
dius intelligi valeat, quàm quod peccato
ri ęternis tormentis deputato, & non ha-
benti vnde redimat ſe, Deus pater dicat:
Accipe vnigenitum meum,& da pro te?
Et ipſe filius:Tolle me,& redime te?Non
defuit enim Deo modus alius nos redimẽ
di,quã vt moreretur pro nobis. Sed Deo
placuit oſtendere charitatem ſuam erga
1.Pet.3 nos immenſam. Quàm euidentius mon-
ſtrare non potuit,quã moriendo pro no-
bis,& noſtra debita ſua morte ſoluendo.
Quarto,miſeretur Deus conuenie͂ter. Ne
que enim ad peccata miſeretur, neq; delin
quentibus conniuet. Miſeretur quidẽ pec
canti vt reſipiſcat,ſed nõ vt in peccatis per
ſeueret. Iuſte igitur & vere loquebaꝛ ſan-
Tob.13 ctus Tobias,dicẽs:Ipſe caſtigauit nos pro
pter iniquitates noſtras, & ipſe ſaluabit
nos propter miſericordiam ſuam. Poſtre-
mo, ſciendum in hoc eſſe Euãgelio octo,
quæ nos ædificant. Primum, quod quaſi
cõſilium capturus dominus cum diſcipu-
lis eos conuocat, atque quomodo ſit tur-
bæ ſuccurrendum tractat. Sunt enim qui
citra iniuriam aut ignominiam ſui non fi-
eri putarent,ſi alios conſulerent. De his in
Prou.26 Prouerbijs dicitur: Vidiſti hominẽ ſibi ſa-
pientem videri,magis ſpem in illo ſtultus
habebit. Secundum, quod ad paſcendam
turbam dominum mouit fuit nõ vanitas,
ſed pietas. Miſereor, inquit, ſuper turbã.
Pietatem autem ſaluatoris mouere pote-
rant multa. Facile enim moueri poterat,q
ſuapte natura pientiſſimus eſt. Primũ qd

ad miſerendum inuitabat dominum,erat
turba, in qua multi eius erãt miſericordia
digni, multi ei deuoti, multi boni, multi
ſimplices & verecundi. Quare magis mo-
uebatur. Inuenimus enim Chriſtum tur-
bis ſæpius beneficia impẽdiſſe. Verbi gra-
tia:Beneficiũ primo exhibuit inſtructiõis.
De quo Matthæus: Videns Ieſus turbas, Matt.5
aſcendit in montẽ &c. Et alibi:Cum irru-
erent turbæ in Ieſum,vt audirent illũ &c.
Beneficium item exhibuit ſanationis. De Lucæ 5
quo:Exiens,inquit Ieſus,vidit turbã mul Mat.14
tam,& miſertus eſt eius,& curauit langui
dos eorum. Tertium fuit beneficium cor
poralis refectionis, de quo in hoc auditur
Euãgelio. Secundũ quod inuitabat Chri-
ſtum ad miſerendum, eſt quod triduo Ie-
ſum ſuſtinuerant, ſeu cum eodem perſeue
rant. Perſeuerantia namque & rogãdi im
portunitas impetrat citius. Vñ habemus Lucæ 11
in Euangelio exempla parabolica,de ami Lucæ 14
co veniente de via, de iudice iniquo & vi- Marc.
dua, qui omnes perſeuerando quod pete-
bant obtinuerunt. Tertium quod inuita-
bat dominum erat turbæ indigẽtia ſeu ne-
ceſſitas,quia non habebat quod manduca
ret. Quartum quia laborauerunt. Quidã
enim de longe venerunt. Quintum qui la
boraturi erant, & periculo exponendi, ſi
dominus non reficeret eos. Ideo dicit: De
ficient in via,ſi dimiſero eos ieiunos. Sex-
tum,quia erãt in ſolitudine, vbi humano
non poterant conſilio mederi fami. Ter-
tium quod ædificat, eſt numerus panum
myſticus. In prima enim refectione turbę,
hoc eſt, in veteri teſtamẽto ex quinq; ſunt
panibus ſatiati,q Moſi libros quinq; ſigni
ficant:hic vero ſeptẽ fuerunt, tempus in-
dicantes gratiæ,quo ſeptem donis iã ſpiri
tus ſancti confortamur. Quartum quod
ædificat,quod diſcumbere hic iubẽtur ſu-
per terram. In maiori enĩ ęſtimatione tem
poralia legis tempore erant, vtpote quæ
Deo ſeruientibus remuneranda promitte
bantur. Si volueritis (inquit) & audieritis Iſaiæ 1
me,bona terræ comedetis. At in noua le- Mat.19
ge terrena omnia ſuadẽtur contemni,ſub Mar.10
pedibus calcari,relinqui,cõtemni, & pau- Lucæ 18
peribus diſtribui. Quintum, quod gratis
egit, docens nos dona Dei cum gratiarũ
actione percipere. Sextum,quod benedi-
xit cibum, vt nos cibum quoque benedi-
camus orantes, quo eius ſaluber ſit vſus.
Vnde de cibo Apoſtolus loquens:Sancti- 1.Tim.4
ficatur enĩ,inquit,per verbũ Dei & oratio
nem.

nem. Septimũ, quod iuſſit apponi piſces,
hauddubium pro cõdimento refectionis:
quo intelligimus diſcretionem optimum
eſſe in omni opere bono condimentum.
Aut ſeptimum eſt quod iuſſit ea, quibus
turba erat reficienda per apoſtolos appo-
ni, quo cognoſcamus quicquid per præla
tos noſtros, circa nos agitur in ſalutem no
ſtram pertinens, haud aliter accipiendum
eſſe nobis, quàm à Deo. Neq; enim in prę
latis noſtris humanam debemus aſpicere
induſtriam, ſed prouidentiam contempla
Eccli 17 ri diuinam, vt eos diligamus reuereamur
que, illiſq; obediamus, quos nobis præpo
ſuit dominus rectores, patres, & promo-
tores noſtræ ſalutis. Octauum, quod mul
tiplicando panes adeo turbam ſatiauit, vt
plura quã eſſent appoſita, ſupereſſent: quæ
colligi vtpote in vſum pauperũ diſtribuẽ-
da mandauit, volens nos beneficijs ſuis re
Lucæ 11 fectos non immemores fore pauperũ, vt
in Euangelio quoque monet dicens: Ve-
runtamen quod ſupereſt, date eleemoſy-
nam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Fi-
lij chariſſimi, accipiatis exemplum deuoti
onis ex turba illa, quæ toties continueq;
ſequitur dominum præ deſiderio audiẽdi
verbum diuinũ. Audiatis igitur vos quo-
que cum deſiderio verbum Dei. Detracti
ones & blaſphemiæ hæreticorum, veſi-
cas ſuas, (quibus nihil preter aerem ineſt)
inanem exufflantium, non ſunt verbum
Dei. Scitur quid ſit verbum Dei: Nempe
quod conforme eſt moribus & operibus
CHRISTI. Neque enim aliud docuit,
& aliud fecit CHRISTVS: ſed ſcriptũ
de eo legimus, quod cœperit Ieſus facere
& docere. Hoc igitur audite, hoc facite, & Actu. 1
dominus miſericordiarum erit vobiſcũ.
Timeatis Deum, et facite quę placita ſunt Iohan. 8
ei ſemper, & non inuidebit, ſed tolerabit
conſolationes veſtras moderatas tempo-
raleſque. Saltem ſit ipſe præ omnibus cha
riſſimus. Habetis vxorum veſtrarum, ha-
betis prolium, habetis denique à ſeruis &
ancillis, ab obſequio, ab amicis, à cibis, &
reliquis id generis conſolationes veſtras.
Vtamini illis ſapienter, & cum Dei timo-
re, ne offendatis Deum, qui eſt benedictus
in ſecula. Amen.

DOMINICA VIII. POST DOMINICAM S. Trinitatis, epiſtola beati Pauli apoſtoli, ad Roma. VIII.

DEbitores ſumus, non carni, ut ſecũdum carnem uiuamus. Si enim ſecundum carnem uixeritis, moriemini. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quicunque enim ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei. Non enim ac-cepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptiõis filiorum, in quo clamamus: Abba pa ter. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddet ſpiritui noſtro, ꝙ ſumus filij Dei. Si aũt filij Dei, & hæredes. Hæredes quidem Dei, cohæredes autẽ Chriſti.

PARAPHRASIS IN EAN- dem epiſtolam.

Roma. 8 ANte verba lectionis huius di
xerat Apoſtolꝰ Roman. Vos
aũt non in carne eſtis, ſed in
ſpiritu: ſi tamẽ ſpiritus Dei ha
bitat in vobis. Qui ſi fuerit ſpi
ritus in nobis, ex debito tenemur non ſer
uire carni, vt ſatisfaciamus conſentiamuſ-
ve concupiſcentijs, quamuis teneamur e-
ius infirmitatibus neceſſitatibuſq; in ad-
miniſtratione victus veſtituſque curam
tanquam animæ inſtrumento adminiſtra
re. Itaque debitores ſumus non carni, vt
ſecundum carnem viuamus. Non enim
ita ſumus debitores carnis, vt curam car-
nis faciamus in deſiderijs. Si enim, inquit, Roma. 13
ſecundum carnem vixeritis, deſiderijs car 1. Timo. 5
nis acqeſcẽtes, moriemini, ea ſcilicet mor-
te, qua vidua in delicijs viuens mortua di
citur, & quæ damnationem recipit æter-
nam. Si autem ſpiritu, id eſt, gratia & vir-
tute ſpiritus ſancti, aut ita: Si ſpiritu. i. iudi
cio ratiõis opera carnis mortificaueritis,
viuetis vita gratię, qua intelligis nõ ſubſtã
tiam, ſed opera ac vitia carnis damnari.
Sunt autem opera ſeu actus carnis, &
ſunt fructus ſpiritus. Charitas fructus ſpi
ritus

Gala.5 ritus eſt,odiũ actus carnis. Charitate igitur ſi mortificatur odium , ſpiritu dicitur mortificari actus ſeu opus carnis. Ad hãc autem mortificationem ſuadet,excitat,& impellit ſpiritus Dei.Porro,quicunq; ſpiritu Dei aguntur ſeu impelluntur, hi filij ſunt Dei.Neq; enim prorſus hi nihil agũt boni,ſed ne nihil agant boni agũtur à ſpiritu Dei. Hoc modo vobiſcum quoq; agitur, quare deſideria carnis veſtra mortificantes filij eſtis Dei. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum ſicut olim ſub lege(quod ſeruorum erat)in timore. Lex ẽm vetus accepta fuit in timore,dum iuſtitia nõ amabatur,propter quam lex ſeruaretur,ſed pœna timebatur. Iam vero ſub lege gratiæ non in timorẽ datur nobis ſpiritus,ſed in dilectionem, ne ſerui, ſed filij potius ſimus. Sed accepiſtis ſpiritum adoptiõis filiorum, in quo Deo clamamus: Abba pater. Duo hæc nomina ſunt, ſed idem ſignificant. Alterum enim,puta Abba,hebraice ſonat patrem, alterum latine ex græco trãſlatum, & ſignificare vult nobis tanq̃ filios adoptionis, ſpiritu ad Deũ affectuoſe nos agi,in quo charitate ardentes dicamus: Pater noſter qui es in cœlis. (Matth.6) Sequitur:Ipſe ẽm ſpiritus adoptionis teſtimoniũ perhibet.i.nos cognoſcere facit,vt cõſecuti remiſſionẽ peccatorum,deindeq; bene agentes filij ſumus Dei. (1.Cor.15) Tantum ſupereſt, vt quemadmodũ imaginẽ portauimus terreni patris, ita portare ſatagamus cœleſtis patris imaginem. Eſt itaq; inter dona ſpiritus ſancti vnum hoc haudquaq̃ infimũ,quod teſtimonium reddit ſpiritui noſtro,quod Dei filij ſumus.Si aũt filij ſumus Dei,ſumus quoq; hæredes Dei.Quorum enim niſi filiorum paterna eſt hereditas.Sumus igitur hęredes quidem Dei, id eſt,bonoꝝ eius infinitoꝝ ſempiternæque beatitudinis,cohæredes autem Chriſti.

EXEGESIS EVANGELIJ dominicæ VIII. poſt dominicam S.Trinitatis. Matt. VII.

ANTE HVIVS præſentis dominicæ Euangelij verba , vt idem Euãgeliſta refert, præmonuerat nos dñs,quo contẽdamus intrare p̱ anguſtam portam in regnum cœlorum.Plurimi enim volent aut putabunt,inquit,ſe introituros,ſed nõ introibunt. (Matt.7) Arcta ẽm,inquit, eſt via quæ ducit ad vitam,& pauci ambulant eam. Ne itaq; putemus eos,qui ſimulant ſanctitatẽ eſſe,qui contendunt intrare,aut intrẽt, & propterea illis nimium confidamus,quaſi his qui ambulẽt in veritate, recipiamuſq; impia eorũ dogmata, quibus ſeducamur, monet nos nõ nimium illis tribuere, donec videamus quem fructum eorum ſimulata opera pariant. Poſſunt enim ad tẽpus ſimulatores ſe palliare,ſed nõ diu fieri poteſt,quin prodantur fructus: vnde tãdem vita & eruditio eorum ex Deo nõ eſſe deprehendatur.Dicit itaque Chriſtus:

Attendite a falſis prophetis,qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium,intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.

Prophetas hic non eos nominat, q̃ futura iuxta prophetarum morem ſub veteri teſtamento prænunciabant,ſed eos magis, qui prophetarum oracula nobis exponunt,eorũq; referũt ſenſum, & ſacram nitũtur elucidare ſcripturam. Horum ẽm quoſdam præmonet vitandos, quos prophetas falſos nominat, & doctores falſos vocat doctores peruerſos,qui animarum corruptores, vt ſuæ impiæ doctrinæ adijciant auctoritatem, quo facilius imponãt incautis,fictamque oſtendãt ſanctitatem: ſub nomine autem ſanctitatis errores & hæreſes ſeminant. Hos itaque iubet cauendos. Porro veſtimenta ouium,opera & actus ſunt boni verarum virtutum,quibus pij ac deuoti conteguntur & ornãtur. His tamen aut ſub harum ſpecie quoq; inuoluunt ſe mali,dum ieiunia abſtinentiaſque in ficta humilitate & deuotione ſimulata oſtentant. Non raro autem vitia ſub virtutum ſpecie palliantur:quod tunc fit maxime,quãdo intentio operantis fallax eſt & non ſyncera. Itaque opera virtutum cum bona fiunt intentiõe,veſtimenta ſunt ouium:cum fiunt mala ac ſubdola ad decipiendum,tunc veſtimenta ouium induerunt lupi.Non tamen propterea ſua odiſſe debent veſtimenta oues,licet his etiam ſe lupi inuoluant. Veruntamẽ quomodo lupus,licet ouina tectus pelle, ſpeciẽ mutat, non animũ:ita hæretici & peruerſi doctores quantãlibet ſanctitatis fingãt ſpeciem,manent tamẽ corrupti & corruptores animaꝝ.Videte aũt ꝙ veſtimẽta hic vocat ea

cat ea opera, quæ licet pia appareant, non tamen pio ſemper animo fiunt. Verbi gratia: Eleemoſyna veſtis eſt ouina, eã tamen induũt & mali. Dare enim poteſt eleemoſynam impudicus mulieri, vt ad conſentiendum malæ concupiſcentiæ ſuæ eandem inducat. Poteſt ambitioſus propter gloriam, vt videatur ab hominibus, dare eleemoſynam: poteſt aliud quid vitioſum alius intendere, quare opus faciat miſericordiæ. Hæc igitur veſtimenta ſunt, quia boni malique eiſdem tegere ſe poſſunt.

Matt. 6

A fructibus eorũ cognoſcetis eos.

Fructus ouium, intelligi vult veras virtutes. Porro falſi prophetæ cum nullam ex ſe proferãt veram virtutem, nullos bonos, ſed multos ex ſe pariunt fructus malos. Quæ enim fucata ſunt, cito panduntur, & fictio in ſuam naturam relabitur. Opera igitur eorum teſtantur illos, quia Chriſti gloriam non quęrunt, ſed vt ſtatuant ſuam ſectam, vt acceptis fruantur beneficijs, vtq; cupitis non deſtituantur honoribus, aliaque huiuſmodi, in quibus ſe reſpiciũt & quærũt, penes quæ dinoſci debent. Neq; enim à veſte cognoſcẽdus eſt hæreticus (veſtem intelligo opera laudata in ſacra ſcriptura, quæ tamen non ſanctificant facientem, cum malis bonisq; ſint cõmunia) ſed in fructibus ſunt diſcernendi. Oues enim iuxta quod ſunt oues fructus faciunt, qui à malis fieri nõ poſſunt, & mali fructus ſuos fœdos poſt ſe relinquunt, qui bonorum prorſus eſſe non poſſunt. Et ꝓpterea S. Auguſtinus ait: Iſti fructus à qbus huiuſmodi mali & hæretici ſunt cognoſcendi, non ſunt bona quæ exterius prætendunt. Talia enim cũ bono animo fiunt: ſunt veſtimenta ouium oues tegentia, & protegentia: cum vero malo fiunt animo, veſtes quidem ſunt ouiũ, ſed lupos tegunt. Iſti ergo fructus quibus agnoſcimur, ſunt illi de quibus Apoſtolus ad Galat. ſcribit: Manifeſta ſunt opera carnis: q̃ ſunt fornicatio, immunditia, &c. Quæ abſcondunt hæretici aliquando ſub ouium veſtibus: produntur tamen nouiſſime, ſi diligenter obſeruentur.

Iohan. 5

Auguſt.

Gala. 5

Nunquid colligunt de ſpinis uuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, bonos fructus facit, mala autem arbor fructus malos facit. Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neq; arbor mala fructus bonos facere.

Arbor bona eſt bonus homo ſeu volũtas bona, nõ propter eſſe bonum naturæ, quia illo modo omnis arbor & omnis anima ſeu voluntas eſt bona. Loquẽdum eſt igitur non de bonitate naturali, ſed morali. Dicit ergo: Cuiuſuis generis arbor ſuos profert fructus. Ex ſpinis nemo colligit vuas, quõ nec in tribulis ficus quærimus. Sic ediuerſo nec vites proferũt ſpinas, nec ficulnea tribulos. Sed arbor bona quãdiu eſt bona, aut ſecundum quod eſt bona, facit bonos fructus, quãuis poſſit facere malos, ſed tunc non eſt bona: & mala arbor fructus profert malos. Nam ſi bonos protulerit fructus, iam eſt bona. Neq; enĩ dñs dicit. Nõ poteſt arbor bona mala fieri, nec mala fieri bona: ſed bona arbor non poteſt facere fructus malos. Cuius exemplũ dat Augu. dicens ſimilẽ hanc eſſe locutionem, & huic loco quadrare, ſi dixero: Nõ põt nix eſſe calida. Si enim calefacta fuerit nõ erit nix, ſed aqua. Sic bonus homo põt fieri malus, & malus fieri bon9. Verbi gratia: Saulus cum eſſet malus, erat arbor mala: factus bonus, arbor erat bona. Cũ malus eſſet, fructus malę protulit arboris, puta, ſanctos in carceres conijcere, occidi facere, perſequi Dei Eccleſiam, quæ fuerunt mali fructus. Verũ, non longe poſt factus eſt bona arbor, bonos producẽs fructus, vt ſunt Euangelizare, conſolari triſtes, arguere facinoroſos, pro Chriſto pati, &c.

Auguſt.

Acto. 9

1. Cor. 15

2. Cor. 4

Gala. 5

Omnis arbor quæ non facit fructũ bonum excidetur, & in ignem mittetur. Igitur a fructibus eorum cognoſcetis eos.

Videtis quia non ſolum malorum operum fœcunditatẽ dãnat, ſed ſterilitatem quoq; bonoꝶ opeꝶ? Quiſquis itaq; Dei p̃cepta non cuſtodit, quiſquis Deo & Eccleſiæ non obedit, tametſi aliud malũ non faciat, hoc illi ad damnationẽ ſatis erit, quia omnis arbor non faciens fructũ bonũ excidetur per mortem, aut animæ, aut etiam corporis. Excidi enim ſeu amputari à corpore Chriſti, eſt deſeri à gratia Dei, puta, vt iam non ſis particeps vitæ corporis Chriſti, non ſis particeps ſpiritus corporis Chriſti, non viuificeris gratia DEI: quod in tranſgreſſione fit præceptoꝶ dei.

Si er-

Si ergo arbor quę nõ facit fructũ bonum,
ſi homo q̃ nõ operatur cũ debet bonum,
in ignẽ mittetur, quid ei quæſo fiet q̃ ope-
ratur malũ? Si peccatũ quod fit per omiſſi-
onẽ boni tam grauiter iudicatur, q̃ graue
erit iudicium his qui non ſolũ bona præ-
termittunt, ſed etiã ſcelera cõmittunt mul
ta? Similis eſt ſententia Saluatoris apud Io
Iohan. 15 han. dicentis: Oẽm palmitẽ in me non fe-
rentem fructũ pater tollet, & in ignẽ mit-
tet. Heu dilectiſſimi q̃ vitanda eſt otioſitas
& infructuoſa tẽporis conſumptio. Quid
dicẽt hic aleatores, heluones, bibões à ma
ne vſq; ſero in tabernis bibentes, quid oti
oſi, quid qui in noctibus et tenebris obam
bulant, & ſe alioſq; ad luxum, ad volupta-
tem, ad otium pernitioſum, ad nugas quo
que fiſtulis, carminibus, cantiũculis & hu
iuſmodi vanitatibus ꝓuocant? Et tamen
hodie hæc (quia multo fiunt grauiora &
deteſtabiliora) quaſi honeſtæ recreatiões,
quibus tranſigitur tempus dicuntur. Vbi
Iacobi 2 ſunt nunc Neochriſtiani, qui in ſola otio-
ſa fide ſperant, nihil boni operantes? Nul-
lum enim Dei mandatum negligere poſ-
ſunt abſq; opere malo, id eſt, abſq; pecca-
to: nec Dei vllum poſſunt implere præce-
ptum, niſi per opus bonum. Si ergo bona
à nobis opera non requiruntur, tunc nul-
la quoque obſeruatio mandatorum Dei
à nobis exigetur. Cur ergo ſunt nobis tra
dita Dei mandata? Cur tam multa bene-
dicto ſuo ore nobis Chriſtus præcepit?
Fortaſſe vt ſoli papiſtæ hæc Dei teneãtur
facere pręcepta, non autem Lutherani, q-
bus ſola fides ſufficit. Et bene quidem. Sed
& hoc quoq; inde ſequitur, vt papiſtæ Dei
mandata ſeruãtes ſoli eſſe teneãtur Chri-
ſtiani, non autem Lutherani, ſed vt arbo-
res ſteriles, imo peſtiferæ in ignem mitten
di. Videant, videant, qui modo ſe oculis
pluſquam cernentibus, aut talpeis ſinunt
ſe falli, quia non mentitur quæ hic loqui-
tur veritas: Omnis arbor quæ nõ facit fru
ctum bonum, excidetur, & in ignem mit-
tetur. Ex fructibus igit̃, inq̃t, cognoſcetis
eos. Videtur hic ꝓ mercede, q̃ eſt fructus
bonorum opeꝝ, fructus poſuiſſe. Quam-
uis enim veri purique amoris non ſit quę-
rere mercedem per reſpectum aut quæſiti
onem ſui, id tamen quærere debemus, q̃d
Gene. 15 eſt merces, id eſt, Deum, quàm clare Abra
hæ Deus promittit. Ego ero merces tua.
Itemque: Ego protector tuus ſum, mer-
ces tua nimis. Deus igitur, ſed & videre
Deum, cognoſcere Deum, amare Deum,
frui Deo, merces eſt beatitudinis æternæ.
Hanc mercedẽ licet maxime quærere, ſed
non amore & reſpectu proprio debet fie-
ri, propterea quod ſibi faueat, ꝙ ſibi beati
tudinem hãc velit vt rem ſibi delitioſam
ac quietam. Quando igitur repetit: Ex fru
ctibus eorum cognoſcetis eos, videtur di
cere: Qui non bene operatur, excidetur, et
in ignẽ mittetur. Igitur ex fructibus, hoc
eſt, ex ſtipendijs eorum & ex mercede eo-
rum cognoſcetis eos.

Nõ enim omnis qui dicit mihi: Do
mine, domine, intrabit in regnum cœ
lorum, ſed qui facit uoluntatem pa-
tris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit
in regnum cœlorum.

Tres ſunt perſecutiones, quæ ſanctis in
hac vita inferuntur, de quibus nos pręmo
net dominus Ieſus. Prima eſt manifeſta
perſecutio tyrannorum, quam dominus
aliquando declinãdam permittit, dicens:
Si perſecuti vos fuerint in vna ciuitate, fu- Mat. 10
gite in aliam. Aliquando tolerandam mo
net: Beati, inquiẽs, qui perſecutionem pa- Mat. 5
tiuntur propter iuſtitiam. Itemque: Noli- Mat. 10
lite timere eos qui corpus occidunt: ſed
eum timete qui corpus & animam habet
mittere in gehennam. Secunda eſt hære-
ticorum, de qua nos in prima parte Euan-
gelij hic commonefaciens docet, nobis
contra eos eſſe vigilandum, nec vt colum Ibidem
bas oportere nos tantum eſſe ſimplices,
ſed etiam vt ſerpentes prudentes, qui ne
incantatorem audiant, aurem vnam ad
humum vertunt, alteram cauda obturãt.
Sic nobis hæreticorum prædicatio decli-
nanda eſt, lectioq; vitanda, ne inficiamur
aut capiamur. Tertia eſt hypocritarum et
falſorum fratrum, qui vnum erga nos ſi-
mulant, & aliud interim quærunt. Quo-
modo autem hi, qui ſpeciem bonæ ha-
bent vitæ, propter dogma cauendi ſunt
nequitiæ: ita hi qui in fide, & eruditione
ſunt integri, fugiendi ſunt ſi moribus cor
rupti. Vtrique enim ſunt contagioſi &
inficiunt. Dicit igitur: Non omnis qui
dicit: Domine, Domine, intrabit in re- Mat. 15
gnum cœlorum. Non ſatis eſt, inquit, per Mat. 7
fidem ſolam, & mortuam agnoſcere me
dominum ac Deum, nõ ſatis eſt labijs tan
tum & ore me honorare, niſi opera quo-
que prodeant ex ea fide, quæ per dilectio-
nem

Gal.5 nem operatur. Propterea dicit alio loco
Lucæ.6 exprobrans: Quid vocatis me Domine,
domine, & non facitis quæ dico? Sed obij
cit quis: Si non omnis qui dicit Domine,
Ioel.2 domine, intrabit in regnum cœlorum,
quomodo tunc verum eſt quod per Ioelē
dicitur: Omnis qui inuocauerit nomen
1.Cor.12 domini, ſaluus erit? Aut quomodo verū
eſt illud Pauli: Nemo poteſt dicere Domi
nus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto? Dicendum
Chriſtum hic loqui de vocali dictiōe, quæ
ſola nō efficit ſeruum Chriſti. Neceſſe eſt
enim vt dicens Chriſtum dominum ſu-
um, & propterea dei ſeruus aut amicus cō
Matth.7 ſtituatur, dicat hoc ex affectu, ex corde &
amore: quod eſt reipſa dicere. Non enim
dicere Domine, domine, ſeruum dei con-
ſtituit, ſed exhibere ſe Chriſto ſeruum, hu
miliatoque corde illum agnoſcere domi-
num, facit dei ſeruum, & intrare in regnū
Ioel.2 cœlorum. Hoc modo dubium nō eſt eum
1.Cor.12 quiſquis inuocauerit nomen domini ſal-
uum fieri: & neminem dicere dominum
Ieſum, puta corde ore & veritate niſi in
Matth.7 ſpiritu ſancto. Nemo eñ domini Ieſu eſt
ſeruus, nemo ei vere ſeruit, niſi in ſpiritu
ſancto. Igitur non omnis qui mihi dicit
Matt.25 Domine, dñe, inquit, intrabit in regnum
cœlorum. Dixerunt enim fatuæ virgines
ad ianuam ſibi clauſam pulſantes: Domi-
ne, domine aperi nobis. Sed dictum eſt il-
lis: Neſcio vos. Sed qui facit voluntatem
patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in
regnum cœlorum. Satis ex teipſo percipe
re hoc potes, quam vera ſit hęc ſententia.
Tu enim habens ſeruum tibi genua fle-
ctentem, nudantem caput, reuerenterq́;
loquentem, nō tamen mox probas illum
propterea, vt dicas fidelem ſeruum. Sed
plura adhuc expetis ab eo, puta, vt volun-
tatem tuam faciat, & vt honorem tuum
& commodum zeletur. Sic deo non ſuffi-
cit vt templum intres, miſſam audias, ores
ore, cantes, ieiunes, laneis vtaris veſtibus,
des eleemoſynas, niſi ſis ei quoq; fidelis, i-
pſum diligens, ipſi obediens, ipſiuſq; ze-
lās honorem. Bona quidem ſunt hæc cor
poralia exercitia, & pœnitentialia afflicti-
uaq́; carnis, modo in dei honorem & pro
pter deum tantum fiant. Nam ſi fiant qui-
dem ſed honeſtatis cauſa, aut quia alios ita
vides agere, nec deus cauſa ſit quare hæc
facias, non recipies pro illis æternam mer
cedem. Satius tamen eſt ea fieri aliaq; ope
ra bona, non ex vitioſa intenſione, ſed vel
ex honeſtate, vel ex conſuetudine, licet nō
ex charitate vera fiant, quam omnino in-
termittere: quia vicinior eſt adhuc deo,
qui licet totus non ſit ad deum conuer-
ſus, quam ille qui totus alienus eſt, & deo
ſuis ſceleribus contrarius. Citius quoque
ad ignem accedit, calefieriq́; poteſt, qui li-
cet iuxta ignem non ſit, parum tamen di-
ſtat, quam ille qui totus ab igne fugit. Sic
opera bona non ſunt propterea omitten-
da, quamuis in peccato ſit quis mortali cō
ſtitutus. Poſſunt enim illi fore occaſio, vt
ab illis ad deum conuertatur. Illa tamen
ſola, niſi dei fidelis fueris ſeruus, vt eius glo
riam quæras, ei obedias, eius gratiam ha-
beas & amicitiam (quod eſt eſſe dei filium
& ciuem regni cœleſtis) non introducent
te in regnum dei. Rogo igitur vos chariſ-
ſimi, deponite & ſeparate omnia à vobis
peccata. Separate à vobis omnia ad pecca
tum inducentia, abijcite cuncta, quæ ſine
peccato agi aut tractari non poſſunt. Sint
homines, ſint negotiationes, ſint quæſtus
ſint officia, obſequia, honores, & alia quæ
cunq;. Melius vobis erit pauperes, & in-
dotatis prolibus intrare in regnum cœlo-
rum, quam diuites & dotatis ditatiſq́; libe
ris ire ad infernum. Nam ſi exercitio alicui
aut ei negotiationi, quæ ſine peccato non
poteſt fieri vacatis, animam veſtram per-
ditis & proles quoq; veſtras, quas bonis
male partis ditaſtis, ſicut diuitiarum, ita
& peccatorum æterniq; incendij partici-
pes facitis & hæredes. Abſcindite igitur
omnia (quod dixi) à vobis peccata, cuncta
quoq; quæ ad peccandum vos inducunt,
aut quæ ſine peccato agi non poſſunt: &
ſic ſtudeatis deo placere, bona aſſidue ope
ra agere, dei ſeruare pręcepta, dei zelari ho
norem, eius amore incommoda, iniurias
& moleſtias ſuſtinere, ne arbores inuenia-
mini infructuoſę, autumnales ac ſteriles e-
radicandæ, & in ignem mittendæ. Non le Iudæ.1
ue putetis excidi, quomodo leue putandū
non eſt, in ignem mitti. Duæ namq́; & di
ſtinctæ pœnæ ſunt, excidi, & in ignem mit
ti, ſicut duo ſunt à deo ſeparari, & flammis
infernalibus cremari. De quibus vide q̄d
ſentiat Chryſoſtomus dicens: Multi ge- Chryſoſto.
hennam horrent. Ego autem caſum glo-
riæ illius multo maiorem pœna gehennæ
eſſe æſtimo. Intolerabilis eſt gehenna, eti-
amſi ponat mille aliquis gehennas, nihil ta
le dicit quale eſt excidere à gloria illa, o-
dio à Chriſto haberi, & audiri: Non noui

vos. Nunquid igitur o filij pro tam breui, momentaneaq́; delectatione peccati, tam immenſum æternumq́; ſine vlla ſpe liberationis ſuſtinebimus cruciatum? Heu quam inanis eſt conſolatio hæc quorundam deſperatiſſima dicentium: Quid ſi ad infernum venero? Inueniam ibi multo plures non ero ſolus. Quomodo alij ſuſtinebũt, ſuſtinebo & ego. Proh filij, nõ aſcẽdat huiuſmodi cogitatio in cor hominis Chriſtiani. Nihil enim propterea inferni pœna erit tolerabilior, ſed cruciatus eo maior, quo fuerit in multos diffuſior. Neq; enim ibi ſocietas minuet, ſed vehementer auget pœnam. Nec locum ibi habebit cuiuſdam prudentis ſententia dicentis: Solatiũ eſt miſeris ſocios habere pœnarum, quia grauis eſt ibi afflictio intolerabileq́; odium inter eos, qui pœnas ſimul tolerant in [Pſal. 66] ferni. Dominus noſter Ieſus Chriſtus noſtri miſereatur & faciat nos in vinea ſua arbores bonas & fœcundas. Quod vt fiat ſua nos crebrius riget gratia, incremẽtaq́; nobis præbeat virtutum, qui cum patre & ſpiritu ſancto eſt benedictus in ſecula. Amen.

SERMO IN EADEM Dominica. Quomodo lupi ac falſi prophetæ ſint hæretici, & hodie qui?

ATtendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouiũ: intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Matthæi vij. Nunquam ante hac tam neceſſaria nobis fuit hæc præmonitio Chriſti, vt modo. Quare in hæc potiſſimum tempora reſpexiſſe videtur dominus Ieſus, quando à prophetis falſis nobis cauẽdum monebat. Prophetas autem non eos vocat, qui in veteri teſtamẽto vſque ad Iohannem Baptiſtam fuerunt, ſed legis doctores, & eos qui prophetarũ ſcripta, qui veteris nouiq́; teſtamenti explanare contendunt ſcripturas, cuiuſmodi hodie ſunt multi, in multas ſectas & hæreſes eccleſiam ſcindentes, vt impletum iam vi- [Matt. 24] deatur quod Saluator dixit: Multi in his diebus ſurgent pſeudoprophetæ, dicentes: Ecce hic, ſcilicet nobiſcum eſt Chriſtus & eccleſia. Quibus contradicent alij dicentes: Non, ſed ecce hic nobiſcum. Videtur ne hoc impleri modo? Cum enim per vniuerſum orbem vna pacata fuerit eccleſia, ab apoſtolorum tempore ad nos deriuata, vna fides, vnum baptiſma, vna obedientia ſub vno generali paſtore & vicario Chriſti, ſucceſſore ſcilicet S. Petri põtifice Romano. Venit ante paucos annos monachus peſtifer Martinus Lutherus, qui totam ferme Germaniam in multas eccleſias, imo in ſectas & hæreſes multas diuiſit, eandem ab vna ac vera illa eccleſia vniuerſa ſeparans. Non poteſt autem niſi vna eſſe eccleſia, à qua quiſquis ſe ſeparauerit, de corpore myſtico Chriſti ſe vt mẽ- [Iohan.] brum aridum præſcindit. Sicut enim palmes quæ in vite nõ manſerit areſcit, ita niſi in Chriſto quis manſerit, niſi in corpore Chriſti myſtico, hoc eſt, in corpore & in vnitate eccleſiæ, in vnitate perſtiterit fidei, particeps Chriſti ſpiritus, qui regit nutrit, inſtruit fouetq́; corpus hoc eccleſiæ, & omnia eius membra, non erit. Qui itaq; ſe ab illo ſeparauerit membrum nõ eſt eccleſiæ, membrum deſinit eſſe Chriſti, proſciſus eſt à corpore Chriſti, imo ſeipſum proſcidit, nec recipit gratiã ſpiritus Chriſti, qui eccleſiam viuificat, ſed areſcit moriturq́;, vt exciſus palmes, nulli rei quam igni vſui futurus. Itaq́;, vt dixi, cum vna per vniuerſum orbem eſſet eccleſia, intra triginta annos quidam proſilijt apoſtata monachus, qui cum multis ſibi ſimilibus apoſtatis monachis ſe ab eccleſia diuidẽs, antiquas olim in concilijs patrum damnatas hæreſes reſtituit, quibus quædam adijciens ſuæ impietatis figmenta, omnia inſtituta eccleſiæ, ritus omnes eccleſiaſticos, officium diuinum, & quicquid ab apoſtolorum tempore per manus patrũ noſtrorũ nobis traditum eſt, calumniatus eſt, temerauit, damnauit, deleuit, abiecit, & ſine lege, ſine canone colluuiem peſſimorũ hominum apoſtatarũ fidefragorumq́;, monachorũ & monialium ſibi aſciuit: quos in nomine diaboli & ſuo coniunxit, vt ſimul crucifigerent carnes ſuas cum concupiſcentijs ſuis, generarent filios & filias, ſemẽ iniquum, malicia, egeſtate & calamita- [Gala. 1] tibus plenum. Ex his ſuis diſcipulis in omnem Germaniam genimina miſit viperarum, qui contra eccleſiam, contra prælatos, contra ſummum Pontificem, contra manachos, contra ſacerdotum cœlibatũ, contra miſſæ ſacrificium, contra inuocationem ſanctorum, contra eccleſiæ ſacramenta, contra ſanctos eccleſiæ doctores

prædi-

prędicarent, imo vt rabidi furioſiq; canes, detractionibus, mendacijſque impudentiſſimis omnem honeſtatem lacerarent, atq; in om̃ia debacchharẽt ſacra. Qui principes quoque nonnullos dementans traxit eo, vt non magis ad animarum ſalutẽ, ſed ad monachorum & clericorum bona temporalia inhiarent. Hi igitur ſibi nõ eccleſiam, ſed ſynagogam ſathanæ atque antichriſtianam ſectam ædificãtes, ſeſe multiplicarunt. Ex quorum tamen apoſtolis & prædicatoribus multi, quomodo à vera catholica eccleſia ante defecerant, ita à matre quoque ſua adultera, hoc eſt, hæretica Lutherana eccleſia deficientes, denuo aliam multo adhuc corruptiorem ſibi eccleſiam finxerunt: & ex his alij item multi ſibi conſtituerunt aliam ab alijs difformem. Itaq; varias inter ſe pugnantes eccleſias & multas ſibi erexerunt, non minus à ſe mutuo diſſidentes, quam à vera eccleſia orthodoxa & catholica. Quæ tamen omnes inter ſe in hoc vno conſentiunt, vt eccleſiam illam quam à Chriſto recipimus, & quæ in hæc tempora durauit, durabitq; vſque in finem perſequantur, lacerent & ſcindant. Eamobrem, vt primo dixi, cum Lutherani dicãt: Hic eſt Chriſtus, nobiſcum ſcilicet: ediuerſo caroloſtiani aut Zuuingliani pugnant, dicentes contra hæreticam ſuam matrem: Non vobiſcum, ſed nobiſcum eſt Chriſtus, quibus anabaptiſtæ repugnantes aliam conſtituunt eccleſiam. Et vix eſt ciuitas aut dominium exiguum, ſeu ditio aliqua: imo vix eſt paſtor apud eos, qui alteri vicino in omnibus conſentiat. Quoniam in rebellione, ſuperbia & carnali concupiſcentia hęc ab initio hæreticorũ eccleſia fundata eſt. Ideo ſicut cœpit, ita proficit, & ita perſeuerabit, vt ne inter hæreticos vigeſimus quidem Luthero per omnia conſentiat. Sed quotquot pene prædicantes, tot inter eos ſunt dogmata. Iam vide eccleſiam catholicam orthodoxam à Chriſto eãdem huc vſque manentem, in qua Chriſtus, in qua apoſtoli, in qua omnes quotquot fuere martyres, quotquot fuere confeſſores, quotquot miraculis, ſignis & prodigijs diuinis fuerunt clari, quotquot ſancti quotquot doctores eccleſiaſtici recepti, quotquot deniq; eccleſiaſticis & probatis concilijs interfuere, vixerunt: & tunc eregione ſtatue perditiſſimorum, fidefragrorum apoſtatarum aliorumq; inde naſcentium, & inter ſe acerbiſſime digladiantiũ ſectas infra triginta annos natas, & intro eat vel ideota vel paganus priuato affectu carens, & interrogetur, vbi ſit Chriſtus, vbi eccleſia: Num alibi, dicet, quã vbi ſemper fuit, & eſt, & erit? Hoc eſt, apud eos, quibus ſeipſum tradidit, & ex quibus eccleſiã ſibi conſtituit, quæ in præſentẽ perſeuerat diem? Nonne apud eam, quę hactenus inter tot impugnationes hæreticorũ ſola perſtitit & vna, & huc vſq; perſeuerat perſeuerabitq; vſq; in finem mũdi? Quotquot igitur ab illa deficiunt, quotquot ab ea ſe ſeparant, plane hæretici ſunt. Sed dicit quis: Olim hæretici ſe macerabant ieiunijs, erogabant eleemoſynas, faciebãt orationes multas atq; huiuſmodi ouium veſtimentis ſe (vt ait Chriſtus) contegebant. Matth. 7 Hi vero non minus ieiunia virtutumq; odiũt exercitia, quã diabolus crucem. Qũo ſunt igitur ouium veſtimentis induti? Dicendum, cum adhuc ferueret charitas in eccleſia, quiſquis habebat charitatem: quo eandem habuit maiorem, eo maiora perfectioraq; fecit opera. Tunc ergo quaſi viros perfectos ſimulabant ſe hæretici, in omni continentia & caſtitate, quo fallerẽt homines, iuxta exteriorem hominis faciem ſanctitatem æſtimantes: nunc vero cũ refriguit deuotio, refriguit charitas, & ad effręnem luxũ proſiliant omnia, etiam hæretici alium inuenerũt modum ſe palliandi. Cum enim nolint pijs vacare operibus Matth. 24 alia huic tempori magis congrua fallunt impoſtura, puta, vt ſcripturis perperam interpretandis vtãtur, nihil quod manifeſte in ſcriptura non habetur recipiant, bona opera externaq; damnent, ſola fide ſe aſſerant ſaluandos. Eos vero qui bona opera agunt, derideant, illis inſultent qui eccleſiæ obſeruant præcepta, illis exprobrẽt quod ſuis operibus exinanire velint domini redemptionem, ꝙ in operibus ſuis confidant, hiſq; mercari velint regnũ cœlorũ: contra vero, eorum fidem prædicẽt exellentiſſimam, glorientur quod nihil boni operis agunt, vnde ſibi mercedem ſperent reddendam. Hoc modo de mundo, qui nunc totus eſt carnalis, infinitũ gregẽ qui ſe ſequatur inueniunt. Attendite igitur filij ab illis falſis prophetis, qui veniũt Matth. 7 ad vos in veſtimẽtis ouium. Ouium ſunt veſtimenta hodie, ſcriptura ſacra, verbum dei, euangelium iuxta literam: cuius nullam recipiunt vel eccleſiæ vel ſacri docto-

ris expoſitionem ,ſed ſuam tantũ, hancq́;
adeo latam , vt quicquid detrahunt mor-
deantq́;,dicant verbũ dei.Hoc itaq; verbo
dei deprauato abutuntur, ſub hoc ſe fuco
muniunt,omnemq́; iccirco eccleſiaſticam
obedientiam explodunt.Hæc itaq; eccle-
ſia Lutheranorꝝ intra triginta annos na-
ta,& aliæ inde eccleſiæ ſathanæ, quaſi ex
vipera pariente eruptæ, nunquid eccleſia
ſeu eccleſiæ(nihil eñ fortaſſe apud eos re-
fert eccleſiarum cum varietas & multitu-
do)dicendæ ſunt? Minime. Manendum
igitur in ea eccleſia,que fuit,eſt & erit ſem
per vna &ſola.Nam illorum hęreſiarchas
ex eorum fructibus cognoſcetis. Qui eñ
fructus ſunt eorum, niſi doloſæ circunuẽ
tiones,impoſtura, rebellio,inobedientia,
maledicentia,nulla caſtitas,ſobrietas nul-
la,temeritas,animoſitas, deriſio , perſecu-
tio,rapina,ad exilium relegatio,bene agẽ
di prohibitio , cultus diuini proſcriptio,
&totius eccleſiaſtici ſtatus,ordinis,ritusq́;
ac omnium ſacrorum exterminium?adeo
vt inter Turcas& Arabes præſtaret viue-
re,quam inter perfidos hos corruptiſſimę
fidei antichriſtianos . Credite mihi, cla-
mant ore verbum dei, clamant euangeli-
um,ſed non fuerunt vnquam hæretici, in
quorum vita minus eluxit de verbo dei,
quam apud illos perditos homines ad ma
lefaciendum natos. Vbi enim perſuaſum
illis fuerit,vt peccata oĩa eorum ſint di-
miſſa abſq; vlla confeſſione, & vt pro illis
nullam pœnitentiam teneantur agere, vt
nullum ſit quoq; purgatorium,quo non-
dum purgati mundentur? ſed cruenti eti-
Lucæ.18 am animarũcidæ & quotquot fuerint ſce-
lerati,modo dicant: Deus propitius eſto
mihi peccatori,licet in hęreſi,in peccatiſq́;
ſuis obſtinati maneãt,ilico ad æterna gau
dia euolabũt, ea ſcilicet quæ Mahumetus
ſuis quos dementauit promiſit? Attendi-
te igitur filij,cauete vobis à falſis illis pro
phetis,à ſeductoribus, ab antichriſtianis,
qui ore tantum laudant euangeliũ,Chri-
Math.7 ſtum ore ac verbis cõfitentur, vita autem
& operibus negant. Ne patiamini vos ſe-
duci,vt latam viam perditiõis, quàm pau
lo ante hoc euangelium dominus cauen-
dam monuit,ingrediamini.Quàm revera
illos amplecti,& arctam viam quæ ducit
ad vitam execrari,nemo niſi totus cæcus
non dicet.In manifeſto eorũ eſt vita plus-
quam paganica,ſine cultu, ſine deuotiõe,
ſine affectione, ſine dei amore, ſine pace,
ſine obediẽtia,& (vt dici ſolet) ſine cruce,
ſine luce,ſine deo. Videte igitur q̃ inanis
&ſtulta eorꝝ eſt gloriatio dicentiũ,aut per
Lutherum,aut per eius(vt ipſimet vocãt)
anteſignanum Eraſmum euangelium in
lucem veniſſe.Abſit autem vt ante non ha
buerimus euangelium,à caſtis ſanctiſq́; vi
ris optime de eccleſia meritis,Auguſtino
Hieronymo,Ambroſio,Hilario, Chryſo-
ſtomo cum innumeris alijs explanatum,
quamuis hæc tẽpora popoſcerunt in ſcri
ptura diligentius verſari,& ſcrutari eas pe
nitius:quo vafriciei hæreticorum, qui ſcri
pturas à genuino ſenſu ad ſuas impietates
detorquent,catholici doctores reſponde-
ant atq; eorum tumidam animoſitatẽ ob
tundant. Abſit,inquã,vt Moria, Antibar-
barorum, puerorũ Colloquia, multaq́; a-
lia ſint euangelium. Abſit etiam vt Luthe
ri blaſphemias euangelij nomine Chriſtia
nus aliquis dignetur.Nobis nunquã euan
gelium fuit abſcõditum . Hoc ab initio in
eccleſia claruit ſemper. Cæterũ quod ipſi
vocant euangelium & verbum dei , vtinã
ſemper ſub ſcamno latuiſſet . Vtinã teme-
ritas tanta hominibus ad rebellandũ,tam
effrænis ad peccandum licentia nunq̃ prę
dicata,nunq̃ data fuiſſet. Sed oportebat
hæreticos tutari famam. Oportebat eos
ita docere,quomodo viuunt,quo perſua-
deant plebi ſic licere, &hoc per adulteratã
ſacrã ſcripturam,& à vero ad impium ſen
ſum aliquem contortum, quo plebi indo
ctæ ſatisfaciant de turpi ſua vita,& homi-
nes ad contemptum eccleſiæ inuitent. Ve-
rum quia, vt eſt omnium hæreticorꝝ con-
ſuetudo,per fas nefaſq́; ſua impia dogma-
ta quærunt dilatare,&peccata noſtra nũc
exigunt,vt illi numerꝝ peccatorũ ſuorum
impleant:nos vero dei ſanctorumq́; blaſ-
phemias,impietates eccleſięq́; contemptũ Apo.10
videntes dolore torqueamur. Proficiant
quidẽ ipſi ſemper in peius,vt ſordeſcãt ma
gis adhuc,& ſeducti alios quoq; ſeducãt.
Itaq; nos illos interim intelligimus,à qui
bus tanq̃ à doloſis peruerſorꝝ dogmatũ fa
bricatoribus cauendũ nobis dñs monet. Iob.15
Ipſi arbores ſunt malæ,quia iam eradicatę Iudæ.1
exciſæq́;, & quatenus fructũ bonum atti-
net ſteriles: ſeductionũ vero & ſeditionũ
introductores callidiſſimi fœcundiſſimiq́;
qui tempore opportuno ab eo,cui modo
ſeruiunt, ſuperbiæ, inobediẽtiæ, detractio
num ſpoliorumq́; ac aliorꝝ peccatorꝝ ſuo-
rũ ſtipendia recipient. Neq; eñ illis pro-
derit

Matt.25. derit, quod dixerint modo, Domine, domine qa non faciũt voluntatẽ ipſius. Quin etiã ab aliꝭ ei (licet non minus propterea laudato) laudes & preces tollunt. Ieiunia, vitiorumꝗ; prohibent mortificationes, opera bona ſtudiaꝗ;, quę ipſe in nobis & nobiſcum operatur, ipſi damnant, atq; ex diametro contra Chriſti pugnant eccleſiam. Vos autẽ filiꝭ chariſſimi, quicquid illi obganniant, rideant, obſtrepant, ſicut didiciſtis, ſicut ab añceſſoribus accepiſtis veſtris deũ timete, deum honorate, deum diligite, deo obedite: hoc eſt, non ſolum præceptis eius, quę in ſcriptura ſancta vobis mãdat, ſed & vbi præpoſitis, prælatis, poteſtatiꝗ; vos ſubiꝭcit, ibi ſubiecti eſtote magiſtris & prælatis veſtris, imo ſicut ſcriptum
1.Petri.3 eſt, omni etiã creaturæ propter deũ. Non oportet vt omnia ſint in ſcriptura (quę vobis à prælatis aut dominis veſtris iubent) expreſſa, quandoquidẽ ſatis aſtringit vos verbum dei ad obedientiam, quod hominibus vos ſubiꝭcit, illiſꝗ; vt obediatis præ
Ambroſi. cipit. Sed quare (inquis) hæreticos lupis comparat dñs? Dicendum primo, quia lupus paſtoris obſeruat dormitionem, vt o-
Matth.13 uem ſtrangulet. Hoc modo hæretici quoq; vtuntur, mortiferum ſemen ſuum ſeminantes dormitãtibus prælatis. De quo habemus parabolam à Chriſto ſimilem dictam, de eo qui bonum ſemen ſeminauerat in agro, in quo tamen paulo poſt apparuerunt zizania. Interrogatus itaq; dñs vnde zizania in bono creſcerent agro & inter bonum ſemen? Reſpondit: Cum dormirent homines, id eſt, cum non vigilarẽt prælati & dñi, venit inimicus eius & ſuperſeminauit zizania. Permittit autem domi-
Auguſti. nus hoc fieri, vt paſtores vigiles teneat. Nam Auguſtinus, Ideo, inquit, diuina ꝓuidentia multos diuerſi erroris hæreticos eſſe permittit, vt cum interrogant nos ea quæ neſcimus, diſcutiamus pigritiam no-
1.Cor.11 ſtram & diuinas ſcripturas reuoluamus. Dicit autem & Apoſtolus: Oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt manifeſti fiãt.
Iohan.10 Secundo, quia lupoꝝ eſt ſtudium gregem diſpergere, nõ adunare, vt in Iohanne habemus, lupus autẽ rapit & diſpergit oues.
Lucæ.11 Alibiq; Chriſtus: Qui nõ colligit, inquit, mecum, diſpergit. Vocantur aũt hæretici hic nõ ſolum lupi, ſed lupi etiam rapaces. Quia genuinum ſenſum ſacræ ſcripturæ auferũt & abſcondunt: erroneum autem ſenſum quem ſibi finxerũt, illius loco mẽdaciter ſupponunt, quia ſcripturis non vtuntur, niſi vbi illam ad errorum ſuorum poſſunt vertere cõfirmationem. Neq; eñ docere volunt, ſed ſeducere: ideo ea quæ in ſcripturis ſibi contraria ſunt, tacent. Exponunt ſcripturas quidem, ſed quærunt non quid dicat ſcriptura, ſed quid ipſi dictum velint, vt hoc inde extrahant, quod perſuadere volunt hominibus. Sed vobis ore Pauli loquitur eccleſia vera, eccleſia ca Gala.1
tholica, eccleſia orthodoxa: Licet nos aut angelus de cœlo euangelizet vobis, præter id quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. Sicut prædixi, & nunc iteꝝ dico: Si quis vobis euãgelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Hæc ad cor verba filiꝭ recipite. Eccleſia mille quingẽtis & amplius annis hoc docuit, quod eadem nũc hodie ꝗq; docet. Illud ſeruate, & ſiue Lutherus, ſiue Oecolampadius, ſiue Zuuinglius, ſeu aliꝭ pſeudoapoſtoli antichriſti, qui in ſuis nunc præcurſoribus, quæ facturus eſt ipſe præludit, vobis aliud euangelizauerint, quã hactenus ab eccleſia vobis euangelizatum eſt, anathema ſit. Et de hoc plus quã ſatis. Si interrogare nunc pergis cur bonę arbori Chriſtus hominẽ comparauerit. Dico illũ non leui aut vulgata id ratiõe feciſſe. Primo enim, niſi radicem arbor habeat integram ac ſanam, & niſi humorẽ fomitemꝗ; habeat vnde nutriat (iuxta illud Iob: Nunquid virere poteſt ſcir- Iob.8
pus abſq; humore, aut creſcere catarectũ ſine aqua?) neceſſe eſt vt pereat. Radix hominis ſancti qui creſcere debet & perfici, eſt charitas. Hæc ſi viuat in homine, nobiles fructus producit: nõ enim poteſt ignobiles producere. Quippe quæ præſtat arbori, id eſt, homini, folia, flores & fructus, hoc eſt, verba, conſilia & opera ſecundum deum & in deum ordinata. Si enim radix Roma.11
ſancta, & rami. Si radix nutritur, fœcundantur & rami. Radix autem, vt dixi, eſt charitas, qua operamur bonum, & vnde habet opus vt vocetur bonum. Inde enim ſurgit arboris fœcunditas. Inde folia, flores & fructus generãtur. Hoc eſt, inde verborum vtilitas oritur, inde prudentia in conſiliꝭs, inde ſanctitas intentionis in opere lucet. Iuſte igitur arbori comparatur homo, cuius omnia virent ex radice charitatis. Quam nobis ſemper adeſſe, virere creſcereꝗ; faciat dominus noſter IESVS CHRISTVS, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

DOMINICA NONA POST DOMINICAM S. Trinitatis, Epiſtola Pauli Apoſtoli. I. ad Corinth. X.

NOn ſimus concupiſcentes malorum, ſicut & illi concu-
Num.11 pierunt. Neq; idololatræ efficiamini, ſicut quidam ex i-
pſis, quemadmodum ſcriptum eſt: Sedit populus man-
Exod.32 ducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Neque fornice-
mur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt
uno die uiginti tria milia. Neque tentemus Chriſtum, ſi-
Nume.25 cut quidam eorum tentauerunt, & a ſerpentibus perierunt. Neque murmu-
Numi.21 raueritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab extermina-
Exo.16.17 tore. Hæc autem omnia in figura contingebant illis. Scripta autem ſunt
Nume.16 ad correptionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt. Itaque qui
ſe exiſtimat ſtare, uideat ne cadat. Tentatio uos non apprehendat, niſi huma
na. Fidelis autem deus eſt, qui nõ patietur uos tentari ſupra id quod poteſtis
ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut poſſitis ſuſtinere.

PARAPHRASIS IN EANDEM Epiſtolam.

BEatiſſimus Paulus apoſto-
lus vbi multa dei beneficia
ad Corinthios ſcribens, Iu-
dæis exhibita recenſuit, quę
in figura illis contingebant
vt beneficia Chriſtianis eadem vere exhi-
benda ſignificarent, tandem etiam Iudæo
rum taxat ingratitudinem, qui poſt tran-
Exo.14.16.17 ſitum maris rubri, poſt angelorum cibum
illis pręſtitum, poſt potum ſpiritualem ad
promiſſam hæreditatem non peruenerũt,
ſed peccatis illorum exigentibus perierũt
in deſerto, volens ſignificare Chriſtianis
quoque ſimilia mala parata, ſi poſt bapti-
ſmi gratiam, poſt Euchariſtię, hoc eſt, cor
poris & ſanguinis Chriſti ſumptionem,
ſi denique poſt alia beneficia permulta in
grati peccauerint. Iudæorum enim & bo-
na à deo recepta, & mala per ingratitudi-
nem ſuam perpeſſa nobis ſunt in figuram
& vt caueamus nos commonefaciunt. Se-
qu itur itaq; hodierna lectio: Non igitur
ſimus concupiſcentes malorum, dehortã-
te nos quoque Eccleſiaſtico ac dicente:
Eccle.18 Nume.11 Poſt concupiſcentias tuas nõ eas. Quod
quidam Iudæorum non fecerunt, qui ci-
bos ægypti carnes ſcilicet, poſt manna per
concupiſcentiam petierunt. Nos vero cõ-
cupiſcentijs frænatis & profligatis iuxta
rationem viuamus, ne ſimiles ſimus incre
dulis & rebellibus illis, qui tentauerunt de
Pſalm.77 um in cordibus ſuis, vt peterent eſcas ani-
mabus ſuis. Neque idololatræ, inquit, ſic-
ut quidam ex illis efficiamini, qui adora-
uerant vitulum aureum, dum Moſes fo- Exo.32
ret in monte quadraginta diebus & qua-
draginta noctibus, quemadmodũ in Ex- Ibid.
odo ſcriptum eſt: Sedit populus manduca
re & bibere, & ſurrexerunt ludere, hoc eſt,
poſt eſum & potum cœperũt in vituli ho
norem ludos & choreas ducere. Neq; for
nicemur, ſicut quidam eorum fornicati
ſunt, puta qui cum filiabus Madian de ea Nume.25
rum ſacrificijs edentes, & adorantes earũ
deos fornicati ſunt. Quamobrem in vltio
nẽ peccati ceciderunt vna die viginti tria
milia. Occiſi autem ſunt hi, qui peccaue-
runt ab alijs fratribus ſuis filijs Iſrael, Mo
ſe id iubente. Neq; tentemus Chriſtum,
ſicut quidam eorum tentauerũt. Tentan-
do deum, etiam Chriſtum ſecundum di-
uinitatem tentauerunt. Chriſtus enim de Hebr.13
us & patri coæternus eſt. Ideo ad Hebræ-
os dicit Apoſtolus: Chriſtus Ieſus heri &
hodie, ipſe & ante ſecula. Nam dum filij
Iſrael caſtra metarentur in Raphidim, vbi
non erat aqua, iurgati ſunt contra Moſen
pro penuria aquę, & quod illos de ęgypto
eduxiſſet in ſolitudinem, vbi nõ eſſet aqua Exod.17
Tentaueruntq; dominum dicentes: Eſtne
deus in nobis, an non? Propter perfidiam
itaque hanc & diffidentiam miſit in illos
dominus ignitos ſerpentes, qui eos mor-
dentes necarent, vt in Numeris legitur:
ideo

Nume. 21 ideo dicitur hic, quod à ſerpentibus perierunt. Neq; murmuraueritis, aut contra deum, aut contra ſuperiores, prælatos, ac proximos veſtros, ſicut quidam Iſraelitarum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore, id eſt, ab angelo percutiente, qui eos exterminauit de terra promiſſionis, non vt illos de terra quam ingreſſi eſſent eijceret, ſed vt vltione præueniente eos ne ingrederentur præpediret. Nume. 16 Sæpenumero enim murmurauerunt contra dominum & Moſen. Nam filij Core, Dathan quoque & Abiron quos cum illorũ filijs & habitaculis terra ſe aperiens deglutiuit, vniuerſaq; multitudo murmurauit, quorum magna ſæpe turba proſtrata eſt in deſerto, donec ad vnum omes quot quot de terra ægypti exierant in deſerto, Nume. 14 per quadraginta annos conſumpti ſunt, præter Caleph & Ioſue, hi ſoli ex numeroſa illa multitudine, qui egreſſi de ægypto fuerunt terram promiſſionis cum filijs eorum, qui in itinere perierant, in deſerto natis introierunt. Hęc autem omnia ſupplicia in figura illis contingebant, quæ nobis ſignificarent maiora tormenta parata, ſi illorum fuerimus imitati peccata. Scripta ſunt autem propter noſtram correctionem, vnde à peccatis eorum exemplo deterreamur. Propter nos, inquam, in quos fines ſeculorum, vltimaq; mundi ætas deuenit ſcripta ſunt, qui hæc lecturi ſumus. Itaque nemo ſit ſecurus, ſed qui etiam ſe exiſtimat ſtare. Exiſtimat inquam quia neſcit an ſtet nec ne, & falli poteſt. Videat tamen de futuro ſuo ſtatu magis incertus, ne cadat. Itaq; cauete, tametſi labi vos contingat, ne cadatis. Tentatio vos non apprehendat, hoc eſt, in conſenſum non pertrahat niſi humana, puta quæ eſt de culpis venialibus, & primis motibus peccatorum grauiorũ, ſine quibus leuioribus hic non viuitur. Ideo autem ſit tentatio veſtra humana, vt inde ſicut homines creſcatis ad meliora, non quo vitijs, vt dæmones, ſuccumbatis. Fidelis autem Matth. 28 eſt deus & verax in promiſſione, qui dixit: Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationẽ ſeculi, quia non patietur vos tentari ſuprà veſtras vires, ſiue naturæ ſiue gratiæ: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, hoc eſt, vtilitatem in vobis operãs, ſeu profectum ſpiritualem, danſq; vobis gratiam fortitudinemq; reſiſtendi, vt poſſitis ſuſtinere. Nouit enim qui noſtram quærit vtilitatem, quando tentationis procellam ſinat exurgere, nouit quãdo & quomodo inſurgentes debeat tempeſtates reprimere. Omnis nanque tentatio, ſi opem non ferret deus, vires noſtras excederet. Iuxta vniuſcuiuſq; igit vires, tentationes, & grauamina moderatur deus, vt fortioribus maiora det prælia, infirmioribus leuiora.

EXEGESIS EVANgelij Dominicæ IX. poſt Dominic. S. Trinita. Luc. XVI.

Recte poſt euãgelium ꝓxima ſuperiori dominica nobis pronũciatum, in quo non ſolũ mala opera, ſed ſterilitas quoque reprobat arboris, nec malefactores tãtum, ſed etiam arguuntur otioſi: hodie vero ſequitur euangelium, in quo conſilium nobis datur, parabolicaq; ſimilitudo, quomodo prudẽter nobis proſpiciamus ipſi nũc, ne confutemur damnemurq; in egreſſu. Nunc igitur de ratione cogitemus reddenda, antequam rationis reddendæ tempus adueniat. Nihil enim dominus nobis ſalutare tacet, ſed cõſilia addit conſilijs quia miſericordiã ſuã ſuper nos ſemper effundere quęrit huberiorẽ: hoc vnũ cupiẽs quo nos ſemper inueniat dignos, in q̊s miſericordiã, ſalutem, charitatẽ, dona, beneficiaq; ſua effundat. Itaq; dicit:

Homo quidam erat diues, qui habebat uillicum.

Quis iſte fuerit hõ, tametſi quorundã ſententię variare videant, nihil tñ refert, cum idẽ maneat ſenſus. Nã alij dicunt Chriſtũ alij deũ ſignificari, æqua vtrobiq; eſt expoſitio. Siquidẽ Chriſtus cũ ſit deus & hõ, nõminus ꝓpterea hic intelligit, ſi qs per hominem velit intelligi deũ. De hoc Baruch Baruch. 3 ſcribit: Qui fecit ſtellas, hic deus noſter eſt Et poſt hæc in terris viſus eſt, & cũ hominibus cõuerſatus eſt. Dicit aũt deus pater Matth. 22 quoq; homo, vt ibi: Simile eſt regnũ cœlorũ homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Propter benignitatẽ em̃ diuinæ clemẽtię, qua nobis cõdeſcẽdit, noſq; humaniter ac miſericorditer tractat, nõ incongrue homo dicitur. Dicamus igitur: Homo quidã hoc eſt, Chriſtus erat diues. Sed q̊modo,

inquis,Chriſtus qui extremã hic pauper⸗
2.Cor.8 tatẽ pertulit homo erat diues? Audi: Cũ
eſſet diues, inquit Apoſtolus, pro nobis
egenus factus eſt,vt eius inopia nos dita⸗
remur. Quantum ad vſum attinet rerum
temporalium,& iuxta humanam conuer
Iohan.1 ſationem, nihil in hoc mundo Chriſtus
proprium habuit,cuius tamen mundus e⸗
rat,& omnia quæ in eo ſunt. Secundũ di⸗
uinitatẽ nanq; ei cum patre eadem eſt o⸗
pulẽtia,eadem maieſtas, vnaq; plenitudo.
Secundum diuinitatem quoq; diues eſt in
theſauris corporalibus. Cuius eñ ſunt o⸗
mnia,qui nullius eget, ſolus beatus, & in
ſe perfectus, quomodo hic diues dici non
debet,ſi quiſpiam vocãdus eſt diues? Ipſe
igitur ſolus eſt dñs rerum temporalium:
nos vero tantum eius ſumus diſpenſato⸗
res.Deinde quomodo egenus potuit fie⸗
ri iuxta aſſumptam naturam humanam,
2.Cor.8 niſi qui ante fuerit diues? ſicut Apoſtolus
dicit: Cũ eſſet diues pro nobis egenus fa⸗
ctus eſt? Deinde in ſpiritualibus diues eſt,
Ephe.2 ſicut Epheſijs ſcibit Paulus dicens: Deus
autẽ qui diues eſt in miſericordia.Eſt ter⸗
Pſal.111 tio diues in cœleſtibus vt Pſalmus affirmat
Gloria & diuitię in domo eius.Itaq; in ex
terioribus quidem & humanis vſibus,fili⸗
Lucæ.9 us hominis nõ habuit vbi caput ſuum re⸗
Matth.8 clinaret, licet id paupertatis & inopiæ nõ
propter ſe,ſed ꝑpter nos, vt ſpiritualibus
nos per eũ diuitijs impleremur,ſuſtinuit.

Qui habebat uillicum.

Villicus dei ſeu Chriſti homo eſt,in ſpiri⸗
tualibus quidẽ prelatus, in temporalibus
princeps, in vtriſq; nihilominus quilibet
Chriſtianus.Accipit aũt hic villicus ꝓ œ⸗
conomo aut diſpẽſatore. Omes itaq; nos
ſumus huius diuitis & dñi ſerui, ac diſpen
ſatores.Nemo eñ non aliq̃d ſibi ab eo cõ⸗
miſſum,vt negocietur talentũ accepit: q̃d
vnicuiq; iccirco vt illud multiplicet com⸗
miſit,non quo fiat ipſe ditior, ſed vt nos
faciat ditiores,& pro fidelitate nos remu⸗
neret ad miniſtrationes, ſi tñ non noſtrũ
commodũ aut vtilitatẽ tẽporalem, ſed illi
us quærimus honorẽ: Sumus eñ eius ſer⸗
Iohan.15 ui & diſpenſatores,ſeu villici. Nec tamen
nos elegimus eũ,ſed ipſe elegit nos & po⸗
ſuit nos,vt eamus & fructũ afferamus, &
fructus noſter maneat. Commiſit nobis
bona ſua,naturæ ſcilicet dona,fortunæ q̃⸗
que,quæ ſunt tẽporalia, hæc & mutabilia
bona & gratiæ,quæ omia in alios diſpen⸗
ſemus,quibuſq; vtamur ad gloriã eius, &
quæ,vt ipſe dicit,ponamus ad ſpiritualem
vſuram,vt lucrum nobis(vbi proximis ea Matth Lucæ
dem diuiſerimus, & vbi bonorum noſtro
rum, hoc eſt, bonorũ à domino accepto⸗
rum alios participes fecerimus) duplica⸗
tum ad nos redeat.

Et hic diffamatus eſt apud illum, quaſi diſſipaſſet bona ipſius.

Roma
Vt ante dixi, vnuſquiſq; eſt dñi villicus, 2.Cor.4
quia nemo eſt qui non à dño acceperit bo
na,nemo eius bonis non vtit̃. Propterea
ſolus ipſe vocat̃ diues, q̃ à nemine aliq̃d ac
cipit,omes aũt ab eo.Pro his itaq; quæ tu
recepiſti,ſcilicet pro corpore, pro anima,
pro vtriuſq; hominis dotibus ac viribus,
puta ꝓ ingenio,memoria,robore,pulchri
tudine,pro nobilitate,honore, diuitijs, ꝓ
amicitia quoq; hominũ & gratia inter ho
mines conuerſandi, teneberis tp̃e oppor⸗ 1.Cor.4
tuno rationem deo reddere.Nihil eñ ha⸗
bes quod nõ accepiſti.Et ipſe execrabitur
iuſte,ſi ſuis acceptis donis ad ſui contume
liam tu vſus fueris.In tẽporali eñ diſpen⸗
ſatione humana totum eſt dñi, quicquid
de negociatiõe aut labore ſerui partũ fue⸗
rit.Deus autem & dominus noſter vtilita
tem omem,in his quæ ſeruis ſuis commi⸗
ſit, relinquit illis modo ad honorem dei,
& iuxta eiuſdem beneplacitum hęc expen
dant.Sed villicũ hunc quis diffamat apud Apo.12
dominum? Clamat certe contra nos dia⸗
bolus, qui ab angelo accuſator vocatur
fratrũ noſtrorũ, hoc eſt,hominũ, quos an
geli ſancti non dedignãtur agnoſcere fra
tres.Accuſant nos opera noſtra, diffamat
tandem propria conſcientia.Itaq; diffama
tur villicus, quod bona dñi diſſipauerit. Iſaie.57
Hoc dñs ſæpe in prophetis contra animã Ezec.16.23
conqueritur adulteram, quod aurum & Oſee.4
argentum,panem & vinum, aliaq; moni⸗
lia & precioſa, quæ illi dederat dominus,
donabat ipſa amatoribus ſuis, cum qui⸗
bus fornicabatur. Sic tu quoque ſi ad vo⸗
luptatem,ſi ad gloriam propriam, ſi deni⸗
que ad domini tui iniuriam ac contume⸗
liam donis dei fueris abuſus, mox huius
rei famam,operumq; tuorum clamor (vt Gene.18
in Geneſi legimus de Sodoma) ad domi⸗
num aſcendens te accuſabit.

Et uocauit illum,& ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem uillicationis tuæ. Non enim poteris amplius uillicare.

Mul

Multipliciter hominem dominus vocat. Vocat prædicatione. Nam dum verbū dei audis, ſi cōpungeris, ſi vitā mutare decernis, ſi peccata deſerere proponis, intra te eſt, in corde tuo quoq; eſt, q te vocat. Extra quidē vocat per dei verbū ſiue lectum, ſiue prædicatū, ſiue meditatū id fuerit, intus per inſpirationē. Vocat deinde exemplo alieno, aut cōſolando, aut terrēdo. Ante oculos tuos moritur homo q bene vixit qui deū timuit, dei honorem zelatus eſt, dei ſeruauit mādata. Moritur aūt ſed prius de peccatis ſuis dolens confitetur, & in bona fiducia ad deū emigrat. Vide qd tū cogitas. O quā iucundū foret ſic bene ad mortem diſpoſitū mori, & trāquille ab omni deſperatiōis metu, aut puſillanimitate ex hoc mundo egredi. Quā felix eſt qui ſic vixit, vt felix quoq; moriat. Vtinā ego huiuſmodi mortem felicem inueniā. Hęc cogitās, tecum loqueris. Hic itaq; vocat te dñs: vocatio tui eſt ad meliorem vitā. Vides ſceleratū aliū iuxta aleā occidi, aut iuxta concubinā mortuū inuentū, aut ebrietati mortem ſociaſſe. Terreris, parꝝ habēs ſpei de illius ſalute, quem in peccatis ſuis (vt timendū eſt) impœnitētem vides obijſſe mortē. Times tibi (qñquidem paria meruiſſes) ſimilia euenire. Statuis igiť te corrigere, melioriq; q̄ ante hac vita deo ſeruire. Et hic à dño vocaris. Vocaris tertio infirmitate, paupertate, carcere, ignominia, & alijs incōmodis multis. In qbus vt ad cor

Pſalm.94 redeas, vt vitam in meliora mutes, vt ad deū te cōuertas, tibi inſpirať. Hodie igitur filij. i. nō vltra aut lōgius differendo, ſi dñi vocē, ſi vocationem hāc audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Sequeť em̄ vltima vocatio, poſtquā remorari aut diſſimulare

Marci.13 nō licet diutius. Hæc aūt vocatio vltima fit hora q̄ nō putatis. Erit em̄ vobis incertū, qñ dñs venerit an mane, an veſpere, an in gallicantu. Ideo horā illā pręmeditemini, pueniatis, vt in q̄cunq; vigilia, ſiue hæc dicatur prima, ſiue media, ſiue vltima, dñs venerit: hoc eſt, ſiue in pueritia, ſiue in iuuetute, ſiue in ſenectute vos dominus vo-

Lucæ.12 Chryſoſt. cauerit, inueniat vos vigilantes & paratos, vt pulſanti confeſtim aperiatis. Secundum Chryſoſt. deus vocat, quando timore mortis concutit hominem, huncq; propria conſcientia reprehendit. Dicit enim: Quotidie nobis talia exclamat dominus, oſtendens fruentem in meridie ſoſpitate, poſtquam veſperaſcit exanimem: & alium inter prandia expirantē, & diuerſi diuerſimode ab hac villicatiōe diſcedimus. Dicit itaq; dñs villico: Quid hoc audio de te: Diſſipas bona mea tibi in ſalutē data. Abuteris tempore, ætate, viribus, pulchritudine alijsq; donis meis, quæ ad luxum & voluptatem tibi, & alijs in perniciem cōuertis. Redde rationem, hoc eſt, para te ad reddēdam rationem villicationis tuę. Siquidem poſthac nō villicabis, qa villicādi tempus iam finitum eſt, & in ꝓximo eſt, vt ex hac vita demigres. Videtis filij cuiuſmodi onus nobis incumbat. Dona dei multa recepimus. Quid em̄ habemus q̄ nō ſit dei do- 1.Cor.4

nū: De ſingulis rationē nos reddere oportet. Sed qd chariſſimi de operibus reſpondebimus, qui vnā nō poſſumus excuſare cogitationem? Et tñ diſcutiemur etiā de cogitationibus, & verbis otioſis. Si qd em̄ in nobis vel otioſe dictum cogitatumve inuentum fuerit, per pœnitentiā non deletum, de hoc à nobis exigeť certa: indubitataq; ratio: nec minima culpa carebit ſupplicio. Videbimus aūt tūc infinitas culpas quas modo in nobis nō videmus. Et hæc potiſſima eſt ratio, quare etiā deū timētes & pij hoiēs, qui nihil tēporale diligūt, hāc vltimā horā formident. Ad hanc rationē reddēdam, nihil prodeſt magis, nihil tam efficaciter ſuccurrit, quā vera profundiſſimaq; humilitas, quæ de ſe ſuiſq; omnibus operibus deſperans, ſubijcit ſe deo, & indignā ſe ęſtimat, non ſolū regnō cœloꝝ, ſed etiā gratia & q̄uis vel exiguo beneficio dei Nihil igiť in ſuis confidens meritis miſericordiā dei vnā poſtulat: huic credit, huic ſe cōmittit, dicens: Miſericordiſſime deus non eſt in me bonū, nec ratio quare ſalues me. Ex me quidē deſperare poſſem, ſed in te eſt vñ non diffidere debeo. Vna eſt nāq; ratio, quare ad te clamo, quare in te ſpero, Miſericordia tua ē magna & infinita. Mi- Pſal.50

ſerere igitur mei deus obſecro ſecundum magnam miſericordiam tuam.

Ait autem uillicus intra ſe: Quid faciam, quia dominus meus aufert a me uillicationem? Fodere non ualeo mendicare erubeſco.

Timor periculaq; ſæpe incautos ad mentem reducunt. Sic contigit huic villico quoq;, vt tunc tractaret quomodo euaderet, cum immineret periculum. Tu vero ante quā periculum incideris, illud pręmeditare

ditare futurum, ac tibi proſpice. Propte-
Gala.6 rea hortatur nos Paulus, dicens: Dum tē
pus habemus, operemur bonum ad om̄es
Iohan. 12 Chriſtus quoq;, Ambulate, inquit, dum
lucem habetis, & dum dies eſt. Et Salo-
Eccēs.9 mon: Quodcũq; poteſt manus tua inſtan
ter operare: quia nec opes, nec ratio, nec
ſcientia erunt apud inferos quo tu prope-
ras. Ait itaq; villicus intra ſe: Quid faciam
Non tractauit cum amicis, non doctores
cõſuluit: quia in hac re amici nihil tibi pro
deſſe poſſunt. Nemo in rem tuam tibi, ſed
omnes quod ſibi profit, conſulunt. In te i-
pſo igitur, quomodo proſpiciendum tibi
ſit, vt felicem horam inuenias conſidera.
Aut enim vt te pares ad rationem redden
dam, aut modo quamdiu ſupplicandi tē-
pus eſt, vt cum domino tractes, veniam pe
tens & miſericordiam, neceſſe eſt. Deinde
vide quia nõ dicit, Quid dicam? Om̄is em̄
tunc eloquentia muta erit. Nulla iuuabit
Heb.4 excuſatio, quia aperta & nuda erũt om̄ia
coram deo. Vidit igitur quia nihil poterat
tunc verbis excuſari: ideo dicit: Quid faci
am? Fodere non valeo, id eſt, aſſuetus non
ſum dura pœnitentiæ opera agere, ieiuna-
re nõ valeo. Corporis me grauat afflictio,
& totus pœnitētię rigor mihi cõtrarius eſt.
ætas, complexio tenera & delicata, cõſue-
tudoq; inolita me faciũt ad laborē corpo-
ris exercitationē, & ad fructus pœnitentię
dignos ineptũ, mendicare erubeſco. Ab a-
Roma.3 lijs ſuffragia, interceſſiões'q; mēdicare eru-
beſco meritoꝝ. Omnes em̄ ipſi egent miſe
ricordia dei, & nemo eſt qui credere auſit
ad ſalutē ſibi non deficere ſua. Accedit q̄d
circa rationē reddendã, tunc mendicandi
tēpus nullũ reſtat. Scio quid faciã, vt cum
amotus fuero à villicatione hac, recipiant
me in domos ſuas. Sibi vtile cõſilium pro-
ſpexit, quo haberet vt ſuſtentaretur amo-
tus ab officio ſuo. Neq; em̄ dño ſuo, ſed ſi-
bi vtiliter conſuluit. Eſt igitur hæc ſimili-
tudo non in om̄ibus imitabilis, ſed in hoc
tãtum, quod in hac vita proſpiciamus no
bis, prudenterq́; videamus, ne vndiq; ma-
neamus excluſi & deſolati. Eſt itaq; hæc
parabola ſignificatio: Cum opera magna
Danie.4 pœnitētię agere non ſufficimus, miſericor
dijs pauperꝝ peccata noſtra redimamus. In
dicat enim nobis quam ſapienter feceri-
mus, ſi de bonis ſuis (omnia enim noſtra
ipſius ſunt) pauperibus largiamur, facien-
Lucæ.16 tes eos amicos de mammona iniquitatis.
Vocantur enim diuitiæ iniquitatis, id eſt,
inæqualitatis, quia inæqualiter ſunt diſtri
butæ: Nempe vt vnus abundet, alius ege-
at. De his itaq; diuitijs (licet ſint domini)
vtiliter nobis proſpicimus, ſi mendicis eas
erogamus, ſi nobis in pauperibus quæri-
mus amicos, qui ſuis nos apud deũ iuuent
oratiõibus: atq; adeo eleemoſyna ipſa pro
nobis clamet ad deum, ſicut ſcriptum eſt: Eccle.
Abſcõdite eleemoſynam in ſinu pauperis,
& ipſa orabit pro nobis ad dominum.

Conuocatis itaq; ſingulis debito
ribus dñi ſui dicebat primo: Quan-
tum debes domino meo? At ille di-
xit: Centum cados olei. Dixitque il-
li: Accipe cautionem tuam, & ſcri-
be quinquaginta. Deinde alio dixit:
Tu uero quantum debes? Qui ait:
Centum coros tritici. Ait illi: Accipe
literas tuas, & ſcribe octuaginta.

Conuocat villicus hic ſuos debitores, qui
erant quoq; debitores domini ſui. Vocan
tur autem debitores dñi, quia omnia quæ
poſſidēda hic recepimus quibusq́; vtimur,
dñi ſunt. Erant itaq; hi, qui fuerũt conuo
cati debitores villici tanquã diſpenſatoris:
ſed erãt etiã debitores dñi, cuius bona tra
ctabant. Sic qui tibi debent ſunt debitores
tui, puta penſionarij tui, iuxta hoc quod
tu œconomus es bonorum domini. Dicũ
tur aũt nihilominus debitores dei, idque
præcipue, quia quæ diſpenſas omnia ſunt
dei. Iuxta hunc intellectũ nõ inique feciſ-
ſet villicus, qui ſua bona ſibi à dño deo ad
diſpenſandum commiſſa, vel pauperibus
dederit, vel pauperibus quæ ſibi debeban
tur relaxauerit, quia ita potuit ſuis debito
ribus relaxare. Vocantur aũt hic (ſicut di-
xi) debitores domini, quia bona quorum
ille villicus erat diſpenſator, erant domi-
ni. Secundum ſpiritualem itaq́; ſenſum ti-
bi licet, imo conſultiſſimum eſt de rebus,
quaꝝ te deus diſpenſatorē, & in hoc mun
do vice dñm conſtituit eleemoſynas dare,
quia das quod potes & debes dare, non ſo
lum conſentiente, ſed & iubente dño. Se-
cundum autem literã parabolæ. Villicus
ille non legitur ad hoc diſpenſationē acce
piſſe, nec ſui dñi habuiſſe cõſenſum, vt de-
bita dñi ſui remitteret. Ideo citra dñi con-
ſenſum debita relaxans, ſibi iuxta ſeculi
prudentiã bñfecit iniquus tñ eſt erga do-
minũ cui fecit fraudem. Nam debitoribus
ſingu-

ſingulis ſiue in oleo, ſiue in tritico partem, hoc eſt, vni plus, alteri minus dimiſit, & in ſui commodi vſum hanc donationem ſibi vſurpauit. Dixit nanq; ei qui centum debebat cados olei: Accipe cautionem, id eſt, chirographum tuum, & ſede cito, & ſcribe quinquaginta, mediam partem debiti relaxans. Ad alium vero ſe conuertẽs, qui centum coros debebat tritici, ait: Accipe literas tuas, & ſcribe octuaginta, minus illi relaxans quam primo. Fortaſſe qa aut hic erat ditior, ille vero pauperior, aut quia in oleo miſericordia, in tritico ſubuentio ſignificatur. Quo inſtruimur, maiorem eſſe debere compaſſionem, quæ ſe vltra poſſe hominis extendit, quàm ſubuentionem erga proximum. Hęc enim, id eſt, ſubuentio limites & facultates ſuas nõ egreditur, illa vero ad impoſſibilia quoq; ſe extendit.

Et laudauit dominus uillicum iniquitatis quia prudenter feciſſet: quia filij huius ſeculi, prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.

Laudauit dominus villicum iniquitatis, non quod iniquitatem commendaret, ſed quod eius ingenium, eiuſq; probaret calliditatem, qua ſuã rem bene inſtruere nouiſſet. Primũ enim diſſipauerat bona domini, deinde etiam ne propterea pati haberet, furabatur etiam domino ſuo quæ donabat. Non igitur eius furtum, ſed prudens ſollicitudo pro ſe excogitata laudatur, in admirationemq; venit. Cæterum quia villici huius hæc non fuit vera dicenda prudentia, cum eſſet iniuſta, tamen eã dominus laudat, inuitare nos volẽs ad miſericordiam, vt nos multo magis ſimus liberales ac miſericordes, & propicij in bonis domini donantes inuicem & ſubuenientes, faciamuſq; nobis amicos de temporalibus bonis: ad quæ pauperibus diſtribuenda nõ ſolum conſentit, ſed hortatur etiam nos dominus. Nihil enim damni ſuſtinet diuitiarum, quantumlibet in bonis eius erogandis, ad ſui honorem & proximorum vtilitatem fuerimus liberales. Dicit autem filios huius ſeculi, amatores ſcilicet mundi, qui ſeculo placere & conformari geſtiunt prudentiores, id eſt, aſtutiores filijs lucis: ſed hoc in generatione ſua carnali & inter ſuos. Hoc autem ideo dicit, quoniam (vt fere ſemper videmus) in maiori diligentia maioriq; ſolertia media inuenire norũt ad ſua mala implenda confirmãda, excuſandaq;, quam boni ad bona ſtabilienda.

Et ego uobis dico: Facite uobis amicos de mãmona iniquitatis, ut cũ defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula.

Diuitias vocat mammonã iniquitatis. Solis eñ, vt Auguſtinus ait, iniquis ſunt diuitiæ. Auguſti. Iuſti enim etſi temporalia habeãt bona, non tamen ea arbitrantur diuitias, qa non diligunt. Sola eñ cœleſtia, tanquã diuitias amant. Facite igitur, inquit, vobis Matt. 6. 18 amicos de diuitijs iniquitatis. Donate pau Lucæ. 6 peribus, debita remittite, cibate eſurien Prou. 25 Tob. 4 tes, ſitientes potate, veſtiatis nudos, cõſolemini omnes, vt habeatis amicos, qui vos recipiãt, id eſt, qui corã deo teſtimoniũ ferant eleemoſynarũ, beneficiorumq; veſtrorũ à vobis acceptorũ, rationemq; quare ſitis in æterna tabernacula recipiẽdi, & quare pro miſericordia vobis reddẽda itẽ fit miſericordia deo exponãt, pro vobiſq; vt retribuat à deo omniũ largitore impetrẽt. Huic conſilio filij acquieſcite, quia & hinc emigrãtes tẽporalia hic bona relinquetis. Nihil eñ proſunt vobis poſt hanc vitam. Nunc igitur propter deũ in pauperes veſtra miſerationũ viſcera aperite, nũc bona huius vitæ quæ habetis in indigentes diuidite, vt miſericordiã, quia hic proximis veſtris impẽditis, miſericordiã quoq; à dño conſequamini, præſtante dño noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula Amẽ.

SERMO IN EADEM Dominica. Quare pauperibus ſit tribuendum, rationes, & de periculo diuitum.

REdde rationem villicatiõis tuæ, Lucæ. XVI. Admonẽt hæc verba vnumquemq; noſtrum, omi eſſe tempore ſolicitum paratumq; ad rationem vitæ ſuæ reddendam, de omnibus operibus & negligentijs, de bonis quoque ac beneficijs à deo acceptis, quomodo cũctis his vſus fuerit. Omnes, inquam, rationem reddemus, quomodo priuato omni amore extincto dei donis ad ipſius gloriã vſi fuerimus, quomodoq; in vtilitatẽ verterimus ea proximorũ. Sumus enim nos villicus ille, cuius hodie meminit euangelium. Itaque tu à domino ſuſcepiſti bona,

& mune

& munera ego recepi, recepit alius quoq; tandem nemo eſt qui non recepit. Omnes igitur rationem reddere debemus. Recepimus dona corporalia, robur, ingenium pulchritudinem, aliaq; multa bona corporalia: de quibus rationem reddemus. Hæc enim villa eſt vna, cuius omnes ſumus villici. Sunt alia bona animę, quę recepimus, ſcientiam, virtutes, animiq; dotes: & hæc alia eſt villa nobis commiſſa. Sunt tertio bona mundana ac temporalia quæ recepimus: & hæc tertiæ villæ nobis diſpenſatio eſt commiſſa. Sunt poſtremo ſingularia multis dona data. Alij enim ſunt prælati, alij ſubditi, alij rectores, quibus ſingularia multa ſunt cõmiſſa: & ab vnoquoq;, maxime autem ab his qui præſunt

Sapien. 6 diſtricta exigitur ratio. Villicoꝝ enim quiſq; reddet rationem de ingreſſu, progreſſu & egreſſu. Si enim prælatus es interrogaberis, diſcutieris, iudicaberis, quomodo ad prælationem beneficiumq; ſis ingreſſus: An electus, an per amicorum preces promotus, an intruſus. Item ſi per carnalem lineam, ſi per virtutem, ſi per amicorum & potentum timorem intraueris, aut ſi per munera. Deinde quomodo gregem paueris, & perieritne ouicula tibi cõmiſſa per tuam negligentiam. Inter omnia enim officia maximum eſt cura animarum. Accedit ad hæc cura ſalutis propriæ, cura animæ tuæ, vigilantiaq;, ne peccato conſentias, ne obedias concupiſcentiæ carnis, ne deniq; ex carne delicate nutrita opprimatur ſpiritus: & rurſus ne ex carne nimis afflicta deuotio & ſpirituale quoque robur intereat. Hanc curam animæ vnuſquiſq; debet ſibiipſi. Taceo quid debeant prælati animabus innumeris. In hac ratione autem reddenda ſi defeceris, non eſt ſolum quod metuas abſolutiõem ab officio, aut carcerem, ſed metuenda ſunt etiam æternæ vitæ amiſſio, gehenna, ignis, perpetuaque à deo ſeparatio. Itaq; deus omnipotens diues ille eſt, cui dicimus: Tui ſunt

Pſalm. 88 cœli, & tua eſt terra, orbem terræ, & plenitudinem eius tu fundaſti, aquilonem & mare tu creaſti. Tu eius es villicus. Cura ti-

Iohan. 15 bi animæ corporiſq; cõmiſſa eſt. Sine deo nihil potes. Veruntamen qui creauit te,

Auguſti. inquit Auguſtinus ſine te, non ſaluabit te ſine te. Non imprudenter hic religioſi faciunt, qui ſui curam periculumq; abijcientes, prælato ad omnia ſe ſubijciunt, eius ductu ſe regi permittunt, eius obediunt voluntati. Quo fit vt ſeduci non poſſint à Sathana: vtpote non ſeipſos regentes (& ideo proprius illos non ſeducet amor) ſed prælati obtemperantes iuſſionibus. Hic villicus cum diſſipaſſet omnia domini ſui bona, confeſtim illius accuſatio intrauit ad dominum. Vocatus vt rationem redderet, præmeditabatur quid faceret, quo ex periculo liberaretur, & futuras non ſentiret moleſtias. Ita nobis quoq; prouidendum eſt, vt ſi non perfectam potuerimus rationem reddere de his, quæ à nobis exiguntur, inueniamus conſilium euadendi. Poſt hanc enim vitam, nec fodere valemus, id eſt, operari, nec mendicare, quia tunc nulla oratio iuuat, vbi miſericordiæ præterierit tempus. Modo igitur quamdiu in vita ſumus, operemur, & mendicemus, aut ſaltem pauperũ memores ſimus ad benefaciendum illis, vt ipſos interceſſo- Iohan. 9

res faciamus pro nobis. Venit enim nox Prou. 6

in qua nemo operari poteſt. Ideo etiam Sapiens monet nos ad formicam accedere diſcereq; ab ea ſapiẽtiam, quæ cum nec ducem habeat, nec præceptorem, parat in æſtate cibum ſibi. Itaque conſultum nobis eſt, vt hunc imitemur villicum facientes nobis amicos de mammona iniquitatis, qui in æterna nos impetrent recipi ta- Lucæ. 16

bernacula. Vocãtur autem hic diuitiæ iniquitatis, vel quia inique partæ ſunt, vel quia inique, id eſt, inæqualiter diſpenſantur, vel quia procurantur nimis ſolerter, vel quia (vt in plurimum) his homines abutũtur. His diuitijs comparemus à pauperi- Matth. 5

bus, quorum eſt regnum cœlorum. Ideo enim tu recepiſti diuitias, vt eleemoſynis & pecunijs Chriſti erogãdis amore emas regnum cœlorum. Vide autem quam iuſte pauperibus ſubuenire debeas, idq; multiplici ratiõe. Prima, quia ea quæ poſſides tua non ſunt, nam ſi tua ſunt, tolle ea & ac- 1. Timo. 6

cipe tecum. Quod tamen facere non poſ- Eccle. 5

ſis in morte, omnia hic relinques. Nonne melius tibi foret, vt emeres tibi regnum cœlorum, profundendo, quãtum tibi aut prolibus ſupereſſe poteſt, in pauperes, vt ſis vir miſericordiarum & pietatis vbique ſtudioſus? Sed quid auaris ſupereſt? Deeſt Hierony.

enim illis tam quod habent, vt Hieronymus ſanctus ait, quàm quod non habent. Quàm libero igitur corde dare deberes qui ſcis te aliena largiri, quę etiam inuitus Iob. 1

potes amittere. Dominus dedit (ait Iob) & dominus abſtulit. Quanto magis autẽ vltro

vltro ſunt ei offerenda? Secũda ratio, quia
vt hæc dares à dño accepiſti. Hæc igitur ſi
eius amore iterum erogaueris, plura reci-
pies. Nõ enim te deſeret, quem pietatis in-
uenerit ſtudioſum. Scriptum namque eſt:
Pſalm.36 Iunior fui & ſenui, & non vidi iuſtum de-
relictum, nec ſemen eius quærens panem.
Tota die miſeretur & cõmodat, & ſemen
illius in benedictione erit. Siquidem cum
2.Cor.9 nihil haberes, ipſe diſpenſanda ſua tibi bo
na commiſit. Quantomagis augebit incre
menta frugum iuſtitiæ tuæ, vbi te viderit
accepta bene adminiſtrare? Crede mihi,
nunquam vidi, nullum legi, neminem eti
am audiui vnquam, qui ex miſericordia
ea q̃ habet in eleemoſynã impartitur, hoc
eſt, in ſubuentionem egenis, paſſum ino-
piam, niſi fortaſſe eos, qui inopiam profi-
Mat.19 teri voluerunt, iuxta conſilium Euangeli-
cum: Si vis perfectus eſſe, vade & vende o-
mnia quæ poſſides, & ſequere me. Quod
ſanctus pater Franciſcus, aliiq́ue multi fe-
cerunt ſanctorum. Refundit enim tibi
Deus plura, quàm tu potes erogare. Ne-
Lucæ 6 que enim fallit, quod omnibus ad literam
quoque eſt promiſſum: Date, & dabitur
vobis. Conſilium igitur hoc obſerua Euã
Actu.20 gelicum, & omni petenti te tribue. Beati-
Tob.4 us enim eſt dare quàm accipere. Et To-
biæ conſilium filium ſuum inſtituentis au
ſculta. Hic enim noli, inquit, auertere fa-
ciem tuam ab vllo paupere. Sic enim deus
à te quoque non auertet. Tertia ratio eſt,
quia ea quæ das, illius ſunt cui das. Quic-
quid enim tibi ſupereſt nõ tuum, ſed pau
perum eſt: das igitur illis quorum ſunt.
Verum adhuc ſublimiori deuotione con-
tuẽdum eſt quibus des. Chriſto enim das
quæcunque das. Quod Salomon cogno-
1.Para.29 ſcens. Tua, inquit, ſunt omnia, & quæ de
manu tua recepimus, dedimus tibi. Nun-
quid igitur Chriſto bona vilia ac terrena
Mat.25 negabis? Audi tamen lucidius quomodo
des Chriſto. Quicquid vni ex minimis
meis, inquit, feciſtis, hoc mihi feciſtis. Da
ergo pauperi, quia ſcis te dare Chriſto in
Pſal.102 paupere. Quarta ratio eſt, quia gratis non
das, nec Chriſto das, quia ille indiget, ſed
ad tuam das vtilitatem, vt coronet te ipſe
quoq; in miſericordia & miſerationibus.
Quapropter in fine quoq; Euangelii, hoc
hodie nobis inculcans: Facite, inquit, vo-
bis amicos de mammona iniquitatis, &c.
Securus facis, quandoquidem iubens hæc
dicit: Nã quod villicus fecit de bonis do-
mini, id domino ſuo non conſentiente fe-
cit. Tu vero domini tui habes conſenſum,
conſilium, & mandatum. Sed dicit quis:
Quid tribuam, qui nihil poſſideo, qui ni-
hil quod dem habeo? Dico: Beatus es fili
qui et ipſe de illorum es numero, quorum
ſe Chriſtus vnum conſtituit, hoc eſt, pau- 1.Cor.8
per & inops. Veruntamen audi, ſi non de-
fuerit tibi ad alios egenos & miſeros com
paſſio, nõ deerit tibi quoq; munus, quod
egeno tribuas. Nam habes animum dan- Gregori.
di, habes bonam voluntatem, quæ ſuffi-
cit ſi aliud non habes, aut potes. Hæc vo
luntas tibi à domino pro opere computa
tur. Beatior autem es, qui non ſolum es in
pauperes miſericors, ſed ſimul pauperibꝰ
aliis in egeſtate, diuitibus vero clementi-
bus in miſericordia æquaris. Sunt præte-
rea dona alia multa, e quibus difficile eſt vt
nullum habeas, quo proximo ſubuenias
egeno. Habes enim fortaſſe aut ſciẽtiæ do
num, aut prudentiam, aut robur ad ſeruiẽ
dum, aliudve munus à Deo, quo infirmo
egenove ſubuenire queas: hoc in conſola
tionem proximi impende, & erit eleemo-
ſyna Chriſto haud nõ accepta. Quicquid
enim ex charitate feceris erga proximũ,
eleemoſyna eſt. Et quicquid proximo fa-
cis, Chriſto feciſti. Propterea tam magnã Matt.25
fertur ſancta Eliſabeth in infirmorum ſer
uitio conſolationem diuinam ſenſiſſe. Vt
enim lauaret pauperes, cum ſterneret le-
ctum ægrotis, cum operiret infirmos, cum
cibaret, potaret, & huiuſmodi ſanctis in-
tẽta foret miniſteriis, diceret ancillis ſuis:
Quàm bene nobis eſt, quod ita dominũ
Ieſum lauamus, veſtimus, operimus, &c.
Neminem enim in quouis paupere alium
contemplabatur quàm dominum Ieſum.
Huic, quicquid hominibus impartiuit, fe-
ciſſe ſe arbitrabatur. Quamobrẽ tibi quo-
que aſſit voluntas bona, nec vnquam de-
erit quod pauperi, vel in obſequium, vel
in ſolatium, vel in conſilium, imo quod
Chriſto impendas. Videndum autem eſt
poſtremo, in hoc eſſe Euangelio multa q̃
inſtruunt, tam ex domino, quàm ex villi-
co diſcenda. Primum eſt, quod diues ille
prudentia vtitur, quod non cito malum
credidit, ſed ante diſcutiendum putauit,
quàm villicũ repelleret. Ideo dicit: Quid
hoc audio de te? Quo docemur mala de
proximis non libenter audire, nec faciliter
credere. Secundum quod docemur, vbi
diffamatio fit ſubditi, prælatum maxime

decere ne dormitet, ne negligat diſſimu-
letve inquirere veritatem. Quõ eñ non le
uiter ſunt mala credenda, ita vbi infamia
ſurgit, & homines loqui & muſſitare cœ-
perint de cuiuſpiã animæ periculo, vigilã
dum eſt, ne homo fortaſſe in periculo aĩæ
conſtitutus etiã ſeipſum negligat, aut ne
alij male ædificati ſcãdalum recipiãt. Ter-
tium eſt, non mox cũ impetu & pręcipitã
ter dãnare, ſed ad rationẽ ponere. Quapro
pter diues hic dicit villico: Redde rationẽ
villicatiõis tuæ. Quarto, non oĩa ſimul in
homine abijcere & arguere, ſed diſcernere
& videre etiam, q̃ excuſari & laudari poſ-
ſunt, & his dare laudem : ea vero quæ re-
prehenſione aut vituperio ſunt digna, re-
prehendere. Quintum, quod fecerit de bo
nis diuitis hic villicus ſibi amicos non re-
prehendit diues. Neq; enim illi clementia
diſplicet diſpenſatoris. Et nos cum libera
lem habeamus dominum, non debemus
nos eſſe immiſericordes. Sunt præterea in
villico quæ nos ædificant: Præmeditaba-
tur enim villicationem ſuam nõ diu pro-
rogandam, ſed mox finituram. De fine igi
tur & de his quæ poſt ſui amotionem ab
officio ſibi poſſent euenire, cogitauit. De-
inde præmeditatur, quia quicquid hic ac-
quiritur licitũ, aut laborando, ſiue operan
do, ſiue mendicãdo paratur: neutrum ho-
rum ſibi conuenire, ſentiẽs ad aliud, ne o-
mni deſtitueretur auxilio, ſeſe ad conſiliũ
callidus conuertit. Nos vero quia dño di-
dicimus idem conſilium hoc placere, vta-
mur eodem remedio contra futurã quam
ſumus reddituri rationem. Simus in alios
Matt. 5 miſericordes, & inueniemus nos quoque
miſericordẽ dñm. Quã plangenda aũt eſt
cæcitas diuitum huius ſeculi, bone Deus,
tot Euangeliorum obturato corde audien-
Matt. 7 tium excitamenta ad miſericordiã. Quare
Lucæ 13 non creditis o diuites, ꝙ ſola ſit miſericor
Matt. 19 dia, qua vobis per anguſtã portam intro-
ire fiat poſſibile. Si eñ camelo facilius eſt
foramen acus trãſire, q̃ diuiti venire in re-
gnum cœlorum: deponat igitur camelus gib
bũ dorſi ſui, & corpus ſuũ extenuet Chri
ſto, capiti illud ſuo exiguo & humili con-
formans, & intrabit anguſtã portã. Et vt
lucidius dicã: Camelus noſter, diues ſcili-
Pſal. 61 cet, pondus & gibbũ abijciat temporaliũ
Roma. 11 bonorum, nihil in diuitijs cõfidat, nihil ſub-
lime ſapiat, humilibus conſentiat, nõ quæ
rat ac amet diuitias huius ſeculi, vtatur mo
1. Cor. 7 deſte bonis temporalibus tanq̃ nõ vtens.

Extenuet diuitias, occidens in ſe gibbum
auaritię. Largiatur pauperibus, ſubueniat
deſolatis, & huiuſmodi negociatiõibus ſi-
bi acquirat regnum cœlorum. Tu diues, in-
quã, extenua cupiditatis ventrẽ & gibbũ,
quia cũ amore diuitiarum intrare per angu-
ſtam portã non potes. Quod tunc fiet, dũ
in corpore tuo, i. in oĩbus actionibus, in v- Phil. 2
xore, in filijs, in familia temperanter & ſo-
briæ viuis, capitiq; tuo, i. Chriſto, q hic ex-
inaniuit ſeipſum, & pauper propter te fa-
ctus eſt, qui hic exiguus fuit et humilis cõ
formaris. Verum ego ne gratis timeo lo-
quar. Nemo eñ ad eleemoſynam tardior,
nemo durior ad compaſſionẽ, nemo ad dã
dum parcior, nemo tenacior ad ſeruandũ
q̃ diuites ſeculi qui habent conſolationes Luc. 6
ſuas in hoc mundo. Qui ſi nullã aliam ha
berent conſolationem, hoc pro conſolati
one ducunt, ꝙ theſauros congregant pe-
cuniarum, ꝙ aurum & argentũ, quæ nun
quam ſatis ſibi diligere videntur, coacer-
uant: domos multiplicãt, cõparant agros,
& terrena quomodocunq; poſſunt, colli-
gunt. Nihil, qcquid de miſericordia Chri
ſtus loquitur, eos, perinde ac ſi Chriſtiani
non eſſent, afficit aut mouet. Propter glo-
riam tamen mundanã, & per oſtentatio-
nem multas perdunt diuitias, quas veluti
pro ſuo honore probe locatas æſtimant:
pro Chriſto vero obulũ dare eos grauat.
Mercedem mercenarijs quantum & vbi
poſſunt, minuunt. De quibus Iacobus in Iacob. 5
Epiſtola ſua qd dicat audite: Ecce merces
mercenariorum veſtrorũ qui meſſuerunt
regiones veſtras, quę defraudata eſt in vo
bis, clamat, & clamor eorum in aures do-
mini Sabaoth introiuit. Qui enim, ait Ec- Eccl. 34
cleſiaſticus, effundit ſanguinem, & q frau
dem facit mercenario, fratres ſunt. Si iudi
cium apud te eſt o diues, pauper ad iuſtiti
am obtinendam venire nõ poteſt, niſi mu
neribus tibi impleat manus. Si executor es
teſtamenti, quod legatum eſt pauperi, nõ
recipiet pauper illud: quia nunquam eris
domi quęſitus à paupere, niſi leporem, ſal-
monem, huiuſcemodive aliud præmittat
pauper. Si varijs pauperibus eleemoſyna fa
cienda cõſtituta eſt à defuncto, tu aliquam
diu pecunijs his vteris ad negociationes
tuas, quo ex eadem pecunia lucrũ & quę-
ſtum tibi vſurpes, antequam tribuas ege-
nis. Vnde fit, vt executiones ſæpe teſtamẽ-
torum in tertium hominem tranſeãt, pri-
oribus mortuis, & teſtamenti executio-
nem

nem relinquentibus alijs,non expeditam. Heu quàm breuis erit hæc vita veſtra,quã breuis potentatus, q̃ breuis conſolatio,q̃ iuſta etiam vobis erit damnatio,cum redi
Iacobi 5 mere nunc illam poſſitis, ſed non vultis. Modo enim quia nullum conſilium ſanũ recipitis, plorabitis vlulantes in miſerijs veſtris,quæ aduenient vobis. Rogo igitur vos in viſceribus Ieſu Chriſti, rogo vos p. mortem domini Ieſu Chriſti qua redẽpti eſtis,nolite pecunias veſtras & bona alia quęcunq; temporalia atq; caduca habetis plus diligere quàm animas veſtras. Reſtituite ſi quæ bona habetis iniuſta. Si dubitatis an ſint iniuſta,aut quomodo ſint reſtituenda,quia fortaſſe neſcitis,cui(vt illis contingit,qui in emendo ac vẽdendo impoſturis omnes homines fallunt)interro
1.Petri 5 gate virum bonum & doctum, aut paſtorem veſtrum,& illius ſequamini conſiliũ, cauentes poſt hac omnem dolum, ſimulationem, iniquitatem et fraudem. Verum dicit quis: Si cuncta deberem reſtituere, q̃ fortaſſe ſecundum Deũ mea non ſunt, medietatem bonorum non retinerem, imo & ipſe ſimul egerem. Siue egeas,ſiue abũdes, nunquam eris tutus in tua conſcientia, ſi habes quod reſtituere teneris,& non reſtituis: aut ſi animo retinẽdi ſic mortuus fueris,actum erit de anima tua. Noli,noli diuitias arctius diligere, q̃ animam tuã. Si etiã omnia quæ habes tua non fuerint, relinque omnia, & nudus libera te. Habet Mat. 6
dominus ſi illum quęſieris vnde paſcat te, Lucæ 12
qui paſcit etiam volucres cœli, qui paſcit quoq; Tartoros & Paganos et hęreticos. Scito quia melius tibi erit,te pauperem,et diuitijs propter reſtitutionem alienorum nudatum intrare in regnum cœlorum, q̃ multis opibus refertum mitti in gehennã ignis. A quo nos ſeruet omnes Deus & dominus noſter Ieſus Chriſtus cum patre et ſpiritu ſancto benedictus in ſecula. Amẽ.

DOMINICA X. POST DOMINICAM S. Trinitatis, epiſtola beati Pauli apoſtoli I. ad Corin. XII.

SCitis quoniã cum gẽtes eſſetis, ad ſimulachra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum uobis facio, quod nemo in ſpiritu Dei loquens,dicit anathema Ieſu. Et nemo poteſt dicere,dominus Ieſus,niſi in ſpiritu ſancto. Diuiſiones uero gratiarum ſunt,idem autem ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationũ ſunt,idem autem dominus. Et diuiſiones operationũ ſunt,idem uero Deus qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem. Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum. Alteri fides in eodem ſpiritu,alij gratia ſanitatum in uno ſpiritu,alij operatio uirtutum, alij prophetia,alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum,alij interpretatio ſermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem ſpiritus,diuidens ſingulis prout uult.

PARAPHRASIS IN EANdem epiſtolam.

CReſcẽte fide Chriſtianorum paulatim linguarum gratia minuebatur ac rareſcebat. Vnde nonnulli contriſtati, qui hac gratia carebant,alijs eam habentibus cœperunt inuidere, quaſi linguarum gratia excellentior alijs eſſet chariſmatibus. Iccirco Apoſtolus eos ad pacem componens, ait: De ſpiritualibus, hoc eſt,de donis ſancti ſpiritus,ꝓpter quę maiores ſuperbiunt, & minores inuidẽt aut diffidunt,nolo vos ignorare: quia cũ eſſetis in paganiſmo idolorum cultores, ibatis ad ſimulachra muta (ſicut Pſalmi Pſal.113
ſta dicit: Simulachra argentum & aurum, opera manuũ hominum. Os habẽt,& nõ loquentur, oculos habent & nõ videbũt, &c.)quõ à maligno ſpiritu in veſtram perditionem ducebamini. Itaq; ſi diabolicus ſpiritus vos ducebat vnus,alios ad alia ſimula-

mulachra, & alios ad alia: cur nō mō vos
quoque vnus ſpiritus diuinus ducat alios
ad hæc opera bona,alios ad alia, imo illis
hæc dona,aliȷs dona alia tribuat? Vnus e-
nim ſpiritus bonus eſt in omnibꝰ vobis,
cuius multiformia ſunt, tametſi non oēs
omnia, ſed diuerſi diuerſa ab eodem reci-
piatis. Sequit: Ideo vobis hoc manifeſto,
neminē in ſpiritu dei loquentē dicere ana
thema Ieſu. Quaſi diceret: Si qs dixerit ana
thema Ieſu, hic non ſpiritu Dei, ſed ſatha-
nico loquitur. Quiſquis em̄ ſpiritus ſan-
cti inſtinctu gubernatur, ille nec mente,
nec lingua, nec opere agit quicq̄, vñ Chri
ſtus cōtemnatur aut inhonoretur. Eſt au-
tem ἀνάθημα interpretatū, ſiue perditio, ſi-
ue deteſtatio. Nemo itaq; in ſpiritu dei lo
quens dicit, anathema Ieſu. Quia per ſpi-
ritum Dei abſtinetur à malo, & fit bonū.
Et nemo poteſt dicere cognitione, affecti-
one, verbo & opere. Dñs Ieſus, illum ſcili-
cet in dñm eligēdo, ſe vero illi in ſeruū ob
ſignando, puta vt dicat mente, dicat voce,
dicat opere, dicatq; veritate: Dñs meus eſt
Ieſus Chriſtus, & ego ſum ſeruus eius, ni-
ſi in ſpiritu ſancto. Vñ liquet contrariū nō
eſſe quod dñs dicit: Nō oīs qui dicit mihi:
Mat. 7 Domine, dñe: hoc eſt, nō omnis qui voce
nuda & informi hæc deuotiōe dicit, intra-
bit in regnum cœloꝝ: ſed q me diligēs, ac
propterea meā implens voluntatē, reipſa
me ſuū agnoſcit & vocat dominum, ille
intrabit in regnum cœloꝝ. Hoc em̄ eſt in
ſpiritu ſancto dicere: Dominum ſuum eſ-
ſe Ieſum. Eſt pręterea ſciendum omnibus
electis eſſe cōmune, vt ſpiritus ſancti parti
cipes ſint, quāuis gratiæ, quas ab vno ſpi-
ritu percipiunt varię & multiformes ſint.
Propterea ſequitur: Diuiſiones vero grati
arum ſunt, vnus vero ſpiritus. Pro quo ſci
endum, non parum intereſſe inter gratiā,
quæ gratum faciens dicitur, & eam quæ
dicitur gratis data. Nam gratia gratum fa
ciens eſt forma ſpiritualis, ſine meritis no
ſtris nobis data, quæ habentem facit acce-
ptum Deo ſeu gratum, operaque eius red
dit vt ſint bona, non ſolū moraliter, quo-
modo paganorū & philoſophoꝝ virtu-
tes & opera præclara dicebātur bona: ſed
coram Deo hæc adeo vſq; reddit bona, vt
præmio quoq;, hoc eſt, vt felicitate ęterna
à Deo cenſeantur digna. Porro gratia gra
tis data, quodlibet donū à Deo gratis ho-
mini conceſſum, naturæ excedens faculta
tem, quo alter alteri ad salutē cooperet.
Per hanc gratiam ſolam homo non iuſtifi
catur: diſponitur tamen ad gratiam prio-
rem, hoc eſt, ad gratiam gratum facientē.
Quæ gratia gratumfaciens adeo nobis eſt
neceſſaria, vt ſine illa ſeducatur homo, & 1. Cor. 12
ad peccandū trahatur. Quod Paulus Co
rinthiȷs obȷ̄cit, quia ad ſimulachra muta,
hoc eſt, ad idololatriam à ſpiritu malo, nō
aliter ac à lupo ouicula in ſylua lanianda,
ducebantur fallebanturque ab haruſpici-
bus, magis & dæmonū pręſtigȷ̄s. Id quo-
que ideo præcipue illis contigit, quod nō
habuerunt in ſe gratiam Dei gratum faci
entem, quæ illos protegeret, illuminaret 2. Cor. 3
ac dirigeret. Non enim ſufficiētes ſumus
cogitare aliquid ſalutiferum ex nobis, tan
quam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Oseę 13
Deo eſt. Qui ꝑ Oſee quoq; dicit: Perditio
tua ex te Iſrael: in me tantummodo auxi-
lium tuum. Gratia igitur gratū faciens no
bis ne fallamur neve deuiemus eſt neceſſa
ria. Deinde eſt præterea adeo vtilis, vt ne-
mo illius inſtinctum ſequens peccet: quia
nemo in ſpiritu Dei loquens, dicit anathe
ma Ieſu. Tertio iterum neceſſaria eſt, quia
nemo poteſt dicere dominum Ieſum, niſi
in ſpiritu ſancto. Deinde loquitur Apoſto
lus de gratȷ̄s gratis datis, quæ ad vtilitatē
& ædificationem dantur eccleſiæ. Diuiſio
nes itaq; gratiaꝝ ſunt, q̄a alius hanc, alius
aliam accipit: idē tamen eſt ſpiritus, q̄ has
diſtribuit, vt quod vni datur, etiam alteri
per ſubuentionem & communicationem Roma. 12
mutuam ſit datū. Hoc enim modo (id eſt,
quemadmodum corporis vnius membra
ſuos actus & dona æque ſibi communicāt
& participant) Dei nos dona, & quicquid
à Deo accepimus inuicē impartiri decet.
Et diuiſiōes miniſtrationum ſunt, quo va
ria ſint miniſteria, varia miniſtrationū of-
ficia: ſub vno tamen dño Ieſu, à quo mini-
ſteria oīa ordinantur in vtilitatem mem-
brorum eccleſiæ, vt ab omnibus vni ſerui-
atur dño, dum ſuū vnuſquiſq; donum aut
miniſteriū quod habet dei famulis pro e-
iuſdem amore exhibet. Itaq; per miniſtra
tiones, ſeu miniſteria eccleſiaſtica, ordinū
ac graduū munia intelliguntur, puta epi-
ſcoporū, presbyteroꝝ, diaconoꝝ, &c. Et
diuiſiones operationum ſunt, quas agūt
electi: idem tamen eſt Deus pater qui ope
ratur bona omnia in oībus. Neq; em̄ in v-
no oīa operatur, ne ille dum aliȷs nō eget
ſuperbiat, ſed in oībus omnia, vt quę in ſe-
ipſo quis non habet, habeat in alio, & ita
ma-

maneat charitas. In omnibus itaq; electis Dei eſt ſpiritus ſanctus,quoꝝ datur manifeſtatio eiuſdē ſpiritus,hoc eſt, vnicuique datur donũ gratiæ,per quod alijs manifeſtetur ſpiritus ſanctus ineſſe ad vtilitatē illius in quod eſt, & aliorum, vt de accepto dono multis proſit. Nam alij quidem datur non tam ſapientia,quàm ſermo ſapientiæ, vt ſapientiæ donum quod habet in ſe, diſſerere poſſit etiam alijs. Datur autem hoc donum nõ per humanum ingenium, nec literarum ſtudio quæſitum,ſed per ſpiritum ſanctum. Alij datur ſermo ſcientiæ, qua cognitionem quis recipit loquendi & inſtruendi circa actiões rerum temporalium. Differt itaq; donum ſcientiæ à dono ſapientiæ: hoc enim verſatur in contemplatione cognitioneq; diuinorum, illud vero (vt dixi) verſatur circa actiones humanas rerum temporalium: datur tamen æque ſecundum eundem ſpiritum. Alteri datur fides, id eſt, conſtantia fidei in eodem ſpiritu, vt quamuis illiteratus aut inidoneus ſit ad fidem prædicãdam,nullo tamen mouetur metu ad confitendum Chriſtũ, & ad patiendũ quoq; pro fide eius. Alteri gratia datur ſanitatũ, qua curet infirmos verbo & virtute Dei, idq; in vno ſpiritu. Alij operatio virtutũ & grandiũ miraculoꝝ datur,vt ſunt mortuoꝝ ſuſcitatio, aut illæſio in igne ſeu tormentis. Alij diſcretio datur ſpirituũ, qua bonum à malo ſpiritum diſcernat: ſeu cognitio ſagax iudiciumq; rectum in diſcernendis his, quæ in aliorum cordibus agũtur. Alij dãtur genera linguarum, quo varijs linguis ſalutaria enunciet. Alij interpretatio ſermonum,quo viſiones propheticas obſcuroſque ſenſus ſcripturæ elucidet. Hæc autem omnia, quamuis diuerſa & varia ſint,operatur vnus idemque ſpiritus,cum patre filioq; ſubſtantialiter vnus Deus,diuidens ſingulis, vni hoc,alteri aliud,ſicut vult,vt enim ex membris ſingulis corpus Chriſti myſticum,id eſt,eccleſia totum percipiat, quomodo totum corpus audit,videt,loquitur,&c.cum ſint ſingularia tantum membra, quæ ſingulares pro cunctis & ſingulis membris hos actus habeant.

EXEGESIS EVANGELIJ dominicæ X. poſt dominicã S.Trinitatis. Luc.XIX.

NVLLVM NObis legi poteſt Euangelium, quod nõ olei guttas nobis ſtillet,hoc eſt, quod nõ diuinæ bonitatis ac miſericordiæ nobis ſigna beneficiaq; nobis inſinuet. Superiore enim dominica eos docuit,qui multis abſtinentijs,ieiunijs exercitijſq; corporalibus ſe fatigare affligereq; neſciunt, peccata ſua eleemoſynis redimere,& rationem quam ſumus reddituri omnes monuit præmeditari: hic vero oſtendit,his qui vitam hic agunt in omni tranquillitate & pace, iuxta ſeculi iudiciũ felicem,quibus omnia iuxta deſideria eorum & ex ſententia illis in hoc mundo eueniunt,quàm triſtem habeant expectare mortem,quãq; calamitoſum exitũ. Adeo vt hæc ipſe quoq; Saluator noſter præmeditans, ex compaſſiõe lachrymas huberes propterea funderet. Per iſtum autem fletũ ſuum, infelicem noſtrum exitum ab hac vita,ſub figura nobis manifeſtat excidij ciuitatis. Quomodo enim huic ciuitati ſanguinum,quæ ſibi,id eſt, Chriſto, prophetis,apoſtolis, ſanctiſq; omnibus durã oppoſuit ceruicem, futuram prænunciabat calamitatem: ita multo magis per ſpiritualem ſignificationem, malum & excidium noſtrum ſempiternum nobis inſinuatum intelligamus oportet. Dicit igitur Euangeliſta Lucas:

Cum appropinquaſſet Ieſus Ieruſalem,uidens ciuitatem fleuit ſuper illam,dicens:

Hæc hiſtoria Euãgelica eo tempore facta cognoſcitur,quãdo vltimo aduenit Ieroſolymam ante ſuam paſſionem. Nam ꝙ eodem ſero exierit in Bethaniam, craſtinaq; luce redierit, non ita accipiẽdum eſt, quaſi ab Ieruſalem receſſerit, quia parum ab Ieruſalem Bethania diſtabat: quare etiam Bethaniæ conſtitutus,dici poterat Ieroſolymis eſſe. Itaque in vltimo eius aduẽtu ad Ieruſalem, vbi aſinam & eius pullũ ſibi adduci fecerat,& de monte deſcenderet oliuarum, videre poterat omnia ciuitatis ędificia. Et quanquam ſemper & ciuitatem & incolas ciuitatis animoſq; intueretur incolarum, hic tamen dicitur, ꝙ vidẽs ciuitatem fleuerit: quo indicaret Euange-

Lucæ 19 Iohan.12 Mat.21

liſta ciuitatis inſpectio illi occaſionẽ præſtitiſſe, aut potius occaſionẽ ſibi illũ ex aſpectu ciuitatis ſumere voluiſſe, vñ flendi illi materia occurreret. Non tamen paſſione aliqua preoccupatus creditur dñs Ieſus (ſuberant em̃ illi oẽs affectus omnesq́ꝫ paſſiones, vt niſi vellet, & qñ vellet, non ſentiret) ſed triſtabatur, quia voluit, & fleuit qa voluit. Fleuit autem propterea, vt internã eius compaſſionem agnoſceremus. Sed quando fleuit? Tunc ſcilicet, quando maxima à populo illi fiebat reuerẽtia, occurrente cum palmis & laudibus, atque diuinos illi honores offerente. Nam ſternebãt ei veſtimenta ſua exuentes in via, ſimulq́ꝫ ramos ſternebant oliuarum, clamantes domino & ſaluatori mundi, hoſihahna. i. domine ſaluum me fac obſecro. Id autem faciebat turba, quia miraculũ illud audierat magnum, ꝙ de monumento Lazarũ quatriduanum mortuum ac ſepultũ dñs reſuſcitauerat. In hoc itaqꝫ magno honore, quem illi turba occurrens offerebat, in communi omnium lætitia humilis Ieſus nec de honore ſibi gaudebat oblato, nec laudibus delectabatur hominum, ſed ſalutem meditabatur animarũ. Quo ſimul nos doceret, nihil in laudibus cõfidere hominum, quandoquidem & hi qui hodie Chriſto honores offerebãt, paulopoſt cõtra eum clamabant atque ad mortem crucis illum poſtulabant. Voluit nos quoqꝫ intelligere omnem lætitiam huius mundi eſſe breuem & ſpernendam.

Lucæ 19 Matt. 21 Iohan. 12

Iohan. 11

Lucæ. 23.

Quia ſi cognouiſſes et tu. Et quidẽ in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nũc autem abſcõdita ſunt ab oculis tuis.

Vtitur dñs Ieſus geſtu & modo mœrẽtium, qui triſtitia & mœrore pleni truncatis verbis dolorẽ indicant cordis, & ſentẽtias exprimunt triſtes. Verbi gratia, vt grãdi mœrore obrutus quis dicat: Heu pręuidebam. Vtinam tunc locutus eſſem. Iuſte hoc euenit. Vbi multa ad ſentẽtiam rei et perfectum ſenſum pertinentia ſubaudiuntur quidem, ſed non exprimuntur: pauca tamen effunduntur, vnde concepti doloris vulnus, & quid velit, dolentis animũ conijciamus. Hoc modo loquitur hic dñs vt plura te ſubaudire oporteat: Quia ſi cognouiſſes & tu, vrbs. ſ. incredula & exultans, quod tibi eſt euentuꝝ, pariter mecũ fleres: nunc vero gaudes & lætaris, quia in hac die tua, hoc eſt, in tempore breui vitę tuæ, ꝙ diei vix ſimilis eſt, ea tibi eueniunt, ea amplecteris, in his gaudes, quæ ſunt tibi ad pacem temporalem fallacem, atque ad iucundam quietem: ideo rides, exultas, tripudiasq́ꝫ neſcia futuroꝝ. Si aũt ſcires ꝙ ego ſcio tibi ventura, fleres mecũ, nec gauderes. Nunc vero quia neſcis quæ abſcondita ſunt ab oculis tuis mala tibi ventura, ideo hæc te modo non cõtriſtant. Cauſa itaqꝫ præſentis lætitiæ ignorantia eſt futuri mali: quia nõ cogitas etiam Dei offenſionem vel præteritam, vel pręſentem, aut futuram, ideo non doles, non plangis, nõ te corrigis. Scriptum namqꝫ eſt: Quia non cito profertur contra malos iudicium, abſque vllo timore filij hominum perpetrãt mala. Hęc futurorum ignorantia apud illos erat, qui dicebant: Venite fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creatura tanquã in iuuentute celeriter. Quàm tamen ignorantiam ſuam, imo temeritatem tarde nimis poſtea planxerunt iam in inferno cõſtituti, & in iudicio plangent extremo, dicentes: Quid profuit nobis ſupbia noſtra, aut diuitiaꝝ iactantia quid cõtulit nobis. Fleuerũt itaqꝫ errorẽ ſuũ, ſed tardius ꝙ oportebat, quia tẽpus pręterierat miſerẽdi.

Eccl. 8

Sapi. 2

Sapi. 5

Quia uenient dies in te, & circundabunt te inimici tui uallo. Et circundabunt te, & coanguſtabunt te undique: & ad terram proſternent te, & filios qui in te ſunt.

Prænunciat mala dominus, quæ Ieroſolymitæ erant peccatis ſuis exigentibus paſſuri per obſidionẽ & excidium ciuitatis. Sæpe præmoniti erant per prophetas, & per Chriſtũ, ſed non pœnitentes tandẽ pœnas dare coacti ſunt. Nã quotquot miſſi fuerant ad eos ꝓphetæ, fere omnes ab illis ſunt interempti. Quamobrẽ dicebat illis Chriſtus: Ieruſalem, Ieruſalem, ꝙ occidis ꝓphetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt: quoties volui te congregare queadmodum gallina cõgregat pullos ſuos ſub alis, & noluiſti? Quæ verba ſi bene diſcutiantur, videbis quantũ hominis præualet liberꝝ arbitrium, præſertim in malo. Chriſtus vult congregare Ieroſolymitas, ſed nõ potuit. Quare? Quia noluerũt eum ſequi, noluerunt eum recipere. Ipſe autem, licet poſſet, neminem vult cogere non volentem, quia vnicuiqꝫ ſuũ relinquit liberum arbitrium. Poteſt itaqꝫ homo ſuo libero arbi-

Mat. 23

arbitrio abutens ſe impedire, poteſt obicem gratiæ Dei opponere: non poteſt aũt ad ſalutis ſtatum aut ad Deum ſe conuertere, & eandem obtinere, niſi Dei adiutus gratia. Cum ergo Iudæis obtuliſſet gratiã vocans eos & cõuertere cupiens per multos nuncios ad illos miſſos, neminem illorum audierũt. Venit ipſe tandem, vt in parabola habetur euangelica de cultoribus vineæ, & occiderunt eum, non parcentes illi, quamuis Dei eſſet filius eorũq; dominus. Itaq; voluit eos congregare Chriſtus, & ad miſericordiam recipere, cõſentire ei noluerunt: ideo ſatis diu poſt omnia eorũ peccata, ad pœnitentiam expectati ſunt. Verũ cum nulla ſequeretur pœnitentia, tandem calamitas vlciſcens & exterminans ſuper eos inducta eſt. Venerunt em̃ Romani, Veſpaſianus & Titus eius filius miſſi à Tiberio Cæſare ad vaſtandam Iudęam, quia rebellauerant. Non aũt putandum eſt, quia Romani intulerunt Iudæis cladem illam maximam, vltimumq́; gentis excidium, q̃ propterea à domino non fit eis illata plaga. Quiſquis em̃ miniſter fuerit iuſtitiæ diuinæ, & propter quancunq; etiam cauſam is qui miniſter eſt, id fecerit, aut quamuis dei zelum ac notitiam non habuerit, nihil refert. Nouit dñs æque peccatores punire per quoſcunq; id fiat. Nouit vnicuiq; ſua mala reddere in ſinum ſuum per quæcũq; vult media. Hoc modo em̃ olim afflixit Iudæos rex Babylonis Nabuchodonoſor tẽpore Zedechiæ regis, quos captiuos abduxit in Babylonem: in quo miniſter ipſe adeo fuit diuinæ iuſtitiæ, vt ſeruum ſuum Deus illum vocaret, propterea q̃ eos qui caſtigandi erant caſtigabat, quamuis Nabuchodonoſor in hoc non diuinæ voluntati aut ordinationi, ſed ſuæ crudelitati ſæuire decreuiſſet. Dñs autem illum, quem prohibere potuiſſet, permiſit vt ſuã impleret tyrannidem in Iudæos, quo ea quæ Iudæi in Deum cõmiſerant peccata affligente Nabuchodonoſor caſtigarẽtur. Sic modo quoq; ſæuitiam Romanorum vertit in Iudæorũ caſtigationẽ. Prænunciat aũt eis futuram calamitatẽ, additis ſimul lachrymis veritatis & prophetis teſtibus. Veniẽt inquit, dies, quo circundabunt te inimici tui vallo. i. aggere (tres em̃ Romani aggeres ad capiendam Ieruſalem fecerunt) & coanguſtabunt te vndiq;, vt nemo ingredi aut egredi ſub obſidione poterit. Tanta tunc calamitas intus fuit obſeſſis, tanta improbitas famis, vt obſeſſi corrigias & calciamenta manducarent. Parentibus filij, filijsq́; parentes ex ore cibum rapiebant. Matres quos genuerant infantes manducabant. Erant nihilominus in ciuitate latrocinia, peſtis, fames, diſſidia, factionesq́; ciuium & omne malum. Moriebantur ex fame homines & mortuos ſepeliebãt iam iam morituri: nam inedia & fame cõſumpti mox ſuper cadauera ſepelienda in eundem tumulum erant ruituri. Congregata enim tunc fuit hominũ multitudo ex vniuerſa Iudæa, Galilæa & reliquis Iſrael, quę ad feſtum cõuenerant Paſchæ, quanta ante hac nunquam. Hæc ibi vniuerſa hominum multitudo concluſa eſt & infra muros coanguſtata. Hæc om̃ia illis Chriſtus prædixit: Et ad terram, inquit, proſternent te Romani, ædificia deſtruentes, & filios occidentes.

Matth. 21 · *Ioſeph. li. 7. de bello Iudaico cap. 1. & ſequentibus.* · *4. Reg. 25* · *Ierem. 25*

Et non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo quod non cognoueris tempus uiſitationis tuæ.

Obſidionis illud tempus ſub Veſpaſiano & ſub Elia Hadriano ſignificat, quorũ prior ciuitatem deſtruxit, poſterior vero vniuerſa etiam relicta per Titum, & interim reædificari cœpta funditus demolitus eſt. Cauſam aũt hic tantæ calamitatis ſignificat: Eo q̃ non cognoueris tempus viſitationis tuæ. Ac ſi diceret: Ideo hæc mala ſuſtinebis, q̃a prophetas meos ad te miſſos occidiſti, & me quoq; occides ac apoſtolos meos, renuens intelligere, quod ad ſalutem tuã omnes te viſitare, reducere & inſtruere venerimus tam grauia mala repen dens pro charitate tanta & pro beneficijs malicia te excæcante. Miluus ait Ieremias in cœlo cognouit tempus ſuum, turtur, hirundo & ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui: populus autem meus non cognouit iudicium dñi. Et Iſaias: Cognouit inq̃t, bos poſſeſſorem ſuũ, & aſinus præſepe dñi ſui. Iſrael aũt me nõ cognouit. Scis ex libris tibi Meſſiam venturũ: Ecce venit tibi quõ tibi vẽturus nunciatus eſt per Zachariã: Dicite filię Sion, Ecce rex tuus venit tibi mãſuetus, ſedens ſuper aſinã. Quare nõ credis in eum? Inexcuſabilis es Iudæe. Feci em̃ opera quæ nemo alius, & quæ homo ſolus non potuit facere: hæc teſtimonium p̃hibent de me q̃ filius dei ſum. Hãc aũt calamitatem, quã paſſuri erant Iudæi, in Daniele quoq; legimus p̃dictã. Ille em̃ à

Lucæ 11 · *Matth. 23* · *Iere. 8* · *Iſaiæ 1* · *Zacha. 9* · *Danie. 9*

Gabriele ſibi ſcribit nunciatũ in hæc verba: Scito ergo & animaduerte ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Ieruſalem, vſq; ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem & hebdomades ſexagintæ duę erũt. Et rurſum ædificabitur platea & muri in anguſtia temporum (poſt reditum ſcilicet ex captiuitate Babyloniæ.) Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus, & nõ erit eius, id eſt, Chriſti, populus qui eum negaturus eſt. Et ciuitatẽ & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo, ſcilicet cum Veſpaſiano & Tito. Et finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Hæc deſolatio in hunc vſque diem apud Iudæos perſeuerat.

Et ingreſſus in templum cœpit eijcere uendentes & ementes, dicens il-
Iſaiæ 56 lis: Scriptum eſt, Quia domus mea domus orationis eſt. Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.

Mox vbi intrauerat ciuitatẽ dñs, domũ patris ſui acceſſit, à ſanctuario. ſ. incipiens purgationem facere peccatorũ. Erant em̃ propter auaritiam phariſæorꝫ & ſacerdotum in anteriori atrio templi oĩa hoſtiarꝫ genera cõſtituta venalia, quo hi qui à longe venerant, nec hoſtias adducere propter itineris longitudinem poterant, ſeſe haud excuſare quin offerrent, poſſent. Poſuiſſe
Matth. 21 præterea referuntur numularios, qui pecuniam egenis mutuarẽt aut cambirẽt, quo maior eſſet quæſtus hoſtiarꝫ ſacerdotibꝰ. Contingit autem, vt aſſolet in huiuſmodi negociationibus, fieri contentiones, rixas aut etiã fortaſſe percuſſiones. Quare Chriſtus turpem hunc quæſtum in loco ſacro
Marci. 11 dei honori dedicato execratus, menſas numulariorum & cathedras columbas vendentium euertit. Bis dominus Ieſus hunc zelum contra huiuſmodi negociatores in templo exhibuit. Primo eiecit vendentes
Iohan. 2 huiuſmodi & ementes circa primum Paſcha Iudęorum, quo poſt ſuam prædicationem Ieroſolymam aſcenderat, & vbi iam aquam mutauerat in vinum, de quo ſcribit Iohannes. Secundam eiectionem fecit in dominica, quam nos vocamus in ramis
Lucæ 19 palmarum, de qua eiectiõe refert Euange-
Matth. 21 lium præſens. Refert aũt Iohannes quod
Marc. 11
Iohan. 2 quaſi flagellum de funiculis fecerit, quo illos eiecit. Vnde miratur fortaſſe quiſpiam: Quomodo tantæ auctoritatis homines, tantaq́; populi multitudo, ſacerdotes q̊q; ſuperbi id ſuſtinuerint ab homine (vt putabant) ſimplice & paupere? Dicendum: Dominus Ieſus non ſolũ eiecit eos ex templo, & numulariorꝫ ęs effudit, cathedraſq; euertit vendentium, vt homo: ſed terruit eos etiam virtute diuinitatis. Ideo veriſimile eſt, fulgorem tunc quẽdam diuinum in eius vultu atq; radium terrificum apparuiſſe, cuius aſpectu terrerentur iniqui, ab iraq́; compeſcerentur.

Et erat quotidie docens in tẽplo.

Chriſtus hoc die & ſequẽti tertiaq́; die quotidie à mane vſq; ad veſperam prædicabat in templo, aſſiduitatem prædicandi circa finem exhibens vehementiorem. Docuit autem nos hic Chriſtus locis ſacris non contumeliam, ſed reuerentiam exhibere. Multifaria nanque irreuerentia loco fit ſacro: Primo, in loco ſacro male viuendo, vt faciunt religioſi quidam iniqui & Iſaiæ
mali ſacerdotes. Vnde ſcriptum eſt: In terra ſanctorum iniqua geſſit, & non videbit gloriam domini. Secundo, exhibetur irreuerẽtia, ſi prophanis vſibus locus ſacer applicetur. Quocirca ſcribit Marcus, quod Marc. 11
non ſinebit dominus Ieſus, vt quiſpiã vas transferret per templum. Tertio, templũ Pſalm.
Dei polluendo. Vnde Pſalmiſta: Polluerunt templum ſanctum tuum. Legimus Pompeium, qui in omnibus bellis fuit fortunatiſſimus, poſtquã ipſe & eius milites in porticum templi poſuerunt equos ſuos templũ domini prophanãtes, nullam poſt hac victoriã obtinuiſſe, ſed hoſtibus ſemper ſuccubuiſſe. Quarto, in loco ſacro proximum lædendo, vt hominem ibi verberando, vulnerãdo, aut cuipiam res ſibi alienas auferendo, quomodo Heliodorus pe 1. Mach. 3
cuniam depoſitam alienam rapere moliebatur, ſed inſigni à domino fuit plaga correptus. Quinto, fit contumelia loco ſacro, vbi imagini, altari aut ſacris vaſis in altaris maxime miniſterio deputatis fit contumelia. Quod Iulianus fecit apoſtata, q̃ ſuper pallas & corporalia & in calices minxit, aluumq́; purgans fœdauit. Qui ſuo merito grauiter mox punitus eſt à Deo. Huc locãdi etiam hi ſunt, qui Euchariſtiã indigne aut ſumunt, aut alĳs miniſtrant conſtituti in mortali pctõ. Hi em̃ non ſolũ templo ſed etiam dño templi iniuriã ac contume- Hebræ.
liam faciunt grandem. De hoc Paulus ſcribẽs ad Hebræos: Irritam, inquit, q̃s legem faciens

faciens Moſi ſine miſeratione duobus aut tribus teſtibus moritur. Quanto deteriora mereri putatis ſupplicia eũ, qui filium Dei pedibus conculcauerit? Chriſtum conculcare, eſt ipſum irreuerenter & indigne ſumere. Chariſſimi filij pręmeditemini futurum Dei iudicium, incertam horã mortis, mortem ipſam certiſſimam, quæ rapiet vos quocunque inuenerit vos loco. Alius in lecto, alius in campo, alius in ludo, alius in aquis, alius in bello moritur. Propterea in omni loco, in omni tẽpore mortem habeatis ſuſpectam. Nec inueniri vllo modo patiamini vos in ſtatu, in q̊ ſi mors ſubito irrueret in vos, non poſſetis ſaluari. Hoc eſt, caueatis vt mortem corporis, imo incomparabiliter magis mortem animæ, caueatis mortale peccatum. Quod ſi incideritis, non patiamini, ſi fieri poteſt ad momentum vt in illo perſeueretis. Quapropter ilico ad Deum feſtinate, miſericordiam poſtulate, pœniteamini, lugete, caſtigateque iniquitatem veſtram, & firmo propoſito ſtatutaque ſententia vos renouate,
Roma. 6 quaſi modo incipientes, quaſi modo geniti, vt tanquam in nouitate vitæ & quaſi nunc incipientes ambuletis. Si in gratia Dei reconciliati Deo mortui fueritis, nihil
Sapien. 4 vobis aut genus, aut conditio nocebit mortis. Iuſtus enim quacunq; morte præ
Pſalm. 115 occcupatus fuerit, in refrigerio erit. Pretioſa enim in conſpectu domini eſt mors ſanctorum eius. Atuero contra quomo
Pſalm. 33 docunque moriantur iniqui, eſt mors peccatorũ peſſima. Non igitur timeatis mortem, ſed vt bonam habeatis vitam ſatagite. Dominus autem noſter Ieſus Chriſtus vos illuminet, vos confortet, vos regat & poſſideat, atque in regnum ſuum vos ſempiternum perducat, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

SERMO IN EADEM Dominica. De Chriſti fletu, quomodoq; nos tempus uiſitationis aduertere, & mortẽ præmeditari decet.

Videns Ieſus ciuitatem, fleuit ſuper illam, dicens: Quia ſi cognouiſſes et tu. Luc. XIX. Non hac tantum uice dominum fleuiſſe legimus, ſed ſæpius: riſiſſe vero nunquam. Quo indicare voluit tempus hoc vitæ noſtræ tempus eſſe lachrymarum, non gaudiorum. Eſt enim in hac vita magis triſtandum quam gaudendum, modo triſtitia ſit ſancta & ſalubris deoq; accepta. Itaque Chriſtus quinquies fleuiſſe putandus eſt. Primo fleuiſſe creditur ex compaſſione miſeriæ noſtræ infans mox natus. Siquidem tunc fleuiſſe Lucæ 2
dicitur more omnium infantium: quorũ prima eſt emiſſio vocis ploratus. Chriſtus igitur, quia naturæ noſtræ veritatem aſſumpſit conformaſſe ſe nobis, vt canitur in eccleſia, creditur, vt illud Sapientię dice Sapien. 7
re poſſit: Primam uocem ſimilem omnibus emiſi plorans. Fleuit autem miſeriã humanę conditionis, in quam homo cecidit per peccatum. Conſideretur ſtatus noſter, qui in paradiſo nobis fuit datus, & conſideretur ſtatus ille in quem peccando cecidimus, quem & modo ſuſtinemus & videamus nunquid non fletu digna ſit miſeria noſtra: Olim omnia quę in nobis erant quieta ſubiectaq; deo in honeſtate, in pace & in tranquillitate creata, obediebant nobis: nulla creatura lædebat nos: eramus incorruptibiles et immortales, hoc eſt, potuimus non corrumpi, nõ lædi, non infirmari, non mori. Amauimus bonum, nec erroribus eramus aut ignorantijs & delictis ſubiecti. Sed heu experimur omnes quomodo nos hodie ſentimus ad bonũ pigros, duros, rebelles, frigidos, ad malum pronos, ignorantes, concupiſcentijs malis & tentationibus plenos, infirmitatibus ſubiectos. Et quis mala omnia quæ nobis occurrũt enumerabit? Fleri & plangi poſſunt, enumerari non poſſunt. Fleuit 1. Petri. 2
itaq; tunc dñs Ieſus non ꝑpter ſe, ſed propter nos: ipſe enim peccatum non habuit nec carnem peccati, nihilominus tamen pertulit humanas infirmitates, quæ ſunt ſine peccato, vt famem, ſitim, calorem, frigus, pauorem, læſionem, vulnera, dolores & mortem, quia voluit, & quantum voluit, & quando voluit propter nos. Sic propter nos fleuit, quo nobis flendum oſtẽderet. Quare flendum? Non quod calorem & frigora toleramus, non quod paupertatem, exilium, carceres, perſecutionem, aut mortem ſuſtinere habemus, ſed q̃d in hac vita deo non ſubditi ſumus, quod cõtinue peccãdo ipm offendimus, ꝙ in ignorãtia & erroribus ambulamꝰ, ꝙ nulla nobis eſt conſtantia volũtatis bonæ, ꝙ dona dei in nobis deſtruimus, ꝙ dei abutimur beneficijs, q̃d nimia eſt nobis infirmitas animi, ꝙ nulla fortitudo, nullus ad deũ amor, in fini

finitaq; alia quæ vt plangantur operæpre-
Bernardus cium eſt. De hoc fletu Chriſti dicit Bernar
dus: Fleuit Chriſtus, ſed non vt cæteri.
Sed cur non vt cęteri? Illi enim flent ex paſ
ſione, ſed Chriſtus flet ex compaſſiõe mi-
Iohan.11 ſeriæ noſtræ. Secundo, fleuit Chriſtus ex
dilectione. Fleuit enim ſuper Lazarum
mortuum, licet paulopoſt reſuſcitãdum.
Fleuit autem videns amantiſſimam atque
fideliſſimam quoq; ſuam diſcipulam Ma-
riã Magdalenam flentem. Quo diſcimus
non illicitum eſſe, horum qui nobis amici
fuere ac neceſſarij mortem flere, modo nõ
fuerit intemperantia, immodeſtiaq́;, quæ
præbeat in alijs vtilioribus aut neceſſarijs
Lucæ 19 impedimentum. Tertio, hic fleuit ſuper ci
uitate. Fleuit autem non quod murorum
ædificiorumque deſtructionem aut vrbis
plangeret excidium, ſed quia cæcitatẽ mor
temque doluit animarum. Ambulabant
enim habitatores Ieruſalem, iuxta verbũ
Sopho.1 Sophoniæ, vt cæci, quia domino peccaue-
runt. Satis enim erant per prophetas præ-
moniti, ſed credere noluerunt. Nam exci-
Mich.3 dium hoc quoq; Michæas prædixit illis:
Sion quaſi ager arabitur, & Ieruſalem qua
ſi aceruus lapidum erit, & mons templi in
excelſa ſyluarum. Docuit autem nos flere
pericula animarum, puta tam peccata no-
ſtra propria, quàm aliena. Ad quod horta
Auguſtin. tur etiam Auguſtinus, dicens: Sunt ne in
te viſcera humanæ compaſſionis, qui plan
gis corpus à quo receſſit anima, & non
plangis animam, à qua receſſit Deus? Vel-
let quidem pientiſſimus dominus non o-
pus fore, vt virgam ſentiremus, vellet nos
omni eſſe tempore conſolatos, ſi nobis ita
expediret. Nos enim quamuis ratione prę
cellimus, ſumus tamen pecudibus, circa ea
quæ carnis ſunt, inſipientiores. Quare vt
paſtor ſuum gregem minat, arcet, regit &
cuſtodit, ita nos dominus ducit, protegit,
cædit quoque, & impellit nos ad bonum.
Nõ eſt volũtatis eius vt moriamur in pec
catis noſtris, nec vt æterna nos plectat
morte. Sed noſtri cupit miſereri, ideo vir-
ga nos viſitat vt ad viam reducat, à qua
1.Cor.11 hallucinati ſumus. Beneficium igitur eſt
maximum, ſi à domino corripimur, ne cũ
hoc mundo damnemur. Videtis enim
quàm paterne ſuos caſtigat filios, quan-
do ſuper obduratos quoque flet peccato-
res, quod iuſtitia ſua, & illorum meritis
exigentibus cogitur eos abijcere atq; da-
mnare, qui tamen adeo multifariam in-
uitati ad illum accedere, vt ſaluarentur, no
luerunt. Naturæ diuinę proprium eſt, præ
cipueq́; competit ei miſereri & parcere.
Proinde, quando damnat aut punit repro
bos DEVS, quaſi rem ſibi alienam agit.
Quod per prophetam nobis inſinuatur,
vbi de his qui ſe corrigere nolebant, cor- Iſaiæ 1
deque obdurauerant dominus dicit: Heu
conſolabor ſuper hoſtibus meis, dolorem
exprimens quod hoſtibus ſuis vltionem
cogeretur inferre. Quarto, vt Auguſtinus Auguſtin.
refert: Chriſtus ſuper Iudam fleuit. Quam
uis autem nulla certa hoc probetur ſcri-
ptura, poteſt tamen dici, quod aliquo mo
do hoc inſinuat Euangeliſta Iohannes.
Nam cum dominus Ieſus dixiſſet poſt lo-
tionem pedum diſcipulorum: Ego ſcio Iohan.11
q̊s elegerim, ſed vt adimpleretur ſcriptu-
ra. Qui manducat mecum panem, leuabit
contra me calcaneum ſuum, ſequitur pau
lopoſt. Cum hæc dixiſſet Ieſus, turbatus
eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt, & dixit: A-
men amen dico vobis, quia vnus ex vobis
tradet me. Poteſt autem intelligi, quod
ruina prælatorum & magnorum, propter
ea quod vehementer hæc non ſolum illis,
ſed omnibus etiam noceat, maxime flen-
da eſt. Grauem enim plagam ferit gregi,
vehemensq́; infert ſcandalum, quãdo præ
latus, aut is qui in opinione habetur ſan-
ctitatis, in manifeſtum aut graue cadit pec
catum. Quinto, Chriſtus fleuit in cruce. Hebræ.5
Quem fletũ Apoſtolus Hebræis ſcribens:
Qui in diebus, inqt, carnis ſuæ preces ſup-
plicationesq́; ad eum qui poſſet illum ſal-
uum facere à morte, cum clamore valido,
& lachrymis offerens, exauditus eſt pro
ſua reuerentia. Sed ad huius Euangelij fle
tum reuertamur. Neq; enim eruditione ca
ret hoc Euangelium. Itaq; dominus Ieſus
fleuit hic pro his qui ridebãt, pro gauden-
tibus triſtabatur, & pro his qui ſui curam
abiecerant ſolicitudinem agebat. Flebat
pro his qui eius lachrymas deridebant. In
hoc aũt figurabat perſonam boni prælati,
qui ſubditorum ſuorum cladem ſuam æſti
mans, peccata, pericula, damna, ærumnas,
infelicitatem, perditionemque eorum de-
flet. Maxime autem hic prælatus figura-
tur zeloſus, qui poſt omnem diligentiam
ſuam contemnitur, cuius monita ſpernun
tur, cuius diligentia ac vigilantia deride-
tur, qui cum nullum ex ſe videt ſequi fru-
ctum, non aliam habet conſolationem, ni
ſi vt pro ſubditis ſuis apud dñm ploret.

Fleuit autem dominus mala futura ſuper Ieruſalem, ſed multo plus cauſam fleuit, propter quam erant hæc mala vrbi ventura. Quid eñ nocuiſſet vrbis excidium, qd demolitio & ruina murorum obfuiſſet, ſi non propter ſua peccata & demerita, ſed innocẽtes hæc paterentur? Secundo optat eos quoq; ſuam infelicitatem, & infortunatam fortunã agnoſcere, periculaq; præmeditari, vt dũ tempus eſt poſſint ea ſi velint, præcauere. Nihil enim illis ꝓfuit Chriſtum illorum flere dãnationem: ſed ſi ipſi quoq; fleuiſſent, potuiſſent Dei iram à ſe auertere, aut ſaltem ita reconciliare, vt ſi qua etiam paterentur, ad ſuorum peccatorum purgationem, ad æternamq; ſalutem paterẽtur. Quomodo igitur ſolicitudo & fletus nihil profuit Chriſti illis, qui ſeipſos non flebant, ita boni prælati ſolicitudo nihil illis confert, qui ſua ſponte inique volunt. Prodeſt quidem prælato, ſi, vt in Ezechiele habetur, domino loquente ad impium eius denunciauerit iram, gladiumque venturum prænunciauerit, quia liberat animam ſuam paſtor, quod malũ futurum illi prænunciauit. Porro ſubditus præmonitus, ſi non cuſtodierit ſe, nec monentem audire voluerit, morietur in peccato ſuo. Paſtor igitur animam ſuam ſaluabit, nec ſubditi ſanguis de eius manu requiretur. Conſoletur itaq; paſtor ſe, ſi non auditur, aut ſi ipſius diligentia contemnitur, quandoquidem neq; melior neque dignior eſt Chriſto, cuius ſermo non ſemper fecit fructum. Cauſam huius dicebat Iudæis: Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Tertio etiam inſtruimur de tempore viſitationis noſtræ, atq; illud obſeruemus. Tota vita noſtra, hoc tempus cõplectitur. Ideo nulla eſt hora negligenda, nulluſq; dies, quandoquidem quotidie à domino viſitamur. Quicqd agit circa nos, quicqd ſuper nos venire permittit, viſitatio eſt domini. Quare quæcunq; tibi eueniunt non aliter quã à manu domini accipias. Et dum aliquid tibi acciderit noui, mox cogita ſiue triſte id fuerit, ſiue lætum viſitationem eſſe domini. Intellige munus hoc tibi miſſum à Deo, per quod magis quàm ante illi placere ſtudeas. Certiſſimum autem tene nullũ vnquam patrem adeo fuiſſe ſui filij amantem, nunquam filio ſuo tam bene voluiſſe nec filij adeo deſideraſſe profectum, quàm deſiderat pater cœleſtis, vt filij ſui à ſe creati, à ſe redempti, ſibiq; adoptiui bene, iuſte pieq; ac ſancte viuant. Quarto, frequens nobis eſſe debet mortis memoria. Huius enim meditatio delectationes aſpergit & amaricat ſenſuales. Ea autem quæ de excidio referuntur Ieroſolymitano, ſpiritualiter etiam contingunt homini morienti. Moriens enim aut moriturus illud dicere poteſt Iob. In memetipſo marceſcit anima mea, & poſſident me dies afflictionis. Iob 30

Ezec. 34 · Iere. 31 · Iohan. 8

Siquidẽ homini præſertim peccatori morienti, mirabilis occurrit anguſtia, variaq; aduerſitas. Circundabunt tunc animam egredientem inimici eius vallo. Vallus ſeu agger ille, triplex eſt peccatorum anguſtia. Anguntur enim de peccatis cogitationum ſiue cordis, de peccatis item oris ac locutionis, & de peccatis operis ac omiſſionis. Horum peccatorum, quæ olim nõ reputabat, accuſatrix tibi tunc aderit conſcientia, & ex omni parte animam circundabit moleſtia. Erit autem tunc iudicium Dei, vt qui toties & tantum tempus viſitationis ſuæ neglexit, contẽpſitq; dominum poſt peccata ſibi æque gratiam ſuam offerentem, vt in extremo quoq; tunc nihil à Deo ſperet, nihil roget, nihil impetret. De hac animæ obſidione dicit Ionas: Circundederunt me aquæ vſq; ad animam, abyſſus vallauit me. Ad hæc circundabunt dæmones peccatricem animã, vt in libro Sapientiæ ſcribitur: Perſonæ triſtes apparentes pauorem illis præſtabunt. Anguſtabunt itaq; miſeram animã inter vitam & mortem, inter finẽ culpæ & initiũ pœnæ, vt neſciat quo ſe vertat. Nam intus ſentit conſcientiam accuſantem, iuxta ſe dæmones terrẽtes. Si etiam ſe cõuertere voluerit ad Deum nõ inuenit eũ, hoc eſt, non cogitat eũ clementem, benignum & miſericordem, ſed durum & inclemẽtem, quia à dæmonibus continue ad deſperationem impellitur. Deinde, inquit, inimici tui ad terram proſternent te. Ad terram proſternitur homo moriens, quia corpus terræ traditur, anima vero peccatoris ſepelitur in inferno. Vnde in Ieremia dicit dñs: Dabo te in manu quærentium animam tuã, & in manu eorum, quoꝝ tu formidas faciem. Et filios tuos qui in te ſunt, inqt, ad terram ꝓſternent. Opera hoïs ſunt cõceptæ proles in voluntate, & enatæ in actione ipſa. Mala igitur opa tua genimina tua & mala, & fœtus tui ſunt. Hi ad terrã proſternentur, qa nihil in eis eſt, ꝙ cœleſtia petat.

Ionæ. 2 · Sapien. 17 · Ierem. 22

Modo

Eccles. 9 Modo igitur quocunq; poteſt manus tua
inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio
nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud infe
ros, quo tu properas. Eſt enim anima tũc
peccatrix adeo ad terram ꝓſtrata, vt nihil
aliud quàm pœnas & præſentes & futuras
mortis formidoloſa cogitet. Heu quo di-
uertet anima peccatrix aut quo effugiet?
Apparere nanque erit intolerabile, latere
Amos 9 impoſſibile. Non erit, ait Amos propheta
fuga eis: & qui fugerit ex eis non ſaluabi-
tur. Et non relinquet in te lapidem ſuper
lapidem. Homo peccator hic contra De-
Gene. 11 um murum aut turrim Babel cõſtruit, dũ
vnam cogitationem alteri coniungit, atq;
calce malæ delectationis non aliter atque
lapidem lapidi conglutinat. Verum, quan
do illa aduenerit hora, omnia diſperden-
tur. Peribunt conſilia, fruſtrabuntur vo-
luntates. Nihil iam reſtabit niſi quod au-
Matth. 25 dient: Exite, exite obuiam ei. Cui? Irato
domino, irato iudici, implacato domino,
à quo audient durum verbum abiectionis
& maledictionis, quia dum ſani eſſent ab
Pſalm. 111 auditione mala timere nolebant. Noli igi
tur in illud tempus contritionis, pœniten
tiæ, conuerſioniſq́; exercitia differre, quia
tunc tanta erit turbatio animæ tuæ, vt mi
nime ſalubre quid tunc, ſi pœnitentiam vſ
que in illam diſtuleris horam, poſſis cogi
Pſalm. 145 tare. Scriptum nanque de illa hora eſt: Ex
ibit ſpiritus & non reuertetur ad terram
ſuam. In illa die peribunt omnes cogitati-
ones eorum. Quicquid ſtatuiſti in vita, &
in hanc horam diſtuliſti, hac hora peribit
quia non eſt tunc tempus conſultationis
& deliberationis, ſed reddendæ rationis.
Nullum igitur aliud eſt conſilium effica-
cius, vt ſi bene & tranquille velis mori, be-
ne viuas. Iam igitur omni hora, omni mo
mento Deo fidelis aſſiſte, atq; in eius gra-
tia perſeuera. Non potes habere certitudi
Eccles 9 nem, ſis ne in gratia Dei nec ne: quando-
quidem nemo ſcit, an amore odiove di-
gnus ſit, ſed ſufficit tibi, vt nihil mali in te
ſcias, quod contra Dei foret præceptum,
quodve extra gratiam Dei te conſtituat.
Nam hæc in te ſi deprehenderis, paratum
te eſſe oportet, quæcunq; facienda facere,
quęcunque ſubeunda ſubire, quo gratiam
Dei recuperes. Chariſſimi, igitur nolite
tempus vobis datum ad bene operandum
negligere, nolite pœnitentiam ad vitæ fi- Iohan.
nem differre. Modo ambulate, dũ lucem
habetis gratiæ: modo dum tempus eſt gra
tiæ, Deo vos reconciliate, modo deniq; vi
ſitationem veſtram reſpicite, atq; diuinæ
inſpirationi obtemperate, vt læti atq; feli-
ces moriamini. Non habent timere mor-
tem, qui in vita dum ſani eſſent, dum ad-
huc peccare potuiſſent ſunt reconciliati
Deo, exuerunt peccata ſua, & ſordidas ve- Apoc.
ſtes veteres reſumpſerunt nouas, quas de- Marc.
albauerunt in ſaguine agni. Non enim o-
lim candida, dum in peccatis viuerent ha
buerunt veſtimenta, qa in innocentia non
perſtiterunt, ſed ſordida. His itaq; ablatis,
his in cruore roſeo Ieſu Chriſti dealbatis
ac mundatis, non habes fili timere mortẽ,
ſed confide & crede omnia peccata tua di
miſſa. Teipſum quotieſcunq; formidas di
ſcute, interroga te an peccatum diligas,
placeatve quod feciſti, id́q; ſecundum rati-
onem. Nam in ſenſualitate ſola ſi phanta
ſiæ iniquæ voluantur, aut te impugnent
non erit propterea damnatio tibi, qui es Roma.
in Chriſto Ieſu. Nam ſi non placeat pecca
tum, ſed optares illud nunquam te admi-
ſiſſe, pœnitetq́; te, quod vnquam peccaue-
ris, quodve vnquam offenderis Deum. De
inde propoſitum tibi conſtãs eſt abſtinen
di ab om̃i peccato, præſertim mortali. Ter
tio, parata voluntas ad obediendum Dei
mandatis omnibus, & ſequendam eius vo
luntatem, ſecure poteſt te confidere eſſe a-
micum Dei. Hæc enim tria in gratiã Dei
conſtituunt hominem. Dolere de omni
peccato, velle cauere & continere ſe ab o-
mni peccato, & Dei præcepta diligere, nol
leque tranſgredi, ſed his obedire. Domi-
nus noſter Ieſus Chriſtus hæc nobis largi
atur, vt nunquam in nobis hæc non inue-
niantur, vt ſic in hac vita Chriſto ſo-
li viuamus, ne in morte ab eo-
dem ſeparemur, qui cum pa
tre & ſpiritu ſancto, eſt
benedictus in ſecu-
la, Amen.

DOMINICA XI. POST DOMINI-
cam S. Trinitatis, Epiſtola Beati Pauli Apo-
ſtoli I. ad Corinth. XV.

Notum

NOtum uobis facio Euangelium, quod prædicaui uobis, quod & accepiſtis, in quo ſtatis, per quod & ſaluamini: Qua ratione prædicauerim uobis, ſi tenetis niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi enim uobis in primis, quod & accepi, quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas, & uiſus eſt Cephæ: & poſt hoc undecim. Deinde uiſus eſt pluſquam quingentis fratribus ſimul: ex quibus multi manent uſque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde uiſus eſt Iacobo, deinde apoſtolis omnibus. Nouiſſime autem omnium tanquam abortiuo uiſus eſt & mihi. Ego enim ſum minimus apoſtolorum, qui non ſum dignus uocari apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei. Gratia autem Dei ſum id quod ſum: & gratia eius in me uacua non fuit.

PARAPHRASIS IN EANDEM Epiſtolam.

APoſtolus Corinthios intellexerat perperam à quibuſdam pſeudoapoſtolis inſtructos, aut ſeductos potius, vt de mortuorum dubitarent reſurrectione, exiſtimantes neminem reſurrecturum. Quem errorem refellere cupiẽs, Paulus apoſtolus eiſdem ſcribit hoc modo: Hactenus de ſpiritualibꝰ donis vobis diſſerui, modo vero commendo, clariusq́; vobis loquens idem manifeſto Euangelium, quod nõ eſt vobis nouum, quoniam iamdudum hoc vobis prędicaui. Quod recepiſtis quoq; credẽdo, & mores ac vitam veſtram ſecundum hoc Euangelium inſtituendo: in quo deniq; ſtatis perſeuerãdo. Hoc autem dicit de his, qui adhuc in fide reſurrectionis perſiſtebant. Neq; enim omnes erant ſeducti. Hoc autem ſuo more facit Paulus, qui humano ingenio ſuo & prudentia, quibus excellenter pollebat, vehementer ad Chriſti gloriam vtebatur applicans conſilia, reprehenſiones & argumenta, quibus potuit modis prudentiſſime congruẽtiſſimeq́;, vt efficaciter perſuaderet. Ideo hic pari modo quoq; captat beneuolentiam, ab his qui erant adhuc in fide reſurrectionis perſeuerantes, verba ſua coaptans, vt haberent cõſtantes vnde gauderent: hi vero qui nutabant torquerentur verecundia & emendarentur. Itaq; Euangelium, inquit, vobis prædicaui, nec ab illo aliud nũc diuerſum doceo. Hoc enim illud eſt quod ſuſcepiſtis, quod tenetis, in quo perſeueratis, per quod & ſaluamini, id eſt, cuius tum fides, tum obediẽtia vos ad ſalutem perducit, ſi tamẽ fide & memoria retinetis: qua ratione, ad quem finem, quove argumento hoc Euangelium prædicauerim vobis. Neq; enim perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis vos ad hoc induxi, ſed prædicatio mea fuit in virtute & ſignis. Legitur enim in Actis apoſtolorum nõ modicas virtutes feciſſe Paulum, adeo vt ſemicintia Pauli atque ſudaria deferrentur, & ſuper languidos ponerentur, & languores recedebant, ſpiritusq́; nequã egrediebantur. Porro finis, inqt, ad quem vobis Euangelium prædicaui obtinendũ eſt, vt vitam conſequamini æternã. Quod haudquaq̃ aſſequemini, ſi reſurrectio non fuerit mortuoꝝ. Hoc enim tenetis me vobis prædicaſſe, hoc vos credidiſſe, niſi fruſtra crediſtis. Fruſtra aũt creditis, ſi alia quidẽ recipitis, reſurrectionem vero mortuoꝝ fide non expectetis. Quomodo eñ non inutiliter creditis, quandoquidẽ fidei finem & fructum non attingitis? Aut quæ alia eſt ſpes credentium, q̃ quod mortui reſurgant? Quod quiſqs non ſperat, fruſtra de reliquis ſibi fidei partibus blanditur. Sequitur: Tradidi eñ vobis inter pręcipua fidei ſacramenta hocꝙ & ego ab ipſo dño noſtro Ieſu Chriſto accepi, nõ per me finxi. Qm̃ Chriſtus non pro ſua neceſſitate, ſed pro pctĩs noſtris mortuus eſt, ſecundũ Acto. 19

propheticas ſcripturas: quarum ex multis
Iſaiæ 53 vna eſt Iſaiæ dicentis: Propter ſcelus po-
Pſalm. 21 puli mei percuſſi eum. Altera in Pſalmo:
Foderunt manus meas & pedes meos di-
numerauerunt oĩa oſſa mea. Et quia ſepul
tus eſt poſt mortem, & quia tertia die re-
ſurrexit etiam ſecũdum ſcripturas. Cuius
Ionæ 2 reſurrectionem Ionas in figura teſtatur.
Quomodo em̃ in ventre ceti ille, ita Chri-
ſtus in terra, hoc eſt, in ſepulchro tribus ia
cuit diebus, & tribus noctibus. Tradidi
quoq; vobis quod poſt reſurrectionẽ ſuã
viſus eſt Cephæ, id eſt Petro, cui primo in
Marci. 16 viris, vt Mariæ Magdalenæ primo inter
mulieres apparuit. Quando apparuerit au
tem dñs Petro, non exprimit ſcriptura, ni-
Iohan. 20 ſi quod redeunti à ſepulchro, ad q̃d cũ Io-
hanne feſtinato abierat, atq; ſecũ de viſiõe
angelorum, de eorundemq; teſtimonio ſe
cum miranti appáruiſſe illũ cõiectura ſit.
Et poſt hoc viſus eſt vndecim apoſtolis,
Ibidem. tũc qñ propter metum Iudæorum ianuis
erant clauſis in die & in octauis Paſchæ.
Matth. 28 Tunc quoq; quando vt Matthæus refert,
in Galilæa Chriſtus apparuit apoſtolis in
monte. Deinde viſus eſt plus quàm quin-
gentis fratribus ſimul. Vbi hæc apparitio
facta ſit nullus euangeliſtarum refert. Ex
quibus multi viuũt adhuc ſuperſtites qui
teſtari poſſint, quidã aũt dormierunt. De-
inde viſus eſt Iacobo minori, fratri ſcilicet
Marc. 16 Simonis & Iudæ Thadæi. Quæ apparitio
æque ab euangeliſtis tacetur. Deinde apo
ſtolis om̃ibus in die Aſcenſionis, vbi pri-
mum recumbentibus vndecim, deinde in
Lucæ 24 mõte Oliueti pluribus apparuit aſcenſu-
rus in cœlũ, vbi refertur diſcipulos eleua-
tis manibus benedixiſſe. Nouiſſime aũt o-
mnium (inquit Apoſtolus) poſt dñi aſcen
Acto. 9 ſionem, viſus eſt & mihi in Damaſcum ad
perſequendos Chriſtianos ꝓficiſcenti, ſed
tanquam abortiuo, qui immaturæ & vio-
lenter de vtero eijcitur matris. Ita em̃ ego
quoq;, inquit, de ſynagogæ vtero coactus
ſum per terrores & minas (quando dictũ
Ibidem eſt mihi: Durum eſt tibi contra ſtimulum
recalcitrare) exire. Ego em̃ ſum minimus
apoſtolorum (quod à nobis tempore non
dignitate, q̃a poſt alios vltimóq; vocatus
eſt, debet intelligi) qui nõ ſum dignus vo-
cari apoſtolus, propter vitam meam præ-
teritam, qua apoſtolatu me reddidi indi-
gnum. Perſecutus ſum em̃ Eccleſiam Dei.
1. Cor. 15 Vide quàm humiliter de ſe ſentit Apoſto
lus, cũ plus apoſtolatu accepto, omnibus
aliis laborauerit, huberioremq; quam cæ-
teri in domini horrea reduxerit frugẽ: ob
oculos tamen ſuos priorem ſuã vitam po
nens, qua veritati zelando per ignoranti-
am obſtiterat. Quare vocat ſe non ſolum
apoſtolorum minimum, ſed etiã apoſtoli
nomine indignum. Quo nimirũ mẽtis no
ſtræ duritia confutatur, qui male vitæ no-
ſtræ retroactæ nobis cõſcij, de peccatis no
ſtris, poſt cõuerſionem etiã noſtram haud
quaq̃ cõpungimur. Paulus ea delicta quæ
ante baptiſmum admiſerat adhuc plangit
nos ea quæ poſt baptiſmum aſſidue admit
timus vix plangimus. Itaq; vbi ſe ratus eſt
apoſtoli nomine vocari indignum ſubiun
git: Gratia autem Dei ſum id quod ſum.
Quaſi diceret: Per merita mea nil boni
ſum conſecutus. Verum gratia Dei, id eſt,
ex gratuito Dei munere datum eſt mihi
eſſe, id quod ſum. Et gratia eius in me nõ
fuit otioſa, ſed omni negocio, opere & la-
bore plena, quia abundantius ac plus ſin-
gulis laboraui. Non autem ego, ſcilicet ſo
lus laboraui, aut aliquid effeci, ſed gratia
Dei mecum. Non ego ſolus, nec Dei gra-
tia (quantum attinet ad voluntatis execu-
tionem & opus) ſola, ſed gratia dei mecũ.
Quo nonnullorum error arguitur, vel eo
rum qui cuncta tribuere volunt libero ar
bitrio, vel eorũ qui gratiæ Dei totum com
mittunt ſeu aſcribunt. Sunt em̃ revera nõ-
nulla, in quibus nos Dei gratia præuenit
ſine vllo arbitrio, modo, aut conatu: nõ ta
men ſine nobis, aut ſine aſſenſu & conatu
noſtri arbitrij in nobis quicquã operis ſo-
la gratia conſummat. Superna em̃ pietas
primum agit in nobis aliquid ſine nobis,
vt ſubſequente libero noſtro arbitrio bo-
num quod appetimus agat nobiſcum, q̃d
tamen per impenſam gratiam in extremo
iudicio ita remunerat in nobis, ac ſi ſolis
id proceſſiſſet ex nobis. Ex eo igitur quod
diuina nos pietas præuenit, vt innocentes
nos faciat, dicit Apoſt. Gratia Dei ſum id
quod ſum. Ex illo vero, quod noſtrum ar
bitrium liberum per gratiã Dei excitatũ,
& iam cõſentiens Dei gratia ſequitur, adij
cit Apoſtolus: Et gratia eius in me vacua
non fuit. Si enim Dei gratiam excitantem
in ſe ſenſiſſet, & ad adiuuandũ perficiendũ
que bonæ voluntatis conatum paratã ne-
glexiſſet, hoc eſt, ſi Dei gratiæ non acquie-
uiſſet, gratia Dei in Paulo vacua otioſaq;
fuiſſet. Iam vero quia vacua in eo non fuit
adiungit: Sed plus omnibus laboraui.

Quod

Quod de ſe ne totum hoc intelligeretur, qui ſe ex ſe ſine Deo nihil conſpiciebat, adiecit: Non autem ego. Quia vero cum gratia Dei ſe eſſe aliquid inuenit adiecit: Sed gratia Dei mecum. Hoc eſt, non ego ſolus, nec Dei gratia ſola: ſed gratia Dei mecum hoc eſt, nec ego ſine gratia, nec gratia ſine me laborauit: ſed gratia Dei quæ ſola præueniens me excitauit, operata eſt in me nõ ſola, ſed mecum. Bona itaq; noſtra & Dei ſunt, & noſtra. Quia enim & ipſe præuenit nos aſpirãdo vt velimus, & cum aſſenſerimus offerentes conatum noſtrum, ipſe adiuuando ſubſequitur nos: imo nobiſcum, & in nobis operatur ne inaniter velimus. Præcipuum igitur quod eſt in bonis operibus, eſt Dei: minima vero portio bene operandi, eſt hominis: nec tamen ſine Deo, ſed cũ Deo. Vnde liquet, vt Dei gratia præueniente, & voluntate noſtra ſubſequente, quod donum dei eſt, ex liberaliſſima eius bonitate ſit meritũ noſtrũ ab eodem nobis & nobiſcum operatum, ab eodem nobis donatum, & ab eodem in nobis coronandum.

EXEGESIS EVANGELIJ Dominicæ XI. poſt dominicam S. Trinitatis, Lucæ XVIII.

RECTO ORDINE poſtq̃ diu ſumus moniti & inſtructi, quomodo pctã ſint plangenda, corrigẽda, cauendaq;, nunc docemur qua prudentia bonum faciamꝰ, qua humilitate peccata noſtra agnoſcamus, qua deniq; ſynceritate grãs agamus Deo, 1. Cor. 15 de gratia, de doniſq; eius nihil nobis arrogantes. Ex nobis enim ipſis nihil aliud ſumus omnes, quàm peccatores ingrati, atq; rebelles. Quicquid aliud habemus, quicquid aliud ſumus, ex Deo hoc nobis donatum eſt, vt in hodierna quoq; epiſtola de ſeipſo Apoſtolus teſtatur. Quocirca quicquid ex huiuſmodi glorię ac laudis nobis occurrit, totum illud Deo debemus in eius gloriã referre, & de his nihil nobis vendicare. Inueniuntur enim homines vani, qui nuſquam ſuam gloriam non quærũt. Quicquid dixerint, quicquid fecerint, omnibus mox narrant ceu ſuam prudentiam, ſuam iuſtitiam, ſuam diligentiam, ſuumq; ſtudium iactitantes, quo ſimul pro fauoribus, pro admiratione hominum, pro gloria humana opera ſua iterum venditent. Hos aliosq; qui non verbis foris, ſua tamen exiſtimatiõe intus apud ſe gloriantur intuens dominus arguit, quando dixit parabolam huiuſcemodi, vti indicat Euangeliſta, dicens:

Dixit Ieſus ad quoſdam, qui in ſe confidebant tanquam iuſti, & aſpernabantur cęteros, parabolam iſtam: Duo homines aſcenderunt in templum ut orarent. Vnus phariſæus, alter publicanus.

Parabola eſt hæc non hiſtoria. Icciрco non oportet omnia in ſenſu hic quem verba faciunt, ſed in ſenſu quo fiunt intelligi. Vult autem ſub nomine Phariſæi hic intelligi ſuperbum iuſtum: ſub nomine publicani humilem peccatorem. Eſt autem triplex genus ſuperborum ſpiritu. Quidam enim ſe putant habere quæ habent: vnde ſibi placent, inflantur, duri ſunt ad alios, proximos ſuos contemnunt, quia Dei dona in ſuis oculis quæ habent quotidie verſantur, vnde illis tumor, & aliorum ea nõ habentiũ aſpernatio naſcitur. Contra hos 1. Cor. 4 inuehitur Apoſtolus, dicens: Quid habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, qd inflaris quaſi nõ acceperis? Eſt igitur cum Iacobo revera cõfitendum: Omne datum Iacob. 1 optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. Proinde nihil nobis aſſcribendum, nihil inde gloriandum quicquid in nobis laude aut gratia fuerit dignum, ſed cum Salomone confitendum: Tua eſt domine ma- 1. Par. 29 gnificentia, tua eſt potentia & victoria, & tua eſt laus. Cuncta enim quæ in cœlo & in terra ſunt, tua ſunt. Si ergo hæc agnoſcimus, quanta ſtoliditas eſt noſtra qui ſuperbimus? Superbire nanque eſt, ſupra alium ſe extollere. Quid præfers te ſtulte ſuper alium? Nunquid propterea quod tu recepiſti quippiam, quod alius non receperit? An Deo poſſibile non eſt illi eadem quæ tibi aut meliora dare? Et quid tu ſcis cuiuſmodi dona ip̃e ſecreto receperit? Aut nunquid ſecurus es, quod propter arrogantiã tuam quæ habes non amittes, aut quod alius te humilior, eadem aliave bona præſtantiora nõ receperit? Non igitur de alie-

nis bonis es ditior, non in veste aliena glo
rioſior: ſed idem es quiſquis es ex teipſo, vt
appares & vt cognoſceris à Deo. Tantus
enim quiuis eſt homini, quantus eſt apud
Deum. Propter dona itaq; Dei noli extol
lere te contra fratrem tuum, quo in pecca
tis tuis, & in voluntate tua mala (ſi te illi
ſic compares) deterior es. Neque enim ex
te, ſed ex Deo es melior, ſi tamē es melior.
Aliud genus eſt ſuperborum, qui cogno-
ſcunt quidem à Deo ſe habere quęcunque
habent: aſſcribūt tamen ſuis meritis quod
habent, dicentes: Quia hoc aut illud feci,
reddidit mihi Deus hoc propterea benefi
cium. Inſipiens, quādo tibi debitor factus
eſt Deus? Aut quando tu illi gratum quid
feciſti, niſi ex illius munere? Quicqd boni
habes, à Deo non ideo habes, quia tu bo-
nus es, ſed quia bonus eſt ipſe, qui tibi do-
na impartitur ſua, vt tu quoq; bonus fias.
Iohan. 15 Propterea dicit ipſe: Non vos me elegiſtis
ſed ego elegi vos: & poſui vos vt eatis, &
fructū afferatis, & fructus veſter maneat.
Auguſtin. Neq; enim ideo nos elegit, quia ſciuit fu-
turos nos bonos: ſed quia nos elegit, ideo
ſumus boni. Non igitur ſuperbiat quis de
aliqua virtute, quia ſuperbia ipſa faciet vt
virtus non ſit virtus. Qui enim virtutes cū
ſuperbia cōgregat, nihil aliud facit, quàm
qui in ventum farinam portat. Tertiū eſt
genus ſuperborum, qui à Deo cognoſcūt
ſe habere dei dona, ſciunt pariter gratis ea
ſibi collata: nihilominus gloriā quæ Deo
ex illis debetur, ſibi vſurpant, ac Deo ſub-
trahunt. De illis hic ponit parabolam vni
us pharisæi & publicani aſcendentium ſi-
mul in templum orare. Phariſæi apud He
bræos erant vt religioſi aut monachi fere
ſunt apud Chriſtianos. Secta eorū quàm
profitebantur, non erat mala, bonaq; mul
ta habebant exercitia: ſed ea vitiabat ſuper
bia, arrogantia, auaritia, & plærunq; inui-
dia. Publicani vocabantur, qui lucris pu-
blicis inhiabant illicitis: & ideo vbi publi
cani nominantur in Euangelio, pro pecca
toribus accipiuntur manifeſtis.

Phariſæus ſtans, hæc apud ſe ora-
bat: Deus gratias ago tibi, quia non
ſum ſicut cæteri hominum, raptores
iniuſti, adulteri: uelut etiam hic publi
canus. Ieiuno bis in ſabbato, deci-
mas do omnium quæ poſſideo.

Phariſæus hic dicitur apud ſe oraſſe, qa
non orabat apud Deū. Non eñ humilian
tis, ſed ſtantis & erigentis ſe perſonam ex-
preſſit, nec obſeruauit, quod iuſtus (vt in Prou. 18
Prouerbijs ſcribitur) in principio oratio-
nis accuſator eſt ſui. Neq; enim ſe accuſa-
uit de peccatis, in quæ oculos retorquere
noluit, ſed potius opera bona, hoc eſt, ea
quæ bonorum operum ſpeciem habēt (ſu-
perbia enim eius bona opera deſtruxit) re
cenſuit. Quapropter magis ſimulatorie vi
detur oraſſe, quàm vere, vt ex ipſa oratio-
ne quoq; aut gloriam apud alios ſibi con
quireret, aut ſibi placeret. At dicis fortaſ-
ſe: Quomodo ſuperbus fuit, qui Deo gra-
tias egit? Nonne liquet ſatis illum ea bona
pro quibus gratias agebat confeſſum eſſe
à domino ſe recepiſſe, & gratis abſq; meri
to? Alioq quomodo egiſſet gratias Deo?
Dicendum Phariſæum illum multiplici
infectum fuiſſe ſuperbia. Primo, licet gra-
tias egit Deo, à quo bona ſua eſſe cogno-
uit, ſuperbiuit tamen in hoc, quod bona il
la ſibi æſtimabat data pro iuſtitia & indu
ſtria ſua, non ex ſola diuina miſericordia.
Neq; enim gloriaretur de his, niſi aliquid
ſuum in illis agnoſceret. Secundo, quia q̃-
uis verbis gratias ageret, animo tamen &
mente tumebat, ab hominibus cupiēs lau
dari, atque de ſua quoq; gratiarum actio-
ne melior æſtimari. Tertio, quia cum non
videret quid in alienis ageretur cordibus,
ſe tamen nō ſolum extulit, ſed etiam præ-
tulit alijs, dicens: Non ſum ſicut cæteri ho
minum, raptores, adulteri &cæt. Poterat
Deo gratias agere, quod à rapina, quod ab
adulterio, quod ab alijs quoq; criminibus
illum præſeruauerit Deus, quod in pecca-
ta grauia illum non permiſerit cadere. Sed
hoc ita fieri oportebat, vt per hanc gratia
rum actionem ſeipſum humiliaret, agno-
ſcens ſe reum omnium peccatorum non
ſolum quæ fecit, ſed etiam eorum quæ, ni-
ſi fuiſſet præſeruatus, facere potuit. Quod
ſi ex animo feciſſet, non inueniſſet in ſe vn
de alteri præferre ſe poſſet. Iam vero cæte-
ris ſe præferens, alios, præſertim publica-
num, deſpiciens & iudicans, ſuperbum &
tumidum ſe monſtrauit. Contemptim e-
nim putatur hæc verba dixiſſe: Non ſum
velut publicanus iſte: quem neſciebat ta-
men quis modo coram Deo eſſet. Neque
enim tunc erat peccator, poſtquam dixit
in corde ſuo: Deus ꝓpicius eſto mihi pec-
catori. Temere igitur iudicabat Phariſęus
ſeruum alienum. Quod tā Chriſtus quàm
Apo-

Roma. 2 Apoſtolus noīe Chriſti prohibet, dicens: Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? Suo dn̄o ſtat, aut cadit. Iactat aūt ſe, aut ſaltem ſuo more gratias agit q̄d ieiunet bis in ſabbato, hoc eſt, in hebdomada. Sabbatum enim quandoq; pro ſingulari die, hoc eſt, pro ſeptima die accipitur hebdomadæ Exod. 20 vt: Memento vt diem ſabbati ſanctifices. Quandoq; pro tota hebdomada accipitur, vt hic. Tertio, accipitur pro qualibet die hebdomadæ, vt: Vna die ſabbatorum. Lucæ 24 Decimas quoq; ait, do omnium quæ poſſideo. Quid opus hæc erat referre, niſi quia Matth. 23 Lucæ 11 ſibi placebat, & inaniter gloriabatur? Solebant autem decimas dare phariſæi de cunctis holuſculis, aneto, cymino, menta, & id genus alijs, quaſi perfectam iuſtitiā monſtrantes.

Et publicanus a longe ſtans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare: ſed percutiebat pectus ſuū, dicens: Deus propicius eſto mihi peccatori.

Vide pulchram deſcriptionem pœnitentis & orantis. Primo enim à longe ſtabat publicanus. Sciebat ſe longe eſſe à Deo. Quamobrem in templo à longe ſtabat, indignum ſe æſtimans, qui propius aut vicinius ad ſancta templi accederet. Ignominiam itaq; ſuam aſpiciens, nolebat ad cœlum oculos leuare, propterea quod Deum cœlorum Deumq; qui in cœlis habitat offenderat, verſus quem faciem conuertere indignum arbitrabatur. Nimio itaque pudore compulſus, faciem leuare nō potuit. Percutiebat autem pectus ſuum, quaſi puniens in ſemetipſo q̄ male egerat, dicens: Deus propicius eſto mihi peccatori. Quā breuis hæc fuit oratio, quā cito tamen exaudita eſt, & quàm fortiter impetrauit? Eſt autem hæc oratio compoſita ab ipſo Chriſto. Parabolam enim retulit hic, non hiſtoriā. Vtere igitur hac oratione crebro, quia indubitatū eſt verbis ſuis Chriſtum ſingularem etiam dediſſe virtutem. Vide autem quàm differenter ſe publicanus in oratione habuit à Phariſęo. In nullo enim ei ſimilis fuit, niſi quod ſtetit. Differt tamē in hoc quoq;, quod à longe ſtabat publicanus: Phariſæus autem præſumptuoſus propius accedebat. Deinde ad alia nihil habuit commune cum Phariſæo publicanus. Siquidem verecundus oculos non audebat leuare ad Deum, quē offendiſſe ſciebat. Pectus tundebat, peccatorem ſe confitebatur, veniā & miſericordiā poſtulabat.

Amen dico uobis: Deſcendit hic iuſtificatus in domū ſuam ab illo.

Iuſtificatus narratur hic publicanus ab illo. A quo? Non à Phariſęo. Hic enim qui per ſuperbiam iniquus erat, neminem iuſtificare poterat. Sed iuſtificatus eſt publicanus ab illo, hoc eſt, à Deo, quem inuocauit, cui dixit: Deus propicius eſto mihi peccatori. Aut certe iuſtificatus eſt ab illo hoc eſt, præ illo Phariſæo. Nam Phariſęus immundus templum intrauit, ſed exiuit immundior. Publicanus vero immundus intrauit, ſed mundus & iuſtificatus exiuit. Attendite tamen diaboli fraudem. Phariſæum hūc permiſit, & fortaſſe impulit (ita enim ſolet diabolus) ad facienda opera bona vnde ſe iactaret, vnde gloriaretur, ſciēs nihil illi profutura omnia illa opera bona, niſi ad maiorem ſuperbiam & grauiorem ruinam. Quo enim plura agebat bona, eo ſemper fiebat ſuperbior. Hoc modo multos incaute fallit diabolus, quos in vno retinet peccato: de quo tamen parum aduertunt delinquentes aut curant, credentes ſe, quia multa alia faciunt bona, de hoc vno peccato non periclitari, nec aduertentes quod Iacobus, inquit, Apoſtolus: Qui obſeruauerit totam legem, in vno autem Iacobi 2 offendit, factus eſt omnium reus. Siquidē ad hoc vt homo ſit iuſtus aut bonus, neceſſe eſt omnes conditiones bonas & virtutes ei ineſſe. Quarum ſi vna defuerit, non poteſt eſſe bonus. Porro quod homo fiat malus, ſufficit vnam ei malam conditionem quę peccatum ſit mortale adeſſe, tametſi oēs alias videatur habere virtutes: nullam tamen habere virtutem credēdus eſt, ſi vel vnam non habeat. Nullam habet, ſi non oēs habet. Neq; eīn aliter iuberis diligere dn̄m Deum tuū, q̄ ex toto corde tuo. Deut. 6 Marc. 12 Atq; ideo infinita licet egeris bona opera, non poteris iuſtificari, ſi in vno perſeueraueris peccato. Dicitur aūt publicanus hic iuſtificatus exiſſe de templo. Quomodo? Nunquid per opera bona? Minime. Neq; eīn habuit opera bona, per quæ iuſtificaretur. Si eīn hæc habuiſſet, iam nō fuiſſet peccator, ſed iuſtus, quia nemo opera habet bona ſine gratia dei, nec vſpiam bona ſunt opera quæ à Deo coronentur, niſi vbi fuerit gratia Dei. Non enim (ſicut Apoſtolus Tit. 3 Paulus dicit) ex opibus quæ fecimus nos,

ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos
nos fecit: hoc eſt, in ſtatũ ſalutis & in gra-
tiam ſuam nos recepit. Qui enim in pecca
to eſt non poteſt opera facere per quæ iu-
ſtificetur, id eſt, per quæ ex filio iræ efficia
Ephe. 2 tur filius adoptionis & gratiæ. Sed gratia
Dei, inquit, ſaluati eſtis per fidem, & non
ex operibus, præuijs ſcilicet ante fidem, pu
ta antequam recepti eſtis in gratiam. Lo-
quitur autem hic Paulus de iuſtificatione
prima, qua ex infideli fidelis, ex peccatore
iuſtus, ex filio diaboli efficitur filius Dei.
Hæc enim ex nullis eſt operibus, quando-
quidem & fidẽ nemo ex ſeipſo habet, ſed
Dei donũ eſt, & à Deo infuſa virtus. Hoc
modo publicanus iuſtificatus eſt ex Dei
miſericordia & gratia illum illuminante,
qua credidit peccata ſibi dimitti, & propi-
cium inuenire (ſicut orauit) Deum. Alia
eſt autem iuſtificatio, quando quis iuſtifi-
catus eſt, & Dei iam filius eſt factus, adeo
vt Deus iam operetur in eo. Hic poteſt ex
iuſto iuſtificari ſeu iuſtior fieri, vt ex gra-
tia Dei & bonis operibus maiorẽ iuſtitiæ
Apoc. 22 gradum obtineat. Bona enim hominis o-
pera, vt ſint bona, à gratia Dei habent coo
perante. De hac iuſtificatiõe ſcriptum eſt:
Iuſtus iuſtificetur adhuc. De hac iuſtifica-
Iacob. 2 tione etiam loquitur Iacobus in epiſtola,
quando hominem aſſerit iuſtificari ex ope
ribus. Hoc eſt, eum non qui adhuc in pec-
catis eſt conſtitutus, ſed qui per Dei gratiã
& fidem iam iuſtificatus eſt, per bona ope
ra Deo cooperante iuſtificari, hoc eſt, in iu
ſtitia creſcere atq; ſeipſo fieri meliorem: li
cet huius iuſtificationis quoq; præcipuum
quod in ea eſt, ſit Dei gratia.

Quia omnis qui ſe exaltat hu-
miliabitur, & qui ſe humiliat exalta-
bitur.

Hæc ſententia in omnes fertur, qui ſe ex-
altant, qui volunt eſſe magni: non in eos,
qui aut prouidentia diuina aut humana
authoritate in Deo fundata (cui reſiſten-
Iob 36 dum non eſt) exaltantur. Deus enim po-
tentes non abijcit, cum ipſe ſit potens. Ipſe
innumeros ſeruos ſuos, qui nihil in oculis
Pſalm. 73 ſuis erant, & latere abijciq; cupiebant, glo-
rificauit & exaltauit. Quo circa hic neque
magnus, neq; vilis vituperatur: ſed lauda-
tur qui ſuperbiam odit, qui humilitatem
diligit, & q Chriſti ſatagit eſſe diſcipulus,
diſcẽs à magiſtro humilis & mitis eſſe cor
Matth. 11 de. Tam odibilis enim deo & hominibus
eſt ſuperbia, q̃ grata humilitas. Nemo cũ
ſuperbo libenter cõuerſatur. Scitur nanq;
non diuturnam pacem poſſe ſtare vbi re-
gnat ſuperbia. Inuenit enim ſibi inuiden-
tes, & qui aſcendere cupiant ex aduerſo.
Quapropter ſuperbus odit ſuperbum, ſu-
perbus inuidet ſuperbo: quia poſſunt qui
dem dilectionem ſimulare, ſed nõ poſſunt
in veritate mutuo ſibi exhibere. Nemini
aũt poteſt humilitas eſſe odioſa. Nihil eñ
temporale diligit. Vnde cum omnibus pa
cem faciliter poſſidet hũilis. Humilis tam-
etſi defectuoſus imperfectusq; fuerit, por-
tatur tñ ab omnibus. Humilitas eñ illũ ex
cuſat atq; cõmendat. At vero ſuperbus, ſo
lo nomine audito quod ſuperbus ſit, fugi-
tur ab omnibus. Quapropter filij eſtote
humiles, cognoſcentes imperfectiones ve
ſtras. Neminem iudicate, de alijs meliora,
quã de vobiſipſis ſentite. Voſipſos ſemper
reprehendite, & priora contemnentes ad Iaco. 4
perfectiora anhelate. Deus autem qui ſu- 1. Petri. 5
perbis reſiſtit, & humiles diligit, dabit quo
que vobis gratiam ſuam, qui eſt benedi-
ctus in ſecula, Amen.

SERMO IN EADEM Dominica. Quæ oratio Deo placeat, & quam ſtulta ſit omnis ſuperbia.

DEus propicius eſto mihi pec
catori. Luc. XVIII. Oratio-
nem breuem nos docuit pijſ
ſimus dñs, ſalutarem tamen.
Quid eñ breuius his quinq;
verbis: Deus propicius eſto mihi peccato-
ri? Tantæ tamen ſunt virtutis hæc verba,
tantæ efficaciæ, vt ſi ex animo & veritate,
hoc eſt, ſi ex dolore cordis de ſuis peccatis
pœnitens quis dicat, vt omnipotentem li-
gent, vt immutabilem mutent, vt ab infer
no liberent, gehennã deprecentur, vitam-
que obtineant æternam. Eſt enim infinitę
bonitatis Deus, qui nuſquam magis incli-
natur, ad nihil aliud celerius trahitur, quã
ad parcendum & miſerẽdum. Nunquam
igitur de ore noſtro, nunq̃ de corde no-
ſtro hæc verba recedant: Deus propicius
eſto mihi peccatori. Eſt aũt hæc oratio in
Euangelio hodierno prædicata & cogni-
ta huius eſſe virtutis, vt per eandem homo
publicanus ſuis peccatis abſolutus atque
iuſtificatus in ſuam rediret domũ. Habet
enim Euãgelium hoc quæ ædificant mul-
ta.

ta. Primũ namq; eſt, quod duo homines aſcenderunt oraturi in templo. Aſcenderunt in templum vt orarent, non vt fabularētur de ſuis mercibus, vt de ſuis tractarent negotiationibus, aut vt nouos audirent rumores, ſed vt, inquit, orarēt. Secundo oſtenditur oratio quæ ſit commendabilis. Non enim vniformiter hi duo orauerunt. Itaque ſuperbi oratio contēnitur, pœnitentis & humilis oratio acceptatur. Superbus quãuis Deo de acceptis bonis gratias agat, tamē alios contēnit pauperes & ꝓximos ſuos, alios iudicat, & ſe illis pręfert. Cuius nullam poteſt habere occaſionem, niſi q̄a de Dei donis ſibi vſurpat gloriam. Si enim vere gratias ageret, ſi vere ex Deo ſe hæc accepiſſe cognoſceret, nihil in his inueniret, cuius ſibi gloriam arrogare poſſet aut laudem. Nihil, inquam, ſibi aſſcribendum, nihil vnde aut inaniter gloriari, aut vnde alium poſſet cōtemnere in ſe agnoſceret. Si enim Phariſæus non ſuperbiſſet, hæc eius fuiſſet oratio: Gratias tibi ago domine Deus meus, quia à multis me defendiſti ſeruaſtique peccatis, quæ proculdubio, niſi tua miſericordia ſuper me protegens fuiſſet, obruiſſent me. Neque enim ego, quàm alij qui peccant, ſum fortior aut conſtantior: ſed vbicunque ego non peccaui, tuæ id eſt gratiæ, nō meæ infirmitatis: in qua ſi relictus eſſem, omnibus forem peccantibus infelicior. Quantum igitur ex me eſt, in omnibus ego deliqui. Quantum vero nō cecidi, id eſt gratiæ tuæ. Quod autem ſolius gratiæ tuæ eſt, quomodo mihi poſſum aſſcribere? aut quomodo poſſum inde gloriari? aut quomodo quempiam propterea alium poſſum contemnere? Verum adeo non ſapiens fuit ſuperbus. Revera enim ſuperbia eſt ſimul ſtultitia. Siquidem in hoc ſuperbo phariſæo, multa quæ ſtultitiam indicant, fuere. Nam quod orationem facturus non ab humilitate, ſed à iactantia incipit, quid aliud fuit q̄ ſtultitia? Si enim vtiliter ei eſſet orãdum in humilitatem, hoc eſt, in ſui cognitionem ſe primo debuiſſet deprimere, quo compunctus vtiliter oraſſet. Ipſe vero diuitias ſuas oſtendit, qui ad mendicandum venerat. Longe aliter faciunt pauperes, qui non ea quæ habēt, ſed quibus carent, egeſtatemque ſuam indicant. Ea quoque ſiue ſint plagæ, ſiue corporis vulnera oſtentant, vnde homines moueantur ad miſericordiam, compaſſionem, & ad tribuendum. Hoc modo corã Deo ſua mala narraſſet, non quod Deo cōfeſſione manifeſtari poſſint incognita, ſed quod ſeipſum cognoſcendo atque expendendo in ſui prouocaret deteſtationem. Scriptum eſt enim: Oratio humiliantis ſe penetrat cœlos. Inde enim orta illi eſſet cōpunctio atque deuotio, vt quo ſe longius à Deo abeſſe cōſpiceret, eo appropinquare ei vehementius deſideraret. Secunda, fuit huius phariſæi ſtultitia, putare ſcilicet ſolem iuſtitiæ nuſquam alibi, quàm apud ſe lucere, quaſi ſolus ipſe foret iuſtus. Sic enim loquitur: Quia non ſum ſicut cæteri homines. Potius cogitaſſet Dei gratiã in omni homine alio operari, præterquã in ſe. Sic olim Elias, licet diſſimili animo, putabat præter ſe neminem in terra Iſrael ſupereſſe, qui coleret dominum, dicens: Altaria tua domine ſuffoderunt, & prophetas tuos occiderunt: et relictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam, vt auferant eam. Sed quid reſpondit illi dominus? Et derelinquam mihi in Iſrael ſeptē milia virorum, qui non curuauerunt genua ſua ante Baal. Habet ergo ſeruos occultos ſuos dominus multos, quorum vt ſanctitas nobis ignota eſt (neque enim videre corda poſſumus hominũ) ita etiam iudicare debemus neminē, ſed omnes exiſtimare nobis meliores. Ideo ſcribit Bernardus ad fratres de monte Dei, hoc eſt, ad Carthuſienſes: Nolo vt arbitreris ſolem nuſquam lucere niſi in cella tua. Ita enim faciunt quidam, qui alios propterea quod ſuo more non viuunt, deſpiciũt. Nihil enim illis præter ſua placet. Tu vero noli quempiã iudicare, ſi non faciat quod tu facis. Sunt enim varij ad ſeruiendum Deo modi, puta illum alio modo, quē tu neſcis, placere Chriſto eidēq; ſeruire. Tertia ſtultitia illius phariſæi eſt, quod gloriabatur tanq̃ de virtutibus, quæ tamen virtutes non erant. Ac ſi de aureo quis gloriaretur nummo, qui tamen non aureus, ſed cupreus eſſet. Hoc modo iactabat ſe nō eſſe vt cæteros homines vitioſos. Quo iuſtũ ſe & mundum arbitrabatur, nō intelligēs ipſa ſuperbia, qua inquinabatur, fieri vt nihil in eo eſſet virtuoſum. Quaſcũq; enim inuenerit ſuperbia virtutes, deſtruit & inquinat. Erat autē phariſæus de illis vnus, qui in ſe confidebant tanquam iuſti, & aſpernabantur cæteros, quod inſipientiſſimũ eſt. Quãdoquidē ſine Dei auxilio, ſiue ea lo-

Eccli. 35
3. Reg. 19
Roma. 11
Bernar.

ea loquamur quæ faciunt ad declinationẽ
mali,ſiue ea quæ ad operationẽ boni pro-
mouẽt, nihil poſſumus iuxta verbum A-
2.Cor.3 poſtoli:Non quod ſufficientes ſumus ali-
quid cogitare ex nobis, tanquam ex no-
bis.Quiſquis aliud de ſe credit aut præſu-
mit, ſtultus eſt & ruinæ proximus. Vnde
Ierem. 48 per Ieremiam dicit dominus: Eo quod fi-
duciam habuiſti in munitionibus tuis &
in theſauris tuis, & tu quoque capieris.
Nullam vult neque in nobis,neque alia in
re quapiam nos habere fiduciam,nec vult
1.Cor.1 nos gloriari,niſi in ſe domino Deo. Cæte
rum quas ediuerſo orandi cõditiones pu
blicanus tenuerit videamus.Neque enim
otioſe Chriſtus adeo illum laudauit, vt e-
tiam illum iuſtificatum in domũ redijſſe
nobis nunciaret,niſi merita illum cõmen-
daſſent,& niſi,q̃ phariſæus,ſanctiorẽ caſti
orẽq; nobis dediſſet formã orandi. Publi
canus itaque dum voluit orare, primo a-
gnouit peccatum ſuum:cuius agnitio &
dolor impulit eum vt oraret. Videbat e-
nim ſe in malo conſtitutum, & niſi domi
nus adiuuiſſet eum,hoc eſt, niſi miſericor
diter egiſſet cum illo, paulominus habi-
Pſalm.93 taſſet in inferno anima eius. Non igitur
ex conſuetudine,vt ſolent multi,non pro
pter metum hominum, in quorum habe-
batur iam oculis, ignominioſus vtpote
publicanus, ſed ſtimulante compunctio-
ne, excitante ſe diuina gratia (cui auſcul-
tabat) cor ſuũ voluit Deo paucis quidem
verbis, ſed magno gemitu profundaque
humilitate effundere. Agnouit ergo pec-
catum: cuius cognitio illum impulit cur-
rere ad templum, induxitque verecundi-
am,vt ſtaret à longe, non audẽs propius
aut interius intrare templum in conſpe-
ctum Dei.Secundo,fuit eius oratio humi
lis.Optima eſt hæc orantis conditio. Ne-
que enim non poteſt non exaudiri. Vide
autem quàm verecunda illius fuerit hu-
militas.Nõ audebat inquit,oculos ad cœ-
lum leuare, erubeſcens coram Deo quod
tanto illum tempore contẽpſiſſet. Simile
Lucæ 7 aliquid in beata Maria Magdalena reper
tum eſt, quæ ſtabat retro ſecus pedes do-
mini Ieſu plena compũctione,plena vere-
cundia,plena humilitate.Similiquoq; mo
do Petrus Chriſto dicit in miraculo piſci-
Lucæ 5 um:Exi à me domine, quia peccator ego
Mat. 8 ſum.Et Centurio: Domine non ſum di-
gnus vt intres ſub tectum meum. Cõſide
rabant enim hi omnes ſuam paruitatẽ ſu-
amq; vilitatem,& ediuerſo maieſtatem di
uinam. Tertio percuſſit pectus ſuum, fon
tem ac ſcaturiginem peccatorũ vnde ma-
lum omne prodierat. Ex corde enim, in- Mat.
quit Veritas, prodeunt cogitatiões malę,
adulteria,veneficia,comeſſatiões,&c.Per
cutit igitur atq; tundit cor ſuum tãquam
originem,vnde peccatum exierat,puniẽs.
Sciebat enim quod cor contritum & hu- Pſal.
miliatum Deus non modo non deſpicit, Pſal.
ſed etiã iuxta eſt his q tribulato ſunt cor-
de:maxime ſi propter peccata ſua, quibus
Deum amantiſſimumq; patrẽ ſuum offen
derunt,affligantur. Quarto, quia inuocat Mat.
Deũ.Hic eñ ſolus peccata dimittit.Quin-
to, quia nihil in ſui excuſationẽ adducit,
ſed verecunde peccatũ ſuũ confitetur:nec
quare ſui miſereatur quicqam citat aut ad
ducit, niſi quoniam ipſe dominus bonus Pſal.
eſt, & quoniam in ſeculum miſericordia
eius.Eſto,inquit, propitius. Ac ſi diceret:
Nihil habeo petere, iuſtum etiam non eſt
me rogare te,quẽ toties offendi:nihil offe
rendum habeo,q̃ miſeriam meam ſanan-
dam,qua hactenus te offendi. Hoc ſolum
ad te clamare poſſum: Domine miſerere
mei, qa peccator ego ſum:vires meas pec-
cando exhauſi.Ideo cũ tibi nũc ſeruire de
berem,inutilis et infirmus ſum. Vnum igi
tur mihi ad te o Deus miſericordiæ reli-
ctum eſt verbũ: Miſerere mei Deus ſecun Pſalm.
dum magnã miſericordiam tuã. Et:Deus Lucæ
propitius eſto mihi peccatori. Itaq; cum
nulla habeam merita,nulla iuſtitię opera,
propter temetipſum Deus meus propiti-
us eſto mihi peccatori. Tu eñ in Iſaia pro- Iſaiæ
miſiſti nobis:Ego ſum,ego ſum ipſe q de-
leo iniquitates tuas propter me. Eſto igi-
tur propitius etiam mihi peccatori.Si nul
lius vnq̃ peccatoris miſertus es, nõ audeo
rogare vt mei miſerearis, aut vt mihi, q̃d
nulli alteri,facias. Sed ſi cuiuſpiã, imo qa
omnium miſereris qui te inuocant, rogo
præcipue mei,qui omnibus ſicut vilior,ita
& infirmior ſum,miſerearis.Videte igitur
cuiuſmodi fuerint arma publicani iſtius,
quibus pugnauit contra Deum.Vere effi-
cacia,vere potentia, ſed contra miſericor-
diſſimum, quibus tamen ſimul potentiſſi-
mus vinceretur, flecteretur q; iuſtiſſimus.
Obſerua aũt hic fili, qa publicanus hic iu
ſtificatus eſt, nõ quia habuit opera bona,
ſed qa non habens opera bona,habuit hu
militatem,contritionem,orationem & fi
dem: quomodo nec phariſæus eſt repba-
tus

tus propterea, quod alia habuit opera ma
la, ſed quia in ſuis operibus ſuperbiam ha
buit & arrogantiã, & alios, quibus ſe præ-
ferebat, contempſit. Non igitur hic diſca-
mus non operari bonum, ſed non præſu-
mere de operibus bonis, quaſi non egea-
mus miſericordia Chriſti, ſine qua omnis
noſtra iuſtitia eſt iniuſtitia. Et vt quãtum-
libet videamus proximos peccantes, non
tamen eos iudicemus, hoc eſt, non cõtem-
namus. Qui enim heri peccauit, qui ſcis an
hodie in peccato perſiſtat, an Dei interim
amicus effectus ſit? Itaque duo ſunt nobis
obſeruãda. Primũ eſt, non fidere in operi
bus noſtris. Deinde, neminẽ iudicare aut
Eccli 3 ſpernere. Quicqd igit̃ potes fili, ad Dei fac
Roma. 12 gloriam. Non ſolum quę tibi præcepit do
minus facito, ſed quę ſit etiam dei benepla
cens & perfecta voluntas diſce, & illam,
tametſi non præceperit Deus humanæ cõ
deſcendens imbecillitati, facito. Multa e-
nim ſunt, quæ non præcepit Deus, quæ ta
men Deo acceptiſſima ſunt. Verbi gratia:
Virginitatem aut cœlibatum non præce-
pit Deus propter continentiæ difficultatẽ,
tñ ſi obſeruas, Deo rem acceptiſſimam fa-
cis. Quomodo enim beata Maria virgini-
tatem (quæ olim in lege probroſa erat,
vtpote infœcunda) elegiſſet, aut Iohannes
Baptiſta aut ſanctus Iohannes Euangeli-
ſta & reliqui, niſi hanc Deo placentiſſimã,
licet non præceptam, cognouiſſent? Li-
cet autem virginitas præcepta non ſit, in
Iſaiæ 56 ſcriptura tamen veteri, maxime in Iſaia,
vbi de eunuchis ſuis dominus loquit̃, ve-
Matt. 19 hementer cõmendatur. In Euangelio quo
que ſimiliter Chriſtus laudat eunuchos,
qui ſe caſtrant propter regnum Dei. Non
prohibuit dominus nobis vinum bibere,
aut carnes comedere. Qui tamẽ Dei amo-
re ſibiipſi hanc delectationem ſubtrahit,
atq; à vino aut carnibus aut ab vtroq; tẽ-
perat (ita tamen vt non abſtinentem, tem-
pore quo eccleſia eſum carnium non pro-
hibet, non iudicet) Deo rem acceptam fa-
cit. Quõ enim rem Deo non acceptã face-
ret, à carne aut vino eius amore (ſi tñ vires
Matt. 10 hominis permittunt) abſtinens, quando is
qui ciphum aquæ alteri Dei cõtẽplatio-
ne porrigit, mercedem recipere æternam
perhibetur? Quod vt euidentius manife-
Ierem. 35 ſtetur, ex Ieremia hic recitem⁹, quę de Re
chabitis leguntur, ad quos Ieremiam dñs
miſit, dicens: Vade ad domum Rechabi-
tarum, & loquere eis, & introduces eos in
domum dñi, in vnam exedram theſauro-
rum, & dabis eis bibere vinum. Et hoc fe-
cit Ieremias (vt ſequitur ibidem) introdu-
cens omnem domum Rechabitarũ in do
mũ dñi. Quibus (vt de ſe refert Ieremias)
poſuit coram illis ciphos plenos vino, &
calices, & dixit ad eos: Bibite vinum. Qui
reſponderunt: Non bibemus vinum, quia
Ionadab filius Rechab pater noſter præce
pit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos,
& filij veſtri vſque in ſempiternum. Et do
mum non ædificabitis, & ſementem non
ſeretis, & vineas non plantabitis, nec ha-
bebitis domos: ſed in tabernaculis habita
bitis cunctis diebus veſtris, vt viuatis die-
bus multis ſuper faciem terræ, in qua vos
peregrinamini. Obediuimus ergo voci Io
nadab filij Rechab patris noſtri in omni-
bus quæ pręcepit nobis, vt nõ biberemus
vinum cunctis diebus noſtris, nos & mu-
lieres noſtræ, filij & filię noſtræ, & nõ ædi
ficaremus domum ad habitandum & vi-
neam & agrum, & ſementem non habui-
mus: ſed habitauimus in tabernaculis, &
obedientes fuimus iuxta omnia quæ præ-
cepit nobis Ionadab pater noſter. Et factũ
eſt verbum domini ad Ieremiam, dicens:
Hæc dicit dominus exercituũ Deus Iſra-
el: Vade & dic viris Iuda & habitatoribus
Ieruſalem: Nunquid recipietis diſciplinã,
vt obediatis verbis meis dicit dominus?
Præualuerunt ſermones Ionadab filij Re
chab, quos præcepit filijs ſuis, vt non bi-
berent vinum: & non biberunt vſque ad
hanc diẽ, qa obedierunt p̃cepto patris ſui.
Ego autem locutus ſum ad vos de mane
conſurgens & loquens, & non obediſtis
mihi. Videtis hic ꝙ dominus obedientiã
commẽdat Rechabitarum, qui nullo prę-
cepto diuino iuſſi, ſed tantũ ſui patris aut
perſuaſione aut præcepto inducti, has ob
ſeruantias, quas illorum pater eis, non cõ-
tra Dei præceptum, nec etiã tanq̃ Dei præ
ceptum, ſed vt ſuum mandatum, quo ta-
men minus tranſgrederentur Dei præce-
cepta, legiſq; ſeruarent diſciplinam, iniun
xit, ſunt amplexi & propterea hic laudan
tur? Vbi ſunt hi, qui dicunt Deo non pla-
cere quicqd ipſemet verbis lucidis in ſcri-
ptura non præceperit? Ecce vides hic quæ
Rechabitæ obſeruabant non præceperat
Deus, nihilominus tñ ei illa eadẽ placue-
runt, q̃ Ionadab filius Rechab ſuis filijs p̃-
cepit. Placuit quoq; illi Rechabitarum o-
bedientia. Quod vt perfectius intelligas,
ex re-

ex repromiſſione Dei illis facta audies eorum obſeruantias Deo placuiſſe. Nam ſequitur ibidem: Domui aũt Rechabitarũ dixit Ieremias: Hæc dicit dñs Deus exercituum Deus Iſrael: Pro eo ꝙ obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata eius, & feciſtis vniuerſa quæ præcepit vobis. Propterea hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: Nõ deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab ſtãs in conſpectu meo cunctis diebus. Quid his dices? Rechabitæ patris ſui regulam licet à patre tãtum ſibi ſtatutam aut iuſſam ſeruantes, à domino apprime laudantur. Et Franciſcani ſui patris Franciſci regulã ex Euangelio deſumptam, et pro Euangelij obſeruantia traditam, alijve monachi ſuorum patrum regulas pro Dei cultu Euangelij obſeruantia cuſtodiendas, Euãgelio aut quadrantes aut inde ſumptas, arguentur? Dicunt enim Lutherani monachorum regulas hominum duntaxat eſſe inuenta. Si inuenta ſunt hominũ, vel ideo ſunt, quia certe per homines, vt etiam lex vetus & nouum teſtamentum per homines ſcripta ſunt. Non tamen inuẽta ſunt hominum, vt abſq; ſpiritu ſancto, humano tantum ſpiritu ſint ſcripta. Quicquid igitur, vt dixi, boni feceris, & quantum vltra quàm præceptũ eſt te extẽderis, (quoniam charitas & proficiendi ſtudium non habent menſuram, nec arctantur præceptis) Deo acceptum eſt. Tu ſaltem vide, ne, quod poſſis, quicquã bonorum intermiſeris aut neglexeris. Noli tamen in his fidere, noli iactare, noli de his gloriari. Noli etiam quæcunq; tua opera æſtimare ea ſynceritate aut charitate facta, vt his meriti præmijve quicquã à Deo debeatur: ſed pure in miſericordia Dei & in Chriſti meritis confide et requieſce. Quod omnibus nobis largiatur dñs noſter Ieſus Chriſtus benedictus in ſecula. Amen.

DOMINICA XII. POST DOMINICAM S. Trinitatis, epiſtola beati Pauli II. ad Corin. III.

FIduciam talem habemus per Chriſtum ad Deum: Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti: non litera, ſed ſpiritu. Litera enim occidit, ſpiritus autem uiuificat. Quod ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moſi, propter gloriam uultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? Nam ſi miniſtratio damnationis in gloria eſt: multo magis abundat miniſterium iuſtitiæ in gloria.

PARAPHRASIS IN EANdem epiſtolam.

ANte hanc lectionem, cũ nonnulla ſcripſiſſet Paulus, quibus videri poterat ſeipſum cõmendare, vt plæriq; pſeudoapoſtoli faciebant, qui commẽdatitijs epiſtolis vtebantur, huius nunc rationem explicat in hac lectiõe. Quaſi diceret: Diximus quia Deus ſemper per nos triumphat, & notitiæ ſuę odorem per nos manifeſtat, Chriſtique bonus Deo odor ſumus. 2.Cor.2 Quod non ideo vt nos commendemus ipſos dictum putetis, nec propterea quod viribus noſtris quicquam tribuamus, ſed quod tantam fiduciã habeamus ad Deum (à quo quicquid boni nobis eſt datũ habemus, eiq; acceptum referimus) quare confidenter & ſecure ſic loquimur. Non eñ dicimus ꝙ ad hoc ſufficientes ſimus, quo aliquid ſanctũ ſalutareve cogitemus ex nobis tanq̃ ex nobis, ſiue ex ꝓprio (tantum abeſt vt quicquam loqui itẽ aut agere valeamus) ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt, à quo omne donum eſt optimum & omne datũ perfectum, qui operatur in nobis & velle et perficere. Iacobi 1 Phili. 2 Qui & idoneos nos fecit miniſtros nõ veteris teſtamenti, vt pſeudo volunt eſſe apoſtoli ſed Euangelicæ legis, & noui teſtamenti

gra-

gratiæ, quod in litera haudquaquam ſitū
eſt docente, ſed in ſpiritu adiuuante. Lite-
ra enim tantum docens, & non præbens
auxiliū, tametſi in ſe bona ſit, occaſionali-
ter tamen occidit, dum facit ſciēter pecca-
re. Spiritus autem viuificat, dum quæ iuſſa
ſunt etiam facit implere. Nam et Chriſtus
non per externam ſcripturam, ſed per in-
ternam illuminationem & vnctionem le-
gem ſuam tradidit apoſtolis. Quod ſi mi-
niſtratio mortis, i. lex vetus, quæ præuari
catores per occaſionem facit, dū iubet &
nō adiuuat, cuiuſq;, vt dixi, litera occidit,
literis deſcripta in tabulis lapideis (quan-
tum ad præceptorum decalogum attinet)
Exod. 34 fuit in gloria. i. ſplendorem habuit in ſuo
latore Moſe, qui hanc vt miniſter tātum,
pronunciauit, ita vt non poſſent filij Iſra-
el intueri in faciem Moſi propter clarita-
tem vultus eius, quam ſortitus ex conſor-
tio & colloquio eſt Dei. Inde enim radij
procedebant ſplendidi, reuerberantes fili
orum Iſrael intuitum. Quamobrem Mo-
ſes ponere cogebatur velamen ſuper faciē
ſuam dum filijs loqueretur Iſrael: quæ ta-
men gloria ſeu claritas euacuatur, id eſt,
finem accepit. Euangelica enim lege vul-
gata, veteris legis gloria cito finē ſumpſit.
Itaq; ſi miniſtratio legis veteris, quę quidē
ꝓhibebat multa, pluraq; præcipiebat: ſub-
ditum tamen legis, quo legem ſeruaret o-
bediretque, non adiuuabat. Quo ſumpta
inde homini occaſione peccatum magis
faciebat, quàm tollebat. Si enim non fuiſ-
ſet prohibitio, non fuiſſet etiam tranſgreſ-
ſio. Vbi vero nulla eſt præuaricatio, ibi nō
eſt peccatum. Sine lege ergo peccatum nō
erat, quod per legem, id eſt, occaſione le-
gis, noſtræq; infirmitatis & inobedientiæ
fiebat. Quippe cum legem ſine gratia ob-
ſeruari, præſertim ad iuſtificationem, poſ-
ſibile non eſſet. Si ergo (iterum dico) mini
ſtratio mortis habuit gloriam, quomodo
nō magis miniſtratio ſpiritus, puta lex E-
uangelica per ſpiritum ſanctum indita nō
erit glorioſa, aut non habebit gloriam &
dignitatem? Nam ſi miniſtratio damnati
onis, id eſt, vetus lex, quæ ſui tranſgreſſo-
res mox damnat, nec ad pœnitentiam ex-
pectat in gloria eſt, & ſi honor & dignitas
eſt Moſi, per quem data ſeu promulgata,
ac miniſtrata eſt lex, multo magis miniſte
rium iuſtitiæ, hoc eſt, Euangelium & ex-
hibitio nouæ legis, ſeu legis gratiæ, veram
iuſtitiam docentis, & gratiam iuſte viuen
di conferentis, abundat in gloria.

EXEGESIS EVANGE- lij dominicæ XII. poſt domini- cam S. Trinitatis. Mar. VII.

NON AD HOC
pręcipue dn̄s noſter
Ieſus Chr̄s in hunc
venit mundum, vt
infirmorum corpo
ra ſanaret, beneficia
que erogaret corpo
ralia, nec vt tēpora-
lem nobis adferret ſalutem, ſed vt animas
ſaluas faceret quæ perierant. Venit Euan
gelium ſuum nobis annunciare, venit re- Lucæ 19 Mat. 4
gnum prędicare cœlorum, quia venit pec Lucæ 1
catorum dare remiſſionem. Venit mun- Iohan. 3
do prędicare, vt omnis qui credit in illum
non pereat, ſed habeat vitam æternam.
Quod vt fieret, hoc eſt, vt mundus illum
crederet ſaluatorem, & vt æternæ vitæ cre-
deretur promiſſio, eiuſque prædicatio eſſe
crederetur non fallax, fecit ſigna, prodi-
gia, miraculaq; multa: opera quidē cuiuſ-
modi nemo potuiſſet facere alius (vt Ni- Ibidem
codemus ait) niſi fuiſſet Deus cum eo. Si
enim in Chriſto fuiſſet falſitas ſeu impo-
ſtura non potuiſſet ſigna illa facere. Alio-
quin (quod impoſſibile erat) Deus, cuius
virtute hæc faciebat miracula, teſtis fuiſ-
ſet mendacij & impoſturæ. Signa igitur
& beneficia corporalia, confirmatio fue-
runt Euangelicæ prędicationis. Quamuis
enim ſpiritualia ſunt maiora digniora q;,
vt ſunt animarum conuerſio, peccatorum
remiſſio quàm depulſio morborū, ſunt
tamen corporalia beneficia notiora, vtpo
te viſibilia, per q̄ homines inuitati credāt
etiam ea quæ non vidētur beneficia Chri-
ſti ſpiritualia. Ita igitur loquitur Euange-
lium.

Exiens Ieſus de finibus Tyri, uenit
per Sidonem ad mare Galilææ, in-
ter medios fines Decapoleos.

Tyrus ciuitas fuit nota ex ꝓphetis an-
tiqua, omniumque opulētiſſima, cuius ex-
cellentiam non tacet Ezechiel propheta. Ezec. 26. 27
Hæc relicta fuerat de Chananæorum gē-
te, nec per filios Iſrael ex Aegypto redeun
tes, & terram promiſſionis occupātes de-
leta. Ad hanc omnia mundi precioſa con
fluebant: & erat ibi negociatio maxima,
quia

quia erat quaſi inſula maris. Quare tota regio quoq; vocabatur Tyrus. Ab his finibus egreſſus Ieſus, non legitur tamen intraſſe ciuitatem aut ibi prædicaſſe, fortaſſe ne Iudæis ſcandalum murmurandiq́; præberet occaſionem, ꝙ ſe.i. Iudæis qui legē ſeruaſſent relictis, iret ad gentes. Erat autem iuſtum aliquo mō vt Iudęis primo an-
Matt. 15 nunciaretur Euangelium, deinde & gentibus, vt factum eſt: quia ad filios Iſrael miſ-
Roma. 15 ſus erat dn̄s Ieſus, vt ipſemet fatetur. Paulus quoq;. Dico, inquit, Ieſum miniſtrum fuiſſe circuncisionis ad confirmandas promiſſiones patrum, quibus ſcilicet promiſſus erat venturus, gentes autem ſuper miſericordia honorificare Deum. Eamobrē
Mar. 10 Chriſtus diſcipulis quoq; ſuis dixerat: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis, ſcilicet ad prædicandum: ſed ite potius ad oues domus Iſrael. Circa fines igitur Tyri, vbi mixti gentibus aliquot erant Iudæi docuiſſe credendus eſt, ſed non moram ibi fecit. Si-
Matt. 15 don quoq; ciuitas eſt Chananæorum, Tyro minor. In his locis egreſſa mulier Chananæa, opem impetrauit filiæ ſuæ plena fide: de qua in dominica ſecunda Quadrageſimæ audiſtis. Venit autem fines illos egreſſus inter medios fines Decapoleos, quos non ingreſſus eſt, ſed veniſſe perhibetur in locum, qui medios fines decapoleos trans mare longe poſitos reſpicit.

Et adducunt ei ſurdum et mutum: & deprecabantur eum ut imponat illi manum.

Idem ipſe qui fuit mutus fuit quoq; ſurdus: & hoc dæmone illum obſidente. In
Matt. 12 Matthæo legitur: Oblatus eſt ei dæmonium habens cæcus & mutus. Laudatur autem hic fides offerentium, quandoquidē nihil plus rogabant, quàm vt infirmo Ieſus imponat manum: credentes ſalubrem Ieſu tactum muto ſufficere ad ſalutē. Per hunc ſurdum & mutum, dæmoneq; obſeſſum intelligimus peccatorem obſtinatum & frigidum, cui ea præcludit loca diabolus, per quæ intrare metuit huiuſcemodi, vnde illi poſſit venire ſalus. Eſt tamen hoc nobis primo ad conſolationem, ꝙ hunc quoq; audimus à dn̄o curatū. Pari quoq; modo non raro peccatores obſtinati & frigidi ad Deū conuertuntur. Sunt em̄ qui ad obiurgationes hominū, qui ad internas quoq; inſpiratiōes Dei obſurdeſcunt: nihilominus tamen ſibi interdū relicti à dn̄o miſericorditer reſpiciūtur, vt audiant qui non audiebant. Deinde alia nobis accedit conſolatio, ꝙ ſurdum hūc audimus curatum, licet non orantem. Neq; em̄ ipſe pro ſui acceſſit liberatiōe dn̄m rogans, ſed per alios eſt adductus, & nihilominus tamen adiutus. Quo intelligimus quoſdā ita peccato & mundo implicatos, vt ad Dei verbum ſint prorſus ſurdi: vt poté carni & bonis temporalibus immerſi, ſuam non cogitantes ſalutem: oratiōe tamen & compaſſione aliorum quandoque contingit, vt emendentur.

Et apprehendens eum de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius, & ſuſpiciens in cœlum ingemuit & ait illi: Hephethah, quod eſt adaperire.

Quod à turba ſeorſum curandum ſurdum mutumq́; abducit dominus, docere voluit vanam gloriam eſſe vitandā. Quāuis dominus vanam gloriā nihil habuit timere, nobis tamen voluit docere timendam. Ideo à turba illū duxit ſeorſum. Verum dicit quis, miraculum fiebat in ædificationem turbæ, ideo non debuit abſcondi. Dicendum: Chriſtus oſtendit quantū in ſe erat, nolebat enim laudem & gloriā ex miraculo, & propterea, vt nos eundem ſemper habere animum doceret in operibus quæ gloriam adducunt, ſurdū hunc eductum extra turbā, & quaſi ſecreto abſtractum curauit. Nihilominus tamen poſtea miraculum ſeſe loquebatur. Non em̄ potuit celare ſeipſum. Quomodo em̄ non manifeſtaretur miraculum factum, quando is qui pauloante viſus fuerat cęcus, mutus, ſurdus, obſeſſusq́; à dæmone, poſt breue temporis interuallum audiebat, loquebatur, carebatq́; dæmone? Vide autem quibus vtebatur ceremonijs ad dæmonis expulſionem, & pro curandis his omnibus infirmitatibus. Primo, miſit digitos ad auriculas eius. Deinde expuens, ſaliua ſua tetigit linguam eius, quo indicaret membra ſui corporis tanquam inſtrumenta organaq́; fuiſſe diuinitatis, per quæ diuinitas illius operaretur. Tertio, ſuſpexit in cœlū, patri ſuo cœleſti omnem virtutem adſcribens, à quo vt homo ſibi adeſſe ſciebat adiutorium. Quarto, ingemuit, non ob diffi-
culta-

cultatem miraculi, ſed huic miſero omnibusq; compatiens, qui ſub tyrannide premuntur diaboli. Gemebat quoq; propter ſignificationem myſticam. Peccatores eñ obſtinati qui iam etiam frontoſi ſunt adeo, vt neminem audiant, raro ac difficulter conuertuntur. Iohan. 11 Quamobrem vbi Lazarum quatriduanum ſuſcitare voluit mortuum ex monumento (in quo ſignificantur peccatores malæ conſuetudinis peccãdi oppreſſi) ſimili modo turbatus eſt ſpiritu fremẽs in ſemetipſo, quo difficultatem huiuſmodi peccatores reſuſcitandi monſtraret. Quod tñ ita intelligendũ nõ eſt, vt Deo difficile quicq̃ eſſe putemus, ſed qa huiuſmodi peccatores ſub libero arbitrio Deo reſiſtunt, gratiamq; Dei impugnant: ideo ſpiritus ſanctus locum nõ inuenit accedendi. Auguſt. Quamobrẽ ſancti Auguſtini ſententia eſt, maioris eſſe negocij ac difficultatis Deo impium iuſtificare aut conuertere, quàm cœlum & terram creare. Creare eñ cœlum & terrã poteſt Deus ſine vlla repugnantia. Non autem ſic poteſt hominem iuſtificare, niſi etiam conſentientem. Dedit eñ homini liberũ arbitrium, ꝙ ſinit illum quocunq; voluerit vertere. Si conuerterit illud homo ad bonũ (minus quidẽ tunc eſt efficax, robuſtũ aut potẽs) Deus tamen illud adiuuat, vt quicqd ſua minus valuerit virtute, hoc perficiatur diuina. In iuſtificatione eñ hominis, & in operatiõe boni, præcipuũ eſt Deus: qui tñ in hac ne nihil operatur niſi homine conſentiente & cooperãte. Idem Qui eñ creauit te (inquit Auguſtinus) ſine te, non ſaluabit te ſine te. Quod ſi liberum arbitriũ homo conuertit ad malũ (vbi magis eſt efficax et potens) Deus non cogit, nec violentia illi facit vi retrahens illum, ſed ęque ſinit illũ, quo vult progredi iuxta arbitriũ ſuũ, niſi ꝙ illum inuitat ſæpe ad meliora inſpirationibus ſanctis. Quod ſi amplecti noluerit homo, permittit illum quoq; obſtinari in malo. Eamobrem dixi in iuſtificatiõe hominis impij, Deum quaſi repugnantiã pati. Nunq̃ enim iuſtificabit niſi volentem. Poteſt quidem ex violẽte facere volẽtem: haudquaq̃ tamen nolentem iuſtificabit, quamdiu quis nolẽs aut inuitus repertus fuerit. Ob hanc itaq; ſignificandam difficultatem, qua conuertendi impij ſpiritui repugnant ſancto, ingemuit dñs. Quinto, dixit hephethah, quod eſt tantum dictum, ac ſi diceretur: Adaperire, imperans auribus & linguæ, vt omni remoto impedimento ſuum libere exequerẽtur officiũ.

Et ſtatim apertæ ſunt aures eius, et ſolutum eſt uinculum linguæ eius: & loquebatur recte.

Chriſti verbũ erat virtus & operatio. Eius dicere erat pſici & fieri. Ideo ad eius vocem mox reſerantur aures & lingua, & is qui mutus fuerat loquebatur. Dixi aũt ſupra per hunc ſurdum & mutum ſignificari peccatorẽ obſtinatũ. Ex malicia eñ diaboli fit, vt ea nobis claudantur, noſtra voluntate aut conſentiente, aut diſſimulãte, per quæ magis ad nos ſolent intrare, ea quibus reſipiſcere nos contingit. Eſt itaq; ſurdus quiſquis Dei non audierit clamorem. Clamat enim ad nos dominus multipliciter. Clamat in ſcripturis: et hoc multifariam quoque facit. Siquidem interdũ minatur, aliquando hortatur, quandoque etiam terret, quandoq; conſolatur, & ſæpe promittit, non raro, quaſi noſtri egeret pene rogát, vt noſtri miſereatur, nobis benefaciat, noſq; ſaluet. Clamat itaq; dominus per ſigna, per miracula, per beneficia: clamat per inſpiratiões, clamat per flagella. Vbique igitur clamat. Quid clamat? Vt deſeramus peccata noſtra, vt cõuertamur ad ſe ex toto corde noſtro, vt pœnitentiã agentes, ea quæ caduca & ad ſalutem infructuoſa ſunt, relinquamus. Lucæ 5 Ioel. 2 Hoc aũt nõ ſolũ per ſeipſum, ſed etiam facit per homines, puta per prælatos, per prædicatores, per alios viros Deum timentes. Qui dum nos à vitijs abſtrahere nitũtur, per eos dominus nobis loquitur. Itaq; ſi propter ſuperbiam tuam ab homine correptus fueris, ſi reprehẽſus ꝓpter lapſum carnis, aut ſi ad vitiorum deteſtationẽ hortatus fueris, clamat ad te dominus. Cuius ſi vocem audieris, erit tibi hæc in ſalutem. Cæterũ dñi vocem hanc multiplicem non audire eſt ſurdũ, atq; in anima obſtinatum eſſe. Hos tamen quoq; non raro dominus curat. Audi deinde q ſint muti ſpiritualiter. Qui Dei videt auditve iniuriam, & tacet non cõtradicens, mutus eſt. Qui detractiones audit, non repugnans ſed conſentiens, mutus eſt. Qui Deum orare laudareque negligit, mutus eſt. Qui erudire, q cõſolari contemnit proximum, qui denique conſulere rennuit ſuo fratri quæ ſalutaria ſunt, mutus eſt. Qui peccata ſua abnuit cõfiteri, mutus eſt. Qui videt proximum ſu-

um delinquentem aut errantem, & non
curat illum dehortari à peccato, aut redu-
cere, mutus eſt. Videamus nũc etiam quo
curauerit illum modo, & quid Chriſtus fe
cerit. Neque enim ſolo vſus eſt nutu, aut
verbo, aut voluntate, quamuis id ęque po
tuiſſet, ſed addit etiã ceremonias aliquas,
quæ ad noſtram conducerent inſtructio-
nem. Itaque primum eſt, quod à turba ſe-
parauit ſurdũ. Vbi enim adduxerint præ-
dicatores & prælati peccatorem ad Chri
ſtum. (Hi enim ſunt qui ſurdum Chriſto
Exod. 32 adducunt, quod Moſes fecit orans dñm
& dicẽs: Quieſcat ira tua domine: eſto pla-
cabilis ſuper nequitia populi tui) vbi er-
go, vt dixi, adduxerint domino, Chriſtus
illum apprehendit, iuxta illud: Apprehen
Ieremi. 31 di manum eorum, vt educerem eos de ter
ra Aegypti. Apprehenſio enim hæc Chri
ſti eſt ad gratiam ſuam, ſiue ad perſeuerã-
tiam. Nec ſolum apprehendit, ſed à turba
etiam ſeorſum abſtraxit, hoc eſt, à malorũ
conſortio ſeparauit. Nocẽt enim vehemẽ
ter nouiter conuerſis, ſeu conuertendis
exempla delinquentium ac malorum, no
cent eorum ſermones, quandoquidem vt
1. Cor. 15 Apoſtolus monet: Corrumpunt bonos
mores colloqa mala. Et naturale pene eſt
homini, cum quibus viuitur moribus aſſi
Pſalm. 17 mulari. Nam & Pſalmiſta dicit: ~~Cum ſan~~
~~cto ſanctus eris, & cũ viro innocẽte inno~~
~~cens eris. Et cum electo electus eris~~, & cũ
~~peruerſo peruerteris~~. Nõ poteſt dici, quan
tum noceat ſocietas peccantium. Neceſſe
igitur eſt vt tecum ipſe habites, ab homi-
num multitudine abſtractus, ſi mundam,
incontaminatamque ab hoc ſeculo vitam
agere cupis: idq; maxime hodie, quando
adeo corrupti ſunt hominũ mores, adeo
honeſtas infirmatur, vt erubeſcere habe-
at, qui non cum alijs peccantibus malefa-
cit. Neque enim ſcortari, inebriari, alea v-
ti, maledicere ac blaſphemare hodie inho
neſtum reputatur, ſed mundo videtur ci-
uile & humanum. Secundo, miſit digitos
Lucæ 11 in aures eius. Per digitũ Dei intellige ſpiri
tũ ſanctũ vt alibi ſignificatur, vbi ſcriptũ
eſt: Porro ſi in digito Dei eijcio dęmonia.
Vbi alius Euangeliſta loco digiti Dei ha-
Mat. 12 bet: Si in ſpiritu Dei eijcio dæmonia. Miſit
igitur dominus Ieſus in aures ſurdi digi-
tos ſuos, quia gratiam ipſe largitur ſpiri-
tus ſancti his qui conuertuntur ad ipſum,
vt ſuauiter audiant, quod cum faſtidio au
Matt. 11 dire ſolebant. Spiritus enim ſanctus eſt q

iugum dñi facit ſuaue, & onus leue bene
volentibus. Propter hanc cauſam quoq;
vt ſeqtur ſaliua tetigit linguã infirmi. Ter
tio ſaliuã ſuã expuit, qua muti tetigit lin-
guam. Expuere eſt ſtomachum purgare.
Stomachus conſcientiæ nuſquam purga-
tur melius quàm per euomitionem. Euo
menda igitur ſunt peccata tua per confeſ-
ſionem, quo diabolum mutum à te repel
las. Nulla enim res eſt alia, quę tam valide
hoſtem ſternit, vt confeſſio. Porro p Chri
ſti ſaliuam intelligit donũ ſapientiæ. Hæc
prębet operibus bonis, exercitijsq; ſanctis
ſaporem, vt guſtui ea quæ non conuerſis
ad Deum erant amara, conuerſis fiant ſu-
auia, atq; vt ita dicam ſapida. Quod tunc
fit quando confeſſio ſacramentalis relin-
quit animæ conſolationem, quando præ
bet oratio ſuauitatem guſtui, vt ieiunare
ſpiritum delectet, corpus quoq; de feruo-
re ſpiritus participans, minorem ſentiat in
Dei ſeruitio laborẽ. Quarto Chriſt9 ſuſpe
xit in cœlũ, & ingemuit. Quo pœnitentes Mat. 11
vtrumq; docet, & ingemiſcere, & in cœlũ
ſuſpicere. Iudas enim ingemuit, ſed nõ in
cœlum ſuſpexit, hoc eſt, doluit peccatum
ſuum, ſed non ſperauit veniam. Tu vero
ita peccatum tuum plange, vt veniam nõ
deſperes. De venia namq;, quæ peccatorũ
nulli negatur, innumera ſunt teſtimonia
ſacræ ſcripturæ, de Chriſti quoq; benigni
tate non pauciora. Siquidem (vt vnum ſal
tem citem locũ) ſcriptũ eſt in Pſalmo: Di- Pſal. 31
xi: Cõfitebor aduerſum me iniuſtitiã me-
am dño, et tu remiſiſti impietatem peccati
mei. Non dicit: Confeſſus ſum dño pecca
ta mea, ſed tantum: Dixi, confitebor, hoc
eſt, agnoſco quidem peccatum meũ quod
confitebor domino, & tu remiſiſti impie-
tatem peccati mei propter hanc confiten-
di voluntatem. Confitemur dño peccata
noſtra, omnẽ reatũ & culpã nobis tribuẽ-
tes, & rigida noſipſos cẽſura accuſantes.

Et præcepit illis, ne cui dicerent.
Quanto autem eis præcipiebat, tan
to magis plus prædicabant, & eo
amplius admirabantur, dicentes: Be-
ne omnia fecit: et ſurdos fecit audire,
& mutos loqui.

Quod Chriſtus miraculum taceri vo-
luit, non fuit, vt gloriam timeret humanã,
ſed ne nobis deeſſet exemplũ humilitatis,
in quo oſtenderet in ſeipſo, quod quãtum
ſe erat,

ſe erat, noluit manifeſtari aut p̄dicari mi-
raculum. Præceptũ igitur hoc Chriſti, ni
hil aliud fuit, q̃ humilitatis eius indiciũ:
ideo cõſcientias auditoꝝ non obligabat
ad peccatũ inobedientiæ, qa nõ præcepit
omnino ita velle fieri, ſed indicauit, q̃ hu-
mana ſua eſſet voluntas, qua non appete-
ret publicari. Hac aũt eius voluntate hu-
millima intellecta, eo magis turba flagra-
bat feruebatq; ſtudio deuotionis erga eũ:
& quo magis ille prohibebat, eo magis il
lum humilẽ exaltari, honoreq; dignũ tur
ba æſtimabat: ideo etiã eo maiori prædica
bat ſtudio, non animo Chriſto nõ obedi-
endi, ſed zelo ac deſiderio Chriſti gloriam
non ſupprimendi. Indignũ em̃ illis videba
tur, imo obnoxios ſe fore peccato arbitra-
bantur, ſi Chriſti gloriæ ſuo quicq̃ ſilẽtio
ſubtraherent. Hac ratione nõ peccauit tur
ba Chriſto non obediens, quia illũ non a-
nimo prohibendi, ſed animo (vt res erat)
ſe humiliandi atq; nudã voluntatẽ ſuã de
clarandi locutũ rata eſt. Qua in re ſibi ne
ceſſario incũbere turba putabat, vt ſi Chri
ſtus vellet ſe nimiũ humiliare, ipſa turba
euulgaret in eius gloriã miraculũ. Aedifi
cat nos filij ſtudium humilitatis in Chri-
ſto, ædificat nos quoq; deuotiõis ſtudiũ
in turba. Simus itaq; in nobiſipſis nos hu-
miles, ſed alioꝝ nihilominus honorem fa
mamq; zelemur. Quo & ab alijs nos opte
mus neſciri, & vt eo magis taceatur de no
bis, alios cupiamus præferri ac honorari.
Præſtet hoc nobis dominus noſter Ieſus
Chriſtus, q eſt benedictus in ſecula. Amẽ.

SERMO IN EADEM DOminica. Quam ſint ſurdorum mutorumq; uaria genera.

ADducunt Ieſu ſurdum & mu-
tum, & deprecabãtur eum vt
imponat illi manũ, Mar. VII.
Matt.15 Ob Iudæoꝝ perſecutionem
Chriſtus dñs noſter paululũ
declinaſſe perhibetur in fines Tyri & Si-
donis, vbi nobilem prædã, mulierem. ſ. il-
lam Chananęã diabolo abſtuliſſe legitur.
Nõ igitur diu moratus ibi dum redijt in
occaſionẽ alioꝝ miraculoꝝ incidit facien
doꝝ. Quorum vnum tanq̃ præcipuũ Mar
cus hic refert de ſurdo & muto. Huiꝰ mi
raculi vt ędificationẽ ſuſcipiamus, inquirẽ
dum nobis eſt quid per ſurdum, quid rur
ſus per mutum nobis voluerit ſignificari.
Surdus etiã vehementem vocem, ſonum-
ve, aut clamorem nõ percipit. Intelligitur
igitur peccator qui ſeipſum ignorat, nec
conſcientiæ ſuæ cultum aut curam habet.
Clamat enim in quouis homine ſyntere-
ſis vermiſque conſcientiæ, qui rodere ac
pungere non deſinit delinquentem, illum
iudicans, illum puniẽs, illum deniq; argu-
ens. Nam ſi nullus etiã foret prædicator, ſi
nullus doctor, nihilominus cõſcientiæ lu
men ipm̃ nos continue docet, nos arguit,
nos monet, & nos etiam iuxta quod iuſti
tia exigit conſolatur. De hoc lumine dicit
Pſalmus: Signatũ eſt ſuper nos lumen vul Pſalm.4
tus tui domine. Hunc autem clamorem,
hunc vermem in inferno, vt pœnam præ
alijs intolerabilem ſuſtinent damnati. Se-
ipſos enim vituperant, ſeipſos odiunt, ſe-
ipſos damnant, quia in vita olim ſua no-
luerunt clamorẽ audire obſtrepentis con
ſcientię. Itaq; cõſcientia quaſi duos habet
pręcones. Primus anteq̃ pecces terret te, et
dicit: Non concupiſces. Item: Quacunque Exod.20
hora peccaueris, morte morieris. Hic præ Gene.2 Ezec.17
co, id eſt, hæc vox ac præmonitio ſeu cõ-
minatio, quæ nobis infertur ante perpe-
trationem peccati, ſignatur per angelũ, q
Balaam ad maledicendum Iſraeli proficiſ Nume.22
centi occurrens aduerſabatur, ſtans euagi
nato gladio aduerſus eum: qui illi quoq;
mortem eſt minatus ſi contra voluntatẽ
dñi quicquam ageret aut loqueretur. Hic
igitur præco clamat ne peccemus. Alter
pręco emittitur poſt peccati perpetratio-
nem, & hic vocatur dolor. Sedata em̃ con
cupiſcẽtia mala, meditatur peccator ineſti
mabile bonorum diſpendiũ, quod paſſus
eſt. Inde oritur pœnitentia et dolor, aut ſa
lubris in fide & ſpe, aut infructuoſa p de-
ſperationẽ. Vno aũt peccato commiſſo diſ
ſipatur bonorum vniuerſitas, vt ſi centum
milleve haberes virtutes, per vnius pecca-
ti mortalis admiſſionẽ ad vnũ omnes inte
reunt. Iuſte igitur peccatum vocatur mor
tale quod animam, cunctaq; bona & diui
tias animæ interimit ac tollit, conſcientiã-
que ſolã & obiurgantem ac rodentem ſe-
ipſam relinquit. Hic nuncius ſignatur no-
bis per ſeruum ſeu puerum Iob, qui in ca- Iob 1
lamitatibus ſingulis alijs pereuntibus eua
ſit ſolus, vt calamitatem, ait ad Iob, nuncia
rem tibi. Hoc modo vermis ille conſcien-
tiæ ſemper nobis inſinuat damna peccati.
In grauiſſimo autem periculo verſantur,
qui hanc in ſe ſynteresim & cõſcientię ſti-
mulum non ſentiunt. Qui, inquam, ad il-

ſius clamorem ſurdi ſunt, vt etiam abſq; ti
more peccet. Iſti difficulter ad iter ſalutis
reducuntur. Super illos ingemiſcat Chri-
ſtus oportet, quo & illi ſup ſe ingemiſcāt.
Secundo, eſt ſurdus qui non audit Deum
admonentem aut terrentē, quo affectum
concipiat emendationis aut compunctio
nis. Priorem cōſcientiæ ſtimulus nō pun
gebat, hunc Dei reſpectus, aut timor non
inuitat. Eamobrē timendum quoq; nobis
eſt, quibus legunt multa, prædicatiōes ex
hortatiōesq; fiūt crebræ: ſed arida recedi-
mus cōſuetudine vt acceſſimus frigidi, ad
Iſaiæ 42 meliora p̄dicatione aut lectione in nullo
mutati. De huiuſmodi per Iſaiam dn̄s loq
tur conqrens: Quis cæcus niſi ſeruus me-
us? & ſurdus niſi ad quē miſi nuncios me-
os? Sequitur aūt: O Iſrael qui vides multa
(in lege ſcilicet & prophetis) nonne cuſto
dies ea, videlicet quæ ſeruanda præcipiun-
tur? Et qui apertas habes aures, nonne au
dies. i. nonne obedies? Non ergo oēs qui
corporis audiūt auribus, aures pariter ha-
bēt cordis, cuiuſmodi dn̄s poſtulat. Vnde
quibuſdam, inter quos ſurdi eiuſmodi e-
rant, qui cordis non audiebant aure, dice
Lucæ 8 bat dn̄s: Qui habet aures audiēdi audiat.
Aures igitur cordis reqrebat. Tertius ſur-
dus eſt, qui nō audit, hoc eſt, qui nō cogi-
tat tubā illam, ad cuius ſonitum oēs reſur
1.Theſ.4 gemus mortui, de qua Theſſalonicenſibꝰ
ſcribit Paulus: Ipſe dn̄s in iuſſu & voce ar-
chāgeli, qua ſcilicet mortui ſuſcitabūtur,
deſcendet de cœlo. O q̄ læti tunc tubam il
lam audient, qui modo non ſunt ſurdi ad
illam præmeditandā, & qui ad obedien-
dum Deo patentes ſemper Deo offerunt
aures. Heu q̄ infeliciter & triſtes tunc au-
dient, qui hanc nouiſſimam tubam audi-
re modo noluerunt. Heu quāta tunc erit
vlulantiū infelicitas, quādo illoꝝ animæ
ex pœnis & cum pœnis venientes ſociabū
tur denuo ſuis corporibus cū duplici tor-
mento. Corpora enim damnatoꝝ, poſt iu
dicium cum animabus punientur. Hanc
Hieron. tubam beatus audiebat Hieronymus, di-
cens: Siue comedam, ſiue bibam, ſiue aliud
aliquid faciā, ſemper videtur inſonare au-
ribus meis terribilis illa tuba: Surgite mor
tui, & venite ad iudiciū. Surdus quoq; eſt
qui tonitru diuinæ ſententiæ non audit,
qua horribili terrore dn̄s his qui à ſiniſtris
Mat.25 ſunt dicet: Ite à me maledicti in ignē æter
num, qui paratus eſt diabolo & angelis e-
ius. Quarto, ſurdus eſt peccator, q clamo-
rem nō audit redemptoris noſtri, ſcilicet
iſtū, quo ſanguis Chriſti pro nobis fuſus
ad nos clamat, quemadmodū ad Hebręos Heb.12
Apoſtolus dicit: Acceſſiſtis ad mediatorē
teſtamenti noui Ieſum, & ſanguinis aſper Gene.4
ſionem melius loquentē q̄ Abel. Manife-
ſta hiſtoria ex Geneſi narrat, quō Cain fra
trem ſuū occiderit: interrogatusq; à dn̄o,
vbi Abel eſſet eius frater, reſpondit Cain:
Nunquid ego cuſtos ſum fratris mei? Cui
rurſus dn̄s: Ecce, inquit, vox ſanguinis fra
tris tui clamat ad me de terra. Si ſanguis
Abel ad dn̄m clamauit aduerſus Cain de
terra, quomodo ſanguis Chriſti non ma-
gis clamat aduerſum nos ingratos, p̄ no-
bis otioſe effuſus ſuper terram? Quod eē
gratis effuſus ſit, quod otioſus atq; ſine fru
ctu maneat Chriſti ſanguis, quod deniq;
nō æſtimetur ſanguinis tam precioſi effu
ſio, ex te, ex me, & ex omnibus nobis eſt
manifeſtum, quotquot redēptori noſtro
ingrati, & inobediētes ſumus. Clamat au
tem Chriſti ſanguis primo cōtra nos, pro
pterea ꝙ pro nobis effuſus ſit. Siquidem
peccata noſtra occiderunt Chriſtum. De- Heb.9
inde ſacro ſancto huic ſanguini clamandi
eſt occaſio, quod propter nos quoq; fuſus
ſit, quia mundat nos ab omni delicto. Ter
tio, clamat Chriſti ſanguis contra nos, p̄-
pterea quod non ſolum ſpernitur, ſed cō-
culcatur etiam: quādoquidem nulla Deo
refertur gratitudo ab his, pro quibus effu
ſus eſt, ſed eadem peccata, pro q̄bus Chri-
ſtus mortuus eſt, eidem ipſi denuo cōmit
tunt, quo, quantum in ſe eſt, Chriſti ſan-
guinem denuo fundunt. Quid igitur cla-
mat ſanguis Chriſti aduerſum nos? Hoc
clamat, ne eadem aut ſimilia aliaq; pecca-
ta faciamus, cuiuſmodi fuere, pro quibus
Chriſtus eſt mortuus, ne Chriſti paſſio-
num cōtemptores, eadem, pro quibus eſt
paſſus, iteremus. Quarto, ſurdus eſt q cla-
morem non audit vniuerſitatis creatura-
rum, hunc ſcilicet clamorem quo nos ad
Dei incitant amorem. Quapropter nō in-
ſipienter Auguſtinus dicit in libro Solilo Auguſt.
quiorum: Quomodo cœlū & terra, & o-
mnia q̄ in eis ſunt dicūt mihi vndiq; vt a-
mem te o dn̄e: nec ceſſant hoc dicere omni
bus, vt ſint inexcuſabiles. Circunſpice iam
volucres cœli, beſtias terræ, piſceſq; q̄ mo-
rantur in aquis, & omnia quæ in cibum,
in alimoniamq; tibi data ſunt, aut in ſola-
tium: quid aliud ad te clamāt, q̄ vt diligas
benefactorem tantum, amatorem tātum,
tam

tam fidelem patrem, tam miſericordẽ dominum qui paſcit, qui regit, qui creauit te? Ligna clamant vt diligamus Deum, quæ nobis prouidit, vnde à frigoribus, à pluuia & vento nos defenderemus. Sol, luna, ſtellæ, imber & omnes creaturæ, tot radices herbarum, tot ſeminum herbarumq́ꝫ virtutes, quid clamant aliud quæſo, quàm quod ad miniſterium, vſum ac ſolaciũ noſtrum ipſa creata ſunt, & propter nos conſumuntur, & vt eundem redamemus, qui illa ſubiecit nobis? Sanctus Bernardus ſe dixit magis inter fagos & nemora doctũ, quã ex libris. Certe hoc ideo, quia ea quæ creaturæ loquebantur illi, ipſe intellexit. Nihil enim aliud agunt, quàm quod prædicant creatorem ſuum. Sed hic proh dolor quoque creaturis (licet vtamur) abundanter, nihil tamen ex creaturis (vt debe remus) ad creatoris amorẽ trahimur. Nã & plærunq́ꝫ (quod deterius eſt) creaturis non ſolum nõ ad gloriam, ſed ad cõtumeliam quoque vtimur creatoris. Quinto, eſt alia ſurditas, quã diabolus auget, qua obturamus aures ad clamorem pauperis, cum tamen non pauper, ſed Chriſtus in perſona pauperis clamans reſpiciẽdus ſit. Attendendum quoque nobis foret, quod Sapiẽs dicit: Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, clamabit ipſe, & non exaudietur. Aures habere patentes ad miſericordiam, quàm ſit vtile ac fructiferum monſtrant Cornelius centurio vir religioſus, Tobias, & huiuſmodi alij. Sexto, ſurditas quædam eſt, quæ homini aures claudit ad vocem fratris veniam petentis, ne remittat iniuriam, de quo pariter ſcriptura dicit: Homo homini ſeruat iram, & à Deo quæret medelã? Quaſi diceret: Nõ accipiet, ſed menſura qua mẽſus fuerit remetietur ei. Seruandum igitur conſilium Eccleſiaſtici, dicentis: Relinque proximo nocenti te, & tunc deprecãti tibi peccata ſoluentur. Expende verba: Relinque, inquit, proximo nocenti te. Non dicit, precanti aut roganti, ſed nocenti te: vt iuxta domini præceptum, diligas etiam inimicos tuos, benefaciens his qui oderunt te. Neque enim ſufficit, vt iniurias remittas, quoad externam recõciliationem, niſi etiã quod ad internam cordis pacem & tranquillitatem attinet charitatem ſerues. Sunt enim qui foris peccata dimittunt, intus tamen eos qui ſe offenderunt non diligunt. Contra hos promulgatur ſententia Chriſti de illo, qui conſerui ſui noluit miſereri poſt miſericordiam acceptam à domino: cui dicitur propterea, vt omnia etiam ſibi dimiſſa inter tormenta redderet, quæ deberet vſq; ad nouiſſimum quadrantem, quia noluerit conſerui miſereri, ſicuti ipſius erat à domino miſertum, additurq́ꝫ: Sic faciet vobis omnibus pater veſter, ſi non vnuſquiſque fratri ſuo remiſeritis ex cordibus veſtris. Et de hoc ſatis. Reſtat vt intelligam⁹ etiam quæ ſit mutitas, quæ hic reprehendatur. Eſt peccator primo mutus, qui ſua non valet peccata confiteri. Claudit enim ei diabolus os, & facit mutum. Nec mirũ. Poſſidet enim fortis armatus caſtrum ſuum, & portam, per quam foret eijciẽdus, claudit. Nihilominus tamen curauit dominus mutum hunc hodie, eiusq́ꝫ vinculũ linguę reſerauit. Vinculum linguæ confeſſionem impediẽs, triplex eſt: Primũ eſt pudor, vt accidit in peccatis turpibus, q̃ vix in confeſſione nudantur. Imo propter reuelandi difficultatem peccata quædã vocãtur muta, quia inuerecundum eſt illa nominare, ſeu de illis loqui. Proinde Apoſtolus ait: Quæ in occulto fuit ab ipſis turpe eſt loqui. Pudorem hunc confitendi vincere debet timor Dei, timorq́ꝫ diuini iudicij. Tunc enim manifeſtabũtur omnibus, & angelis & hominibus oĩa peccata noſtra, & vniuerſa ignominia noſtra pandetur. De hoc per prophetã Naũ dicit dñs: Reuelabo pudẽda tua in facie tua, & oſtendam gentibus nuditatem tuam. Parua igitur eſt conſolatio coram homine vno peccatum ſuum celare, & coram vniuerſo populo, imo coram angelis Dei tandem cõfundi. Secundum vinculum impediens eloquium in confeſſione faciensq́ꝫ mutum, eſt ipſa impunitas. Vincit primo verecundia, ſeu pudor ne confitearis peccatũ. Victus ſemel per pudorem, vt in confeſſione audeas ſpiritui ſancto mentiri peccatorum tuorꝫ quædam confitens, & quędam confiteri renuens, minus Deum timebis, & ſæpius poſthac eris in confeſſione mutus. Primo enim cum timore tacebas tremulus vehementer conſciẽtia remordente. At vbi ſæpius id feceris, hebetabitur in te aculeus conſciẽtiæ, vt audeas ſacramento confeſſionis, imo Chriſto atq; ſpiritui ſancto fictione mendaci contumeliam facere, quia timor à te recedit Dei: creſcet vero in te audacia & Dei contemptus. Quia enim, vt Eccleſiaſtes ait: Non profertur ci-

Marginalia: Bernar. — Prou. 21 — Actu. 10; Tob. 4 — Eccli. 28; Matt. 7.; Mar. 4 — Eccli. 27 — Lucæ 6 — Matt. 18 — Lucæ. 11. — Ephe. 5 — Naum. 3 — Eccle. 8

to contra malos ſententia, abſq; timore vl
Eccli. 5 lo filij hominũ perpetrant mala. Et alius:
Ne igitur dixeris: Peccaui, et quid mihi ac
cidit mali? Sed audi quod ſeqtur etiã: Altiſ
ſimus eſt patiens & redditor: Quanto eñ
Valerius. diutius expectat, eo punit grauius. Quod
Valerius, quãuis paganus non ignorabat,
dicens: Lento gradu ad vindictã procedit
Deus: ſed tarditatẽ ſupplicij grauitate cõ-
penſat. Tertiũ vinculum quod retinet lin
guam mutamq; facit, præſertim ad confi-
tendũ eſt ſpes temeraria, incõſultaq; præ-
ſumptio alio tẽpore cõfitendi & corrigẽ-
di te, quaſi in tua ſitum ſit libertate cũ ve-
lis poſſe peccare, cum iteꝝ velis eadẽ pec-
cata per dolorem pœnitẽtiæ poſſe delere.
Si in tua habes poteſtate poſſe pro pecca-
tis dolere quoties volueris, ſit ideo etiã in
tua voluntate abſtinere à peccato, ꝓ quo,
vbi peccaueris, iteꝝ dolere ſtulte ꝓponis.
Modo, inquam, dole, & pœnitendum aut
dolẽdum quid nõ cõmitte. In horꝝ nume-
ro reperiũtur multi, q ita ad extrema vſq;
vitæ expectant, pœnitentiamq; ac verã cõ
feſſionem differunt, vt tunc confiteri, qñ
amplius non poſſunt peccare, velint. Hæc
confeſſio plærũq; eſt neceſſitatis nõ chari-
tatis: quæ parum cõſolatur moriturꝝ. Mo
do igitur vincula tua cuncta dirumpe, &
calcatum diabolũ euome, & ſanaberis in
anima. Porro differre ad mortem ſi volue-
ris pœnitentiam, revera non habeo quo te
conſolari poſſim vt ſalueris. Audi ſanctũ
Auguſt. Auguſtinum: Si quis poſitus in vltima ne
ceſſitate accipit pœnitẽtiam, fateor vobis:
Non ei negamus quod petit, ſed non præ-
ſumimus quod bene hinc exit. Pœniten-
tiam dare poſſumus, ſecuritatem non poſ
ſumus. Nunquid dico damnabitur? Sed
nec dico, ſaluabitur. De eo loquitur, qui
pœnitentiã ſuam ad mortem vſq; differt.
Vis ergo à dubio liberari? age pœnitentiã
dum ſanus es. Si ſic agis, dico tibi, quia ſe-
curus es. Tene certũ et dimitte incertum.
Si enim peccata tunc vis deſerere, quando
amplius non potes peccare: nõ tu deſeris
peccata, ſed peccata deſerũt te. Nõ audere
igitur, aut nolle cõfiteri peccatum, eſt mu
titas. Deinde eſt alia mutitas (vt ita dixe-
rim) qua vbi loquẽdum fuerit neceſſario,
quis tacet, & quantum in ſe eſt iniquitati
conſentit. Vides eñ iniuriam fieri proxi-
mo, vides irrogandam innocenti infami-
am, audis contumeliam fieri iuſto, & cum
prohibere poſſis aut emendare, ne denuo
fiat, taces: ſilentium hoc eſt animæ inimi-
cum, & mutitas peccatum habẽs. Vide ta-
men vt in excuſanda propugnandaq; cu-
iuſpiam innocentia, & vt iniuriam depel-
lendo, aut iniquo renitendo modum mo-
deſtiamq; ſerues, ne non ſolum nihil profi
cias, ſed etiã magis exacerbes, charitatem
offendas ac lędas. Ideo cũ tranquillitate at
que, cum manſuetudine proximũ excuſan
do tuere. Eodem eñ tempore quo turba-
tus fueris nihil efficies in eo, q tibi inique
aduerſatur. Neq; eñ diabolus diabolum
expellit, nec iratus ſanabis iratũ. Si igitur
aliter non potes, expecta donec tranſeat
ira tua. Simili modo tenemur loqui quo-
que & mutos nos eſſe haud decet pro veri
tate, pro iuſtitia, pro virtute, pro Deo. Sed
hoc ibi, vbi locutiõis tuę ſperatur fructus.
Et hoc quoq; neceſſe eſt vt fiat modeſte,
cum conditionibus, circũſtantijſq; iuſtis
ac neceſſarijs. Eſt tertio mutitas videre ali
quem delinquere ex ignorantia, & illũ nõ
reuocare, non inſtruere, & à peccato ſer-
uare. Itaq; hi ſurdi, hi muti ſunt, quos dñs
curat. Curet ergo rogemus nos quoq; pi
iſſima eius miſericordia, vt nihil in nobis
reſideat, quod ſuæ beneplacentiſſimæ diſ-
pliceat voluntati, qui cum patre & ſpiritu
ſancto eſt benedictus in ſecula. Amen.

DOMINICA XIII. POST DOMINICAM S. Trinitatis, epiſtola beati Pauli ad Galat. III.

ABrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius. Nõ dicit:
Et ſeminibus, quaſi in multis: ſed quaſi in uno. Et ſemi-
ni tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc autem dico, teſtamẽtum con
firmatũ a Deo, quæ poſt quadringẽtos et triginta annos
facta eſt lex, non irritum facit ad euacuandam promiſſio-
nem. Nam ſi ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione.
Abrahæ autem per repromiſſionem donauit Deus. Quid igitur lex? Pro-
pter tranſgreſſores poſita eſt, donec ueniret ſemen cui promiſerat, ordinata
per

per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non eſt: Deus aũt vnus eſt. Lex ergo aduerſus promiſſa Dei? Abſit. Si enim data eſſet lex, quæ poſſet uiuificare, uere ex lege eſſet iuſtitia. Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato, ut promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus.

PARAPHRASIS IN EANDEM epiſtolam.

Contra Galatas pugnat Paul9 in hoc maxime, quod hi legẽ putabant veterem obſeruandam tanquam ſaluti neceſſariam, male inſtructi à pſeudo apoſtolis, poſt ſanam eruditionem Pauli (qui ab illis receſſerat, alijs quoq; gentibus prædicaturus) errorem hunc illo interim abſente prædicantibus. Quapropter in tota epiſtola aſtruit legem Moſaicam nunc non eſſe neceſſariam, quia non per illam, ſed per fidem domini noſtri Ieſu Chriſti, aſtruit quod verũ eſt nobis dari ſpiritum ſanctum, iuſtitiam & ſalutem æternam. Hæc autem poſtquam ſcripturarum probauerat auctoritate, tandem in hac lectione etiam humana conſuetudine ac ratione confirmat, dicens: hominis teſtamentũ conditum, hæredumque inſtitutionem in morte teſtatoris confirmari, vt teſtamentum ſit ratum, immutabile, ac firmum, adeo vt neque deleri neque mutari poſſit. Hoc eſto inquit. Quanto magis autem teſtamentum Dei Abrahæ, & eius ſemini Chriſto promiſſum, propter legem Moſi diu poſtea datam, par eſt non poſſe fieri irritum? Itaq; dicit: Abrahæ diuinitus dictæ

Gene. 22 ſunt promiſſiones, & ſemini eius. Nam in Geneſi dictum illi legitur: In ſemine tuo benedicentur omnes gẽtes. Semen Abrahæ, de quo loquitur ſcriptura, Chriſtus eſt ex Abraham ſecundum humanam natu-

Matth. 1 ram deſcendens, vt Matthæus habet: Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham. Hac autem promiſſione Abrahæ prænunciatum fuit Chriſtum ex eius ſemine, hoc eſt, ex Maria nobiliſſima virgine, poſt multas generationes ipſius filia naſciturum. Factæ ſunt quoq; Abrahæ promiſſiones aliæ. Nam promiſſa eſt illi diuinitus hæreditas, dum ſub ſpecie ter-

Gene. 13 ræ Chanaan ei ꝓmitteretur terra viuentiũ. Sic eñ illi dictũ eſt à dño: Oẽm terram q̃ cõſpicis tibi dabo, & ſemini tuo. Nõ dicit pluraliter: Et ſeminibus tuis dabo terram hãc, quaſi multis, ſed quaſi in vno ſemine, .i. in vno ſit filio hæreditatis huius ꝓmiſſio obtinẽda. Ideo dicit: Tibi dabo, & ſemini tuo. Hoc eñ ita ſcriptura habet: Et ſemini tuo, q eſt Chr̃s. Semen itaq; Abrahæ Chriſtus, q nõ populũ dũtaxat Iudaicũ, ſed etiã gentilem cõplectitur. Vterq; eñ populus vni eſt Chr̃o ſpũaliter per fidẽ incorporatus. Chr̃s nanq; etiã myſtice vnũ eſt Abrahę ſemen, cũ oĩbus mẽbris ſuis tanq̃ caput cũ corpore ſuo, ꝙ eſt eccleſia. Vnũ ergo ſemen dictũ eſſe vult Apoſt. quo oſtenderet Galat. aliaſq; gẽtes in fide non eſſe inferiores Iudæis: nec illis Iudæos ſuperiores, ſed per fidem oẽs ſemen vnũ, vnumq; eſſe cor-

pus Chr̃i. Elegit eñ nos Deus ante mundi cõſtitutionem in ipſo. Hoc igitur dico: Ephe. 1

Lex quæ data eſt Moſi à tempore huius Exod. 32

promiſſionis Abrahæ factæ poſt quadringentos & triginta annos in monte Synai, non facit irritum hoc teſtamentum diuinarum promiſſionum, nõ ab homine ſed à Deo cõfirmatum, vt propter legem, aut per legem ſequentem euacuetur impediaturve de æterna hæreditate Abrahæ facta promiſſio: quæ tamen euacuaretur, ſi ex lege, aut per legẽ daretur benedictio & hæreditas regni cœloꝝ. Alioquin nec Abraham, nec patriarchæ percepiſſent benedictionem hæreditatis, qui ante legem fuerunt. Volebãt autem pſeudoapoſtoli promiſſionem illam Abrahæ factam irritam fieri per legem, dum conarentur aſtruere iuſtificationem, & regni cœleſtis hæreditatem non per gratiã, q̃ Deus Abrahæ promiſerat, ſed per legis opera dari. Quo certe euacuaretur (ſi veꝝ dicerent) diuina promiſſio. Quod tamen dici non poteſt. Ideo ſequitur: Nam ſi ex lege, ſeu ex legis virtute regni cœleſtis daretur hęreditas, iã non daretur ex promiſſione. Abrahæ aũt per repromiſſionem donauit Deus hæreditatem. Legem eñ non accepit, cui dictum à

dño eſt: Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. Gene. 15

Ex his aũt iam dictis videri poſſit lex eſſe aut nulla aut inutilis. Mouet igitur quæſtionẽ ſibi Paulus, q̃ ab alijs mouendã Paulus ſenſit, dicens: Quid igitur lex? hoc ẽ, q̃ legis vtilitas, ſi cultores

ſuos non iuſtificat, nec regnum aperit cœlorum: Iterumq́; ſibi reſpondens: Propter transgreſſores, inquit, qui legem præuaricantur naturæ, lex hæc Moſi ſcripta conſtituta eſt, eſt media inter promiſſionem & hæreditatem promiſſam: imo media inter legem naturæ & legem gratiæ, vt qui lege naturæ tranſgrediebantur, ſaltem timore ceſſarent trāſgredi. Propter prophetas enim & iuſtos nō eſt poſita lex. Hi em̄ à tranſgreſſionibus vt arcerentur timore, non erat neceſſe, quia legem ſeruabant naturæ ex amore iuſtitiæ. Itaq; dicit: Lex ordinata eſt per angelos, quia nō per ſeipm deus, ſed per angelos loquebatur Moſi, & in manu mediatoris poſita eſt in populo Iudæorum, ad coercendas tranſgreſſiones legis naturæ, idque in manu mediatoris, hoc eſt, in poteſtate Chriſti, vt quādiu vellet ille maneret, & quando vellet, ceſſaret lex. Optimo autem ordine poſita eſt inter legem naturæ & legem gratiæ, vt homo conuinceretur legem ſibi videre gratiæ eſſe neceſſarium. Nam didicit primo, quod lex naturæ illum ſaluare non potuit: didicit deinceps, quod legem quoq; ſcriptam implere non potuit. Siquidem niſi imbecillitatē ſuā experiretur viriū homo ſuperbus, ſuo arbitrio ſufficientiam arrogaret, legemq́; diceret ſuperuacue datam, & Chriſtum gratis aduenisse. Quia vero Apoſtolus dixerat legem in manu mediatoris eſſe, quis ille ſit mediator ſubiūgit: Mediator autem vnius non eſt, neq; enim niſi inter duos medius eſt. Huiuſmodi autē
1. Tim. 2 eſt Chriſtus inter hominem & Deum mediator, & ipſe homo & Deus vtranq; naturam diuinam & humanam in ſe habēs, hominem Deo reconcilians: duas quoq; gentes, puta circuncisionis & præputij vnum populum in ſe faciens. Et quamuis Chriſtus inter Deum & hominem mediator ſit ipſe Deus homo, nō tamē ſunt duo Dij, reconcilians & recōciliatus, ſed Deus vnus eſt cum patre & ſpiritu ſancto Chriſtus. Lex ergo aduerſus promiſſa Dei: Paulo ante dictum eſt: Si ex lege eſſet hæreditas, iam non eſt ex promiſſiōe. Ideo ſibi obijciens & obiecta refellens, loquitur diſputans: Ergo lex eſt aduerſus promiſſa Dei: Abſit. Neq; em̄ aduerſatur his quæ Abrahæ Deus ſpopondit. Si em̄ per Moſen data eſſet lex, quæ hominem ab æterna poſſet morte liberare, q̄ primi parentis præuaricatione ſuisq; pctis incurrit homo, tunc vere ex lege daretur iuſtitia: qua regno cœlorū homo fieret idoneus abſq; fide Chri. Verum hoc nō datū eſt legi veteri, ſed legi euāgelicæ. Concluſit em̄ ſcriptura oīa hominū genera ſeu Iudæos vniuerſos ſub peccato. Scriptura, inqt. i. lex ſcripta quæ non dat ſpm̄, ſed eſt ſcriptura tantum, circumſepiuit ac detinuit oēs Iudæos ſub dominio peccati, vt nulla ex parte poſſent peccatum euadere, dum neq; ipſi ſibiipſis, neque lex illis ſubuenire valeret: ſed ſicut languidi medicum & ſaluatorē Chrm̄ expectabant, per quem liberarentur ac ſanarentur: & ita promiſſio bn̄dictionis & hæreditatis Abrahæ facta daretur credētibus, nō ex legis operibus, ſed ex fide Ieſu Chriſti.

EXEGESIS EVANGELIJ Dominicæ XIII. poſt dominicam S. Trinitatis, Luc. X.

NON DE VLTIMA loquitur hic dominus beatitudine, qua in regno cœlorum ſancti Dei Deū videntes plena gaudent felicitate, vbi omnis excluſa eſt triſtitia omniſq; miſeria, ſed de felici loquitur ſtatu præſentis vitæ, in quo conſtituti erāt apoſtoli: quo & ipſi & omes Dei electi beati dicuntur, quia viuunt in gratia dei & in charitate, qua regnū Dei mereri poſſunt. Inde ergo ſunt oēs beati, quotquot Chriſtum diligunt, quotquot illi inhærent per amorem, quotquot illum vidēt & cognoſcunt per fidem, expectantq́; per ſanctam ſpem. Ad hunc modum in Pſalmo quoq; Pſalm. dicitur: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Et alibi: Beati quorū Pſalm. remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Videamus igitur quid nobis dominus loquatur: neque enim apoſtolis tantum, ſed etiam nobis loquitur dominus, dicens:

Beati oculi qui uident, quæ uos uidetis.

Nulli dubiū eſt apoſtolis grandē fuiſſe conſolationē, qua ſuas paſcebant animas videndo Chriſtum, audiendo Chriſtum, eum interrogando, eiq; loquēdo. Nam ad morum inſtructionē ipſius lucidū intuebantur virtutū exemplar. Ad amorē quoque habebāt vnde ſingulis pene momētis ex

ex verbis, ex geſtibus & ex moribus Chriſti ad eius incitarentur dilectionem, ſpiritu renouarentur. Poſtremo ad ſui curam & protectionem dominum & magiſtrum habebant ſecum, in quem omnẽ ſolicitudinem ſuam tranſtulerãt: de nulla re poſt hac ſoliciti aut metuentes. Non tamen de hac ſola oculorum corporalium contemplatione auditioneve aurium externa loquitur dominus. Audiuit eñ & vidit hoc modo dominum Iudas, ſed non inde fuit beatus aut melior. Audiuerunt Phariſæi & viderunt Chriſtum, nihilominus meliores facti, hi ſcilicet q non dilexerũt eũ. De quibus dicitur: Si nõ veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent. Nũc autem viderunt me, & oderunt & me & patrem meum. Intelligũtur hæc verba de oculis interioribus præcipue ac ſpiritualibus, quibus coniunctus eſt etiam aſpectus exterior. Beati itaq; fuerũt beatitudine ſpei ac meriti, qui Chriſtum Dei vnigenitum viderunt incarnatum, prædicantem, miracula facientem oculis tam carnis quã ſpiritus: hoc eſt, qui Chriſti viderunt humanitatem viſione corporali, & eiuſdem diuinitatem crediderunt oculis fidei. Iohan. 15

Dico enim uobis, quod multi reges & prophetæ uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.

Non infelices, ſed multum felices fuere & reges & prophetæ, quotquot in carne Chriſtum optabãt videre. Neq; enim hoc optaſſent, niſi ante in Chriſtum crediſſent. Beatiores tamen illis, quoad hoc, fuere apoſtoli, qui non fide tantum, ſed oculis etiam corporalibus Chriſtũ viderunt. Antiqui autem iuſti in fide tantum eum viderunt, quomodo Iſaias vidit eum puerum natum, dicens: Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Item vidit eum in paſſione: Vidimus eum, inquiens, deſpectum & nouiſſimum virorum. Abraham deniq; diem vidit Chriſti, ipſo eodem teſte noſtro ſaluatore, & gauiſus eſt. Sed hæc omnia fuerunt in ſpiritu. Porro apoſtoli viderunt gratioſam præſentiam verbi in aſſumpta humanitate, ſicut Iohannes dicit: Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre. Secundo viderunt eius conuerſationem in mirabili ſanctitate, de Iſaiæ 9 Iſaiæ 53 Iohan. 8 Iohan. 1

qua Baruch: Poſt hæc, inquit, in terris viſus eſt, & cum hominibus cõuerſatus eſt. Tertio, eius viderunt poteſtatem in miraculorum operatione. Vnde tam de ipſis, q̃ de turba Chriſti operibus delectata refert Lucas: Repleti ſunt timore magno, dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie. Itemque: Om̃is plebs vt vidit, dedit laudẽ Deo. Quarto, eius gloriam viderunt apoſtoli in transfiguratione, quando Petrus dicebat: Domine bonum eſt nos hic eſſe. Quinto, Chriſti pietatem viderũt in pauperum miſeratione, quoniam ſanauit infirmos & languidos omnes, vt ſcriptum eſt: Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Si deniq; pietatem eius cupis ſcire, obſerua quid cũ beata Maria Magdalena peccatrice egerit quid cũ Matthæo, quid cum Zacchæo, qd cum adultera muliere, quid cum Petro apoſtolo, quid deniq; cum latrone: & videbis pietatis bonitatiſq; immenſum aceruũ ſuauiſſimaq; nobis miſericordię argumenta, quibus omnibus interfuere apoſtoli, & eius opera miſericordiarum viderunt. Sexto, eius viderunt feruorem in prædicatione. Siquidem diluculo ad prædicandum Iohannes illum veniſſe in templũ narrat. Ibat quoq; de loco ad locum, de caſtello ad caſtellum, de ciuitate ad ciuitatem pedes, in æſtu & pluuia, algens, eſuriens, fatigatus & ſitiens. Septimo, eius viderunt patientiam & manſuetudinem in patiendo, de quo Petrus ait: Cum malediceretur nõ maledicebat, &c. Itemque Matthæus: Ieſus autem nihil loquebatur, ita vt miraretur præſes. Beati igitur oculi qui viderũt, quæ videbant apoſtoli. Neq; enim omnibus, qui hoc optabant, ita contigit. Baruch. 3 Lucæ 5 Lucæ 18 Lucæ 9 Matth. 17 Lucæ 6 Lucæ 7 Matth. 9 Lucæ 19 Iohan. 8 Lucæ 22 Lucæ 23 Iohan. 8 1. Petri. 2 Matth. 27

Et ecce quidam legiſperitus ſurrexit tentans illum, & dicens: Magiſter quid faciens uitam æternam poſſidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid ſcriptum eſt? Quomodo legis? Ille reſpondens, dixit: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum, ſicut teipſum. Dixitq; illi: Recte reſpondiſti. Hoc fac & uiues. Deut. 6

Hic legiſperitus de arrogãtibus tumidiſq;

diſcq; ſcribis vnus fuiſſe videtur,qui Chri-
ſto inuidebant,Chriſto detrahebant, & q
Chriſtum tentabant, alliciebantq; vt ali-
quid proferret legi contrarium. Verum
Chriſtus ſapientior illo: vtpote qui nouit
aſtutos comprehendere in aſtutia ſua,ei re
ſpondit per illius verba & teſtimonia illũ
confutans. Obſerua tamen hic legiſperitũ
adhuc prudentius locutum, quàm Luthe
ranos: quia credidit non ignauis & otio-
ſis,nudæq; ac informi fidei ſine vllis operi
bus dari regnum cœlorum. Siquidem Lu
Galat. 5 therani putant ſola ſe fide emere regnum
cœlorum. Ego autem nõ video eſſe fidem
poſſe quæ ſaluet aliam,quam eam quæ per
dilectionem operatur. Hoc nouit quoque
legiſperitus hic,q interrogans,dicit: Quid
faciens vitam æternam poſſidebo? Non
igitur quæſiuit quid credere,ſed qd opera
ri deberet. Sed admirabili ſapientia ſua il-
lum dñs ad legẽ remittit, quo ſibiipſi ſen-
tentiam diceret, quam calumniari nõ poſ
ſet. Dicit eñi ei: In lege quid ſcriptum eſt?
Quomodo legis? Ac ſi diceret: Quid tibi
ex lege videtur neceſſarium ad obtinendã
vitam æternam, qui es inſtructus in lege?
quid lex monet faciendũ? Qui reſpondit:
Diliges dominum Deum tuum ex toto
Deut. 6 corde tuo,&c. In Deuteronomio præcipi
tur Deus diligi ex toto corde, ex tota aĩa,
& ex tota fortitudine. Et quod ibi dicitur
ex tota fortitudine, hic dicitur pro illo,
vel ex tota virtute,aut ex omnibus viribus
tuis. Vnum hic additur quod in lege non
habetur,ſcilicet ex tota mente tua. Dicen-
dum igitur breuiter, quid ſit cor,quid aĩa,
quid mens, & quid fortitudo, ex quibus
diligendus eſt Deus. Scio non omnes in v-
nam ſententiam hic conuenire,ſed ab aliis
aliter exponi, ſicut vnicuiq; viſum fuerit.
Dicendum igitur breuiter, per cor quod
vitæ principiũ eſt & finis, intelligi volun-
tatem. Sicut enim cor principiũ omnium
motuum corporalium eſt,ita omnium ſpi
ritualium motuum eſt principium volun
tas. Ex volũtate aut mouetur intellectus,
qui hic dicitur mens: mouetur appetitus
ſenſitiuus, q hic anima vocatur: mouetur
quoq; vis executiua, quæ hic dicitur forti
tudo,aut virtus,ſeu vires. Itaq; præcipitur
nobis,vt intentio noſtra ac voluntas tota
feratur in Deum: q eſt Deum toto corde
diligere. Deinde vt intellectus ſubiiciatur
Deo, credens quæ credenda iuſſerit Deus,
& nullam aliam rationem credendi inue-
ſtigans,niſi quia dñs dicit: quod eſt ex tota
mente diligere. Tertio, vt appetitus ſenſi-
tiuus reguletur ſecundum deum: q eſt ex
tota anima diligere. Quarto præcipitur,vt
omnes vires,hoc eſt,oẽs actus tui plene
Deo obediant: quod eſt ex omnibus viri-
bus Deum diligere, puta vbi nulla vacat,
aut otioſa eſt vis ſeu potentia ab opere &
obedientia Dei. Deinde additur ad ordinẽ
diligendi: Et proximum tuum debes dili
gere ſicut teipſum. Vbi aduertendum eſt
hoc verbum,ſicut, hic ſignificare ſimilitu
dinem,nõ æqualitatem. Non eñi tantum
pręcipimur diligere proximum,quantum
quiſq; ſe diligit ipſum, ſed ſimili modo &
genere charitatis,puta, & ad illum finem
ad quẽ teipſum diligis. Dilige quoq; pro-
ximum,vt ei velis æternam felicitatem,&
ea per quæ ad illam attingitur,vt ſunt vir
tutes,gratia & dona Dei. Sciendum quo-
que,per proximum hic non intelligi con
ſanguineos. ſed naturæ conſortem,quem-
libet ſcilicet hominem: Omnes eñi ex eo-
dem patre nati ſumus. Poſtremo ſi inter-
roges. An hac in vita hoc poſſit impleri p̃-
ceptum? dicendum: Eo modo impletur,
quo datum eſt,& quo impleri poteſt iuxta
cõditionem huius vitæ, vt nihil vnquam
egiſſe inueniaris,quod ſit præcepto,ſeu fi-
ni præcepti contrarium. Bifariam nanque
hoc præceptum cõtingit & intelligi & im
pleri. Vno modo,vt ad finem pertingatur
præcepti ſeu præcipientis, quem intendit
præcipiens,cuius rei gratia præcipit. Hoc
modo in hac vita non poſſumus implere
præceptum hoc, vt verba ſonant, vt ſcili-
cet diligamus eũ ex toto corde, & vt con-
tinuo motu dilectionis ſemper feramur in
Deum, inhæreamusq; Deo,& vt omĩ tem
pore cor noſtrum ad Deum,& ad nullam
aliam creaturam ſit inclinatũ. Hic ſtatus
eſt futurę vitę. Alio modo intelligitur hoc
mandatũ,vt poſſibile ſit huic vitæ, in qua
ſic impletur,vt licet ad finem non obtinea
tur præcepti ſeu intentionem præcipiẽtis,
nihil tñ agit ſeruus cõtrariũ huic fini. Ver
bi grã: Militi præcipit dux vt fideliter pu-
gnet,intendẽs victoriã. Pugna eñi fit pro-
pter obtinendã victoriã. Itaq; miles legi-
time pugnãs,& victoriã obtinẽs,perfecte
ducis impleuit mandatũ. Si vero victoriã
nõ obtinet,nihil tñ facit victoriæ contra-
riũ, nihil agit q̃ victoriã excludat, implet
et ſatisfacit p̃cepto,licet imperfecte. Hoc mõ
qui cõtra deũ nihil agit,q̃ illũ à ſe excludat,
qui

qui nullum admittit mortale peccatum, hic implet hoc dilectionis præceptum im perfecte. Qui vero totus & continue fertur in Deum, & ſtabiliter ei inhæret, hic di ligit perfecte. Sed, hoc eſt, beatorum in pa tria. Cum autem ſic reſpondiſſet, Chriſtus illum laudauit, quod recte reſpōdiſſet, mo uitq; eum vt quod ſentiret faciendū, etiam faceret.

Marc. 12

Ille autem uolens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum: Et quis eſt me us proximus?

Vt aliqui putant, hic legiſperitus animo tentandi dominum primo acceſſit, ſed tandem mutatus atq; compunctus voluerit ſe iuſtificare, hoc eſt, operam dare vt iuſtificaretur. Veruntamen quod alij ſentiunt magis placet. Legiſperitum hunc tumidum fuiſſe & arrogantem & tentatorem Ieſu, exiſtimaſſeq; in obſeruatione legis nō habere ſe ſimilem. Eamobrem inflatus voluit iuſtificare ſeipſum, ac tāquam iuſtum commendare, dixit: Et quis eſt meus proximus? Poterat dicere dominus Ieſus: Omnis homo tuus eſt proxim9. Sed tamen non ita reſpondere voluit, ſed ex propria illius reſponſione illum conuincere ſtuduit de errore. Erat enim apud Iudæos error ille, vt nullum exiſtimarent ſibi proximū, niſi ſuæ gentis Iudæū. Quem errorem vt confutaret, parabolam, aut fortaſſe hiſtoriam inducit, qua oſtendat quēuis hoīem eſſe proximū nr̄m, quē diligere debemus.

Suſpiciens autem, dixit: Homo quidam deſcendebat de Ieruſalem in Iericho, & incidit in latrones. Qui etiam deſpoliauerunt eum: & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto.

Dominus Ieſus locuturus quaſi parabolam, qua humani generis deſcriberet calamitatem, ſuſpexit. i. ſurſum vidit verſus cœlum, quaſi lapſui noſtro condolens, quo ab altitudine & nobilitate cœleſtis ſtatus recidimus omnes. Spiritualiter enim per hominem hunc, primum hominem vult ſignificari Adam, qui in Ieruſalem, in ciuitate pacis, ſeu in viſione ac guſtu pacis conſtitut9, hoc eſt, in paradiſo terreſtri, in quo originali viuens iuſtitia, fuit in magna pace: ſed deſcēdit per peccatum originale in Iericho, hoc eſt, in inſtabilitatē, miſeriam

Gene. 3

& defectibilitatem corruit mundanam, & in præſentis exilij locum paradiſo eiectus. Deſcendens autem, hoc eſt, peccando corruens, incidit in latrones. Latrones ſunt maligni ſpiritus, q vitæ noſtræ itinera obſident, & Dei donis gratiaq; nos ſpoliare contendunt, atq; in æternā damnationem pertrahere. Ideo ſequitur etiam: Qui etiam deſpoliauerunt eum. Spoliati ſumus decore gratiæ Dei, doniſq; pulcherrimis, optimis atq; ſuauiſſimis. Ab incorruptione enim, à pace, ab obedientia, à tranquillitate à ſcientia, à rectitudine ad omnem miſeriā atque ad ærumnas infinitas, hoc eſt, ad ignorantiam, ad infirmitatem, ad tædium & faſtidium omnis boni, ad pronitatem peccandi, ad caliginem & ignorantiam & ad inſtabilitatem peccando lapſi ſumus. Spoliati enim admirabilibus donis Dei, poſtquam etiam plagas & vulnera accepimus: abierunt latrones à nobis ſemiuiuis relictis, id eſt, non ad vniuerſum nos, quo nulla foret nobis repoſita ſpes ſalutis, interimerunt. Quatuor autem ſunt vulnera quæ lædunt animam inflicta nobis ex originali peccato. Malicia, hoc eſt, inclinatio pronitaſq; ad malum in voluntate. Ignorantia in intellectu. Infirmitas in vi iraſcibili (prauitati enim nunquam ſatis reſiſtimus) & concupiſcentia inſatiabilis delinquendi in vi concupiſcibili. Hæc quatuor vulnera, hæ plagæ adeo nos extenuant, adeo vires nobis minuūt, vt pro media parte vix nobis inſit vita. Fuerunt enim iuſti ad Dei gratiam recepti, Deoq;, quantū ad ſuam attinet perſonam, reconciliati, non autem quantum attinet ad naturam. Ideo Iohannes quoque Baptiſta, quamdiu natura humana non fuit reconciliata, quamuis ſanctus, quamuis propheta, præcurſor & martyr Chriſti, nō regnum cœlorum, ſed tanquam adhuc ſemiuiuus limbum, donec ab omni per Chriſtum vulnere ſanaretur, intrauit.

Matth. 11

Accidit autem ut ſacerdos quidā deſcenderet eadem uia: & uiſo illo præterijt. Similiter & Leuita cum eſſet ſecus locum, & uideret illum, pertranſijt.

Per ſacerdotem intelligitur tempus legis, in qua multa quidem inſtituta fuerant ſacrificia, ſed nullū quod hoīem perfecte mundaret, recōciliaretve Deo. Per Adam enim

Gene. 3

enim intrauit peccatum, & inde pertranſijt in omnes. Vnde omnes vulneramur,
1. Cor. 15 Pſal. 13. 5. nec eſt qui faciat bonum: non eſt, inquam qui ſanus ex omnibus remaneat vſque ad vnum. Chriſtus em̄ ſolus non potuit hoc vitio inquinari/ Maria eius benedicta mater, tametſi inquinata non ſit, potuiſſet tamen niſi pręſeruata foret, maculari. Porro per Leuitam tempus intelligitur prophetarum, qui omnes nunciauerunt redemptorem, & ſaluatorem nobis venturum. Nullus tamen vel ſibi vel alijs præſtabat ſalutem. Omnes ergo pręterierunt, homine ſemiuiuo, id eſt, perfecta opera vitæ agere non valuit, relicto.

Samaritanus autem quidam iter faciens uenit ſecus eum: & uidens miſericordia motus eſt. Et appropians alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinum. Et imponens illum in iumentum ſuum duxit in ſtabulum, & curam eius egit.

Pſalm. 114 Samaritanus iſte haudquaq̃ alius eſt, q̃ cuſtodiens paruulos dominus noſter Ieſus Chriſtus. Samaritanus em̄ dicitur cuſtos. Qui ergo ex nominis ſignificatione cuſtos dicitur, & ex beneficio & dilectione nemini non cuſtodia impertitur, recte huic ſemiuiuo curam cuſtodiamq́; exhibuit. Cuiuſmodi autem, inquis, iter domi
Iohan. 1 nus fecit? Iohannes dicit: Verbum caro factū eſt, & habitauit in nobis. Eius ad nos deſcenſio, eius iter fuit. Eius ad nos deſcēſio, incarnatio fuit. Cœpit em̄ nobiſcum eſſe in forma qua ante non fuerat. Quare
Philip. 2 & ad nos dicitur veniſſe. Venit itaq; ſecus eum, quia Chriſtus in ſimilitudine venit carnis peccati, non in carne peccati. Veniſſe quoq; ſecus humanum genus dicitur, quia clementiſſima dignatione ſua humano modo nobiſcum vixit, & edens, bibēs, dormiens, frigora, calores, famem, ſitimq́; patiens, ſeſe per omnia nobis abſq; peccato aſſimilauit. Miſericordia motus quoq; eſt. Quō miſericordia nō moueretur adiu
Thren. 3 tor meus, deus meꝰ, miſericordia mea? Rè
Oſee 14 vera miſericordiæ eſt domini, quod nō ſumus conſumpti. Alligauit quoque infir
Iſaiæ 53 mi vulnera. Sanabo (inquit) contritiones eorum. Imo ipſe vulneratus eſt propter peccata noſtra, & eius liuore nos ſanati ſumus. Alligauit vulnera, quia curam ad illorum ſanitatem adhibere cœpit. Alligauit vulnera eius, quia lęſionem virium per virtutes & ſpiritualium gratiarum dona reformauit: infundens oleum conſolationis, guſtumq́; ſpei, quo ſentiret homo in ſe diuinam miſeratione̅, qua in adoptionem filiorum Dei reciperetur. Nec oleum duntaxat conſolationis, ſed auſterioris quoq; præcepti vinum infudit. Poſuit autem vulneratum ſuper iumentum ſuum. Iumentum Chriſti, caro eſt Chriſti. Super hoc iu Ibidem.
mento nos poſuit, quia vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Deus enim poſuit iniquitates omnium ſuper eum, & diſciplina pacis noſtræ ſuper eum. Et vt Petrꝰ ait: Peccata noſtra 1. Petri. 2
pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. Deinde duxit in ſtabulum, hoc eſt, Eccleſiæ incorporauit, regendumq́; commendauit, in quo illius curam habuit.

Et altero die protulit duos denarios, et dedit ſtabulario, & ait: Curam illius habe: & quodcunq; ſupererogaueris, cum rediero, reddam tibi.

Samaritanus noſter dominus IESVS Chriſtus, vbi nos in corpore ſuo in ſtabulum ſeu ouile eccleſiæ induxit, atq; per ſuā paſſionem & vulnera corporis nos in locum, vbi noſtri cura ageretur portauit, altero die, hoc eſt, tempore paſſionem ſuam ſequente, duos protulit denarios, deditq́; ſtabulario. In ſtabulario vel chorum apoſtolorum vel quemlibet eccleſiæ prælatū Acto. 9
ſignificat. Stabularius Pauli fuit Ananias, cui illum Chriſtus commendauit. Itaque ſtabulario duos dat denarios ad ſanitatem infirmi curamque impendendos. Duo denarij ſunt duo teſtamenta, veteris ſcilicet & nouæ legis. His regendus, his cibandus, potandus, fouendusque eſt infirmus. Et ſi quid, inquit, ſupererogaueris ex donis alijs & induſtria tibi data, præter ea quæ in lege veteri aut noua ſcripta ſunt, quæ tamen ad illius ſint ſalutem, & quę in eius verteris commodum aut vtilitatem: de his (vt dixi) quæ à Deo accepiſti, cum iudex viuorum & mortuoꝝ rediero, omnia reddam tibi. Beatus cui tu es debitor dn̄e Ieſu. Ex promiſſione em̄ tu te nobis conſtituis debitorem. Vide hic ꝙ dn̄s dicat: Si quid ſupererogaueris. Eſt ergo q̄d homo ſuperogare poſſit, hoc eſt, gratū q̄d facere Deo, nō coactus pręcepto aut iuſſu dei, ſed deuota volūtate impulſus, quę nulla lege arcta-

arctatur aut conſtringitur. Eſt, inquam, quod poſſit offerri gratum deo, tametſi non ſit præceptum, ſed arbitrarium, nec etiam ita lucide inueniatur illud expreſſum in ſcriptura, modo non ſit contrariũ ſcripturæ: quia contradicentibus Lutheranis omnibus Chriſtus dicit: Si quid ſupererogaueris, cum rediero reddam tibi. Hæc dicens denuo ad legiſperitum conuerſus, interrogationem facit.

Quis horum trium tibi uidetur proximus fuiſſe illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Ille qui fecit miſericordiam in illum. Et ait illi Ieſus: Vade, & tu fac ſimiliter.

Per hanc interrogationem & legiſperiti reſponſionem cõcluſit eundem dominus, quo intelligeret non ſolum Iudæum aut amicum, ſed omnem quoque hominem ſuum eſſe proximum: quandoquidem hic Samaritanus ratione compaſſionis ac beneficij non potuit negari illi fuiſſe proximus, qui incidit in latrones. In fine itaq; dominus illi dicit: Vade & tu fac ſimiliter. Quaſi dicat. Quomodo fateris (& revera eſt) illi qui in latrones incidit fuiſſe proximũ eũ qui in ipſum miſericordiã fecit, Ita tu quoque, ſi quis tua eguerit ope, omni homini te adiutorem præbe, intelligens Pſal.40 ſuper egenum & pauperem, quem tibi æſtimes proximum. Hoc idem largiatur nobis dominus noſter Ieſus Chriſtus, vt q̃modo ſcire, ita quoque implere valeamus ad ipſius laudem, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

SERMO IN EADEM Dominica. Triformiter eſt deus diligendus.

MAgiſter quid faciens vitam æternam poſſidebo? Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex tota mente tua. Lucæ X. Magna res chariſſimi eſt charitas, ſine qua non poteſt homo ſaluari, cum qua non poteſt damnari. Qua habita habentur omnia: qua non habita deſunt omnia. Ne- August. que enim ſeruus dei eſſe poteſt humilis, eo modo quo Chriſtianus eſſe debet humilis, vt ſcilicet humilitas ſit eius accepta deo ac meritoria, niſi habeat charitatem. Non potes (inquam) eſſe patiens, non potes eſſe mitis, aut caſtus ſine charitate. Sic nulla virtus eſt virtus ſine charitate. Eſt igitur charitas omnibus nobis maxime neceſſaria. Deſcribitur autem nobis hodie cuiuſmodi eſſe debeat. Neq; enim omnis amor eſt charitas. Diligunt enim ſe homines vt homines, vel quia ex eadem gente, vel ex eodem ſanguine nati, vel eiuſdem artis, eiuſdem profeſſionis, in vna domo familiares, aut eiuſdem naturæ & voluntatis. Itaq; varia hæc & multiplex ratio diligendi, multiplicem quoq; generat dilectionem. Vna eſt ratio charitatis: diligere deum in deo, diligere ipſum propter ipſum & propter nihil aliud, hominem vero diligere propter deum. Deus itaq; cauſa & finis ſit, quare deus proximusq; diligitur. Et hæc eſt charitas. Hæc charitas ſeu dilectio moueat os ad loquẽdum, manus ad operandum, pedesq; ad ambulandũ, quo impleantur præcepta dei. Non enim recte præcepta dei imples, niſi diligas. Huius charitatis canon nobis præſcribitur, quando dicit: Diliges dominum deum tuum Lucæ.10 ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omi mẽte tua. Hic eſt ſcopus finisq; perfectionis noſtræ, vltra quem excedere non poſſumus. Quem etiam in hac vita nunquam attingimus. Semper enim habemus quo in perfectiora nos extendamus. Semper ſpatium nobis reſtat quo in charitate creſcamus, quando dicitur ex toto corde. Be Pſal.118 nigniſſimus enim deus, qui eſt laudabilis imo & amabilis nimis, mandata ſua nobis præcepit cuſtodiri nimis, vt ſemper inueniamus quod nobis deſit, ſemper defectum noſtrum plangamus, ſemper nobis reſtet, quod nondum apprehendimus, ad quod anhelemus. Haudquaquam tamen trãſgreſſores iudicabimur præcepti in hac vita, ſi diligimus hic deum, licet non ad illum ſcopum, nec ad menſuram nobis præfixam in hac vita, ſed in futura vita pertingamus, dum tamen in continuo proficiendi & deum magis diligendi deſiderio perſeueramus, dum creſcere in charitate contendimus. Itaq; diligendus eſt deus tripliciter: Primo integre, quod hic dicitur ex toto corde. Quid eſt, inquis, deum diligi integre, ſeu ex toto corde? Si de hac vita reſponderi oportet, quomodo hic mandatum hoc poſſibile eſt impleri. Dicendũ eſt: Sic dilige deum, vt nulli rei ſit magis

cor tuum inclinatum, quàm ad dominũ deum tuum. Dilectio hæc ad ſalutem neceſſaria eſt, quæ ſi in te fuerit, ſufficit quidem ad ſalutem, ſed non ſufficit ad perfectionem. Porro pro ſtatu patriæ, eſt om̃is motus animæ, omnes vires hominis, & qcquid in homine eſt, abſorberi in deum, vt nihil extra deum ſit, ſed totum in deo. Hic vero (vt dixi) diligere deum ex toto corde eſt nulli rei eſſe magis inclinatum, quàm deo: nec in vlla re alia delectari, hoc eſt, quieſcere, aut in ea dilectionis ſuæ finem ponere, quam in deo. Non in cibo, non in potu, non in vxore aut liberis, nec in opibus aut honoribus. Nam ſi in aliquo horum occupatus fuerit amor cordis tui, nõ ex toto corde amas deũ. Dicit quis, Quomodo non poſſum delectari in cibo, in potu, & in aliis quorum ſine delectatione nõ eſt vſus? Velim nolim eſurientem me delectat cibus, tametſi aridus duntaxat foret panis. Dicendum quod te delectat cibus, aut licitum aliud quod nihil adhuc eſt periculi quamdiu delectationem non quæris. Non præcepit deus, ne cibus delectet, ſed pręcepit ne tu delectationem aliam in creatura quæras, quàm eam quæ eſt ex deo, ſiue in deo, ſiue propter deum. Aliud eſt ſentire delectationem, aliud amare, aliud eſt tolerare, aliud querere delectationem. Itaque ſentire delectationem nemo prohibetur: quandoquidem re vti delectabili, abſq; delectationis perceptione, non eſt materiale aut poſſibile homini ſano, aut bene (vt eſſe debet homo) ordinato. Quo circa relicenter vti potes delectabili, imo etiam ordinate eandem ſecundum deum & infra deum diligere potes, non quia delectabilis, ſed quia neceſſaria tibi eſt: quia nõ dictum eſt tibi, vt nulla te res delectet, ſed vt nulla te res æque aut magis delectet quàm deus. Quod tamen ſane quoq; eſt intelligendum. Multæ enim res magis delectant abſq; periculo quàm deus, puta pater, mater, vxor, aut proles, ſed hoc eſt iuxta ſenſum carnis, non iuxta iudicium ratiõis. Nam licet vxor tua quo ad ſenſum dilectionis carnalis ſeu cordialis quæ ſentit, ſuauior ſit cordi tuo quàm deus, non eſt tamen præſtantior in corde tuo, iuxta dilectionem rationis quandoquidem mille vxores, millieſq; offendere malles quàm vnum deum. Impedit tamen amor hic creaturarum, etiam ſi non ſit cõtra deum, vehementer dei purum amorẽ.

1. Timo. 4

Amor enim dei purus non eſt, quamdiu aliquid de amore creaturarum, quod propter ipſum non fuerit, mixtum eſt. Pluma namq; non adeo poteſt in altum volare, dum fece terrena aut luto eſt inquinata, ſeu agglutinata, vt volat ab omni ſorde feceq; aliena ac libera. Iccirco ſanctus ait Auguſtinus: Minus te domine amat, qui tecum aliquid amat, quod propter te non amat. Circuncidẽdus igitur eſt amor dei, ab omni alio amore, iuxta illud Deuteronomii: Circumcidit dominus cor tuum, & cor ſeminis tui, vt diligas dominum deum tuum ex toto corde tuo. Vult autem totum cor tuum habere deus, quia vt Auguſtinus ait, Totum te exigit, qui totum te fecit. Et cui ſanctius, cui vtilius quæſo cor tuum potes offerre, quàm deo? Aurũ & vas quodcunque aliud quãdo offertur, purgatur vt mundum deceſq; offeratur. Tu quoque deo offeras oportet amorem mundum, & ab omni alio amore purgatum. Secundo, diligendus eſt deus fideliter, quomodo ipſe fideliter dilexit nos. Quæſiuit enim vtilitatem noſtram. Nos vero quia eius vtilitatem non poſſumus quærere, quęramus fideliter eius gloriam beneplacitum, & honorem. Hoc autem applicari poteſt, vt dicatur deus ex tota anima diligi, quãdoquidem ex tota anima adeo fideliter dilexit nos, vt animam ſuam potius ſineret à corpore ſuo ſeparari, quàm noſtras à ſe animas diuidi pateretur. Quare deum quoq; noſtrum, vita debemus habere chariorem: vt ſi alterum neceſſe fuerit, potius amittamus vitã, quàm deum. Fidelis namque amor omne tormentum ſuperat. Nam de hoc fideli amore à ſponſo dicitur: Fortis eſt vt mors dilectio: quia propter CHRISTI dilectionem etiam mors ipſa contemni, hoc eſt, tolerari debet, ne alienus quiſpiam fiat à CHRISTO. De hoc Paulus dicebat: Quis ſeparabit nos à charitate Chriſti? an tribulatio? an anguſtia? an fames? an periculum? an gladius? Hoc modo loquuntur omnes qui Chriſto ſunt fideles. Eſt enim fidelitas donum aliquod, quo diſcernitur inter bonos & malos. Cuncta enim alia exercitia poſſunt facere tam boni, quam mali. Poſſunt enim ęque ieiunare, poſſunt orare, poſſunt eleemoſynam dare. Vnum duntaxat eſt quo ſeruus malus à bono diſcernitur, quia domino ſuo malus ſeruus non poteſt eſſe fidelis. Quæ autem noſtra

Auguſt.
Deu. 10
Auguſti.
Matth. 11
Cant. 8
Roma. 8

eſt fidelitas erga dominum deum noſtrũ Quantula eſt & quam cito deficit? Non igitur gloriemur de fidelitate amoris erga CHRISTVM, quandoquidem fidelitatem noſtram beſtiæ, puta canes ſuperant. Illi enim dominos ſuos ſequuntur per ſpinas & dumeta, per ignem & aquam, & diuidi nolunt. Imo fugatus à domino & abactus mox reuertitur, & domini quærit gratiam. Quid nos huic beſtiæ ſimile aliquando fecimus? Blanditur nobis, iraſcitur nobis deus perinde tamẽ nos
Sapien. 5 blandientem deſpicimus vt terrentem. Secundo, amor non laſſatur. Laſſati, inquiunt quidam, ſumus in via iniquitatis: at in amore dei laſſari nemo poteſt. Quicunq; enim deum diligit minus eum diligit quã
Prou. 30 tumuis diligat, quam eſt diligendus. Imo quo plus quiſquam diligit, eo minus ſibi videtur diligere. Ignis enim diuini amo-
Auguſti. ris nunquam dicit (vt ſcriptum eſt) ſufficit, dicit Auguſtinus. Amantis anxietas
Can. 5 non finit eum dormire. Recte non finit eum dormire. Cum enim dormit amans, vt in Canticis dicitur, cor eius vigilat. Amor de quiete fit inquietior. Quies, hoc eſt, otium amanti eſt afflictio. Qui enim guſtu inebriatur amoris ad omne opus hilareſcit: ſæpe quidem dolet, ſed nõ ſentit, laborat, ſed non laſſatur, deridetur, ſed nõ
Gene. 29 aduertit. Habes huius ſimilitudinem in Iacob patriarcha, dum eſſet iunior Rachel amabat filiam auunculi ſui. Pro qua patri vt illam obtinere mereretur ſeptem annis ſeruiuit. Nõdũ tamẽ obtinuit, ſed primo Lya illi appoſita eſt. Deinde Rachel. Pro qua ſeptem alijs annis ſeruiuit. Cuiuſmodi autem eius fuerit ſeruitus, ipſe poſtea exprobrans auunculo ſuo retulit: Die noctuq;, inquit, æſtu urebar & gelu, fugiebat ſõnus ab oculis meis: & alia gra-
Gene. 31 uia moleſtaq; quæ ibi recenſuit (vt Geneſis habet) per viginti annos tolerata. Vbi
Gene. 29 tamen dicitur, quod bis ſeptem anni quibus pro Rachel ſeruiuit videbantur ei dies pauci, præ amoris magnitudine. Quid ergo facit amor? Num fatigat? Num laſſat? Si enim hæc carnalis poteſt amor, nunquid dei amor eadem non poteſt? Si tot tantoſq; fert homo labores pro vnius creaturæ deſiderio & amore, indignus eſt creator, cui tantus, imo cui maior impendatur amor? An impotens fortaſſe eſt dei amor aut inſuauis, qui non poſſit quod ſeculi carniſq; poteſt amor? Si pro lucro temporali, ſi pro delectatione carnis tanta ſuſtinet homo, nunquid pro æterna vita, nũquid minora pro regno tolerabit cœlorũ? Si vt ea, quæ hic impure & plæruncq; inhoneſte amat obtineat homo, labores & ęrũnas ſuſtinet, nec tamen moleſta ſe cõqueritur pati, nec inſuauia quæ patitur ducit: quomodo grauia ſunt quæ pro deo quis patitur? Non aliam hic video rationem, quare vnũ ferre ſuauiter ſe quis dicat, aliud grauate: niſi quia vnum, hoc eſt, mundana diligit, aliud, id eſt, deum nõ diligit. Sunt nanq; multo plura abſque numero, que onera amoris diuini dulcia faciunt & releuant vt non ſentiantur, quam ſint in cupiditate bonorũ tẽporaliũ, pro quibus huius mundi amatores grauia & moleſta ferunt non ſentiẽtes moleſtiam. Quapro Gregori.
pter non inſipienter beatus dicit Gregorius: Pœna interrogat, ſi quis deum veraciter amat. Qui enim perfecte amat, pœnã ac laborẽ aut non ſentit, aut non æſtimat. Tertio, amorem fidelẽ theſaurus nullus ſuperat. Si dederit, inquit, homo omnem Canti. 8
ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam. ſ. ſubſtãtiam domus, præ nobilitate & excellentia dilectionis quàm comparauit. Illud eñ vnicuiq; eſt theſaurus, quod quis maxime amat. Quarto, amori extraneo non vult miſceri August.
amor dei. Neq; eñ fas eſt neq; poſſibile, vt terrena cœleſtibus, ima ſũmis, ſpiritualibus carnalia miſceãtur. Mulier ſuo viro fidelis, non aliũ amat quã ſuũ virum. Nã ſi amat alium, iã non amat ſuũ. Et de anima peccatrice atq; à deo recedente per Ie Iere. 3
remiam dicit dñs: Qũo ſi contemnat mulier virum ſuũ, ſic contempſit me domus Iſrael. Nemo igitur duobus poteſt dominis ſeruire: nemo deum & diabolum poteſt Matth. 6
audire. Nemo diligere poteſt deum & diabolum, hoc eſt, delectationes carnis, voluptates & honores quas ille offert. Pure igitur deus diligatur oportet, & ſine ſocio, propter ſe, & nõ propter aliud: ne illud aliud propter quod deũ diligimus precioſius quàm deũ, imo ꝓ deo nobis faciamus. Tertio, diligendus eſt deus perſeuerãter. Quod quidã putant eſſe nobis dictũ, cũ ex tota mẽte iubemur diligere. Quod eñ mẽte aut intellectu hæret, firmiter ac perſeueranter hæret. Tota igitur mente, & totis viribus diligit, qui nunquam non diligit. Tamen filij chariſſimi quomodocunque hæc verba exponantur, hoc vobis tenen-

dum eſt, vt deum ita bonum, ita potentē, ita ſapiētem, ita dignum æſtimetis, vt pro nulla re creata illum relinquatis. Omnia quæ in mundo ſunt, & vniuerſum mundum ipſum contemnatis potius & amittatis, quàm vt deum offendatis. Pœnas & mortem potius ſuſtineatis, quam deum offendere conſentiatis peccato. (Matth.16 Mar.8 Lucæ.9) Si mundū lucrari poſſitis vniuerſum vno peccato, potius mundum cum omnibus quæ in mundo ſunt ſinatis perire & perdi, quàm vt peccetis. Videte igitur quanta eſſe debet vobis charitas, quanta fidelitas ad deum. In omni actione veſtra, in omni euentu, primum quod in omī re interrogetis, primum quod à vobis ſolicitudinem exigat aut curam ſit, an offendatur deus aut proximus. Si deus offenditur, nulla ſit cū eadem re poſthac vobis cōmunio. Si proximus offenditur, videndum iterumq; diſcutiendum propter quid offendatur, & ſi offenſio tolli poſſit abſq; offenſione dei. Si enim quid egeris aut omiſeris propter amorem proximi, aut ne offendatur proximus: & per hoc offendis deum, non recte facis, ſed omino cauere te decet, neceſſeq; eſt, ne in hoc quo offendis deū, optes placere proximo. Omnino, inquam, caue, ne deo offenſo ſtudeas homini placere: quin potius vniuerſo velis mūdo diſplicere, atque infenſum habere omnem hominem, ne tibi iratum habeas deum. Porro ſi cum diuina ſtare poteſt amicitia, vt caueas offendere hominem, omnibus id modis cura, ne proximum offendas, & deum nihiloſecius propicium, miſericordem & amicum retineas. Filij chariſſimi de diuina dilectione quantum capere poteſtis hoc vobis puto ſatis fore, vt diſcatis dei mandata agnoſcere & ſeruare, diſcatis deſideria veſtra mortificare, atq; in vobis eadem occidere, nullum illis tribuendo conſenſum diſcatiſq; deo in omnibus obedire, atque vos eiuſdem beneplacito reſignare. Hæc enim eſt charitas, vt dei ſeruetis mandata. Et dominus, Si, inquit, diligitis me, mandata mea ſeruate. (Iohan.14) Viuite igitur in fide ſanctæ eccleſiæ, & quę vltra captum veſtrum ſunt, nolite diſcutere, aut curioſe rimari. Satis vobis ſit ſcire quæ eccleſia credit, & eadem credere. Quæ ſi quoq; non ad plenum capitis aut neſcitis quid eccleſia credit, nolite diſputare, nolite contendere, ſed generatim in omnibus aſſeuerate, ea quæ credenda monet eccleſia, eadem vos credite. Nolite deum tentare, nolite experimenta in his quæ fidei ſunt petere. Omnia committite Chriſto, & matri ſanctæ eccleſiæ, cuius eſtis filij & filiæ. Et hoc modo in ſimplicitate viuite fidei, quā diu aliud à vobis deus non requirit. Humiliter quoq; ſemper de vobis, ſublimiter vero de proximo ſentite, atq; in gloriam (1.Cor.10) dei quicquid agitis, dicitis, ac cogitatis dirigite: qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

DOMINICA XIIII. POST DOMINICAM S. Trinitatis, Epiſtola Pauli ad Gala. V.

Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem. Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, ut non quæcunq; uultis, illa faciatis. Quod ſi ſpiritu ducimini, nō eſtis ſub lege. Manifeſta autē ſunt opera carnis. Quæ ſunt, fornicatio, immundicia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiōes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, hæreſes, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſatiōes, & his ſimilia: quæ prædico uobis, ſicut prædixi. Quoniā qui talia agunt, regnū dei non conſequentur. Fructus aūt ſpiritus eſt, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Aduerſus huiuſmodi non eſt lex. Qui autem ſunt Chriſti, carnē ſuam crucifixerunt cum uitijs & concupiſcentijs.

PARAPHRASIS IN EANDEM Epiſtolam.

Gala. 5 SVpra paulo ante lectionem hanc Paulus apoſtolus dixerat nos Chriſtianos in libertatem vocatos, modo libertatem nō vſurpemus nobis in occaſionem carnis. Quod quomodo fieri poſſit, nunc docet, dicens: Secundum ſpiritū ambulate, & ea quæ vobis per inſtinctum ſpiritus ſanctus ſuggerit, quæve rectæ rationis iudiciū præſcribit aut dictat facite, & deſideria carnis non perficietis, id eſt, ita reluctandum eſt, vt carni delectationes ſuas quas deſiderat negetis, quod eſt libertatem ſuam non dare in occaſionē carnis. Caro enim, id eſt, appetitus ſenſitiuus concupiſcit aduerſus ſpiritū, hoc eſt, ea appetit quæ rationi repugnāt. Spiritus autem, id eſt, appetitus intellectiuus, ratio ſeu anima concupiſcit aduerſus carnem, ea quæ illi moleſta ſunt, puta caſtitatem, corporis mortificationem, ſui humiliationem &c. Hæc enim duo puta ſpiritus & caro ſibi inuicem aduerſantur (quod graue & inteſtinum eſt bellum) vt non quæcunq; vultis faciatis. Quæ enim vultis, niſi vt nullæ ſint prorſus in vobis concupiſcentiæ illicitarum malarumve delectationum? Nemo ſanctorum hoc non voluit, ſed quotus fuit, qui hoc hactenus impetrauit? Nemo niſi ex ſingulari dono (vt dei matrē excipiam) & gratia dei vt à concupiſcentijs ſit liber, effecit. Si ergo non ſinūt concupiſcentię vos agere quod vultis, nō ſinatis eos quoq; perficere quod volunt aut concupiſcunt. Si (inquam) non potes facere, quin caro concupiſcat aduerſus ſpiritum, per diuinæ gratiæ adiutorium hoc facito, ne ſpiritus ſuccumbat carni. Quod ſi ſpiritu dei ducimini, non eſtis ſub lege. Quaſi diceret: His qui ducuntur deſiderijs carnis iure dominatur lex, eos coercens vel timore pœnæ. Mallent enim legem nō eſſe, vt libere facerēt quod clanculum deſiderant. At is qui ſpiritu dei ducitur, non eſt ſub lege quæ timorem incutit, ſed in charitate. Manifeſta autem ſunt opera carnis, vnde cognoſcetis nū carne an ſpiritu ambuletis. Quæ ſunt hæc? Fornicatio, vt eſt luxuria, quæ committitur cum ſcorto. Immundicia, hoc eſt, vitium contra naturam, vel inter eiuſdem ſexus homines, aut aliter. Impudicitia, quæ eſt libido, quæ expletur in oſculis, tactibus, amplexibusq; impudicis. Luxuria, quæ generale nomē explicat incontinentiæ vetitæ, & pro ſpeciebus incontinentiæ alijs hic non ſingulariter nominatis accipitur. Idolorum ſeruitus. Veneficia, hoc eſt, ſortilegia quæ idololatriæ quoque genus eſt quoddam. Inimicitiæ, in quibus rancor aut odium ſeruatur, quæ vtraque ex priuato oriuntur amore. Vnde ſequuntur quoque contentiones verborum, ęmulatiōes, hoc eſt, inuidentiæ, vbi eadem res à duobus pluribusve appetitur, & alius alium impedit, alterq; alteri hanc præripere conatur. Iræ rixæ, diſſenſiones animorum, quæ roboratæ ex pertinacia fiunt. Sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, inhoneſta luxurioſaq; conuiuia, quibus ventri gulæ, ineptijs, lætitiæ mundanæ, oſtentationiq; ſeruitur: Hæc ſcilicet & his ſimilia quæ ſicut prædixi præſens olim, ita nunc abſens per epiſtolam prædico vobis opera eſſe carnis, id eſt, opera quæ ſecundum hominem fiunt, nō ſecundum deum, aut ſecundum ſpiritum, eaq; mortifera: quoniam qui talia agunt, regnum dei non conſequentur. Qui talia, inquit, agunt, nō qui talia quidem in ſe ſentiunt, ſed aduerſus ea confligunt. Aliud nanq; eſt agere vitia, aliud confligere contra vitia, aut ſentire. Qui enim aduerſus vitia habet conflictū, habet quidem vitia in ſe cum quibus pugnat, ſed his tamen non conſentiens, non propterea excluditur à regno dei. Deinde opera quoq; ſpiritus enumerans, quæ in homine ſpiritus ſanctus habitans operatur, & ſpiritui inſunt rationali, dicit: Fructus autem ſpiritus ſunt. Fructus recte vocantur hæc opera ſpiritus, quoniam ex bona arbore, vt fructus optimi ac ſuaues prodeunt, qui refectionem perpetuæ præbeant ſaturitatis. Matth. 7 Fructus, inqt, ſpiritus ſunt, Charitas, quæ eſt actus dilectionis diuinę fraternæq;: ex cuius radice omnes aliæ virtutes vigent ac virēt. Gaudium ſcilicet in deo & in eius benignitate. Pax, quæ eſt tranquillitas mentis, voluntatiſq; vnio cū deo. Patientia, qua æquanimiter tolerantur aduerſa. Longanimitas, quæ ſtabilis diuturnaq; eſt inter labores ſeu inter aduerſa animi expectatio bonorum diuinorum promiſſorum. Bonitas, id eſt, dulcedo beneuolentiæ & pia animi affectio. Benignitas, quæ ipſa quoque pia eſt affectio animi ſua gratis offerētis, hilariterq; quicquid poteſt propter deum largientis. Mãſuetudo, qua homo efficit tractabilis, boniſq; conſentiens, lenis mitiſq; ac affabilis.

lis. Fides, id eſt, certitudo fidei. Aut, fides eſt, qua veraciter credimus quod non poſſumus videre. Aut fides, id eſt, fidelitas fauorq́; cõſtans & ſanctus erga proximum, cui prodeſſe cupit, & quẽ promouere gaudet. Modeſtia, quæ tam in verbis quàm in operibus modum tenet. Continẽtia, quæ ab illicitis obſcœnisque operibus ſe temperat ac frenat, & cum labore ac in luctamine ab obſcœna delectatiõe ſe continet. Iccirco enim continentia vocatur. Caſtitas eſt, quæ in pace ac quiete conſtituta ſe continet, omnem illecebram carnis, non tam impugnans quàm execrans. Cuius conſummatio eſt concupiſcentiæ omnes motus toto animi horrore deteſtari, iugẽque ac inuiolabilem ſui retinere puritatẽ. Aduerſus huiuſmodi ſpiritales fructus non eſt lex prohibens eos, aut his contradicens, quin potius fouens eos. Porro aduerſus opera carnis iam prædicta maxime eſt ex diametroq́; pugnat lex. Qui autem ſunt Chriſti carnem ſuam cum vitijs & concupiſcentijs ſuis crucifixerunt. Non omnes, inquit, vitijs reluctantur: ſed hi ſoli tantũ, qui ſunt ex parte Chriſti, qui poſſeſſio ſunt Chriſti, qui deniq; mẽbra ſunt Chriſti, & qui paſſionis Chriſti veſtigia ſequuti, carnẽ ſuã crucifixerunt cũ vitijs & concupiſcẽtijs. Serui nãq; Chriſti ad hoc nituntur, ad hoc conanturq́;, vt vitia carnis ſubigãt, & concupiſcẽtijs, hoc eſt, mũdi amori nõ conſentiant. Reprimẽdo em̃ carnis voluptates, ſpernendo mundi gloriã hominumq́; plauſus ac fauores, crucẽ ſibi faciunt, cui præceptis iuſtitiæ perinde ac clauis ſe quibuſdam affigunt.

EXEGESIS EVANgelij Dominicæ. XIIII. Poſt Dominicã. S. Trinitatis. Lucæ. XVII.

NOn vnum in Euangelio præſentis Dominicæ tantum, ſed decem, in decem viris miracula à Chriſto facta narrantur. Magnus enim aduenerat medicus, quia magnus quoq; lãguebat ægrotus. Aegrotabat non præſtantia aut nobilitate magnus ſed vniuerſitate inſignis. Vniuerſum enim genus languebat humanũ. Fuit etiam ægritudo magna. A planta nanq; pedis vſq; ad verticẽ capitis nõ fuit in eo vel vlla ſanitas. Non inueniebatur qui curare poſſit hũc infirmũ, niſi qui creauerat mũdum. Miſit igitur deus verbũ ſuum, & ſanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Magna infirmitas animarũ, grauis morbus, languorq́; vehemẽs nobiliſſima poſcebat aromata, & vnguenta pigmentarij. Adeo autẽ grauia fuere vulnera tua o homo, vt pro te ſanãdo neceſſe fuerit dei filiũ vulnerari, neceſſe fuerit occidi, vt ex eius ſanguine tibi balneũ, ex eius cruore vnguentũ tuis vulneribus adhiberetur. Sic em̃ deus dilexit mundũ, vt vnigenitum ſuum daret, vt om̃is qui credit in illũ nõ pereat, ſed habeat vitã æternã. Itaq; venit filius dei quærere & ſaluũ facere, quod perierat. Siquidem de illo exibat virtus, & ſanabat omnes. Hæc vniuerſitas languentium in perfecto numero ſignatur decem leproſorum. Neq; enim vltra decẽ poteſt numerus procedere, quin ad vnitatẽ redeatur. Accipiamus itaque Euangelium.

Iſaiæ. 1 — Pſal. 106 — Iohan. 3 — Lucæ. 19 — Lucæ. 6 — Auguſt.

Dum iret Ieſus in Ieruſalem, tranſibat per mediam Samariam & Galilæam.

Iter hoc verſus Ieruſalẽ, vltimus fuit Chriſti ad Ieruſalẽ ante ipſius paſſionẽ acceſſus Ibat em̃ Ieroſolymã, ad ciuitatẽ ſcilicet, in qua nouerat Iudæorum populum contra ſe amaricatũ, præcipue pontifices, ſcribas, phariſæos, & legiſperitos, ſuum ſanguinẽ ſitientes. Ad quem locum vltro aſcendit, quia eamobrẽ in mũdum, vt ſua nos redimeret paſſione ac morte, venerat. Acceſſit igitur locum eundẽ, vt patris obedientiã ſibi iniũctam impleret, & quo nos quoq; ad obedientiã, & dei & hominũ impigros currere & alacres doceret. Tranſibat autem per prouinciarum duarum, Samariæ & Galilçæ medium, in quibus non raro & prædicauerat & ſigna fecerat.

Et cũ ingrederetur quoddã caſtellum, occurrerũt ei decẽ uiri leproſi.

Nemo à ſanitate remotior ſeu longior eſt quàm is, qui ſe non cognoſcit infirmum. Qui em̃ ſe infirmum neſcit, quando remediũ quæret? Periculoſior aũt multo eſt infirmitas animarũ quam corporũ: ideo maior quoq; cura eſſe nobis debet pro animę quam pro corporis ſanitate. Vtinam autem vel tantum eſſet ſtudium om̃ibus nobis

bis pro animarũ, quantũ eſt pro corporũ ſalute. Nam vbi modicum quid moleſtiæ quis ſentit in corpore, aut in aliquo membro corporis, non quieſcit requirens, donec remediũ obtineat. Quare id pari modo non facimus circa languorem animæ? Venit Chriſtus medicus medicorũ in mũdum, ſanauit verbo omnia. Occurrerunt ei decem viri leproſi, petentes corporis ſanitatem. Si medicus ſimilis hodie inueniretur in mundo, qui leproſos omneq́ genus languorum aliud ſanaret, nec pro ſanitatis beneficio quicquam reciperet, quãtus ad illũ conflueret putatis quotidie languentium grex? Iam millies mille ægrotãt animę imo lethalibus ſunt morbis corruptæ, quibus ſi vellet abſq; vllo negocio paratũ inueniretur remediũ: & ex illis vix reperitur vnus, qui quærere velit ſanitatẽ. Itane animæ ſanitas faſtidio eſt, itane placet infirmitas? Itaq; cum hic ingrederetur Ieſus quoddã caſtellũ, antequam intraſſet occurrerunt decem viri leproſi. Non poterãt ciuitatem intrare leproſi, ſed ab hominibus alijs ſeparati, morabantur. Audierant de vero medico, qui nullã non poſſit curare infirmitatem. Et dũ accedunt, dũ petunt, dum obediunt, non tam corporis, quàm animæ recipiunt ſanitatem. Non fefellit eos fides, quam habuerũt in Chriſtum. Pro ſanitate corporis rogabant, & vtriuſq; hominis inuenerunt ſalutem. Leui. 13

Qui ſteterunt a longe, & leuauerunt uocem, dicentes: Ieſu præceptor, miſerere noſtri.

Steterunt à longe à Chriſto propter eius reuerentiam, quia morbus eſt fœtidus, immundus & contagioſus. Steterunt quoq; longe à Chriſto, qui fuerunt in anima leproſi, & ſpiritualiter immundi: vtpote peccatores manifeſti, longe à deo conſtituti, clamantes præ magno deſiderio obtinendæ ſanitatis: Ieſu præceptor, miſerere noſtri. Significantur autẽ per decem hos leproſos, peccatores manifeſti, qui ſuo alios exemplo inficiunt: vt ſunt hæretici, luxurioſi, ebrioſi, aleatores, & huiuſmodi alij, qui ſermone, opere, & odore, hoc eſt, exemplo malæ vitæ inficiunt alios. Hi vt leproſi quia ſunt contagioſi, ideo ſunt fugiendi. Lepra enim carnis morbus eſt inficiens & cõtagioſus. Propterea qui hoc ſunt infecti morbo, ab hominum conſortio ſequeſtrantur. Leproſi itaq; ſpiritualiter ſi omnes illi ſunt, qui vel exemplo ſuo alios inficiunt, quanto magis hi, qui dedita ad hoc opera alios ſeducere nituntur, conſolationem in hoc recipientes, quod ſocios habeant peccatorum? Pernicioſum igitur eſt valde habitare in medio peccantium, vbi de iuramento, de execratione, de maledicentia, de impudicitia nemo erubeſcit. Neceſſe igitur eſt vt ſcandalum ſequatur infirmorum. Neceſſe eſt vt corrumpant bonos mores colloquia mala. Sunt quidã ad inuidendum & detrahendum alijs nati, vt nihil probare poſſint alienum: om̃ia carpant, cuncta vituperẽt. Qui propterea impudicus eſt, impudica loquitur, & impudica auditorum facit corda. Sunt alij murmuratores, qui ad ſimilia, quoſcunq; poſſunt, pertrahunt. Quod fecerũt exploratorum plęriq;, qui in terram promiſſionis ad conſiderandam terram miſſi fuerãt terræ promiſſionis detrahentes: quo vniuerſum populum murmurare fecerunt. Quamobrem nemo eorum qui de terra Aegypti egreſſi ſunt ſub Moſe, permiſſus eſt à domino intrare terram promiſſionis duobus exceptis, Caleph & Ioſue: ſed infra quadraginta annos perierunt omnes in ſolitudine. Conſilium contra hanc lepram ac remedium aliud melius non eſt, quàm vt linguæ huiuſmodi peſtilentes lepraq́; infectę euitentur. Obſerua quod curationis quoq; modus circa hos leproſos hic ſignificatur, idq́; maxime in tribus. Primo, quod occurrerunt domino, velut hi qui infirmitatem ſuam erubeſcẽtes agnouerunt. Steterunt enim à longe, & verecũdi. Deinde clamauerunt, quo deſiderij magnitudo inſinuatur, orãtes ad dominum: Ieſu pręceptor miſerere noſtri. Tertio profecti ſunt iubente Chriſto obedientes ad ſacerdotes, illis ſe oſtẽſuri. Hæc igitur tria contritio, oratio, & confeſſio, multum faciunt ad hoc, vt ſpiritualiter leproſi mundentur.

1. Cor. 15

Nu. 13. 14

Quos ut uidit, dixit: Ite, oſtendite uos ſacerdotibus.

Leproſos mittit ſacerdotibus, quia in lege præceptum erat ad iudicium ſacerdotum mundum ſeu immũdum à lepra pronunciari. Non ergo ſacerdotes faciebant, vt quis mundus immũduſve eſſet, ſed auctoritatem habebant iudicandi, pronunciandi, & diſcernendi mundum ab immũdo. Leui. 13 Hierony.

do. Voluit igitur dominus ſacerdotum au ctoritati deferri, non quod ſua opera hominum ſubijci oporteret iudicio, ſed iuxta legem, ſuperioribus voluit homines manere ſubiectos, neve ſacerdotibus legiſq; peritis ſcandali calumniandiq; præberet occaſionem, quod abſq; iudicio ſacerdotum mundos pronunciaſſet. Voluit quoque noui teſtamenti ſacerdotum figurare officium, qui in confeſſione peccatorum diſcernendi funguntur auctoritate & ſcientia ad ligandum & ſoluendum, pronunciantq; quis mundus, quisve immundus ſit. Neq; enim ipſi quenquam faciunt mundum aut immundum, nec peccata ipſi dimittũt, ſed deus dimittit ſolus. Ipſi vero eos quibus dimittit peccata de-
Iohan.11 us, abſoluunt. Quod ſignificatũ eſt olim in Lazaro, quem dominus quatriduanũ à morte ex ſepulchro reſuſcitauerat ligatũ: quem commiſit apoſtolis, vt ſoluerent & liberum ire ſinerent. Aduerte aũt quod dicit, Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Hæc oſtenſio peccatorum facienda ſacerdoti, quæſo quando aut quomodo debet fieri, niſi per confeſſionem? Facienda eſt igitur ſacerdoti peccatorum confeſſio ab eo quiſquis deliquerit mortaliter. Nam quomo-
Leui.13 do in veteri teſtamento ſacerdoti, cui oſtẽdebatur plaga lepræ, neceſſe erat vt poſſit iudicare, ita in nouo ſi peccator debeat abſolui ac pronũciari mundus à ſacerdote, neceſſe eſt, vt audiat primo peccatum eius, ſacerdos: vt pote illius iudex à deo cõ-
Matth.16 ſtitutus. Nemo eñi iudicat de eo quod neſcit: nec otioſe Petro & apoſtolis Chriſtus dedit poteſtatem abſoluẽdi: & claues, quibus quomodo quæſo vterentur aut quan-
Iohan. 20 do, ſeu ad quid, ſi nemo confiteretur peccata ſua? Vides quia in hoc quod apoſtolis commiſit auctoritatem, deditq; ſpiritum ſanctum ad diſcernendum & iudicãdum quorum remittere peccata, quorum ve retinere deberent: hoc eſt, quos abſolutione dignos, quosve indignos iudicare deberent, etiã ſubditis tacite præceptũ inſinuauit, vt ſua confiterentur peccata, ſine quorum confeſſione nec abſolui poſſent,
Leui.13 nec iudicari? Miſit eos præterea dominus ad ſacerdotes, ut offerrent ſacrificiũ, quod lege ſtatutum erat, poſtquam à ſacerdotibus viſi iudicatiq; eſſent mũdi. Poſtremo vt ſacerdotes viſo euidenti hoc miraculo, vel crederent vel non crederent. Dñs aũt noſter Ieſus Chriſtus propenſior ſemper erat ad pietatem, ideo illis magis credendi, quam non credendi præſtare voluit occaſionem. Deniq; & ex iudicio ſacerdotum neceſſe erat, euidens monſtrari factum miraculum.

Et factũ eſt dũ irent, mũdati ſunt. Commendatur hic eorum obedientia ſimplex, quoniam vt iuſſi fuerant mox abierunt: & obediẽtiæ fructus quoq; ilico eos ſequutus eſt. Siquidem dum irent, mũdati ſunt. Nam hoc certe erat futurum, ſi irent, vt mundarẽtur. Quare enim eos ad iudicium ſacerdotum miſiſſet, niſi vt mũdi iudicarentur? Vides hic quod in contritione deus mundat peccatorem & in propoſito confitendi. Nam quia voluntatem habuerunt oſtendendi ſe ſacerdoti, & iam ad perficiendam hanc voluntatem erant in itinere conſtituti, mundati ſunt. Nunquam enim ita alligauit deus gratiam & miſericordiam ſuam, etiam ſacramẽtum, vt non poſſit gratiam aut virtutem ſacramenti dare etiã ſine ſacramento, puta vbi ſacramentum baptiſmi aut confeſſionis non poſſet obtineri, aut vbi, vt hic, quis accinctus eſt animo atq; in ſtudio iam reci-
piendi. Hoc modo vt in Actis habetur apoſtolorum, multi receperũt ſpiritum ſanctum antequam fuerũt baptizati, quia credebant & parati erant ad baptiſmum: quẽ etiam mox receperunt. Nemo tamen præſumat de ſingulari priuilegio ſibi faciẽdo, quaſi ſine ſacramentis neceſſarijs effectus poſſit conſequi ſacramentorum, vbi habere poſſet & negligeret. Itaq; dum irent mũ Pſal.31
dati ſunt. Dixi, inquit Pſalmiſta, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Deus enim per internam contritionem, per operationem ſuam internam ac gratiæ infuſionem, hominem iuſtificat antequam veniat ad confeſſionem. Imo ad perfectam confeſſionem peccatorum opus foret aut deceret, vt antequam ſacerdoti reuelare inciperet peccata ſua, iam per contritionem & internam dei operationem eſſet iuſtificatus.

Vnus autem ex illis, ut uidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt cum magna uoce magnificans deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus.

Quoniam hic qui redijſſe dicitur, Chriſto

grati-

gratias agens tam ſtudioſe, refertur fuiſſe ſamaritanus, intelligendum eſt reliquos nouem fuiſſe Iudæos. Innuitur etiam aliud hic, quare non abſq; cauſa hic exprimi tur fuiſſe ſamaritanus, quemadmodum in ſuperioris dominicę euangelio hic, qui circa illum qui cecidit in latrones fecit miſericordiam, non otioſe inſinuatur fuiſſe ſamaritanus: nempe vt intelligamus non raro fieri, vt hi quibus minus creditur aut confiditur, imo de quibus nõ ſperabatur, miſericordiam & charitatem erga proximos, & deuotionem aut cultum erga deum maiorem exhibeant, quàm illi qui ex profeſſione etiã magis ad huiuſmodi obligabantur. Et ideo quando ſcriptura huiuſmodi refert, conditionem etiam illam, quæ bonis ac deuotis eſt in laudem, duris vero aut negligentibus in probrum, ſimul enunciat. Ad probrum enim ſacerdotis et leuitæ erat, quod prætereuntes non compaſſi fuerunt infirmo, nec vulnerato impotentiq; ſubuenerunt: cum ſamaritanus (quod ad ipſius maximam erat laudem) ſubueniret compatiens. Hic vero cum Iudæi nouem alij pro beneficio receptæ ſanitatis Chriſto nullas referrent gratias, ad illorum refertur probrum & ignominiam: ad commendationem vero ſamaritani quod redierit & humillime beneficium agnouerit, gratias deo agẽs. Fit enim non raro, vt vbi compaſſionem, miſericordiam, & deuotionem putes te inuenire, non inuenias. Vbi vero inuenire te deſperaueris, miſericordiam & deuotionem abundanter offendas. Diſcitur hic quoque nihil referre apud deum, de quocunq; genere aut gente quis ſit natus, modo bonã deuotamq; volũtatem exhibeat erga deũ. Luc. 10

Reſpondens autem Ieſus, dixit: Nonne decem mundati ſunt? & nouem ubi ſunt? Non eſt inuentus qui rediret, & daret gloriam deo, niſi hic alienigena.

Exprobrat hic Ieſus illis nouem licet abſentibus ingratitudinem haud vulgarem, quod mundati non redierint, vt hic fecit ſamaritanus, ad agendas gratias Chriſto. Sed poteſt hic oriri dubiũ. Cum Chriſto finis curationis corporum curatio fuerit animarum, iccircoq; teneatur fere ab omnibus, eos quos dominus curauerit in corpore, ſanauerit etiam in anima, quomodo hi nouem leproſi arguuntur de ingratitudine, ſi conuerſi ſunt, quia putandi ſunt mortaliter deliquiſſe? Alioquin ꝓ veniali peccato non crederetur Chriſtus tanto rigore zelatus fuiſſe. Dicẽdum omnes primo in fide ad Chriſtum veniſſe, omẽs à Chriſto ſalutem animarum & corporum accepiſſe. Nouem vero illos Iudæos (vt quidã volunt) à ſacerdotibus fuiſſe deceptos, ſuadentibus ſacerdotibus ne crederent Chriſti hanc mundationem leprę fuiſſe, ſed obſeruationi ſuam mundationem tribuerẽt legis, non virtuti Chriſti. Inuidebant eñ ſacerdotes Chriſto, eiusq; miraculis & doctrinæ vbicunq; poterant detrahebãt. Horum, inquam, ſuaſionibus decepti à fide exciderũt. Curatio autem Chriſti etſi pręſtaret ſimul conuerſionem ad ſe & ſtatum ſalutis, his qui ſanabantur à Chriſto, non tamen eos qui beneficia ab eodem recipiebant fieri neceſſe erat impeccabiles. Poterãt eñ à gratia iteꝝ excidere: quod principi quoq; cõtigit Apoſtoloꝝ Petro, vt peccaret poſt conuerſionem relapſus in mortale peccatum ter negans Chriſtum. Mar. 14 Matth. 26 Lucæ. 22

Et ait illi: Surge & uade, Quia fides tua te ſaluum fecit.

Commẽdat fidem huius ſamaritani dñs Ieſus, qua dignus fuit, vt illi beneficiũ, vtriusq; hominis impartiretur, puta, vt & à lepra mundaretur corporis, & in anima beneficiũ acciperet æternæ ſalutis. Quia vero vbicũq; hoc verbũ inueniũt in ſcriptura Lutherani, quod fides ſaluũ fecerit, gloriantur ꝙ ſine operibus illi ſalui facti ſunt. Dicito illis tu, ne nimis cito gloriẽtur. Neque eñ ita erant iã ſalui, quibus hęc verba dixit Ieſus vt aut iam eſſent beati, aut infallibiliter ad beatitudinẽ perducendi. Sed fides eos ſaluos fecit, id eſt, in ſtatũ ſalutis, quo poterãt Chriſti miſericordia (ſi vellent) ſaluari, cõſtituit. Hæc eñ iuſtificatio hominis ſine operibus fit præuijs ex ſola gratia dei. A qua rurſus iteꝝ atq; iteꝝ creberrime hoĩes peccãdo excidunt. Alij manẽtes ac perſeuerãtes iuſtificãtur magis. i. per bona opera, & dei gratiã cooperantẽ, iuſtiores fiunt per Chriſtũ dominum noſtrum, qui eſt in ſecula benedictus Amen.

SERMO IN EADEM Dominica. Decẽ genera uitiorum, decem leproſorum conditionibus ſignificantur.

Occurre-

OCcurrerũt ei decẽ viri lepro-
ſi. Lucæ XVII. Audiuimus
hodie ex euangelio decem
occurriſſe Chriſto leproſos:
& quod omnibus infirmis
proprium eſt, pro ſanitate ad dominum
clamaſſe. Fuit autem eorum oratio humi-
lis: IESV præceptor miſerere noſtri. Pro
miſericordia poſtulabant, quia miſeriam
ſentiebant. In his decem leproſis nobis ſi-
gnificantur peccatores inuerecundi, ma-
nifeſti, & contagioſi, qui alios inficiunt &
ſeducunt. Legimus in veteri nouoque te-
ſtamento de leproſis decem vicibus, qui
variis fuere temporibus, in quibus decem
genera vitiorum ſignificantur, quorum
proprietates ſeu conditiones leproſorum
aſſimilantur conditionibus. Primus lepro-
ſus (quem nõ primum ideo dicimus quod
tempore fuerit prior, ſed quod applicatio-
ne & ordine ad ſignificandum nobis pri-
2.Para. 26 mus occurrit) fuit Oſias rex. Hic ſuperbus
& præſumptuoſus vt ſecundus refert Pa-
ralipomenon liber, cum temere vellet ſa-
cerdotis fungi officio, quod illi nequa-
quam licebat, accepit thuribulum: & in-
cenſum offerre volens, percuſſus eſt à do-
mino lepra in fronte, qua vſque ad mor-
tem non caruit. In hoc nobis ſuperbia ſi-
gnificatur, quæ eſt grauis lepra animæ. Si-
gnificatur autem nihilominus etiam pro-
prietas lepræ prima, quæ eſt in cute intu-
meſcere. Superbus enim omnis tumidus,
Pſal. 100 omnibusq; tam deo quam hominibus eſt
odioſus. Scriptum eſt enim: Non habita-
bit in medio domus meæ, qui facit ſuper-
biam. Iuſte enim ſuperbus vt leproſus de-
uitatur, quandoquidem ſuperbi mores ne-
mini nõ ſunt exoſi. Eſt enim prę̄ſumptuo-
Hierony. ſus: Vnde Hieronymus dicit: Superbia
plus audet quam poteſt. Eſt autem ſuper-
bia duplex: Carnalis & ſpiritualis. Carna-
lis ſuperbia oſtẽtatur in veſtibus, in cibis,
in apparatu, in pompis, curioſitate, & va-
nitatibus. Hæc omnia inficiunt vt lepra,
quia ſuperbia dum inuenit nouitates, va-
nitates, curioſitatesq;, prouocat alios ad
ſui imitationem. Spiritualis ſuperbia, eſt
animi extollentia in donis dei, ſane dete-
Iſaiæ. 14 ſtabile vitium, quod deus nullo in loco
nõ perſequitur. In cœlo nata eſt ſuperbia
ſed illam perſecutus eſt deus, atque e cœ-
Gene. 3 lo profligauit. In paradiſo fuit, & ibi eie-
cta eſt. In mũdo fuit, ſed ſæpenumero gra-
uiter punita. Superbia ſpiritualis plus ha-
bet periculi quam corporalis: nõ em̃ facili-
ter agnoſcitur, & difficulter curatur, quia
ſuperbus errorẽ ſuũ nec agnoſcit nec ad-
mittit remediũ, vtpote dũ ſe nemo prudẽ-
tior ſibi videtur. Secundus leproſus fuit 4. Reg. 5
Gihezi Eliſæi diſcipulus, ꝗ cupiditate de-
ceptus, poſt Nahamã Syꝝ cucurrit, & mu-
nera ab eodẽ clanculũ, vt putabat ignorã-
te Eliſæo, accepit: quem tandẽ ad correpti-
onem Eliſæi dñs percuſſit lepra. Vide Re-
gum Iudæ hiſtoriã. Significatur aũt in eo
lepra auaritiæ, cui altera lepræ conditio
ſeu proprietas arridet, quæ eſt ſitire, & pru- Eccle. 5
ritum pati. Vtrunq; hoc auaris familiare
eſt. Auarus enim ſemper ſitit, quia nũquã Eccle. 14
ſatiabitur pecunia, vtpote cui tã deeſt q̊d
habet, quam id quod non habet. De quo
præterea Eccleſiaſticus ait: Inſatiabilis eſt
oculus cupidi. Sed quomodo inquis alios
inficit? Exemplo. Quid enim non excogi-
tat auarus, vt pecuniam augeat? dolos, mẽ-
dacia, ſophiſticationes, pondera iniuſta,
ſtaterã doloſam, menſurã iniq̃, & alia id
genus innumera excogitat, quibus ad tur-
pe vtatur lucꝝ: aliosq; ſuo trahit exemplo
inducens vt ſibi ſimilia agant: & quo ſu-
as merces pluris vendãt, impoſturas q̊que
cõmittunt. Auarus araneæ comparari po-
teſt quę euiſcerat ſe ad faciendã telã ſeu re-
tia capiẽdis prædis idoneã: quæ tñ tela, ſi
vento forti perfletur perit. Parimodo a-
uarus labore, ſudore, & viriũ defectiõe cõ-
ſumit ſeipſum, vt telã texat araneæ. Huiuſ-
modi em̃ om̃ia ſunt bona tẽporalia. Quã
vbi ventus grandis perflauerit, hoc eſt, cũ
mors ingruerit, mox om̃ia abſumit cõte-
xta. In morte em̃ auaroꝝ nemo vnquã ſe-
cũ quid tulit. Tertius eſt leproſus, de quo Matth. 8
in euãgelio legitur Matthæi, quem tactu
manu ſuæ dñs curauit: & ſignificat luxu-
riam, quæ eſt lepra animæ. Congruit aũt
luxuriæ conditio lepræ, quod fœtet. In le-
ge enim præceptum erat leproſo, vt os ha-
beret veſte contectum, ne fœtor quempi-
am malus exhalãs inficeret: hoc eſt, ne in Leui. 13
luxurioſo verba impudica egredientia
corrumpant pudicos. In hoc itaque ſigni-
ficatur, vt dixi, luxuria, quia pro mundi-
cia domino ſupplicat. Dominus quoque
eius lepram depellens imperat, & dicit:
Mundare. Hic etiam vt aliqui volunt, Ephe. 5
propterea nõ nominatur, quod ſicut Pau-
lus dicit: Omnis autem fornicatio & im-
mũdicia nec nominetur in vobis. Quo ſi-
gnificetur magis cõgrue in eo luxuria nõ
nomi-

Matth.26 Mar.14 nominanda. Quartum leproſum in ſcri‐ptura inuenimus Simonem ſcilicet lepro‐ſum, ſed mundatum. Hic nobis lepram irę ſignificat. Conſentit quoque proprietas ſeu conditio quarta lepræ, quæ eſt adu‐ſtum habere ſanguinem. Ira quoque eſt ebulitio ſanguinis circa cor. Ex ira autem oritur rancor, indignatio, aſpernatio, & Lucæ.7 murmuratio: quæ non defuerunt huic Si‐moni, vt ex euangelio liquet. Verum quia ira lepra eſt, & hæc quoque inficit: iccirco ne inficiaris ira aliena, ſcriptura monet: Prou.22 Noli eſſe amicus homini iracũdo, nec am‐bules cum furioſo, ne forte diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animę tuæ. Car bo ignitus faciliter carbonem mortuum, ſi coniunctus illi fuerit, reſuſcitat. Nã quẽ‐Prou.15 admodum vt ſcriptum eſt, ſermo mollis frangit iram, ita ſermo durus excitat ri‐Nume.12 xas. Quintus leproſus fuit ſoror Moſi, quę propter murmurationem aduerſus Mo‐ſen fratrem ſuum percuſſa eſt plaga lepræ à domino. Significat autem lepram inui‐diæ. Cui quadrat proprietas quoq; quin‐ta lepræ, quæ eſt habere cutem candidam foris intus nigram. Inuidia autem ſub ſpe cie zeli ſe pallians foris apparet lucida, quaſi habens virtutum candorem: ſed in corde intus habet nigredinẽ. Inuidia quo que morbus eſt (quare lepra vocatur) infi ciens. Inuidus namq; ſe continere nõ po‐teſt, quin inuidiam prodat detrahẽdo, ob loquendo, vituperando, laudẽ minuendo 4.Reg.7 eius ſcilicet, cui inuidet. Sextum leproſum quartus Regum liber indicat, vbi quatuor leproſi in obſidione ciuitatis Samarię pro ficiſcuntur ad caſtra Syriæ famẽ ſuſtinen‐tes: & inuenerunt Syros turbatos, omnes fugiſſe ac reliquiſſe caſtra, omnibus diui‐tijs plena. Comederũt igitur & biberunt ſatis: dein regi nũciauerunt Iſrael. In his ſi‐gnificatur lepra gulæ: cui haud par ꝫ con‐uenit ſexta cõditio lepræ, quæ hominẽ fa‐cit pingueſcere & inflari. Feruntur quoq; leproſi auidi eſſe ciboꝝ. Pingueſcunt em̃ leproſi fortaſſe propter craſſos humores, quos circunferũt indigeſtos. Referuntur aũt quatuor ibi fuiſſe leproſi, quia gula cir ca quatuor verſatur, in quibus gula agno ſcitur. Puta nimium comedere, delicata nimis quærere, ante tempus legittimum cibum ſumere, & nimis effuſum ac auidũ eſſe ſuper cibum. Prouocat autem gulo‐ſus guloſum & inficit, vt quotidie cerni‐tur in comeſſationibus & compotatio‐nibus. Septimus leproſus eſt Nahaman Sy rus. Hic à rege Syriæ miſſus, venit ad Eli 4.Reg.5 ſæum: in quo acediæ lepra ſignificatur. Al ludit autem huc quoque ſeptima cõditio lepræ, quæ eſt grauem, deſidioſum, pigrũ, ac faſtidioſum eſſe. Inficit quoque, nam v‐nus piger alium à bono opere detinet. I‐mo ſi quiſpiam ab opere obedientiæ aut obſequio alium audit ſe excuſantem, & li‐berum relinqui, idẽ ipſe quoq; hoc ipſum tentat, quomodo laborem, aut ſuperioris ſui euadat ſiue eludat mandatum. Signifi‐catur autem ideo per Nahaman, quod il‐lum tam parui tæduit laboris, vt pro ſui purgatione, iuxta verbum Prophetæ, iret in Iordanem, lauaretur, & mundaretur. Octauam lepram legimus in Moſe. Cuius Exod.4 manus dum in ſinum mitteretur extracta eſt leproſa: dum autem extra ſinum ma‐nifeſta teneretur foris, non apparuit in ea lepra. Quo hypocritæ & ſimulatores ſigni ficantur, quorum lepra eſt occulta in ani‐ma. Congruit autem ei octaua proprietas lepræ, quæ eſt habere rubedinem in facie: quæ licet appareat, non eſt tamen pulchri tudo, quia intuenti inſuauis eſt & ingra‐ta. Hanc ſpiritualem lepram monuit nos dominus cauere, dicens: Attendite à fer‐ Lucæ.12 mento phariſæorum, quod eſt hyprocri‐ſis. Nona lepra eſt ingratitudinis, & ſigni‐ficatur in nouem his leproſis, quorũ ho‐diernum reminiſcitur euangelium: qui pro percepto beneficio CHRISTO in‐grati, ad agendas gratias non redierunt. Conſentit autem nona quoque conditio ſeu proprietas lepræ, quæ eſt vox rauca. Nouem enim illis leproſis adeo fuit vox rauca, vt nullius laus aut gratiarum actio audita ſit exhibita CHRISTO. Deci‐mam lepram accipimus in illo leproſo de cimo, qui rediens, gratias egit deo. Et in hoc ſignificatur decima lepræ conditio ſeu proprietas, quæ eſt, lepram infirmita‐tem eſſe incurabilem, & à deo ſolo ſanan‐dam. Ideo quiſquis à lepra animæ, hoc eſt à mortali peccato curatur, ſolius dei bene ficio curatur. Verum de his ſatis. Nunc de iſtis decem leproſis, quorum hodiernum meminit euangelium loquendum eſt, per quos vt alias vbique intelliguntur pecca‐tores. Qui ſi purgari volunt, faciant hæc quæ leproſi hodie fecerunt. Primo enim habuerunt fidẽ leproſi, ex beneficio Chri ſti credentes ſe recepturos ſanitatem. Niſi enim fidem haberent, quomodo Chriſto

occur‐

occurrerent,aut quomodo ab eodem quę rerent ſalutem? Quis commendat ſe medico,quem credit non poſſe ſanare? Fides ergo fecit occurrere Chriſto leproſos. Et tu ſi in te ſentis plagam lepræ,occurras oportet Chriſto. Quo? Ad oſtiũ cordis tui. Ibi enim ſtans pulſat, & te expectãs dicit:
Apo.3 Ego ſto ad oſtium & pulſo. Si quis aperuerit mihi,intrabo ad eum,& cœnabo cum
Bernardus eo. Non oportet te igitur, vt Bernardus ait,o homo maria transfretare,non tranſalpinare terram,vſq; ad oſtium cordis & oris,occurrere deo tuo. Si enim in te eſt fides,oſtendet te tibi peccatorem,oſtendet tibi deũ ſumme iuſtum, omnipotentemq́;,
Iob.24 qui nullum ſinet inultum peccatum. Verum nihil iuuat peccata vetera deteſtari, ſi non animum habueris firmum, futura quoque peccata cauendi. Quamdiu enim voluntas manſerit peccãdi, nulla prodeſt confeſſio. Vide iam quid de ſacerdotibus agatur concubinarijs,cum monachis proprietarijs,cum vſurarijs,& cum omnibus qui in officijs ſunt conſtituti, quæ abſque peccato exerceri non poſſunt. Qui etiam ad confeſſionem & Euchariſtiam accedentes, haudquaquam vere pœnitere poſſunt:quia illud,de quo dolere debent confiteri,& abigere à ſe,ab his ſequeſtrari recuſant. Bona igitur aliena & non tua:bona item ſi illicite acquiſita retines, ſi luxuriæ fomenta,concubinam aſſeruas,ſi in officijs & quæſtibus illicitis perſeueras,& nihilominus confeſſioni ſeu Euchariſtię cõfidis,falleris quiſquis es,qui tibi ſacramenta prodeſſe putas,quàm diu à te non receſſerit voluntas delinquendi. Quam ſi dixeris depoſuiſſe, in quem vſum concubinã quæſo tunc ſeruas tecum? Cur odium nõ deponis? cur bona iniuſta non reſtituis? Cur actionem illicitam aut officium, in quo abſq; peccato viuere te non poſſe ſentis,nõ deſeris? Cur ſi monachus es,in proprietate perſeueras? Secundo,habuerunt leproſi illi ſui cognitionem,verecundiam & humilitatem. Steterunt enim à longe
Lucæ.18 agnoſcentes ſe immundos, atque leproſos. Hoc modo Publicanus in templo o-
Lucæ.7 rans,ſtabat à longe,non audens leuare oculos in cœlũ. Maria quoq; ſoror Marthę verecunda retro ſecus pedes dñi acceſſit.
Eccle.20 Eſt enĩ cõfuſio adducẽs peccatũ,& eſt confuſio adducens gloriam. Quapropter his qui non erubeſcũt peccata ſua,per Ieremi-
Iere.3 am à domino dicitur:Frõs mulieris meretricis facta eſt tibi,noluiſti erubeſcere. Tertium eſt quod habuere leproſi lachrymoſa oratio. Hanc enim domino obtulerũt leuantes vocem ſuam,& magno clamantes deſiderio pro ſanitate. Exclamat Au- Auguſt.
guſtinus,dicens:O ſi poſſem homines excitare,& pariter cum hominibus excitari, vt eſſemus tales amatores vitæ permanentis,quales ſunt ipſi tranſeuntis: hoc eſt,vt tanto deſiderio & feruore illam quæreremus, ad illam anhelaremus beatam vitã, quanto ſtudio ac cura temporalem mundi amici tuentur ac amant. In clamore igitur leproſorum non reſpicitur vox,ſed de- Exo.14
ſiderij magnitudo. Propterea Moſi in ſilentio oranti,dictum eſt à deo: Quid clamas ad me? Mente,nõ ore clamabat. Clamabat deſiderio & oratione. Itaq; clamabant leproſi quoque, & ſalutiferum hoc nomen Ieſu prætulerunt dicẽtes: Ieſu prę- Lucæ
ceptor miſerere noſtri. Et nobis quoq; aliud ſub cœlo non eſt datum hominibus in quo, quã in hoc nomine oporteat nos ſaluos fieri. Cum ergo nihil ſit infelicius peccatore in ſuis peccatis perſeuerante ita ad ſalutem redire deſiderãti nihil tam ſalutare quam ſuam turpitudinem & deformitatem agnoſcere, ſuam flere miſeriam,dei offenſionem,& mala quæ fecit lugere, ſe indeſinenter deſpicere,ſe plangere & contra ſe conqueri coram deo, dicen- Pſal.39
do:Circundederũt me mala, quorum nõ eſt numerus,comprehenderunt me iniquitates meæ,& non potui vt viderem. Complaceat tibi domine,vt eruas me. Hoc modo Eſdras pro populo orans, omniũ trãſ- 1.Eſd.9
greſſiones ſibi imputat,dicendo:Deus meus confundor & erubeſco leuare faciem meam ad te, quia delicta noſtra creuerũt vſq; ad cœlum. Verum vt intelligamus quod vere pœnitentibus proſit humiliatio ſyncera,quomodo deum hæc placet, recolendus eſt Ahab peſſimus & idololatra, qui 1.Reg.21
Iezabel vxore ſua procurante occidit Nabaoth virum iuſtum, vineamq́; illius quã concupiſcenti Ahab ille vendere noluerat poſſedit,audiẽs propterea domini ſententiam per Eliam ſibi in hunc modum nunciatã:Occidiſti & poſſediſti. Si Ahab mortuus fuerit in ciuitate, comedent eum canes, ſi vero mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cœli:& percutiet dominus domum Ahab &c. Hęc audiens Ahab licet malus,quid fecit? Scidit veſtimẽta ſua,indutus eſt cilicio,ieiunauit dormiuitq́;

miuitq; in ſacco. Et miſericordiſſimus do-
minus ad Eliã dixit: Nonne vidiſti Ahab
humiliatum coram me? Quia igitur humi
liatus fuit mei cauſa, nõ inducam malum
ſuper domum eius in diebus eius, ſed in
diebus filij eius. Videſne ad quod proſit
humiliatio? Si enim Ahab impio diuinam
ſententiam metuenti ſeruiliter profuit hu
miliatio hæc breuis, quã aſſumpſit, quam-
uis de peccatis ſuis non doluit: nec propte
rea aſſumpſit vt lugeret quod Deum offen
dit, ſed quia pœnam timens eandem de-
precari voluit: quanto magis proderit hu-
miliatio vera, pœnitentia, ac verecundia,
qua ſe verus pœnitens, verusq; humilis, in
Leuit. 13 ſui conſiderationem deprimit, ſeq; pro pec
catis ſuis affligit? Quartum, eſt ſui oſtenſio
coram ſacerdote. Sacerdotibus enim dedit
iudicium, ſcientiam, & auctoritatem diſ-
cernendi inter lepram & non lepram, in-
ter mundum & immundum. Qui ſenten-
tiam nullam ferre poſſunt, niſi oſtenſo ſi-
bi morbo, quare vel immundi vel mundi
debeant iudicari. De hoc ſupra dixi in O-
milia, ideo hic trãſeo. Quintum, eſt quod
leproſi habuerũt, fuit reſpectus Dei, ſicut
ſcriptum eſt: Quos vt vidit. Hic diuinæ
miſericordiæ reſpectus adeo non parum
iuſtificandis peccatoribus confert, vt ſit o-
mnino etiam neceſſarius. Si enim reſpe-
ctus intuituſve baſiliſci vſque ad cor ho-
minis penetrat intima animæ vulnerans,
inficiens ac interimens, quomodo reſpe-
ctus Dei non eſt maioris virtutis, vt plus
poſſit ſaluare, quàm poſſit baſiliſcus in-
terimere? Abſit, vt tam parum aut tam ini
que de diuina ſentiamus miſericordia. Si-
mili reſpectu Petrus accepto exiuit atriũ
foras, & fleuit amare. Quare? quia domi- Marc. 14
num negauerat. Quod quantæ fuiſſet in-
gratitudinis, & quàm nullo pacto id face-
re debuiſſet, tunc demum à domino reſpe
ctus cognouit. Hic enim reſpectus diui-
nus facit hominem ſeipſum reſpicere. Ita-
que reſpectus à Deo homo vt ſeipſum iam
diſcutiat, videat, ſentiatque in tenebris ſe
ambulare, poteſt ſe vere ad Deum conuer-
tere, Deum inuocare, Deo confidere, atq;
quomodo deinceps immaculatus & mun
dus in hoc mundo viuere poſſit, prouide-
re. Quod largiatur nobis dominus no-
ſter Ieſus Chriſtus, qui eſt benedictus in
ſecula, Amen.

DOMINICA XV. POST DOMINIcam S. Trinitatis, Epiſtola Beati Pauli Apoſtoli ad Galatas V. Et VI.

SI ſpiritu uiuimus, ſpiritu & ambulemus. Nõ efficiamur
inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inui-
dentes. Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in ali-
quo delicto, uos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtrui-
te in ſpiritu lenitatis, conſiderans temetipſum, ne & tu
tenteris. Alter alterius onera portate: & ſic adimplebitis
legem Chriſti. Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſe-
ducit. Opus autem ſuum probet unuſquiſq;, & ſic in ſemetipſo tantum glo
riam habebit, & non in altero. Vnuſquiſque enim onus ſuum portabit.
Communicet autem is qui catechizatur uerbo ei, qui ſe catechizat in omni-
bus bonis. Nolite ergo errare: Deus non irridetur. Quæ enim ſeminauerit
homo, hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet
corruptionem. Qui autem ſeminat in ſpiritu, metet uitam æternam. Bo-
num autem facientes, non deficiamus. Tempore enim ſuo metemus, non de-
ficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxi-
me autem ad domeſticos fidei.

PARAPHRASIS IN EANDEM Epiſtolam.

SVperiori dominica lectio e-
piſtolæ eo loco finiebatur,
quo dominicæ incipit lectio
præſentis. Ante enim hãc le-
ctionem verba hæc legũtur:
Galat. 5 Qui aũt ſunt Chriſti, carnem ſuã cũ vitijs
& concupiſcentijs ſuis crucifixerunt. Itaq;
hi qui Chriſti ſunt, ſic agunt. Nos igitur
q̃a Chriſti ſumus, carne crucifigamur, ſpi-
ritu ambulemus. Per Chriſtum enim vt
ſpiritu viuamus, hoc eſt, vt ſpiritus ſancti
ductu, rationiſq; iudicio regamur, ad hoc
viuendi genus perducti ſumus. Non igi-
Matth. 6 tur efficiamur inanis gloriæ cupidi. Hoc
enim Chriſtus quoq; prohibet dicens: Vi
dete ne iuſtitiam veſtram faciatis corã ho
minibus, vt videamini ab eis. Itaq;, non ef
ficiamur inanis glorię cupidi, ad mutuam
nos iram prouocãtes, aut mutuo inuiden
tes. Deinde prælatos alloquitur, dicens:
Fratres, ſi veſtrorum ſubditorum quiſpiã
lapſus fuerit in aliquo delicto (vocatur au
tem delictũ hic ex infirmitate, aut lapſus,
aut præoccupatio) vos q̃ ſpirituales eſtis,
hoc eſt, qui ſecundum ſpiritũ viuitis: hũc
non deſpiciatis, imo ne exaſperetis quidẽ:
vtpote qui non ex malicia, nec ex cõſuetu-
dine, ſed ex infirmitate, ignorantia, ſubre-
ptione, ſeu incircunſpectione, ac impru-
dentia peccauerit, ſed inſtruite huiuſmodi
ad pœnitentiam, non in ſpiritu feruoris,
ſed in ſpiritu lenitatis & manſuetudinis, vt
tu qui prælatus es cõſideres quoq; teipſũ,
tuam infirmitatẽ attendens, interrogan-
ſque teipſum, ſi eadẽ tentatione fuiſſes cir-
cumuallatus quid feciſſes, aut quid facere
poſſes tentandus, nihilominus metuens ti
bi ipſi, ſi alienæ durus fueris infirmitati, ne
& tu tenteris. Vult itaq; Paulus ex ſua in-
firmitate quenquam intelligere, quomo-
do alijs miſereri debeat, & compati. Sic e-
Ecci 38 nim Eccleſiaſticus quoq; monet: Memen
to iudicij mei: ſic enim erit & tuum. Mihi
Iacob. 5 heri, & tibi hodie. Alter alteriꝰ onera por
tate, hoc eſt, ſufferte vos inuicem, & vobis
ſuccurrite. Orate pro inuicem, vt ſaluemi-
ni: & ſic adimplebitis fraternam charitatẽ,
quæ eſt lex Chriſti, dicentis: Hæc mando
Iohan. 15 vobis, vt diligatis inuicem. Nam ſi quis exi
ſtimat ſe aliquid eſſe, efferens ſe ſupra cæte
ros quos contemnit tanquam infirmio-
res moribus aut virtutibus, cum tamen à
ſeipſo, & in ſe, & in eo, de quo gloriatur,
nihil ſit, ipſe ſeipſum à veritate ſeducit, cre
Pſalm. 38 dens id quod non poteſt eſſe. Hoc atten-

dit qui dicebat: Et ſubſtantia mea tanquã
nihilũ ante te eſt. Electi enim Dei nõ atten
dunt bona quæ habent, aut quæ percepe-
runt, ſed quæ necdum percipere valuerũt,
quibuſque adhuc carent, vt inde humili-
entur, quomodo de receptis donis arro-
gantes ſuperbiunt. Non igitur peccatum
alienum quis examinet, ſed opus ſuum p̃-
bet vnuſquiſq; diſcutiẽs. Quod ſi bonum
aut perfectum inuenerit, tunc gloriam ha
bebit in ſeipſo tantum, hoc eſt, in conſci-
entia ſua, & non in ore alieno. Gloriam
in ſeipſo intus habere, nec pendere aliena
ex laude, eſt cum prudentibus virginibus Matth.
in vaſculo ſuo oleum ſeruare. Sed quam
gloriam iuſtus habet in ſeipſo intus, niſi
eam de qua Pſalmiſta dicit: Gloria mea & Pſalm. 3
exaltans caput meum? Et de qua Paulus: 1. Cor. 1
Qui gloriatur, in domino glorietur? Eam
igitur ob rem ſuum debet vnuſquiſque o-
pus non alienum examinare, quia vnuſ-
quiſq; onus operum ſuorum vitiorumq;
portabit congeriem, futuro iudicio diſcu-
tiendam. Quo onere tunc ſe plus minuſ-
ve inueniet grauatum. Pergit inde Paulus
ad aliam inſtructionem, dicẽs: Cæterum
is qui catechizatur, id eſt, inſtruitur, verbo
ſalutaris doctrinæ & ſacræ ſcripturæ elo-
quio, communicet, hoc eſt, communia fa-
ciat bona ſua quæ habet, cibum, potum,
amictum, & ſi qua ſunt alia tam ſpiritualia
quàm corporalia, impartiens ei qui ſe cate
chizat, hoc eſt, inſtructori ac magiſtro ſuo.
Dignus enim eſt operarius ſua mercede. Luce 1
Et qui ſeruit altari, iuſtum eſt vt viuat de 1. Cor.
altari. Nolite errare, nolite putare, vt ſi co
ram hominibus auare excuſaueritis vos,
quod parum largiri poſſitis, parumq; ha-
beatis, coram Deo pariter quoq; vos eſſe
(qui nouit omnia) excuſatos. Deus non ir
ridetur, Deus non fallitur. Quæ enim ſe-
minauerit homo, id eſt, opera quæ hic in
vita egerit, hæc metet quoq; in iudicio, id
eſt, horum ſuſcipiet retributionem ac meſ
ſem. Comparat enim opus ſemini, opera-
tionem ſeminationi, & meſſem diuinæ re
tributioni. Hæretici qui negant operum
bonorum retributionem libero hominis
arbitrio (quod tamen arbitrium nõ iccir-
co dicitur liberũ, q̃ ſine diuinc adiutorio
aliquid poſſit, ſed quod libertatem habeat
diuino inſtinctui aſſentiendi aut reſpuen-
di illum, nulloque modo ad horum alte-
rum cogatur) quid hic dicent dicente Pau
lo: Quæcunq; ſeminauerit homo hæc &
metet,

metet, cum ſit clariſſimũ ex ſuperioribus quoq; illum de operibus loqui: Quoniam qui ſeminauerit in carne ſua carnales concupiſcentias ſequens, deſiderijsq; carnalibus ſatisfaciens ac ſeruiens, de carne quoque metet corruptionem, videlicet vt in pręſentibus huius vitij corruptionibus futuriſq; tormentis, totus conteratur. Qui autem ſeminauerit in ſpiritu, carnis deſideria & ſenſualitatem domãs, de ſpiritu me- Roma. 8 tet vitam æternam. Ad Romanos nõ diſſimilia ſcribens: Si, inquit, ſecundum carnẽ vixeritis, moriemini. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Sequitur hic: Bonum aũt faciẽtes, & in ſpiritu ſeminantes ab hoc benefaciendi tam ſtudio q̃ feruore, neq; tædio, neq; labore victi deſiciamus. Tempore em̃ ſuo, quo cunctis diſpoſuit opibus reddere mercedem deus, metemus gloriam ęternam aſſecuturi plenam, indeficiẽtem, perpetuam. Quo circa dum tempus habemus, quã diu viuimus, Iohan. 12 quàm diu luce vti poſſumus diuinæ gratiæ (vt Chriſtus quoq; monet, dicens: Ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant) bonum operemur ad omnes, beneficia charitatis & miſericordiæ illis impendentes. Neſcimus enim quamdiu hoc tempus bene operandi nobis à Deo concedendum ſit. Maxime autem operemur bonum ad domeſticos fidei, hoc eſt, ad iuſtos & ad eos, qui eadem nobis fidei religione ſunt coniuncti.

EXEGESIS EVANGElij Dominicæ XV. poſt dominicam S. Trinitatis, Matth. VI.

CVM DVOBVS aliquando tribusve ſit dominis ſeruiendum, non mirum videri debet, quod dominus duobus ſeruiri in præſentis dominicæ Euangelio dicat impoſſibile. Loquitur enim de dominis, quibus ſimul vnoq; ſeruiendũ eſt tempore, & qui contraria imperant. Huiuſmodi nõ poteſt ſimul ſeruiri, quandoquidem voluntas eorum vniformis non eſt: quare neceſſe fuerit, aut vni, aut alteri diſplicere. Quod cũ ita ſit, & in hominis arbitrio ſit conſtitutum, cui velit, ſeruire, mirum certe debet videri, quare eam ſeruitutem quis eligat, quæ durior, vilior, ignominioſiorq; habetur, relicta digniore, nobiliore, magiſq; fructuoſa. Si enim Chriſti ſeruitus ad diaboli ſeruitutem conferatur. (Quæ au- 2. Cor. 6 tem erit comparatio Chriſti ad Belial) qs dubitet Chriſti ſeruitutem præferẽdam? Si inter ſpiritum & carnem comparatio fiat, ſi inter Deum & mundum, quis Deo et ſpiritui non magis iudicet ſeruiendum, q̃ carni aut mundo? Hæc quamuis non ignoremus, videte tamen quæ ſit cæcitas noſtra, quod aliud iudicamus bonum, & aliud facimus eligimuſque, quod iudicamus malum. Sed fallit nos, quoniam vtrunq; libenter obtineremus. Cui ſententiæ ſtultæque opinioni dominus hic aduerſatur, dicens:

Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget, aut unum ſuſtinebit, & alterum contemnet.

Ante hæc verba docuerat dominus Ieſus theſaurizandum nobis in cœlo, nõ ſuper terram, vbi fures & tineas, aliaq; huiuſmodi formidare habemus, ne vel inuitis nobis noſtra aut demoliãtur, aut prorſus auferant. Ne autem cupiditate ſeducti putemus & illa & iſta nos poſſe quærere, præmonet nos vtraq; ſimul non poſſe quærere, puta cœleſtia & temporalia. Contraria enim vtrobique & diſſimilia ſunt ſtudia, quæ vtriſq; conquirendis ſunt impendenda. Ire ad forum, & interim ire ad tẽplum, vno ſimul tempore haud potes, nec negociationis agere exercitia, & interim orationi ſeu deuotioni ſpiritus vacare licet. Alterum enim impedit excluditq; alterum, vt ſimul fieri vtrunq; minime poſſit. Poſſent tamen duæ res fieri, quorum diuerſa licet ſint ſtudia ac exercitia, nõ ſunt tamen contraria, idq; nõ vno tempore, vt ſunt arare, fabricare, & orare, aut miſſam audire. Stare enim ſimul poſſunt hæc exercitia, ita tamen vt vni in vtriſque ſeruiatur domino. Hoc modo, ſi quæ aliæ ſunt occupatiões, officia, exercitiave, quantũvis diſparia aut pugnãtia, ſi tamen in his vni ſeruiatur domino, poſſunt in eodẽ eſſe homine ſimul, ſed tempore diſtincto exerceri. Sed hic dicit dominus non poſſe duobus dominis ſeruire, ſubaudi quorum alter non eſt ſubiectus alteri, nec eiuſdem ſunt voluntatis:

quare etiam contraria neceſſe eſt tolerari eorum præcepta, & contrarias ſeruitutes. Nemo, inquit, poteſt duobus dominis ſeruire, Deo ſcilicet & diabolo. Aut enim vnum odio habebit, puta diabolum. Hic enim amabilis non eſt, tametſi ſuſtineatur eius ſeruitus, vt ſequitur, propterea quod noſtras diligimus concupiſcentias, quibus ſatisfieri deſideramus: & alterum, puta Deum diliget. Aut vnum, ſcilicet diabolum ſuſtinebit. Nō dicit diliget, ſed ſuſtinebit, & alterum, id eſt, Deum, contemnet. Vide quia non dicit de Deo, quod illum quis odio habebit. Nemo enim odio Deum habere poteſt. Quod ſi quis contradicēs, obijciat ſcriptum: Oderunt me, & patrem meum gratis. Et in Pſalmo: Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper, vbi dicitur Deus exoſus: Dicendum Deum, quantum attinet ad illius naturā & bonitatem, non poteſt odio haberi. Eſt enim ipſa bonitas, quam nemo odiſſe poteſt, ſecūdum hoc quod eſt. Porro iuxta hoc quod facit Deus, prout quod punit, quod voluptuoſa prohibet, quod aduerſitates mittit, inueniuntur in inferno, & in mundo ſcelerati qui odiunt Deum. Vide etiam quia de diabolo loquens non dicit, aut vnum diliget ſed aut vnum ſuſtinebit, id eſt, diabolum, quem diligere nemo poteſt. Suſtinere autem (ſicut dicit Auguſtinus) diabolum poteſt quis propter delectationes peccatorum quas amat, quibusq; carere non vult: ideoque diaboli tolerare ſeruitutem. Quomodo quis ſub duro domino duram ſuſtineat ſeruitutem, non propterea quod dominum diligat, ſed quia ancillam aut filiam in domo diligit, cuius amore duram fert ſeruitutem. Quod vero dicitur, alterum puta Deum contemnet quotidie experimur: Quis enim Deum non contemnens peccat? Contemnit itaq; Deum peccans, vel illum putans de humanis non curare, vel illum pium ſibi adeo fingens, vt delicta non puniat, vel ſtulta ſe præſumptione cōſolans, quod vno verbo hoc, Deus propicius eſto mihi peccatori, veniam valeat impetrare. Quod certe verum eſt, ſi animo quo publicanus, eodem quis oret: quamuis hoc abſq; reſpectu, & Dei dono ſingulari nunquam erit. Vel leuiter de Deo ſentiens, æſtimans non tantum rigorem, vt prędicatur eſſe iuſtitiæ, aut prorſus Deum contemnet, vel non ſatis digna de Deo ſentiens, vel omnino eius præcepta abijciens.

Iohan. 15
Pſalm. 73
Auguſtin.
Lucæ 18

Huiuſmodi contemptus quotidie tam in nobis quàm in alijs experimur. Eſt tamen aliud contemnere, & ex contemptu (quod grauius eſt) delinquere. Nam contemptus eſt generalis in omni peccato trāſgreſſio. Niſi enim contemneret Deum, nemo peccaret. Cæterum ex contemptu peccare dicitur is, qui vel diuinis, vel eccleſiæ, aut prælati præceptis non obedit: puta quando contemptus in cauſa eſt, quare quis peccat. Quod ſæpius contingit contra prælatos in præceptis non pure diuinis, quàm contra Deum, verbi gratia: Si tibi prælatus præcipiat vel prohibeat quid, & tu prælatum odiens, aut non bene de eo ſentiens, contra eius præceptum feceris, nulla adactus ratione alia, niſi quia contemnis obedire, aut quia cōtemnis prælatum, cui tantam ſubiectionem, reuerentiamq; non vis exhibere, vt illi obedias. Hoc eſt peccare non ſolum per contemptum, ſed etiam ex contemptu, vt contemptus ſit cauſa, quare delinquas, aut non obedias: quamuis alioqui ſæpius poſſit contemni, id eſt, deſeri præceptū tam dei quàm eccleſiæ & prælati, non ex contemptu, ſed ex cōcupiſcentia aut infirmitate.

Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.

Arguere vult auaritiam, quæ eſt ſecundum Apoſtolum idolorum ſeruitus. Mammon enim ex Syriaca lingua (vt aiunt) vel auaritiam vel idolum diuitiarum ſignificat, non quod in diaboli ſitum ſit poteſtate dare vel auferre diuitias quibus velit (Cōtrarium enim legimus in Iob) abſq; permiſſione diuina, ſed quod per diuitias (quibus fere ſemper abutuntur diuites) aut nimis auare ac iniuſte eas conquirendo, aut tenaciter nimis retinendo, aut prodigaliter ac profuſe in dei offenſiones, non in ſubuentionem pauperum, ſed (vt dixi) in luxum, in voluptates, in gloriam & oſtētationem ſui expendendo. Non poteſtis igitur ſeruire Deo & mammonæ. Vult enim purum habere ſeruitium, & ex toto corde ſine vlla admixtione alterius amoris cupit ſibi ſeruiri. Eſt nāq; Deus tuus (quod tibi eſſe merito deberet ſuauiſſimum) zelotes aut zelotypus, quia te totum & ſolus vult habere. Heu quare huic eius fideliſſimo amoris zelo non reſpondemus? Verum hæc potius flendo expendamus, quàm verbis tractando. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.

Colo. 3
Iob 1

monæ. Non poteſtis ſeruire cupiditati & charitati, nõ poteſtis ſeruire ſpiritui & carni, nõ poteſtis ſeruire Chriſto & mundo, eo ſcilicet modo, quo Chriſto dicitur vere quis ſeruire, vt non ſolum faciat opera bona (quæ etiam mali ſerui poſſunt) ſed vt diligat etiam, & ex charitate Deo opera faciat accepta, æternæque vitæ meritoria. Qui hoc modo Deo ſeruit, ſpiritualia carnalibus, æterna temporalibus, Chriſtũ mundo præfert. Quomodo contra, qui diuitijs hoc eſt, qui cupiditati auaritiæq; ſeruit, q̃d eſt ſeruire mammonæ aut dęmoni ad auaritiam excitanti, non poteſt ſeruire Deo. Chariora eñ temporalia terrenaq; habet quàm Deũ. Dicitur autem huiuſmodi ſeruire diuitijs, quia revera diuitias non poſſidet, nec illis dominatur, ſed poſſidetur & ſeruit. Non eñ bonorum huiuſmodi ſe dñm gerit, vt aut egenis, aut in Dei cultum poſſit ea erogare, ſed diuitiæ & diuitiarum amor illi imperant, quibus potius obtemperandum quàm Deo conſentit. O quàm felix eſt, qui ſeruit Deo. Quàm honeſta, quã iucunda, q̃ deniq; beata eſt hæc ſeruitus, qua dñs quis mundi efficitur, & oĩm creaturarum. Libero eñ corde contemnit omnia, nec quicq̃ ſibi dominari aut imperare ſinit præter Deũ. Proinde Dei ſeruitus vera eſt libertas. At vero diuitias amare, & dñm nihilominus ſe putare temporaliũ rerum (quod eſt revera eſſe ſeruum) quantas excitat anguſtias, q̃tas curas imponit, quibus ſolicitudinibus mentẽ diſcruciat? Hic cogitur iraſci, hic blandiri, hic adulari hic timere, illic flere, hic fingere, ibi fallere, hic male audire, & in his omnibus nullam internam ſentit conſolationem diuinam, quia hæc non pro Deo, ſed ꝓ mundo, pro caducis et perituris rebus ſuſtinet. Quas vt auarus acquirat diſcruciatur, ne amittat anxiatur: ſi amiſerit, doloribus & triſtitijs ſcinditur. Inter hæc breuiſſimum eſt tempus, quo diuitijs fruitur. Tandem quoq; exul, nudus, miſer, ab omnibusq; quæ illũ beatum dicebãt derelictus, auarus & mundi amator recedit, & mundo nondum ſatiatus ſine ſpe moritur. Hoc tamen nõ de omnibus intelligendum eſt diuitibus, ſed de auaris, & de his qui in diuitijs ſuis con- 1.Tim.6
tra Pauli admonitionem confidunt. Quia & Chriſtus hic non dicit: Non poteſtis Deum & diuitias habere, ſed non poteſtis
Luce.13 Deo ſeruire & mammonæ. Aliud enim eſt habere, aliud ſeruire. Nam Abraham Iacob, Iob, alij item multi in vtroque teſtamento habuerunt diuitias, ſed illis nõ ſeruierunt, non dilexerunt: quia & cum amitterent, non ſunt contriſtati (Signum eſt enim amoris, qui rem poſſidet, ſi eandem non abſque triſtitia quis relinquit) ſed rebus fuere locupletes, ſpiritu pauperes. Nõ poteſtis item mundo placere & Deo. Diſſipat enim (vt in Pſalmo dicitur) oſſa eorũ Deus, qui hominibus placent, confunduntur, quoniam Deus ſpernit eos. Et Paulus: Si hominibus, inquit, placerem Chriſti ſeruus non eſſem. Quod intelligitur de his qui placere quærunt, & placere cupiunt hominibus propter ſe, vt & hoc ipſum q̃d eſt hominibus placere, quęratur, diligaturque propter ipſam vanitatem placendi, aliudve temporarium, quod ſit extra Deum. Nam propter Deum velle placere proximo, pro illius conſolatione, pace, & charitate, aut pro Dei promouendo honore, non modo licet, ſed laudatur etiam, vt rurſus Paulus admonet: Vnuſquiſq; autem veſtrum placeat fratri ſuo ad ædificationem. Hoc nanque modo velle placere homini, oritur ex charitate. Illo vero modo, quomodo prædixi, vbi ipſum placendi ſtudium propter ſeipſum quæritur, oritur ex vanitate & priuato amore. Aut ita: Nõ poteſtis duobus dominis ſeruire. Nõ poteſtis eccleſiam audire orthodoxam catholicamq;, hoc eſt, eam quæ à Chriſto ad nos per principem apoſtolorũ Petrum eiuſq; ſucceſſores eſt deriuata, gubernataq;, & ſynagogam hæreticorum. Aut enim vnam aut alteram deſeretis. Non enim ſimul poteſtis ſequi Chriſtum & Lutherum. Si eñ Chriſtum diligitis, illum cum omnibus q modo in cœlis cũ eo regnant, ſequemini. Hi eñ omnes in vera vna catholica hac eccleſia, & ſub obedientia Romani pontificis mortui ſunt, imo cum Chriſto regnãt. Si vero vobis placet Lutherus, cum illo & omnibus fidefragis periuriſq; monachis ſuis apoſtatis & hæreticis (in hac enim colluuie nullum inuenietis ſanctum, nullum alium apoſtolum quàm huiuſmodi nebulones) ad inferna quo omnes alij præcipitati ſunt hæretici, ibitis.

Marginal notes: Iob 1.12 — Pſalm. 52 — Galat. 1 — Roma. 15

Ideo dico uobis: Ne ſoliciti ſitis animę ueſtræ quid manducetis, neq; corpori ueſtro, quid induamini.

Superfluã hic prohibet ſolicitudinem, qua plus q̃ oportet quis temporalibus intendit,

tendit, temporalia quærit, temporalia coacervat, non ad neceſſitatem, aut vtilitatem in Deum ordinatam, ſed vt habeat, & vt poſſideat. Prohibet hic quoq; ſolicitudinē qua nimium occupatur animus circa temporalia, ſi propterea operibus bonis, alijsque debitis ac neceſſarijs ſe ſubtrahat, aut ſi per huiuſmodi externas curas occupationes ve ab his, ad quæ obligatur retrahitur ſeu impeditur. Tertio, prohibetur ſolicitudo anxiæ diffidentiæ ac puſillanimitatis, quæ poſt omnem induſtriam laboremq;, quibus neceſſaria ſolent procurari, & poſt omnem humanam nauatā operam timet de futuris anxiaturq;, nec prouidētiæ confidit diuinę, ſed curis diſcruciatur quaſi neceſſaria ſint adhuc ſibi defutura, quod ſtultiſſima eſt ſolicitudo anxietasq; vana, quo modo ediuerſo absq; labore & induſtria ſua ſperare ſibi à Deo dari neceſſaria, ignauia, acedia, ſtultitia eſt, & vana qua Deus tentatur præſumptio. Nunquam enim de Deo eſt diffidendum aut timendum, quaſi poſtquam quod in te eſt feceris, neceſſaria ſint tibi defutura. Et ideo Chriſtus dicit: Ne fortaſſe putetis vobis excuſationem fore, aut vobis hoc patrocinari, vt propterea quaſi neceſſario ſeruiatis mammonæ, quoniam vitæ neceſſarijs victu ſcilicet & veſtimentis egetis. Cui cogitationi occurrens dominus, dicit: Ideo dico vobis: Nolite ſoliciti, ſcilicet inordinate, eſſe quid edatis aut quibus induamini.

Nonne anima plus eſt quam eſca? & corpus plus quam ueſtimentum?

Vt dialectici loqui ſolent: A maiori ad minus, locum ſumit arguēdi dominus Ieſus, probans non eſſe ſolicitudinem gerendam, cum fecerimus quātum in nobis eſt, pro cibo, potu, veſtimento, alijsq; ſine quibus non viuitur neceſſarijs, cum videamus multo maiora nobis eſſe donata quā à deo: Nonne (inquit) anima dignior eſt eſca? aut corpus nunquid non pręſtantius eſt quam veſtimentum? Hæc tamen absq; ſolicitudine veſtra, imo cum necdum eſſetis, ſuapte bonitate vobis deus donauit. Qui ergo maiora vobis dedit, quomodo negabit minora? Accedit quod dans vobis corpus non ignorauit iuxta ſtatutum ſuum naturæ datum, vobis neceſſarium fore cibum & veſtitum. Quando ergo corpus dedit vobis, quod oportet cibo ſuſtentari & refici veſtibusq; operiri, an putatis eum oblitum aut immemorem fuiſſe, qui prouideret quæ corpori aut animæ ſunt neceſſaria? Quæ ſi dare nollet vnde corpora reficeretis, cur eadē vobis creaſſet? Confidite igitur quia minora vobis dabit, qui dedit maiora, & qui præcipua dat, dabit & acceſſoria: ſi tamen ea, quæ ad hoc ſunt neceſſaria, vos non per ignauiā præſumptionemve omiſeritis.

Reſpicite uolatilia cœli, quoniam non ſerunt neq; metunt, neq; congregant in horrea. Et pater ueſter cœleſtis paſcit illa. Nonne uos magis pluris eſtis illis?

Ediuerſo altero iam argumento dominus idem, hoc eſt, anxiam ſolicitudinē non habendam, probat per locum à minori ad maius, dicens, volucres cœli paſci à patre cœleſti, qui longe minoris ſunt dignitatis aut æſtimationis apud Deum, q̄ homo. Si tamen Deus volucres paſcit, quō homines nō paſcet? Adde iam, ꝙ volucres propter homines creauit. Si itaq; ea ſeruat propter homines, quæ creauit propter hoīes, quomodo homines deſeret aut non paſcet, q̄s creauit ad imaginem ſuam, & in gloriam ſuā? Scriptū eñ eſt in Pſalmo: Oculi oīm in te ſperant dñe, & tu das illis eſcam in tempore opportuno. Aperis tu manū tuā, & imples omne animal benedictione. Et iterum: Qui dat iumentis eſcam ipſoꝝ, & pullis coruorum inuocantibus eū. Fertur enim coruus nō agnoſcere, nec alere proles ſuas quamdiu ſunt implumes, vtpote ſibi nigro diſſimiles. Et in Iob: Quis præparat eſcam coruo, quando pulli eius clamant ad Deum vagientes, eo ꝙ non habeant cibos? Cum itaq; volucres cœli paſcit, quomodo vos non paſcet? Nonne vos pluris eſtis, id eſt, digniores, atque in maiori æſtimatione ac precio apud DEVM quam illi? Maior erit illi cura de vobis, quàm de volucribus cœli. Obſerua tamen hic quod licet auibus & beſtijs, præter inſtinctum naturalem nulla ſit ſolicitudo, colligunt tamen & quærunt quæ edant. Sunt quoque harum nonnullæ quæ in nidos ſuos, aut cauernas terræ cibum pro hyeme futura colligant, ſibique reponant quantum poſſunt in æſtate. Eamobrem Sapiens pigrum admonet, dicens: Vade ad formicam o piger, & diſce

Gene. 1

Pſal. 144

Pſalm. 146

Iob 38

Prou. 6

diſce ſemitas eius,& diſce ſapientiam.Quę cum non habeat ducem, parat æſtate cibum, & congregat in meſſe quod comedat.Vnde colligitur, vt quomodo volatilia beſtiæque vadunt quęſitum,& congregant ea quæ comedant: ſic homines neceſſe eſt vt labore,induſtria, prouidentiaque,non cura ſuperflua quæ ſibi neceſſaria
Iob 5 Gene. 3 ſunt,quærant.Quo facto Deo ſecuri confidant.Scriptum enim eſt: Homo ad laborem naſcitur,& auis ad volatum. Et primo noſtro parenti dictum eſt: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.

Quis autem ueſtrum cogitans poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum unum?

Probat ipſum tertio nunc medio vanam eſſe hominis non induſtriam, ſed ſolicitudinem illam inordinatam immoderatamque ac anxiam curam. Quapropter dicit:Quis veſtrum ſui corporis ſtaturam ſua ſolicitudine poteſt facere maiorem? Abſq; ſolicitudine veſtra contigit vt hãc acciperetis effigiem & ſtaturam veſtri corporis,quàm hucvſque Deus alimonia cõtinua perduxit. Nouit eñ quod huic ſtaturæ alimenti neceſſariũ ſit. Quod hactenus dedit,dabitq; qui ſtaturam vobis corporis hanc dedit.Cum itaq; ne minimam quidem partẽ vobis conferre poſſitis, quo vltra ſtaturam vobis à Deo datã veſtro labore aut opera creſcatis,quomodo poſſetis vos totum corpus vt creſcat, vt vigeat foueaturq;,niſi Deo & vires & viribus neceſſaria ſuppeditante,ſuſtentare?

Et de ueſtimento quid ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt.Non laborant neq; nent. Dico autem uobis, quoniam nec Salomõ in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut unum ex iſtis.

Eodem hic argumẽto, quo ſupra vſus eſt de volucribus cœli, & fortiori medio nunc probat ſolicitudinem eſſe ſuperfluã merito arguendam.Nam vtrobiq; anxietatem illam cordiſq; puſillanimitatem arguit,qua nimis formidamus nobis ne deficiat,quod ſit(vt revera eſt) hæc inutilis. Nam etſi vniuerſum diem ſolicitudine cõteras anxia et laborioſa,nihil aliud tamen egiſti,quàm quod curis te affixiſti inutilibus. Es enim illi ſimilis qui merces cum famulo mittit ad forũ, & ipſe interim domi reſidens curis anxietate plenis diſcruciatur,ne famulus aliquid amittat,ne fallatur,ne pecuniam falſam accipiat, ne quid illi ſubripiatur &c. Hi timores, hæ curæ, hæ ſolicitudines,quid quæſo ad rem faciunt.Nunquid per diẽ in curis reſidens periculum auertet aliquod? Eſt igitur prorſus inutilis hæc ſolicitudo. Taceo quod hæ curæ in nobis ſæpenumero induſtriã & prudentiam impediunt magis quã promouent. Conſultiſſimum hoc igitur nobis vult eſſe,induſtria nos vti,& prudentiam doniſq; alijs à ſe nobis ad hæc datis, quibus quæ noſtri ſunt officij facientes acquiramus nobis neceſſaria.Deinde vbi ea quæ in nobis ſunt, hoc eſt, vbi ea quæ ex parte noſtra debuerũt fieri expleuerim9, ſine ſolicitudine ſumus expectãtes domini prouidentiam:& quicquid euenerit nobis læti de manu domini ſuſcipiamus. Itaque de veſtimento,inquit,quid ſoliciti eſtis? Accipite ex floribus aut lilijs agri inſtructionem:quæ quantalibet mora breui appareant, ſunt tamen adeo decorata, vt Salomon in omni gloria ſua ita veſtitus non fuerit,ſicut vnum ex iſtis. Quæ enim natura operatur multo ſunt præſtantiora,quàm ea quæ fiũt ex arte.Nam etſi ars imitari geſtiat naturam, non tamen accedere aut æquari poteſt. Operatio enim naturæ ſemper excellentior eſt quàm artis. Accipit autem ex lilijs comparationem, quoniam pulchritudo,odor,ſuauitas,virtuſque liliorum omni anno ſuo tempore, & in omni loco terraque vniformis eſt,q; diuinæ prouidentiæ legem indicat quàm naturam Deo obediens obſeruat. Nec otioſum eſt cum lilia deberent omni glorioſiſſimo comparari, Salomoni comparata ſunt,quo ſatis indicat hunc ex dono Dei glorioſiſſimum fuiſſe regem.Quicquid tamen ſibi gloriæ Salomon adhibuit,in veſtibus,in ornatu,in auro,argento, & margaritis hoc illi alienum atq; mutuatũ fuit. Porro lilia agri in ſeipſis hanc habent gloriam ex creatore ſuo,quia pulchritudinem,odorem, virtutem, ſaporemq;, non alienum aut mutuatum,ſed ſuum proprium habent & genuinum.

Si autem fœnum agri quod hodie eſt,& cras in clibanũ mittitur, Deus ſic ueſtit,quanto magis uos modicæ

fidei. Nolite ergo ſoliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt.

Si ea, inquit, quæ hodie ſunt & cras nuſquam apparent, Deus tam glorioſe veſtit, quanto magis vos q̃ creati eſtis, vt ꝑmaneatis in vitam æternam? Si ea quæ propter vos in ſolatium & vtilitatem veſtram creauit, decorat etiam Deus, quanto magis quæ in victu veſtituve vobis ſunt neceſſaria, non negabit, licet minimæ ſitis fidei? Nam ſi fidem haberetis, non adeo in veſtra ſolicitudine & anxijs cogitationibus confideretis, ad nihil tamen vobis profuturis, niſi quod corda veſtra grauentur, & confidentia veſtra ad Deum minor fiat: ſed vbi labore prudentiaque veſtra eſſetis vſi in pace & tranquillitate cordis diuinum expectaretis ſubſidium, nihil diffidẽtes quin neceſſaria vobis cuncta accedant à Deo. Deinde quinto hac probat media dicens: Hęc enim omnia gentes inquirũt. Ac ſi diceret: Quid formidatis modicæ fidei, ne vobis cibus potuſve, aut amictus deſit? Vobis, inquam, Dei ſeruis & Dei filijs. Non videtis quod & gentibus (quę in hoc mundo viuunt ſine Deo) nihil horum deeſt. Si autem gentes hæc acquirũt omnia, nec aliter niſi ex prouidentia Dei, quõ ergo vos qui Dei eſtis filij, & cultores deſeret? Hęc autem temporalia gentes inquirunt, admittentes curam & ſolicitu-
Mar.11 dinem, quia Deum cui confidant, neſciũt. Vos autem qui patrem & Deum habetis in cœlis, non debet perturbare ſolicitudo anxia. Nam ſpecies infidelitatis eſt adeo ſolicitum eſſe, quomodo gentes ſolicitæ ſunt.

Scit enim pater ueſter, quia his omnibus indigetis. Primum ergo quęrite regnum Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia adijcientur uobis.

Vltimum eſt argumentum, quo immoderatam vult ſolicitudinem omnem excludi. Quod ille, qui prouidere nobis habet neceſſaria, in quem conuenit nos quoque ſperare, eſt pater noſter, qui filios ſuos deſerere haudquaquam poteſt. Accedit quod ſcit nos omnibus his etiam indigere. Quod cum ſciat, & paternũ ad nos gerat animum, vtpote pater amantiſſimus et fideliſſimus, non poteſt filijs ſuis non prouidere ea quibus egent. Hoc igitur tantum agant, quo ſe filios exhibeant Dei, vt primum, id eſt, ante omnia non ordine tẽporis, ſed dignitate quærant regnũ Dei: vt præcipuum quod quærant, ſit regnum Dei & iuſtitia eius: ſiue per regnũ Dei intelligit̃ beatitudo cœleſtis, ſiue plena poſſeſſio, plenaq́; ſubiectio hominis in hac vi-
ta, de quo regno dicitur: Regnum Dei in- Luce 17
tra vos eſt. Illud eſt regnum quod præcipue, & ante omnia tanquam res dignior nobiſq́; vtilior eſt quærendũ. Quod ſi honore ac merito ſuo, quo debet quæri, quęratur, vt ſcilicet iuſtitiæ, virtutibus, et alijs q̃ ad Dei ſunt honorẽ neceſſaria, nihil pręferatur, tunc adijcientur vobis, inquit, oĩa, ſcilicet, neceſſaria: quorum minor propter Deum & propter iuſtitiam regni eius debet eſſe cura. Adijcientur autem hæc omnia vobis, non otio vacantibus, ſed humana vtẽtibus induſtria, modo naturali, inſti-
tutioneq́; diuina, qua dixit homini primo: Gene.3
In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Et Pſalm.127
in Pſalmo dicitur: Labores manuum tua-
rum quia manducabis, beatus es & bene Actu.20
tibi erit. De quo Apoſtolus quoq; gloriatur, dicens: Ad ea quæ mihi neceſſaria erant miniſtrauerunt manus iſtæ. Vos igitur filij, pro neceſſaria veſtræ domus ſuſtentatione laborate, operamini, prudentiam & induſtriam veſtram iuſte ac licite exercete, vt neceſſaria vobis à Deo adijciantur. Nihil de bonitate diuina diffidite, tametſi penuriam aliquam patiamini: quia aut faciet Deus (modo vobis adfuerit bona & deuota voluntas) vt hæc paupertas vos non cruciet, ſed magis conſoletur: aut vt corpora quoque veſtra non grauentur aliqua penuria, ſed in illa lętiores, alacriores, robuſtioreſq́; ſitis, his qui in delicijs viuunt, aut vt neceſſaria vobis affluant in tẽpore oportuno, modo quod in vobis eſt feceritis, & de iuſtitia regni nihil omiſeritis, quam alteri cuiuis curæ præferẽtes domino & patri veſtro abſq; timore, diffidentia, aut puſillanimitate confidatis, quoniam paſcet vos qui paſcit omnia, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. Cuiuſmodi ſeruitus bona, quæ item ſit ſolicitudo non improbanda.

Nemo

NEmo poteſt duob⁹ dominis ſeruire. Matth. VI. Inducere vult nos hoc loco dominus, vt ſe diligamus, ſyncero ac toto corde, non diuiſo: vt pro quadam ſit parte cor noſtrum ad mũdum, pro altera parte ad Deum: ſed aut totum, aut nihil vult habere Deus, nec vult etiam quod ſolicitudine nimia aut inordinata ſcindatur, diuidaturq; animus. Sed ante omnia præcipue ac potiſſime quæratur Deus, & iuſtitia regni eius. Primo igitur dicit dominus Ieſus: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Si per hos duos dominos Deum intelligimus & diabolũ, non poteſt vtrique ſeruiri. Quæ enim conuentio Chriſti ad Belial? Chriſtus enim dominus eſt glorioſus & ſanctus. Diabolus vero dominus eſt ignominioſus atq; viliſſimus. Hi itaque duo domini comparari non poſſunt, nec conuenire. Contraria enim, quæ ſimul ſtare non poſſunt, exigunt ſeruitia. Chriſtus ſeruiri vult ſibi in lumine. Ideo conqueritur, quod lux venerit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Erant eñ eorum opera mala, quare ad lumen accedere recuſarunt. Diabolus vero, vt is qui male agit & odit lucẽ, cupit ſibi ſeruiri in tenebris, ne manifeſtentur & ne arguãtur opera eius. Mandat eñ ſeruis ſuis, quod olim Nahas Iabitis mandauerat, In hoc feriam dicens vobiſcum pactum, vt eruam vobis oculos dextros. Quare dextros? Quare non ſiniſtros? Duos habemus oculos, quorum altero, hoc eſt dextro, Deum, Dei leges, Dei voluntatem ac beneplacitum, Dei denique honorem, & animaæ ſalutem reſpicimus, cum quo & præmia iuſtorum & reproborum contemplamur ſupplicia. Hunc oculum cupit nobis diabolus erui, eſt enim illi exoſus & contrarius, ſiquidem hoc vigente eius machinationes per Dei adiutorium nihil nobis nocebunt. Altero oculo (qui eſt ſiniſter) contuemur, quid ſit ſuaue carni, quid honori, quid denique commodo noſtro conueniat aut mundo. Eſt enim nihil aliud hic oculus quàm prudentia carnis, quæ mortem operatur. Hoc enim oculo terrena reſpicimus, quemadmodũ priori oculo contemplamur cœleſtia. Dextrum itaq; vult nobis diabolus oculum eruere, non ſiniſtrum, quo cæci ad cœleſtia ſimus, ad terrena prudentes. Secundo, vult Deus ſibi ſeruiri in puritate. Ipſe eñ eſt qui paſcitur inter lilia. Qui in Pſalmo quoq; loquens, dicit: Ambulãs in via immaculata, hic mihi miniſtrabit. Et in alio Pſalmo dicitur: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut qs requieſcet in mõte ſancto tuo? Et reſpõdens: Qui, ingt, ingreditur ſine macula, et operatur iuſtitiã. Diabolus vero q habitat in locis humẽtibus, nec in locis aridis ſibi inuenit requiem, ſpurcitias diligit peccatorum. Tertio, vult Deus ſeruos habere humiles. Quamobrẽ nõ grauatur ſeipm cõſtituere in humilitatis exemplũ, dicens: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Diabol⁹ vero miniſtros petit ſuperbos. Nã ipſe eſt rex ſup oẽs filios ſuperbię. Quarto, dñs vult habere miniſtros cõcordes. Quippe qui vnius moris facit habitare in domo. Porro diabolus diſcordias amat, & eos q diſcordiã ſeminãt. Quõ eñ pacifici filiĳ Dei vocabũtur, ita qui diſcordiã & diſſentiones faciunt, filiĳ diaboli nominabuntur. Qui eñ, inquit, Chriſtus mecũ nõ colligit, diſperget. Quinto, quia Chriſtus quos ſeruos acceptat, docet contemnere tẽporalia, dicens: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veniens ſequere me. Et item: Niſi quis abrenunciauerit omnibus quę poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. At diabolus ſeruos ſuos facit colligere temporalia & terrena. Quod figuratum eſt in his qui ſeruiebant Pharaoni regi Aegypti, vbi dicitur: Diſperſus eſt populus per terram Aegypti, ad colligendas paleas. Cum igitur nemo duobus dominis poſſit ſeruire, neceſſe tamen ſit vt aliquem cui ſeruiat dominum habeat, beatus populus cuius dominus Deus eius. Et Dauid: Mihi, inquit, adhærere Deo bonum eſt. Quare bonum? Propter ſex. Quorum primum eſt, quia qui Deum nõ habet, dominum agnoſcit & colit, neceſſe eſt, vt diabolum habeat pro domino ſuum hoſtem peſſimum. Eamobrem cum Petro dixiſſet & Apoſtolis, poſtquam aliĳ quidam Chriſti verba non intelligentes, ſcandalizati à CHRISTO receſſerant, interrogans: Nunquid & vos vultis abire? Reſpondit Petrus: Domine ad quem ibimus? Verba æternæ vitæ habes. Sciebat enim nuſquam à CHRISTO ſe poſſe recedere, quin in manus intraret dæmonum. Secundum, quia vbicunque alibi ſeruieris, ſeruitus ipſa, in hoc quod

eſt

Marginal references: 1.Cor.6; Iohan.1; 1.Reg.11; Roma.8; Canti.2; Pſalm.100; Pſalm.14; Matt.11; Iob 41; Pſal.67; Mat.5; Mat.12; Matth.19; Lucæ.14; Exod.5; Pſal.143; Pſalm.72; Iohan.6

eſt ſeruitus,probroſa eſt, præſertim comparata poteſtati maiori aut digniori,excepto Dei ſeruitio,in quo eſt ſeruit⁹ ipſa honor:quia vbi quis Deo ſeruit, ibi efficitur à ſeruitute moleſtiſſimá dæmonis,vitiorũ que carnis & mũdi,liber. Nihil autem ſuauius libertate ſpiritus,quæ eſt,bonũ nullum coacte, ſed ſuapte voluntate propter Deum agere,velle quod lex iubet, nõ pœnarum arceri metu, ſed virtutis duci amore,non pręceptis impelli,ſed vltro ad Dei beneplacita feſtinare. In carne eſſe, at non ſecundum carnem,ſed ſpiritu viuere, ita Deo ſeruire regnare eſt. Tertiũ eſt, quod benignus eſt dominus præceptor,puta,q bonam voluntatem, vbi aliud ſibi offerri
1.Iohan.5. non poteſt,recipit. Et cuius (vt Iohannes
Mat.11 dicit) mandata grauia non ſunt. Chriſtus quoque ipſe: Iugum, inquit, meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Denique ea quæ præcipit,ſunt honeſta,leuia,ac vtilia. Honeſta ſunt. Siquidem præ cæteris legibus hoc habet lex Chriſtiana, vt nihil habeat iniquum, nihil foueat inhoneſtum, nihil turpe admittat. Quinpotius inhoneſta, impudica, & nefaria, quæcunque non ſolum in operibus damnat, ſed cogitationes etiam, & concupiſcentias eorundem prohibet. Leuia ſunt quoque. Siquidem hominis bonam voluntatem Dei gratia roborat,adiuuat, portat, atq; eidem cooperatur. Nihil importabile eſt,nihil impoſſibile ex omnibus his quæ ab homine requirit Deus. Vtilia vero ſunt, quia eũ qui illis obedit inducũt in regnum cœlorum & ſaluant. Si vis,inquit, ad vitam ingredi,
Matt.19 ſerua mandata Dei. Prodeſt autem Dei mandatorum obſeruantia,non ſolum animę, ſed & corpori. Nam quemadmodum vbi multæ ſunt epulæ, ibi multa infirmitas,vbi luxuria,ibi hebetudo ingenij,& eneruatio virium,ita vbi ſobrie caſteque viuitur, ibi adijcitur longitudo dierum & diuturnitas vitæ. Quid quod in crapulis viuitur ſine ſomno,ſine quiete,ſine appetitu comedendi, & eſt delectatio ibi ſine delectatione? Quartum eſt, quod dominus noſter cui ſeruimus,eſt fideliſſimus,potẽtiſſimuſque noſter protector, vt ſub ipſo nihil habeamus timere. Quintum, quod eſt idem fideliſſimus retributor. De vtroque dicit dominus ad Abraham: Noli ti-
Gene.15 mere Abraham, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. In aliorũ dominorum obſequijs magnum foret acquirere pagum in mercedem. Verũ hic apud Deum,ſerui eius,licet opiliones,impetrãt in mercedem etiam regnũ cœlorum. Sextum eſt,quod ſapientiſſimus eſt omnium gubernator. Præſtat autem maxime habere dominum ſapientem, quàm ſtultum.
Sapientia autem eſt æterna,increata,& immenſa dominus noſter, cui iucundiſſimũ eſt ſeruire,quoniam à fine vſque ad finem attingit fortiter,& diſponit omnia ſuauiter. Nihil igitur probroſius atque ſeruire alteri,quàm Deo. Nam ſi ſeruis diabolo, ſeruis inimico tuo crudeliſſimo. Quapropter ſtultitiam huius ſeruitutis, Bernar- Bernar.
dus tibi exprobrat in hũc ſenſum dicens in perſona CHRISTI: Quid cauſæ eſt quod inimico meo veſtroq; libet potius ſeruire quàm mihi? Non ille vos paſcit,nõ creauit,& ſi parua hęc videntur,gratis nõ ille,ſed ego vos redemi, non auro,non argento,non ſole, non luna,non aliquo angelorũ,ſed proprio cruore. Quod ſi tã multiplici iure, difficile à vobis eſt impetrare, vt illũ,cui propter beneficia præſtita ineffabiliter debetis,diligatis, eidemq; ſeruiatis,ſaltẽ ideo mihi obtemperate,qm̃ maiora pluraq; vobis polliceor,q̃ ille,gratię dona præſentia, futura gloria cumulaturus. Daturus aũt eſt diabolus ſeruientibus ſibi,nihil aliud quàm quod ipſe accipiet,gehennam ignis. Et pro hac o filij inſipientes vos,ei ſeruietis? At quanto eſt mœrore plangẽdum,quod plures habet ſeruos diabolus quàm Deus. Deinde ſi comparatio fiat ad Deum et mundum,Deo iterum nõ mundo eſt ſeruiendum. Eſt enim mundi blanda quidem,ſed mẽdax promiſſio, eſt eius merces fallax & triſtis: quoniam decipit omnes confidentes in ſe. Qui enim honores amant, eoſq; adipiſcuntur, quãdiu retinent? Qui vero diuitias, quãta eas obtinent difficultate,cum quanta ſolicitudine cuſtodiunt: quas tamen paulopoſt vel per mortem,vel per ignominiam cum triſtitia maxima amittunt omnia? Et quã putatis mortem inueniunt, qui in huiuſmodi ſpem,gaudiumque ſuum poſuerũt? Gaudium ſuum amiſerunt, ſpes eorum eos fefellit,exaruit flos. Vna nocte, imo vna horula omnibus diuitijs ſuis ſpoliati ſunt. Omnis diuitiarum pompa,vno momento perijt. Vtinam igitur qui mũdum diligere vis, ſaperes & intelligeres ac nouiſſima puideres. Videres ex diuite in mor- Deut.32
te,q̃ ſubito mendicus & omniũ fit pauperrimus.

rimus. Expenderes deinde omnia quæ in
mundo ſunt: & nihil inuenires fixum, cer
tum, aut ſtabile. Nam ſanitati & corporis
robori, quis audeat confidere? quãdoqui-
dem leuis febricula, morbuſve alius ſubi-
to & inſperate adueniens, totum mox ho
minem deijcit. Sed nunquid carni eſt ſer-
uiẽdum? Minime. Qui enim carni ſeruit,
ſeruit domino qui nunquam ſatiari po-
teſt. Quanto plus illi ſeruieris, quanto fi-
delius, quanto diligentius deniq;, eo plus
à te exigit, duriuſq; tibi imperat. Comper
tiſſimum eſt hoc nobis, in his quos gulæ,
luxuriæq; cernimus inſeruire. Non ergo
duobus poſſumus dominis, ſed vni tantũ
Eccli. 2 decet nos domino ſeruire: Væ em̃ duplici
Deut. 22 corde, & væ homini duabus vijs ingredi-
enti. Prohibemur quoq; arare in boue &
aſino, propterea ꝙ vnum ſit animal mun
dum, aliud immundũ. Samaritanis deniq;
ſimiles ſunt, ſimul colentibus Deũ, & ido-
3.Reg.18 la, qui ſeruire cupiunt Deo & mãmonæ.
Huiuſmodi Elias obiurgans: Vſquequo,
inqt, claudicatis in duas partes? Si dñs eſt
Deus, ſeruite illi, ſi Baal, ſequimini eũ. Eſt
præterea hic aduertendum, aliud eſſe ſer-
uire diuitijs, & aliud ſeruire Deo cum diui
tijs. Secundum enim poteſt cum Dei ſerui
tio ſtare, non primum. Secundo, vbi oſten
derat nos dominus ſimul Deo & mundo
non poſſe ſeruire, commonſtrat quoq; va
nam eſſe & ſuperfluam ſolicitudinem pro
temporalibus. Quapropter ſciendum ſo-
licitudinem eſſe triplicem. Quędam enim
eſt tolerabilis, vt dum homo quærit tem-
poralia moderate, tempore oportuno ac
licito, & ad debitum finẽ. Sunt enim tem-
poralia moderate quærenda, quæ abſque
omni ſolicitudine quæri nõ poſſunt. Por-
Prou. 6 ro moderata et nõ nimia ſolicitudo haud
quaquam eſt arguenda, ad quam Sapiens
hortatur, dicens: Vade ad formicam o pi-
ger, et diſce ſapientiam, &c. Deniq; & quã
non prohibeatur omnis ſolicitudo vbiq;
Roma. 12 ex ſcriptura liquet. Quoties Paulus ſolici
Ephe. 4 tudinem in bonam partem accipit? Solici
Lucæ 10 tudine, inquiens, non pigri. Et: Soliciti e-
ſtote ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo
pacis. Martha quoque ſolicita ex deuotio
ne dicebat̃ à domino et turbata erga pluri
ma. Eſt itaq; ſolicitudo quædã occupatio
animi ad futura reſpiciens, pro acquirẽn-
dis conſeruandiſq; rebus neceſſarijs, ſine
qua decenter vix rariſſimus quiſq; viuere
poteſt. Hęc ſolicitudo moderata licita eſt.
Eſt alia ſolicitudo pro ſpiritualibus incre
mentis laudabilis. Hæc eſt interdũ neceſ-
ſaria ex charitate, puta in egenorum ſub-
uentione ac prouiſiõe. Eſt quoq; laudabi-
lis in Dei mandatoꝝ obſeruatiõe. De qua
ſcriptum eſt: Confortamini, et eſtote ſoli- Ioſuæ 23
citi, vt cuſtodiatis cuncta quę ſcripta ſunt Mich. 6
in volumine legis. Itẽq;: Indicabo tibi ho-
mo quid ſit bonum, aut quid dñs requirat
à te vtiq; facere iudiciũ & iuſtitiã, et dilige
re miſericordiam, & ſolicitum ambulare
cũ Deo tuo. Tertio, ſolicitudo eſt vitupe-
rabilis, q̃ ex inordinato temporaliũ amo-
re prouenit, & ex diffidentia prouiſiõis di
uinæ. Hæc eſt illa ſolicitudo, de qua in eo-
dẽ Euãgeliſta de his, in quibus Dei verbũ
nullũ facit fructum dñs loquens: Solicitu Matt. 13
do, inquit, huius ſeculi, & fallacia diuitia-
rum ſuffocant verbũ. Hanc ſolicitudinem
multifariã hic reprobat dñs, oſtendens eã
eſſe inutilem, inſipientem, auaritiæ, cupidi
tatis, diffidentięq; miniſtrã. Tertio, in hoc
Euangelio docet p̄cipuam nobis curã ha
bendã pro Dei beneplacito, ꝓ regno cœ-
leſti, et pro eius iuſtitia, qua acquiritur ſeu
cui redditur regnum cœloꝝ. Pro tẽporali
bus aũt nullã nos decet vt habeamus curã
anxiam, diffidentiã, aut timorem, qm̃ tem
poralia hæc adijcientur nobis. Prouideãt
itaq; parentes ſibi & filijs cibum, & vnde
viuant. Quandoquidẽ vt Paulus ait: Qui 1.Tim. 5
ſuoꝝ maxime domeſticoꝝ curam non ha
bet, fidem negauit: & eſt infideli deterior.
Prouideant filijs hæreditatẽ, ſpiritualẽ &
temporalẽ. Doceãt proles Deũ timere, do
ceãt Dei regnũ, Dei honorẽ, Dei pręcepta,
& iuſtitiã virtutũ quęrere, zelari, & imple-
re. Tunc em̃ tam parentibus q̃ filijs adijci
entur neceſſaria. Porro ſi põpoſas educa-
tis proles in veſtitu & apparatu glorioſo,
ꝓleſq; veſtræ ſentire cœperint, placere id
vobis, vt ſint callidæ aſtutæq;, ꝙ loq & vi-
uere nouerint iuxta prudentiam ſeculi, ꝙ
ad conquirẽda tẽporalia efficiant̃ ſolertes:
ſtudebũt in his magis ac magis vobis pla
cere, & Dei timorẽ proijciẽt poſt tergũ ſu
um. Igit̃ eos docete vt timeant Deũ, vt di
uinis eccleſiæq; obediãt p̄ceptis. Liberos
deniq; vr̃os, et oẽm familiã veſtram doce-
te, & cõpellite, quo nihil q̃d ad ſalutẽ aĩæ
ſit neceſſariũ, lucris quibuſlibet tẽporali-
bus poſtponant, aut relinquãt, otia deui-
tent, honeſtatẽ diligant et veritatẽ, ſynceri
tatẽ in negociationibus & æquitatem ob
ſeruent, neminẽ vlla impoſtura fallãt. Et
ſperent

ſperent in Deum, à quo hauddubie ſentient, quantum de neceſſarijs ſibi adijciantur. Hæc vbi fecerint, non contriſtetur parentes, ſi portionem exiguam hæreditatis filijs relinquant. Maior & potiſſima ſit illis cura, vt proles habeant probe inſtitutas, & ad Dei timorem educatas. Hæc ſolicitudo ſanctorum eſt, vt ſi non opes habeant, virtutibus ſuas proles & Dei amore exornent. Fili qui te pauit, licet ſæpe inobedie͂tem & ingratum Deo, quomodo non paſcet tuas proles ſe timentes? Vna igitur ſit tibi & potiſſima cura relinquere libris tuis exempla timoris Dei, eruditiones ſanctas, docuiſſe eos iuſtitiam, & ad proximum æquitatem & miſericordiam. Quod age͂tes maximos theſauros veſtris plibus relinqtis. Vos quoq; du͂taxat moderate te͂poralia quæratis. (Pſalm. 61) Quę ſi à dn̄o adijciātur, & diuitiæ ſi affluāt, nolite cor apponere. Cu͂ diuitias habetis, nolite in his ſperare, nolite diligere, nolite in illis gaudere. Si à vobis iterum recedunt diuitiæ, nolite contriſtari. Hoc vnum vobis ſit aut gaudendi occaſio, ſi Deum veſtris ſentitis peccatis propicium, aut triſtandi ſi eunde͂ vobis inueneritis iratu͂. Dn̄s noſter Ieſus Chriſtus omnibus nobis ſuam miſericordiam & gratiam largiatur, vt quæ recta ſunt, non ſolum ſciamus, ſed & faciamus, qui cum patre & ſpiritu ſancto eſt benedictus in ſecula. Amen.

DOMINICA XVI. POST DOMINICAM S. Trinitatis, epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Ephe. III.

OBſecro uos ne deficiatis in tribulatio͂ibus meis pro uobis, quæ eſt gloria ueſtra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patre͂ domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, ut det nobis ſecundu͂ diuitias glorię ſuę, uirtutem corroborari per ſpiritu͂ eius in interiore homine: habitare Chriſtum per fidem in cordibus ueſtris. In charitate radicati & fundati, ut poſſitis comprehendere cu͂ omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundum. Scire etia͂ ſupereminente͂ ſcientię charitatem Chriſti, ut impleamini in omne͂ plenitudinem Dei. Ei au͂t qui potens eſt omnia facere ſuperabunda͂ter quam petimus aut intelligimus ſecu͂dum uirtutem quæ operatur in nobis. Ipſi gloria in eccleſia, & in Chriſto Ieſu in omnes generationes ſeculi ſeculoꝝ. Amen.

PARAPHRASIS IN EANdem epiſtolam.

OBſecro vos fratres, ne deficiatis à fide puſillanimes, nec ſcandalizemini, dolentes ob tribulationes meas quas patior pro vobis, vt propterea aut mihi nimium condoleatis, aut vos ſimilia paſſuros timeatis, aut quaſi à Deo ſimus nos propterea proiecti ſeu exoſi, aut odiat nos qui talia ſinit nos pati, puta flagella, vincula, & carceres: propter quæ ne erubeſcatis pro nobis rogamus. Quæ res ſcilicet pati me tribulationes ꝓ vobis, hoc eſt, aut occaſione veſtri, aut ad ædificationem veſtra͂, non vobis ignominię aut probro eſt, ſed eſt gloria veſtra. Huius rei gratia, ne deficiatis ſcilicet, flecto genua mea in orationibus meis pro vobis ad patrem dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, ex quo, ad cuiuſq; ſimilitudine͂ oīs paternitas in cœlis inter angelicos ſpiritus, & in terra inter hoīes nominatur. Deo em̄ ſoli co͂uenit eſſe patre͂ omniu͂. Nuncupatiue au͂t tantu͂ vocamus homines patres, quia & Chriſtus ita nos docet: (Mat. 23) Patre͂ vobis nolite vocare ſuper terram. Vnꝰ em̄ eſt pater veſter in cœlo. Hoc eſt au͂t quod pro vobis à Deo peto, vt det vobis iuxta diuitias & abundantiſſima͂ liberalitatem maieſtatis ſuæ, virtute͂ qua roboremini per ſpiritu͂ eius, i. per ſpiritu͂ ſanctum, per ſpiritu͂ gratiæ eius, operantis in interiori homine veſtro: & vt det vobis Chriſtum habitare, atq; ſui forma͂ vobis imprimere per fidem in cordibus veſtris, iuxta promiſſione͂ eiuſde͂ Saluatoris: (Iohan. 14) Si qs diligit me, ſermone͂ meu͂ ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſi-

manſionem apud eũ faciemus. Hoc autē
ideo det vobis, vt in charitate radicati ad
modum arboris terræ profundius infixæ,
Matth. 7 quo huberius fructificet. Et fundati, hoc
eſt, ad modũ ędificij, q̃d ſupra petrã cõtra
tentationũ vētos, & perturbationũ flumi
na fundat, cõſtabiliti cũ oĩbus ſanctis poſ
ſitis capere intellectu, q̃ ſit ſpiritualis latitu
do charitatis ad oẽs ſine perſonaꝝ accepti
one, imo ad inimicos etiã ſe extēdētis, et q̃
eiuſdē ſit lõgitudo inter aduerſa longani-
miter pſeuerantis vſq; in finē: q̃ itē altitu-
do ſublimitaſve illius ad deũ vos vſq; ele-
uãtis, deoq; vos vniētis: & poſtremo q̃ illi
us pfunditas ad pximi compaſſionē, ad il
lorũq; obſequia, vos deprimētis. Demum
hoc pterea oro vobis dari à Deo, vt ſcire
poſſitis charitatē Chr̄i, quã erga vos habu
it & habet Chr̄s: nēpe tantã, vt ſupemine-
at omni ſciētiæ humanę, & exuperet oēm
ſenſum: qa nemo in hac vita pfecte valebit
inueſtigare, aut plene cognoſcere pfectio-
nē, imo immenſitatē charitatis Chr̄i, q̃ im
pleamini in oēm plenitudinē dei, hoc eſt,
Ephe. 1 vt ſitis pleni deo, q ĩ vobis ſit oĩa in oĩbus
Ei aũt genua mea flecto p vobis orans, q
potēs eſt oĩa hęc q̃ dixi facere abũdãtius q̃
petimus aut intelligimus. Aut ita: Ei aũt
ſit gloria q potēs eſt hęc oĩa q̃ p vobis oro,
facere abũdantius et liberalius cõferre q̃ pe
timus, aut petēda intelligim⁹ ſecundũ vir
tutē gratiæ & oĩpotentiæ ſuę, q̃ operat in
nobis. Ipſi ſit gloria ĩ eccleſia. i. vt ab oĩb⁹
agnoſcat, glorificeturq; q ſunt in eccleſia.
Aut: Ipſi, nõ nobis ſit glã in eccleſia, ex cõſi
deratiõe mirabiliũ, donoꝝ, operationũ, be
neficiorũq; eius q̃ operat in eccleſia, & in
Chr̄o Ieſu, p quē hęc oĩa facit, & in oẽs ge
nerationes ſeculi ſeculoꝝ. Per ſeculũ ſecu
loꝝ aut æternitatē, ſignificat oēs ętates, tē-
pora, & perpetuitatē cõphendentes: aut
in ſecula ſeculoꝝ vult dicere, à principio
mundi vſq; ad finē, quod oēs generatio-
nes, oēs ætates, oĩaq; tēpora cõplectitur.

EXEGESIS EVANGE-lij dominicæ XVI. poſt dominicam S. Trinitatis. Lucæ VII.

Mat. 8 FINITO SER- mone in monte, cũ in montis deſcenſu Ieſus ſanaſſet lepro- ſum, & hinc ingreſ- ſus Capharnaũ, ſer- uum curaſſet Cētu- rionis: poſtea ad ciui
tatem ibat, quæ vocabatur Naim. Eſt aũt
hæc ciuitas Galilææ non longe à monte
Thabor diſtans. Ibant aũt cum eo pariter
diſcipuli eius, non aliter q̃ ſtellæ ſequētes
ſolem, & filij imitantes patrem. Ibat autē
illuc ſciēs quid eſſet facturus: Quomodo
viduam triſtem oporteret ſe vrgente ad
hoc bonitate ac miſericordia ſua conſola-
ri defunctũ eius filiũ reſuſcitare, & turbã
q̃ miraculũ videbat in laudes excitare di-
uinas. Ibant aũt diſcipuli eius cũ eo, vtpo-
te futuri miraculi teſtes, & turba copioſa,
q̃ Chriſtũ varias ob cauſas ſequebat, pręci
pue aũt ex deuotiõe. Itaq; dicit Luc. Euã.

Ibat Ieſus in ciuitatem quę uocatur Naim, & ibant cum illo diſcipuli e-ius, & turba copioſa. Cũ autem ap-propinquaret portę ciuitatis, ecce de functus efferebatur filius unicus ma tris ſuæ. Et hæc uidua erat.

Multa hic enumerat Euangeliſta, qua-
ſi rationē redditurus futuri miraculi, qua
re iuſtum fuerit, vt miſericordiam magnã
ſuam Chriſtus deſolatæ impenderet muli
eri. Siquidem ad portam veniēs ciuitatis,
vidit cõtra ſe efferri defunctũ ſepeliendũ.
Habebant em̄ veteres monumenta ſua ex
tra ciuitates, quo lõgius cadaueribus pu-
trefactis non inficeretur aer in ciuitate.
Narrãtur hic multa triſtia q̃ cõpaſſionem
exigunt. Primum eſt ꝙ defunctus, qui ef-
ferebatur ſepeliendus, quem mulier oĩſq;
turba plãgebat. Deinde additur, ꝙ mulie
ris viduę hic erat filius, quo eius dolor prę
alijs erat grauior. Tertio additur, quod e-
rat is vnigenitus. Neq; em̄ aliũ in quem
reſpiceret filium habuit. Tanto magis ita
que doluit, quo præter hunc non habuit
alium. Quarto dicitur vidua, quippe q̃ ma
rito ac filio orbata, nullam prorſus expe-
ctabat conſolationem. Itaq; breuibus ver
bis ærumnæ molem vniuerſam explicat.
Mater inquit, vidua erat, quæ alium non
ſperabat filium: & hũc quem ſolum lacta-
uerat nunc mortuũ amiſit, q alacritatis oc
caſio fuerat matri, & loco defuncti patris
ſolatium. Iccirco luctus matris fiebat in-
gens & mœror grauis. Accedebat quod
is iam erat adoleſcens, in quo mater eius
omnem per illius infantiam & pueritiam
nauauerat operam, & iam maior natu cũ
matri eſſe poterat & commodi & conſola
tioni, e medio ſublatus eſt.

Et turba ciuitatis multa cum illa.

Vides hic morem antiquiſſimũ ꝙ fune
ra comitabantur olim amici & turba mul
ta. Quod ſi dicas Ethnicis id fuiſſe, & pa-
ganis ſolitũ: fuit quidem fateor, ſed nõ ſo-
lis illis, quandoquidem et filĳs Iſrael hoc
fuit familiare. Nã cum Ioſeph & fratres
eius mortuũ Iacob patrem ſuum ſepelien
Gene.50 dum in terram Chanaan ducerent, multi
Aegyptioꝝ & optimates illos longius ex-
Ibidem tra terrã ſuã comitati ſunt. Sic em̃ legimꝰ:
Ierunt cũ Ioſeph oẽs ſeniores domus Pha
raonis, cunctiq́; maiores natu terrę Aegy
pti, & facta eſt turba non modica. Quo ſi-
mul laudaẗ mos ille vetuſtus, curam ſcili-
cet habere ſepulchri: nec imꝓbari debet,
ſi defunctoꝝ qñq; exuuiæ deferantur ad
alia loca ſepeliendæ, in quibus viuentes de
ſiderauerunt ſepeliri, qñquidem tam ſan-
ctus patriarcha Iacob ſepeliri voluit cum
Gene.49 maioribus ſuis Abrahã, Iſaac, Rebecca &
Lia vxore. Ioſeph quoq; moriturus adiu-
rauit fratres ſuos, prędicens illis futuꝝ, vt
deus illos viſitãs educeret de Aegypto in
terrã Chanaan, & tunc, ſumite (inqt) oſſa
Gene.50 Exod.13 mea vobiſcũ, q̃d & Moſes diligenter effe-
cit. Hęretici aũt noſtri in locis ſacris nolũt
ſepeliri, ſed in cãpo, ſepultura nimiꝝ aſini
na, agẽte id diuina ꝓuidentia, ne ſepeliant
vbi iacere inter catholicos indigni ſunt,
ſed ſepultura ſuapte iudicio vtantur cam-
peſtri, qua hæretici debent & excommu-
nicati ab eccleſia ſepeliri.

Quam cum uidiſſet Ieſus, mĩa mo tus ſuper eam dixit illi: Noli flere.

Nõ tã exteriori oculo q̃ ĩteriori viduã de
ſolatã reſpexit dñs, totus effluẽs pietate &
miſeratiõibus. Ideo dicitur ab Euãgeliſta:
Miſericordia motus ſuper eã. Erat em̃ cõ
patiẽtiſſimus. Nã quia naturã humanã ve
re aſſumpſit, ideo omnes etiã affectus na-
turæ humanę, q̃ illã comitãtur aſſumpſit.
Proinde etiã tanq̃ homo Chr̃s naturali-
1.Cor.1 ter fuit, maximeq́; cõpatiens & miſericors.
Eccli.24 Nec miꝝ. Nã in cœlis patrem habuit mi-
ſericordiaꝝ, deũ totius cõſolationis, in ter
ris vero matrẽ virginẽ pulcherrimæ dile-
ctiõis, clementiſſimę mĩæ & pietatis. Di-
xit itaq; Ieſus flenti viduę: Noli flere. Non
potuit pĳſſimum eius cor ferre lachrymas
mœrentis, ſed ad conſolandam eã feſtina-
bat. Ideo mox ſequitur.

Et acceſſit, et tetigit loculum. Hi autem qui portabant, ſteterunt. Et ait: Adoleſcens tibi dico: Surge.

Acceſſit, inquit, & tetigit loculũ. Nõ o-
pus erat, vt loculum tãgeret: potuiſſet em̃
ſolo verbo imperare. Tetigit tñ q̃ oſtende
ret humanitatẽ ſuã organũ eſſe diuinita-
tis. Vide aũt quia cum Elias ſuſcitare vel- 3.Reg.17
let filium viduæ, incubuit ſuꝑ eum ſepties
donec calefacta eſt caro pueri, deãbulans
aliquoties huc & illuc, & orans nec tã fa-
ciliter ſuſcitare potuit defunctũ, vt Chr̃s.
Petrus quoq; Thabitãm ſuſcitãs orauit, Actu.9
nec ſuo eſt noĩe vſus, ſed inuocato Chr̃i
noĩe eandẽ ſuſcitauit. Porro Chr̃s multo
maiori vtens potentia, nõ orando, ſed ſua
virtute imperãdoq́; excitauit mortuum.
Huic em̃ oĩa viuunt, nec aliter mortuis, q̃
viuis loquitur. Steterunt aũt qui loculum
portabant, ſperantes fortaſſe quod futuꝝ
erat, expectabantq́; domini voluntatem.

Et reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri ſuæ.

Nihil eſt mirãdum, quod vt Anna ma- 1.Reg.2
ter Samuelis in Cantico dicit: Dñs morti- Gene.1 Pſal.18
ficat & viuificat, deducit ad inferos & re-
ducit. Qui em̃ verbo, cum non eſſent, crea
uit oĩa, poteſt eadem cũ fuerunt collapſa
quoq; reſtaurare. Imperauit adoleſcenti,
ſurrexit adoleſcens, & in loculo reſedit.
Cœpit loq̃, quo vere ſe viuere indicaret.
Sed vide q̃d benigniſſimus dñs fecit. Non
iuſſit adoleſcenti vt ſeq̃retur ſe, nec aliud
quippiam ſimile. Sed dedit illũ matri ſuæ.
Ab hac noluit eum auellere, in cuius con-
ſolationem illum ſuſcitauerat. In quãtas
putas laudes, in quantum gratiaꝝ actiõis
affectum deſolata illa mater & vidua eru
pit: Sua enim lætitia alios omnes qui ade-
rãt in Dei laudem, & in cõgratulationem
huius beneficĳ ſui excitauit. Ideo ſeq̃tur.

Accepit autem oẽs timor, et magnificabant Deum, dicentes: Quia propheta magnus ſurrexit in nobis: & quia Deus uiſitauit plebem ſuam.

Non fuit ille timor ſeruilis, qui plebem Pſal.18
inuaderet, ſed timor dñi ſanctus ꝑmanẽs
in ſeculum ſeculi: nempe timor reuerentię
& admiratiõis. Propter quem magnifica-
bant turbæ Deum, confitentes eum oĩpo
tentẽ, eiuſq́; clementiã in ſubuentiõe cõſo
latiõeq́; humanaꝝ miſeriaꝝ laudãtes. Lau
dabant quoq; Chriſtũ, vt miraculi huius
miniſtꝝ. Quem q̃a perfecte nondum dei
filium nouerant, laudem ei tribuunt pro-
phe-

Deut.18 phetę magni. Prophetā magnū (vt putat) intelligebāt Meſſiā Chrm, q in lege p Moſen Iudęis pmiſſus fuerat à Deo. Hoc nāq; (puta q̄d de Chro loquebant) ſubindicāt vba q̄ ſequuntur: qa Deus viſitauit plebē ſuā, vtpote mittens quē mittendū pmiſerat, queq; audiendū & illi obtemperandū iuſſerat. Iuxta ſententiā Auguſt. tres dn̄s mortuos ſuſcitaſſe legitur, non q plures non ſuſcitauerit, ſed q de tribus tantū ſuſcitatis in Euāg. legimus: Potuit em̄ ſi voluiſſet, plures reſuſcitare, vt fortaſſe ſuſcitauit, vt futuꝝ eſt, vt ī fine mūdi reſuſcitet oēs: tn̄ de tribus tm̄ ſcriptū eſt mortuis ſuſcitatis. Nec id otioſe. Significant enim hi tres aliqd, q̄ debeamus inſtrui, de ſpūali morte, q̄ eſt peccatū. Per mortē em̄ corporis, mortē intelligimus aīæ. Et p mortuū corporali vita deſtitutū, peccatorē intelligimus in aīa mortuū. Sub triplici igit differentia Chrs mortuos tres corporaliter ſuſcitauit. Primo, ſuſcitauit filiā Iairi archiſynagogi, q̄ intra parietes nondū elata iacebat mortua. Hęc ſignificat mortē aīę, eā. ſ. q̄ adhuc ſecreta & intus eſt, q̄ſi intra parietes domus, in voluntate, nondū in opere. Verbi gratia: Statuit, neſcio qs, p malā voluntatē mœchari, nondū mœchatꝰ eſt, ſed voluntatē habet mœchādi, iā mortaliter peccauit, qa ſcriptū eſt: Qui viderit mulierē ad concupiſcendā eam, iā mœchatꝰ eſt eam in corde ſuo. In corde igitur et voluntate, iam deliquit, licet peccatū nōdum pdierit in opus. Hoc (vt dixi) genus mortis in filia hac defuncta ſignificat. Quā dn̄s Ieſus, (licet ęque poſſit ſuſcitare oēs cū ſit infinitæ virtutis) pter ſignificationē q̄ſi mori oſtēdit hanc negocio ſuſcitandam. Dicebat enim: Nō eſt puella mortua, ſed dormit. Vere dormiebat Chro, q eam potuit ſuſcitare. Facilꝰ em̄ ei fuit mortuū ſuſcitare de loculo, q̄ tu ſuſcitare poſſes dormientē de ſomno. Itaq; peccatores in aīa, in voluntatiſq; ſecreto mortuos dn̄s Ieſus reſuſcitat. Alteꝝ ſuſcitauit mortuū hic, filium viduę, q elatus iam erat ad portā, aut extra mœnia ciuitatis. Iam em̄ oībus erat manifeſtū illū eſſe mortuū. Sgnificantur aūt iccirco p hunc mortuū, peccatores hi q etiā opere peccauerunt. Opere em̄ tunc mortuꝰ elatus eſt. Verbi gratia: Cecidit qſpiā in peccatū grāde, cuiꝰ ictu lethale vulnus accepit. Nō pōt aīa hęc diutiꝰ viuere, quia eius vita ab ea receſſit, deus. Hęc igit mortua eſt aīa, & iā iamq; ad ſepeliendum elata. Oret p ea mater eccleſia, cōgemiſcāt oēs, plangātq; aīam mortuā. Videat Chrs fletum vniuerſoꝝ, miſereatur impij, ſuſcitet eum, q efferebatur mortuus, reſurgat, defunctus, & incipiat ſalutaria loqui. Tertium ſuſcitauit dn̄s mortuū Lazaꝝ, et hūc quatriduanum. Quarta em̄ tunc luce iacuerat in ſepulchro mortuus, vt diceretur iā de eo: Fœtet. Hunc ſuſcitauit dn̄s Ieſus lachrymans ac fremēs in ſeipſo. Quo oñdit magni eſſe negocij ſuſcitari quatriduanū mortuū & ſepultū. Non q impoſſibile eſſet ei omne verbū, nec q maioris ſibi foret difficultatis reſuſcitare quatriduanum mortuū, q̄ reſuſcitare vna hora defunctū, ſed q voluit indicare peccatorem quatriduanū mortuum, hoc eſt, eum qui multo tēpore in peccatis iacuit mortuus, queq; prauę cōſuetudinis moles vt ſaxum aut ſepulchꝝ p̄mit, grauiter ad vitā redire gratiæ: non q̄ illi deus durior inclementiorq; ſit q̄ alteri, ſed q ſua duritia et obſtinatiōe, qua in peccatis obriguit peccator gratiæ diuinæ obicem ponat, nec diuinæ illuſtratiōi p̄beat locum. Hic em̄ per Lazaꝝ mortuum nobis ſignificatur, ex monumento reſuſcitatū, vtpote in peccatis iam ſuis mala cōſuetudine ſepultus: quare nemini de illo iam ſpes reliqua fuerit, vt conuerteretur, quippe q opiniōe & fama etiā fœteat. Hanc, inquam, difficultatē, vt huiuſmodi peccatores conuerterentur, oñdit dn̄s Ieſus lachrymans, fremens, & ſpū turbatus in reſuſcitatiōe Lazari, non pter Lazaꝝ, ſed pter illos mortuos, qui in Lazaro ſignificabantur. Significatū itaq; eſt nobis trifariā eſſe moriendi conditionē, q̄ in tribus quos dn̄s Ieſus ſuſcitauit mortuis eſt expreſſa. Puta in vno q domi ſecretoq; iacebat mortuus, in altero q extra domū elatus fuerat, & in tertio q iamdudū erat ſepultꝰ. Quō aūt hos dn̄s ſuſcitauit, ita ſuſcitat eos quoq; qui in aīa p peccatum mortui ſunt, aut in voluntate tantum ac conſenſu, aut in opere, aut in cōſuetudine & obſtinatiōe. Vos aūt filij moneo, vt ab omni gn̄e mortis q̄ aīam tangit vos contineatis. Nolite circūferre vobis aīam peccato mortali obnoxiā, dei inimicam, gratiæ diuinæ hoſtē, diaboli filiā, gehennę ream, & inferni eſcā. Nunq̄ adeo ſit in vobis obſtinata voluntas, vt in peccato ſcienter vel vno momēto pſeueretis lethali. Ideo filij, obſecro vnumquēq; veſtꝝ, p mortem dn̄i noſtri Ieſu Chri, quam pro veſtra ille ſuſtinuit

Marginal notes: Auguſt. — Mat. 9 / Lucæ 8 — Mat. 5 — Lucæ 7 — Iohan. 11 — Lucæ 1 — Mar. 5 / Lucæ 8 / Iohan. 11

nuit ſalute, vt omni ad minus ſero, anteq̃ quiſpiã veſtrũ ingreditur lectũ, ſolicita diſcuſſiõe cor ſuũ, hoc eſt, oẽs nõ ſolum actiones, verumetiã verba & cogitatiões ſuas viſitet, & penitus perſpiciat, vt ſi aliqd infidele, iniuſtum, petulans, impudicum, voluptuoſum, ex priuato amore natũ, aut ꝓximo iniurioſum ſeu moleſtũ in ſe inuenerit, illud anteq̃ ingrediatur lectũ ad iudicium reuocet: atq; ſicubi qd in verbo, opere, aut cogitatiõe perperã actum fuerit illud corrigat, dãnando malam voluntatẽ illamq́; reuocando, & ꝓpoſitum ediuerſo conſtabiliẽdo bonũ. Iterũ dico filij (vnicuiq; veſtrũ loquor) Sero anteq̃ intraturus es lectum, excute cogitatus, affectus, intentionẽ, animiq́; motus, q̃s habuiſti in omni opere, ꝟbo, & voluntate, luſtrando, inueſtigandoq́; qd ad hoc agendũ, quid ad illud dicendũ, qd deniq; ad cogitandũ te induxerit. Expende quid in die exacta abieceris, quid recuſaueris, aut negaueris deo aut ꝓximo: deinde qd etiã egeris aut quid egiſſe agereve volueris. Et ſi in mala te deꝓhenderis voluntate aliqd. ſ. in aĩo habentẽ conſtitutũ, q̃d nefariũ eſſet, mox ad genua, aut in faciẽ ad terrã ante dñm humilis & ſupplex procide, de peccato q̃d habebas aĩo conceptum veniã pete, & malã corrige voluntatẽ. Quod ſi iã cecidiſſe te inueneris aut deliquiſſe, nequaq̃ deſperes, nec in mala voluntate deiectus maneas, ſed lachrymas quaſcunq; potes in te excita veniã humillime à Deo pete, gratiã eius & miſericordiã inuoca, & tanq̃ modo genitus in Dei ſeruitio ſtatue cauẽda cauere, amãda diligere, ſectandaq́; imitari. Tertio iterũ nunc dico: Non ingrediaris lectum, niſi eo te induxeris, vt doleas ſaltem de omni peccato, vt ſtatuas ab omni cauere delicto præſertim lethali, & diuino, eccleſiæ ac ſuperioris tui cuicunque obtemperare præcepto. Hæc tria adeo ſunt tibi neceſſaria, vt ſine illis tibi nõ ſit vita. Quæ ſi adfuerint, nulla erit tibi mors aut periculũ. Dominus noſter Ieſus Chriſtus faciat vt hæc aliaque, quæ illi placent, ſemper nobis ſe donante adſint, qui cũ patre & ſpiritu ſancto eſt Deus benedictus in ſecula. Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. Vnde mors homini acciderit. Qui itẽ ſint qui efferãt ſpiritualiter mortuũ ad ſepulchrũ.

DEfunctus efferebatur vnicus filius matris ſuę. Lu. VII. Scimus oẽs tam certũ nobis eſſe mori, q̃ eſt incerta mortis hora. Proinde quantũuis vita ꝓteletur, neceſſe eſt tñ mortem tãdem accedere, vitãq; finiri. Legimus quidẽ de veteribꝰ Enoch, Mathuſalẽ & Noe, hiſq́; alijs maxime q ꝓceſſerũt diluuiũ q̃ multi eorum octingentis nongentiſve vixerunt annis. [Gene. 5] [Gene. 9] Quibus tñ aut pluribus expletis, nuſq̃ nõ ſequit᷑, & mortuus eſt. Itaq; quãlibet lõgęua fuerit ætas illorum, recepit tñ finem ſuũ. Et tu ſi hodie mille vixiſſes annos, qd de omni vita tua, quid de tẽpore, ac alijs q̃ ꝑterierunt haberes oĩbus? Prorſus nihil. Nõ plus tibi de exacta ætate ſupereſſet morituro, q̃ eſſet infanti, qui quatuor dũtaxat diebus vixiſſet. Sciendũ aũt triplicẽ eſſe mortem hominis, puta corporis, aĩę, & vtriuſq;. Quod ſi interrogaueris vñ veniat mors hominũ, cum ſcriptũ ſit: [Sapi. 1] Deus mortẽ non fecit, dicendũ quatuor eſſe q̃ cõueniant ad hoc, vñ cauſa ſeu occaſio ſumpta eſt mortis humanæ, quorũ tñ nullũ cauſa tota ſeu plena foret ſolũ, ſed hæc ſimul accedẽtia dãnant ad mortẽ. Hoc ſane tñ intelligat q̃nquidem hominis inobedientia & ꝑuaricatio nõ dubitatur ꝓcipua mortis hominũ eſſe cauſa. [Gene. 3] Itaq; primũ eſt iuſtitia diuinæ ꝓhibitiõis. Dederat eñ primo nr̃o parenti Deus ꝓceptum in paradiſo, dicens: De omni ligno paradiſi comedes: [Gene. 2] de ligno aũt ſciẽtiæ boni & mali ne comedas. In quacunq; eñ die comederis ex eo, morte morieris. Nõ aũt tunc Eua creata erat, qñ hoc dedit ꝓceptum Deus. Vnde colligit: ſi Eua licet ex marito didiciſſet ꝓceptũ datũ, tñ ad conſiliũ ſerpentis ſuaſa & inducta comediſſet ſola de ligno ꝓhibito, nec Adã illi cõſenſiſſet, mãſiſſemus oẽs in originali iuſtitia incorrupti, iuxta ſententiã Augu. ſup Geneſim, dicentis: [Augu.] Si vir nõ peccaſſet, humanũ genus minime peccatis corruptũ periret. Iã fieri potuiſſet, vt dñs nõ ꝓhibuiſſet edere de ligno ſcientiæ boni & mali. Quod ſi ita factũ fuiſſet, vt nõ eſſet prohibens, nõ fuiſſet etiam delinquens. [Roma. 4] Vbi eñ nõ eſt lex, ibi nõ eſt etiã ꝓuaricatio. Sine lege eñ peccatũ mortuum erat. Dicendũ igit: ſi Deus nõ ꝓhibuiſſet, Adã ꝑuaricari non potuiſſet. Verũ, hic obijcere qs poſſet: Ergo Deꝰ fuit cauſa mortis. Si eñ non ꝓhibuiſſet Deus, homo nõ peccaſſet. Dicendũ, Deum conſtituiſſe hominem

minem libeꝝ in paradiſo, ita vt oĩa illi p-
mitteret, vno ſolo ꝑcepto dato, quo eſum
ligni illius ꝓhibebat: in q̃ quõ obedientiã
Deo exhiberet ꝓbaretur. Non eñ poterat
ſubditus eſſe deo, nullo accepto ꝑcepto, in
q̊ Deo obediret. Nõ igitur Deus cauſa fuit
peccati, nec occaſionẽ ꝑbuit delicti, quam-
uis homo ſibi occaſionẽ ſumpſerit ruinæ.
Nam ꝙ ad ꝓbationem Deus inſtituerat
hominis, homo ſibi ꝟtebat in ruinam, &
vñ ſumere ex obedientia ſibi debuerat oc-
caſionẽ coronæ, ibi ꝑuaricando ſibi occaſi
onem ſumpſit ruinæ. Quod ergo bonum
erat, ꝑuaricando fecit ſibi malum homo.
Non igiť cauſam Deus ꝑbuit, q̃ induceret
ad peccandum hominem, ſed homo ſibi-
Eccli 15 ipſi vſurpauit trãſgrediendi temeritatem.
Nam ſicut ſcriptum eſt: Deus ab initio cõ
ſtituit hominẽ, & reliquit eum in manu
conſilij ſui: adiecit mandata & ꝑcepta ſua,
ſi volueris mandata conſeruare, conſerua
bunt te in ꝑpetuum, appoſuit tibi ignem
et aquã, ad q̃d volueris porrige manũ tuã.
Itemq́;: Ante hominẽ vita & mors, bonũ
Auguſt. & malũ, q̃d placuerit ei, dabiť illi. Qua p-
Sapi. 2 pter ſicut Auguſt. ait: Non eſt Deus inuẽ-
tor mortis, ſed iudex. Mortis eñ auctor
peccator eſt. Secundũ ꝙ acceſſit & coope-
rabatur homini ad mortẽ, fuit malicia di
abolicæ fraudis. Inuidia eñ diaboli mors
intrauit in orbem terraꝝ. Dedita eñ ope-
ra hoſtis noſter, primo circũuenit Euam
fraude: deinde per Euã tentauit etiã viꝝ.
Tertium q̃d cooperatũ eſt ad mortem, eſt
ſtultitia fœmineæ conditionis. Variũ eñ
Gene. 3 & mutabile ſemp fœmina. Itaq; vidit mu
lier ꝙ bonũ eſt lignum ad veſcẽdumque
ſuaue: pulchꝝ item oculis aſpectuq́; dele-
ctabile, tulit de fructu eiꝰ, & comedit. Nõ
eñ erat lignũ malum in paradiſo q̃d pro-
hibuerat Deus, aut fructus malus, ſed oĩa
erant bona. A bono igitur Deus Adã ab-
ſtinere ꝑcepit, q̃ perfectior eius foret obe-
dientia. At vbi mulieri magis aſſentire illi
placuit q̃ Deo, à diabolo captus eſt. Qua-
propter ſibi fecit ipe, vt lignum illud recte
vocaretur lignum ſcientiæ boni & mali.
Quamdiu eñ prçceptũ non eſſent trãſgreſ
ſi diuinum, nihil niſi bonũ ſciebant. Quã-
diu, inquã, deo obediebãt, obediebãt illis
quoq; omnia, nec eos creatura aliqua lęde
bat: poſtq̃ vero Dei mandatum tranſgreſſi
ſunt comedẽtes de fructu ligni vetiti, per
inobedientem hunc guſtum, Adam cum
omni poſteritate ſua, ſciuit per experienti
am etiã malum. Senſit eñ mox rebellionẽ
carnis in ſe, concupiſcentiam malam, et in
clinationem ad peccata pronã ac vehemẽ
tem. Quartum & hoc præcipuũ ꝙ genera
uit mortem, fuit cupida aſſenſio Adæ, ad
acquieſcendũ mulieri, cum illud ſciret ma
lum & à Deo ꝓhibitum, licet illud fortaſ-
ſe veniale ſperauerit. Vñ revera Adam nõ
eſt ſeductus, niſi in hoc ꝙ venialem & le-
uiorem q̃ accidit hanc tranſgreſſionẽ pu-
tabat. Mulier aũt ſeducta eſt, q̃ ſerpẽti cre
didit. Itaq; habes hęc quator, q̃ induxerũt
nobis mortem, quã Deus Adæ, anteq̃ pec-
caret interminatus eſt. Paꝝ autẽ fuiſſet, ſi
Adæ peccatum fuiſſet perſonale tantum,
quo ſolus ipſe non aũt eius poſteritas dã-
nationis & ſententiæ diuinę particeps fuiſ
ſet. Sed modo peccatũ fuit qdem per illũ
cõmiſſum, ſed in eo nihilominus vitiata q̃-
que eſt tota natura humana, & ſuæ tranſ
greſſionis nos oẽs fecit participes, quotq̃t
de eius ſemine ꝓpagati naſcimur. Fuimus
eñ dum peccaret omnes virtualiter in eo:
ideo peccatum per Adã pertranſiit in oẽs.
Quod Apoſtolus dicens: Sicut, inquit, per
vnum hominẽ peccatum intrauit in hunc Rom. 5
mundum, & p peccatũ mors: ita in oẽs ho
mines mors ꝑtranſijt. Iſta mors eſt amara
peccatoribꝰ & iniuſtis, ſicut Eccleſiaſticꝰ Eccli 41.
dicit: O mors q̃ amara eſt memoria tua ho
mini pacẽ habẽti in ſubſtãtijs ſuis. Porro
iuſtis & Deũ timentibus nõ eſt formidabi
lis. Propterea ibidẽ ſequiť: O mors bonũ
eſt iudiciũ tuum homini indigẽti, pauperi
& iuſto. Eſt aũt mors hęc ſępenumero me
ditanda. Facit eñ delectationes carnis &
mundi langueſcere, & in nulla re gaudere
tẽporali. Eſt alia mors ſpũalis in hac cor-
porali morte ſignificata, q̃ eſt mors aĩæ, &
illa infertur p peccatum, ſicut ſcriptũ eſt:
Aĩa q̃ peccauerit ipſa morieť. Quõ enim Ezech. 18
mors corporalis ſeparatio eſt aĩæ à corpo
re, ita mors animæ eſt ſeparatio aĩæ à Deo.
Sciendum aũt p corporalẽ hic mortuũ a-
doleſcentẽ ſignificari mortuum in aĩa, qui
cecidit in peccatum mortale opere & con
ſenſu, is. ſ. q manifeſtus eſt peccator, & ꝓ-
dit elatus in publicum vt ſepeliať. i. indu-
retur. Hunc aũt quatuor efferunt portito
res ad ſepulchꝝ obſtinatiõis & induratio
nis. De qbus ſepulchris loqtur dñs cum
dicit: Væ vobis ſcribę & phariſæi, q ſimiles Matt. 23
eſtis ſepulchris dealbatis, q̃ foris apparent
hominibꝰ ſpecioſa, intus vero plena ſunt
oſſibus mortuoꝝ & omni ſpurcitia. Itaq;

primus portitor ad ſepulchꝛ, hoc eſt, ad obſtinationē, deſperationem, obdurationem, ac impœnitentiā, eſt cōſuetudo peccandi. Iterando eñ peccatū conſcientię hebetat ſtimulus, & minus læditur. i. indies minorem ſentit læſionem ac dolorem, ſeu vulnus. Inde fit, vt Dei timor paulatim in homine totuſq; tādem pereat. Quo extincto ſeqtur caligo & cęcitas, vt nō horreat peccator quoduis ꝑpetrare malum. Secundus portitor ad ſepulchꝛ eſt peccati defenſio. Cuiuſmodi Sodomitæ fuere peſſimi: vbi peccatū adeo inoleuerat, adeo erat cōmune, adeo deniq; præpugnabatur, vt
Gene.19 Loth viro iuſto impios illos rogāti ne peccarēt, rñderent: Habitare veniſti nō leges dare: magiſq; reprehenderet vitioꝝ accuſator q̄ patrator. Quādiu eñ peccator ſua defendere nitit̃ peccata, nullū habet animū pœnitendi. Tertius portitor eſt ꝑſuaſio ad malū. Sūt q ſe peccatores agnoſcūt ac gemunt, neminem tñ volunt aliū in eadē peccata aliave pertrahere. Dolēt ſeſe ꝙ nō valent ſuperare, aliꝭs tñ bene cōſulunt. Hi ad cōuerſionem & pœnitentiā magis ſunt vicini. Veꝝ contra ſunt aliꝭ, quibus ſatis non eſt ſe peccare impieq; viuere: ſed corrūpunt etiam alios & ſeducunt, q̄s ſocios volunt habere peccatoꝝ. Quibus tñ
Prou.1 tanq̄ contagioſis & peſtiferis nō eſt acquieſcendū. Hos quoq; Sapiens ꝓuidens hortatur cauendos, dicēs: Fili mi, ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis. Si dixerint: Veni nobiſcū, inſidiemur ſanguini, abſcondamus tendiculas cōtra inſontem fruſtra, oēm ꝓcioſam ſubſtantiam reperiemus, & cætera q̄ in Prouerbꝭs ſequunt̃ vſque ad id: Marſupiū vnū ſit omniū noſtꝝ, deinde additur: Fili mi ne ambules cū eis, ꝓhibe pedē tuū à ſemitis eoꝝ. Pedes eñ eoꝝ ad malum currūt. Quartus portitor,
Prou.2 eſt gloriatio in peccato. De qua in Prouerbioꝝ quoq; lib. dicitur: Lætant̃ cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis. Et
Pſal.51 hoꝝ cuidam dicitur in Pſalmo: Quid gloriaris in malicia, qui potens es in iniquitate: Poſſunt item aliꝭ quatuor portitores aſſignari, qui aĩam peccatricem ad ſepuchꝛ impœnitētiæ efferūt. Nā primus eſt pudor confitendi. Obſcœna eñ & turpia ac verecunda peccata, nō audent confiteri, q̄ auſi ſunt in oculis Dei cuncta cernentis patrare. Sunt eñ q inter pocula audent ſua turpia iactare, q̄ non audent in ſecreto cōfeſſionis fateri. Hic pudor multos opprimit vt loq nō poſſint, & ſic in peccatis ꝑſeuerent impœnitentes. Secūdus portitor eſt timor aggrediendi faciendiq; opera pœnitentię. Nemo ſibi vim vult inferre, cū tñ Chriſtus (vt ſcitis) dixerit: Regnū cœloꝝ vim patitur, & violenti rapiunt illud. Sed contin- Matt.11
get nobis iuxta ſcripturā: Vt q timet pruinam irruat ſup eum nix. Supbus libenter abrenunciaret honori aut officio: ſed timet humiliari aut vilior haberi. Auarus cōpatitur egeno, ſed non poteſt à nūmo ſeparari quem tribuat. Libēter quoq; ageret pœnitentiā, ſed non poteſt ablata aut nō ſua reſtituere. Manet igitur ꝑſeuerans in peccatis ſuis. Pari mō luxurioſus vellet à turpitudine peccati deſiſtere, ſed grauate fert vt voluptate careat, & formidat tentatiōibus vri. Guloſus vellet ieiunare, ſed timet pati famē. Hoc mō qa cōcupitis nolumus carere, & moleſtias fugimus ac grauamina, iccirco ꝑſeuerātes in peccatis, portamur ad ſepulchꝛ. Terti9 portitor eſt vana ſpes diuturnioris vitę. ꝓmittens peccatoribus longū viuendi delinquendiq; ſpatium, q̄ ad pœnitendū nihil de tēpore cogitēt ꝓ̄ſenti, ſed futura ſemp tēpora pœnitentiæ tribuant. Dicunt eñ illud Sapiētię: Sapien.2
Venite fruamur bonis q̄ ſunt, & vtamur creatura tanq̄ in iuuentute celeriter. Coronemus nos roſis &c. q̄ nihil aliud ſonāt q̄ modo q̄ diu poſſumus, expleamus deſideria noſtra, & faciam9 delectatiōes nr̃as: cū recedendū hinc fuerit, tūc à peccatis ceſſabim9. Quod nihil aliud eſt dicere, q̄ poſt quā diutius peccare non poſſumus, ceſſabim9. Nō aduertētes ſcriptū eſſe: Dies dñi 1. Theſ.5
ſicut fur in nocte ita veniet. Dicunt eñ q eiuſmodi ſunt circa vitæ extrema ſe dicere velle cum latrone: Dñe memento mei. Dicunt ſcriptum: In quacūq; hora ingemuerit peccator, peccatoꝝ illius nō velit De9 eſſe memor amplius. At timendū eſt eos fallendos, puta q dicere quidem cum latrone hæc ꝟba: Dñe memento mei &c. non tñ pari corde, nec eodem ſpiritu, quo hæc latro dixit. Quid enim tibi hæc verba proderunt (quiſquis es) dicere, ſi cōpuncto animo & contrito, humiliato, pœnitentiq; corde nō dixeris: Nemo igitur hęc verba vt latro, ſalubriter dicit, niſi cui ſingulari fuerit id gratia datū e cœlo. Quocirca dū ſani viuitis filiꝭ, audite Eccleſiaſticum: Eccli.5
De propitiatu peccatoꝝ noli eſſe ſine metu, neque adꝭcias peccatum ſuper peccatum, et ne dicas: Miſeratio domini magna eſt,

eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia em̄ & ira ab illo cito proximant, & in peccatores cito reſpicit ira illius. Quartus portitor eſt deſperatio veniæ. Dum em̄ pctā peccatis cumulantur, dum non fit peccatoꝝ per confeſſionē euacuatio, dum gloriantur etiam in peccatis ſuis impij, nec abſtinere volunt à peccatis, nec frangere, vincereq́ ſua praua deſideria, fit vt tandem obruentibus ſimul oībus peccatis, ſpem nobis tollant veniæ hoſtes noſtri, q donec nos ꝑtraxerint ad peccandum, leuia oīa & remiſſibilia mentiuntur. At vbi in ꝓfundum maloꝝ duxerint, abducūt in deſperationem: peccata nr̄a & iam aggrauātes, dn̄i ꝟo miſericordiam ab oculis & à corde nr̄o vbiq; auertunt. His itaq; portitoribus defertur aīa mortua ad impœnitentiam, ad ſepulchrum deſperationis & obſtinationis. Veſtrum aūt eſt filij, vt nunq̄ perſeueretis in aliquo peccato mortali. Quando em̄ in mortali eſtis pctō in poteſtate eſtis diaboli, & diuina miſericordia permittente, iuſte vos ille mox ad tartara ſecum ſumeret: ſed benignitas Dei vos ad pœnitentiam expectat. Verum videte ne vobis theſaurizetis iram grauiorē in die iudicij, perſeuerando in peccatis veſtris, & in contumelijs Dei. Ah filij agnoſcite mīam dn̄i noſtri Ieſu Chr̄i. Non erit difficile ei vr̄i miſereri. Pronior eſt ad miſerendum, q̄ vos eſſe poteſtis ad petendum. Non erit quoq; difficile vobis ſaluari. Petite ex toto corde veniā à pijſſimo dn̄o nr̄o Ieſu Chr̄o ſaluatore, ꝓ peccatis veſtris, & eadem lugete. Stabiliatis voluntatem veſtram ad non peccandum denuo, & ꝓ gr̄a hac adiutorioq́ vobis à Deo conferendo, eundem indeſinenter obſecrate, & procul dubio ſalui eritis ſperantes in eo. Si ſenſeritis vobis diſplicere pctā vr̄a, & volueritis ab his deinceps continere, & quanq̄ nota ſit vobis fragilitas veſtra, non tn̄ vultis denuo ad eadē ſcienter & temere redire, ſed Deo in omni eius beneplacito ſeruire: etſi præterea ad hoc perficiendum confiditis, in auxilio diuinæ pietatis, credite mihi dei miſericordia, ſi vos circa finem ita inuenerit, ſaluabit vos in Chr̄o Ieſu dn̄o noſtro, qui eſt benedictus in ſecula, Amen. Roma. 2

DOMINICA XVII. POST DOMINIcam S. Trinitatis, Epiſtola Beati Pauli Apoſtoli ad Epheſios IIII.

OBſecro uos ego uinctus in domino, ut digne ambuletis uocatione qua uocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes inuicem in charitate, ſoliciti ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis. Vnū corpus, & unus ſpiritus, ſicut uocati eſtis in una ſpe uocationis ueſtræ. Vnus dn̄s, una fides, unū baptiſma. Vnus Deus, & pater oīm, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in oībus nobis.

PARAPHRASIS IN EANDEM Epiſtolam.

SVperioris dominicæ lectio in eadem epiſtola ibi finiebatur vbi hodierna die p̄ſens nunc incipit. Scripſerat nāq; Epheſijs diuus Paulus, quantum rogaret Deum genua ſua flectens ad eundem pro illis, illiſq́ vt implerentur omni plenetudine Dei optaret. Verum, quia ſciebat nō ita ſua dona homini infundere Deum, abſq́ conatu, labore, & deſiderio hominis: iccirco hortat̄ nūc Epheſios his donis, q̄ illis quotidie precabatur ipſe, ſeſe qui dona hæc dei cuperent dignos idoneosq́ pręſtare. Itaq; dicit: Obſecro vos ego vinctus in domino. Dum hæc ſcriberet Paulus Epheſijs, Romæ tunc erat vinctus cathenis, & in carcere ſeu cuſtodia. Propterea dicit ſe vinctum, nō ꝓpter furtum, aut homicidium, ſed in dn̄o & propter dn̄m, hoc eſt, pro amore domini. Sed vide quid obſecrat, id eſt, per ſacra rogat: Obſecro, inquit, vt digne ambuletis vocatiōe qua vocati eſtis. Ambuletis quomodo vocationē veſtram decet, vt moribus ſanctitateq́ vitæ, id quod Chriſti ſeruū oportet, præſtetis. Ambulatis aūt ad cœleſtē tendētes patriam cū oī humilitate & mā̄ſuetudine. Vide qūo humilitati manſuetudinē, hoc eſt, Ephe. 3

 miti-

mititatem coniungat, quas quiſq; dei eſſe vult ſeruus, aut diſcipulus nō negligat oportet, cū dñs dicat: Diſcite à me, q̃a mitis ſum & hūilis corde. (Matth. 11, Galat. 6) Cum patiētia ſupportantes inuicem, q̃ alter alterius onus iuuet portare, in charitate, hoc eſt, nō ꝑpter inanē gloriā, nō ꝑpter cuiuſcunq; īportunitatem, nec propter q̃dcunq; aliud, ſed ſolum ꝑpter charitatem. Inter aduerſa q̃ viciſſim ſuffertis, eſtote ſoliciti ſeruare vnitatē ſpūs Acto. 4 vnanimitatemq; volūtatis, vt ſit vobis cor vnum, & aīa vna in dño, in vinculo pacis, quo pax aīoꝝ in exteriorīq; hoīe concordia, ſit inter vos vinculum quoddam & nexus vnitatis ſpūs. Vnum corpus eſtis myſticum in Chrō, q eodē ſpū viuitis. Vnus eīm ſpūs eſt ſanctus q vos viuificat, docet, ducit & regit, ſicut multa mēbra eiuſdem corporis corporalia aīa vna fouet, eiſdēq; vitam p̄ſtat. Sitis igit̃ hoc modo vos quoq; oēs in Chrō, vnum corpus ꝑ fidei dilectioniſq; vnitatem: & ſit vobis vnus ſpiritus, vna mens, vna voluntas, ſicut oēs in vna ſpe vocationis vocati eſtis, & qūo ſimul vnum patrem habetis, ad vnā patriā ambulatis, eandemq; remunerationem expectatis. Iohan. 8, Roma. 8 Vnus eſt dñs nr̃ Ieſus Chrs, qui in libertatem de ſeruitute pcti vos liberauit. Vna fides qua ei ſeruitur & qua colitur. Vnum baptiſma nunq̃. ſ. iterabile, quodq; idē eſt ſiue à bono ſiue à malo id ſeruo miniſtretur. Iſaiæ 64 Vnus Deus & pater oīm. De quo Iſai. dicit: Pater noſter es tu, nos ꝟo lutum. Et factor noſter tu, & opa manuum tuaꝝ oēs nos. Itaq; vnus Deus & pr̃ oīm, qui eſt ſup omnes exaltatus & ſupereminens, vbique & per oīa diffuſus, & in oībus nobis, oīa implens, omnia poſſidens, oīa gubernans & per gratiam ſuam in omnibus nobis q̃tquot hanc vnitatem ſeruamus, quotquot in vnitate ſpiritus viuimus habitans.

EXEGESIS EVANGELIJ Dominicæ XVII. poſt dominicam S. Trinitatis, Luc. XIIII.

NON VNO DVNtaxat, ſed varijs tentabat modis dñs Ieſus Saluator nr̃ aīas ꝑpter quas ſaluādas in mūdū venerat, ad patrē reducere. Ideo ꝓ his orabat ſæpi9, ꝓ Luc. 6, Matth. 13 his vigil noctu in mōte, aut alibi ſolus orādo frequens morabatur, pro his ſynagogā accedebat Iudæoꝝ, pro his de caſtello ad caſtellum prędicaturus ibat. (Matth., Marc. 6, Lucæ 7) Poſtremo ad conuiuia quoq; eorum, quos ſui nouit obſeruatores & ſibi ęmulos, ire nō recuſauit. Nihil eīm omiſit, quod ad animaꝝ ſalutem prodeſſe potuit. Omnia aūt faciebat propter electos. (2. Tim.) Vnde eſt intelligēdum, quod hi ſoli nō erant in domo phariſæi q Chriſtum obſeruabant, & qui liuido aīo Chriſtum inuitātes, aliquid inuenire deprehendereve in Chriſto quæſierunt, quo accuſarēt eum: ſed fuiſſe etiam ibi bonos, qui ex verbis Chriſti inſtruerentur, & ex eius ædificarentur ſermone. Propter quos præcipue iuit, alioqui fortaſſe ad ſolos malos non iturus. Dicit igitur Euangeliſta:

Cum intraſſet Ieſus in domum cuiuſdam principis phariſæoꝝ ſabbato manducare panem, et ipſi obſeruabant eum.

Non bono corde ac ſyncera dilectione putamus hunc phariſæum dñm inuitaſſe, ſed more ſuo phariſaico, qui erat magnā ſanctitatem externa exhibitione oſtentare, in conſuetudine humana opera ꝓmittere iuſtitiæ: latenter vero & in animo plenum eſſe odió, auaritia & hypocriſi. Hoc modo phariſæus quoq; hic noſter dominum tractauit. Inuitauit quidem illum ad prādium, ſed ſubdola id videtur mente feciſſe. Nā ſeqtur: Et ipſi obſeruabant eū. In conuiuijs ſolet hō eſſe loquacior, liberior, ac familiarior. Quare Chrm quoq; ſperabant phariſæi in aliq̃ exceſſuꝝ, quo illū notarent accuſandū. Quamuis aūt Chrm obſeruantes phariſæi, nō ſunt in eo ædificati (hoc etiam nō q̃rebant) nō tñ Chrs, ſed inuidia & odiū eoꝝ eos ſcandalizabat. Nos ꝟo benignitate & patientia Chri inſtructi confortamur, vt illius exemplo aduerſarios, inſidiatores ac calumniatores noſtros non deuitemus, vbi pro gloria eſt Dei aliquid agēdum: ſed inter malos quoq; diſcamus boni viuere, ſicut luminaria in hoc mundo. (Philip.) Intrauit aūt Ieſus domum illius phariſæi ſabbato manducare panem. Non de ſolo pane loqtur Euang. ſed qūo vetus quoq; teſtamentum ꝑ panem ſignificat cibos alios quoſcunq;, ita hic quoq; ꝑ panem manducandum, refectionem intelligit paratam. Vtit̃ eīm ſcriptura noīe panis ꝓ refectione, ꝑpter ſignificandam ſobrietatem, q̃ in refectione q̃renda eſt. Diſce hic Chriſti Ieſu paupertatem, q nihil in hoc mundo

tanq̃

tanq̃ ꝓprium habere voluit, q quaſi egen⁹ & vere paup alioꝝ hoĩm eſt miniſterio refectus, ad alienasq; ędes inuitat⁹. Diſce hic q̃q; Chr̃i humilitatẽ, qa neminem ſpreuit, ſed ad obſeruatores & ęmulos q̃q; ſuos acceſſit. Diſce poſtremo Chr̃i ſynceritatẽ. Nã licet ad domũ huius eſſet phariſæi inuitatus, non tñ à v̾itate aut rectitudine declinauit, q̃ minus diceret aut taceret, ꝙ erat dicendũ, aut palparet diſſimularetq; v̾itatẽ.

Et ecce homo hydropicus ante illũ.

Nõ immerito qs ſuſpicari hic poſſit hydropicũ hunc phariſæoꝝ ſtudio q q̃reret ſanitatẽ à dño ꝓcuratum, q̃uis id neſciret infirmus, ſed inuidia phariſęoꝝ ita actũ, vt tũc ſabbato curandus veniret, q̃ obſeruarẽt an ſabbato curaret. Erãt em̃ phariſæi auidiſſimi laudis hũanæ, & à vulgo æſtimabantur (qa ſic æſtimari q̃rebant) ſingulari quadã ſanctitate p̃diti. Inde igit̃, qa gl̃am, hoĩmq; opinionẽ amabant, inuidia moti ſunt contra Chr̃m. Quẽ videntes turbæ lõgo interuallo anteire phariſæoꝝ ſanctitatem, puta in ſapientia, in eloquentia, in virtute miraculoꝝ & fama, Chr̃m neglectis phariſæis ſeq̃bantur. Ideo obſeruabant eũ, q̃ſtionibusq; tentabãt. ſimulantes humilitatẽ duplici corde. Quærebant aũt hoc ꝓcipue, vt in Chr̃o qppiam inuenirent rep̃henſibile q̃ eius denigrarẽt famã. Quo nos vehemẽter exultamus & gratulamur Chr̃i pfectioni, ꝙ ne ab aduerſariꝭs qdẽ illius, licet multum inſidiantibus & infeſtis, nõ potuerint in eo inuenire quicq̃, q̃d vel haberet mali ſpeciem. Quia v̾o diximus ſæpius ꝙ phariſæi obſeruauerint dñm Ieſum, dicendũ duplicem eſſe obſeruationem. Prima eſt hũilitatis & charitatis, ꝓpterea ꝙ alium obſeruans optime ſentiat de illo, & cupiẽs eius opibus ac morib⁹ inſtrui ac ædificari, ideo obſeruet illum. De huiuſmodi obſeruatione feruidæ voluntatis Paul. dicit: Obſeruate eos q ita ambulant, ſicut habetis formã nr̃am. Alia eſt obſeruatio, q̃ fit ſup alium ꝓpter illius impfectionem. Et hæc fit vt ſicut magiſter ſuũ obſeruat diſcipulũ: quẽ vbi in arte defecerit, q̃rit inſtruere, ita qs obſeruet aliũ in moribus, quẽ benigne erudire, corrigere, ſeu illũ vult monere, vbi deficere aut pperã agere cõſiderauerit. Et hæc obſeruatio ex charitate venit. Tertia obſeruatio cõtingit ex inuidia, qua q̃ſpiã q̃rit & nititur inuenire aut explorare aliqd, q alium, cui nõ fauet, cõfutet. Hęc eſt prorſus cõtra charitatẽ, vtpote obſeruatio inuidię. In duabus em̃ primis aut is q obſeruat, aut ille q obſeruat̃, q̃ritur fieri melior. In tertia fere ſp latet inuidia: hoc caſu excepto, vt dum p̄latus obſeruat ſuũ ſubditũ, ꝓ q̃ rõnem reddere tenetur, aut cõtra quẽ accuſationes & q̃relas audiuit: qa tunc hęc obſeruatio nõ ptinet ad tertiã, ſed ad ſcd'am conditionem. Nõ debet tñ p̄latus, vbi nihil accuſationis, nihilve ſuſpectum aduertit ex ſola curioſitate inueſtigare ac q̃rere qd corrigat in ſubdito: ſed tunc ſolum debet corrigere, q̃n aliqd denũciatur aut pcipit, aut q̃n admonetur, vel ab interna inſpiratione vel ab hoĩbus vigilare ſeu accuſati alicui⁹ vitiꝭ veritatẽ explorare. Scriptũ em̃ eſt: Nõ q̃ras iniquitatem in domo iuſti, nec vaſtes requiẽ eius. Itaq; q nullius habet rei curã ſibi cõmiſſam, nõ recte obſeruat aliũ, niſi (vt ſupra dixi) id fiat ex ſingulari charitate, q̃ timet ſuo fratri cõfuſionẽ, ignominiã, aut ruinam. Itaq; dñs habens hydropicũ ante ſe, cuius infirmitas orabat, dixit vt ſeqtur:

Philip. 3

Prou. 24

Et reſpondens Ieſus dixit ad legiſperitos & phariſæos, dicens: Si licet ſabbato curare?

Quid reſponderit (inquis) dñs miꝝ eſt, qui nihil fuit interrogatus. Verũ eſt, nihil ad phariſæoꝝ verba, ſed ad eorum cogitationes & corda reſpondit. Nouit em̃ quid in illoꝝ ageretur cordibus. Sentiebat eos ad murmurãdum ꝓperamq; iudicandum paratos, ſi ſabbato curaret. Ideo quo min⁹ illi ſcandalizarentur, q ex cæcitate ſua ſcandalum ſibi ſumebant, non ex Chriſti opibus, eorũ reſpondit cogitationibus dicẽs, interrogando eos anteq̃ in ſabbato curaret languidum, atq; eis ne ſcandalizarentur præmonere, ſeu rationem reddere volens, dicit: Si licet ſabbato curare? Licetne (inquit) hominem ſanum facere miraculoſe atq; potentia diuina? & hoc in ſabbato? Hoc em̃ modo curare nihil eſt contra ſabbatum agere, cum ſit opus diuinum, piũ, cum ſit opus charitatis, ꝙ ad dei fiat honorem, quod dei omnipotentiæ cõtemplationem, deuotionem, ac Dei amorem excitet. Huiuſmodi opera à deo non ſunt prohibita, vt etiam præcepta ſint fieri in ſabbato, & ad huiuſmodi ſit opera inſtitutũ ſabbatum, ſiue celebritas ſabbati, qua diuinis operibus contemplandis vacemus.

At illi tacuerunt. Ipſe uero apprehenſum, ſanauit eum, ac dimiſit.

Non

Non interrogauit Ieſus phariſęos qd liceret, dubitās, ſed eoꝝ confutare cupiens errorē, ac temerarium iudiciū, interrogauit. Ipſe em̄ nouit qd ſentiebant. Veꝝ nihil reſpondētes phariſæi, tacuerunt. Non em̄ habuerunt qd reſpōderent. Nec latuit eos ſapientia Chrī, vt quicqd reſpondiſſent, aut impfectum, aut ineptum, aut temerariū id fuiſſet. Tacebāt igit, ſed retinebant nihilo minus ſuā obſtinatam cæcamq́; opinionē de Chriſto, ꝙ curare hoīem violatio eſſet ſabbati. Atq; ideo nō ṽbis, ſed ope qd liceret dn̄s illis oñdit. Siquidē infirmū manu apphendens ſanauit ſine ṽbo, ſine orone, ſola ſua voluntate īperante. Sanatū ṽo dimiſit, hoc eſt, abire fecit, q̄ viderēt oēs pfecte illum curatum. Poſt hoc quia vidit eos in cordibus ſuis murmurare, ſequitur:

Et reſpondens ad illos dixit: Cuius ueſtrū bos aut aſinus in puteū cadit, & nō cōtinuo extrahet illū die ſabbati? Et non poterāt ad hæc rn̄dere illi.

Viſo hoc tā grandi miraculo, nihil ædificati ſunt phariſæi, ſed fatue iudicabāt Chrm̄ violaſſe ſabbatū. Atq; ideo ad illoꝝ cogitationes iteꝝ rn̄dens dn̄s, dixit: Cuius vr̄m bos in puteum cadens ſabbato non extrahitur? Si licet iumēto ſubuenire grandi cū labore in die ſabbati, ſubuenire hoī non licet? Quaſi dicat: Auaritia excæcat vos vr̄a, q̄ res vr̄as pire non vultis, vt non videatis multo magis mīam faciendā hoī, puta rationali creaturæ, q̄ iumento. His phariſæis ſimiles ſunt qdam poſtores eccleſiaꝝ aut plati, quibus maior eſt cura p aīalibus, pro iumentis & eqs ſuis, q̄ p aīabus ſubditoꝝ. Aegrotat equus, & q̄ritur remedium, periclitatur ſubditus & diſſimulat. Quotidie vident ſubditos delinq̄re in ebrietatibus, impudicitijs, blaſphemijs, & īpijs iurationibus: & adeo non arguunt, vt etiam ſe int̄ illos quaſi delinquentium capita conſtituant. Itaq; qn̄ e faucibus diaboli extrahere aīam alienā contenderent, q ſuas proprias venditant diabolo aīas, alienasq́; ſuo ſeducunt exemplo? Hoc dictum ſit ad illos, qui plus dolent (ſi infirmetur) p oue aut p porco, q̄ pro aīa ſubditi. Noſtrum tamen o filij non eſt de alijs iudicare. Neſcimus bona eoꝝ, & ſi videamus mala. Nam quales ſint adhuc futuri, ignoramus. Ingemiſcamus igitur & compatiamur alienis peccatis. Quod aūt ad Chriſti verba reſpondere non poterant phariſæi, miꝝ nō erat. Concluſi em̄ erant vt aliter ſentire aut contradicere non poſſent vtentes rōne, licet eos ad alia ſtimularet inuidia. Videbāt em̄ oīa ſecreta ſua Chriſto (ꝙ ex verbis eius ſenſerunt) nudata & patefacta. His itaq; in hoc confutatis, ad curationem ſpiritualis eorum hydropiſis, hoc eſt, ad curandam illorum ſuperbiam ſe conuertit.

Dicebat aūt & ad inuitatos parabolam intendēs, qūo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cū inuitatus fueris ad nuptias, non diſcūbas in primo loco, ne forte honoratior te ſit ab illo inuitatus: & ueniēs is qui te & illū uocauit dicat tibi: Da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouiſſimum locum tenere.

Auiditate honoris & ambitionis quærebant phariſæi primos accubitus in conuiuijs. Quos arguere volēs dn̄s Ieſus vſus eſt parabola intendens ſtimulare ambitionem, & ad humilitatem eos reducere. Admonet igitur eos honeſtatis, ne ſupremū quærant locum, vnde poſtea cogantur deſcendere (quod turpe eſſet) ad locum inferiorem. Vult em̄ magiſter hūilitatis menſuram nos noſtram agnoſcere, ne ingeramus nos ad honores, ſed optemus potius neſciri, nō reputari. Quod ſi alij nos honorare voluerint, non eſt nobis importune nimis reſiſtendum, nec pertinaciter abnuendum. Si em̄ inuitus fueris honoratus, nihil te lædit honor, in quo non delectaris. Laudatior igitur eſt, qui verecunde & humiliter acquieſcit, indignum ſeſe interim honore agnoſcens, nec de honore quem tolerat magis quàm acceptat, ſibi quicquā aſcribens, quàm ille qui importune retinens alios contriſtat. Modeſtiam hanc Salomon quoq; commendans, circa honoris appetitum, eadem quę hic Chriſtus ſuadet, dicens: Ne glorioſus appareas coram rege, & in loco magnorum ne ſteteris. Melius eſt vt dicatur tibi: Aſcende huc, quàm vt humilieris coram principe. Prou. 25

Sed cū uocatus fueris, uade & recumbe in nouiſſimo loco: ut cum uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice aſcēde ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus.

Non

Non putandus eſt Chriſtus nos velle docere, quõ efficiamur glorioſi, ſed honeſtatem atq; ciuilitatẽ docet. Quid aũt hanc modeſtiã ac ciuilitatem ſequatᷣ indicat, dicẽs: Tunc erit tibi gloria corã ſimul diſcũbentibus. Non igitur nos humiliare debemus, vt gloriam inueniamus (q̃d eſt hypocritarũ & adulatorũ) ſed ꝙ iuſtum & honeſtum eſt, honeſte & iuſte faciamus. Ad dei igitur honorẽ, & ad cõtemptum nr̃i ſimus feruentes, & in nobis ipſis tam in cognitione q̃ in affectione humiles. De gloria aũt nihil nobis vendicemus, ſed fugiamus potius honores. Galat. 6 Qđ ſi (vt ſcriptum eſt) fugiẽtes gloria nos ſequatur, hoc ignorãtiæ, & bñuolentiæ tribuamus hoĩm, q aliqd nos exiſtimantes, cũ nihil ſimus, honore q̃runt nos afficere. Debet aũt vobis magis certa eſſe nr̃a notitia, q̃ vt aliena exiſtimatione efferamur. Loqtur tñ etiam hic Chr̃s hoc modo phariſæos arguens, ꝙ gloriam non ſolum indigne, ſed etiam inepte & ſtolide q̃rerent, quaſi diceret: Si gloriam hoĩm q̃ritis, imprudenter agitis, conſtituendo vos in ſupiori loco, vnde maior vobis oritur ignominia. Deſpicit em̃ vos vnuſqſq; aduertens ambitionem veſtram, poteritq; fieri, vt turpiter hũiliemini in oĩm aſpectu. Sed ſi gloriam q̃ritis honeſtius facietis humiliter agendo, vt gloria magis vos, q̃ vos gloriam, quærat. Honeſtius em̃ audies ad honoratiorem locum te vocantem, q̃ vt audires de ſupiori ad viliorẽ te deducentẽ.

Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.

Non dicit: Omnis q exaltatur humiliabitur, ſed q ſe exaltat, hoc eſt, q magnus vult eſſe, æſtimari ac p̄ferri, hunc etiã ſua temeritas humiliabit. Supbia em̃ in omni hoĩe eſt deteſtabilis. Et q ſe humiliat exaltabit. Non intelligendum eſt nec conſultum, vt ſe qs humiliet propterea vt exaltetur, hoc em̃ duplex foret ſupbia. Nõ eſt aũt dubiũ Eccl. 19 eiuſmodi inueniri hoĩes, q ꝑpterea humilitatem fingant. Scriptum namq; eſt: Eſt q nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo. Hic bis eſt ſupbus, qa ſuperbus eſt, et fingens ſe humilẽ, cum nõ ſit, eſt Num. 15 etiam hypocrita. Moſes ſupbiam q̃ ſit exoſa deo indicat, dicẽs: Aĩa q̃ per ſuperbiam aliqd cõmiſerit, qm̃ aduerſus dñm rebellis fuit, ꝑibit de populo ſuo. Fugite igitur ſuperbiã, qm̃ vbiq; in ſacra ſcriptura eos maxime legimus Deo & eius iuſtitia vindice humiliatos. Adam qa ꝑ obedientiam deo Gene. 3 ſe noluit ſubijcere, nõne hũiliatus eſt? Dathan & Abiron q Moſi impium contem- Nume. 16 pſerũt, nõne terra deglutiuit? Abſalonem cõtra patrẽ ſuũ Dauid inſurgentem, quõ 2. Reg. 18 Deus humiliauit? Deiñ vide Sennacherib, Iſaiæ 36 Holofernem, Nabuchodonoſor, Nicano- Iudi. 10. 12 rem, Antiochum & ſupbiſſimos q̃ſq;, qb⁹ Dani. 4 ſint ignominijs & ſupplicijs detriti. Stat igitur in veritate, vt oĩs q ſe exaltat, humilietur, & q ſe humiliat, exaltetur. Eſtote igi 2. Mach. 15 tur filij chariſſimi viuentes in humilitate, 1. Mach. 6 altiora & menſurã vr̃am q̃ excedunt, non 2. Mach. 9 appetatis. Optetis eſſe magni, ꝑfecti, ſcti, & ſynceri in oculis dei, nõ in oculis hoĩm. Diligatis ſanctitatem, nõ appetatis magnitudinẽ. Optate vt inter oẽs hoĩes Deũ maxime diligatis, vt ſitis fideliſſimi obedientiſſimiq; ei⁹ ſerui. Et hoc ideo, vt illi ꝑpterea placeatis, non vt præ alijs excellentes ſitis aut appareatis. Amat Deus deuotionẽ, amat feruorem, amat charitatem, nõ amat ſingularitatem aut extollentiam. Dñs noſter Ieſus Chriſtus hæc eadem aliaq; cuncta quæ à nobis requirit, nobis quoq; largiatur, q eſt benedictus in ſecula. Amen.

SERMO IN EADEM dñica. De multiplici genere cõuiuiorum, & de inſtitutione ſabbati.

Cum intraſſet Ieſus in domum cuiuſdam principis phariſæorum ſabbato manducare panem, & ipſi obſeruabãt eum. Luc. XIIII. Multa ſunt quę in hoc nobis Euangelio innuuntur inſtruentia nos ad pietatem. Nam ꝙ dñs intrat domum principis phariſæorũ manducaturus panem, monſtrat non eſſe illicitum ire ad prandium, cœnam ſeu cõuiuium, ſi tamen illud fuerit honeſtum & moderatum. Quantum autem dominus ſe humiliauerit ęmulis ſuis, ex hoc liquet, q̃d ad prandium non recuſet ire phariſæorum: eorum ſcilicet, q inuidi obſeruabant eum. Omnia em̃ ſuſtinuit ꝑpter animas. Eſt aũt nobis occaſio hic quædam dicendi de conuiuijs quæ ſub multiplici cõtingunt differentia: quorũ quædam ꝓbanda ſunt, q̃dam vituperanda. Primo em̃ q̃dam fiunt conuiuia ex naturali dilectiõe, cuiuſmodi cõuiuia ꝑmiſit exerceri in domib⁹ filiorũ ſuorũ ſanct⁹ Iob, q filios ſuos benedicẽs, ſolicitus erat, Iob 1 ne forte quicq̃ ageret quo offenderent dominum. Et hoc ſimiliter laudatur in parabola

Lucæ 15 bola de prodigo filio,cui pater ex natura-
li dilectione paterna,instaurauit conuiuiũ
ad gratulandum ex perditione redeunti.
Secundum eſt conuiuium, ꝙ ex benigna
Tobiæ 2 exercetur pietate, cuiuſmodi ſanctus To-
bias contribulibus ſuis ac pauperibus, nõ
raro parauit conuiuium.Solus enim egre
manducabat vir religioſus, non ob aliud,
niſi vt dona dei egenis quoq; participaret.
Et tu relinque magnos, diuites, optima-
teſq; extra domum tuam.Illi enim in do-
mo ſua habẽt comedere.Qui ſi tecũ pran-
dent, tantum impenſarum propter illos
abſumitur, vnde viginti paupes alios aut
triginta refeciſſes,ne dicam centum.Non-
ne dulcius tibi foret,vt eiſdem impẽſis ſer
uatis,imo nullo penitus alio ſumptu exhi
bito Chriſtum loco diuitũ centies tecum
haberes in menſa, q̃ vt ingentem adeo in-
utiliter in cõuiuia profundas pecuniã pro
gratia & fauore hoĩm conquirendo? Sed,
inquis amicitia hominũ egeo: non repre-
hendo.Vtinam pro charitate aut neceſſita
te fierent moderata & licita conuiuia.Sed
aliud eſt conuiuium,pro quo ab homini-
bus recipis mercedem temporalem,aliud
eſt quod Chriſti contemplatione,aliud ꝙ
propter hoĩes facis.Vt tñ dixi honeſta mo
derataq; cõuiuia non obiurgo:ad alia aũt
Tob.7.8 (cuiuſmodi Tobias fecit,filioq; ſuo facien
da mandauit)etiam hortor & precibus in
uito. Cuiuſmodi inquis ſunt? Vt de his,
quæ cũ tua familia,nullis aliĳs additis im-
penſis,eras mãducaturus, impartias ſimul
vni alterive peregrino,aut pauperi, aut vi
ris religioſis Deum timentibus,gaudeaſq;
vere &ex animo læteris Chriſtũ te habere
in menſa tibi aſſidentem. Nam Chriſtum
certiſſime habes,ſi in paupere Chriſtum
contemplaris, ſi Chriſti amore pauperem
paſcis,ſi Chriſti deniq; nomine paupi be-
nefacis.Non te fallere poteſt veritas dicẽs:
Matth.25 Quicqd vni ex minimis meis feciſtis, hoc
mihi feciſtis. Vtinam aſſueſceres, vtinam
hũc tibi morẽ induceres,quem ſancti qui-
dam Dei amici ſibi induxerunt, licet diui-
tes,q̃ ſolus prandiũ nunq̃ ſumeres, ad mẽ
ſam nunq̃ ſederes,niſi pauperem aliquem
viꝝ,quem dei amore tecũ reficias,habeas.
Eædem ſunt impẽſæ, idẽ ſumptus,eadẽ co
quendi & parandi opera,quibus Chrs refi
ceretur & ſeruus.Quãobrem ſi vis iucũda
habere vitæ extrema,hoc conſiliũ ample-
ctere,vt pauperẽ tecũ,cui de cibis tuis ĩpar
tias,habeas ſemp in menſa.Tertiũ eſt cõui
uium,ꝙ ex liberalitate & honeſta amicitia
offertur, cuiuſmodi diſcipuli duo euntes Lucæ 24
in Emaus fecerũt Chr̃o.Et hoc quoq; lau
dabile eſt, vbi ſe offert occaſio aut neceſſi-
tas pro ſeruanda charitate.Hoc modo nõ
improbantur recreationes ac cœnationes
licitæ vicinoꝝ & artificũ in diebus feſtis,
vt ſimul tunc ad nutriendã inter ſe dilecti
onem donis Dei reficiãtur.Nõ tñ opus eſt
hic magnis impenſis, qa vbi tenuitas eſt,
ibi etiã iuxta hoc ſint epulæ paratæ,ne ma
gis comeſſatio q̃ratur q̃ charitas.Solẽt em̃
paupes ſuo modo cõuiuari, vt vicinus ad
vicinũ ſuum quẽ ſibi parauerat cibum cõ-
portet, illeq; q̃ dñs dederit bñdictionem
amico ad ſe veniẽti apponat. Itaq; ſi abſq;
ebrietate,abſq; laſciuia, & grauibꝰ impen
ſis honeſte de his quæ parauerunt ſibi cõ-
portatis vicini cõmanducarent, nõ poſſet
improbari,qa charitas in huiuſmodi qñq;
læſa redintegraretur foueretur q;,nec tãta
eſſet inuidia inter eiuſdẽ artificĳ,pfeſſores.
Veꝝ,vt dixi,ſobria,moderata, atq; hone-
ſta hæc debẽt eſſe cõuiuia,nõ ad detractio
nes,ſed charitatis inſtauratione inſtituta,
in qbus Deo,nõ carni,nõ mundo,nec dia
bolo ſeruitur. Quartum eſt cõuiuium,ꝙ
ex honore,hoc eſt,ꝙ aĩo honorandi exhi Marc.2
betur.Hoc modo Leui Chr̃o exhibuit cõ- Matth.9
uiuium.Huiuſmodi conuiuium etiã ſi ho Roma.13
mini exhibeatur,licitum eſt,puta vt ꝙ A-
poſto.monet,cui honorem,honorẽ,i. cui
debes exhibere honorem,impẽdas hono-
rem,modo nihil in hoc ſit cõuiuio vnde of
fendatur Deus.Quintum eſt cõuiuium ex
conſuetudine,vt ſit in nuptĳs,vbi cõiuges
cum gaudio & feſtiuitate quadam cõiun-
guntur.Hoc cõuiuium etiã ſanctoꝝ fuit,
ſicut legitur de iuniore Tobia ſenioris fi- Tobiæ 7
lio,cui angelus Raphael,vt Saram Rague-
lis filiam in vxorẽ acciperet pſuaſit,ppter-
ea ꝙ illi ex lege debebatur.Vbi p vtriuſq;
cõiunctione narratur cõuiuium in domo
Raguelis ſeruatum.Huiuſmodi aũt conui
uia aut ſolẽnitates q̃ nõ diſpliceant Chr̃o,
q̃diu tñ hæc intra fines ſuos ſeſe continẽt, Iohan.2
palã eſt ex hoc,ꝙ Chr̃s in nuptĳs eiuſmo-
di ĩterfuerit cõuiuio, vinũq; ex aqua muta
uerit.Sextũ eſt cõuiuium, ꝙ fit ex oſtenta
tione magnificentiæ.Et hoc mõ rex Aha- Esther 1
ſuerus grande fecit cõuiuiũ,vt in Eſther le
gitur.Hoc modo hodie q̊q; ſumptuoſa ni
mis multa fiũt cõuiuia,ad oſtentationẽ ſo
lam ptinẽtia. Et hoc cõuiuiũ nõ laudat̃ in
ſcriptura.Septimũ erat con. ex voluptuoſi
tate:

1.Reg.25 tate: quale erat conuiuium Nabal & epulo Lucæ.16 nis diuitis in Euangelio: & hoc quoq; reprehenditur in ſacra ſcriptura. Octauum 3.Reg.1 eſt conuiuium ambitionis, quod Adonias inſtante electione regis fecit, inuitatis optimatibus de curia patris ſui Dauid per 2.Reg.13 quos ad ſe regnum ducere quærebat. Nonum conuiuium legitur Abſolonis fuiſſe, quod erat maliciæ, in quo fratrem ſuũ occidit Amnon. Ad hoc nanq; ordinauit cõuiuium, vt Amnon vbi temulentus eſſet, armatis obrutus occideretur in vltionem Thamar violatæ ſororis ſuæ. Hæc quatuor vltima conuiuia fuerunt mala. Priora vero aut laudata, aut ſaltem toleranda. Veſtrum erit o filij ex his ſecũdum eligere conuiuium, quo Tobiã imitemini ſanctum, eiuſq; anteceſſores, patriarchas ſanctos. Secundum quod in euãgelio nobis innuitur eſt de violatione aut obſeruantia ſabbati. Cuius obſeruatio quæ eſſe debeat vt ſciatur, animaduertendum de obſeruatione ſabbati præceptum nobis à deo eſſe datum: quod alio tamen modo in nouo, alio in veteri teſtamẽto obſeruabatur. In veteri enim teſtamẽto erat vt figura Chriſti quieſcentis in ſepulchro, & erat pręceptum ceremoniale, quo poſt ſex dies qui mortalibus conceſſi ſunt ad operandum temporalibuſq; lucris inſiſtendum, ſepti- Gene.2 mam deus inſtituit diem, quæ eſſet requies & ceſſatio ab omni labore. Quæ requies, vt dixi, pręfigurabat requiem Chriſti poſt laborem paſſionis, & poſt hominis recreationem in ſepulchro quieſcentis. Sicut em̃ ſexta feria creatus eſt homo, ita rurſus ſexta feria recreatus, redemptus renouatuſq; eſt homo. Hoc modo in veteri lege, quantũ ad hoc quod ceremoniale erat tranſijt vt hoc modo nos nõ obſeruemus ſabbatũ. Porro quantũ ad alium modum pertinet, quo eſt morale præceptũ, manet etiã in nouo teſtamẽto, quo prohibemur abſtinere ab om̃i opere ſeruili, vt ſunt quę fatigationem inducunt, qua deo quis libere vacare nõ poſſit, ſiue hæc ſint in opere naturali, ſiue in occupatiõe terrena: cuiuſmodi eſt negociatio venditionis, elocationis, iudicia, quæſtus pro rebus temporalibus, haſtiludia, ludi illiciti, & reliqua id genus, tam externa quam interna alia quę animã detinent, ne ſe ad deũ leuare poſſit, nec eidẽ vacare, aut coniungi mẽte. Ab illis omnibus eſt abſtinendum. Qui aũt nõ abſtinent, à deo puniuntur, & fere etiam in hac vita. Siquidẽ per inopiam manẽt miſeri, nec prodeſt eis vllus labor, vllus quęſtus, vllũve lucrum, quod die quęrunt feſtiua & illicito modo. Eſt em̃ ſabbatũ maxime in nouo teſtamẽto inſtitutũ, vt tunc feriatus à laboribus homo, & à ſtudijs lucrorũ temporalium, tẽpore illo ad deum ſe conuertat, animæ ſuę ſtatũ expẽdat, peccata quę in ſe reperit corã deo plangat, cauẽdi poſt hac peccata voluntatẽ ſuam inſtauret, dei pręcepta, leges, & beneplaçita inquirat, monita ſacra & dei verbũ audiat miſſæ & oblationi altaris aſſiſtat, deo ſe cõmendet, pro beneficijs acceptis deo gratias agat. Ad hęc ſimiliaq; alia ſtudia ſe conuertat. Hęc em̃ ſunt ad quę ſabbatũ, id eſt, feſtiuitates ſunt ordinatę. Ab illis igitur operibus quę hęc impediunt ſancta exercitia ne fieri poſſit vt quis cor ſuũ in habitaculũ offerat deo, abſtinendũ eſt. Hoc modo ſabbatũ aut ſabbati pręceptũ perſeuerat etiã in nouo teſtamento. Nã licet non ſeruetur dies ſabbati, ſeruat tñ ſabbatũ .i. requies & vacatio in alio die, puta in dñica quam ne cũ Iudęis videamur Iudaizare, in ſabbati locũ nobis celebrandũ inſtituit eccleſia, cuius occaſione interrogãdi ſunt hęretici noſtri, qui nihil quod eccleſia inſtituit volũt obſeruari (quãuis ſua faciũt ſtatuta, & eadẽ obſeruanda tradũt, quo oſtẽdant ſe non eſſe eccleſiam, quã non audiẽdam volunt) niſi ſacra cogãtur ſcriptura. Dicãt igitur, cũ ipſi dñicum diẽ obſeruẽt nobiſcũ, qua ſcripturę auctoritate hęc mutatio facta ſit, vt ſabbati feſtiuitas verteretur transferreturve in dñicam. Quæ ſcriptura, inq̃, pręcepit aut iuſſit hoc fieri? Nõne eccleſia ſine ſcriptura ſpũſancto docta tm̃ hoc fieri iuſſit? Quod ſi vnũ potuit eccleſia, aut ſi vnũ eccleſiæ hoc licuit, puta mutare ſabbatũ, transferreq; feſtiuitatem eius in diẽ ſolis abſq; ſcriptura, quare eccleſiæ alia nõ pari modo q̃ ſecundũ deũ ſunt, nec cõtra ſcripturã pugnãt inſtituere licet Poteſt revera hoc eccleſia: q̃ qui nõ audierit ſit tibi (inqt Chriſtus) ſicut ethnicus & Matth.18 publicanus. Poteſt, inquã, nõ ſolũ eccleſia ſed & prælati eccleſiaꝝ: maxime aũt qui eſt vniuerſæ eccleſiæ paſtor ſalutaria inſtituere, cũ illi maxime reliqſq; paſtoribus à Lucæ.10 dño dicat: Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit. Si quęris quare ſabbatũ potius in dñicam q̃ in aliã ſit diẽ trãſlatũ, reſpõdet, diẽ illũ inſignibus operibus dei eſſe decoratũ. Quãobrẽ nõ iniuſtũ fue-

rit ſabbati in illum ſolennitatē transferri.
Primo nanq; hac die,q apud paganos di-
Gene.1 es vocabatur ſolis,deus creauit cœlū & ter
ram.Sumpſit itaq; in hac die mūdus exor
Gene.8 diū.Secūdo,vt quidā autumāt arca Noe
hac die ſtetit quieſcēs in montibus Arme
Exod.6 niæ.Tertio,in hac die dñs populū ſuū Iſra
el eduxit de Aegypto in manu forti, vt q
Exod.16 dam volunt.Quarto,hic primus fuit dies
quo māna deus pluit e cœlo eſcā filiorū Iſ-
rael. Quinto, hic dies eſt q̄ ex virgine na-
Lucæ.2 tus eſt matre. Sexto, eodē die circunciſus
eſt pro peccatis noſtris, primo fundēs ſan
Iohan.2 guinē. Septimo,in illo die ſignorū ſuorū fe
cit initiū,aquā in nuptijs mutans in vinū.
Octauo,dicūt quidā hoc die Chriſtū quo
Iohan.6 q; baptizatū.Nono, ſatiauit quinq; milia
hoīm Chriſtus,de quinq; panibus &duo
Matth.21 bus piſcibus.Decimo introductus eſt dñs
Mar.11 Ieſus cū honore & ramis palmarū in Ieru-
Matth.28 ſalē.Vndecimo,hoc die Chriſtus reſurre-
xit.Duodecimo hoc die ſpm̄ ſanctū miſit.
Iohan.20 Ob tanta igitur beneficia quę nobis in die
dñico Chriſtus exhibuit,ob tanta magni
fica opera quibus hūc diē Chriſtus hono-
rauit, recte meritoq; in nouo teſtamento
in diē dñicum,ſabbati ſolennitas eſt tran-
ſlata:quo etiā die, reſurrectio noſtra atq;
lætitia perpetua ſignificatur.Si quęris,qui
bus operibus vitiat ſeu transgreditur feſti
uitas ſabbati aut dñicę,dicendū eſt:Primo
labore manuū, propter pręceptū q̄d à ſer-
uili iubet ope abſtinendū. Excuſatur tñ la
bor multiplex iuxta ſententiā doctorū pi-
orū.Primo,ſi labor fuerit modicus,qui ſci
licet nō diu nec vehemēter impedire poſ-
ſit quietē in deo.Ille enim labor, q animi
quietē & ſpūs tollit libertatē, interdictus
eſt à deo.Secundo,ſi labor fuerit neceſſari
us.Eſt autem hæc quæ excuſat neceſſitas,
qn̄ labor operatiove ſine rei periculo præ-
ueniri aut differri nō poteſt,vt in meſſe cō
tingit,vbi fruges inuehi neceſſe eſt inter-
dū die feſtiuo. Nā iacentibus ſegetibus in
agro,aut fœno,dū imminet tēpeſtas, licet
ne periculo exponantur & pereant in die
feſto eadem inuehere.Simile hoc obſerua
tur in vindemia ſi frigus ingruerit,&in ca
ptura halecū.Piſtores quoq;,lanij,molito
res & coci,qn̄ neceſſarium eſt,aut vt aliter
prouideri nō poſſit de alimentis hoīm pu
to, excuſant ſi in die feſto ſua faciant offi-
cia.Quamuis hęc oīa ſint intelligenda,vt
feſtiuitati quantū poteſt, nihilominus tri
buat,& q̄ fieri poteſt feſto minus deroge-
tur,quo mane ſcilicet audiatur miſſa & ỽ
bum dei. Hic colligūtur quoq; pharmaco
polę,medici, chyrurgici,qui hoīem iuuāt
arte medicinæ,nec ꝑpterea violat ſabbatū
Quod Chriſtus quoq; cōfirmat dicēs pha
riſæis in euāgelio hodierno:Cuius veſtrū
bos vel aſinus in foueā cadet, & nō extra-
het eū die ſabbati? Tertio,excuſare poteſt
labor pietatis,vt ſi ꝑ paupibus aret aut me
tatur gratis propter deū pure,& nō ſpe vl
la remuneratiōis aut fauoris,nec aliq̄ affe-
ctione id fiat carnali ac ſenſuali,ſed dei pu
ro intuitu. Quarto,propter publicā vtili-
tatē,vt ſi labor tpe fiat quo eſt neceſſarius,
vt ſit tpe obſidionis,& in bellis qn̄ muni-
ri infirma,&reparari lapſa oportet.Quod 1. Macha
& Macchabæi fecerunt ſtatuentes pugnā
nō detrectare in hoſtes, vbi neceſſe foret,
in die ſabbati.Secundo,fit trāſgreſſio feſti
uitatis placitando. Neq; em̄ in feſtis iudi-
cia debent ſeruari,cū in his quoq; diebus,
qn̄ legittima ſeruant ieiunia,iudicia & pla
cita ſint interdicta. Tertio,transgreditur
feſtiuitas in mercādo.Nō em̄ ad quæſtū &
lucri cauſa venales debēt tunc merces ex-
poni,nec reqri, niſi fortaſſe qa alio tpe nō
poſſunt inueniri aut haberi, aut qa iā ſunt
neceſſaria vt infirmis,& viatoribus cōtin-
git,q eo tpe & loco q̄ poſſunt, cogunt eme
re.Secus eſt tñ de alimonia hoīm,vt ſupra
dictum eſt,pane,carnibus, vino,quæ poſt
auditum officium diuinum poſſunt vēdi.
Quarto,fit trāſgreſſio feſtiuitatis in peccā
do.Et hoc modo ꝓh dolor oēs feſtiuita
tes noſtræ prophanatæ ſunt, infectę ſunt,
deoq; odibiles ſunt:Nunq̄ em̄ plura fiunt
peccata,q̄ in feſtiuitatibus. Peccatum au-
tē præcipuum eſt,ꝙ requiē & feſtiuitatē,q̄
anima debet habere in deo, prorſus tollit
&perimit. Tertium ꝙ nobis hic innuitur
eſt,benignitas & pronitas Chriſti ad miſe
rendum.Nā nō obſtante hoc quod phari
ſæi iniq; eſſent Chriſtum iudicaturi, ꝙ il-
lum operaq; eius forent calumniaturi, ni-
hiloſecius hydropicū hunc curat & abire
ſinit,malēs à phariſæis iniq; iudicari,q̄ mi
ſero non miſereri.Quartū eſt Chriſti ſyn-
ceritas arguētis phariſæorū ſuperbiā, arro
gantiā & ambitionē, idq; cum eſſet in eo-
rū conuiuiū inuitatus:quo oſtēditur, quā
noluit illis nefarie blandiri.Quintū,erudi
tio atq; conſiliū de humilitate amplectēn-
da,quo fit vt apud deū exaltetur quiſquis
ſe humiliauerit.Nec ſolū apud deū,ſed eti
am apud homines humiliantem ſe ſequa-
tur

tur gloria. Veſtra tamē gloria alia non ſit o filij à vobis quærenda, quam noſſe dili= gereq́; Chriſtum, eique placere, qui eſt be nedictus in ſecula Amen.

DOMINICA XVIII. POST DOMINICAM S. Trinitatis, Epiſtola B. Pauli Apoſto. I. Corinth. I.

GRatias ago deo meo ſemper pro uobis in gratia dei, quæ data eſt uobis in Chriſto Ieſu, quia in omnibus diuites fa cti eſtis in illo, in omni uerbo, & in omni ſcientia, ſicut te= ſtimonium Chriſti confirmatum eſt in uobis: ita ut nihil uobis deſit in ulla gratia expectantibus reuelationem do mini noſtri Ieſu Chriſti, qui & confirmabit uos uſq; in fi nem ſine crimine in die aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti.

PARAPHRASIS IN EANDEM epiſtolam.

SI Pauli animus ſcribentis, & populi ad quem ſcribit ani= mus conditionesq́; cōſiderē= tur, nihil erit mirum, ſi in ea dem epiſto. Corinthios nūc laudat, nunc vituperat, nunc arguit, nunc obſecrat, omnia pertentās vt profit, vt vin cat, vt triumphet in Chriſto Ieſu. In ciuita te vnius populi, in plebis vniuerſitate poſ ſibile non eſt, quin offendas quod laude, quod item cōtra ſit reprehenſione dignū. Quapropter in hac lectione perfectis q̊s laudat loquēs, paulo poſt ad imperfectos ſermonem cōuertit, illos quoq; in eadem epiſtola reprehenſurus. Hæc, vt dixi, ad ei uſdē ciuitatis populū ſcribit, vnūquemq́; ſibi manifeſtās, quo vel notatum ac repre henſum, aut laudatum, & in bono confir matum ſe ſentiat. Itaq; hic dicit: Gratias a= go deo meo pro vobis ſemper exhilaratus in gratia dei, quę data eſt vobis. Aut, grati as ago deo pro vobis propter gratiā, quæ data eſt vobis, non in Petro, aut in Paulo, ſed in Chriſto Ieſu: qa in illo & per illum
Psal.33 om̄ium bonoꝝ donorumq́; ſpiritualium diuites facti eſtis (Nihil em̄ deeſt timenti= bus eum) in omni verbo, hoc eſt, in dono om̄ium linguaꝝ: quia & huiuſmodi q hoc donum habebant inter eos erāt. Aut in o= mni verbo, hoc eſt, in omni eruditione & exhortatione verbi, qua ſcitis eum qui la=
Esaiæ.50 pſus eſt erigere & ſtabilire ỽbo dei, & in om̄i ſcientia intellectuq́; ſcripturaꝝ, ſicut teſtimonium Chriſti q̊ teſtatus eſt creden tibus dona ſe huberiora daturum poſt re ſurrectionem & aſcenſiōem ſuā, in vobis confirmatum & impletū eſt. Aut ita: Vos abundatis verbo & ſcientia, q̊ non ſolum vobis nihil deſit in om̄i ſcientia, ſed etiā ali os poſſitis fulcire confortareq́; in fide: ita vt teſtimonium Chriſti, ꝙ om̄i homini à 1.Petr.3
vobis id poſcenti debetis reddere de fide & ſpe, quæ eſt vobis in Chriſto Ieſu, adeo in vobis confirmatum eſt, vt nihil vobis deſit in vlla gratia, ad veſtrā ſalutē, aut ad alioꝝ ædificationem vobis neceſſaria. Vo= bis, inquam, magno deſiderio expectanti= bus reuelationem dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, in iudicio extremo futurā, vobisq́; ad ean dem anhelantibus, ac digne paratis, q̄ im= pij timent, & hanc futuram (ſi fieri poſſet) nollent, qui ſua gratia interim cōfirmabit vos vſq; ad vitæ veſtræ finem, q̊ perſeuere= tis in virtutibus ſine crimine vllo, aut le= thali peccato: q finis erit in die aduentus dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, ſiue ad iudiciū is ſit vniuerſale in fine mūdi, ſiue ad iudiciū cu iuſuis animæ ſingulare ꝑ mortē hinc egre diētis, & q̊ ad animā ſuū iudiciū recipiētis.

EXEGESIS EVAN= gelij Dominicæ XVIII. poſt Dominicā. S. Trinitatis. Matth. XXII.

QVomodo Chriſtus nunquā deſtitit do cere & bn̄facere q= buſcunq; potuit ſi= ne acceptione per= ſonaꝝ, ita tam ſad= ducæi quàm phari= ſæi nunq̄ deſierunt Chriſtū perſequi, tentare, & calumniari. Om̄i em̄ tempore & odio ꝑpetuo inſidia= bantur ei. Nā anteq̄ phariſæi illum accede

 rent

rent narrat Euãgeliſta, ꝙ illum ſadducæi fuerant adorti, putantes illũ poſſe ſermonibus cõſtringi ac cõcludi, ne quid reſponderet, haberet. Proponebãt em̃ mulierem quæ poſt primi mariti mortẽ iuxta legem nupſit germano defuncti: q̃ pariter mortuo alteri nupſit fratri, & ita ſuccedẽtibus ſibi maritis, accidit vt ſeptem habuerit maritos fratres. Quibus omnibus defunctis, demigrauit hinc tandem & mulier. Interrogãt igitur quẽ ſit mulier illa poſt reſurrectionem habitura virꝝ ex his quos olim habuit. Aut ergo ſeptem fratres habitura eſt viros arguunt, vbi reſurrectio corporꝝ creditur, quod deforme eſt, aut nullũ, per hoc probatum eſſe volentes nullã eſſe reſurrectiõem. Quibus Chriſtus dñs reſpõdit, dicẽs: Erratis neſciẽtes ſcripturas neq; virtutem dei. In reſurrectione em̃ neq; nubent neq; nubentur: ſed erunt ſicut angeli dei in cœlo, & reliqua quæ ſequunt. Cæterum, vbi phariſæi conſiderauerunt Sadducæis impoſitũ ſilentiũ (de q̃ vt de aduerſantium ſibi incommodo ſeu confutatiõe licet credãtur delectati,) in Chriſti tamen perſecutiõe fuere cõcordes. Quapropter illis recedentibus, phariſæi conuenerunt inter ſe vt dominum accederent. Sic enim dicit Euangeliſta:

Matth.22

Acceſſerũt ad Ieſum Phariſæi: et interrogauit eũ unus ex eis legis doctor tentans eum: magiſter quod eſt mandatum magnum in lege?

Iohannes Chryſoſt. Multitudine quidẽ cõuenerunt, per vnũ tñ ſolum interrogant: qui ſi Chriſtũ vinceret, omnes viderẽtur victores. Si vero vinceretur, vel ſolus portaret ignominiã. Prę ter em̃ gloriam & opinionem hoĩm nihil quærere videbantur phariſæi aliud. Verũ tñ quod hic legis doctor dicit Chriſtũ ten

Mar.12 taſſe, cui Chriſtus ſecundum alium Euangeliſtam dixerit, Nõ longe es à regno dei, mirum eſt, qũo non longe fuerit à regno

Lucæ.10 dei, qui Chriſtũ iniqua intentiõe tentauerit. Dicendum: Si idem eſt legiſperitus ſeu doctor, cuius apud alios quoq; Euangeliſtas ſit mentio, tunc mala intentione ad Chriſtum tentandũ acceſſit. At vbi Chriſtũ audiuit reſpondẽtem, mutatus eſt, delectatusq; in Chriſti reſponſiõe laudauit dñm ꝙ optime reſponderit. Cui deinde

Iohan. 7 quoq; dñs dixit: Non lõge es à regno dei. Vnde cognoſcitur immutatus. Quemadmodũ & hi qui miſſi fuerãt à principibus ſacerdotũ & ſenioribus Iudæorꝝ, vt Ieſum captũ ad ſe adducerẽt, audientes dñm populo loquentem mutati ſunt. Redeũteſq; infecto negocio, cum q̃re Ieſum non adduxiſſent interrogati fuiſſent, reſponderunt: Nunq̃ ſic locutus eſt homo vt loquitur iſte. Poſſet tñ dici, ꝙ vbi dicitur tentãs eum, nõ ſit acceptum hoc verbũ tentãs in malam partem, ſed tẽtare voluerit Ieſum vt ignotum & experiri, verene in illo eſſet perfectio tanta, quanta, dicebatur.

Ait illi Ieſus: Diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota mente tua Hoc eſt maximum & primum mandatum.

Interrogauerat legis doctor de primo & maxĩo mandato, q̃d illud eſſet tanq̃ primũ potiſſimũ, maximeq; neceſſariũ. Et reſpõdit dñs præceptũ hoc eſſe dilectionis. Erat em̃ varietas opinionũ hac de re diſceptantiũ quibuſdã hoc, alijs aliud ſupremũ eſſe mandatũ dicentibus. Ideo hic legiſperitus cũ illius eſſet opiniõis puta, ꝑceptũ charitatis eſſe primũ atq; præcipuum, volens experiri quid dñs q̃q; ſentiret interrogauit. Reſponſum aũt accepit: Diliges inquit Quare nõ dicit timebis? quia diligere maius perfectiuſq; eſt, q̃ timere. Illud em̃ filio rum eſt, hoc ſeruorꝝ. Timor em̃ pœnã ha 1. Iohan.4
bet, q̃ charitas foras mittit: porro dilectio fiduciã præſtat. Nõ ignoro tñ quendã eſſe timorẽ, qui cõiunctus eſt charitati, qui vocari ſolet timor reuerẽtialis & ſanctus, de Pſal.18
quo ſcriptum eſt: Timor dñi ſanctus permanẽs in ſeculum ſeculi. Hic nanq; timor etiã in futura vita nõ ꝑibit. Ad cuius ſimilitudinẽ & modum timent filij ingrati inueniri aut eſſe parentibus, timẽt offendere timent cõtriſtare. Timent aũt non ꝑpter ſe. i. ne ſibi ꝑpterea male contingat, ſed timent ꝑpter parentes, ne ꝙ illos cõtriſtet, ne q̃d illis moleſtum aut ꝙ dedecet faciãt Hic timor creſcit cum charitate, tantũ abeſt vt minuat expellaturve. Diliges, inq̃t, dñm deum tuũ ex toto corde tuo vt om̃es cogitationes tuas in deũ reflectas. Ex tota anima tua, vt om̃es affectiões tuas in deũ cõuertas. Ex tota mente tua. i. vt om̃es ſenſus tui deo vacent. Alius em̃ eſt amor cordis alius animæ. Amor cordis quodãmodo ſenſualis atq; carnalis, q̃a ſenſibilis eſt. Amor animæ nõ ſentit ſed intelligit, quia amor hic in iudicio animę conſtituit. Tm̃ Iohan. Chryſoſt.
em̃ diligit deum quãti æſtimat illum. Qui cre-

credit apud deũ omne bonũ eſſe, & extra deũ nihil boni, hic diligit deũ ex tota aïa. Tota vero mente diligit, cuius oẽs ſenſus deo vacãt. Aut ita: Corde toto diligit deũ qui diligit tota voluntate, diligit mẽte & intellectu. Diligit tota aïa, q memoria alijs q; potentijs aïæ diligit. Hoc eſt primũ, pręcipuũ, & maximum mãdatum. Maius eſt enim diligere deum, q̃ hoïem, præſertim cum ille diligatur propter ſe: hic autem propter alium, hoc eſt, propter deum.

Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum.

Aduerte ꝙ præceptũ de diligendo proximo dicit ſimile p̃cepto de diligendo deo. Simile, inq̃, dicit, nõ par, qa minꝰ eſt dignitate. Quadrifariã autẽ homo eſt ꝑximus noſter. Primo, natura qa eadẽ natura conditi ſumus. Secundo, origine qa ex vno patre ſumus ꝓgeniti. Tertio, hæreditate: eadem eñ hæreditas nobis oĩbus ꝓmiſſa eſt, q̃tquot credimus in eũ, & q̃tquot poteſtatem accepimus filios dei fieri. Quarto quis ꝑximus noſter dicitur lege, eadẽ eñ lex nobis pręcipitur, eadẽ nos lex ligat omnes ad obediendũ deo. Hic ꝑximus noſter nuſq̃ in ſcriptura non declaratur diligendus. Nulla eñ ſcriptura neceſſitatem hanc nobis tacet. Nã in Leuitico ſcribitur quod hic, & in Luca quoq; habetur: Diliges ꝑximum tuum ſicut teipſum. Et in Iohãne dicitur: Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem. Adeo autẽ vult ꝑximum diligi à nobis deus, vt ſe nõ æſtimet amari, niſi diligatur & ꝑximus. Vñ in epiſtola Iohannes, Si quis inqt, diligo deum & fratrem ſuum odit, mẽdax eſt. Qui eñ non diligit fratrẽ ſuum quẽ videt, deum quẽ nõ videt quõ poteſt diligere? Deinde ratio q̃q; nos cogit ad diligendũ. Aut eñ proxĩmus noſter eſt bonus, aut malus. Si bonus, hac ratione quia bonus eſt, diligendus venit. Eſt enim filius dei, vt Iohannes teſtatur: Videte qualẽ charitatẽ dedit nobis pater; vt filij dei nominemur & ſimus. Eſt p̃terea Chriſto omni gñe neceſſitudinis cõiunctiſſimus. Quod ipſe palã Chriſtus fatetur, dicẽs: Quicunq; fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe frater ſoror & mater eſt. Itaq; q bonus eſt, & dei filius eſt, Chriſtiq; frater, ſoror, & mater, quõ diligendus nõ eſt? Porro, ſi malus eſt, adhuc tñ diligendus eſt triplici reſpectu. Primo ꝑpter deum. Si enim diuitis filium diligis qñ ſanus eſt, quõ non diligis qñ infirmus eſt? Hoc mõ tu dei filium, dei plaſma, Chriſti fratrem, quẽ ignoras cuius ſit apud deum futurus meriti dilige, & dũ ſanæ eſt mentis, & dum veſanæ eſt: nõ qa veſanæ eſt, ſed qa deus te & illũ fecit. Quare tu & ſi ſteteris etiã, non iudices, non contemnas cadentẽ, ſed compatiaris, ſciens ꝙ potens ſit deus erigere illum. Scd'o, diligẽdus eſt ꝑpter ſeipſum. Maiori eñ compaſſione ꝓſequendus, & maiori eſt fouẽdus dilectione dum infirmus ægrotat, q̃ qñ exultat ſanus. Tertio, propter teipſum. Plus enim lucraberis amando ꝑximum te nõ diligentem aut tibi contumelioſum, quã qñ amas beneuolũ. Inde enim dei efficeris filius, Chriſto dicẽte: Diligite inimicos veſtros vt ſitis filij patris veſtri q in cœlis eſt.

Marginal notes (left column): Matth.23 / Iohan.1 ; Leui.19 ; Lucæ.10 / Iohan.15 ; 1.Iohan.3 ; Matth.12

Marginal notes (right column): 1.Cor.10 ; Matt.5 / Lucæ.6

In his duobus mandatis uniuerſa lex pendet & prophetæ.

Videtur vnum (dicit aliquis) dũtaxat eſſe pręceptum, dicente Apoſtolo: Qui diligit ꝑximum legem impleuit. (Roma.13) Dicendum: Ratio diligendi ꝑximum eſt deus, quem nemo nõ poteſt non diligere quiſquis illius intuitu hoïem diligit. Plus eñ ſemper diligimus eum cuius noïe ac merito, aut ob cuius grãm diligimus aliũ. Nã qui ſeruũ diligit ꝑpter dñm, magis diligit dñm quã ſeruum, quem diligit tñ ꝑpter dñm. Inde tñ ſimul q̃q; intelligere nos neceſſe eſt, nõ omnẽ dilectionẽ legẽ implere. Nã ſi aliter aut alio fine diligis ꝑximum, q̃ ꝑpter deũ iã non legẽ impleſti, nec p̃ceptum obſeruaſti charitatis. Naturalis eñ amor, ſocialis, ciuilis, inhoneſtus carnaliſve nihil de charitatis implere põt p̃cepto. Qñ igitur ꝑximũ diligere iubemur ſicut noſipſos nõ eſt intelligendus ille amor, q̃ nos perperã illi citeq; diligimus, vt eodẽ diligamus & ꝑximum, ſed ſicut noſipſos in deo diligimus & ꝑpter deũ, ita etiã eadem charitatẽ ꝑximis optemus ſalutaria, quæ nobis optamus aut optare debemus. Eadem illis faciamus q̃ iuſte nobis optamus fieri. Diligere eñ alium eſt ei bñ velle. Voluntas autem bona haudquaq̃ otioſa eſt: Quare ſi vera eſt, procedit in opus. Et quia charitas eſt ſit etiã vt dilectio proximi malũ non operet. (Ibid.) Plenitudo itaq; legis dilectio eſt dei & proximi: Siquidẽ oĩm uirtutũ origo regina, nutrix, & finis eſt charitas q̃ deus amatur & proximus. Et q̃uis duo ſint p̃cepta charitatis: vna eſt tñ charitas q̃ deus ꝑximuſq; diligitur: Eo igitur amore q̊ deũ & q̊ nos ſcd'm deũ diligimus diligamus o-

Iohan.12 portet proximũ. Verbi gratia: Dicit Chriſtus: Qui amat animam ſuã .i. qui diligit et fouet vitã ſenſualem, perdet eã. Hoc mõ male te amas, nec ſimili mõ proximum te Ibid. conuenit diligere. Scriptum item eſt: Qui odit animã ſuam in hoc mundo in vitã æternam cuſtodit eã. Hoc ſalubre eſt odiũ charitatis, & hoc odiũ extẽdi ſe debet etiã ad proximũ, vt ſcilicet illi negentur ea deſideria, quæ ſunt ei ad detrimentũ animę.

Congregatis aũt phariſæis, interrogauit eos Ieſus dicẽs: Quid uidetr̃ uobis de Chriſto, cuius filius eſt? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo Lucæ.20 ergo Dauid in ſpiritu uocat eũ dñm dicẽs, Dixit dñs dño meo. Sede a de Pſal.109 xtris meis, donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedum tuorũ? Si ergo Dauid uocat eũ dñm, qũo filius eſt?

Quid ſibi velit ꝙ dicit congregatis autem phariſæis, fortaſſe miraris, cum ſub initio euangelij dicant phariſæi conueniſſe. Dicendũ ꝙ antequã dñs interrogaret tentãdus, conuenerant phariſæi (ſed hoc erat latent tñ) vt tractarent inter ſe qua illum arte tentarent. Et quia putabant illum latere poſſe, quæ ipſi in ſilentio ſimul muſſitabant, ſignum eſt, quod nihil pr̃ſus de diuinitate eius credebant, ſed ne ſuſpicabãtur quidem. Soluto igitur eoꝝ conſilio & conuentione, paulatimq́; illis ſeparatis, alius poſt alium acceſſit ad Chr̃m, & interim legis doctor ſuã fecit interrogatiõem. Omnibus itaq; cõgregatis ad Chriſtũ phariſæis qui tunc præſentes aderãt, interrogat eos Chriſtus, qñ (vt dixi) de dño Ieſu nihil auguſtius, q̃ de homine ſentiebãt, cuius eſſet filius futurus Meſſias Chriſtus. Cui dum faciliter ac vere (quo ad humanã naturã) reſponderent, Dauid hunc eſſe filiũ (neq; enim ignorabant Dauid eſſe promiſſum, vt de ſemine eius ſederet ſuper ſoliũ eius) iteꝝ obijcit Chriſtus, quõ Dauidis Chriſtus poſſit eſſe filius, quẽ in ſpiritu, ſeu ſpirituali ac ꝑphetali intuitu Dauid cernens Pſal.109 ait: Dixit dñs dño meo, hoc eſt, dixit dominus pater dño meo Chriſto, ſede à dextris meis. Quæ verba ſi de diuinitate intelligãtur, ſenſus eſt: Eſto mihi æqualis. Si de humanitate: Eſto mihi vicinior in potioribus bonis meis præ omnibus creaturis & participibus tuis. Donec ponã inimicos tuos, ſcabellũ pedũ tuoꝝ: hoc eſt, donec plene tibi oẽs ſubijciã inimicos tuos, q te cõtẽpſerunt: ꝙ erit in die iudicij, vbi poteſtate & virtute plenus apparebit dñs Ieſus iudicaturus oẽs ſuos inimicos cum diabolo ad ignẽ ꝑpetuum. Itaq; concludens, Si, in Matth.22 quit, filius eſt Dauidis Chr̃us, quõ eũ dñm vocat? Aut ſi eius eſt dominus, quomodo vocari poteſt filius? Nemo enim in hominibus eſſe filium iudicat patre maiorem.

Nemo poterat ei reſpondere uerbũ, neq; auſus fuit quiſpiã ex illa hora eum amplius interrogare.

Nihil ad hãc q̃ſtionem, quæ ſupra captũ eoꝝ erat reſpondere poterant. Nã Chriſtum credebãt expectabantq; hoĩem tñ. Quare quõ Dauid ſuum illũ vocaret dñm, nõ intelligebãt. Nã ſi intellexiſſent, facilis fuiſſet illis reſpõſio. Dixiſſent eñ duas in Chriſto fuiſſe naturas, vnã perſonã. Fuit eñ Chriſtus deus & hõ, vnus Emmanuel Itaq; iuxta naturã humanam q̃ ex Dauid ſuo habuit patre, filius erat Dauid. Itaque iuxta vero naturã diuinã q̃ patrẽ habuit deũ, dñs fuit Dauid. Cum itaq; non poſſent reſpondere (quod ſuperbis ſolet mentibus euenire) ignominia ducũt ſe magna affectos, propterea ꝙ indoctiores Chriſto non poterant reſpõdere. Retrocedunt igitur, nec auſi ſunt amplius eum interrogare. Potius dei ſapientiã agnouiſſent, Chriſtoq́; ſe humiliaſſent, petẽtes ab eodem ſe illuminari. Sed raꝝ eſt aliquid, vt ſuperbi & magni in oculis ſuis illuminentur. Pro Matth.11 pterea Chriſtus cõfitetur patri ſuo, ꝙ cœleſtis vitæ myſteria eccleſiæq́; ac fidei arcana abſconderit quidẽ à ſapientibus & pru Lucæ.10 dentibus huius ſeculi: reuelauerit autem ea paruulis .i. humilibus. Ad vos igit̃ pertinet filij chariſſimi, ſentire de dño in boni Sapien.1 tate, & in ſimplicitate cordis q̃rere illum. Quaꝑpter ſubijcite intellectũ veſtꝝ in obſequm Chriſti, atq; captiuũ tenete intellectum veſtrũ, ne aliter ſapiatis, q̃ vniuerſa eccleſia catholica ſapit. Si quid veſtrũ exuperat intellectum, vt capere neſciatis q̄d credendũ, q̄d ve ſit tenendũ, fidẽ veſtrã cõmuni vniq; fidei ſocietis eccleſiæ. Atq; cõſtanter ꝙ eccleſia credit, credere vos aſtruite. Nolite diſcutere aut inueſtigare velle vt ea q̃ ſunt fidei, intelligatis. Sed potius dicite: Quicq̄d eccleſia credit, credo ego q̃que, & palã & tacite. Nõ tñ quero rationẽ vt credã, quia ſatis mihi eſt annunciatio ꝑ

Chriſtum

Chriſtum, cuius ob honorem, ob reuerentiā & auctoritatē credo, q̃cquid credi debet. Hoc modo oẽs ſcrupulos & quæſtiones curioſas abigite. Dñs autē noſter Ieſus Chriſtus, vos illuminet & dirigat ad ſalutaria, qui eſt in ſecula bñdictus, Amē.

SERMO IN EADEM Dominica. De charitatis & amoris carnalis differentia, & de modo ordineq́ʒ diligendi.

1.Iohan.3 Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo. Matt. xxij. Cū Iohannes dicat Apoſtolus, Qui non diligit, manet in morte, q̄ neceſſaria ſit charitas inde liquet, q̄d vitam nō habemus ſpiritus, vitamq́ʒ gratię, niſi diligamus deum. Mortui inq̄ ſumus in aīa, quā primum deum non diligimus. Circa hanc dilectionē & diligendi modū, multa hic dicēda ſunt. Primo nanqʒ cōſideranda veniunt, quæ ſint, quæ teneamur diligere, & q̄ ordine. Itaqʒ primum, præcipuum & maximum quod diligendū eſt, eſt deus, qui hic iubet diligi ex toto corde & ſuper oñia. Tunc autem diligis eum ex toto corde, qñ oẽs motus animæ tuæ ad deum refers, contineſq́ʒ cor tuum, ne ad vllam creaturam inclinatum ſit contra deum. Sunt aūt quatuor affectiones cordis, quas in deum eſſe oportet conuerſas, ſicut timor, ſpes, dolor, & gaudium. Vis ſcire quō eas ad deū conuerti oporteat? Primo, vt nihil timeas niſi
Matt.10 deum. Nolite, inquit, timere eos qui occidunt corpus: ſed eum timete, qui poteſtatem habet mittere corpus & animā in gehennam ignis. Nam qui corpus occidunt, cum iam expleuerint q̄ volunt, quid amplius facient? Nihil poſſunt vltra, quā quod hominem alioqui moriturum ex hac miſeria, & ex ærumnis eripiunt multis. Vitā nobis auferre poſſunt temporalem, quā nihilominus, vt debemus, deo ſumus reſignaturi. Sed nunquid propterea eos qui potentatum habent in terris timebimus, vt ꝑpter ipſos quid illiciti vel minimū cōtra deū faciamus? Nequaq̄, ſed magis quā hoiēm timeamus offendere deū. Quē ne offendamus nō timeamus quemcunqʒ offendere hominem, deo eñ magis oportet obedire quàm cuiuis homini. Occidat, q vult occidere, ſpoliet bonis qui vult ſpoliare, modo deo nos nō ſpoliet: & tūc ſemper triūphabimus diuites. Melius eſt eñ (vt Auguſtinus ait) deo dilecto emori, q̄ offenſo viuere. Augusti. Scd'o, vt nihil diligas quā deum, aut propter deum. Quicquid amabile non eſt propter deum, cuiuſmodi eſt peccatū, hoc noli amare. Quicq̄d vero amabile aut tolerabile eſt, aut amari licet, nō debet aliter amari q̄ in deo aut propter deum. Tertio, ſpes tua reducēda eſt in deum, vt nulla ſuper te veniat tāta calamitas nulla tentatio, quæ ſpē & confidentiā tuam extinguat in deū. Sed dic cum Iob: Etiam ſi occiderit me, ſperabo in eum. Iob.13 Quarto, gaudium tuū in ſolo deo ſit. De nulla igitur re alia poſt deum gaudeas, niſi quæ te viciniorem facit deo, aut quæ coniungit te deo. De illo eñ vnde non places ſed diſplices deo, non eſt gaudendū. Scd'm q̄d tenemur diligere eſt anima. Animā tuam diligere debes, & animā proximi tui, tanquam dei imaginem. Imago nanqʒ alicuius rei diligitur, ꝑpter hoc cuius eſt imago Ita hoc modo anima propter deū eſt diligēda, tanq̄ dei imago, & ſicut theſaurus ꝓcioſus, ꝑ quo Chriſtus oīa dedit ſua vt illū cōpararet. Quō eñ deus oēm excellit creaturā, ſic anima oēm corporeā dignitate ſuperat creaturā. Imo totus mūdus vnius animæ precio non poteſt æquari. Neqʒ eñ pro vniuerſo dediſſet mundo Chriſtus, q̄ pro anima dedit. Hæc itaqʒ diligenda abs te eſt, ne ipſam inq̄nes, neve ſordibus polluas peccatoꝝ. Si enim peccatis animam polluis, haudquaq̄ diligis animā tuā. Nā qui diligit iniquitatē, odit animā ſuā. Pſal.10 Magis autem conſentire te decet, vt oñia bona corporalia pereant, quam vt tua vel cuiuſpiam alterius anima pereat. Imo, vbi animam vel tuam vel alienā à peccato ſeruare aliter non poſſis, potius corporis eſt amittenda vita, quàm anima. Qui enim aliter impleremus dei mandatum, niſi vt vitam pro fratribus ponamus? Non iuberis 1.Iohan.3 vitā tuā corporalē ꝑ alterius vita corporali ponere, ſed iuberis ꝑ anima fratris cōſeruāda aut erudienda à morte, corporalē vitā (ſi aliter ſubueniri non poteſt) in mortē tradere. Tertio loco tenemur corpora noſtra diligere ne eadē deſtruamus. Tenemur eñ ea in ſanitate & integritate, quo ad dei maneāt ſeruitium idonea fouere & conſeruare. Itaque ſi deuotionem ſentis ſpiritus ac feruorem, ita illum exerce, ita tempera, ita rege ne deſtruas, ſed regas

humilieſq; corpus tuũ:quo deſtructo ne=
ceſſe fieret etiã vt deuotio periret.Bonum
itaq; corporis,hoc eſt,vita corporalis,an=
teferẽda eſt reb⁹ caducis & externis.Quar
to loco tẽporalia,vt viliſſima bona ſunt di
ligenda,tanq̃ adminicula, ſine quibus nõ
viuit,nec deo põt ſeruiri.Poſſunt igit eate
nus diligi,q̃tenus ad amorẽ cõducunt dei
Scdo,ſciẽdũ eſt quãdo dicit,Diliges dñm
deum tuum ex toto corde tuo, hoc præ=
ceptũ non pfecte poſſe impleri in hac vita
niſi dicat perfectũ,qñ tantũ ibi eſt de perfe
ctione,quantũ poteſt obtineri.Nõ em̃ po
teſt obtineri tanta pfectio in hac vita, vt
iuxta q̃d v̾ba ſonant dilectionis præceptũ
in hac vita poſſit impleri. Quocirca hocq;
in infimo gradu eſt perfectionis videt ſa=
tisfacere præcepto.Verbi gratia, vt hic in
charitatis p̃cepto dicamus præuaricationẽ
te euitare ſi nihil ſit in corde tuo, q̃d cõtra
1.Cor.13 aut ſupra dilectionẽ ſit dei.In hac nãq; vi
ta ex parte cognoſcimus, & ex parte etiã
diligimus.Propterea non minor in nobis
eſſe debet charitas, quã vt deũ diligamus
ſuper om̃ia,hoc eſt,nihil deo æqualiter,ni
Bernard. hil ſupra deum,nihil cõtra deũ diligamus
Dicit em̃ Bernard.Ego ſane puto nõ ante
pfecte impletum,vt diligas dñm deũ tuũ,
ex toto corde tuo,quouſq; iam cor nõ co
gatur cogitare de corpore, & anima iam
deſiſtat curæ corporis intendere,in admi=
niſtrãdo vires,potentias,motus & actus
Nec præceptũ hoc,vt dictum eſt,conſtitu
it nos trangreſſores. Nã q̃d minus habet
impfectio cõuerſatiõis noſtræ, ſupplet hu
militas confeſſionis. Magis em̃ vult deus
ſibi à nobis exhiberi humilẽ defectionem
Pſal.118 quã ſuperbã cõpletionem. Propterea em̃
mandauit mãdata ſua cuſtodiri nimis,vt
videntes imperfectiõem noſtrã in implen
do hoc mandatũ.i. cũ id q̃d debemus nõ
valeamus implere,fugiamus ad eius miſe=
Pſal.62 ricordiã,dicẽtes: Qm̃ melior eſt miſericor
dia tua ſuper vitas.Poteſt tñ nihilominus
dici,q̃d inſufficiens imperfectaq; expletio,
huius præcepti trãſgreſſionem nõ conſti=
tuit ſed contẽptus.Quãuis em̃ arduũ,imo
impoſſibile ſit hoc p̃ceptũ in hac vita im=
pleri,aut ad illius pfectiõem attingi,trans
greſſiõis tñ culpã euadimus, ſi vel infimũ
gradum attigerimus charitatis.Sic em̃ di
Pſal.138 cit Pſalmiſta:Imperfectum meũ viderunt
oculi tui,& in libro tuo om̃es ſcribentur.
Ac ſi diceret:Imperfectionem meã q̃ non
impleo charitatẽ,in illa vt deberẽ plenitu=
dine ac pfectione,viderunt oculi tui:non
tñ mihi deſperandũ eſt,qm̃ quiſqs habue=
rit charitatem, licet non in plenitudine q̃
deceret habeat, nihiloſeci⁹ tñ in libro tuo
hoc eſt,in libro vitæ oẽs ſcribentur, q vel
infimum habent gradum.Eſt itaq; imple
tio huius p̃cepti in hac vltima ſublimiq; p
fectione ad ſalutem non p̃rſus neceſſaria.
Alioqui nemo maneret in ſtatu ſalutis,qa
nemo huius perfectionem in hac vita im 1.Iohan.3
plebit.Diligamus igitur filij deũ, non ver
bo tm̃,aut lingua,ſed ope & veritate.Vul=
tis noſſe an diligatis deũ? Interrogate cor=
da veſtra,interrogate linguã veſtrã,inter=
rogate ſenſus,actus,& opa veſtra, verene
diligatis deũ? Videte ſi in oĩbus q̃ritis deũ
ſi cuncta referatis ad illius gloriã,ne de il=
lorũ ſitis numero,de qbus dicit Apoſtolus
Cõfitentur ſe noſſe deũ,factis aũt negãt. Titum.1
Et iterũ alibi in epiſtola Iohan. Qui confi
tetur ſe noſſe deũ,& mãdata eius nõ cuſto Iohan.15
dit,mẽdax eſt.Et Chriſtus dicit in euãge.
Vos amici mei eſtis.Qñ? Si feceritis,inq̃t,
ea q̃ p̃cipio vobis.Qui itaq; eſſe vult euãge
licus,in hoc ſit euãgelicus,vt dei euãgelij
q̃; p̃cepta pficiat. Porro ſi in vita tua caro
tantũ viuit,& carni tantũ ſeruitur q̃d pro
deſt tibi nomẽ euangelicũ, cũ ſis carnalis Iohan.14
totus? Qũo ergo Chriſtus dicit Qui habet
mãdata mea & ſeruat ea,ille eſt qui diligit
me.Sed tu ſine mandatorũ impletiõe deũ
diligis? Quæ inquis,ſunt mandata? Quæ
hodie de dilectiõe dei & p̃ximi recenſent.
Præcepta em̃ dei ſunt ea q̃ ad dei ptinent Exod.34
cultũ in prima tabula Moſi ſcripta, de v=
no adorãdo colendoq; deo, de noĩe eius
in vanũ non aſſumendo,de ſabbatoq; ſan
ctificãdo.Reliq̃ quæ in ſecũda tabula ſcri
pta erant digito dei,erant quæ ad iuſtitiã
& dilectionem p̃ximi pertinent. Quæ o= Roma.13
mnia (vt Apoſtolus ait)in vno verbo in= Gala.5
ſtaurãtur, Diliges proximũ tuum ſicut te
ipſum.Qui em̃ proximum diligit,non oc
cidit illum,non furatur,nõ cum illius vx=
ore adulteratur, nõ illius rem concupiſcit
& alia ſcelera nefariaq;, quæ charitas non
tolerat,& lex vetat non admittit. Tertio
nõ eſt tacendũ nõnulla eſſe, quę cõſidera
ta ad dei inducere poſſunt dilectionẽ. Eſt
em̃ iuſtũ pariſ ac dignũ diligi à nobis deũ
Primo,qa deus ipſe bonus eſt. Bonũ autẽ
ſolũ eſt amabile & acceptũ voluntati. Vn
de quicquid optat voluntas, non aliter il=
lud appetit,optat,aut vult, quã ſub ratio=
ne boni.Deus igitur cũ ſit ſumme bonus,
ſumme

ſumme eſt amabilis & immẽſo diligendus
Mar.10 amore. Proinde Chriſtus, Nemo, inqt, bo
nus, niſi ſolus deus. Secũdo, hoc iuſtiſſimũ
1.Iohan.4 eſt, qa prior dilexit nos. Quod Iohã. teſta
tur in epiſtola, dicẽs: Nõ quaſi nos dilexe-
Iere.31 rimus deum ſed qm̃ prior ipſe dilexit nos.
Et Ieremias: In charitate ꝑpetua dilexi te.
Adeo te dilexit, vt dilecta oĩa relinqueret,
& ſua oĩa in tuos vſus effunderet. De quo
Iere.12 iteꝝ Ieremias: Reliqui domũ meam, dimi
ſi hæreditatẽ meam. i. angelos cœleſtes hę
redes cœli. Et dedi dilectã animam meam
in manus inimicoꝝ. Vide iam ſi diligis a-
micũ qui ꝓ te emiſit lachrymas quantum
debes diligere deũ qui ꝓ te effudit ſangui
Iſaiæ.53 nem? Si diligis q rem aliq̃ vilem ꝓ te expo
neret, q̃to magis is tibi eſt diligẽdus, q pro
Bernard. te dedit in mortẽ aĩam ſuã? Quod penſans
diuus Bernard. dicit: O q̃ vehementer am
Iohan.19 plexatus eſt me in cruce, in q̃ effluxit aqua
de latere, manauit ſanguis ex corde, receſ-
ſit anima ex corpore. Quarto, ſi q̃ras q̃ta eſ
ſe debeat charitas tua ad deũ, dicendũ ex
Bernardo: Modũ ponere charitatis eſt po
nere modũ ſine mõ. Primo nanq; cum ſit
deus infinitus & immenſus, ideo infinito
eſt amore diligẽdus. Propterea eñ nullus
amori eſt ꝓfixus terminus, finis, aut men-
ſura. Quamuis aũt nulla creatura ad infi-
nitum ſe poſſit extendere, cum ſit oĩs a-
ctio creaturę finita & limitata: voluntas tñ
deſideriũ & affectus in creatura ad infini-
tum ſe poteſt extendere. Scd'o, cum infini
to nos deus ipſe q̃q; dilexerit amore, ideo
abſq; menſura & ſine fine eſt diligendus.
Tertio, quia infinita nobis bona tribuit:
ideo infinitos ei tenemur offerre affectus
S.Thom. charitatis. Idcirco ſanctus Thomas, Cauſa
inquit, diligendi deum eſt diuina bonitas
quæ eſt infinita. Nõ eſt modus in charita
Hugo. te vltra quẽ non oporteat ꝓgredi. Et Hu-
go: Quantũ potes, tãtum dilige. Menſura
tua ſit, poteſtas tua. Quarto, quia infinita
Pſal.30 nobis ex deo vtilitas accidit. Quã magna,
inqt, Pſalmiſta, multitudo dulcedinis tuę
dñe, q̃ abſcondiſti timentibus te. Si timen
Auguſti. tibus te, inqt, Auguſti. quid tunc diligen-
tibus te? Seruoꝝ eñ eſt timere, filioꝝ vero
diligere. Quinto, penſandũ eſt, q̃ multipli
ci differãt mõ amor carnalis, & amor diui
nus, licet in multis etiã aſſimilent̃. Primus
modus, q̃ amor carnalis à ſpirituali differt
eſt, ꝙ qui diligit deũ ſemp habet pręſentẽ
Pſal.138 quẽ diligit. De q̃ non incõgrue dicit Pſal-
miſta: Si aſcendero in cœlũ, tu illic es, & ſi
deſcendero in infernũ, ades. Porro amor
carnalis minime habet quẽ diligit. Exerit
eñ ſe amor ille ſæpenumero inutiliter ad
ignorantes, ad eos qui redamare ſpernũt
& ad abſentes. Secundus eſt modus, ꝙ a-
mor carnalis nõ diligit confidenter. Qui
eñ aliũ diligit carnaliter, neſcit an redamę
tur. Multos eñ (vt dixi) diligimus, q nos
e regione nõ redamãt. Multos diligimus
non amantes. Veꝝ, de deo hoc aliter eſt. Ie
ſum eñ cum diligimus, nõ poſſumus am
bigere, quin rurſus nos quoq; diligat ipſe.
Dicit nãq; in ſcriptura: Ego diligentes me
diligo. Tertio, amor carnalis diligit neſci Prou.8
entes. Hoc eñ amore diligimus eos q̃q; q
non ſunt, aut q̃s nunq̃ vidimus, ex fauore
alicuius virtutis, vel gratulatione alicuius
nobiſcum ſimilitudinis. Verbi gratia: Pu-
gnax diligit pugnantẽ, iracundus iracun
dũ, & in narrationibus quas audimus aut
legimus, vbi ſui quis audierit ſimilẽ, mox
natura arridente, illi plus, dum huius ad-
huc rationem ignorat, ſępenumero afficit̃.
Itaq; diligit̃ ſæpe quis ignorans ſe amari.
Veꝝ de deo ſecus eſt. Nemo illũ diligere
poteſt ignorantẽ. Oĩes eñ in hoĩe animi
motus intentionemq; cõſiderat. Minime
igit̃ latẽter poteſt amari. Quarto, in amo-
re carnali contingit ſæpe falli, vt putes te
ad gratiã dilecti facere, gratiãq; illius te ꝓ
pterea mereri, vbi contra impetras offenſi
onem & indignationem. Fauente nanq; li
cet aĩo tu feceris quid in gratiã amici: ipſe
tñ quia cor tuum non videt, multifariam
aliter hoc accipere, aliter interpretari, ali-
terq; iudicare poteſt. Hoc nõ habet dei a-
mor. Quicquid eñ ſimplici & recto corde
feceris, nõ reijcit, qa diligit ſimplicitatẽ &
intentionẽ conſiderat ſynceritatis. Quare
non poteſt ei nõ placere, quicquid ſimpli-
ci illi corde obtuleris. Quinto, amor carna
lis odit corriualem: ſolus eñ vult amare
& amari. Idcirco inuidet alijs ſimul aman
tibus. Sed aliter eſt in amore dei. Quiſquis
eñ deũ diligit, ille non ſolus cupit amare,
ſed quoſcunq; poteſt vt deũ diligant, hor-
tat̃, ſuadet, inducit atq; inuitat. Delectat̃ ac
gaudet, ꝙ ſecũ multi ament deũ. Scit eñ ſi
bi nihil perire, nec minus à deo ꝓpterea ſe
amari. Sexto, amor carnalis nõ põt ſuſtine
re, ꝓter ſe quẽpiã plus amari. At uero dei a
mor q̃uis deũ ſup oĩa amet, põt tñ bñ ſuſti
nere aliũ ſibi in donis, bñficijs, atq; in ipſo
amore pręferri. Poteſt, inq̃, ſuſtinere, vt de
us alium plusquã ſe diligat. Scit eñ deum Pſal.10
eſſe

eſſe iuſtũ,&aliter nõ poſſe quã iuſte agere
nulliq́; iniuriam fieri,vbi omnes male ope
rantes,& nõ niſi filij dãnationis viuimus,
&per miſericordiã dei ſolã ſuſtinemur.Se
ptimo,carnalis amor nõ ſuſtinet ſe cõtem
ni,aut poſthaberi,aut ſibi alios p̃ferri. At
amor dei,qa nihil quęrit niſi deũ,cuius at
tendens excellentiã,ſuamq́; vilitatẽ nõ mi
ratur,nec ęgre fert,ſi præferant ſibi alij.Sa
tis illi eſt,imo in hoc conſolatur ſe, ꝙ dei
numeratur locaturq́; inter amicos,q̃uis vi
lior alijs aut inter viliores viliſſimus.Octa
uo,differt amor dei ab amore humano,qa
amor dei,hoc eſt, qui deũ amat certus eſt
ſe amari,nec dei dilecti ꝑdere poſſe amici-
tiã,niſi ſuo ipſius vitio.Nunq̃ em̃ deus de
ſerit amantẽ,niſi deſertus. Nunq̃ prior ab
amico recedit,ſed expellit & abijcitur con
tẽptus.Verꝫ, amor carnalis ſeu humanus
prorſus alio ſe habet modo.Nã iuxta arbi
triũ ſuũ vel diligit,vel non diligit ſe aman
tẽ,nec qui dilectus eſt,amãti ſe reſpondet
ſemper amore.Quapropter nulla amicitia
melior,nulla ſuauior, nulla fidelior,nulla
conſtãtior,nulla ſecurior, nulla deniq; fe-
licior,q̃ ea quæ eſt in deo.Hanc igitur ſolã
quęrite filij,hanc amate. Felices qui in dei
eſtis amicitia,qui in eius gratia viuitis.O-
mnẽ creaturã potius deſerite & contemni
te q̃ vt Chriſto diſpliceatis aut Chriſtũ nõ
diligatis.Illũ rebus cũctis anteferte. Eius
amicitiã q̃diu tenetis nec diabolus,nec ho
mo,nec aduerſum quid vniuerſus vos va
lebit mũdus. Hoc vobis chariſſimi largia-
tur dñs noſter Ieſus Chriſtus,q ſe diligi iu
bet,vt noſtri iuſte miſereatur, nobiſq́; iu-
ſte benefaciat,Qui cum patre &ſpiritu ſan
cto eſt benedictus in ſecula,Amen.

DOMINICA XIX. POST DOMINICAM S. Trinitatis. Epiſto. B. Pauli Apoſtoli ad Epheſios IIII.

Renouamini ſpiritu mẽtis ueſtræ,& induite nouum ho-
minẽ,qui ſecundum deum creatus eſt,in iuſtitia & ſan-
Psal.4 ctitate ueritatis. Propter quod deponentes mendacium
loquimini unuſquiſq; ueritatem cum proximo ſuo,qm̃
ſumus inuicẽ mẽbra.Iraſcimini, & nolite peccare. Sol
nõ occidat ſuꝑ iracũdiã ueſtrã.Nolite locũ dare diabo
lo.Qui furabatur,iã nõ furetur. Magis aũt laboret ope
rando manibus ſuis,ꝙ bonũ eſt,ut habeat unde tribuat neceſſitatẽ patienti.

PARAPHRASIS IN EANDEM Epiſtolam.

QVomodo nuſquã non alibi,
ita hic q̊q; Epheſios admo-
net Paulus, de exuẽdo homi
ne vetere, & induẽdo nouo.
Dicit igit: Renouamini ſpiri
tu mentis veſtræ,hoc eſt, ad priorẽ noui-
Gene.1 tatẽ,quã Adã pater veſter olim habuit an
tequã peccauit,qñ ad imaginem ſui creato
ris fuit creatus,redite:quam nouitatẽ men
tis ꝑ peccatũ amiſſam, in ſeipſo Chriſtus
nobis reduxit.Renouari itaq; ſpũ mentis,
Roma.13 eſt induere(vt alibi idẽ apoſtolus monet)
dñm Ieſum Chriſtũ, hoc eſt, eius aſſume-
re ſimilitudinẽ & viuendi formã.Propte-
rea ſequitur: Et induite nouũ hominem,
cuius formã & imaginem in ſe vobis ex-
preſſit Chriſtus.Huius conuerſationis cõ
formitate vos ꝑinde ac indumento conte
gite,quo nihil Chriſto diſſimile aut cõtra
riũ in moribus veſtris appareat.Itaq́; hũc
nouum hominem Chriſtum induite, qui
ſecundum deum,id eſt, ſola virtute dei &
potentia ſpiritus ſancti creatus eſt,in iuſti
tia vera,veraq́; ſanctitate,abſq; vlla pecca-
ti contagione.Eamobrem vt illum indue
re,ad eius ſimilitudinem viuere, ipſiusq́;
vitã in vobis exprimere poſſitis, hoc agite
vt deponẽtes om̃e mendaciũ.i.deſiſtentes
mentiri,loqmini vnuſquiſq; veritatẽ cũ ꝓ
ximo ſuo,qm̃ ſumus inuicẽ membra, quo
rũ alterꝫ fallere non decet alterꝫ. Quod ſi
vetuſtatis & de priſtinis moribus quippiã
in vobis deprehenderitis, iraſcimini vobi
ſipſis. Agite pœnitentiam, & nolite dein-
ceps peccare. Aut ita: Iraſcimini quidem
motu irę naturali ac ſubito rationem præ
ueniente(hoc enim permitto,quia ab hu-
iuſmodi ira non eſtis liberi) ſed tamen
nolite eouſque conſentire huic paſſio-
ni, nolite huic vitio tantum locum dare,
vt pro-

vt propterea quicquam agatis, velitis, aut loquamini quo peccetis. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Tātiſper nolite iram ſeruare, vt in craſtinum vobiſcum perſeueret, ſed ante veſperꝰ, ante ſolis occaſum iram abijcite, hoc eſt, quātocius vbi iræ in vobis ſenſeritis commotiōem ad tranquillitatem, animiq́; ſerenitatem redite. Aut ita: Sol iuſtitiæ Chriſtus dominus non occidat, ac ſubtrahatur vobis per iracundiam veſtram. Non adeo iram ſinatis vobis dominari, vt lumen diuinæ gratiæ, aut intelligentiæ ſol vobis obtenebreſcat. Et quia ira malum cogitat, & quomodo perficiat meditatur. Vos nolite locum dare diabolo, qui per huiuſmodi oſtium in vos nititur intrare. Sinitis autem intrare, ſi eius conſenſeritis ſuggeſtiōibus, aut ſi ad iniquitates priſtinas redieritis. Idcirco qui furabatur, aut aliud qd peccati huiuſmodi exercere ſolebat, iam nō furetur. Nec aliena tollat: quin potius ipſe quoq; laboret manibus ſuis operans q̄d licitum ac bonum ſit opus, vnde non ſolum ſe honeſte nutriat, ſed habeat etiam vnde tribuat egeno, aut neceſſitatem patienti. Eſt enim eleemoſyna, non de male acquiſitis, non de alienis, ſed de iuſte acquiſitis danda. Ideo hic dicit, Operetur q̄d bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatē patiēti.

EXEGESIS EVANgelij Dominicæ XIX. poſt Dominicā. S. Trinitatis.

Matth. IX.

ANTE HOC Euangelium præſentis huius dominicæ ſcribit Matth. quomodo cum diſcipulis aſcenderit Ieſus in nauiculam, & de Galilæa ſe cōtulerit in regionem Gerazenorum, in nauiq́; adhuc conſtitutus dormierit: orta vero tempeſtate à diſcipulis excitatus ſurrexerit, ventis imperauerit, factaq́; ſit tranquillitas magna. De illa profectiōe habuimus Euangelium poſt octauas Epiphaniæ. Itaq; cum eſſet in terra Gerazenorum, occurrerunt ei duo viri habentes dæmonia ſæui & crudeles, habitanteſq́; in monumentis hominibuſq́; infeſti, adeo vt eadē via homines metuerent tranſire. Veruntn̄ occurrentibus illis, Ieſus eiecit dæmonia ab eis. Porro dæmonibus petentibus, vt gregem intrarent porcoꝝ, quo fieret miraculum euidētius, conceſſit: totuſq́; ilico grex porcoꝝ præceps in mare currens, ſubmerſus eſt. Quāobrem cum hæc oppidani ciuitatis illius didiciſſent ad vnum fere omēs egreſſi, rogauerunt Ieſum ex humilitate, quod credit, à finibus ſuis vt recederet. Aeſtimabant em̄ indignos ſe tāta ſanctitate. Potuit tn̄ nihilominus fieri, vt maluerint Ieſu potētia carere, q̄ ſtare ſub periculo amiſſionis temporaliū reꝝ per eius præſentiā. Huiuſmodi em̄ timorem colligebant ex miraculo gregis porcoꝝ in mare merſorum. Hoc modo hodie ſunt multi, qui à ſe remittere malunt, atq; præſentia Ieſu carere, quā ſuos porcellos, id eſt, illicitos quęſtus relinquere. Itaq;, inde deſcendens Ieſus, redire ſtatuit in Galilæam. Et hinc ſequitur Euangelium hodiernum.

Aſcendens Ieſus in nauiculam, trāſfretauit, & uenit in ciuitatem ſuam.

Rediens dn̄s ex regione Gerazenoꝝ per fretū ſeu mare Galilææ, nauicula transfretauit, & venit in ciuitatē ſuā. Si ciuitatem Chriſti Nazareth qs velit hic nominari, dicere poſſet primo quidē vertiſſe Ieſum in ciuitatē Nazareth, quæ ciuitas Chriſti dici poterat, quia erat ibi conceptus & educatus (Lucæ 1, Lucæ. 2) poſtea vero ſe cōtuliſſe in Capharnaū, vbi miraculū quod ſequitur, fecerit. Nihil em̄ ſcribit hic Euāgeliſta, niſi quod in ciuitatē ſuā venerit, & deinde miraculū in paralytico fecerit: quod tn̄ nō e veſtigio ſed inde abiens in Capharnaū facere potuit. Probabilius tn̄ videtur eſſe, quod communiter ſentiūt doctores, vt Capharnaū hic dicať ciuitas (vt textus habet) ſua, hoc eſt Chriſti: nō aliam ob cauſam, niſi quod frequens ibi morabatur, multiſq́; ſignis & miraculis illam nobilitauerit.

Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto.

Audito reditu Ieſu, paralyticum quēdam Capharnaitæ ad eundem curabant introferre, quem credebant à domino pijſſimo ſanandum. Erant autem viri quatuor portantes eum in grabato ſiue in geſtatorio lecto, vt pauperibus ſterni ſolet. (Mar. 2) Cum vero ad domum venirent, vbi prędicabat Ieſus, nimiam inuenerūt populi multitudinem, adeo vt præ turba non potuerint Ieſum accedere. Confortati igitur & excitati fide aſcenderunt ſuper domum, & fracto

cto

cto tecto ſeu aperto, ſubmiſerunt paralyticum funibus de alto ante pedes Ieſu. Nihil enim dubitabant infirmitatem ſupplicaturam pro miſero. Nouerant quoq; dominum miſericordiſſimum, & ad huiuſmodi beneficia pronum.

Et uidens Ieſus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili: remittuntur tibi peccata tua.

Aduerte quia dominus Ieſus dicitur vidiſſe, hoc eſt, attendiſſe fidem offerentium: vt intelligas non parum prodeſſe fidem alienam, maxime autem vbi quis vel per ætatem vel inſaniam aut infirmitatem ſui parum compos eſt, vt queat habere fidem. Adeo autem huic profuit fides aliena, vt ab infirmitate per illam curaretur: quamuis veri ſimile ſit infirmum quoq; habuiſſe fidem ad Chriſtum. Quomodo enim alio qui ſe permiſiſſet per tectum ſubmitti, niſi auidus ſanitatis ſperaſſet hanc ſe aſſecuturum à Chriſto? Hoc modo infantibus & fatuis natis prodeſt fides parentum, ſiue offerentium ad baptiſmum, in quorum fide paruuli baptizantur, mundantur, filijq; dei ac cœleſtis regni efficiuntur hæredes. Confide, inquit, fili. Obſerua miſericordiſſimum dominum, vt miſerum hũc hominem, quem phariſæi dedignarentur aſpicere filium vocat, ipſum erigens ad confidentiam erga ſe, & dicens: Confide fili: nã recipies ſanitatem, cui maiora quoq;, quã eſt ſanitas corporis, conferentur. Remittuntur enim tibi peccata, quo ſanitatẽ conſequaris etiam animæ. Hæc autem verba dicens dominus Ieſus creditur diſplicentiam contritionemq; peccatorum (ſine qua adultis non remittuntur peccata) infudiſſe paralytico. Nemini tamen hic videatur mirum quod homini paralytico & quærẽti ſanitatem peccata primũ remiſerit, quã ab ægritudine liberauerit corporis. Voluit enim nos docere peccata noſtra haud rare multorum malorum, puta aduerſitatũ, infirmitatumq; nobis eſſe occaſionem & cauſam. Antequam igitur plenam illi contulit ſanitatẽ corporis, & propulſata maniſeſta infirmitate, prærogauit illi animæ (quæ potior erat) ſanitatem, inſtar medici boni, qui primo data purgatione vitioſorum humorum, ſanitatem paulo poſt introducit.

Et ecce quidam de ſcribis dixerũt intra ſe: Hic blaſphemat.

Audierũt ſcribę & phariſæi Chriſtum dixiſſe: Remittuntur tibi peccata tua. Quæ verba, tametſi alius quiſpiam dixiſſet homini, potuiſſent in meliorem partẽ interpretari, vt ſenſus eſſet: Remittuntur tibi peccata tua ſcilicet à deo. Verum nihil moderatum de Chriſto ſentire poterant ſcribæ & phariſęi, ſed omĩa ad calumnias verba eius trahebant. Mox enim inuidia ſtimulante Chriſtum inſimulabant pręſumptionis arrogãtiæq;, qui ſibi cum purus ac ſolus eſſet homo, diuinitatem aſcriberet remittendo peccata, quod eſſet blaſphemia. Quis enim peccata poteſt, inquiunt, dimittere niſi ſolus deus? Credatis igitur ſcribę Chriſtum deum, & non erit ambiguitas aut murmur. Sciẽdum hic, blaſphemiam cõmitti poſſe triformiter. Aut deo attribuendo quod deo non conuenit: vt eſt peccare, ignorare, errare, impotentem eſſe &c. Aut ab eo remouendo, ſiue in eo negando, quod ei competit: vt negando eum ſumme bonum omnipotentem &c. Aut creaturę aſcribendo, quod ſolius eſt dei. Et hoc tertio modo putabant ſcribæ & phariſęi Chriſtum blaſphemare. Credebãt enim eum ſolum hominem, qui quod dei eſt proprium ſibi arrogaret. Legerant enim de deo ſcriptum: Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me. Verũ duplici argumento probare ſe voluit dominus Ieſus non blaſphemare. Primo enim oſtendit ſibi in hoc vt ſequitur ineſſe diuinitatem, quia notas ſibi eſſe monſtrabat aliorum cogitationes, quod nihiloſecius ſolius erat dei. Quis enim nouit quid in corde agatur hominis niſi ſolus deus? Deinde quod recte dimiſerit homini peccata, per ſequens probat miraculũ, quo eum ab infirmitate liberat, ſanitatiq; reſtituit.

Mar. 2 · Iſaie. 43

Et cum uidiſſet Ieſus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus ueſtris? Quid eſt facilius dicere: Remittuntur tibi peccata tua, an dicere: Surge & ambula?

Non credebant ſcribæ & phariſęi dominum Ieſum aliud quàm purum eſſe hominem. Idcirco ſcandalizabantur ſæpius in Chriſti ſermone, & eius operibus. Veruntamen ſcandalum hoc ſibiipſi ſumebant. Fecerat enim dominus Ieſus, & oſtenderat illis tot ſigna & virtutes, vt merito nõ

poſſent

poſſent dubitare, ſed aſſerere etiam cogerentur, niſi inuidia illos excæcaſſet, non humana, ſed diuina virtute illa fuiſſe patrata. Itaq; Chriſtus eorum cogitationes detegẽs, dicit: Vt quid mala cogitatis in cordibus veſtris? Quaſi diceret: Me dicitis blaſphemantem, q dico paralytico: Remittuntur tibi peccata tua, cum ſolus peccata remittat Deus. Si nõ creditis me poteſtatem habere dimittẽdi peccata, dicite mihi qua poteſtate ego cogitationes cordium veſtrorum cognoſco ſecretas, cum æque dei ſit ſolius peccata dimittere, & cordis intueri ſecreta? Quid eſt facilius, id eſt, minoris poteſtatis, dicere: Remittuntur tibi peccata tua, an dicere: Surge & ambula? Aequæ virtutis ſane eſt vtrunque. Vtrunq; eñ diuinam exigit virtutem atq; potentiam infinitam, niſi quod in hoc differentia eſt. Nã in corporali miraculo aduertere poteſtis eius poteſtatem, per remiſſionem autem peccatorum cuiuſmodi & an ſequatur effectus, aut virtus, ignoratis. 1. Reg. 16

Vt autem ſciatis quoniam filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. Et ſurrexit, & abijt in domum ſuam.

Vt vobis certum ſit licere filio hominis hoc eſt, filio virginis (nullum eñ habuit patrem in terris filius Dei) abſq; blaſphemia dimittere peccata, videbitis ꝙ facturus ſim miraculum, quo cognoſcatis non hũana virtute, ſed diuinitate me niti. Mandat itaq; paralytico, dicens: Surge, tolle lectum tuum. Quare tolli lectum iubet? Ne phantaſticum putetur miraculum: & vt lectum tollere poſſit atq; portare, qui à quatuor viris huc fuerat portatus. Probat aũt bifariam hoc miraculo ſe eſſe Deum. Primo quia propria virtute illum infirmũ curat, ꝙ ſolius Dei eſt. Secundo, quia infirmum hunc ſanauit in teſtimonium diuinitatis ſuæ, quo murmurantes conuinceret, non falſo ſibi diuinitatẽ arrogaſſe, ſed verum ſe dicere nec blaſphemare, ſi dicat ſe Deum, aut ſi etiam peccata dimittat. Hoc nanq; miraculũ nõ potuit eſſe niſi à Deo, cum per naturam hæc infirmitas hoc modo, id eſt, tam ſubito & nullo adhibito medicamine, prorſus ſit incurabilis. Et cum ipm miraculum fieret in teſtimoniũ diuinitatis Chriſti, q̃ probaret ſe vere eſſe Deũ, veraq; eſſe quæ prędicabat, ideo nõ potuit non verꝫ teſtari. Alioquin Deus, qui in huius rei teſtimonium & cõfirmationem verborum & operꝫ Chriſti, hoc fecit miraculum, aſtruiſſet (ꝙ impoſſibile erat) mendacium, aut mentienti ſuffragiũ præſtitiſſet.

Videntes autem turbæ timuerũt & glorificauerunt deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus.

Turbæ timebant videntes Ieſum peccata dimittere, vidẽtes eum ſecreta cordium manifeſtare: & in horꝫ teſtimonium cõfirmationemq; videntes eũ non orando, ſed imperando morbos incurabiles fugare. Fuit aũt hic timor reuerẽtiæ. Siquidẽ hinc mirabilem Chrĩ ppenderunt ſanctitatem dignitatemq;. Et q̃uis nondum crederent ipm Deum, crediderunt tñ illum ſanctiſſimum virꝫ diuina virtute plenum, qũo Nicodemus de illo ſenſit, dicens: Scimus qm̃ à Deo veniſti magiſter. ſ. nobis miſſus. Nemo eñ poteſt hęc ſigna facere quæ tu facis niſi Deus fuerit cũ eo. Fatebatur Deũ per illum operari, nõ fatebatur eum eſſe Deũ. Sic turbę præ illius reuerẽtia & admiratione timebant, & glorificabant Deum, gratias & laudes illi offerentes, ꝙ tantam poteſtatem, vt hæc tria quæ pauloante dixi Chriſtus potuiſſet, dedit hoĩbus. i. Chr̃o, quem hoĩem tm̃ putabant. Ex conſideratione itaq; ſanctitatis Chriſti, ex conſideratione magnitudinis eius reſiliebãt in conſiderationem quoq; ſuæ paruitatis, vilitatis & iniq̃tatis: quare etiam diuinæ iuſtitię contra ſe rigorem non immerito formidabant. Et de hoc hactenus. Cæterum ꝙ in Euangelio hoc & miraculo ante peccata dimiſerit infirmo, q̃ illi corporis reſtitueret incolumitatem, nõ otioſum eſt. Haud dubium nãq; ſi nõ aliud vel hoc ſignificatur nobis, multa quemadmodũ Pſal. ait: flagella eſſe peccatoris, & miſericordiſſimum patrem ſe exhibere deũ qñ hic flagellat. Siquidem ego, inq̃t, quos amo, arguo & caſtigo. Et Paulus: Flagellat aũt om̃em filium quem recipit. Quocirca & hic paralyticus, & alij item multi quotidie doloribus, infirmitatibuſq; exercentur, vt ab illis delectationes, deſideriaq; ſeparentur peccatorꝫ. Quod cuicunq; id fiat, ſalubriter fit, & gr̃as agat clementiſſimo patri, q non ſeruat illi vindictã in diem extremæ vltionis. Eſt tñ aduertendum multiplicem eſſe

Iohan. 3 · Pſalm. 31 · Tob. 12 · Hebr. 12

 cauſam

cauſam infirmitatum aut tribulationum,
quare infligantur mortalibus. Primo nan
que id contingit in vltionem ac purgatio
nem pctõꝝ, puta, vt eruantur delinquen-
tes à mala voluntate libidineq́ꝫ peccandi.
Oſee 2 Hoc in Oſee per adulteram mulierẽ nobis
inſinuatur, q̃ relicto marito ſuo poſt ama-
tores ſuos cucurrerat, & ꝑ tribulatiões, mi
ſerias, ęrumnasq́ꝫ cõpulſa ad primum redi
re ſtatuit maritum, figurã in ſe exprimens
aĩæ peccatricis, q̃ relicto ſpretoq́ꝫ Deo, va-
dit poſt deſideria, & poſt concupiſcentias
Eccl 18 ſuas. Veruntñ ſæpenumero miſericordiſſi
mus Deus illam miſeratur, & ſepit viam
eius ſpinis, tribulationum & infirmitatũ,
vt etiam volẽs ire poſt peccata ſua nõ poſ-
ſit, donec in ſe tandẽ reuerſa vltro dicat:
Oſee. 2 Reuertar ad viꝝ meũ priorem, cui ſcilicet
in baptiſmo deſponſata ſum, quia magis
mihi (vt propheta dicit) bene erat tunc, qñ
ſcilicet Deo obediens ei adhæſi, q̃ nunc, dũ
ſequor concupiſcentias meas, dæmonum
Dani. 4 ſtudia imitor, illis ſeruiẽs. Hoc modo Na-
buchodonoſor ad ſui eſt agnitionem per
calamitates reductus, vt daret gloriã deo,
contra quem ſupbus ſe erexerat. Hoc mo-
2. Par. 33 do Manaſſes in carcere pœnituit, deditq́ꝫ il
li vexatio intellectum. Hoc deniq́ꝫ modo
Num. 12 Maria ſoror Moſi, quæ detraxerat fratri,
lepra percuſſa reſipuit, manifeſtã Dei pla-
2. Para. 26 gam in ſe agnoſcẽs. Hoc modo Ozias quo
que rex pſumptionis atq́ꝫ temeritatis pœ-
nas dedit: & ꝙ ſperat correctus eſt. Scd'o,
cõtingit infirmitates aut ſupplicia dari ad
vltionem peccatoꝝ, ad exterminium ſcili
cet hoĩs, & inchoationem æternæ pœnæ.
Nume. 16 Hoc modo Dathan & Abiron, quos rebel
les, detractores, contumacesq́ꝫ Deo illis iu
ſta reddente terra deglutiuit. Hoc modo
Acto. 12 Herodes per elationem, aliiſq́ꝫ facinoribꝰ
delinquens, percuſſus eſt à Deo, & corro-
ſus vermibus expirauit. Similem exitum
2. Mach. 9 Antiochus habuit. Pharao quoq́ꝫ inter fla
Exod. 9. 12 gella non melior, ſed durior factus tandẽ
Ezec. 31 male periit. Tertio, infirmitas inducitur
Iohan. 9 ad gloriam dei manifeſtandam. Huiuſmo
di accidit cæco à natiuitate, quem dñs illu
minauit. Nam interrogãtibus Chriſtum
eius diſcipulis, an hic peccaſſet cęcus, an ei
us parentes, quamobrem cæcus naſceret:
reſpondit dñs Ieſus, neq́ꝫ hũc neq́ꝫ eius pa
rentes peccaſſe, ſeu peccãdo id cõmeruiſſe,
vt cæcus ille naſceretur, ſed vt manifeſtare
tur gloria Dei. Quarto infligitur aduerſi-
tas ad humiliationem, cuiuſmodi Paulo
apoſtolo accidit, qui de ſeipſo confitetur, 2. Cor. 12
dicẽs: Ne magnitudo reuelationum extol
lat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meę
angelus ſatanæ, qui me colaphizet: quæ
tamen tentatio vt illi accidiſſe intelligere-
tur, non ad illius deſtructionem, ſed ad æ-
dificationem, ſequitur mox: Propter ꝙ ter
dñm rogaui, vt diſcederet à me, & dictum
eſt mihi: Sufficit tibi Paule gratia mea. Nã
virtus in infirmitate perficitur. Quid eſt,
virtus in infirmitate perficitur? Superbia
aut complacentia propria ex bene actis re
bus, ſeu in donis Dei humiliatur, ne bona
quoq́ꝫ noſtra & dona dei nobis ſint in aĩæ
iacturam, ſeu ruinam. Quinto, afflictiões
calamitatesq́ꝫ eueniunt homini, ad oſten-
dendam illius innocentiam, ad patiẽtiam Iob 1
cõmendandam. Huiuſmodi fuit Iob, cuiꝰ
innocentia, ſimplicitas, pfectioq́ꝫ vt oĩbus
nota fieret pbari ac manifeſtari illũ opor-
tuit ad noſtram ędificationem, quo vobis
exempla quoq́ꝫ virtutum in eo latentium
erumperent, atq́ꝫ ad imitationẽ nos inuita
rent. Quocirca vos filii eſtote patientes &
mites abſq́ꝫ murmuratiõe, in oĩbus aduer
ſitatibus q̃ veniunt ſuper vos. Accipite eas
de manu benigniſſimi patris. Nolite infir-
mitates corpoꝝ importune deprecari, ma
gis orate Deum, vt vobis patiẽtiam & for
titudinem ad ſuſtinenda aduerſa tribuat,
q̃ vt à calamitatibus oĩbus eripiat. Pro
peccatis veſtris eadem quæ ille pro vobis
paſſus eidem offerte. Quæ vos aũt patimi-
ni, non tanti æſtimetis vt digna ſint quæ ꝑ
peccatis veſtris illi audeatis offerre. Nimis
eñi eſt modica in his virtus. Quare, vt dixi
indigna iudicate, quæ pro peccatis veſtris
in ſatisfactionem Deo offeratis: ſed, vt di-
xi, eius ſatisfactionem ſufficientem, ac di-
gniſſimam illi ꝑ vobis offerte. Si vero bo-
ni aliquid agere vos contigerit, aut mali
pati quippiam, hoc Deo ad eius gloriam,
ad eius honorem, ad eiuſq́ꝫ beneplacitum Ephe. 2
offeratis. Diues eſt eñi deus in miſerationi
bus, hic tamen nos liberos nuſq̃ citius à
peccatis faciet, quàm in ſanguine ſuo, in
morte ſua, in vulneribus ſuis, in pœnis ac
virtutibus ſuis. Hoc nobis omnibus piiſſi-
mus dominus noſter Ieſus Chriſtus con-
cedat, qui cum patre & ſpiritusancto Deus
viuit benedictus in ſecula. Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA. De pœnitentia, confidentia, & cogitationibus malis.

Aſcen-

AScendens Ieſus in nauiculam
Matth. 14 transfretauit & venit in ciui⸗
Iohan. 21 tatem ſuam. Matth. IX. Dñs
Ieſus ꝙ Petro conceſſit, vt am
bularet ſuper mare, ipſe naui⸗
cula vti voluit, quo per fretum ſeu ſtagnũ
maris tranſiret. Docere quoq; in hoc nos
voluit, ꝙ in patriam noſtrã redire nitimur,
vt hoc æuo quo viuimus, & quo nõ aliter
ꝙ̃ in mari ſumus transfretantes nauicula
debeamus vti pœnitentiæ, qua transueha
Ephe. 2 mur ad patriam ſeu ad ciuitatem noſtram.
Hæc eſt ciuitas cuius Apoſtoli aliĳq; ſan⸗
cti non fuerunt hoſpites & aduenæ, ſed ci
ues & domeſtici Dei: ad ꝙ̃ ſumus nos quoq;
creati, ad ꝙ̃ ſumus per Chr̃m redempti, cu
iuſq; vt ſimus ciues, ſumus adoptati. Hæc
eſt illa ciuitas ꝙ̃ futuram inquirimus, non
Hebr. 13 habentes hic interim aliam ciuitatẽ. Quia
aũt oẽs peccatores ſumus, ideo cunctis eti
am nobis pœnitentia eſt neceſſaria. Hæc
pœnitentia in omni loco, in omniq; ſtatu
agi, ſeruariq; poteſt, niſi quiſpiam ſit ſtat9
officiumve aut miniſterium, ꝙ abſq; pecca
tis exerceri non poſſit: hunc ſtatum relin⸗
Matth. 9 quere oporteret, ſicut Matthęus theolona
Marci 2 rĳ reliquit officiũ. Quamuis aũt pœniten⸗
Matth. 3 tiam facere in omni ſtatu licito (vt dixi) qs
poſſit, difficile tñ eſt eandem, p̃ſertim quo
ad dignos fructus pœnitentiæ recte imple
ri in ſeculo, & in conuerſatione hoĩm, vbi
centum inueniuntur ante, qui à pœniten⸗
1. Tim. 3 tia retrahant, ꝙ̃ vnus qui adhortetur. Oẽs
eñ qui pie volunt viuere in Chr̃o perſecu
tionem patientur. Et hoc quidem olim an
te mille quingentos annos ita ſcriptũ eſt,
qñ feruebat deuotio, qñ ardebat charitas
in oĩbus. Quid hodie ſit vbi ex diametro
Matth. 19 ſanctis inſtitutis bene viuẽdi repugnatur?
Marc. 10 Quis volens ſua pauperibus diſtribuere,
Lucæ 18 & Chr̃m pauperem ſequi, nõ deridebitur,
Mat. 10. 14 dehortabitur: & ſi perſeuerauerit, non vt
inſanus deſpicietur? Tanta eſt nunc mali⸗
cia tempoꝝ, vt magis qui abſtinet mundo
Matth. 5 reprehendatur ac ſubſannetur, ꝙ̃ ꝙ ſeruit.
Quamobrem cum dñs dicat: Videant ho⸗
mines opera veſtra bona, vt glorificent pa
trem veſtrum qui in cœlis eſt (quod tñ de
operibus bonis neceſſarĳs, & ad quæ tene
mur maxime intelligendum eſt, nõ de ſin
gulis arbitrarĳs aut ſuperogatorĳs, quę ꝓ
pria quis ſibi deuotione præſcribit) hodie
tamen tanta eſt hoĩm corruptio, tanta cor
ruptorum multitudo, vt pene dicendum
ſit: Abſcondita ſint opera veſtra bona co⸗
ram hominibus, ne videant, & derideant,
perſequantur, ſcandalizentur & peccent.
Dixi igitur inter homines difficulter pœni
tentiam poſſe obſeruari. Fuerunt eamob⸗
rem ad pœnitentiam olim inſtituta mona
ſteria, quo tam à gloria mundana ꝙ̃ à mun
di perſecutione liberi pœnitentes Deo ſer
uirent. Sed hic ſtatus quoq; hodie perſecu
tionem patitur. Quem certe quiſquis nũc
quærit, qñ cõtemptus eſt ſtatus ille mũdo
maiori eſt præconio laudandus, maioris⸗
que deuotionis ſperandus futurus, ꝙ̃ olim
ſi quis monachatum, qñ is tum erat ſtatus
glorioſus petiſſet. Vbi igitur monaſtice ad
huc viuere licet, atq; Deo ſeruire, ibi tran⸗
quillo magis aĩo Deo ſeruitur. Neq; enim
vt apoſtatæ monachi quidam ſtatui illi de
traxerunt (qui impudenter illum quoq;
reliquerunt) ibi ceremoniæ ſolæ ſunt. Nã
in monaſterĳs bene inſtitutis vigilatur, vt
ſit pax animi, fratrum concordia, charitas
corpoꝝ maceratio, mortificatio vitiorum
puritas cordis, ſalus animaꝝ, & exornatio
virtutum. Ibi nanq; certatim boni mona⸗
chi pro virtutibus, puta pro hũilitate ma⸗
iori, pro manſuetudine, pro deuotione ac
pietate in Deum contendunt, ibi magis ꝓ⸗
ficere indies conantur. Ibi ſe deniq; deo ac
propter Deum hoĩbus ſubĳcere quotidie
magis ſatagunt. Ad huiuſmodi aliquod
monaſterium tibi ꝓperandum foret, qui
pro peccatis tuis pœnitentiam agere inſti⸗
tuiſti, aut qui vitam tuam oẽm cupis Deo
ſacrificare. Quod ſi obtinere tibi non con
tingat, in domo tua ab alĳs hoĩbus ſepara
tus monachum age, fuge loca publica, &
hominum, ꝙ̃tum potueris cœtus, viue ab
hominibus & curis abſtractus: paꝝ aut
vix loquere, ſtudio & orationi inſiſte: dele
ctationibus ſenſuum repugna, ac volupta
tes quæ neceſſariæ non ſunt naturæ ꝓſcin
de. Et in hoc modo viuendi, tanꝙ̃ in naui⸗
cula perſeuera. Bonum quidem eſt in mo⸗
naſterio ac in religiõe viuere, in qua, vt D.
Bernardus expertus dicit, homo viuit pu⸗ Bernardus
rius, cadit rarius, ſurgit velocius, incedit
cautius, qeſcit ſecurius, irroratur frequen⸗
tius, purgatur citius, moritur confidenti9,
remuneratur copioſius. Sed bonum eſt eti
am, cui religiõis monaſticæ ſtatus, aut nõ
quadrat, aut non conceditur, in domo ſua
abſtractam vitam ab hoĩbus ſolitariamq;
agere, & ſanctis exercitĳs Deo vacare. Sit
igitur nobis prima hæc eruditio euange⸗
lica, vt per pœnitentiam transfretemus

in ciuitatem & patriam noſtram. Secundo, inſtruat nos quod Chriſtus monuit paralyticum vt confideret. Multa nanque & magna impetrare poteſt cõfidentia ad Deum. Sciendum tamen confidentiam eſſe triplicem. Prima enim mala eſt confidentia, cum quis de Dei miſericordia præſumens, aut tam faciliter eam ſibi promittens, vt ſuper miſericordia diuina peccet.
Eccés 8 Quia enim, vt Eccleſiaſtes habet, non profertur cito contra malos ſententia, abſque vllo timore filij hominum perpetrant mala. Hac confidentia multiplici modo fallit diabolus hominem. Aut enim Dei miſeri
Pſalm.10 Sapien.12 cordiam tam magnam bonitatemq́; promittit, vt iuſtus eſſe Deus definat, vindexque malorum. Aut ſibiipſi pollicetur pœnitentiam ſe facturum, gratiam Dei ſe impetraturum, emendaturumq́; omnia ante mortem. Hæc, inquam, omnia inanis, humana fallaxq; præſumptio ſibi pollicetur, quæ tamen nihil poteſt præſtare, propterea quod in Dei dono & manu ſint hæc omnia conſtituta. Niſi enim dominus te ad pœnitentiam induxerit, niſi contritionem infuderit, & gratiam emendandiq́; contulerit voluntatem, fruſtra de te aliquid tibi quod minime tuæ eſt facultatis, promittis. Mirum quoq; eſt valde, quod tam ſtultam habemus confidentiam, cum milies, ſi volumus, ante oculos videmus quàm difficilis, quàm imperfecta, quàm deſolata, q̃ diffidens, quamq́; raro vera ſit pœnitentia quæ differtur vſq; ad finẽ. Quid ergo ſperamus, aut quid præſumimus, cum id aliter contingere fere cernimus in omnibus, quàm imparati ſcilicet ad moriendum, q̃ inuiti, quàm triſtes, & interdum amentes, & muti moriuntur? Si tibi, quod veriſimile eſt contigerit, vbi tunc erit præſumptio tua dicens: In fine ego pœnitebo? Modo igitur hoc cogita, modo noli eſſe ſecurus de peccatis tuis, ſed libera te ab eis, vt in ſecuritate viuas, quanta à bona conſcientia poteſt haberi, & moriaris. Cæterum male agere, & ſecurum interim eſſe, ſtultitia eſt
Eccés.8 ſtultius. De his loquitur Eccleſiaſtes dicẽs: Sunt impij qui ita ſunt ſecuri, quaſi iuſtorum facta habeant. His certe nihil inſipientius. Quid enim tam præſumptuoſum, q̃ male viuere, & bonum finem expectare? De his autem loquor, qui pœnitẽtiam hic renuunt, qui conuerti ad Deum nolunt, emendationemq́; vitæ vſq; ad mortẽ, hoc eſt, vſq; dum peccare amodo non poſſunt differunt. Ad hanc fiduciam pertinet promittere ſibi vitam lõgam, perſuadere ſibi dies multos, ſingulare robur, & ſanitatem credereq́; ſe diu victurum. Quapropter in Sapien.5
Sapientiæ libro dicitur: Spes impij quaſi lanugo eſt, quę à vento tollitur, & tanquã ſpuma gracilis quæ à ꝓcella diſpergitur, & tãquam fumus, qui à vento diffuſus eſt, & tanquam hoſpitis vnius diei memoria prætereuntis. Secunda confidentia eſt fallax & fraudulenta. Ea ſcilicet quam quis habet in aliqua creatura, aut in aliquo dono naturæ, ſeu gratiæ gratis datę. Scriptũ Iere.17
nanq; eſt: Maledictus qui ponit carnem brachium ſuum, hoc eſt, qui cõfidit in homine. Bonum enim eſt confidere in domino, quàm confidere in homine. Quando Pſalm.117
in hoĩe confidis, in quo confidis? In eo ꝑfecto qui ſeipſum dum miſer eſt iuuare non poteſt. In eo, inquam confidis, quem neſcis an craſtina ſit luce futurus. Benedictus Iere.17
itaq; vir qui confidit in dño, & erit dñs fiducia eius. Nec glorietur ſapiens in ſapien Iere.9
tia ſua, nec vir fortis in robore ſuo, ſed in eo ꝙ agnoſcit diligitq́; dñm, in quem omnem ſuum iactat cogitatum. Porro ſi in diuitijs confidis, ſcito te eſſe ſtultum, quia diuitiæ te non liberabunt in die mala. Et ideo dicit Sapiens: Qui confidit in diuitijs Prou.11 Baruch.3
corruet. Et in Baruch ſcribitur: Vbi ſunt qui argentum theſaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non eſt finis acquiſitionis eoꝝ? Sequitur aũt poſt pauca. Exterminati ſunt, & ad inferos deſcen Ibidem.
derunt: & alij in loca eorum ſurrexerunt. Tertia cõfidentia ſeu fiducia eſt ſancta, bona, & cõmendata, qua oĩs alia fiducia abijcitur, vt in Deo ſolo confidatur. Beati igi Pſalm.2
tur omnes, qui confidunt in eo. Nemo eñ in eo confidens vnq̃ derelictus eſt. Ideo hortatur Pſalmiſta dicens: Spera in eo, & Pſalm.36 Ecci.2
ipſe faciet. Et Eccleſiaſticus: Reſpicite filij nationes hominum, & ſcitote quia nullus ſperauit in dño & confuſus eſt. Quis eñ permanſit in mandatis eius, & derelictus eſt? Extendit autem hæc confidentia ſe ad quatuor. Primo, vt confidas Deo de temporali prouiſione, vt Pſalmiſta monet: Ia Pſalm.54
cta cogitatum tuum in dño, & ipſe te enutriet. Et Petrus: Omnem, inquit, ſolicitudi 1.Petri 5
nem veſtram proijcientes in eum, nam ipſi cura eſt de vobis. Idcirco miro ſtudio hortatur nos veritas, vt ab inutili illa ſolicitudine abſtineamus, dicens: Nolite ſoliciti Matth.6
eſſe, dicentes: Quid manducabimus, aut quid

quid bibemus, aut quo operiemur? Scit e-
nim pater veſter cœleſtis, quia his omni-
bus indigetis. Quærite aũt primũ regnum
Dei, & omnia hæc adijcientur vobis. Por-
ro diuinam prouidẽtiam cui confidamus
præſtolari nos conuenit, cõſiderantes tria
in Deo. Primo eius paternam conditionẽ,
Lucæ 11 pertinet eñ ad patrem ꝓuidere filijs ſuis,
vt in Luca Chriſtus dicit: Si vos cum ſitis
mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, q̃-
Pſalm. 102 tomagis pater veſter bona dabit petenti-
bus ſe? Itemq́ꝫ: Quomodo miſeretur pater
filiorum miſertus eſt dominus timẽtibus
ſe. Secundo, conſiderando Dei ſolitam be
nignitatem. Ita eñ de patribus noſtris le-
gimus, quod illorum curam habens neceſ
3. Reg. 17 ſaria in omni defectu illis adminiſtrauit.
Nam quis ꝓcepit coruo vt paſceret Eliam,
adferens ei carnes & panes, iuxta torren-
tem Carith? Aut quis torrente exiccato a-
Ibidem. pud mulierem viduam religioſam illum
Exod. 16 ſuſtentauit in Sarepta Sidomorum niſi is
qui dixit: Præcepi enim mulieri viduæ, vt
Num. 11 paſcat te? Nonne filijs Iſrael, deficiente fa-
Sapien. 16 rina quam ſecum ſumpſerant ex Aegypto
præbuit manna, quo illos paſceret de cœ-
lo? ſicut ſcriptum eſt: Angelorum eſca nu
triuiſti populum tuum. Tertio, penſando
Dei liberaliſſimam diſpenſationem, qua
Matth. 6 homines & iumenta paſcit, volucres cœli,
& piſces maris. Reſpicite, inquit, volatilia
cœli, quoniam non ſerunt neqꝫ metunt,
neqꝫ congregant in horrea, & pater veſter
Ibidem cœleſtis paſcit illa. Et adijciens: Nonne, in
quit, vos plures eſtis illis? Hæc fiducia ſeu
confidẽtia modum ponit, atqꝫ reſiſtit aua-
ritiæ & tenacitati, ſuperfluam ſolicitudinẽ
abigit, diffidentiam caſtigat, prouocatque
ad dandam eleemoſynam. Cõfidentia eñ
Prouer. 11 non timet defectum. Cõtra vero, qui con
fidit in diuitijs ſuis corruet, vt dicit Sapi-
ens. Nimia enim ſolicitudo id agit vt plæ-
runqꝫ careamus neceſſarijs. Quia eñ pru-
dentiæ & curæ noſtræ nimiũ fidimus aut
tribuimus, ſinit deus aduerſa omnia occur
rere, quo videamus, quàm nihil nobis no-
ſtra ſolicitudo conferat, niſi Deo auctore
& directore. Secundo, confidas Deo pro
obtinenda peccatorum venia. Ad q̃d ho-
die quoqꝫ in Euãgelio hortatur Chriſtus
paralyticum, dicens: Confide fili, remittun
tur tibi peccata tua. Ad hanc fiduciam in-
uitat ſimiliter, noſq́ꝫ roborat trium conſi-
deratio. Primo, ingenita bonitas, atqꝫ na-
turalis miſeratio Chriſti, qui ore ſuo be-
nedicto dicit: Miſericordiam volo & non Oſee. 6
ſacrificium. Ipſe nanqꝫ ad dandum & par- Matth. 9
cendum eſt pronior, quàm nos ad accipi-
endum. Secundo, Dei incarnatio, quæ ali-
ud nobis non loquitur quàm veniam &
miſericordiam, vt ad Timotheum ſcribit
Paulus dicens: Chr̃s venit in hunc mun- 1. Tim. 1
dum, peccatores ſaluos facere. Et Chriſtꝰ:
Filius hominis non venit in mundum, vt Iohan. 12
iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus
per ipſum. Et in Luca: Filius hominis nõ Lucæ 9
venit homines perdere, ſed ſaluare. Tertio
patiens Dei expectatio. Vnde Iſaias: Pro- Iſaiæ. 30
pterea expectat dominus vt miſereatur ve
ſtri. Et Paulus: An ignoras, quia benigni- Rom. 2
tas Dei ad pœnitẽtiam te adducit? Tertio,
confidas Deo pro ereptione in tentatiõe.
Quapropter in Pſalm. dicit dominus: Cla Pſalm. 90
mauit ad me, & exaudiam eum: cum ipſo
ſum in tribulatione, eripiam eum & glori
ficabo eum. Iacta igitur cogitatum tuum Pſal. 54
in domino, & ipſe te enutriet. Augeri au-
tem in nobis, & creſcere debet cõfidentia
illa pariter ex tribus. Primo, ex hoſtiũ de-
preſſione, de qua Chriſtus diſcipulis loqui
tur, dicens: Confidite, quoniam ego vici Iohan. 16
mundum. In Chriſto igitur confide & vin
ces, eius victoria tua eſt, eius virtus tua eſt
eius innocentia ſalus tua eſt. Secundo, ex
tui protectiõe. Dominus enim protector Pſal. 26
vitæ meæ, à quo trepidabo? Qui ad Abra- Gene. 15
ham loquens: Noli, inquit, timere Abra-
ham. Ego protector tuus ſum. Tertio, ex
diuina bonitate. Adeo eñ bonus eſt De-
us, vt vltra vires tuas nolit te grauari, ſicut
Paulus dicit: Fidelis Deus qui non patie- 1. Cor. 10
tur vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed
faciet etiam cum tentatione prouentum,
vt poſſitis ſuſtinere. Quarto, confidas Deo
in gloriæ expectatione, omniumq́ꝫ bono-
rum remuneratiõe. Idcirco Hebræos Pau Hebr. 10
lus admonet, dicens: Nolite amittere con
fidentiam veſtram, quæ magnam habet re
munerationem. Hęc autem confidentia fu
turæ beatitudinis ſimili modo fulcitur ex
tribus. Primo, ex conuentione ſeu promiſ
ſione. Ita enim nobis dominus promiſit,
nam interroganti ſe quid faceret, vt vitam
æternam poſſideret? reſpondit: Si vis ad vi Matth. 19
tam ingredi, ſerua mandata Dei. Item de
his quos in vineam conduxit dominus in
parabola euangelica dicit: Conuentione Matth. 20
autem facta ex denario diurno, miſit eos
in vineam ſuam. Item ad Apoſtolos: Vos Lucæ 22
qui permanſiſtis mecum in tentationibus

meis, ſedebitis mecũ in regno meo ſuper
ſedes duodecim, iudicantes duodecim tri
bus Iſrael. Secundo, fulcitur, augeturq́; ex
noſtra redemptiõe, hoc eſt, ex Chriſti paſ-
Hebr. 10 ſione. Habemus enim, vt Paulus dicit, fidu
ciam in introitu ſanctorum in ſanguine
Chriſti. Quæ enim eſt alia fiducia noſtra,
aut quæ ſpes, quæve conſolatio, quã in ſan
Gene. 4 guine Chriſti, qui melius efficaciusq́; pro
nobis ad patrem clamat quàm ſanguis A-
bel? Tertio, fulcitur hæc confidentia ex o-
Ioel. 2 ratione noſtra. Siquidem quicunq; inuo-
cauerit nomen dñi, ſaluus erit. Sciendum
tamen confidentiam ſanctam nobiliſſimũ
eſſe donum, quod nec fallere nec falli po-
teſt, vtpote bonitati ſoli diuinæ innitens,
quamuis nulla confidentia debeat dici ſan
cta in eo, qui Dei mandata cum poſſit, nõ
vult obſeruare, nec in eo, qui Dei licet ſer-
uet mandata, in obediẽtia tamen ſua, hoc
eſt, in ſua perfectione confidit huicq́; inni
titur: ſed tantum ille veram habet confi-
dentiam, qui quantũ nouit, quantum po-
teſt, Deo placentia agit, in his tamen con
fidentiam ſuam non ponit, ſed in meritis
ac paſſione Chriſti tantum confidit. Pro
hac confidentia debemus dominum con-
tinuo atq; perſeueranter orare. Tertio ac
poſtremo inſtruat nos, quod dominus re
prehendens ſcribas: *Vt quid, inquit, cogi-
tatis mala in cordibus veſtris?* Si cogitatio
nes malæ non eſſent peccata, non eas Chri
Matth. 15 ſtus reprehenderet. Nam & cum phariſæi
diſcipulos Chriſti notarent, propterea q̃d
non lauabant manus ſuas manducaturi,
dominus illos excuſans, dicebat: Non lo-
tis manibus manducare, non coinquinat
hominem: ſed ea quæ de corde exeunt,
hæc ſunt quæ coinquinant hominem: &
exempli gratia multa, quæ de corde ex-
eunt coinquinantia hominem recenſens,
nominat etiam cogitationes malas. Sunt
igitur cogitationes malæ cauendæ. Quæ,
inquis, ſunt malæ? Hæ ſcilicet quorum ope
ra, ſi fierent eſſent mala aut damnabilia,
horum etiam cogitationes ſunt noxiæ &
malæ, non quia ſunt nudæ cogitationes,
tantum & fantaſiæ quantum attinet ad a-
ctum cogitãdi, ſed vt ſunt peccatorum co
gitationes, quarum res cogitatæ delectãt,
tametſi conſenſus repugnet ad operandũ,
nõ tamen repugnat in cogitationibus re-
rum cogitatarum ad delectandum, ſeu ad
corde voluptuandum in illis. Prohibet au
tem adeo dominus peccatum vt nolit ſer-
uos ſuos neq; opere, neq; lingua, neq; affe
ctu, neq; delectatione conſentire per ratio
nem peccato. Iterum dico, adeo tibi Deus
prohibuit peccatum, vt nolit non ſolum
vt agas peccatum, ſed etiam nolit, vt tu il-
lud velis, optes aut diligas: imo nolit vt
ſponte ſinas affectum tuũ eſſe inclinatum
peccato, aut vt in peccato, hoc eſt, vt in re
cogitata quæ peccatum eſt, ſponte delecte
ris voluptuerisq́;, vt fit ſæpe in his qui car
nalia meditãtur. Poteſt tamen fieri, vt ten
tatio carnalis, aut in carne, aut in imagina
tione & affectu te inuitum moleſtet, imo
vt etiam ſecundum rationem inuitum, ſen
ſualem appetitum tuum delectet, & ſis ni-
hilominus abſq; periculo mortalis pecca
ti. Non poteſt aũt (vt doctoribus ſanctis
placet) fieri, vt quis voluptatis aut delecta
tionis animi gratia, in peccato mortali co-
gitato (etiam ſi nolis illud facere) delecte-
ris animo deliberato, & in delectationem
rei cogitatæ conſentias abſque periculo
mortalis peccati. Quod à nobis auertat Ie
ſus Chriſtus Dei filius in ſecula benedi-
ctus, Amen.

DOMINICA XX. POST DOMINICAM S. Trinitatis, Epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Epheſios V.

Videte quomodo caute ambuletis. Non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes, quæ ſit uoluntas Dei. Et nolite inebriari uino, in quo eſt luxuria: ſed impleamini ſpiritu ſancto, loquentes uobiſ-metipſis in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus ueſtris domino: gratias agentes ſemper, pro omnibus, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, Deo patri, ſubiecti inui-cem in timore Chriſti.

PARA-

PARAPHRASIS IN Eandem epiſtolam.

Ante monuerat Apoſtolus Epheſios tenebrarum operibꝰ non communicare, nec horũ participes fieri: magis autem ea redarguere. Hic autem admonet, vt cauti ambulent atque prudenter, dicens: Videte ac ſagaciter vobis proſpicite, quomodo prudenter & caute ambuletis, circunſpiciendo vobis in omni loco & opere, quomodo tentationum inſidias, peccatorumque euitetis occaſiones, ne aut veſtris, aut aliorum vitijs inquinemini. Nõ quaſi inſipientes, vt hi faciunt, qui quamuis nulla peccandi voluntate trahantur, à ſpecie tamen mali non abſtinẽt, quod eſt inſipientiæ, dum alijs occaſionem præbent ſcandali: ſed ambuletis, inquit, vt ſapientes, quorum conuerſatio tã in interiori quàm exteriori homine corã Deo & hominibus irreprehenſibilis ſit: recuperantes tempus aliquando infructuoſe tranſactum, aut redimentes illud ne otioſe tranſigendum amittatis, quo nunc eo ſitis feruentiores, quãto olim negligentiores fuiſtis, quoniam dies mali ſunt. Nõ quod dies in ſe ſint mali, ſed quod ex tempore homo facillime ſibi materiam occaſionemve, niſi prudentiſſime circumſpiciat, ſumat delinquendi. Aſcribuntur eñ tempori quæ fiunt in tempore. Inde eſt q̃d Chriſtus dicit: Sufficit diei malicia ſua. Et in Maccabæorum libro: Videns Ionathas quia tempus eum iuuat. Sequitur: Propterea nolite fieri imprudentes, indiſcreti, aut non circumſpecti, ne multa negligatis facienda, neve negligenda faciatis: ſed intelligatis quæ ſit voluntas DEI, quid à vobis ille requirat, quidve illi placeat.

1. Theſ. 5

Matt. 6
1. Mach. 12

Non vinum moderate ſumptum, ſed ebrietatem vobis prohibeo, ex quo luxuria generatur. Ita enim dicit: Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Iccirco quoq; dicit Sapiens: Luxurioſa res vinum & tumultuoſa ebrietas. Quicunq; his delectatur, nõ erit ſapiens. Porro, luxuria vbi fuerit ibi commorari non poteſt ſpiritus ſanctus. Ideo monet, dicens: Sed implemini ſpiritu ſancto, qui vos diuino ſalubriter inebriet amore, menteſque veſtras ab amore temporalium, ad æternorum deſiderium tranſmutet. Applicat autẽ ſimilitudinem ad ſanctam hanc ebrietatem ſpiritus, eorum conſuetudinem qui calicibus ſtudẽt epotandis, interimque nugantur ſimul iuxta vinum confabulantes, & cantantes. Ideo implemini, inquit, non vino in quo eſt luxuria, ſed ſpiritu ſancto, in quo ſobria eſt ebrietas mentis. Colloquentes vobiſipſis alterutrum in Pſalmis, in hymnis ac laudibus Dei, et in canticis ſpiritualibꝰ, quæ futura gaudia, cœleſtiumque bonoꝝ memoriam præludunt: cantantes & pſallentes in cordibus veſtris domino, tanq̃ hi qui diuino amore ſuauitatiſq; eius memoria ſunt ebrij, & gratias agentes Deo, non ad horam ſed ſemper, pro omnibus eius beneficijs, pro omnibus quoq; hominibus, quorum conſolatio & gaudium, veſtra eſſe debet conſolatio & gaudium, ſicut membra ſibi gratulari vnius corporis decet. Neque enim ſi oculus doluerit, & dolore recedente ſanitati fuerit reſtitutus, minus gaudebunt ſingula alia membra, quàm ſi ipſa fuiſſent afflicta, & denuo liberata. Ideo monet ꝑ omnibus nos gratias agere Deo patri miſericordiarum, & totius conſolationis, idq; in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti, per quem hæc omnia nobis dantur, in quem quoq; ſi agnoſcimus hoc, reſultat omnis laus & gratiarũ actio, quam patri offerimꝰ per filium, ſeu per nomen dñi noſtri Ieſu Chriſti. Itaque hæc omnia agentes, eſtote erga vos inuicem quoq; humiles & ſubiecti, alter alteꝝ honore præueniens, alter alteri deferens, portans, diſſimulans, tribuens, ignoſcens, & minorem vilioreq; vnuſquiſq; ſe oĩbus ſentiẽs in timore Chri, q dixit: Qui maior eſt veſtꝝ, ſit ſicut miniſter veſter. Et Eccleſiaſt. Quãto maior es, humilia te in oĩbꝰ.

Prou. 20

Prou. 23

2. Cor. 1

Roma. 12

Mat. 23

Eccli. 3

EXEGESIS EVANGELIJ dominicæ XX. poſt dominicam S. Trinitatis. Mat. XXII.

Vbi CHRISTVS dñs noſter palmis, honoribus, ac laudibus, in vltimo ſuo aduentu Ieruſalẽ aduenerat, & illa die duobuſq; ſequentibus à mane vſq; ad veſperam prędicationi intendens, multas diceret parabolas, quibus præcipue Iudæorum ingratitudinem taxabat gentis Iudaicæ deſertionem & electionem gentiũ, tandemq; ſuæ necis meditationem ac ma-

Marc. 21. 12
Luc. 19. 20

chinationem pungens. Quæ omnia cõtra
ſe intelligẽtes ſacerdotes ſummi, phariſæi
& ſcribæ, ira debacchati ſunt in eum, libẽ-
terq́; occidiſſent, niſi timuiſſent plebem, q̃
dñm Ieſum, vt prophetam colebat. Inter
multas itaq; parabolas, quas ibi dñs dixe
rat, vna harum hæc fuit, quæ hodie recen
ſetur ab Euangeliſta Matth. dicente dño.

**Simile eſt regnum cœlorum homi
ni regi, qui fecit nuptias filio ſuo.**

Regnum cœlorũ hic non pro futura be
atitudine accipitur, ſed pro eccleſia pręſen
Sapi.14 ti militante: ac ſi diceretur: Negociũ et ſta
tus militantis eccleſiæ aſſimilatur homini
regi, hoc eſt, Deo patri, qui propter clemẽ
tiam ſuam homo dicitur: propterea vero
quia gubernat omnia potenter ac ſapien-
tiſſime vocatur rex. Hic fecit nuptias filio
ſuo, vel dum in vtero virginis illi coniun-
xit naturam humanam, vel dum illi præ-
dicanti deſponſauit eccleſiã, cuius & amo
re Chriſtus mortuus eſt: vel dum animã
quamcunq; ſanctã tanq̃ ſponſam per fidẽ
& charitatem illi coniunxit. De hac vlti-
ma deſponſatione loquitur dñs per Oſee,
Oſee 2 dicens: Sponſabo te mihi in fide. Hæ nu-
ptiæ celebrantur in baptiſmo, vbi Deus
coniungitur animæ: celebrantur etiam ni
hilominus aut potius redintegrãtur in cõ
uerſione peccatoris. Habet enim anima poſt
baptiſmum peccans ſpeciem adulteræ, q̃
relicto viro ſuo fornicatur cum amatori-
bus alienis. Hanc tamẽ deus benigne iterũ
recipit redeuntem ſibiq́; reconciliat, quã-
Ibidem uis per prophetam dicat: Mulierem, quæ
ſemel ſpreuerit maritum ſuum & ab eo re
ceſſerit, denuo non redituram ad illũ, hoc
eſt, non iterũ à priore marito recipiendam.
Tu tamen, inquit, o anima peccatrix ta-
metſi me reliqueris & fornicata ſis cum a-
matoribus multis aliq̃tiesq́; reconciliata,
iterum atque iterum reliqueris, reuertere
ad me & ſuſcipiam te: tantum abeſt, vt be
nigniſſimus animarum amator Deus ani
Lucæ 15 mam ſpernat redire volentem, vt dicat e-
tiam angelis Dei fore gaudium ſuper vno
peccatore pœnitentiam agente. Hæ autem
nuptiæ celebrantur in thalamo conſcien-
tiæ tuæ, vbi Deo anima tua deſponſatur.
Crede autem hoc Deo tuo, nunq̃ fuit aut
erit tam caſtus, tamq́; feruens amor ſpon-
ſi ad ſponſam, q̃ eſt Dei ad animam. Tui
apud illũ iugis eſt memoria. Ipſe etiã Chri
ſtus filius eius ſponſus tuus ne tui obliui-
ſceretur, hoc eſt, ne in ipſius venire obliui-
onem te putes tibi dicit: In manibus meis
deſcripſi te. Revera in manibus Chriſti de Iſaiæ 49
ſcripti ſumus, qa cicatrices quinq; vulnerũ
qbus nos redemit ſibi tenuit, quo & ipſe
memor eſſet, & patri intuenda ſigna eadẽ
oſtenderet, quibus quãta pro hominibus
paſſus eſſet illũ (vt ſic loquar) admoneret.

**Et miſit ſeruos ſuos uocare inuita-
tos ad nuptias, & nolebant uenire.**

Per hos ſeruos prophetas intelligit pri
ores veteris teſtamenti ad Iudæos, qui cla
rius Chriſtũ q̃ lex p̃dicabant, & hortaban
tur plebẽ ad expectationem Chriſti, vt cre
deret in eum venturũ, quõ nos credimus
in eum qui venit. Sed nolebãt venire, hoc
eſt, nolebant prophetarũ monitis acquieſ
cere. Iudęi namq; pro bona parte fuerunt
ſemper duri, increduli ac inobedientes.
Quam duritiã recte Stephanus ille expro
brauit dum Chriſto teſtimonium mox la
pidandus ferret, dicens: Dura ceruice & Actu.7
incircuncisi corde & auribus, vos ſemper
ſpiritui ſancto reſtitiſtis, ſicut & patres ve
ſtri, ita & vos. Quem prophetarum non
ſunt perſecuti patres veſtri? Et occiderunt
eos qui prænunciabant de aduentu iuſti.
Moſes quoq; Iudęorũ populo loquens, di Deut.31
xit: Ego ſcio cõtentionem & ceruicem tu-
am duriſſimam. Adhuc viuente me & in-
grediente vobiſcum, ſemper contentioſe
egiſtis contra dominum: quantomagis cũ
mortuus fuero? Nolebant igitur venire.

**Iterum miſit alios ſeruos, dicẽs: Di
cite inuitatis: Ecce prandiũ meũ pa-
raui. Tauri mei et altilia mea occiſa
ſunt, et oĩa parata, uenite ad nuptias.**

Alij ſerui miſſi, ſunt poſteriores pphe-
tæ & apoſtoli ſeu ſucceſſores apoſtolorũ.
Hi dixerunt inuitatis, hoc eſt, Iudæis, qui
per legem inuitati ſunt, quomodo rex mã
dauerat: Ecce prandium meum paraui, ec-
ce myſterium incarnationis homo factus
perfeci, fidem inſtitui, credenda ordinaui,
ſacramentũ Euchariſtiæ dedi, ſcripturę ali
menta propoſui, et gratiarũ dedi chariſma Gregori.
ta. Tauri mei, inquit, & altilia mea occi-
ſa ſunt. Vt ſancti quidam doctores expo-
nunt, tauri patres ſunt veteris teſtamen-
ti, qui inimicos ſuos ſeueritate iuſtitiæ per
ſequebantur: altilia vero patres noui ſunt
teſtamenti, qui veluti altilia gratiarũ pin-
guedine ſatiati, & gratia contẽplationis,
quaſi

quaſi pennis quibuſdã ſubleuati, in altum volant. Hi, inquit rex, pro nuptijs filij mei ſunt occiſi, & proper fidem incarnationis, tam hi qui ſub lege fuerunt, quàm qui tẽpore Euangelij vixerunt, propter prædicationem & fidem incarnationis mortui ſunt, & omnia parata ſunt. Quicquid enĩ ad ſalutem homini eſt neceſſarium, puta adoptio, ſanctificatio, baptiſmus, pœnitẽtia, infuſioq; gratiæ, ianuæq; cœleſtis apertio, per Chriſti paſſionem ac meritum eſt conſummatũ, et vobis ſumendus fructus, ſumenda refectio, percipiendaque horum vtilitas offertur, nihil reſtat niſi vt veniatis & ingrediamini. Venite igitur fide & moribus ad nuptias.

Illi autem neglexerunt. Et abierunt, alius in uillam ſuam, alius uero ad negociationem ſuã. Reliqui uero tenuerunt ſeruos eius, & contumelijs affectos, occiderunt.

Sub triplici differentia monſtrat eos, q inuitati erãt fuiſſe. Primi enĩ neglexerunt bona cœleſtia, beneficia Dei paruipendentes. Pro nihilo enim vt Pſalmus ait, habuerunt terram deſiderabilem. Alijs, hoc eſt, qui ſecundo hic loco recenſentur magis cordi fuit cura rei temporalis. Quamobrẽ illorum quidam in villam, qua dominatio terrena ſignificatur, abierunt vt ambitioſi. Alij vero in negociationem ſuam abierunt vt auari, per quæ ſtudia occupati nuptijs ſibi poſſe intereſſe non videbantur. Tertij fuerunt Deo magis ingrati, qui nõ ſolum noluerunt venire, ſed etiam ſeruos ad ſe miſſos, & q ad ipſos vocandos venerãt, multi ex prophetis occiſi ſunt, vt Chriſtus Iudæis improperat: Ieruſalem Ieruſalem, q̃ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt. De Apoſtolis quoque in Actis legitur, q̃d in carceres poſiti ſunt, quod flagellati ſunt, & quod ibant à conſpectu concilij gaudentes, q̄ digni habiti ſint pro nomine Ieſu contumeliam pati. Præter aũt prophetas qui ante Chriſtum occiſi ſunt, interempti ſunt quoque de nouo teſtamento à Iudæis multi, puta Iohãnes Baptiſta, Stephanus, ex apoſtolis Iacobus, alijq; multi, qui perſecutionem paſſi aut occiſi ſunt, aut vt occiderentur, quod Paulo accidit, laboratum eſt.

Pſalm. 105

Matt. 23

Acto. 5

Matt. 14

Acto. 7. 12.

Rex autem cum audiſſet, iratus eſt. Et miſſis exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem eorum ſuccendit.

Vox ſanguinis innocentium occiſorum nullo non tẽpore clamat in cœlum, vt occiſio Abel teſtatur. Nihil enim Deum latet. Et vt dicit Sapiens: Auris cœli audit omnia. Et Pſalmiſta: Qui fecit, inquit, aurẽ nõ audiet? Eſt autem effuſio ſanguinis innocentum de quatuor peccatis vnum clamantibus ad Deum. Auditum itaq; Dei eius eſt cognitio aut conſideratio. Iratus itaq; rex non paſſione aut appetitu vindictæ, ſed zelo & voluntate iuſtitiæ, qua malum erat non impune diſſimulãdum, miſſis exercitibus ſuis (de futuris hic Chriſtus tanquam de præteritis loquitur, quia per parabolam loquitur, cui ſecundum diuinitatem omnia p̄ſentia ſunt) miſſis, inquã exercitibus ſuis Veſpaſiano. ſ. & Tito perdidit homicidas illos. Vide quia exercitus Romanorum nominat aut intelligi vult exercitus Dei. Hi enĩ quantum Dei iuſtitiam attinet, fuerunt exercitus DEI, qua ſeruierunt iuſtitiæ Dei, inferentes vltionem peccatorum his quibus voluit & quãdo voluit Deus iuxta prouidentiam ſuam. Et quamuis illi alia prorſus intentione hæc facerent, alijsq; rationibus mouerentur quare hæc facerent, & quare Iudæam vaſtarent, Dei vlciſcentis voluntatem ignorantes: Deus tamen in vltionem peccatorum illorum, illam calamitatem Iudæis quã paterentur, ordinauit. Hanc calamitatem Iudæorum pijſſimus Ieſus præmeditans in die palmarum vrbem ingreſſurus fleuit ſuper eam. Cuius rationẽ atq; cauſam quoque aſſignans, ait: Fleres & tu quoq; ſi pręnoſceres quæ tibi ventura ſunt, propterea quod non cognoueris tempus viſitatiõis tuæ. Simili modo regem olim Babiloniæ Nabuchodonoſor dominus ſeruum vocat, quia virga furoris eius erat qui caſtigaret eos qui caſtigatione erant digni: Seruiens tamen in hoc ſuæ tyrannidi atq; crudelitati, Deo hãc in vltionem peccatorum vertente. Quod autem dicitur quod ciuitatẽ eorum ſuccendit, hoc pariter in illo excidio Ieroſolymitano accidit, quia ciuitatẽ ſimul cum templo Romani cõbuſſerunt.

Gene. 4

Sapi. 1

Pſal. 93

Lucæ 19

Ierem. 25

Tũc ait rex ſeruis ſuis: Nuptię quidem paratæ ſunt, ſed qui inuitati erant non fuerunt digni.

Nuptias

Nuptias dicit paratas, quia Chriſti ſunt myſteria,quibus nos ſibi deſponſandos redemit,impleta,puta incarnatio,paſſio,reſurrectio, & Chriſti cum eccleſia coniunctio.Sed qui inuitati erant,puta Iudæi nõ fuerũt(inquit)digni intereſſe his nuptijs, quia vocationem licet multiplicẽ acceperint,fuere tñ ſemper ingrati,ac rebelles & reſtitere lumini, ne illuſtrarentur. Quare prorſus tandem propter ingratitudinem ſunt relicti. De hac re in Actis Paulꝰ quo-
Actu.13 q;,obiurgaſſe Iudæos legitur,dicens: Vobis quidem oportebat primum loqui verbum Dei: ſed qm̃ repuliſtis illud, & indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Huc em̃ aſtipulatur, quod mox Euangelium dicet.

Ite ergo ad exitus uiarum,& quoſcunq; inueneritis,uocate ad nuptias.

Mat.10 Mittit ſeruos ſuos, hoc eſt, apoſtolos, in exitus viarum,id eſt,vltra terminos Iudææ. Ante enim ſuam reſurrectionem apoſtolis prohibuerat: In vias gentium ne abirent,et ciuitates Samaritanorum ne introirent,ſed ad oues tãtum domus Iſrael. At hic videtur inſinuare Chriſtus q̃d poſt reſurrectionem ſuam apoſtolis erat man-
Mar.16 daturus: Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. De hac autem Iudæorum reprobatiõe ac derelictione videtur apud Iſaiam Chriſtꝰ
Iſaiæ 49 fuiſſe locutus, vbi dicit: Hæc dicit dominus,formans me ex vtero ſeruum ſibi, vt reducam Iacob ad eum, & Iſrael non congregabitur: per Iacob & Iſrael populum gentemque Iudæorum ex Iacob natam ſignificans. Voluit ergo Chriſtus Iacob, id eſt, populum Iudæorum congregare, vti teſtatur dominus Ieſus,dicens: Ieruſalem
Matt.23 Ieruſalem, quoties volui te congregare quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti. Iacob igitur, id eſt,gentem Iudæorum voluit reducere, ſed Iſrael,id eſt,idem populus congregari noluit. At vero de gentium vocatione cõuerſiõeq; quæ hic in eo ſignificatur, quod ſeruos ſuos ad exitus viarum mittit adie-
Iſaiæ 49 cit Iſaias:Et glorificatus ſum in oculis domini,& dixit:Parum eſt vt ſis mihi ad tribus Iacob & feces Iſrael conuertendas.Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad vltimum terræ. Hoc eſt ergo dictũ in Euangelio:Quoſcunq; inueneritis vocate ad nuptias.Quaſi diceret: Cunctis gẽtibus Euangelium Chriſti prædicate, & ad Chriſti miſericordiſſimam refectionẽ ſpiritus eas ſtudioſe adducite. Per exitus enim viarum vel cuiuſcunq; profeſſionis Grego. ac conditionis homines,vel ſecundũ Gregorium,in quacunq; calamitate conſtitutos vult ſignificari. Hi enim magis vt vocationi reſpondeant,ſunt idonei.

Et egreſſi ſerui eius in uias,congregauerunt omnes quos inuenerũt bonos et malos. Et implete ſunt nuptię diſcumbentium.

Vel inde liquet dominum in hac parabola loqui de eccleſia militãte, non triumphante. Hæc enim non recipit malos. Porro illa,puta militans recipit bonos & malos. Quocirca non eadem parabola quo- Lucæ 14
modo nec par ſignificatio eſſe videtur, q̃ de cœna alibi dicta eſt, & quæ hic de prandio. Illa namq; cœna cõuiuium ſignificat cœleſte. De illa nemo refertur qui intrauerit denuo eiectus, quia nemo malus illud conuiuium ſeu illam cœnam intrat. Hic vero referuntur & boni & mali vocati, atq; ad prandium nuptiaꝝ militantis eccleſiæ introducti. Similem habes parabolam Mat.13
de ſagena miſſa in mare & ex omni genere piſcium congregante &c. Recipit itaq; eccleſia militans & bonos & malos: quos non tunc qñ eccleſia eos recipit, ſed qñ emittit in fine Deus diſcernit. Dubitare etiam quis poteſt quõ de gentibus poſſit intelligi quod introduxerint bonos & malos? Quis enim gentium inuenitur anteq̃ ad fidem veniat aut anteq̃ conuertatur ad Deum,bonus? Dicendum de bonitate naturali morali hoc intelligi: cuiuſmodi in- Roma.2
ter gentes inueniebantur multi, q̃d Paulꝰ dicebat,qui legem non habentes,ea tamẽ q̃ legis ſunt faciẽtes,ſibijpſis facti ſunt lex. Erant enim inter gentes multi qui bona indole pollebant,& virtutibus ſtudio acquiſitis. Hi ſuo modo dicebantur boni re- Actu.8
ſpectu maloꝝ. Erant nihilominus inter gentes quoq; nonnulli boni colẽtes Deũ, vt Eunuchus Candacis reginæ,quẽ Phi- Actu.10
lippus cõuertit ad fidem. Et de Cornelio centurione ſentiendũ eſt, quem conuertit Petrus. Et de Eutropio qui vnus fertur ex illis fuiſſe gentibus,qui dixerũt apoſtolis, Iohan.12
Philippo & Andreæ: Volumꝰ Ieſum videre. Impletas quoq; diſcumbentiũ nuptias dicit,hoc eſt,multitudinem & numeꝝ ad

nuptias

nuptias vocatorum ex vtroq; populo ſignificat impletum, atq; eccleſiam in vniuerſum orbem terra℞ diffuſam. Hoc autẽ
Rom.11 perfecte continget in fine mundi, cum (vt Apoſtolus ait) gentium plenitudo intrauerit, & omnis Iſrael ſaluus fiet.

Intrauit aũt rex ut uideret diſcumbentes. Et uidit ibi hominem non ueſtitum ueſte nuptiali, & ait illi: Amice quomodo huc intraſti non habẽs ueſtem nuptialem? At ille obmutuit.

Intrat rex Deus pater in nuptias, vt videat diſcumbẽtes, hoc eſt, vt videat Chriſtianos poſitos ad menſam Euãgelicæ doctrinæ. Intrat non loci mutatiõe, ſed iudicio & merito℞ diſcuſſione. Hoc autẽ ma-
Roma.2 xime quo ad ſingulos fit in morte. Tunc enĩ ſingulos iudicandos diſcutit, atq; iuxta vnicuiq; merita reddit. Et vidit (inqt)
Gregori. hominem non indutũ veſte nuptiali. Quę veſtis ſit nuptialis Gregorius explicat dicens, hanc eſſe charitatem. Hanc enĩ veſtẽ dñs habuit, dum ad ſociandam ſibi eccleſiam in mundum venit. Intrat igitur in eccleſiam qui fidem habet: ſed ſine veſte nuptiali intrat qſquis charitatem nõ habet. Hac enĩ veſte inter electos reprobosq; diſcernitur. Itaque vbi hominem nuptialiter nõ veſtitũ vidit rex, dicit illi: Amice, quomodo huc intraſti, nõ habens veſtẽ nuptialem? A mice per fidem, & non amice per charitatem. Amice per naturalem bonitatem, & non amice per gratiam. Omnia enim diligit Deus, quantum ad id ꝙ ſunt
Sapi.11 per naturam, ſicut dicitur in libro Sapientiæ: Diligis omnia quæ ſunt, & nihil eo℞ odiſti quę feciſti. Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? hoc eſt, quomodo inter fideles apparuiſti, & ſacramentis quoq; communicaſti eccleſiæ, non habens charitatem? Sed ille ad hæc verba obmutuit. Quid enĩ impius reſpõdere poteſt Deo, quẽ propria conſcientia dãnat? Neq; enim erit tunc locus impudentiæ, nec vlla recipi excuſatio poteſt.

Tunc dixit rex miniſtris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eũ in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & ſtridor dentium.

Non his miniſtris hæc dicet rex, q̃s ante miſerat ad vocandos, ſeu introducendos ad nuptias: ſed per miniſtros angelos intelligit, qui executores diuinę ſunt iuſtitię. Ideo enim alibi Saluator dicit: Exibunt an- Matt.13
geli & ſeparabũt malos de medio iuſto℞, & mittent eos in caminum ignis. Manus autem ligantur, cum bene operandi facultas tollitur. Pedes ligantur, cum deſideria et affectus indurantur in malo. Poſt mortem enĩ omnes potentiæ bono℞ operum productiuę in reprobis ligantur, id eſt, ceſſant operari, & obſtinata manet voluntas in malo. In tenebras, ait, mittite exteriores. Quo verbo duplices indicat tenebras. Sunt enim tenebræ interiores, in quas delinquentes cadunt per culpam. Sunt tenebræ exteriores, in quas pĳciũtur damnati per pœnam. Qui ergo mentis tenebras q̃s peccatum generat cauere noluit, pĳci iubetur in exteriores ignium tenebras vel inuitus. Ibi erit fletus ex triſtitia, & perpetua deſperatione, & ſtidor dẽtium ex ira, & impatientia damnationis.

Multi enim ſunt uocati, pauci uero electi.

Si de Chriſtianis hoc fuerit ſolis intelligendum, tunc eſt ſentẽtia plane terribilis. Hos enĩ certum eſt eſſe vocatos & veniſſe, licet non oẽs habeant veſtẽ nuptialẽ. Porro ſi de vniuerſo hoc mũdo intelligatur, vt nemo ſit qui nõ ſit vocatus, vel ad fidẽ Euangelicam, vel ſaltẽ (ſi ita dicere licet) ad conditionẽ aliquam viuendi, q̃ vel iuxta ſecretum iudicium Dei poſſet, ſi vellet, ſaluari, vt contingere poſſet, multis in extremitate mundi cõſtitutis, & à Chriſtianis ſeparatis, & q nihil vnq̃ de Chr̃o audiſſent (Sunt enĩ arcana dei iudicia multa nobis incerta et incognita, et miſericordiſſimus eſt pater noſter omnium dñs) vt cõtigit quoq; nouo mundo iamp̃ridẽ inuẽto, qui neſcierant præter ſe alios homines eſſę in mundo. Itaque ſi (quod multi ſunt vocati) intelligantur de vniuerſo mundo, non mirum eſt, comparatione facta ad hominũ vniuerſitatem, paucos eſſe qui ſint electi. At vero, ſi vt dixi, de ſolis eſt Chriſtianis intelligendũ, cum dolore & gemitu cordis eſt cogitandũ, multos eſſe vocatos, paucos ṽo electos. Vos chariſſimi ita viuite, vt nulla diſceptatione vobis opꝰ ſit ad inueſtigandũ, quæ ſit huius verbi intelligentia, puta multi ſunt vocati, pauci vero electi. Viuite puri et immaculati coram
Pſal.2 deo. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Quod ſi deſperationis tenta-

tentatio vos inuaſerit, huic ex hoc Euan=
gelio ediuerſo opponatis, q̃d multis hic
ad nuptias ingredientibus vnus tantum
narratur, qui abſque veſte ſit nuptiali re=
pertus. Quo ſuccurri poteſt conſolandis,
& dici de vniuerſo mundo id intelligi q̃d
dictum eſt, paucos electos. Quamuis em̃
non vnus tantum, ſed plurimi credantur
dãnandi: ex his tamen qui introierunt ad
nuptias .i. ex his qui Chriſtianam fidem
ſuſceperunt, indicatur in hoc vno paucio=
rem eſſe inter Chriſtianos numerũ dam=
nãdorum, q̃ ſaluandoꝝ. Hoc inquam, po=
teſt puſillanimibus ſuffragari ad conſola=
tionem, maxime cum & in parabola de de
cem virginibus adultis, & ratione vtenti=
Mar. 25 bus ſcriptum ſit, quinq; fuiſſe prudentes,
& quinq; fatuas, quod medietatem ſaluã
dorum ſignificaret ſecundum literam, ex=
ceptis pueris, & ante vſum aut ſine vſu ra=
tiõis decedentibus baptizatis. Veruntа=
men hoc ſoli notũ eſt Deo. Noſtrꝝ eſt ſen=
Sapi. 1 tire de dño in bonitate, & habere bonam
voluntatem ad illũ, multumq́; eius miſe=
ricordiæ cõfidere. Quod largiatur nobis
dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt be=
nedictus in ſecula. Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. Quæ ſint quæ retrahant a deo, et quæ ſint electionis dei ſigna.

Miſit ſeruos ſuos vocare inui=
tatos ad nuptias. Mat. xxij.
Hauddubium de patre hoc
omniũ cœleſti intelligitur,
qui Chriſto filio ſuo nupti=
as fecit, deſponſando ei eccleſiam, hoc eſt,
omnium electorum animas. Ad quarum
nuptiarum prandium, id eſt, ad paratam
Euangelicam doctrinã, & ſacramenta no
uæ legis, quæ ſunt epulæ huius conuiuij
inuitauit multos: ad quos etiam vt veni=
rent, miſit ſeruos ſuos, tam prophetas quã
apoſtolos, ſed venire noluerunt. Sciendũ
igitur primo, Deum hominem dupliciter
ad ſe vocare, vel occulte, vel manifeſte. Ser
ui autem occulti, ſeu nuncij Dei, ſunt aſpi
ratiões ſanctæ, quibus ad cor hominis lo=
quitur Deus. Eamobrem Pſalmiſta dicit:
Pſalm. 84. Audiam qd loquatur in me dñs deus. Et
Iob 4 in Iob. Porro ad me dictum eſt verbũ ab=
ſconditum. Verbũ abſcõditum eſt diuinę
inſpirationis vox ad animam loquens. Ex
terior ſeu manifeſta vocatio fit per prædi=
cationem, per beneficia, per aduerſitates,
& huiuſmodi. Verum hic dicitur, ꝙ qui in
uitati erant venire neglexerant, quo indi=
catur multa ſuboriri impedimenta, quæ
hominem remorantur à Deo. Quibus tñ
victis, ſpretis, atq; cõtritis cõiungere nos
debemus Deo, impedimentaq́; cuncta diſ
rumpere. Inquirendũ igitur q̃ ſint, q̃ nos à
Deo aut retrahunt aut impediunt. Et eſt
dicendum, quinq; inueniri. Primum eſt,
ꝓpria voluntas. Nã hic dicitur, quia nole
bant venire. Obedire nolens Deo ſatis in
dicat ꝑferre ſe propriã voluntatem ſuã di=
uinæ. De volũtate propria, qñquidem hic
accipitur, vt non eſt ſubiecta, ſed aliena &
contraria deo, dicit Bernardus: Quid odit Bernar.
deus aut punit, niſi ꝓpriam voluntatem?
Tollit propriã volũtatem, & infernus nõ
erit. Quõ em̃ voluntas bona origo eſt vir
tutis, ita voluntas mala ſcaturigo eſt oĩm
vitioꝝ. Nõ poteſt aũt dici voluntas bona
propria, qa ſi eſt bona, iam nõ eſt propria,
ſed cõmunis Deo & ſanctis. Mala volun=
tas ſola dicitur propria. Iccirco Eccleſiaſti Eccli. 18
cus monet. Poſt cõcupiſcentias tuas non
eas, & à voluntate tua auertere. Si pſtiteris
aĩæ tuæ cõcupiſcentias eius, facient te in
gaudium inimicis tuis. Cauete igitur filij,
ne in vobis ſit voluntas q̃ non conſentiat
Deo, qa hæc eſt mala et ꝓpria. Quicqd em̃
in nobis malũ eſt, hoc nobis ꝓprium eſt,
quia nõ à Deo, ſed à nobis eſt. Secundum
eſt impedimentum negligentia. Ideo hic
dicit: poſtq̃ rex denuo miſit ſeruos ſuos, il
li aũt neglexerũt. Inuenitur in hominibꝰ
quibuſdam tepiditas, q̃ Deo quoq; nauſeã Apoc. 3
prouocat, vt ſcribitur in Apocaly. Vtinam
eſſes calidus aut frigidus, ſed quia neq; es
calidus neq; frigidus, incipiã te euomere
ex ore meo. Nulla res adeo eſt homini per
nicioſa q̃ tepiditas, quia nõ habet hæc ope
ra bona q̃ Deo placeant, nec opera vehe=
menter mala, q̃ dolorem pœnitentię indu
cant. Sunt em̃ fere oẽs tepidi, grandiũ ſiue
maloꝝ ſiue bonoꝝ ſibi non conſcij: quare
nec ſtimulos quoq; ſentiunt conſcientiæ
remordẽtis, nec feruorem amoris. Hi plæ
runq; rarius conuertunt ad Deum, q̃ ma=
gni peccatores, cum nullum ſibi ſuſpicen= Leo papa
tur periculum. Verꝝ non negligentibus,
ſed ſtudioſis & operantibus prouenit re=
gnum cœloꝝ. Neq; em̃ paterfamilias alijs
voluit dare mercedem, q̃ in vineam cõdu
ctis & mercenarijs. Ideo non dixit: Voca Mat. 20
negligentes aut ſomniculoſos, ſed voca o=
pera=

perarios,& redde illis mercedem. Tertiũ impedimentũ eſt ſuperbia, ambitioq́; honoris ſeu poteſtatis. Non habitabit inquit Pſalmiſta, in medio domus meæ q facit ſuperbiam. Nolite ergo filij honores, gloriam & laudes hominum q̃rere, ga inquietudinem in hoc vobis ꝓcuratis maximam cordis. Quot em̃ ſuſpiciones, q̃t timores, q̃t adulationes, quot inuidiæ monſtra, q̃t deniq; plagas vulneraq́; ac paſſiones vobis inducitis, quot vitijs tandem vos ſerui re neceſſe eſt, dum vni putatis ambitioni ſuperbiæque vos ſeruientes? Imo & vix agnoſcetis vos ſeruos. Supbia em̃ ſeipſam non iudicat. Superbia ſeſe nõ arguit, quin etiã iniuriã ſibi fieri putat ſuperbus, ſi de ſe vel ab alio male audierit ſentiri. Nihil igitur dulcius requie humilium. Nihil ſuauius pace humilium & manſuetorum.

Quartum impedimentum eſt cupiditas. Ideo hic dicuntur alij abijſſe in negociationes ſuas. Nonne vides eos qui diuitias ſeculi quærunt, quomodo nullum tempus illis prolixum eſt, vbi de lucris & negociationibus ſuis tractant? Pene dixiſſem negationibus domini. Negãt enim inter huiuſmodi veritatem Chriſtum. Porro opera ſancta agere, & diuino intereſſe officio hoc eos grauat, & vniuerſum abſumit tẽpus. Multa, inquiunt, alia habemus agere. Vere multa habetis agere, ne intretis ad nuptiaꝝ prandiũ, aut ne intretis quõ debetis cũ veſte nuptiali, hoc eſt, cũ charitate. Multos, inqt Eccleſiaſticus perdidit aurum & argentum. Chriſtus quoq;: Quid ꝓdeſt homini, ſi lucretur vniuerſum mũdum: ſeipſum vero ꝑdat, & detrimentũ ſui faciat? Aut quã cõmutationem dabit homo pro anima ſua? Non tamen de omnibus diuitibus loquor: ſed de his qui quærunt diuitias, qui volũt diuites eſſe aut fieri in hoc ſeculo. Dicis fortaſſe: Si mihi à parentibus relictæ ſunt diuitiæ, nunquid ꝓpterea diuitiæ mihi ſunt impedimenta ne ſaluer? Non ſunt tibi impedimẽtum ſi volueris, ſed ſunt etiam occaſio & auxilium vt ſalueris. Audi igitur conſilium Pſalmiſtæ q̃d facias: Diuitiæ, inquit, ſi affluant nolite cor apponere. Nolite in diuitijs ſuperbire, nolite exaltare, nolite propter illas quicquam quod Deum offenderet admittere, nolite illis aliter quàm aut ad neceſſitatem, (nõ ad voluptatem) aut ad Dei gloriam, aut ad proximi conſolationem vti. Si ergo adſunt, nolite inde extolli. Si abſunt, aut à vobis recedunt, nolite cõtriſtari, ſed dicite cum Iob: Dominus dedit, dominus abſtulit: ſit nomen domini benedi ctum. Diuitias ſi habes ideo te habere credas vt earum ſis diſpenſator, non ſeruus. Non illæ imperent tibi, hoc eſt, earum amor non imperet tibi, non prohibeant tibi ne ſe. i. diuitias ad conſolationem pauperum audeas exponere: ſed imperet tibi Chriſti amor, vt in eius honorem vbicun que potueris, gaudeas eaſdem erogare. In hunc namq; vſum eas tradidit tibi Deus. Videt te delicatum qui ferre nõ potes multa ieiunia. Ad orationem indeuotus es, ad alia item mortificationum ſtudia & exercitia ineptus. Quapropter in hoc tibi prouidit Deus, vt habeas quo à pauperibus, quoꝝ eſt regnum cœloꝝ illud compares. Iterum dico fili, ſcito te diuitijs iuſtis (nã ſi iniuſtæ ſunt ne ad horã quæſo has retineas) à Deo et honoratũ & oneratũ, ꝓpterea vt his q non habent neceſſaria ſubuenias, atq; ſic pie diſpẽſando pro te & pro tuis, & ꝓ conſolatione paupeꝝ tẽporalia bona, cõpares æterna. Hoc modo & non alio, fac proſit tibi diuitias habere. Quintum impedimentum eſt malicia, q̃ ex hoc quoq; ꝑſenti Euangelio, quantum non ſolum impediat ſalutem, ſed etiã ſaluti, imo & ſaluatori reſiſtat, liquet. Nã dicitur: Reliqui tenuerunt ſeruos eius, & cõtumelijs affectos, occiderũt. Quid miramini? Aſpicite hæc veſtra tempora. Videtiſne hodie crudeliorem quoq; exerceri maliciã? Nõne ſanctoꝝ vidiſtis corpora ac exuuias, q̃s olim & in vita, & poſt mortẽ Deus miraculis fecit glorioſos, aureis ablatis tumbis ac thecis, aut in cineres cremari, aut in paludes abijci? Quid plus fecit Dacianus, aut Decius? Nonne vidiſtis eos qui nefariẹ noluerunt ſententiæ ſubſcribere, & eos q ſummo paſtori eccleſiæ dicũt obediendũ, qui fatentur deniq; ſancto Petro, & eius ſucceſſoribus, nõ cuiuis profano homini dictum: Paſce oues meas, occidi? Nonne q veritatem loqui audent trucidantur? Exoſi habẽtur omnes quotquot loquuntur veritatem, perſecutioneq́; patiuntur. Nec hi ſoli fugantur, qui prædicant veritatem eccleſiaſticam & Euangeliũ, iuxta catholicoꝝ patrum orthodoxorum ſententiam, ſed etiam illi non ſuſtinentur, qui nemini verbis, ſed opere tantum, & vita ꝑdicant, hoc eſt, qui nõ verbis contendunt, quõ viuere oporteat, ſed vitæ ſuæ exemplo id

Pſal. 100
Eccle. Matt. 16 Mar. 8 Luc. 9 Mat. 16
Pſal. 61
Iob 1
Mat. 5
Iohan. 21

commonſtrant. Cuiuſmodi monachi fer me vbiq; nunc perſecutionem patiuntur omnes: perſecutio tñ eccleſiæ in illis non
Ezech.9 finietur. A ſanctuario quidem perſecutio & plaga dñi incipit, ſed paulatim in perſe
Mat.5 cutores hæc reuoluetur. Beati autem qui nunc patiunt propter iuſtitiã. Pro hac iu ſtitia innumerabiles fere mortui ſunt, vt teſtarentur ſententiam illam veram eſſe et Euangelicam, ſoli Petro eiuſq; in perſona ſucceſſoribus eius dictum: Paſce oues meas. Ab illo paſtore qſquis ſe ſubtraheret, ouem ſe Chriſti non eſſe luce clarius confiteretur. Qui enim non agnoſcit paſtorẽ ouium à Chriſto ſibi conſtitutum, ouem ſe negat Chriſti. Cæterum quiſquis Petrꝝ & eius ſucceſſores non agnoſcere vult paſtores, agnoſcat Vigilantij, Vuickleffi, Huſſi, atque vetuſtorum hæreticorum ſucceſſorem Lutherum. Qui inquam eccleſiæ Chriſti ab Apoſtolis ad nos vſq; deriuatæ non vult conſentire aut communicare, in qua omnes ſancti, omnes martyres, omnes miraculis inſignes ſancti doctores eccleſiæ vixerunt, communicet & conſentiat hæreticis, aut qui ſpiritu non vult regi illo, à quo regitur & fouetur eccleſia ſancta, quærat alium ſibi ſpiritum, quo hæretici ſolent regi, puta ſpiritum diſſenſionis & diuiſionis, qui ſpiritus eſt ſatanicus.
.Cor.14 Verum nunc de hac re ſatis. Veniet tempus quo non verbis, ſed iudicio de eadẽ re
Sapi.6 diſputabitur, quo potẽtes tunc potenter
Apo.22 tormenta patiẽtur. Interim qui iuſti ſunt, iuſtificentur adhuc, et q in ſordibus ſunt, ſordeſcant adhuc. Itaque vt redeamus vnde digreſſi ſumꝰ. Eos quos miſerat ſeruos rex ad inuitatos vocandos quidam malicia ducti, non ſolum non audierunt, ſed
Pſalm.108 etiam occiderunt. Quo cõſtat eos dedita opera fuiſſe malos. Poſuerunt enim mala pro bonis, & odium pro dilectione ſeruis Dei retribuerunt. Sed dubitare haud immerito quis poteſt: Cum hic dominus multos dicat vocatos, paucos vero ele
Eccles.9 ctos: ſcriptum vero ſit neſcire hominem, an amore odioue dignus ſit, an quædam ſint ſigna, quibus agnoſci quis poſſit aut conſolari, quod Dei electus ſit. Dicẽdum, hoc nulli certo cõſtare poſſe, in gratia aut Dei amore ſe eſſe: poſſunt tamen indicia quædam & nonnullæ coniecturæ eſſe, q bus conſolari poſſit homo Deo deuotus, ſperareq; ſe de numero eſſe electoꝝ vnũ.
Bernar. Dicit em̃ Bernardus: Si nullum eſſet ſignũ ciuium cœli & ciuium inferni in hac vita, q̃ tunc poterit eſſe conſolatio inter ſpẽ & metum anxia ſolicitudine fluctuantibus? Non igitur ſine teſtimonio conſolationis electos ſuos dereliqt. Itaq; primũ ſignum eſt peccata in ſe deteſtari. Recte igit dixit Hierony. Tunc peccatoꝝ ſalus incipit, cũ Hieron. quis veraciter pro delictis ingemiſcit. Cõtra vero lætari in delictis, ſicut de quibuſdam ſcriptura dicit: Lætantur cum maleſe Prou.2 cerint, & exultãt in rebus peſſimis, eſt peſſimum ſignũ. Secundum ſignum electoꝝ eſt libenter de deo audire, aut delectabiliter audire verbũ Dei. Quod ꝑ ſigno Chriſtus quoq; Iudęis, quo ſe cognoſcerent vñ Iohan.8 eſſent, dedit, dicens. Qui eſt ex Deo, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, qa ex Deo non eſtis. Hęc verba filij ad vos q̃que applicate. Corda veſtra excutite, an in templo vos delectet magis audire officium diuinũ, et ſermonẽ ſeu p̃dicationem, q̃ Grego. de nugis, rumoribus ſeculi, & profanis rebus veſtris fabulari. Dicit aũt Grego. certiſſimum eſt ſignum p̃deſtinationis libenter audire verbũ dei. Perpende cuiuſmodi ſit affectus veſter ad verbũ Dei. Tertium eſt ſignum, patiens aduerſitatũ toleratio, vt ſunt infirmitas, paupertas &c. Beatus e Iob 5 nim homo q corripitur à dño. Dñs quoq; in Apocaly. Ego inquit, quos amo arguo Apo.3 & caſtigo. Et Paulus: Flagellat aũt omnẽ Hebr.12 filium quem recipit. Et iteꝝ: Quis em̃ filiꝰ Ibidem quem non corripit pater? Quartum ſignũ eſt, in tribulationibus emẽdari. Si quis ita miſerias aduerſitateſq; ſuſtinet, vt ſub his melior efficiatur, ſignum habet electionis Eccli. Dei. Porro cor duꝝ male habebit in no Exod. uiſſimo. Huiuſmodi aũt fuit Pharao, cuiꝰ cor ex plagis Dei nõ melius aut obedientius fiebat, ſed in malicia potius indurabatur. Quintum eſt ſignum, timentes deum ac ſeruos Dei honorare. Qui em̃ Dei ſeruũ aut amicum veneratur propterea qa Dei amicꝰ eſt, multo magis Deum amat ac veneratur, ob cuius gratiam hominem diligit aut veneratur. Infallibile aũt eſt quod Mat.25 dominus dixit: Quod vni ex minimis meis feciſtis, hoc mihi feciſtis. Vnde manifeſtum eſt eum, quiſquis Dei amicos, ꝑpterea ꝙ Dei ſunt amici, diligit, multomagis Deum diligit. Sextũ eſt, humilitas. Chriſtiana obſeruãtia & electi Dei oẽs hoc habẽt, vt aliqd virtutum Chriſti ſuis ſtudijs imitentur, ſuiſq; moribus exprimant. Maxime aũt in humilitate Chriſti nonnihil cum

eum eodē participant omnes Chriſti diſci
puli. Timor enī Dei deprimit hominē in
ſui cognitionem, vt erubeſcat corā humi-
li Chriſto Deo ſuperbire. Si enī diſcipul9
eſt Chriſti, nō poteſt non aliquid didiciſ-
ſe ex magiſterio et eruditione Chriſti. Eſt
enim Chriſtus doctor & magiſter humili
Iob 44 tatis, & cuncti illū humiles ſequūtur, quō
diabolus quoq; rex eſt ſuper oēs filios ſu-
perbiæ. Septimū eſt, grauate audire mala
de ꝓximo, cū proximorū mala in bonum
conuertere, ſeu excuſare oporteat. Eſt enī
hoc veræ dilectionis argumentum. Dilige
Iohan. 13 re autem ſalutis indicium eſt ac ſignum, ſi
cut Chriſtus dicit: In hoc cognoſcent oēs
quod mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem ha
bueritis ad inuicem. Laudatiſſima igitur
eſt cōſuetudo abſentibus neq; detrahere,
neq; de illis detrahētes audire. Octauum
eſt, proximis in aduerſis cōpati ac ſubue-
Pſalm. 111. nire. Scriptum namq; eſt: Iucūdus homo
q̄ miſeretur & cōmodat, diſponit ſermo-
nes ſuos in iudicio, qa in æternum non cō
mouebitur. Quid enī, Dei miſericordia tā
dignū, q̄ hominis miſericordia in proxi-
Mat. 5 mum prærogata? Propterea beatos dicit
Lucæ 6 Chriſtus miſericordes, quoniā miſericor-
Pſalm. 40 diam conſequentur. Pſalmiſta quoq; ait
beatum, qui intelligit ſuper egenū & pau
perem, quoniā in die mala liberabit eum
dominus. Nonum ſignum eſt, iniuriæ fa-
cilis dimiſſio. Qui libenter offenſiones do
nat in ſe delinquentium, facile ſuis quoq;
peccatis à Deo veniam impetrat. Et ideo
Ephe. 4 hortatur nos Paulus, dicens: Eſtote inui-
cem benigni & miſericordes, condonan-
tes inuicem. Neq; enim mentitur veritas,
dicens: Dimittite, & dimittetur vobis. Ec Lucæ 6
cleſiaſticus quoq; idem conſulens: Relin- Eccli 28
que, inquit, proximo tuo nocenti te & tūc
tibi deprecanti peccata ſoluētur. Decimū
ſignum, deſiderare ſe fore meliorē. Gene-
rat enī hoc deſiderium in animo aliquam
ꝑparationem aut congruitatem ad recipi-
endā gratiā. Beati nāq; qui eſuriunt & ſiti- Matt. 5
unt iuſtitiā. Quid aūt aliud eſt eſurire ac
ſitire iuſtitiā, q̄ deſiderium profectus ma-
ioris? Vndecimū ſignum prędeſtinationis
eſt, ad paſſionem & mortem Chriſti, & ad
beatā virginem Mariā deuotio: puta vt li-
benter paſſionem Chriſti recolas, vel ſaltē
cum gemitu eius ſis memor. Suaue quoq;
& deſideratum ſit tibi de hac cogitare, au
dire & loqui. Suaue ſit tibi eandem vene-
rari, meditari, & honorem ei orādo, & gra
tias agendo exhibere. Beatiſſimam quoq;
virginem Mariam quotidie ſalutare, dili-
gere, & venerari euidens futurę gratię, mi
ſericordiæq; apud Chriſtum inueniendæ
eſt indicium. Non enim ſinit non remune
ratū Deus, quicqd vel ſuæ paſſioni, vel ei9
in honorē oblatū fuerit matri. Imo & mi-
ſericordiſſima dei mater ſciēs ꝓpter pecca
tores ad hanc gloriā, & dignitatis præemi
nentiā ſe veniſſe, nō poteſt non precibus
ſuis nunq̄ repellendis apud filiū ſuū mor-
talibus, maxime aūt ſibi deuotis ſuccurre-
re, & miſericordiā obtinere. Videte nūc fi
lij abſq; diſſimulatiōe q̄ in vobis ex ſignis
huiuſmodi inſint, & pro his quę vobis nō
inſunt pariter domino ſupplicetis, miſeri-
cordiſſimo noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt be-
nedictus in ſecula. Amen.

DOMINICA XXI. POST DOMINICAM S. Trinitatis, epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Ephe. VI.

Confortamini in domino, & in potentia uirtutis eius. Induite armaturam Dei, ut poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli: qm̄ nō eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinē, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mūdi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitię in cœleſtibus. Propterea accipite armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lūbos ueſtros in ueritate, & induti loricam iuſtitiæ, & calceati pedes in præparationem Euāgelij pacis. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Et galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt uerbum Dei.

PARAPHRASIS IN Eandem epiſtolam.

POſtquam Epheſios multa inſtructione Paulus docuerat, tandem opus erat illos quoque erudire, quomodo contra aduerſarium excitarẽtur, & ſe pararent ad pugnam. Et q inter illos ſuis viribus bonum ſe poſſe operari putauerant, nunc & voluntatem bonã, & conatum, & vires à Deo intelligerent poſtulanda. Dicit igit: Confortamini, hoc eſt, efficiamini fortes contra aduerſarij inſultus impugnatiões que oẽs: id que non in viribus veſtris, ſed in dño, hoc eſt, eo fidei reſpectu, quo ad dñm confugiatis, credẽtes eundem eſſe dominum veſtrꝝ omnipotentem, q adeſſe & protegere vos velit. In hoc
Iob 9.41 Pſal.75 domino confortamini, & in potentia vir-
Sapi.11 tutis eius, quæ ab illo procedit, cuique ne-
Ierem.49 mo poteſt reſiſtere. Induite vos armaturã Dei. Induamini armis omnibus, quibꝰ militatur Deo. Roborate animaꝝ veſtraꝝ vires virtutibus, quæ cõtra diabolum arma ſunt præcipua, vt poſſitis ſtare hoc eſt, reſiſtere perſeueranter, ac præualere aduerſus inſidias, fraudes, dolos, tentamentaque diaboli, quod haudquaquam poteſtis, niſi Dei auxilio, & liberi arbitrij exercitio ſuffulti. Sola eñ gratia, aut ſolo arbitrio nemo diabolo reſiſtit. Neq; eñ nobis ſola hæc eſt colluctatio, nec ea præcipua eſt, q̃ eſt aduerſus carnem & ſanguinem, aduerſus homines carnales, fragileſque, nec ſolũ contra vitia carnis nobis pugnandum eſt, ſed potius aduerſus principes, & poteſtates tenebrarum haꝝ, contra angelos apoſtatas de ordinibus et ſedibus principatuum ac poteſtatũ excidentes: aut contra reprobos illos ſpũs, qui tanq̃ nequiores minoribus alijs principantur & præſunt: aduerſus mundi rectores tenebraꝝ haꝝ. i. q ſunt principes mundi huius, mundanoꝝ ſcilicet hominũ, iuxta intellectũ quem dñs
Iohan.12 ſignficare volebat, dicens: Iã princeps huius mundi eijcietur foras. Diabolus itaq; rector eſt ac princeps ſeruoꝝ ſuoꝝ, impiorum hominum. ſ. q̊s captiuos in peccatis, & in tenebris vitioꝝ detinet, quotq̊t illius obediunt voluntati. Hi eñ tenebræ ſunt mundi, ſicut quibuſdã dicit Apoſtolus: Fu-
Ephe.5 iſtis aliqñ tenebræ, nunc aũt lux in dño. Quando eratis (inquit) impij ſub iugo & dominio diaboli, fuiſtis tenebræ: nunc vero diaboli iugo contrito, poſtquam Dei eſtis filij per adoptionem facti, eſtis lux et filij lucis in domino. Contra rectores itaq; mundi tenebraꝝ harũ nobis decertandũ eſt, et contra ſpiritalia neqtiæ in cœleſtibꝰ, contra dęmonum agmina nequitijs plena in aere illo caliginoſo. Vult itaq; Apoſtolus dicere: Tametſi nos homines perſequãtur, ſi occidant rapiãtque nobis bona et famã, non tñ nobis cõtra homines eſſe pugnandũ, ſed vigilandum potiſſime cõtra principes hoꝝ maloꝝ, cõtra malignos ſpiritus, qui intus nos pſequuntur, & capere moliunt. Propterea q̊ſdam infirmos inſtigant, fallunt, ſeducuntque ad mala. Hi ſunt q nos impugnant p ſeipſos & p homines, vt ad irã, inuidiã, odium, deſperationem, aliaque id genus peccata quæcunq; nos pcipitent. Cõtra aduerſarios igitur interiores multo diligentiori ſtudio eſt vigilandum, ſatagendũque vt illos q̃ vt exteriores vincamus pſecutores. Hi eñ nõ repugnãdo, nec mala retaliando vincunt, ſed cedẽdo, ſuſtinendo, ſe humiliando, diligendo, atq; benefaciendo placant. Eiſdẽ autem armis, hoc eſt, eiſdem virtutibus vincitur diabolus, placatur etiam homo. Eſt autẽ nihilominꝰ aduertendũ, neq; hominem, neq; diabolũ poſſe aliquid aduerſum nos, niſi Deo id pmittente, vt manifeſtũ appa- Iob.1.2
ruit in Iob, quẽ diabolus non potuit lędere, neq; in rebus, neq; in corpore, niſi data ſibi facultate à Deo. Quapropter ad impatientiam nemo ſub onere aut moleſtia, nemo tentationũ importunitate ad deſperationẽ, nemo deniq; ad irã aut vindictæ appetitum pmoueatur, ſed reſignatũ Deo debet homo habere animum, cuius amore æquanimiter ferat, q̊d alioq grauate eſſet laturus, aduerſarioque cuiuis mente reſpõ- Iohan.19
dere: Non haberes aduerſus me poteſtatẽ Iob.
vllam, niſi datum tibi eſſet deſuper. Hęc fides, hæc reſignatio animi, qua de manu domini tam mala q̃ bona recipiantur, eſt victoria q̃ vincit mundum & diabolum. Sequitur. Propterea accipite armaturã Dei, qua ſolet Deꝰ ſuos armare ſeruos. Nec hoſtibus cedatis, aut fugiatis, ſed munite vos armis, quibus poſſitis hoſtibus reſiſtere, in die malo, & in hora tentatiõis, qua vos malũ impugnat: aut, in die malo, q̊ viget malicia vos impugnãs, & vt poſſitis in omnibus pfecti ſtare, tam inter proſpera, q̃ inter aduerſa, ne vos proſpera extollant, nec deijciant vos moleſta. State igitur ſuc-
cincti

cincti lũbos veſtros cingulo caſtitatis. In his eñ viget viris luxuria. Propterea dominus dicit: Sint lumbi veſtri præcincti. State ſuccincti lumbos veſtros in veritate. Eſtote caſti, non tantum in oculis hominum, ſed in oculis etiam Dei, & induti loricam iuſtitiæ bonarũ actionum, & calceati, hoc eſt, calceis induti pedes. Per pedes ſignificantur affectus, quos muniri decet, ne terrena tangant, aut terra inquinẽtur. Vt ſitis, inquit, præparati, expediti ac idonei, ad annunciandam gratiam Euangelicæ pacis. In omnibus ſumẽtes ſcutum fidei, hoc eſt, pro ſcuto ſit vobis fides catholica, in quo poſſitis ſcuto tela nequiſſimi ignea extinguere, hoc eſt, quo poſſitis vehementes tentationes ac impetuoſas diaboli vincere aut reddere inanes. Et galeam ſalutis aſſumite (quæ eſt ſpes æternoꝝ bonorum) qua omnia contemnatis terrena: & gladium ſpiritus ſeu ſpiritualẽ gladium aſſumite, qui ſermo eſt diuinæ prædicationis, diuidens carnem à ſpiritu, reſecans à virtute vitium, ac noxia cuncta, puta impietates & hæreſes reſcindens.

EXEGESIS EVANgelij dominicæ XXI. poſt dominicam S Trinitatis. Iohã. IIII.

MVLTOS veſtrum chariſſimi arbitror, qui ſcriptum legerunt in Iob. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nũquam in eodem ſtatu permanet. Siquidem homo dum creſcit, deficit, quantoq; eius extenditur vita, tanto eadem ipſa creſcẽs minuitur. Prorogatio namq; & curſus vitæ, quid aliud eſt quàm eiuſdem decurtatio? Statutum eſt enim omnibus hominibus ſemel mori. Vñ quanto viuitur diutius, tanto ipſa vita breuior efficitur, tantoq; ad mortem acceleratur. Verum antequam ad mortem veniamus, vita noſtra multis aſpergitur amaritudinibus, multiſq; atteritur moleſtijs, per quas ad ſe modo nos trahit Deus, aut iam tractos apud ſe, ne recedamus, cuſtodit. Quãobrem decet nos paternum ſuũ erga nos amorem intelligere, et corporum infirmitates, q̃ ſunt animæ ſanitas nõ abijcere, ſed patiẽter amplecti. Meminiſſe eñ nos Apoſtolicæ ſententię oportet, q̃ dicit: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Cum eñ infirmor, tunc potens ſum. Itaq; in huius dominicę Euangelio regulus quidã & pater afflictus introducitur pro filio orans: qui tandem quoq; eſt exauditus, & filius eius ſanatus. Sanatio autem vniꝰ infirmi, multos ęgrotos ſanauit in animatimo patrem quoq; illius ſanauit ab imperfectiõe fidei. Dicit itaq; beatus Iohannes Euangeliſta.

Iob 13 · Hebr. 9 · 1. Cor. 12

Erat quidã regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum.

Quis iſte fuerit regulus, variã eſt multorum opinio. In hoc tñ conſentiunt (puto) oẽs, hominẽ nõ regiæ fuiſſe dignitatis, ſed in ptãte conſtitutũ, vnum ex terrę optimatibus & rectoribꝰ, q vel à Romanis, vel ab Herode cõſtitutus partẽ gubernauerit regni. Hic nuptijs interfuiſſe dicitur in Cana Galilęę, et agnito Chriſti miraculo, circa mutationẽ aquę in vinũ, ſpem aliquam recuperandæ concepit ſanitatis ꝓ filio. Fuit itaq; regulus ille vnus ex rectoribus, ſatrapis ſeu pręfectis terrę, & fortaſſe in Capharnaũ cõſtitutus ꝑfectus. Hic itaq; condolens filij infirmitati, q incipiebat mori, tẽtauit q̃cquid potuit, remedia vndecũq; petẽs. Huiꝰ cũ eſſet memor miraculi ĩ nuptijs facti, ad Ieſum cõcitus ſe contulit, ſperãs ſe ibi remedij q̃d pellẽdę mortis & infirmitatis ab eodẽ ſe acceptuꝝ, vt ſeq̃tur. Iohan. 2

Hic cum audiſſet quia Ieſus adueniret a Iudæa in Galilæam, abijt ad eum, et rogabat eũ, ut deſcenderet & ſanaret filium eius, incipiebat enim mori. Dixit ergo Ieſus ad eũ: Niſi ſigna et prodigia uideritis, nõ creditis.

Dicet quis: Cum dñs regulum hunc taxare videat ob fidei defectũ, nunquid credere non iudicandus eſt, qui dñm acceſſit, rogauitq; vt ſanaret filium eius? Si nõ credidit Chriſtum poſſe ſanare, cur illũ acceſſit, & vt ſanaret filiũ ſuũ rogauit? Veꝝ excutienda ſunt reguli verba, & videndum quid credidit, vbi ve dubitauit. Credidit Chriſtum poſſe ſanare, ſed in hac fide duo fuere defectus fidei. Vnus, quia putabat Chriſtum non poſſe ſanare niſi adeſſet homini ſanando. Non credidit vt abſens curare poſſet infirmũ. Atq; ideo dñm rogauit vt

uit vt deſcenderet. Alter defectus fuit, ꝙ
putabat eum mortuum non poſſe ſuſcita
re:ideo feſtinabat Ieſum in domũ ſuã ad
ducere,anteq̃ filius eius moreretur. Hunc
duplicem fidei defectum in eo videns Ie-
ſus,ait ad illũ:Niſi ſigna & prodigia vide-
ritis,nõ creditis. Non obiurgat eum ꝙ pe
teret ſignum, ſed ꝙ imperfecte crederet.
Sciebat namq; recipiendæ ac propagandę
fidei ſigna eſſe neceſſaria,ac Chriſti mira-
cula. Primo namq; erant ſigna neceſſaria,
quibus Chriſti prædicatio confirmaretur
propter difficultatem credendorum, quæ
erant ſupra captum humanum. Contra
quæ ratiocinatiões multæ fieri poſſent hũ
manæ,quæ vt excluderentur miraculis o-
pus erat, quibus ratio humana confitere-
tur atq; credere virtute diuina perſpecta
compelleretur. Niſi enim Chriſtus mira-
culis ſigniſq; aſtruxiſſet veritatem ſuæ prę
dicationis, niſi ſignis & prodigijs virtutẽ
cõmonſtraſſet diuinam,quis credidiſſet ei
dicenti ſe filium Dei? Quod eñ homo eſ-
ſet Chriſtus,oculo poterat ꝓbari corpora
li. Quod vero Deus erat,non poterat per-
ſuaderi, niſi virtus in eo eſſe perſpiceretur
diuina. Miracula aũt operari ex poteſta-
te,ſine oratione,& virtute propria, mor-
tuis reddere vitã aut languidis ſanitatem,
naturã teſtantur diuinã. Dixi igit̃,niſi vir
tute aliqua diuina, quã purus non poſſet
operari homo Chriſtus ꝓbaſſet ſe deũ,qs
dicẽti ſe Deum obligatus fuiſſet hoc ipm
credere? Nõne & ipſe hoc ipſum confitet̃,
dicens:Si opera nõ feciſſem q̃ nemo alius
fecit, peccatũ nõ haberent incredulitatis,
Iohan.15 ſcilicet Iudæi? Nunc aũt excuſationẽ non
habent de peccato ſuo. Siquidẽ Chriſtus
ex poteſtate & imperãdo(vt dixi)fecit mi
racula, ꝙ nemo ſanctoꝝ alius fecit. San-
cti eñ ſiue veteris ſiue noui teſtamenti fu-
erint,nõ ſuo,ſed Chriſti nomine: nõ ſua,
inquã,virtute,ſed Chriſti virtute, non im
perando,ſed precibꝰ impetrãdo fecere mi
racula. Quo circa Chriſtus dixit quoque:
Iohan.5 Opera q̃ ego facio,ſunt q̃ teſtimoniũ per-
hibent de me. Opera q̃ facit Lutherus &
eius ſocij apoſtatæ pariter teſtimoniũ per-
hibent de illis,ꝙ ſunt pſeudoapoſtoli,hæ-
retici,Chriſto & eccleſiæ rebelles, à ſpiri-
tu ſancto alieni,& ſatanę diſcipuli,q quic
qd honeſtũ eſt aut virtuoſum oppugnãt,
quicquid vitioſum roborant. Reuera eñ
Lutherani poſſent dicere:Licet nomẽ no
bis arrogauerimus Euangelij, opera tamẽ
noſtra quæ facimus teſtimoniũ perhibent
de nobis,quod non Euangelici,ſed carna
les ſumus. Secundum ſpiritum enim vi-
uere quamuis rariſſime,imo fere nunquã,
ne doceamus quidem,tantum abeſt vt fa-
ciamus, niſi quod quicquid loquimur, ſi
detrahimus, ſi nugamur, ſi ſeducimus de
nique, modo repugnet eccleſiæ vocamus
Dei verbum,vocibuſque clamamus:Euã-
gelium Euangelium, non aliter quàm E- Actu.19
pheſij olim per duas horas clamabãt:Ma
gna Diana Epheſiorum. Clamantes au-
tem nihil de Euangelio ſecundum ſpiri-
tum, niſi ea quæ contentiones fouent, &
detractiones ſeminant proferimus, ſed iu
xta ſpiritum loqui, & iuxta carnem viue-
re docemus. Opera enim noſtra ſunt & in
carne & in fraude. Quod ſi non creditis
nobis, opera noſtra teſtimonium perhi-
bent de nobis, quod carnem diligimus,
ſpiritum execramur. Secũdo, neceſſarium
fuit, vt Chriſtus faceret ſigna & prodigia
ratione fidei(in qua ante erant)antiquan-
dæ. Tunc enim non erat gens,quæ fidem
aliquam non receperat, imo perfidiam &
idololatriam Iudæis exceptis,qui verã ha-
bebant vſque ad illa tempora fidem. De fi
de autem recepta quemuis eripere & ma-
lam fidẽ introducere,non poteſt fieri, nec
perſuaderi quidem mortalibus,niſi opera
huiuſmodi videant,quæ diuinitatẽ teſten
tur,& ſint vltra poteſtatem humanã. Ro-
mani namq; & aliæ gentes videntes ꝑ viã
naturæ euenire abundantiam & charita-
tem,ſerenitatem & tempeſtatem, genera-
tionẽ & defectionem,cœleſtibꝰ ſyderibus
puta ſoli,lunæ,cęteriſq; planetis virtutem
& diuinitatem tribuerant(cum reuera ni-
hil eſſent ex ſe,ſed tantum miniſtrantia lu
mina, eorumque virtus eſſet illis indita à
Deo) & eadem vt numina diuina cũ alijs
portentis dijſque ſuis multis colebant. A
quo errore eos euellere, & aliam fidẽ per-
ſuadere nemo potuit abſq; oſtenſione mi
raculorum. Porro Iudæi fidem & legem
habebant à deo per Moſen ſibi traditam.
A qua fide in qua erant nati, quõ in aliam
fidem & in legis derelictionem potuiſſent
induci neſcio,ſi non vidiſſent miracula in
Chriſti nomine(qui eis per apoſtolos prę
dicabatur)fieri,q̃ teſtimoniũ ferrent, non
aliud nomen ſub cœlo datũ eſſe homini- Actu.4
bus,in q̃ nos oporteat ſaluos fieri,q̃ nomẽ
dñi noſtri Ieſu Chriſti. Ab aſſuetis enim
difficile eſt auelli,& eam in qua natus es fi
dem

dem difficilius relinquere, niſi cogaris miraculis. Quapropter videte hic quæſo quorundam leuitatem, & petulantiã, q fidem veram, antiquam, ab apoſtolis nobis traditam, miraculis ſigniſq; confirmatam deſerentes, in quorundam apoſtatarum (quorum ſumma ſanctitas eſt carnalis ſpurcitia) carnalem libertatem ſe tradiderũt, nihilo honeſtiores inde facti Mahumetanis. Hi Lutherani ſunt hæreſum multarum coaceruatores & ſectatores. Quõ igitur dixi, vt fidem ſuam priſtinam, tã Iudæi q̃ Gentes relinquerent, in Chrm̃q; crederẽt, neceſſe erat id fieri per miracula, q̃ hoĩes dum viderẽt crederent, q̃ alioq nõ credidiſſent. Tertio, neceſſarium erat, vt fidem ſeu prędicationem fidei comitarentur miracula, ꝑpter pſecutionem tyrannorum. Vbiq; em̃ p̃dicationi euangelicæ contradicebatur. Verum ſancti martyres ſignis & virtutibus q̃ à tyrãnis grauiores patiebantur pſecutiones, inuenti ſunt illuſtriores. His aũt eorum vehemẽter pfidiã & idololatriã cõfutabant. Deniq; & hoc

Matth. 16 ipſum eis Chrs ante promiſerat, dicens: Signa aũt eos qui crediderint hæc ſequenť: In noĩe meo dæmonia ejiciẽt, &c. Itemq;:

Iohan. 14 Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora horum faciet. Adde iam ꝙ hi qui fidem p̃dicabant, hoĩes erant illiterati, ſimplices, inermes, abſq; hũana potentia aut defenſione. Illi vero quibus p̃dicabatur reges erant & imperatores, philoſophi, principes, & rectores ſeculi, ſapienteſq; mundi. Quapropter vt illiterati conuerterent doctos, vt ſimplex doceret aſtutum, infirmus terreret potentem, neceſſe erat vt adeſſet virtus Dei, poteſtaſq; miraculorum. Nam illud miraculo maius eſt, per piſcatores, ſimpliceſq; hoĩes nemini formidabiles, conuerſos eſſe ad fidem reges ſeculi, potentes, principes, prudentes ſeculi, ſapientes, & philoſophos. Verum quid illos conuertit? Nunqd perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis apoſtolorum conuerſi ſunt? Minime. Adeo em̃ doloſi aut verſuti non fuerunt apoſtoli, vt hoc poſſent. Sed nunqd mẽdaciis decepti ſunt? Haudquaq̃. Quid igitur? Audierunt verba apoſtolorum ſimplicia quidem, & ab omni fuco aliena, quibus tanta inerat virtus, tanta veritas, vt illis nemo contradicere poſſet. Hoc em̃ il-

Luce 21 lis à Chriſto promiſſum fuerat, dicẽte: Dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt cõtradicere omnes aduerſarii veſtri.

Acto. 3. 4 Addita præterea erat eis virtus miraculorum, qua in Chriſti nõĩe per eos ſigña & prodigia magna fiebant in populo. Poſſet aũt hic obiici de lege Mahumetana, qm̃ illa abſq; miraculis recepta eſt. Dicendum longe aliud eſſe iudicium de lege euangelica, & de lege Mahumeti. Siquidem in lege Chriſti, nihil eſt carnale, quia eſt lex ſpiritus, ne in minimo quidem legi naturę repugnans, in ea eſt caſtitas, in ea oĩs eſt virtus, omniſq; honeſtas. Nec poteſt quicq̃ quod nefarium ſit, quod iniuſtũ ſit, ꝙ impium ſit, quod inhoneſtum ſit, quodve deceat in lege Chriſtianorum inueniri. Quocirca hæc lex nemini perſuaderi poteſt humanis ꝟbis, niſi his q viuere deſiderant ſecundum ſpiritum quod paucorum eſt. Lex aũt Mahumeti tota carnalis eſt, promiſſionem etiam habens carnalem, licet prorſus mendacem, Lutheranæ ſectæ parum diſſimilem. Vtraq; enim carni ſeruit, vtraq; ſpiritum odit, vtraq; licentiam carni p̃bet, licet Lutherana lex vmbrã quandam fingat honeſtatis, omnem tamen libertatem carnis laxat. Et quia nemo eſt q (ſi putentur licere) carnalia non amet, ideo ꝙ hæc faciliter hominibus ſuapte natura ad hæc inclinatis ſuadetur. Mahumetana olim orientem Chriſto ademit: Nunc hęreſis Lutherana (in qua omnia eius intelligo genimina viperina ex vno parẽte paulatim orta & deriuata) Chriſto tollit omnem occidentem. Sed nimium digreſſi ſumus. Reuertamur ad Euangelium.

Dixit ad eum regulus: Domine deſcende priuſquam moriatur filius meus.

Quamuis imperfecta huius reguli fuerit fides, fuit tamen ſingularis deuotio eiꝰ ad Chriſtum. Quamobrem non expectauit donec ad ciuitatem ſuam veniret Ieſus ſed longe adhuc conſtitutum adiit, & pro filio rogauit. Quem dominus Ieſus nõ ſolum exaudire volens eius filium ſanando, verum etiam ipſum regulum ab imperfectione fidei liberando, reprehendens exercuit eum. Verum cũ ille hęc diſſimulans ſuſtineret, atq; à precibus non deſiſteret, dominus illi reſpondit:

Dicit ei Ieſus: Vade filius tuꝰ uiuit.

Non dicit regulo, queadmodum dixerat Cẽturioni: Ego veniam & curabo eũ. Matth. 8
ſed vt orantem quoq; ſanaret patrẽ, qui opinabatur Ieſum abſentẽ nõ poſſe curare,

& ideo vt ad ſe deſcēderet,Ieſum rogabat
Gregori. ire voluit.Sed mouet hic D. Gregor.quæſtionem:Quare dn̄s ad ſeruum Centurionis accedere,licet nō rogatus,voluit,& ad filium reguli ire noluit?Nempe ideo vt inſtrueret nos,qui hoīes intuemur vt hoīes. Secundum humanam em̄ rationem omnino videbatur nobis magis eundum ad reguli filium,quam ad Cēturionis ſeruum. Sed Chriſtus vt mōſtraret q̄ ſtudioſus humilitatis eſſet,quamq; nō eſſet acceptor pſonaꝶ,ſed æque omnes diligeret,ad reguli filium ire recuſauit,ad ſeruū Centuriōis ire paratus fuit. Alia eſt prꝫterea ratio. Nā Centurio perfectam habuit fidem, in qua nihil ædificari oportuit.Ideo vt illius nobis fidem quoq; & deuotionem manifeſta
Matth. 8 ret.Ego(inquit)veniens curabo eum.Sciebat em̄ qd eſſet reſpōſurus Centurio: ideo vt nos quoq; eius tantam fidem ſciremus, prouocabat eum ad reſpondendum. Hic ỽo regulus habebat fidei impfectionem, q̄ in illo pariter erat curanda.Ideo ire dn̄s ad filium noluit, ne eius errorem cōfirmaret.Sed abſens curare voluit filium,q̄ præſentem curaret quoq; patrem, exiſtimantem opus eſſe ad curationem filij corporali præſentia Chr̄i.Propterea conſtanter regulo hic Ieſus dicit:Vade,filius tu9 viuit.

Credidit homo ſermoni quem dixit ei Ieſus,& ibat.Iam autem eo deſcendente, ſerui occurrerunt ei, & nunciauerunt dicentes, quia filius eius uiueret.

Aliquid in fide profecerat interim dum dn̄o loquebatur regulus, quia iā credidit verbo Chr̄i,& fide confortatus,rediturus in domū à dn̄o abſceſſit. Cui occurrerunt ſerui,nunciantes filium viuere.i.eſſe incolumem,vel, quia lætum nuncium non eſt differendum.Eſt em̄ ſemper deſideratū & acceptum,ideo feſtinarunt ſerui mox, q̄d audire deſiderabat dn̄o nunciare,vel qa ſuperfluum videbatur ſeruis,magiſtrum,ſeu dn̄m Ieſum fatigari,vt deſcenderet,cū iam filius,cuius gratia vocabatur Chr̄s incolumis erat.Putabant em̄ cū ſuo dn̄o deſcenſurum Chriſtum,cuius iam eſſet prꝫſentia ſuperflua,propter filij ſanitatem.

Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerat. Et dixerunt ei, quia heri hora ſeptima reliquit eum febris.

Ex hoc loco Chryſoſt.videtur,q̄d perfecte non crediderit regulus iſte,ſed titubauerit:atq; rei veritatem explorare volens, ꝓpterea interrogauerit, qua hora melius habuiſſet,vt inde diſceret,an virtute Chriſti,an alia occaſione aliqua naturali filius recuperaſſet ſanitatem.Reſponderunt igit illi ſerui eius,quod hora ſeptima illum reliquiſſet febris:hoc eſt,q̄d cū eſſet febri tūc correptus,ſubito illum reliqt febris pfecte & ſine vlla debilitate, aut morbi veſtigio factus eſt manſitq; ſanus.Pari modo ſocr9 Petri febricitans curata eſt.Nā ſubito ſurrexit à Chr̄o curata & miniſtrauit mēſæ. Iohannes Chryſoſto. Lucæ 4

Cognouit ergo pater,qa illa hora erat in qua dixit ei Ieſus: Filius tuus uiuit. Et credidit ipſe,& domus eius tota.

Perpenditur hinc(vt Beda dicit)quemadmodū in alijs virtutibus, ita in fide q̄q; eſſe gradus. Nam regulus initium habuit fidei,cum dn̄m pro filij ſalute rogauit. Incrementum habuit, qn̄ ſermoni credidit Chriſti,domum reuertēs.Poſtremo nunciantibus ſeruis perfectionem obtinuit fidei,nihil poſthac dubitans. Credidit aūt, vt hic dicitur,non ipſe tantum,ſed domus eius vniuerſa. Quo palam fit quā vtile ſit patremfamilias habere bonum, aut Deo deuotum,quanq; peſtiferum ſit malum,impiumq; habere dominum.Quomodo em̄ eſt paterfamilias,ita ſunt eius quoq; miniſtri,& familia tota.Profuit igitur familiæ domus regulum crediſſe in Chriſtum. Nam hac occaſione ſtuduerunt etiam oēs qui in domo erant fide ſe domino conformare. Qui ſi impius fuiſſet,familiam quoque habuiſſet impiam. Eſtote igitur filij ſemper,quantum ꝫſt poſſibile,cum bonis vt participes ſitis quoq; in bonis eorum, & in virtutibus, & aſſuefiatis ad honeſtatem,& ad virtutem.Iuxta em̄ mores & vitam eorum cū quibus habitas,vita & animus tuus imparceptibiliter mutatur,vt cū laſciuis fias laſciuus,cum arrogantibus & ſuperbis ſuperbus,cum tumidis tumidus, cum inobedientibus,rebellis.Et ediuerſo vbi dei timor eſt in patrefamilias,aut vxore,ibi docetur participatq; tota familia vt diſcat timere deū.Qui vobis filij mīam ſuam det & grām,vt illū præ oculis habētes. ſemper ei maneatis ſubiecti ac obediētes. Beda.

In

In Chriſto Ieſu domino noſtro,qui eſt benedictus in ſecula,Amen.

SERMO IN EADEM Dominica. Cur pœnæ peccati originalis poſt baptiſmum maneant, & quare formidabilis ſit mors.

ERat quidam regulus,cuius filius infirmabatur, Iohã.IIII. Hominibus cunctis naturaliter hoc inſitum eſt,vt quærant ſui integritatem, ſanitatem: fugiant vero ſui corruptionem , ſeu mortem . Hoc modo huius infirmi pater per naturalem amorem & compaſſionem remedium ægroto filio ſuo quodcunq; potuit ad ſanitatem quæſiuit.Sed miraris fortaſſe,vnde nobis accidant infirmitates,aut etiam ipſa mors.Dicendum: Ex originali peccato hoc nobis accidere, vt moriamur, vt pœnas,dolores,infirmitates,moleſtias, grauamina,famem,frigora,& quæcunque nobis ſunt moleſta,ſentiamus.Quod ſi obieceris ſeu interrogaueris iterum.Cum dominus omnia nobis peccata in ſua paſſione dimiſerit,& pœnas peccatoꝝ nobis ademerit:cur ergo nihilominus poſtq̃ ſumus
Eſaiæ 53
baptizati pœnis affligimur?Scriptũ nanq; eſt:Vere languores noſtros ipſe tulit,& dolores noſtros ipſe portauit.Si Chriſtus noſtros quos pati debemus dolores portauit, & ſi in baptiſmo nos recipimus efficaciam virtutem,& meritum paſſionis Chriſti,videtur vt pœnas huiuſmodi,quas per originale peccatum incidimus, iterum in baptiſmo exuimus. Reſpondẽdum hic per tres eſt conſiderationes. Prima,Chriſtus oẽm pœnam peccatis debitam , in ſua paſſione ſoluit perfectiſſime,quæcunq; animam hominis poſt ſeparationem à corpore ab ingreſſu regni cœleſtis impedire,vel ꝑpetuo vel ad tempus poſſet. In baptiſmo nanq; vbi nobis virtus communicatur paſſionis Chriſti oĩs culpa tam originalis quàm actualis, venialis quoq; & mortalis aboletur atq; remittitur. Tollitur præterea ibi omnis obligatio ad pœnam,cui alioq obnoxij eſſemus,tam inferni quàm purgatorij.Eamobrem dicit Auguſtin. Per baptiſmum quicquid in homine factum,dictũ, & cogitatum eſt,totum aboletur,vt quaſi factum non ſit,habeatur. Secunda conſideratio,per efficaciam paſſionis Chriſti,&

Auguſtin.

per eiuſdem virtutem nõ remittuntur pœnæ temporales pctõ originali debitę,quas in hoc mundo ſuſtinere habemus,vt ſunt infirmitates, miſeriæ, & ærumnæ multæ, tandemq; mors corporalis. Illę eñ pœnæ terminantur in hac vita , & cum vita corporali:ideo nihil poſſunt hoĩem impedire aut prohibere poſt ſeparationem,nec ꝑpetuo,nec ad tempus. In baptizato eñ nihil impedit regni cœleſtis ingreſſum, niſi peccatum poſt baptiſmum cõmiſſum. Nam priora pctã in baptiſmo ſunt deleta. Tertia conſideratio:Chriſtus dñs noſter q̃uis ſua paſſione pro peccatis oĩbus oĩmq; peccatorum pœnis ꝑ nobis ſatisfecerit, ab his tñ pœnis temporalibus, quas in hac ſuſtinemus vita ex ingẽti miſericordia ſua nos liberos eſſe noluit omnino.Sciebat eñ nobis nullo modo prodeſſe, vt ab his pœnis & moleſtijs hic penitus eſſemus liberi.Proinde(vt videmus)quos habuit in mundo chariores,eoſdẽ pluribus moleſtijs & calamitatibus ſubiecit.Conferunt eñ hę pœnæ multum his qui eas,vt debent,ex obedientia ſuſcipiunt,intelligẽtes eas in remedia animaꝝ ſuarum,à ſummo medico ſibi impoſitas. Conficitur igitur infirmitates, calamitates,ærumnas quoq; & aduerſitates,in vtilitatem aĩarum noſtraꝝ nobis relictas.Quas,inqs,pariunt vtilitates? Multas,inquam, ſi patienter tolerentur: quaꝝ aliquas recenſere hic libet.Exempli igitur grã ægritudinem ſeu infirmitatem accipiamus,in qua alias quoq; intelligamus moleſtias.Prima aũt huius eſt vtilitas,vt homo ſentiens infirmitatẽ, p̃paret ſe ad exitum. Qui eñ tunc ſe ad mortẽ,qñ infirmus eſt, nõ parat,qñ parabit? Beati igĩ q quotidie ſe parant ad egreſſum(neſcit eñ homo finem ſuũ)vt cum dñs pulſauerit, cõfeſtim
Eccl̃es 9
aperiãt ei.Eſt aũt magna admonitio infirmitas corporalis,vt ſe homo paret ad mortem,ne quaſi improuiſus imparatusq; moriatur.Scitũ quoq; illud eſt Senecæ dicentis:Mors vbiq; te expectat: ſed ſi ſapiens fueris,vbiq; eã expectabis. Secunda eſt vtilitas,qa à pctis infirmitates aliaq; incõmoda patienter tolerata nos purgant.Miſericordiſſimus eñ dñs infirmitates & calamitates noſtras in expiationẽ nobis ordinat pctõrum. Adeo vt nõ raro in illis mẽbris, per quæ peccauimus etiã puniamur, vt in nobis impleatur illud:Per quæ quis peccauit,per hæc & punietur.Infligi autem pœnas pro peccatis à Deo teſtatur Pſalmiſta, dicens:

Lucæ 12

Seneca.

Sapien. 11

Pſalm. 31 dicens: Multa flagella peccatoris, ſperantē
aūt in dño miſericordia circundabit. Et
Pſal. 37 Dauid quia deliquerat. Qm̄, inquit, in fla-
gella paratus ſum, & dolor meus in con-
Matth. 9 ſpectu meo ſemper. In Euangelio quoq;
non lōge à ſuperiori dñica lecto nobis re
ferebatur de paralytico, quem dñs curatu-
rus hoc modo affatur: Confide fili, qm̄ re-
mittuntur tibi peccata tua. Quo ſatis indi
cabat peccata fuiſſe cauſam infirmitatis: &
per infirmitatem illum iteꝝ ad aïæ redire
ſanitatē. Tertia eſt vtilitas, qa infirmitates
ærumnęq; hoſti noſtro laſciuiam petulan-
tiamq; eripiūt. Eſt em̄ nobis familiaris no-
ſter hoſtis caro nr̄a, quem circunferre cogi
mur & nutrire, nō tñ occidere. Nutrire, in
quam, illum tenemur ad ſobrietatem, ad
neceſſitatem quoq;, nō ad petulantiā aut
voluptatem. Itaq;, cum infirmitatibus car
nem dñs affligit, hanc rebellem ſpūi ſubij-
Galat. 5 cit. Nunq̄ em̄ caro non concupiſcit aduer
ſus ſpm̄, p̄ſertim ſana & laſciuiens. Eamob
rem, cum id in ſe quoq; experiretur Pau-
2.Cor. 10 lus, ingenue fatetur ſe libenter gloriari in
infirmitatibus ſuis, q̄nquidem cū infirmor
(inquit) tunc potens ſum. Quaſi dicat: Cū
infirmitas carnem meam domat, potētior
atq; liberior, tunc in me eſt ſpūs meus ad
Deū. Quarta vtilitas eſt, nam infirmitas à
pctīs retrahit. Multa em̄ hoī infirmo non
libent, q̄ alioqui male liberēt, & ad peccan
dum inducerent. Multas aufert ægritudo
delectationes, qbus niſi infirmitas impe-
diret, excederet. Multa em̄ peccata homo
faceret ſanus, q̄ non facit infirmus. Nec à
peccatis tm̄ infirmitas retrahit, ſed eſt etiā
Iſaiæ 26 multoꝝ occaſio bonoꝝ. Proinde Iſaias di-
cit: Dñe in anguſtia requiſierunt te. Quin-
ta eſt vtilitas infirmitatis, qa indicat grām
Dei. Eſt em̄ idonea ad obtinendū Deum.
Nam ſingulare eſſe creditur dilectionis di
uinæ indiciū infirmitates ſuſtinere, iuxta
Apoc. 3 illud: Ego quos amo arguo & caſtigo. Fa
miliare nanq; eſt Chriſto ſuis amicis dare
aduerſitates, ſiue hæ ſint infirmitates, ſiue
alia incōmoda. Tu igitur ſciens Deo id ac-
ceptum eſſe, pro ipſius optes amore aliqd
ſuſtinere. Omem iccirco infirmitatem de
eius manu accipe, & in gloriam eiuſq; be-
neplacitum quicqd ſuper te venerit, ſuſti-
ne. Hanc tñ reſignationem & patientiam
nihil impedit, ſi remedia interim humana
cōtra morbos infirmitateſq; inſtituta, vel
quæras, vel admittas. Quia neſciens dei vo
luntatem facere debes (dum infirmus es)
vt homo, qui ſuam valetudinem, incolu-
mitatemq; ad gloriam Dei expendēdam,
non debet negligere, ſed ita remedijs vti
humanis, vt æque ad voluntatem, ſi Deus
ita voluerit, paratus ſit: & vtrum ſibi reme
dium hoc ſanitatem recuperet nec ne, deo
id cōmittat, Deoq; ſuam voluntatem con
formet. Sexta vtilitas infirmitatis eſt, quod
à futuris pœnis hominem liberat. Quicqd
em̄ hic punit Deus, non puniet poſt hanc
vitam. Caſtigatio aūt quæ in hac vita da-
tur homini, eſt incōparabiliter clementior
quam ea quæ poſt hāc eſt vitam expectan-
da. Iuſtus aūt eſt Deus, vt quicquid hic pu
nitum eſt, non puniatur denuo. Ideo dicit Nahum.
Nahum propheta: Afflixi te in præſenti,
& amplius te non affligam. Quapropter Auguſtin.
diuus Auguſtinus non inſipienter quoq;
fertur oraſſe ad dñm: Hic vre, hic ſeca, ſal-
tem in æternū parcas. Septima vtilitas eſt,
quia infirmitas ad regnum cœleſte intro-
ducit. Nam ſi Chriſtus paſſus eſt pro no- 1.Petri 2
bis relinquens nobis exemplum, vt ſequa-
mur veſtigia eius, quomodo nos nihil pro
peccatis noſtris ſuſtinebimus? Quod ſi ſu 2. Tim. 2
ſtinemus (vt Paulus ait) conregnabimus
etiam. Hoc in parabola euangelica nobis Matth. 22
inſinuare Chriſtus voluit, quādo repudia
tis his tanquam cœna ſua indignis, qui ve
nire noluerunt ad paratam cœnam, miſit
ſeruos ſuos, vt introducerent pauperes &
debiles, cæcos & claudos. Hi enim quos
hic deſpicit mundus, & qui in mundo hic
premuntur magis ad cœleſtis cœnę introi Roma. 8
tum idonei fiunt. Non ſunt igitur condi-
gnæ paſſiōes huius temporis ad futuram
gloriam, quę reuelabitur in nobis. Verum
dicet hic qs: Quare fit vt nulla ſit res quæ
adeo timeatur quō mors? Et timenda ne
eſt mors? Dicendum mortē nihil aliud eſſe
q̄ aïæ à corpore ſeparationē. Mors, inquā,
eſt ſolutio cōiunctionis animæ & corpo-
ris. Quæ coniunctio cum ſit arctiſſima fa
miliariſſimaque, inuitiſſime, ſi de naturali
curſu loquendum eſt partes ſeparantur.
Nulla quoq; eſt creatura, qua nō conten-
dat ſe tueri & repugnare naturaliter ne in
tereat. Quia nihil eſt quod ſui appetat de-
ſtructionem, vnaquæq; res manere & per
ſeuerare in ſuo eſſe cupit. Hoc videre poſſu
mus in om̄ibus creaturis, præſertim vitam
ſenſibilem, vegetabilem, aut rationalem
habentibus, quomodo quælibet ſuam tue
tur vitam, ſui fugit corruptionem, nec
deſinere aut perire vult: quanto magis
homo,

homo, qui eſt creatura nobilis? Cum igitur animæ & corporis ſeparatio, deſtructio, atq; ſolutio ſit hominis, per quam altera pars, hoc eſt, corpus corrumpetur & pereat neceſſe ſit, eſt homini horrori naturaliter ſui deſitio, ſiue ſeparatio animæ à corpore, quæ eſt mors. Quia, vt dixi, cum omnis creatura tum præcipue homo horreat ſui corruptionem, & appetat nõ perire, ſed permanere, atq; quicquid hac in re ſibi eſt contrarium fugiat, ſecundum naturam horribile eſt homini mori. Secus eſt de virtute & gratia Dei. Quod enim natura horreat mori perſpicuum eſt ex Euãgelio, qñquidem Chriſtus quoq; pro noſtra cõſolatione hanc paſſionem vltro ſuſtinere voluit, vt cum iturus eſſet ad mortẽ cœperit pauere, tædere, mœſtus eſſe, ac triſtis vſq; ad mortem. Quid vltra? Cœpit patrẽ rogare, vt à ſe auferret calicem hunc paſſionis & mortis, quo ſe verum hominem probaret, vtpote qui ea quę veri ſunt hominis & conditiones naturæ humanæ in ſe ſentiret. Secus aũt eſt, ſi de grã Dei loquamur. Nam multis ſanctorum, præſertim in nouo teſtamẽto, & perfectis mors fuit in deſiderio, & vita in patientia. Nam Paulus cupiebat diſſolui, & eſſe cum Chriſto: idq; reputabat multo ſibi eſſe melius, quamuis in carne manere hic propter fratres magis foret neceſſarium. Itaq; ſi Dei gratiã attendimus, ſi noſtri redẽptionem adoptionẽq; per Chriſtum cogitamus, ſi egreſſum noſtrũ ad felicitatẽ in bona ac forti ſpe fiduciaq; præſtolamur, non erit horrori mors, præſertim ſecundum rationem. Legimus enĩ quoſdam ſanctorũ naturaliter, aut iuxta ſenſum carnis ſaltem timuiſſe mortẽ. Nam Hezechias rex non ſolum de bonis aut melioribus, ſed de optimis etiã vnus, cum illi Propheta dixiſſet: Diſpone domui tuæ, quia morieris tu & non viues, contriſtatus vertit ſe ad parietem, & fleuit, dicẽs: Domine memento quæſo quõ ambulauerim coram te in veritate, &c. Sic Gedeon quoq; quũ vidiſſet angelum expauit, putans ſe propterea moriturum: & Manuah pater Samſonis. Eamobrem, contra hunc timorem dominus ſuos diſcipulos ac martyres futuros oẽs confortans, Nolite, inqt, eos timere, qui corpus occidunt, aĩam aũt non poſſunt occidere. Eſt igitur mors quidem oĩbus iuxta naturam formidoloſa: his tamen qui in Dei ſunt amore perfecti ſecundum ſpm̃ non eſt formidoloſa. Scriptũ enĩ eſt: Precioſa in conſpectu dñi mors ſanctorũ eius. Cæterũ, peccatoribus ac impœnitẽtibus multo maxime eſt formidanda, de qbus item ſcriptũ eſt: Mors pctõrũ peſſima. Sunt tñ alia quædam q̃ terribiliorem hoĩbus, q̃ in ſe eſt, faciunt mortem. Solent enĩ (vt qdam tradunt) comitari mortem terrores ac aſpectus teterrimi dæmonum, tentationesq; graues, qbus nituntur in deſperationem inducere moriẽtem inimici. Verum de his qd ſentiendum ſit, puto incertum eſſe. Non dubium eſt tñ maxima tunc ſolicitudine dæmones inſtare, vt infirmum fallant, ſeducant, aut rapiant. Veruntamen, deus qui hominem ſub alijs tentationibus hic cuſtodiuit in vita, cuſtodiet, ſperandum eſt, etiam in morte: tantũ vt homo habitet in adiutorio altiſſimi, & in ꝓtectione Dei cœli cõmoretur. Fidelis enĩ Deus, qui nõ permittet tentari hoĩem, ſupra id q̃d poteſt ſuſtinere. Quare ſi tunc grauior, improbiorq; acceſſerit tentator, ſperandus eſt quoq; ediuerſo potentior futurus adiutor. Leguntur q̃q; nõnulli vidiſſe in fine aut circa finem dæmonis præſentiam, vel ad ſui purgationẽ, vel ad damnatiõis ſuæ inchoationẽ, ſed an oĩbus hoc cõtingat, incertũ habeo. Poſtremo, hęc cõſolatio eſt timẽtibus Deũ circa mortẽ. Quantũcunq; ſit mors formidabilis, eſt tñ bonis finis tentationũ, finis miſeriarũ, terminus peccandi, poſt quẽ nõ erit pctm̃, ſed præmium, cõſolatioq; & gaudiũ. Eſt mors bonis ianua paradiſi, ingreſſuſq; regni cœleſtis. Eſt porta qua de miſerijs noſtris exeuntes recedimus, & eſt porta qua ad gaudiorum plenitudinem intramus. Quid ꝙ ad patriam noſtram pertingere, niſi per hanc portam, nõ poſſumus? Non eſt igitur timẽda mors, ſed obediẽter ad Dei beneplacitum ſuſcipienda, q̃ facies tibi mortem valde vtilem, Deoq; vehementer acceptam. Eſt q̃q; mors manſuete, imo & optato ſuſtinenda. Introducit enĩ mors à miſerijs ad vitã q̃uo ſcriptum eſt: Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ex deo ædificationem habemus domum non manufactam, ſed ęternam in cœlis. Quapropter magis timeamus ne inueniamur inobedientes, ingrati atq; rebelles Deo: nam his maxime formidabilis eſſe debet mors, qui nolunt conuerti ad dominum. Hi vero qui filij ſunt Dei viuentis, qui ſeruare cupiunt Dei pręcepta, non habent turbationis atque timoris cauſam.

Lucæ 22
Marc. 14
Matth. 26
Philip. 1
Iſaiæ 38
Iudic. 6
Iudic. 13
Matth. 10
Pſalm. 115
Pſalm. 33
Pſalm. 90
1. Cor. 10
2. Cor. 5

ſam. His enim cum per mortem ſibi cœpe
rit hæc vita temporalis deficere, dicitur à
Lucæ 21 domino: Leuate capita veſtra, quoniã ap-
propinquat redemptio veſtra. Quo ſigni-
ficatur electis Dei vitam hanc eſſe captiui-
tatem & carcerem: mortẽ redemptionem,
poſt mortem vero reddi patriam, conſolã
tionem, beatitudinemq́; æternã. Per mor-
tem igitur à multis eripimur malis. Primo
à malignitate mũdi. Quapropter nos ſcri
ptura hortatur, vt exeamus de medio Ba-
Iere. 50 bylonis, redeuntes ad terrã promiſſionis,
lacte & melle manantem. Ibi enĩ non erit
fraus, nec dolus, nec peccatum, nec impo-
ſtura, cuiuſmodi mercimonijs mũdus hic
plenus eſt. Secundo, liberamur ab eius va-
Eccẽs 1 nitate. Vidi, ait Eccleſiaſtes, cuncta ſub ſo-
le, & erant omnia vanitas. Quid enim eſt
aurum? quid p̃cioſa veſtis? Veſtis quidem
neceſſaria eſt. Sed quare precioſa? Quare
de ſerico? Quid magnum nomen? Quid
honor? Quid potentatus? Quid diuitiæ?
Quid pulchritudo & voluptas? Omnia va
nitas, & retia quibus homo à mundo capi
tur, ad infernumq́; trahitur. Horũ finem fa
cit mors, reueraq́; monſtrat, quã nihil fue-
runt hæc tranſitoria, neminem adiuuãtia,
ſed vanitas ſola, & magis rerum ſunt appa
rentiæ imagines ſeu vmbræ, quã res. Ter-
tio, mors liberat ab inquietudine. Quid e-
nim in hac vita eſt quietum? Aut quis re-
gum ſeu diuitum eſt qui tranquillitatem
hic poſſideat? Nulla hic eſt pax, nunquam
deeſt querimonia. Semper enim aut adeſt
quod nolis, aut abeſt quod velis. Semper
eſt quod formides, ſemper de quo doleas.
Nihil eſt igitur mortalium vita, quàm la-
Ibidem. bor & afflictio ſpiritus. Veriſſimum quo-
Iohan. 16 que eſt illud Chriſti: In mundo preſſuram
habebitis, in me aũt pacem. Illuc igitur no
bis aſpirandum, vbi eſt requies, gaudium,
& pax. Ab hac inquietudine, ab ærumnis-
que alijs multis per mortem eripimur ſo-
lam. In futura nanq; beatitudine nullus Apoc. 21
eſt luctus, labor & dolor, qm̃ hæc omnia
tranſierunt. Quarto, liberat nos mors &
educit ex tenebris, ex caligine, ignorantia
atq; ex defectu veritatis, ad veram ſcientiã,
& verum lumen. Quamdiu enim hic ſu-
mus, quantumuis pro ſcientia laboremus
multo ſudore, tam parua eſt tamen hęc ſci
entia ad veritatẽ, vt vix dici poſſit opinio.
Taceo ꝙ tam multa ſunt, tam magna & ar
dua, de quibus certam hic nullam habe-
mus ſcientiam, multa de quibus opinio-
nem tantũ: quę tamen an veritatis aliquid
cõtineat, ignoramus, innumera vero quo
rum ignorantiã omnem confitemur. Non
igitur ſine cauſa dicitur: Stultã fecit Deus 1. Cor. 1
ſapientiam huius mundi. Quomodo enĩ
ſapientia mundi ſtulta non eſt, quæ an ſa-
pientia ſit, an recte per hanc homo ſapiat,
aut erret certus nõ eſt, niſi ſit ibi experien-
tia ſenſus? Quinto, liberat nos mors à peri
culis infinitis. Quamdiu enĩ in hac vita ſu Eccle. 1
mus, an amore odioue ſimus digni igno-
ramus. Adde iam inſtabilitatem & infir-
mitatem noſtram, quare nihil nobis aude-
mus confidere, nihil promittere. Nam &
de voluntate noſtra & actione an placeat
Deo, & quamdiu placitura ſit, neſcimus.
Deinde fragiliſſimi ſumus, & indeſinẽter
à vobiſipſis quoq; impulſi, hoc eſt, à mali-
cia, ab ignorantia, & ab infirmitate noſtra,
vbique delinquimus. Sunt alia item innu-
mera pericula, quibus continue labimur
& peccamus, à quibus item ſola nos mors
eripit. Quã vt tranquillam felicem & bea-
tam ſentiamus, largiatur nobis dominus
noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt benedictus
in ſecula, Amen.

DOMINICA XXII. POST DOMINI-
cam S. Trinitatis, Epiſtola Beati Pauli Apoſtoli ad Philippenſes I.

Confidimus in domino Ieſu, quia qui cœpit in uobis opus
bonum, perficiet uſq; in diem Chriſti Ieſu: ſicut eſt mihi
iuſtum hoc ſentire pro omnibus uobis, eo quod habeam
uos in corde meo, & in uinculis meis, & in defenſione, &
in confirmatione Euangelij, ſocios gaudij mei omnes uos
eſſe. Teſtis enim mihi eſt Deus, quomodo cupiam uos
omnes

omnes in uiſceribus Ieſu Chriſti. Et hoc oro ut charitas ueſtra magis ac magis abundet in omni ſcientia, & in omni ſenſu: ut probetis potiora, ut ſitis ſynceri, & ſine offenſa uſq; in diem Chriſti Ieſu, repleti fructu iuſtitiæ, per Ieſum Chriſtum, in gloriam & laudem Dei.

PARAPHRASIS IN EANDEM Epiſtolam.

PAulus Apoſt. Philippẽſibus ſcribens ſuam ſolicitudinem pro illis, zelum paternumq; inſinuat amorem. Ideo dicit: Confidimus in dño Ieſu, vt is qui opus bonum in vobis cœpit per gratiam pręuenientem, nunq̃ vobis defuturus ſit, per ſubſequentem & cooperantem, ſed q̃d cœptum eſt in vobis bonum perficiat (Prou. 24) ad finem, hoc eſt, vſq; in diem Chriſti Ieſu, quo tunc vnicuiq; iuxta illud quod meruit retribuet. Quæ dies Chriſti cuilibet erit ſingularis in morte, vniuerſalis aũt in nouiſſimo die. Hoc nanq; ita ſentio, ſicut iuſtum eſt me ſentire de omnibus vobis. Neq; em̃ iuſtum foret aliud ſentire de tam bonis filijs, eo q̃d habeam vos, non in ſolis labijs oris, ſed in corde meo, & in vinculis meis. His em̃ vos compatimini, & propter me eſtis contriſtati & afflicti, ꝙ hic Romę ſim vinctus, & carcere tentus. Ideo vos habeo quoq; mecum in vinculis meis, quæ mecum vos in ſpiritu & ex charitate ſuſtinetis: nec minus hæc vos q̃ me torquent. Habeo igitur vos in corde meo, & in vinculis meis, & in defenſione, & cõfirmatione Euangelij, pro quo ego gaudens, vincula patior & carceres. Huius aũt gaudij, q̃d in tribulationibus habeo, & lætitiæ quam in ſeculo futuro ſempiternã expecto, confido ſocios omnes vos eſſe, & fore. Teſtis em̃ mihi eſt Deus, quanto affectu cupiam vos om̃es, q̃ fideliter, quàm ſyncereq; oĩm veſtrum ſalutem deſiderem, & conſolationem in viſceribus Ieſu Chriſti. Et hoc ante Deum pro vobis, voſq; oro, vt charitas veſtra non deficiat, ſed abundet magis ac magis creſcens in omni ſcientia & diſcretiõe, & in omni ſenſu prudentię, vt probetis potiora, hoc eſt, vt prudenter diſcernere valeatis, non ſolum inter bona & mala, ſed etiam inter bona & meliora, vt ſitis ſynceri, integri, ac mundi corde, ſine offenſa, innoxij erga deum & proximum, vſq; in diem Chriſti, hoc eſt, vſq; ad diem vitæ veſtræ nouiſſimum. Sitiſq; repleti fructu iuſtitiæ, quæ eſt abundantia bonorum operum per Ieſum Chriſtum in gloriam & laudem Dei.

EXEGESIS EVANGELIJ Dominicæ XXII. poſt dominicam S. Trinitatis, Matthæi XVIII.

QVI DEBITIS æreque alieno grauantur, ſi non fuerint ſoluendo, iuſte miſericordiã ad hoc ſaltem poſtulant, vt illis concedatur ſoluendi dilatio. Nam vt om̃e debitum remittatur ſibi, nemo eſt qui hoc expectet. At vero dñs non ſolum expectat, aut præſtolatur, nec partem donat debitorum, ſed omne miſericorditer etiam debitum dimittit, ſi tamen æque in proximos noſtros fuerimus miſericordes quomodo nobis volumus miſereri. Hoc cum in varijs locis nobis inculcet, hic etiã illud ipſum in parabola nos docet, vt cuiuſmodi animum nos gerimus erga proximum noſtrum, huiuſmodi quoq; in Deo inueniamus erga nos. Præmonuerat autẽ diſcipulos vt concordes viuerent. Nam ſi duo vel tres conſenſerint ſuper terram, ꝑ quacunq; re petierint, dabitur eis à Deo. Hinc Petro interrogante: Si peccauerit in (Matth. 18) me frater meus, dimittam ei vſq; ſepties? Non dico tibi (inquit Ieſus) vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties: hoc eſt, toties q̃ties peccauerit. Hanc ſententiã confirmare volẽs, adiunxit parabolam hanc, dicẽs:

Simile eſt regnum cœlorum homini regi, qui uoluit rationem ponere cum ſeruis ſuis.

Negociũ, inqt, præſentis Eccleſiæ ac ſtatus ſimilis eſt homini regi, qui rationẽ voluit ponere cum ſeruis ſuis. Non alium regem quærere nos oportet quàm eum de quo Pſalmiſta dicit: Dñs regit me, & nihil (Pſalm. 22)

Apoc. 19 mihi deerit. Eum ſcilicet in cuius veſtimẽ-
to ſcriptum legitur: Rex regum & dñs do
Pſal. 47 minantium. Et iterum in Pſalmo: Qm̃ hic
eſt Deus Deus noſter in æternum, & in ſe
culum ſeculi, ipſe reget nos in ſecula: hic
voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis.
Debitores ſumus omnes Dei: multa talen
ta accepimus, multa ex his amiſimus, mul
ta male expendimus, voluntatem dñi trãſ
greſſi ſumus in multis. Neq; enim hoc ſo-
lum à nobis exigitur, vt caueamus malũ,
ſed etiam vt faciamus bonum. Hæc enim
Pſalm. 36 duo generalia ſunt præcepta iuſtitiæ: De-
clina à malo, & fac bonum. Voluit ratio-
nem ponere, hoc eſt, opera ſeruorum ſuo-
rum & ſtudia diſcutere. Serui eius ſunt o-
mnes mortales. Siquidem tenemur ei ſerui
re: Primo, ratiõe creationis. De quo Iſaias
Iſaiæ 41 ait: Formaui te, ſeruus meus es tu Iſrael,
non obliuiſcaris mei. Factus eſt eñ homo
à Deo propter Deum, puta vt homo deo,
hoc eſt, ſuo creatori ſeruiret: mundus aũt
factus eſt propter hominem, vt homini
ſeruiret. Cõſtitutus itaq; homo in medio
habet cui ſeruiat, ipſe habet quoq; à quo ſi
bi ſeruiatur. Vtriuſq; ſeruitutis ſolus ipſe
fructum recipit. Nam cum dño ſeruit, nõ
dominus huius ſeruitutis accipit fructũ
aut commodum, ſed ſeruus: nec ex ſeruo
iuuatur dominus, ſed ſeruus. Quod vero
homini ſeruit mundus, ex illo quoq; ne-
mo præter hominem iuuatur. Ideo Pau-
1. Cor. 3 lus dicit: Omnia veſtra ſunt, vos aũt Chrĩ.
Secundo, ſumus huius regis ſerui, quia ab
1. Cor. 6 eodem empti. Empti, inqt, eſtis precio ma
gno. Non corruptibilibus auro ſiue argen
1. Petri. 1 to, inquit Petrus, redẽpti eſtis, ſed precio-
ſo ſanguine agni immaculati. Tertio, ſu-
mus ab eo quoq; (vt in parabola operario
rum in vinea declarat) ad ſeruiendum ei
cõducti. Promiſit eñ ſeſe nobis dare mer
Matth. 20 cedem. Ego, inquit, ero merces tua. Poſitu
Gene. 15 rus itaq; eſt rationem cum ſeruis ſuis, vel
Matth. 25 generaliter in fine mundi, aut ſingulariter
in cuiuſuis hominis morte. De hoc Eccle-
Eccl̃es 12 ſiaſtes: Cuncta, inquit, quæ fiunt adducet
dominus ad iudicium, & pro omni erra-
to, ſiue bonum ſiue malum expetetur ra-
tio. Videte tamen miſericordiam Chriſti.
Prædicit nobis rationem à nobis exigen-
dam. Excitat nos ad timorem & ad red-
dendæ rationis ſolicitudinẽ. Deinde con-
ſilium quoque dat, quomodo ſi ad ratio-
nem reddendam non ſufficimus, euada-
Ezec. 18 mus. Neq; enim vult mortem peccatoris,
ſed cõſulit, hortatur ac monet etiam quo
conuertatur, & viuat.

Et cum cœpiſſet rationem pone-
re oblatus eſt ei unus qui debebat de-
cem milia talentorum.

Quotidie rationem ponit cum ſeruis ſu
is dominus illos excitando, illis inſpiran-
do, ipſorum delicta & defectus eis oſten-
dendo, & ad emendationem inuitando.
Cœpit rationem ponere, quia expergefe-
cit in peccatis dormientes, vt ipſi quoque
de ſuis peccatis pœnitentes cogitarent, &
quomodo ea emendarent quomodove de
bita ſoluerent, meditarentur. Poteſt enim
ſimilis eſſe locutio quomodo in Iohanne Iohan. 16
de ſpiritu ſancto dicitur: Ille arguet mun- Iohan. 15
dum de peccato. Et: Ille teſtimonium per-
hibebit de me. Quod ita recte intelligitur.
Ille ſpiritus ſanctus venturus in vos argu
et per vos, id eſt, faciet vos arguere mundũ
de peccato. Et, ille teſtimonium perhibe-
bit de me, quia vos teſtimonium perhibe- Lucæ 21
re faciet confortans vos, & metum aufe-
rens, danſq; vobis os & ſapientiam cui nõ
poterunt contradicere omnes aduerſarij
veſtri. Hoc, inquam, modo poteſt intelligi
hic quoq;, quod rex, id eſt, Deus ſiue Chri
ſtus cœpit rationem ponere, quia fecit ſer-
uos ſuos in hac vita ſecum rationem pone
re. Semper enim Dei ſerui cum vita ſua ri-
xantur, operaq; illorum nemo magis, quã
ipſi, accuſat. Itaq; dum rationem dominus
ſeu rex exigeret, oblatus ei vnus eſt debẽs
decem milia talentorum. Non longe quid
verba hæc ſingularia ſignificẽt, quæramus
ſed hoc nobis ſcitu eſt neceſſarium ſignifi
cari hic peccatorem grauibus multiſq; cri
minibus obnoxium ad rationem redden-
dam poſitum.

Cum autem non haberet unde red
deret, iuſſit eum dominus uenundari
& uxorem eius & filios, & omnia
quæ habebat, & reddi.

Non habuit ille præuaricator quo dñm
ſuum placaret, reddens debita. Sic peccato
res quid præter peccata habent quibus dei
iram commeruerunt, aut quando poterũt
placare dominum, nihil bonorum operũ
habentes? Erat igitur à domino iuſſum, vt
ipſe cum vxore & filijs & om̃ibus quæ ha
bebat venundaretur, donec ſolueret. Ho-
mo peccando venundat ſe diabolo, quia
pro delectatiõe breui vẽdit ſe illi in ſeruũt
ven-

vendit quoq; dei dona quæ à Deo accepit, in illius obſequium. Item, vendit æternã beatitudinem pro inferno. Cui vendit? diabolo. Non vt poſſeſſor fiat diabolus beatitudinis, ſed vt ipſe quod erat accepturus amittat. Venditur aũt non ſolum ipſe peccator, ſed & vxor eius, id eſt, concupiſcentia, & filij eius, id eſt, opera: & omnia quæ habet naturalia & gratuita dona dat diabolo, ſubijcitq; cum eiſdem ſe illi in ſeruũ. Qui eñ in peccato eſt mortali conſtitutus iam amiſit omnia bona quæ habuit, puta amicitiam Dei, gratiam Dei, opera bona, merita, aliaq; ſtipendia, qbus itur ad æternam vitam. Hæc itaq; cum peccato mortali omnia moriuntur, & hominem relinquunt. Licet homo ſi per gratiam reſurrexerit eadem quoq; reuiuiſicentur atq; reſurgant: vtpote quæ olim vitã habuerunt in gratia Dei facta.

Procidens autem ſeruus ille, orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

Docuit hic nos dominus qd facere nos oporteat, cum pro peccatis noſtris rationem non poſſumus reddere. Procidere enim debemus ad genua, ſupplices rogare, domini longanimitatem implorare, vt patientiam habeat nobiſcum, nõ vtens ſeueritate iuſtitiæ, ſed indulgentia miſericordiæ. Quod aũt ꝑmittimus oĩa nos reddituros, hoc tunc facimus, quãdo firmamus voluntatem noſtram, vt poſthac à peccatis quibus deliquimus cõtendamus abſtinere, Dei pręcepta, eiuſq; voluntatem fideliter perficere, quicquid neglexImus nouo feruore recuperare, atq; omnia in priſtinũ (vt ſic efficiamur) quomodo antequã peccauimus fuimus, reſtaurare.

Miſertus aũt dñs ſerui illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei.

Quid miſericordia dñi clementius? qd eius benignitate dulciꝰ? Pluſq̃ rogatus eſt tribuit. Rogatur vt patientiã habeat, expectetq; donec debitũ reus ſolueret. Ipſe ꝟo non ſolũ conſenſit, verumetiã totũ reo debitum dimiſit. Largiſſima eñ Dei miſericordia nobis nõ partem dimittit, partem ſeruat peccatorꝝ, ſed totum dimittit, & totum donat: & hoc quo ad culpam. Quod ſi tam ingens ſit contritio dilectioniſq; feruor, ac de proprijs vitijs pudor, magnam partem pœnæ peccatis noſtris debitæ, aut omnem pœnam etiam relaxat.

Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit unum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios. Et tenens ſuffocabat eum, dicens: Redde quod debes. Et procidens conſeruus eius rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille aũt noluit: ſed abijt, & miſit eum in carcerem, donec redderet debitum.

Recte hic à dño egreſſus dicitur ſeruus ille nequã. Mox eñ auerſus à dño, ad ſua eſt vitia cõuerſus. Nam erga ſuum conſeruum nequaq̃ miſericordem exhibuit aĩm, cuiuſmodi ipẽ in dño ſuo fuerat expertus ſed paſſione vitioſa ſolita, cupiditatis ſcilicet & crudelitatis victus, mox vbi conſeruum inuenit ſibi debitorem ſuffocabat eũ, hoc eſt, vehementer illi inſtitit, improbeq; eius anguſtauit animum, vrgens illum ad reddendũ debitum. Fuit aũt debitum quo ei debebat conſeruus, tanto minus debito illo quo ipſe dñi fuerat debitor, quantum centum denarij minorem pecuniarum faciunt ſummam, q̃ decem milia talentorũ. Quia peccare in Deum, tanto eſt grauius q̃ peccare in hominem, quãto dignior meliorq; eſt Deus homine. Eſt præterea alia ratione pctm̃ in Deum grauius maiuſq;, q̃ peccatum in hominem cõmiſſum. Homo eñ obligatus eſt Deo ad ſeruiendum, qñdoquidem quæcunq; habet, habet à Deo, eſtq; à Deo: vnde totum ꝙ eſt & quod habet, debet Deo. Proinde cum peccat in deum, ingratus primum efficitur deo, ſubtrahens illi debitam ſeruitutẽ. Deinde etiam in hoc iniuriam ac cõtumeliam facit Deo, quod ea q̃ vetat & odit Deus diligit, imo eius voluntati ac amori etiam præfert. Vide nũc eius beneficia, quo aduertas etiam quanta ſit tua erga illum ingratitudo, Expende quid ſit, quod fecit, cum non eſſes, te eſſe non lapidem aut lignum, ſed rationalem creaturam, hominem, Chriſtianũ, orthodoxum, non inter hæreticos, Lutheranosve natum, & ſciſmaticum. Dedit tibi vitam & alimentum, honeſtam educationem, inſtituit ad mores pios, artem quoq; qua te nutrias præbuit: dedit pręterea filiũ ſuum, cum eſſes morte damnatus, pro te occidendum, dedit omnia quæ ſaluti ſunt neceſſaria. Poſtremo cum ſpreta redem-

ptione illius innumeris vicibus aĩam tuam inferno peccatis alligaſſes, expectauit, non damnauit, peccantem ad pœnitentiam te induxit, & vſq; in præſens recidiuantem quotidie expectat. Quid huic putas beneſactori debeas? Hunc ſi vel ſemel tantum offenderes excedet debitum tuum, peccata quibus læditur homo, quantũ debitum decem milium talentorũ maius eſt quam centum denariorum. Quo enim beneficia maiora à Deo receperis, tanto eſt ingratitudo quoq; maior. Nequam autem ille ſeruus noluit miſericordiam impendere ſeruo ſuo roganti, quomodo ſibi à domino impenſa fuerat. Sed abĳt ad exigẽdum debitum, vindictam & ſupplicium adhibens carcerem ſcilicet.

Videntes aũt conſerui eius quæ fiebant contriſtati ſunt ualde: & uenerunt & narrauerunt domino ſuo omnia quæ facta fuerant.

Conſerui illi qui hæc vidiſſe & contriſtati narrantur, ſicut viri ſancti in eccleſia
Pſalm. 68 Dei, quos zelus iuſtitiæ comedit, & iniquitatem ferre non poſſunt. Hi enim quomodo gaudent de virtute, de iuſtitia, & de q̃uis bono, ita pariter triſtitia afficiuntur dolentq; de malo. Hi venerunt ad dominum non corporis greſſu, ſed expanſione affectus & cogitationum (in omnium enim corda intuetur Deus) aſcendentium ad deum, atq; quod iniuſtitia hæc fieret coram eo gementium. Exponuntur autem à nonnullis hæc verba de angelis Dei beatis, q vocantur conſerui noſtri, iuxta illud Apo
Apoc. 19 calypſis, quo illorum vnus dixit Iohanni: Conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum.
Hebr. 1 Et iuxta illud Pauli: Omnes ſunt adminiſtratorĳ ſpiritus, &c. Hi tanquã cuſtodes noſtri, omnia opera noſtra conſiderant, noſtro profectui congratulãtes: & vbi noſtrum aſpiciunt periculum, noſtrumq́; defectum ac vitium, ibi ad modum triſtium ſe habent: vtpote videntes malum, quod nollent eſſe aut fieri, quia diſplicent eis peccata noſtra, & nobiſcum diſſentiunt. Narrant autem domino ſuo quæ vident, non tanquam ignoranti, ſed vt iudicanti verba
Tobiæ 12 & opera noſtra, quemadmodum Tobiæ angelus loquebatur: Ego obtuli orationem tuam domino.

Tunc uocauit illũ dominus ſuus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me. Nonne ergo oportuit & te miſereri cõſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?

Vocauit ſeruum hunc dominus per ſententiam mortis, & ab hac vita hinc migrare iuſſit. Cui primum eius exprobrat maliciam & ingratitudinem, dicens: Serue nequam. Erat revera ſeruus ille nequam, & valde malus: ſiquidem ex multis eius deprehenditur malicia. Primo, ex eo quod ilico vbi à domino egreſſus eſt poſt receptam tantam miſericordiam immemor charitatis ſibi à domino exhibitæ, in conſeruum ſuum exarſit crudelis. Secundo, q̃a non in alienum ſed in conſeruũ ſuum, hoc eſt, in eiuſmodi domini ſui (qui fuerat ſibi miſericors) ſeruum perſtitit eſſe crudelis & immiſericors. Tertio, cum decem milia illi fuiſſent donata talentorum, noluit ipſe in centum denarĳs eſſe clemens. Quarto, quia ſeruum non ſolum monebat, ſed vrgebat etiam ad ſolutionem atq; illum angustabat, quia dicitur, quod ſuffocabat illum. Quinto, quia procidentem conſeruũ & rogãtem ſpreuit, nec vt audiret vlla eſt miſeratione motus. Sexto, quia totum exegit debitum per carceris tormentum. Dominus igitur ad rationem illum ponit, dicens: Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi. Quaſi dicere vellet: Et merito dimiſi, quoniam rogaſti me. Debetur enim iuſte miſericordia à benigniſſimo optimoq́; deo ſeſe humilianti & oranti. Ego, inquit, dimiſi tibi. Tu vero non pari miſericordia ac clementia conſeruum tuum tractaſti. Ego enim pluſquam rogaſti tibi conceſſi. Tu ne hoc quod rogauit conſeruus tuus exaudire voluiſti. Ego totum debitum tibi donaui. Tu donec ſolueret, patientiam habere noluiſti, nec expectaſti, ſed cum tot mentis exegiſti debitum. Ego grande debitum dimiſi tibi. Tu vel paruum ignoſcere noluiſti. Nonne merito miſereri te oportebat conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?

Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusq; redderet uniuerſum debitum.

Iratus dominus in immiſericordem ſeruum, & quomodo conſeruum ſuum ille tractauerat, ita ſeueritatem quoq; iuſtitiæ ni

in illum regyrauit. Debita enim oĩa ante dimiſſa, propter illius ingratitudinem in ipſum retraxit, quem tortoribus, id eſt, ſpiritibus malignis torquendum quouſq; omne ſolueret debitum tradidit: non ꝙ aliquando ſoluto debito liberandus ſit, ſed quod debitum illud ſit infinitum, ac ideo nullo tempore ſoluendum, quare pœna quoque illius nullo eſt termino finienda. Vnde colligitur, cuius debitum nunq̃ totũ reddi aut ſolui poteſt, huius pœna nunquam finietur. Sed variat hic doctoꝝ opinio, qũo quod Deus ſemel remiſerit, replicet aut reuoluat illud per recidiuũ in peccatorem, atq; ꝙ dimiſerit, iterum puniat. Sed vt cõmuniter conſentiunt dici poteſt, poſt peccata dimiſſa ad peccata reditũ illũ per ingratitudinem adeo fieri grauem, vt præſentium & præteritoꝝ peccatoꝝ pœnis æquiualenter mereatur puniri.

Matth. 6 Marci 11 Sic & pater meus cœleſtis faciet uobis, ſi nõ remiſeritis unuſq̃ſq; fratri ſuo de cordibus ueſtris.

Hic cauſam totius parabolæ, quare illã dixerit, enunciat. Eam nanq; ob rem vt miſericordes ſimus in proximum, vt debita, iniurias, offenſioneſq; æquanimiter dimittamus, nullam vindictam appetentes, nec cogitãtes, qũo retaliemus. Satis eñ ex multis locis didicimus Chriſto docente, nullam nobis ſperandam eſſe veniam delictorum, niſi & proximis noſtris delicta remittamus. Et quod præcipuum eſt, vt nõ ore 1. Iohan. 3 tantum remittamus, aut lingua, ſed opere & veritate. Propterea eñ dicit grauiſſima quæq; à tortoribus nos paſſuros, ſi non ex cordibus noſtris dimiſerimꝰ noſtris fratribus in nos peccantibus. Eſtote igitur filij Marc. 11 memores verbi q̃d Saluator veſter Chr̃s vobis dixit: Cum ſtatis adorandũ dimittite, ſi qd habetis aduerſus aliquem. Quod ſi nõ dimiſeritis, nec pater veſter q in cœlis eſt dimittet vobis peccata vr̃a. Eamobrem in oratione q̃ nos docuit (vt videremus q̃ Matth. 6 puram quãq; integram ad nos mutuã voluit obſeruare charitatem) vbi poſuit: Dimitte nobis debita noſtra, mox conditionem adiunxit: Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Ac ſi orantes diceremꝰ: Tantum nobis dimitte, & eo modo ignoſce pc̃tis noſtris, quo modo nos debitoribus noſtris dimittimus aut ignoſcimꝰ. Vnde ſequitur: Si non dimittimus, iã nõ veniam ſed vltionẽ contra nos flagitamus. Sed obijcit qs: Si ſemper eſt ignoſcendum, creſcent mala & ſæuient impunita neqtia? Dicendum, culpã eſſe dimittẽdam, ſeruandã ad oẽs charitatem, & animi tranquillitatẽ: nihilominus diſciplinã & iuſtitiam exercendam, nõ aĩo vindictæ, ſed zelo iuſtitię, ꝓpter cõmune bonũ, ac ne cęteri delinquẽdo ſimilia ꝑpetrare nõ timeãt, & ne rigor pereat diſciplinæ atq; iuſtitię, & mali fiant ꝓcaciores, boni vero à malis opprimãtur. In huiuſmodi eñ ſimilibuſq; alijs caſibus expedit correctionẽ ſeruari atq; diſciplinam qa ſeueritas diſciplinæ ſi cõdiatur lenitate miſericordiæ, duplicem habet à Deo remunerationem. Nec ſanare infirmũ, corrigereq; pc̃õrem putandum vllo eſt modo (ſi tñ intentio caſta & modus ſeruetur) ſpectare ad vltionem, ſed ad miſericordiam. Quam nobis oĩbus largiatur Ieſus Chr̃s Dei filius in ſecula benedictus. Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. Quæ ſint quæ peccatorum impetrent remiſſionem.

SImile eſt regnũ cœloꝝ hoĩ regi q voluit rõnem ponere cũ ſeruis ſuis. Matt. XVIII. Quã benignus, q̃ ad miſericordiã erga nos ſit ꝓnus, q̃ deniq; ad ꝓximos nr̃os dñs nos velit obſeruare charitatem, cũ alijs multis locis, tñ hic hubertim nobis ſignificat: q̃ndoquidem docet nobis non aliter eſſe orandũ, q̃ dimitte no- Ibidem bis debita nr̃a, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Docet quidem nos, qa libenter vult ignoſcere, veniam dare pro delictis, ponitq; in orõne legem, q̃ ſeruantes ſciamus nos exauditos eſſe ꝑ pc̃tis noſtris, orantibuſq; veniam datam. Eſt aũt lex & in oratione hæc cõditio, vt oremus, dimittantur nobis peccata nr̃a, qũo nos ꝓximis noſtris dimittimꝰ. Si multũ, multum, ſi parum, paꝝ, ſi nihil, nihil. Noluit eñ nos miſericordiam ſperare, q̃diu duri ꝑſeueramꝰ & inclementes erga proximos. Ideo in huius Euangelij parabola oſtendit etiam dimiſſa peccata ꝑ ingratitudinẽ reuocari, ſi nõ dimiſerimus fratribus nr̃is iniurias, offenſiones ac debita ex cordibus noſtris. Sunt itaq; multa q̃ nos in hoc euangelio inſtruunt. E qbus ꝙ pene vltimo loco recenſendũ erat, nũc primo dixi, in capite illud vobis cõſtituens, qa quaſi ſumma eſt totiꝰ Euangelij in hoc ſita, vt diſcamus q̃ miſericors ſit erga nos dñs nr̃ Ieſus Chr̃s: nempe

pronior ad miſerendum, largiorq́ꝫ ad tri-
buendum, q̃ nos confidentes ſumus ad pe
tendum. Hæc itaqꝫ prima ſit noſtra inſtru-
ctio, erigens nos ad ſpem & fiduciam diui
næ pietatis. Secunda inſtructio ſit, q̃ iã q̃qꝫ
Lucæ 6 tetigi, vt proximis nr̃is libenter ignoſca-
mus, certi qm̃ ſi dimittimus, dimittetur no
bis: ſi compatimur & miſeremur, miſerebi
tur noſtri: ſi deniqꝫ proximis noſtris dede
rimus, dabitur nobis. Hęc duo, vt dixi, prę
cipua ſunt, cur hæc parabola nobis narra-
tur. Tertia inſtructio, vt prudenter ambu
lemus, ſcientes nos de oĩbus donis Dei ac
ceptis, de bonis cõmiſſis, de tẽpore, ſingu-
Gregori. liſq́ꝫ conceſſis alijs Deo reddituros ratio-
nem. Vnde liquet ab illis q plus aliquid p̃
cæteris accepiſſe cognoſcuntur, maiorem
quoqꝫ rõnem exigendã, vt cui quinqꝫ ſunt
Matth. 25 talenta cõmiſſa, de quinqꝫ reddat rationẽ.
Cui duo, de duobus dño reſpõdebit. Cui
vero vnum, etiam qũo illud in Dei expen-
derit honorẽ ab eo expoſtulabitur. Quar-
ta eſt inſtructio, quæ hinc colligitur, duo
eſſe fora iudicij. Vnũ eſſe iuſtitiæ, alterum
miſericordiæ. In vtrouis potes, quodcũqꝫ
elegeris rationem reddere. Vide igitur, vt
non negligas forum ſeu iudiciũ miſericor
diæ, ad quod, q̃diu aĩa tua hic moratur in
corpore tuo diuertere potes. Nam vbi tẽ-
pus hoc præſens tibi adhoc conceſſum ne
glexeris, non licebit tibi redire aut appella
re ad foꝝ miſericordiæ, ſed velis nolis ſen
ties æquitatis iudicium ſuper te, inconcuſ
ſaq́ꝫ ſtabit ſententia prænũciata in foro iu
ſtitiæ. Itaqꝫ quandiu viuimus oĩm cauſas
Deus remittit ad foꝝ miſericordiæ: q̃ tan
tam ſentiemus, quantum humiles ſuppli-
ceſq́ꝫ illum rogauerimus, quantumq́ꝫ pro-
ximis noſtris miſerti fuerimus. Præparabi
Iſaiæ 16 tur enĩ vt Iſaias ait, in miſericordia ſolium
eius: & hoc (vt dixi) q̃diu vixerimꝰ. Ratio
nis aũt exactio in hac præſenti vita, ſeu in
foro miſericordiæ, eſt diuina admonitio
ad pœnitentiam. Quando ergo homo an-
nos ſuos rememoratur in dolore cordis,
& in amaritudine pœnitentiæ meditatur
peccata ſua, tunc rationem reddit vitæ ſuę
Deo. Videns aũt ſe deficere in ratione red
denda, vt ne vnum quidem ꝑ mille quæat
reſpondere, per cõfeſſionem ſiue vocalem
ſiue mentalem ſe Deo humiliat, veniam pe
tit, ac indulgentiam atqꝫ prioris vitæ inſti
tuit emendationẽ, mox quoqꝫ à benigniſ-
ſimo dño oĩm peccatoꝝ aſſequitur remiſ-
Ezec. 18 ſionem. Quacunqꝫ enĩ hora, ingemuerit
peccator, iniquitatum eius dicit dñs, non
recordabor amplius. Et huius cõmonefa- Hebr. 4
cit nos Apoſtolus, dicens: Accedamus cũ
fiducia thronum gratiæ eius. Hanc aũt mi
ſericordiam cũ fiducia tunc petimus impe
tramusq́ꝫ de eius bonitate ſecuri, dũ cõdi-
tionem hanc obſeruamus q̃ iubet, dicens: Matth. 6
Si dimiſeritis hominibus peccata eoꝝ, di-
mittet & vobis pater veſter cœleſtis pecca
ta veſtra. Et ſi non dimiſeritis hominibus Matth. 5
nec pater veſter dimittet vobis. Beati igi-
tur miſericordes, qm̃ ipſi miſericordiã con
ſequentur. Contra vero, Iudicium ei ſine Iacob. 2
miſericordia qui non facit miſericordiam. Matth. 7
Et Chriſtus: In quo iudicio iudicaueritis,
iudicabitur de vobis. Sunt aũt ſex quæ faci
liter à deo impetrãt remiſſionẽ peccatoꝝ.
Nam quemadmodum peccata q̃dam ſunt
clamantia in cœlũ, & vindictam poſtulan
tia, ita ſunt opera quoqꝫ quædam bona ad
Deum clamantia pro remiſſione peccato-
rum. Et primum quidem generale eſt, pu
ta pœnitentia, quæ ſemper veniam impe- Pſalm. 50
trat, quia cor contritum & humiliatum
deſpicere Deus non poteſt. Quamobrem
Ieremias dicit: Si pœnitentiam egerit gens Iere. 18
iſta à malo ſuo, agam & ego pœnitentiam
ſuper malo quod cogitaui, vt facerem ei.
Teſtantur hoc ipſum Niniuitæ, quibus ci- Ionæ 3
uitates eorum per Ionam prophetam præ
nunciatum fuerat ſubuertendam. Verun-
tamen cum pœnitentiam agerent omnes
à rege vſqꝫ ad minimum indutiqꝫ ſaccis ie
iunarent tam homines quàm iumenta, nõ
induxit dominus malum quod locutus
fuerat ſuper ciuitatẽ. In pœnitentia autem
ſingulare, quod miſericordiſſimum dñm
fere cogit, ſunt lachrymæ. Vidit olim la- Iohan. 11
chrymantem ſororem Lazari Mariam, a-
lioſque amicos flentes, pro pietate & ipſe
quoqꝫ lachrymatus eſt: videt nunc pœni-
tentem lachrymantẽ, & durus erit: Haud-
quaquam durus eſſe poteſt humiliãti ſe &
pœnitenti, quia hoc eius repugnat natu-
ræ. Secũdum quod peccatorum impetrat
remiſſionem, eſt oratio. Huius teſtimoniũ
in hoc habemus Euangelio, vbi ſeruo di- Matth. 18
citur: Om̃e debitum dimiſi tibi, quoniam
rogaſti me. Et Eccleſiaſticus ait: Fili, pecca Eccl. 21
ſti, non adijcias iterum, ſed de priſtinis de-
precare, vt tibi dimittantur. Tertium eſt
amor, quomodo ſcriptum eſt: Remittun Lucæ 7
tur ei peccata multa, quoniam dilexit mul
tum. Et in Prouerbijs: Vniuerſa delicta o- Prou. 10
perit charitas. Petrus quoqꝫ in Epiſtola:
Charitas,

1.Petri 4 Charitas,inquit, operit multitudinē pec-
Lucæ 11 catorū.Quartum eſt,eleemoſyna, Chriſto
Eccl 3 dicente:Date eleemoſynam,& omnia mū
da ſunt vobis.Item Eccleſiaſticus: Ignem
ardentē extinguit aqua,& eleemoſyna re-
ſiſtit peccatis . Sub nomine aūt eleemoſy-
Tob 3 næ,miſericordiæ & pietatis opera quæcū-
que alia intelliguntur.Quintū eſt,tribula
Apo. 7 tio patienter tolerata. Vñ Tobias:in tem
pore,inquit,tribulatiōis peccata dimittis.
Et in Apocal. legitur:Hi ſunt q venerunt
de magna tribulatione,& lauerunt ſtolas
ſuas in ſanguine agni. Et quid mirū,ſi pec-
cata tribulationem patienter ſuſtinenti-
Matt. 5 bus dimittet Deus,qñ gloriam quoq; cœ-
leſtem eiſdem promittit,dicens: Beati qui
2.Cor. 4 perſecutionem patiuntur propter iuſtitiā,
qm̄ ipſorum eſt regnum cœlorū:Et Paulus:
Id quod in præſenti leue & momentaneū
eſt tribulationis noſtræ,ſupra modum in
ſublimitate æternum gloriæ pondus ope
Eccl 28 rabitur in nobis.Sextum eſt,remiſſio iniu
riarum.De quo Eccleſiaſticus dicit: Relin
que proximo tuo nocenti te, & tunc de-
precanti tibi peccata ſoluentur. Hæc autē
omnia pertinent ad forum miſericordiæ,
quia ſunt præſentis non futuræ vitæ exer
citia.In hoc foro fuerat ſeruus iniquus iam
abſolutus, ſed iniquitatē repetens, & Deo
ingratus venit ad forum iuſtitiæ , in quo
non potuit niſi iuxta quod meruerat ſen-
1.Cor. 5 tentiam obtinere. Eſt præterea aliud forū
iuſtitiæ,de quo Apoſtolus loquitur , cum
dicit:Oportet nos oēs exhiberi ante tribu
nal Chriſti,vt recipiat vnuſquiſque quod
Ioel. 2 geſſit in corpore ſuo ſiue bonum ſiue ma-
lum. Tunc enim dies illa erit, de qua Ioel
proheta:Dies domini magna & terribilis
valde,dies iræ,miſeriæ & calamitatis &c.
Tunc quoque miſericordiæ tēpus finem
Iohan. 11 accepit, nec vltra erit ſupplicandi locus.
Roma. 13 Quapropter admonet Saluator,dicens:Am
bulate dum lucē habetis, ne tenebræ vos
comprehendant. Iam tempus eſt gratiæ,
quo ſicut in die honeſte ambulare poſſu-
mus.Porro aliud tempus,ſi dicendum eſt
Iohan. 9 tempus,vocatur nox,Ideo de vtroque lo-
quens dominus,dicit:Me oportet operari
Gala. 6 opera eius qui miſit me,donec dies eſt.Ve
nit nox quando nemo operari poteſt. Et
Paulus:Ergo dum tempus habemus,ope
remur bonum ad omnes . Quinta huius
Euangelij inſtructio eſt , neminem poſſe
2.Cor. 3 ſatisfacere,ne pro vno mortali peccato q-
dem:ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo

eſt.Veruntamen,hoc non ita debet accipi
ꝙ otio & torpore nos efficiamur ſegnes,
aut vt aliquid boni deſperemus incipere,
quoniā potius conatus noſter ad anterio
ra ſemper debet ſe extendere : nihil nobis
interim de operibus ſeu de conatu noſtro
p̄ſumentibus , nihil nobis confidentibus
viribus noſtris. Vigilare multo plus opor
tet,ne deſimus nobiſipſis & gratiæ Dei, ne
obicem ponamus gratiæ,ne eius operatio
ni non acquieſcamus & inſtinctui . Neq;
enim ſine omni ſtudio,induſtria,ac cona-
tu noſtro ſaluabit nos Deus, ſed qui con-
ſentit,quiq; acquieſcit gratiæ eius nos ex-
citanti,qui obedit voluntatem ſuam inſpi
ranti,& in nobis operanti,hūc ſaluum fa-
ciet,vt vel tantillum ſit ex nobis cooperās
ad ſalutem noſtram . Itaq; dixi neminem
poſſe ſatisfacere pro aliquo peccato morta
li. Hoc in ſeruo illo nequā nobis inſinua-
tur, qñ dicitur: Cum autem non haberet
vnde redderet . Certe nec ipſe nec aliquis
eſt peccator q vnde reddat,habeat: niſi ex
meritis Chriſti.Non aūt habētem quo ſa-
tisfaciat ex ſuis operibus,nec eum qui ful
ciri poteſt meritis Chriſti,hoc eſt,eū q per
ſeuerat in peccato , & in mala voluntate,
iubet dñs venundari,hoc eſt,dare & amit
tere omnia quæ habet aut expectat, puta
gratiam Dei,virtutes, bonaq; omnia cum
cœleſti p̄miſſione.Vbi em̄ vel vnum pecca
tū eſt mortale, pereūt,tolluntur q; hæc o-
mnia ſalutaria q̄ homo vēdit pro delecta-
tione peccati. Sexta inſtructio eſt, mendi-
care orareq; ſemper corā Deo.Hoc namq;
quantū p̄fuerit illi ſeruo , inde manifeſtū
eſt, ꝙ tam grande euaſit debitū , ingenſq;
ſupplicium rogādo. Miſericordiſſimus e-
nim dñs vltra quā rogauit,donauit ei oīa.
Septima eſt inſtructio,vt attēdamus q̄ de-
teſtetur inclemētiam & duritiā noſtram
Deus erga p̄ximum.Nā ſeruum illum du
rum reuocauit ob illius ingratitudinē , &
tortoribus puniendum tradidit. Quā pœ
nam euaſerat ſemel,ſed domino ingratus
quia noluit miſereri proximo,ideo exicca
uit ſibi quoq; fontem miſericordiæ,vt ve-
niæ iam locus non eſſet quem ſibiipſe du-
ricia & inclementia ſua recluſerat . Octa-
ua inſtructio eſt, attendere rigorē diuinæ
iuſtitię in eos,qui miſericordiam eius ſper
nunt, miſericordiæq; tempus negligunt.
Nam pro quouis peccato mortali , ſiue v-
num ſiue multa fuerint,redditur à deo pœ
na æterna. Non putādum eſt tamē eos &

q multa et qui pauca habent peccata mortalia in pœnis fore æquales, ſed vnusquiſque iuxta delictorum menſuram, habet ſibi ſupplicium cōſtitutum. Mouet autem quoſdam q dn̄s piiſſimus miſericordiſſimusq́;, pro peccati delectatione fere momentanea retribuit æternam pœnam, q̄d iuſtitiæ & æquitati non videtur reſpondere. Dicendum igitur primo: Cum peccatoris hominis voluntas ſit mala permaneatque perſeuerans peccādo, vſque in finem, quaſi in ęternitate peccat. Quamdiu enim viuit, peccat: & ſi diutius quàm viuit, viueret, diutius peccaret, imo ſi perpetuo viueret, perpetuo peccaret. Iuſtum eſt igitur huic voluntati, quæ ſe extendit in perpetuum, dari etiam pœnam ęternam. Quod ſi dicis, multos peccare abſque voluntate perpetuo peccandi, quibus ſecūdum hāc reſponſionem adhuc non deberetur pœna æterna. Dicendum eſt: Qui peccat non habens voluntatē perpetuo peccandi pœniteat de præteritis, & firmata voluntate ſtatuat ſibi cauendum à futuris. Hic non ſuſtinebit æternā pœnam, ſed vel in tempore præſenti, aut in purgatorio expiabitur. Non ergo habet locum obiectio hæc. Omnis peccator aut denuo ad Deum conuertitur, aut perſeuerat in peccato. Si conuertitur, iam liber eſt, immunis eſt ab inferno: ſi pſeuerat, interrogo quouſq; perſeuerabit? Vſq; ad annum inquis. Poſſem dicere: Annum nullum habet in ſua poteſtate viuendi homo quicunq; fuerit. Ideo hæc nulla eſt conſtitutio. Securus em̄ nō eſt, quin cras aut hodie (quod q̄tidie cernimus) moriatur. Sed demus, vt illi miſericordia hæc fiat, vt annum adhuc viuat. Hoc exacto cōuertetur? Etiā. Ergo quod tunc facturus eſt, modo faciat, & peccare deſinat. Iuſtum igitur eſt vt non excludatur à regno Dei. Verum, ſi adhuc poſt annum peccat, & iter̃ atq; iter̃ peccat, vſq; dum mors illū apprehenderit, quis dubitat eum ſic ita ſemper voluiſſe, continuaſſe peccatum quo viueret, ſi etiam diutius vixiſſet? Quamdiu enim nulla ſit voluntatis mutatio intelligitur perpetuitas. Vt vero clarius hoc intelligas, compertiſſimum eſt omnibus nobis, poſſe nos quidē ex nobiſipſis delinq̄re. Quod cū facimus, libero arbitrio noſtro abutimur, nullum quęrentes auxiliū à Deo, qui ſemper non ſolum paratus eſt, ſed multis etiam modis pręuenit nos tueri, à peccatis defendere, & ad

iuuando nos à tentationibus liberare. Verum nos iniqua noſtra voluntate abuten-
tes, nō admittimus auxilium gratiæ eius.
Non igitur coacti nec inuiti, ſed ſponte cō
tempto gratię diuinę adiutorio peccam9.
Itaq; quō, vt dixi, ſponte peccamus, & ex
voluntate libera noſtra, hoc eſt, q peccare
libere poſſumus, non eſt æque in poteſta-
te noſtra iterum reſurgere. Propterea ſtul
te ineptiſſimeq́; dicunt quidam: Ego vo-
lo hoc peccatum facere, cras iter̃ volo cō
fiteri. Potes certe ſine ſingulari gratia il-
lud peccatum cras confiteri, ſed nō potes
de illo quomodo opus eſt ad remiſſionem
impetrandū pœnitere, aut de peccato ſi-
ne gratia Dei dolere, qa nō potes tibiipſi
dare charitatem, nec dei habes gratiam in
manu tua: vt qn̄ velis eam ſpernas (hoc q-
dem potes) & qn̄ iterū velis reſumas, hoc
tuo impoſſibile eſt arbitrio. Iam itaque ad
quæſtionem tuam ſeu obiectionem tuam
reſpōdendo dicendū eſt: Qn̄ peccas, vltro
& ſponte nec inuitus peccas. Adeo eſt em̄, Auguſt.
teſte Auguſt. peccatū voluntarium, & ni-
ſi ſit voluntarium non erit peccatum. Pec
cando ad impoſſibilitatem per te reſurgē
di te obligas. Quomodo ergo voluntariū
eſt peccare, ita voluntarium eſt etiam ad
impoſſibilitatem ex te reſurgendi obliga-
ri. Vnum em̄ vitans, vitas et alterum: & pri
mum eligens neceſſe eſt, vt quod ſemp co
mitatur eligas & alter̃. Iam ergo dic mi-
hi: Cur in talem te ponis ſtatum volēs &
ſponte, à quo non poſſis cum velis per te-
ipſum reſurgere? Vide ergo quomodo nō
ſemper velis peccare, quando eligis ſpōte
ſtatum, in quo aliter non poſſis per teipm̄
quā perſeuerare in peccato? Eſt ergo pec
candi volūtas in te perpetua, cui iuſte quo
que æterna redditur pœna. Secūdo ad ean Idem
dem quæſtionem reſpondet Auguſtinus,
dicens: Factus eſt malo dignus æterno, q
hoc in ſe peremit bonum, quod eſſe poſſet
æternum. Hoc autem bonum eſt bonum
gratiæ in præſenti tempore, et bonum glo
riæ in futuro. Tertio dicitur, quoniā pec
catū infinitæ eſt grauitatis: ideo nihil mi
rum infinitam quoq; illi deberi pœnam.
Oīs namq; pœna iuſte taxanda venit, iux
ta dignitatē illius qui offenditur. Quam-
obrem grauius puniret quoq; qui in regis
faciē daret alapam, q̄ qui in ſubulci daret.
Cum itaq; Deus qui peccato offenditur in
finitæ ſit virtutis, dignitatis ac maieſtatis,
neceſſe eſt etiam peccatū eſſe infinitæ gra
uitatis

uitatis, propterea quod diuinam maieſtatem infinitāq; contemnit. Peccatum igitur mortale æterno ſupplicio punitur ac infinito, non acerbitate pœnæ, ſed perpetuitate. Quarto, cum dominus Deus bonis noſtris operibus, quæ non ex nobis ſed ex ipſo habent vt ſint bona ac præmio cœleſti digna, vtpote quæ Deus ipſe operatur in nobis, valdeque modicum habēt ex parte noſtra, promiſerit reddatque præmium infinitum: ideo non ab re erit, ſi ediuerſo pro malis operibus facinoribuſque minetur, reddatque ſupplicium æternum. Quod tamen ſemper intelligendum eſt de his peccatis mortalibus, quę per pœnitentiam non delentur. Eſt autem pœna hæc æternitatis grauiſſima & intolerabilis. Primo, quia pœna eſt deſperationis. Nulla enim ſpes ibi eſt liberationis: & de hoc certi ſunt damnati, quod nunquam liberabuntur. Propterea dicitur in libro Sapientiæ: Vſque ad ſummum deſolabuntur, & erunt gementes. Secundo, anxia eſt ibi mortis deſideratio: Deſiderabunt enim (vt Apocalypſis habet) mori, & mors fugiet ab eis. Et quamuis ſemper viuere, aut non perire ſit naturaliter delectabile, in miſerijs tamē & in pœnis viuere, non eſt delectabile. Nec ibi viuunt recte, ſed rectius dicitur, vt continue moriuntur, & nunquam tamen moriuntur, ſed mors depaſcet eos. Tertio, quia ſunt ibi cum tædio grauiſſimo, detinentur enim violenti, iuſtitia diuina eos cogente & retinente. Vide ergo quàm miſera ſit hæc perpetua in pœnis captiuitas. Quarto, qa pœnarū nulla eſt ibi interpolatio nec mitigatio. Quinto, quia boni cuiuſcunque eſt ibi aut conſolatiōis priuatio. Sexto, qa ibi eſt malorum exaggeratio. Confluunt enim vndecunque, & conglobantur omnia mala, quæ contriſtare poſſunt: & eſt ibi perpetua ſeparatio à Deo. A qua nos defendat, & cuſtodiat dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat Deus benedictus in ſecula. Amen.

Sapi. 4 — Apo. 9 — Pſalm. 48

DOMINICA XXIII. POST DOMINIcam S. Trinitatis, epiſtola beati Pauli ad Philip. III. & IIII.

IMitatores mei eſtote, & obſeruate eos q ita ambulāt, ſicut habetis formā noſtrā. Multi enim ambulant, quos ſępe dicebā uobis (Nunc aūt et flens dico) inimicos crucis Chriſti: quorꝛ finis interitus: quorꝛ deus uenter eſt, & gloria in confuſione ipſorꝛ, qui terrena ſapiunt. Noſtra aūt conuerſatio in cœlis eſt. Vnde etiam ſaluatorē expectamus dn̄m Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ ſecundum operationem, qua poſſit etiā ſubijcere ſibi omnia. Itaq; fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi, gaudiū meū & corona mea, ſic ſtate in domino chariſſimi. Euodiam rogo & Syntychen deprecor, idipſum ſapere in dn̄o. Etiā rogo et te germane cōpar, adiuua illas quę mecū laborauerunt in euangelio, cum Clemente & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina ſunt in libro uitæ. In Chriſto Ieſu domino noſtro.

PARAPHRASIS IN EANdem epiſtolam.

PAulus apoſtolus vbi Philippenſes inſtruxerat ꝟbis, tandē ſeipm in exēplum cōſtituens. Imitatores, inqt, mei eſtote, dixerā vobis, vt idē ſaperetis, in eadē quoq; maneretis regula morꝛ ac diſciplinę Chriſtianę, nunc addo etiā, aut etiam hoc adijcio, me vobis in exemplum conſtituens. Imitatores mei eſtote in humilitate, manſuetudine ac feruore charitatis. Nam, ſicut dixi vobis: Nō me arbitror cōprehendiſſe: ea tamē quæ retro ſunt obliuiſcens in ea quę perfectiora ſunt me extendo. Eſtote igitur vos q̄ſo mei imitatores,

Phill. 3

res, idem ſtudium habentes proficiẽdi: & obſeruate ad imitandos eos, qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram, quam in me vidiſtis, & quam vobis tradidi, tam verbis, q̃ literis. Multi em̃ ambulant aliter q̊s ſæpe dicebam vobis non imitãdos, ſed
Matt. 7 cauendos: vtpote ꝑ latam viam ad perditionem ambulantes: nunc aũt flens dico eos inimicos crucis Chriſti, hoc eſt, humilitatis, patientiæ, & obediẽtiæ eius. Aut ita: Inimicos crucis Chriſti eos dico. Crux enim Chriſti nihil eſt aliud, q̃ iugis mortificatio vitioꝝ, maceratioq́; carnis omnes electos crucifigens affligensq́;. Quæ cũ illis exoſa & contraria ſit, recte vocantur inimici crucis Chriſti. Ideo aũt flens eos ſic nomino, miſerans ꝑditionem & cæcitatẽ eoꝝ, iuxta ac ſubuerſionẽ audientiũ: quorum finis interitus, & mors ſempiterna.
Quorũq́; deus venter eſt. Quicquid enim agunt, vt delicate & opipare viuãt, faciũt: et gloria qua gloriantur, in confuſionem, hoc eſt, ad ignominiam eſt ipſoꝝ. Gloriãtur enim in his, de quibus deberent erubeſcere. Quo innuitur Paulo, manifeſtatam gloriationem illoꝝ pſeudoapoſtolorum de circunciſione gloriantium. Hi em̃ ſunt qui terrena ſapiunt ad literam, ſecundum carnem omnia, nihil ſecundum ſpiritum intelligentes. Quantum putas hęc cõgruere Lutheranis? Noſtra aũt conuerſatio, lõge ab illis diſtat, quippe quæ ſecundum fidem, ſpem, charitatem, & operationem in cœlis eſt. Corpore namq́; in terra ambulamus, ſpiritu aũt & corde ſumus in cœlo. Vñ & ſaluatorẽ noſtꝝ expectamus dñm noſtrum Ieſum Chriſtum, qui nos reſuſcitaturus in meliorem formam reparabit. Reformabit enim corpus humilitatis, vilitatis, & abiectionis noſtrę, puta ꝙ modo innumeris corruptionibus & miſeriꝭs ſubiacet: hoc, inquam, reformabit, vt ſit configuratũ corpori claritatis ſuæ, puta vt eandem ſeu ſimilem claritatem habeat corpꝰ noſtrum vile, quàm clariſſimum innocentiſſimumq́; habet corpus illius ex virgine ſumptum, mõ glorificatum à patre. Hoc autem Chriſtus faciet ſecundum operationem omnipotentiæ ſuæ, qua poteſt non ſolum corpora noſtra reformare, ſed ſubꝭcere etiam ſibi omnia. Itaq; fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi, quos feruenter amo, & vehementer deſidero, gaudiũ meum, & corona mea. Veſtra enim ſalus, veſtra honeſtas, veſtra charitas, & ꝑfectio mihi gaudium eſt in præſenti tempore, & corona in futuro. Sic ſtate in domino chariſſimi, quomodo à me docti eſtis, & ſicut vidiſtis viuendi formam, quam ego oſtendi vobis. Euodiam rogo & Syntychen deprecor idipſum ſapere in dño. Putatur Apoſtolus audiſſe aliqd diſſenſionis, vel inter illas eſſe mulieres, aut fortaſſe vtramq; in fide à communi corpore eccleſiæ periclitari, quæ alioqui religioſę erant. Ideo rogat eas, vt æque cum cæteris idipſum ſapiant, ſtentque in domino. Erant matronæ Chriſto deuotæ prædicatoribus Euangeliꝭ neceſſaria miniſtrantes, ideo earum reminiſcitur Paulus atque commendat, dicens: Etiam rogo te germane compar, id eſt, in Euangelica prædicatione mihi adiutor aut ſimilis, adiuua illas, tuis hortationibus eas confortando & confirmando in fide, quæ mecum laborauerunt in Euãgelio, non prædicando, ſed neceſſaria ſuppeditando, idq́; non ſolum mihi ꝑ̃dicanti, ſed etiã Clementi & aliꝭs coadiutoribus meis miniſtrarunt neceſſaria: quorum nomina hic prætereo, quia ſcripta ſunt in libro vitæ, hoc eſt, in memoria æterna apud Deum. Sic enim apoſtolis quoq; di-
ctum eſt: Gaudete & exultate, quoniã no- Lucæ 10
mina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.

EXEGESIS EVANGELIꝬ DOMINICĘ XXIIII. POST DOMINICAM S. TRINITATIS. MAT. XXII.

NARRAT MATthęus ante hoc Euãgelium, ꝙ Chriſtus phariſæis parabolas dixerat multas, puta de vinea agricolis locata, de homine rege, q nuptias fecerat filio ſuo, multosq́; vocauerat qui venire neglexerant: in qua parabola tandem poſt impletũ numeꝝ diſcumbentiũ dixit dñs Ieſus: Multi qdem ſunt vocati, pauci vero electi. Quæ omnia Iudæi & Phariſæi ꝑpter ſe, vt res erat, exiſtimantes dictũ, abierunt à dño inter ſe tractaturi quõ illum caperent in ſermone: malicia em̃ inuidiæ nunq̃ quieſcit. Quãuis em̃ phariſæis ſeminaret Chriſtus cũ veritatẽ, tũ eruditionẽ, ipſi ex vbis & operibus eius aliud nõ colligebant, araneaꝝ more, q̃ inuidiæ venenũ. Iccirco tam ſtudioſi erãt quomõ Chriſtũ alli-

allicerent,vt vel laudibus falſis,vel adulatione captus,libere & incautus quid effutiret coram Herode aut Cæſare accuſandum.Dicit igitur Euangeliſta.

Abeuntes phariſęi conſiliũ inierũt, ut caperẽt Ieſum in ſermõe. Et mittũt ei diſcipulos cũ Herodianis, dicẽtes:

Sub poteſtatẽ venerãt Romanoꝝ Iudęi, qbus iam ſoluere tributum cogebantur, multis hanc cenſus ſolutionẽ licitã eſſe aſtruentibus,propterea ꝙ pro cõmuni omniũ pace & quiete populus Romanus militaret:Phariſæis vero cõtradicẽtibus, nõ debere populũ Dei q̃ decimas & primitias offerret, humanis exactiõibus ſubijci. Cum igitur inſidioſa, odioſa atq; tumultuoſa ex omni parte hæc eſſet quæſtio, ita vt quicquid ad eam reſponderetur,offenderetur,abierunt phariſæi à Chriſto diſcedentes, inter ſe conſilium inierunt ſecreto,quõ illũ caperent in ſermone.Nacta vero hac occaſione ex penſione tributi inter ſe conſultant,qua arte,q̃ dolo, quibus verbis, qua ſimulatiõe adulationeq; Chriſto hanc ꝓponerent quæſtionem, de tributo pendendo Cæſari.Abierunt igitur, Herodianoſq; ſuo cõſilio applicuerunt, (quos tñ omnium maxime exoſos habebãt, ſed maius adhuc eoꝝ erat odium in Chriſtũ) & tractabant cum illis quõ ſuam abſconderent maliciam:nec phariſæi ipſi interrogarent Chriſtum,vtpote Chriſto ſuſpecti atq; inſidiatores eius ab olim cogniti. Videbatur igitur illis cõſultius atq; callidiꝰ ſe facturos, vt diſcipulos ſuos mitterent Chriſto incognitos, coram quibus faterentur,quod fortaſſe coram phariſæis nõ auderet fateri.Aſſociant præterea illis Herodianos, quia metuebant ſibi tanquam manifeſtis ęmulis & inimicis Chriſti, ſi quid accuſare vellent ipſi contra Chriſtum non credendum.Quo igitur validius haberẽt contra Chriſtum teſtimonium, curabant vt Herodiani quoq; audirent Chriſtũ cõtra Cæſarem loquentem. Nam ſi diceret: Cæſari dandum tributum,corã plebe illũ confutarẽt,cuius magna pars dum inter-
[Nume. 25 / 3.Reg.19] rogaretur illum circunſtabat, quod zelũ pro lege Dei non haberet, nec quicq̃ pro deum colentibus vellet loqui. Structa itaque hac verſutia,cũ Herodianis ad Chriſtum mittunt diſcipulos ſuos.Qui diſcipuli malicia magiſtris non inferiores, ad pelliciendũ Chr̄m rhetoricant̄ in eam ſcilicet partẽ,quo incautꝰ Romanos offenderet. Per Herodianos hic intelliguntur vel Herodis milites ſtipẽdiarij,vel hi qui Herodi dicebant tributum ſoluendum,quos contemptim phariſæi vocabant Herodianos. Præerat autem tributis exigendis Herodes Romano obediens imperio.

Magiſter,ſcimus quia uerax es,& uiã dei in ueritate doces, et nõ eſt tibi cura de aliquo. Non eñ reſpicis perſonã hominũ. Dic ergo nobis. Quid tibi uidetur? Licet cenſum dari Cæſari,an non?

Videſne quàm accurate fabricãt dolos. Nouimus,inquiũt, magiſter, q̃a verax es. Quod vnum vehementer ornat veritatis magiſtꝝ. [Mat.27.] O hypocritę quare hactenꝰ illũ ſeductorem clamaſtis, quare occidere voluiſtis ſi cognoſcitis quia verax eſt, & viã Dei docet in veritate? Nonne iugulũ nũc veſtꝝ mẽdax, veſtra etiã verba coarguũt? Non eñ reſpicis perſonã hominum: ideo neq; regẽ neq; expauebis Cæſarẽ, quo minus veritatẽ dicas. Dic igit̄ nobis, q̃d tibi videtur?Non q̃rimus q̃d legitimum q̃dve iuſtum ſit,ſed quid tu ſentias, quidve tibi videatur audire cupimus.Dic nobis, & libere tuum nobis iudicium enuncia. Licet dari cenſum Cæſari, nec ne? Sciebant aliquos eſſe occiſos, puta Iudam & Theodam,qui Cæſari facta ſeditione negandũ cenſum aſſeuerabant. Propterea in eandẽ ſuſpicionem quoq; Ieſum inducere tentabant phariſæi.

Cognita autem Ieſus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritę? Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium.

Hypocritas recte vocat, nam alios ſe ſimulabant,alij erant. Non inquirebant de veritate quã diſcerent,ſed reſpondentẽ eo ducere cupiebant, q̃ laqueum illi parauerant. Quod Lucas quoq; clarius explicat, dicens:Miſerunt ad eũ inſidiatores,q ſe iuſtos ſimularent. Veꝝ cognita nequitia eo- [Lucę 20] rum grauiter eos cõfutauit,vtens in reſpõdendo zeli acrimonia.Manifeſtauit eñ omnem illoꝝ ſimulationem,adulationem, dolum,machinationem,atq; maliciam, ſibi vt deo eſſe manifeſtã in hoc quod dicit: Quid me tentatis hypocritę?Quaſi dicat: Qua mẽte ad me veniatis,iã noui. Tñ oſtẽdite

dite mihi nummum qui pro tributo ſolet dari Cęſari. Erat autem vt quibuſdam placet nummus habens imaginem & ſuperſcriptionem Cæſaris, decem communes nummos.i. denarios valens. Hunc quælibet domus quotannis dare cogebatur ꝑ tributo Cæſari. Dicebatur aũt numiſma à nummo deriuatum, quod Cæſaris habebat imaginem & ſuperſcriptionẽ. Fert aũt à quibuſdã propterea dici nummum aut numiſma, quod à Numa Põpilio olim apud Romanos per nũmos emendi atq; vẽdendi conſuetudo hæc introducta ſit.

Et ait illis Ieſus: Cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio.

Non ex ignorantia nec dubitans hæc interrogat, ſed aptum quærens inſtruendi locum. Erat enim denarius habens Cęſaris imaginem & ſuperſcriptionem. Atque ideo de vtroque interrogat, puta tam de imagine, quàm de ſuperſcriptione.

Dicunt ei: Cæſaris.

Non Auguſtum loquuntur, ſed Tiberium Cæſarem, qui ſucceſſit Auguſto, vt
Hieron. Hieronymus ait, eiuſq; erat priuignꝰ, ſub quo paſſus eſt Chriſtꝰ. Omnes aũt Romani imperatores dicti ſunt (vt Hieronymo placet) Cæſares, à primo Caio Cęſare, qui
Ibidem imperium arripuerat. Porro mos ſoluẽdi tributum Romanis, introductus fuerat à tempore quo Pompeius conſul Romanꝰ Iudæam Romanis ſubiugauerat. Tunc enim victoribus Romanis Iudæi promiſerant, tanquam reipublicæ defenſoribus et pacis conſeruatoribus, tributum ſoluere. Poſtea vero à quodam Iuda Galilæo orta ſeditio eſt: cui Iudæorum nonnulli cõſentientes, aſſeuerabant ſe cogi nõ debere ad tributum ſoluendum, ſed liberos eſſe ſe à legibus humanis, q legi eſſent diuinæ ſub iecti, ſoluentes (vt ſupra dixi) decimas & primitias domino. De hac quæſtione itaque nunc interrogarunt dominum. Quibus ille reſpondit ſapienter, vt ſequitur.

Tunc ait illis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo.

Vtrumq; concluſit ſententia breui, quę Cæſaris ſunt, Cæſari adiudicans: q̃ vero Dei ſunt, Deo. Temporalia eñ q tribuẽda ſunt Cæſari, noluit negari: quæ vero Dei ſunt nihilominus eidẽ quoq; offerri. Non diſſenſit ab hoc loco Paulus quoq;, iubẽs omnibus reddi debita, cui tributũ, tributum: cui vectigal, vectigal: cui honorem, Rom.13
honorem. Nemini, inquiens, quicquam debeatis, ſed omnia debita, id eſt, cuicunque aliqd debetur, ſoluite. Nemini igitur quicq̃ debeatis, niſi vt inuicẽ diligatis. Studioſi ad hoc eſtote, vt nihil apud vos maneat q̊d alteri debeatis, excepta dilectiõe, quam nũquam vos putetis impleſſe ſatis: ſed manere ſemper vos ęſtimate adhuc debitores, quo ꝑni ſitis ad omnibus ſubueniendũ. Reddite, inqt, q̃ ſunt Cæſaris, Cæſari. Ac ſi diceret: Nihil excuſationis habetis ꝑ hoc q̊d Deo datis decimas, aut primitias, aut alia ſi q̃ huiuſmodi ſunt, quin æque q̃ ſunt Cæſaris, Cęſari reddatis. Sed vide q̃ ſobrie adiudicat Cæſari, nõ oĩa quæ vult, nõ exactiones & violẽtias, quas à plebe, à clero, & ab omnibus ſuę ditionis exigũt hi q prę ſunt, principes ſcilicet & magiſtratus: ſed hæc tantum quæ Cæſaris ſunt id eſt, quæ illis iure debentur, & ad eos ꝑtinent. Debemus eñ nos Chriſtiani Deo & hominibus. Hominibus quidẽ & his tã ſpiritualibus, q̃ temporalibus. Debemus enim ꝑpoſitis & prælatis noſtris, q pro animabus noſtris Deo ſunt rationẽ redditu- Hebr.13
ri, obedire ex animo, & in omnibus q̃ ad Roma.13
illorꝫ curam pertinent. Cum eñ omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, anima vero potiſſima ſit pars corporis q̊modo illa ſuis rectoribus non gauderet, quandoquidem & eccleſiaſtica hæc iuriſdictio & poteſtas nũq̃ defuit Chriſtianis. Debet igitur omnis Chriſtianus ſummo pontifici tanq̃ vniuerſæ eccleſiæ prælato, debet ſuo antiſtiti, debet ſuo prælato aut paſtori, debet deinde ſuoq; principi, hiſq; qui ab eodẽ miſſi ſunt obedientiam, ſubiectionem, honorem, dilectionem & fidelitatẽ. Nã de temporalibus ſeruis ait Paulꝰ 1. Tim.6
apoſtolus: Quicunq; ſub iugo ſunt ſerui, Ephe.6
dños ſuos omni honore dignos arbitrentur. Et iterꝫ alibi: Serui obedite dñis veſtris carnalibus cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, nõ ad oculum ſeruientes quaſi hominibus placẽtes, ſed vt ſerui Chriſti, facientes voluntatẽ Dei ex aĩo. 1.Pet.2
Et Petrus: Serui ſubditi eſtote in omni timore dñis: non tñ bonis & modeſtis, ſed etiã diſcolis. Quãdiu eñ hi q præſunt nobis diuina ſunt ordinatione ad regendos nos cõſtituti, debemus illis obedire, tanq̃ diuinæ ordinationi: ne cum illis repugnare velimus, Deo inueniamur repugnaſſe.

Nume.16 ſe. Habemus in libris Moſi q̃ ſeuere punierit Deus Dathan & Abiron, filios itẽ Core cum aliis rebellibus aduerſus Moſen ſe
Actu.5 erigentibus. Eſt tñ obſeruandum ſemper illud Petri: Quia oportet Deo magis obedire q̃ hominibus. Propter humanũ igitur imperium haudquaq̃ deſerẽda eſt obedientia diuina, nec aliquo mõ agẽdum in fauorem hominis q̄d contra honorem & beneplacitum ſit Dei. Da igitur quæ Dei ſunt, Deo, decimas & oblationes: q̃ vero ſunt poteſtatis temporalis, redde poteſtati ſeu principi, tributum, vectigal, cenſum & huiuſmodi. Decimæ in veteri lege à domino inſtitutæ ſunt, ꝓ alimonia miniſtrorum tẽpli. Deo igitur q tibi dedit omnia, redde ex omnibus decimã partẽ. Deo, inquam, redde. Noli triſtis aut ad dãdas decimas inuoluntarius eſſe: mirare potius ꝙ illas Deus dignatur à te recipere. Nec tuũ eſt cõſiderare quis ſit qui recipiat, quis vtatur, aut quõ cõſumantur decimæ. Tu deo debes, tu deo ſoluis, tu deo reddis. Ille à te exigit, ille ſi nõ dederis te puniet, ille ſi deuotus obtuleris tibi mercedem retribuet. Homini fraudem facere potes, Deo fraudem facere non potes: quã & ſi feceris, certus eſto propterea nõ eris ditior, ſed multo infelicior. Qui em̃ decimas Deo nõ ſoluunt, præter hoc ꝙ à dño in anima puniuntur & hic & in futuro, nihilominus benedictionem in temporalibus, aut ſanitatem, ſeu vitã amittũt: quicquid aũt nõ ſol-
Auguſt. uiſti, debes. Quod ſi peccatum non dimittitur niſi ablatũ reſtituatur, vide qua audacia mori præſumas non ſolutis decimis.

Et audientes mirati ſunt, & relicto eo abierunt.

Audierũt Chriſti ſapientiã, q ipſorũ prauitatem omnem videns, nõ vt diſcipulos ſed tentatores declarauit. Nouiſſe em̃ illũ ſenſerunt vel in primo reſpõdentis verbo omnem maliciã & ſimulationem ſuam: deinde eluſam omnem ſuam fraudẽ ac verſutam machinationem ſenſerunt. Tertio, Chriſti inſuperabilẽ ſapientiã, contra quã nihil excogitare poterant. Iccirco hic dicitur: Audiẽtes hãc Chriſti ſapientiã eiusq; irreprehenbilem reſpõſionem, mirati ſunt ꝙ eorũ calliditas non inueniſſet inſidiandi locum. Et relicto eo abierunt. Qui in ſapientia eius compungi debuerant et veniam petere, promittereq; ſtudia meliora, hi frigidi obſtinatiq; ſuam maliciam ſecũ reportant, & nihilo meliores effecti Ieſu relicto abierunt. Audiſtis iam filii deteſtati eſtis illorũ tentatorum maliuolentiã verſutam. Quod ergo in illis execramini, hoc in vobis odiſſe quoq; & cauere debetis. Caueatis igitur vitiũ hoc adulationis, caueatis q̃ſo ꝓpter deũ duplicitatem atq; inſidiandi ſtudiũ. Fraudulenta em̃ neqtia duplex eſt nequitia, qa fraus et nequitia, nec eſt peſtilentior hoſtis q̃ amicus ſimulator & inſidiator, hoc eſt, q blãditur & amicũ ſe fingit palã: clam vero machinatur inſidias. Quapropter filii, diligite ſynceritatẽ, fugite adulationẽ, cauete fictionẽ & hypocriſim. Si locũ habet correptio in ꝓximo, & emendatio ſperat̃, nolite palpare vitiũ, nolite laudare, nolite conſentire, nolite tacere: ſed cũ modeſtia, humilitate, manſuetudineq;, vbi fructus expectatur proximos corripite. Si vero correptio nõ habet locũ & fructus nullus ſperat̃, tacete & Deo ac p̄latis corripiendos cõmittite. Synceritatẽ in verbis & moribus abſq; fuco vllo, p̄ſertim in charitatis exhibitiõe ſeruate. Nemini nãq; nõ eſt grata acceptaq; ſynceritas. Hæc quãuis ad horã q̃nque contriſtat, qa nemo in ſui humiliatiõibus, in accuſationibusq; ſuauiter audit veritatẽ. Nihilominꝰ tñ vbi trãſierit reprehẽſio & paſſio humana excitata, ſedata fuerit, veritas & ſynceritas amatur, honoratur, laudaturq;. Nemo Prou.27
ignorat diligentis vulnera eſſe vtiliora, q̃ oſcula fraudulentis. Nemo nõ magis vult à iuſto & ſyncero corripi, q̃ à peccatore & adulatore laudari: adeo inuiſa eſt cunctis duplicitas, ſemp quoq; adfert ſecum vtilitatem ſyncera admonitio. Simulatio vero oĩbus (vt dixi) ſuſpecta & odioſa eſt, quia tam ſimulatio q̃ adulatio, quæ ex vna radice creſcũt, quærit q̃ ſua ſunt tm̃, nihil habens de charitate, multum vero de fictione, & totũ de priuato amore. Dñs noſter Ieſus Chrs, det nobis oĩbus inter nos ſyncerã dilectionẽ, qua vnuſquiſq; loquat̃ veritatẽ cũ ꝓximo ſuo, ne de illorũ ſimus numero, q loquunt̃ qdẽ pacẽ cũ ꝓximo ſuo, mala aũt in cordibus eorũ. Hoc auertat à Pſalm.27
nobis Deus Dei filius, qui cũ patre & ſpiritu ſancto eſt benedictus in ſecula. Amẽ.

SERMO IN EADEM DOminica. Quibus debemus reddamus debitũ, & quõ anima ſit numiſma aut denarius.

Abeun-

ABeuntes pharisæi consilium inierunt, vt caperēt Iesum in sermone. Matt. XXII. Suum morem non dimittunt pharisæi, quin Christo, quia pleni erant inuidia, semper insidientur. Excogitare igitur eos facit eoꝝ malicia, astum, dolosq́ quo dn̄o quærant mala. Verum, nisi Christus eis concesserit seu permiserit horam, qua vigeat potestas tenebrarum, & maliciam quamcūque velint in ipsum exerceant, non poterunt quicquam in illum facere mali. Videamus nunc quid in se habeat hoc Euangelium. Primum est, quod abijsse dicuntur pharisæi à Christo. Nullius hic boni indicium est, nihil virtutis hoc nobis significat recedere à Christo. Dictum est enim per Ieremiam ꝓphetam: Domine, omnes qui te derelinquūt
Ierem.17
confundentur, recedentes à te in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium dominum. Non hūc animum habuerunt apostoli, qui nonnullis à Christo discedentibus, nec postea illum sequentibus propter verba quædam à Christo dicta, quæ non intellexerant ab eodem interrogati. Nūquid & vos vultis abire? per os Petri responderunt omnes: Dn̄e, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes.
Iohan.6
Secundum quod consultasse aut cōsilium inijsse dicuntur, quod intelligitur, cum Herodianis, hoc est, cum gentibus q̄ non cognoscebant Deum. Quare non cōsilium acceperunt cum Christo? Quia res quam tractabant mala erat. Christum aūt nō patrocinari iniustitiæ non ignorabāt. Ad sui igitur similes iuerunt ꝓ tractando consilio, ad malos scilicet & impios. In q̊rum consilio tractabatur, quō Iesum caperent in sermone. Propterea aūt seorsum diuertebant, quasi nō debeat Christus audire verba eoꝝ, quę certe absens audiebat, tametsi vltra mare discessissent, imo eorū etiam omnes cogitatus videbat. Quale cōsilium, tales & consiliarij. Consilium bonum, vbi prudentia est, quæritur à quatuor. Primo à Deo, iuxta illud Tobiæ: Oīa
Tob.4
consilia tua in ipso permaneant. Item Ec-
Ecci.1
clesiasticus: Omnis sapientia à dn̄o Deo est. Si ab eo est solo, quō igitur quærenda foret ab alio nisi ab ipso? Secundo, consilium quære ab homine bono, non à malo. Quomodo tibi enim dabit consilia bona, qui eadem sibi nō præbet? A cōsiliario igi-
Ecci.37
tur malo, vt Ecclesiasticus iteꝝ monet, serua animam tuam. Tertio, cōsilium est tractandum, vt Tobias monet, cum sapientibus. Ecclesiasticus quoq; hortatur, dicēs: Ecci.8
Cum fatuis consilium ne habeas, non em̄ 3.Reg.12
poterunt intelligere nisi quæ eis placent.
Quarto consilium petendum est à sene. 2.Para.10
Propterea Roboā spreto consilio senioꝝ, dum cum iunioribus consultare cœpit, et eorum sequi consilium, stultitiæ suę mercedem, hoc est, decē tribuum à regno defectionem suscepit, nec eū nisi duæ tribus tanq̄ regem posthac sequebantur. Itaq; cū audis Iudæos consiliū inijsse contra Christum, disce tu non turbari, si contra te consilia tractent homines, qn̄ contra Christū praua homines machinantur. Non est ser- Iohan.15
uus maior dn̄o suo. Si me, inquit Christ9, persecuti sunt, & vos persequentur. Quid, inquis, tunc mihi est faciendum? Vt taceas & dissimules sustinens. Tacendo peccare non potes, vbi locutionis nullus est fructus. Quis em̄ fructus loquendi, vbi inuidia imperat? Tace igitur quoad tēpus adueniat, quo parum prudenterq́; loquaris. Quā paꝝ locutus est Christus? paucis tm̄ verbis totum pharisæorum consilium, q̊d versutia astutissima vallauerāt, cōfutauit. Tu quoq; fac bene, & sine alios contra te machinari in q̊d volūt ex liuore. Vide ne malum velis malo excludere. Caue iniusta via ambulare, aut medio aliquo illicito vti. Videbis, qa se nō te dehonestabūt. 2.Timo.3
Consilium iniquorum nudabitur, veritas & iustitia triumphabit. Quicūq; pie vult viuere in Christo, persecutionem patietur. Qui autem bene agens habet persecutores aut insidiatores, satagat vt ita loquatᷣ, ita agat, ita moderetur sermones suos, ne q̊d iustum agit, faciat iniustum ex aliqua circunstantia. Habent enim hoc calumniatores cuncti, vt cum opus tanquā bonum reprehendere non possint, si modicum quid in aliqua circunstantia operis neglectū deprehenderint, contra totū opus insaniant, obganniant & detrahant. Hoc mō obseruabunt Christū Iudæi, explorantes vbicunq;, q̊ reperirent quod accusarent. Tertio, q̊d in Euangelio narratᷣ, est studium Pharisæoꝝ, ꝙ nitebantur Iesum capere in sermone. Sciebāt lubricam esse humanā linguam, quæ facile adulantium quoq; capitur linguis, maxime ab insidiantibus. Idcirco hoc tertium nō minus q̄ duo priora detestabilia sunt & cauēda, vtpote charitati contraria. Nitebantur illum

1.Cor.1 lum Phariſæi capere in verbis,qui eſt ſapi
Pſal.43 entia ſummi patris,& qui nouit abſcondi-
ta cordis. Quartum eſt, æque deteſtabile,
puta diſcipulorum phariſæorum adulan-
Iohannes Chryſoſt. tiũ ſimulatio, dicentiũq; Magiſter ſcimꝰ
quia verax es &c. Magiſtꝝ vocabant, cu-
ius eſſe nolebant diſcipuli. Veritatis appel
lãt doctorẽ, quem vt ſeductorẽ habebãt.
Peſſimũ genus hominũ eſt,adulatoꝝ. In-
ueniuntur aũt homines ad hoc puto nati,
vt vnũquẽq; laudẽt, bona dent verba, in
faciem oĩbus blandi,nemini tñ interim fi
deles aut amici. Hi loquunt̃ q̃d libẽter au-
ditur,& placentia affirmant. Hoc vitiũ tñ
ſi abſque incõmodo fit ꝓximi, vaniſſimũ
eſt. Porro ſi aĩo inſidiandi,nocendi aut fal
lendi ꝓximum fiat,eſt peccatũ graue,nec
raro eſt peccatum mortale. Deinde ſi pec
catum qs laudat,mortale,aut bonum de-
bitum virtutemq; vituperat, ęque eſt gra-
ue peccatũ. Quintũ eſt exemplũ Chriſti,q
adulatiões hominum impioꝝ nõ recepit.
Hoc eñ nobis in ædificationem reliqt, ne
adulatiões(rem periculoſam)acceptemꝰ.
Stultiſſimum eñ eſt in ore hominũ pone-
re gloriã ſuam,magis q̃ in conſcientia. Nũ
lingua aliena te virtuoſum faciet aut bea-
tum? Nunquid ediuerſo te faciet malum?
Minime. Q̃ñcunq; igitur laudaris, cogita
id ideo accidere,ꝙ homines te recte nõ co
gnoſcunt. Cogita qa ſi te cognoſcerent,
quantum deteſtarentur? Expẽde q̃ multa
ſunt in te vitia clandeſtina,q̃ nolles ab ali-
quo cognoſci. Quæ ſi homines vitia co-
gnoſcerent,putas laudarẽt? Minime. De-
inde erubeſce ꝙ multa in te laudantur,q̃
laude non ſunt digna, q̃ virtutis non ha-
bent meritum,aut ne nomen quidem, ab
hominibus extollũtur. Quibus ſi tu adeo
es demens vt credas, nimium erras. Quõ
eñ alterius linguæ magis credis,q̃ conſci-
entiæ teſtimonio? Credere aũt videris, ſi
ad laudes iniuſtas, ſi ad adulationes læta-
ris iniquas. Quid ꝙ alij tã vecordes ſunt,
vt ſi alijs laudantibus aut adulantibus,qſ-
piam ſit qui non ſimul eos laudet, aut cõ-
mendet? Hunc iniquo tolerãt animo qua-
ſi iniuriam paſſi, aut contriſtantur, quaſi
tũc beati ſint,cum in ore aut in oculis ho-
minum ſunt magni. Quid demum ꝙ mul
ta æſtimantur in te eſſe, & prædicantur,q̃
prorſus à te aliena cognoſcis? Num adeo
eris inſipiens,vt quaſi habeas, quæ homi-
nes te dicunt habere infleris, aut non ha-
bens exultes,aut glorieris? Nũquid alijs,
q̃ tibi ipſi credes magis? Videtis quanta pe
ricula ſunt in adulationibus,in falſis laudi
bus,& in vana æſtimatione hominũ? Nõ
igitur ab re fuit, ꝙ ſancti tam ſtudioſe ſu-
as abſconderũt virtutes, propterea quod
laudari timebant, indeq; aut in opinionẽ
circa ſe iniquã, aut in cõplacentiam abdu-
ci. Quapropter eos qui te vituperant,ma
gis quàm eos qui laudant te, ama. Hi eñ
adferunt tibi fructum. Siquidem te humi-
liant,te vigilem ac prudentem faciunt, &
cautum. Itaq; qui te laudant,non poſſunt
tibi prodeſſe, ſed qui te vituperant, illi ſi
vis vehementer tibi poſſunt eſſe vtiles. In
dicant enim tibi vitia tua,oſtendunt vnde
efficiaris humilis, faciunt te prudentiorẽ
ac magis diligentem. Nam ſi aliud etiam
non conferrent, ſunt tamen in remedium
tibi bonum contra ſuperbiam. Vide autẽ
quõ adulatores Chriſtus repulit. Quãuis
eñ vera eſſent, à quibus Chriſtum lauda-
bant,non tamen laudandi, ſed fallendi,a-
dulandi, inſidiandiq; animo hypocritę iſti
loquebant̃. Sic tu puta quoq;,qñ laudaris,
homines non eadem de te credere aut ſen
tire quæ prędicant,ſed honeſtatis cauſa ſic
de te bene loqui, aut alia humana infirmi
tate amoreve in te decipi: maxime autem
ab eis te ignorari putes, & non agnoſci.
Sextum in hoc Euangelio eſt Chriſti ędi
ficatorium verbum: Reddite q̃ ſunt Cæſa-
ris,Cæſari:& q̃ ſunt Dei,Deo. In qbus ver Rom.13
bis gñraliter diſcimus vnicuiq; ſuum ius
tribuendũ,Deo p̃cipue cultum & reueren
tiã,& hominibus quoq; ſuum debitũ, pu
ta, vnicuiq; iuxta illius ſtatum & ordinẽ.
Ante oĩa eñ Deo obediẽtiam debemus,
cuius obedientiæ nihil eſt anteferendum.
Debemus eidẽ quoq; fidem & dilectionẽ:
proximis vero compaſſionem, miſericor-
diam & charitatem. Eſt itaq; in his verbis
primo nobis dictum,vt hominibus quæ-
cunq; debemus ſoluamus, ita tñ ne Deo
quicquã debito ſeruitio aut obſequio ne-
gligamus ſubtrahamuſve. Si igitur inue-
ſtigatio fiat, de Deo & de hominibus vtri
plus debeatur, recte reſpondetur: Date q̃
Dei ſunt,Deo: quæ vero hominũ ſunt red
dite hominibus. Simili modo ſi de carne
& ſpiritu quæſtio fiat, recte reſpondetur:
Date carni quæ illius ſunt,& date ſpiritui
quoq; quæ illius ſunt. Habet enim caro ſu
um obſequium neceſſarium, quod illi de-
bemus, quandoquidem carnem fręnare,
non extinguere debemus. Debemus item

illam nutrire,fouere,regere,eidemq́; qua-
tenus oportet ſeruire. Sed propter carnẽ
non eſt negligendus ſpiritus. Illius enim
cura præferenda eſt,vbi vtriq; ſeruiri non
poteſt.Soluamus igitur oportet,quę ſunt
ſpiritus,ſpiritui:& quæ ſunt carnis, carni.
Exercitia ſpiritus quæ ad Dei fiunt hono
rem amoremque, aut ad proprium cultũ,
purificationemque mẽtis nobiliora ſunt,
quàm obſequia carnis ſiue corporis. Ve-
runtamen ſi propter illa ſpiritualia, aut ꝓ
prium corpus, quo ad ea quæ ſunt neceſſa
ria, negligentes lædimus, aut proximos
noſtros negligimus,non recte facimus,qa
ita vni debet ſeruiri, vt alterum non opor
teat relinqui.De vtroque enim hic domi-
nus dicit in hoc verbo: Reddite quæ ſunt
Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo.
Reddite Deo & ſpiritui,quę ſpiritus ac dei
ſunt:& reddite carni & proximo quæ car-
nis & proximorum ſunt. Seruiri debet ꝓ-
ximo propter Deum. Sæpenumero tamẽ
contingit(vbi ſcilicet maior neceſſitas fu-
erit) vt relicto Dei ſeruitio, aut ad tẽpus
poſthabito, magis ſit currendum ad ſub-
ueniendum,aut neceſſitatibus proximorꝫ
ſeu carnis,quàm ad contemplationum di
uinarum ſpiritusque exercitia: nõ tanquã
ad id quod magis nobile ſeu dignius, ſed
tanquam ad id quod magis eſt pro hoc tẽ
pore neceſſarium. Neceſſe eſt,inquam,in-
terdum Deu mpropter Deum relinquere:
hoc eſt, neceſſe eſt vt aut intermittatur(ad
q̃d non ex debito quis tenetur) aut diffe-
ratur ſeruitium dei propter hominẽ cuius
nunc occurrit neceſſitas, cui oporteat aut
debeat abſq; dilatione ſubueniri. Relinq-
tur igit(vt dixi)dans in ſeipſo ꝓpter Deũ,
vt honoretur in proximo. Simili mõ cor-
pori quandoq; infirmo adeo eſt indulgẽ-
dum,non vt propterea offendatur Deus,
ſed vt minus,quàm poſſit colatur Deus. Si
tamen recte loqui vobis debeo filij, dicã:
relinquendus eſt Deus, vt iuuetur proxi-
mus,aut vt iuuetur corpus proprium, in
quibus magis honoretur Deus. Nihil em̃
impendendum eſt aut proximo aut ꝓprio
corpori,niſi ordine ſeruato charitatis,vt il
lud referatur in deum,et fiat propter deũ:
Fit aũt ſæpe nonnihil propter Deum ma-
gis,tametſi exhibeatur proximo, q̃ ſi ipſi
exhiberetur Deo. Hoc propter illos dico
qui tamen inter vos raro inueniuntur, q
corporibus ſuis nimium, puta neceſſaria,
ſubtrahunt, quod vitioſum & Deo nõ ac-
ceptum eſt: & contra illos quoque qui ex
ercitijs ſuis proprijs, licet ſpiritualibus or-
dinatiſque ad Deum vacant,vt interim ne
ceſſitatibus ſubuenire proximorum negli
gant, aut alijs operibus officijsq́; charita-
tis.Septimum eſt quod nobis in hoc Euã
gelio ſpiritaliter ſignificatur: per denariũ
em̃ ſeu per numiſma hic ſpiritualiter no-
bis anima ſignificatur hominis ad imagi-
nem Dei creata,ſicut ſcriptũ eſt: Faciamus Gene.1
hominem ad imaginem & ſimilitudinem
noſtram.Non eſt aũt homo ſecundũ cor-
pus ad imaginẽ aut ſimilitudinẽ dei,ſed ſe
cundum animã creatus.Habet aũt aſſimi-
lationẽ aliquã anima ad Deũ. Eſt em̃ ipſa
quoq; à deo creata immortalis.Eſt p̃terea
vna in toto corpore,et in qualibet eius par
te.Nullũ oſtendes mihi membrꝫ corporis
tui viuũ,in q̊ non ſit anima, in q̊ etiã nõ ſit
tota:q̃ tñ nihilominus tota eſt in alio mẽ-
bro,& tota in toto corpore, nec tñ niſi v-
na eadẽq́; eſt anima. Tertio, nõ ingnatur
ſordibus corporis anima, quõ nec Deus.
Quarto,in eodẽ corpore diſſimilia opera-
tur,puta alia in auribus,alia in oculis &c.
quemadmodũ varia de⁹ in hominibus o-
perat.Quinto,ſicut vnus eſt de⁹ in tribus
pſonis,ſic aliq̊ mõ in tribus potentijs vna
eſt aĩa.Nõ aũt abſq; ratione dñs deus tãta
nobilitate dignatus eſt aĩam,vt ad ſui ima
ginẽ ſimilitudinemq́; hanc faceret: q̄a per
hoc eã reddere voluit vñ feruentius reda
maret patrẽ. Eſt em̃ amor naturalis inter
patrẽ & filiũ,q aliq̊ modo ꝓpterea qñq; ar
ctior validiorque eſt, ſi fuerit inter eos ma
gna ſimilitudo. Inter oẽs em̃ creaturas ter
reſtres, nihil aĩa ſibi inuenit ſimile: ideo
hac ſimilitudine admonet vt ſe eleuet cõ-
uertatq́; ad deum.Hanc animã.i.illũ dena
riũ dei ſimilitudine inſignitũ, oſtendi ſibi
cupit Chriſtus. Nõ vult illũ corrũpi, non
ingnari,nõ obliterari,ſed mundũ ſibi oſtẽ
di.Vbi oſtenditur denarius ille myſticus,
hoc eſt,anima Dei imagine inſignita? Pro
fecto in confeſſione:quod in leproſis decẽ
peccatores ſignificantibus manifeſtatur,
quibus Chriſtus dixit: Ite oſtendite vos Lucæ 17
ſacerdotibus. Et Sapiens in Prouerbijs di Prou.28
cit:Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirige-
tur: qui autem confeſſus fuerit & relique
rit ea, miſericordiam conſequetur. Se-
cundo oſtenditur anima in operatione.
Quod ex verbis Iacobi colligitur, dicen- Iacobi 3
tis: Quis ſapiens & diſciplinatus inter
vos?Oſtendat ex bona conuerſatione ope
ratio-

Matt.5 rationem ſuam in manſuetudine ſapiētię. Et Chriſtus: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra. Tertio, & tunc maxime oſtenditur in morte. Tunc enim Chriſto adducetur oſtenditurque anima. Quam ille videns, Cuius, inquit, eſt hæc imago, & ſuperſcriptio? Nihil enim in ea tunc debet reperiri, quàm Deut.5 eius imago, & quicquid ipſe digito ſuo, hoc eſt, ſpiritus ſancti operatione in ea ſcripſerit. Nos quicquid ſine illo ſuperſcribimus, in hoc fœdamus animas noſtras, inquinamusq́; eius imaginem. Agimus eñ puerorum more, qui videntes picturā nobilem graphiceq́; depictam, ſuos etiā tractus linearum eidem ſuperducunt, imaginemq́; & picturam deformant ac corrumpunt. Ita nos in picturam & imaginē Dei ſuperducimus picturam noſtrā, quæ ſunt mala opera nr̄a. Icc irco interrogabit nos rex noſter: Cuius eſt hæc imago & ſuperſcriptio? Mea eſſe deberet imago: ſed aliter hic video. Quid ſibi hæc vult aliena ſuperſcriptio? Non manu hæc mea quæ cerno ſcripta ſunt. Quis hæc ſuperſcripſit? Dic: Homo, mundus, diabolus. Hi enim ſunt ſcribæ nequam. Homo vt homo nihil ſcribit vtile. Mundus & diabolus niſi malum ſcribere non norunt. Reddite dicet igitur quæ ſunt Cæſaris, Cæſari &c. Reddite diabolo, mundo & carni quæ illis iure debentur, & q̄ anima meruit. Reddite mundo honores, opes & reliqua, quę ſecum anima non poteſt ferre, vana atque caduca omnia. Reddite carni vermes, corruptionem & putredinem. Reddite diabolo animam, q̄ illi ſe ſponte in vita mācipauit tormentis affligendam. In hac diuiſione videte, q̄ flebile ſit Chriſtum q animā creauit, animam inſigniuit, animam ſuo ſanguine lauit & redemit, nihil recipere, gratisq́; pro anima laborem & ſudorem, vulnera & ſanguinis effuſionem pertuliſſe. Beata hęc anima quæ Dei imaginē aut impollutam, aut ſaltem in pœnitentia iterum mundatam offert Chriſto. Quod vt vobis filij contingat, nunc dū viuitis hoc curate, nunc fletibus contritionis animas veſtras lauate, nunc quę ſpiritus ſanctus vobis ſuggerit illius manu ſuperſcribite, vt cum ad mortem oſtenſuri animam veſtram veneritis, Deus ſuam agnoſcat imaginem, laudet ſuperſcriptionem, voſque & pro labore, & pro cuſtodia coronet Ieſus Chriſtus dominus noſter benedictus in ſecula. Amen.

DOMINICA XXIIII. POST DOMINIcam S. Trinitatis, epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Coloſſ. I.

NOn ceſſamus pro uobis orantes & poſtulantes, ut impleamini agnitione uoluntatis eius, in omni ſapientia & intellectu ſpiritali ut ambuletis digne Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, et creſcentes in ſcientia Dei, in omni uirtute, confortati ſecundū potentiā claritatis eius, in omni patientia & longanimitate: cum gaudio, gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorꝝ in lumine: qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum. In Chriſto Ieſu domino noſtro.

PARAPHRASIS IN EANdem epiſtolam.

PAulus apoſtolus Coloſſenſibus ſcribit, quibus non ipſe p ſeipſum, ſed per ſuos diſcipulos prędicauerat. Et quia horum dilectionem erga ſe audierat. Ex die, inqt, illa, qua per Epaphrā audiuimus dilectionē veſtram erga nos. Non ceſſamus orare & quadam importuna fiducia à Deo poſtulare pro vobis, vt impleamini agnitiōe voluntatis Dei, hoc eſt, vt diuinitus illuſtremini ad cognoſcēdum quid velit Deus, quidve illi placeat, aut diſpliceat, in omni ſapientia diuinarꝝ atq; cœleſtium rerum, & in intellectu ſpirituali ſacrarum ſcripturarum, vt non ſolum quomodo ambulandum ſit agnoſca

tis,ſed ambuletis etiam digne Deo,vt vita
& conuerſatio veſtra deceat Deum,deoq́;
digna ſit,cui in omnibus placeatis, & fru-
ctum referatis in omni opere bono,creſcẽ
tes in ſcientia dei,qua illũ, & quid de eo-
dem ſentiri debeat agnoſcatis, indieſq́; co
gnoſcere ſatagatis.Oro itaq;,vt ſitis cõfor
tati in omni virtute,ſecundũ potẽtiam cla
ritatis eius,hoc eſt,qua poteſt vos deus cõ
fortare, ſua claritate illuminando vos. Si
enim ſol creſcere & germinare facit,quan
tomagis claritas dei eos qui lucem illius
non fugiunt ſed diligunt,ad lucemq́; acce
dunt illuſtrans confortabit ſecundum po
tentiam claritatis ſuæ, in omni patientia
& longanimitate,ne ſitis inter aduerſa tri
ſtes,ſed cum gaudio gratias ſemper agatis
deo patri,qui ſua gratia nos dignos fecit,
trãſire in partem ſortis ſanctorum, id eſt,
in partem æternæ hæreditatis, quæ eſt in
lumine,hoc eſt,in beatifica dei viſiõe.Qui
eripuit nos de poteſtate tenebrarum, ma-
lignorum ſcilicet ſpirituum,quibus ante-
quam ad Chriſtum ſumus conuerſi ſeruie
bamus,ipſiq́; dominabantur nobis. Itaq;
eripuit nos,& tranſtulit nos in regnum fi
lij dilectionis ſuæ,hoc eſt,in eccleſiam mi
litantem,quæ eſt regnum Ieſu Chriſti filij
Dei in numerum fidelium, & in ſocietatẽ
membrorum corporis eccleſiæ Chriſti, q̊
ex nobis fiat omnibus vnum regnũ Chri
ſti,in quo per fidem & charitatem regnet
in nobis deus. In quo Chriſto habemus
redemptionem à ſeruitute diaboli ac vitio
rum,& remiſſionem peccatorum.

EXEGESIS EVANGE- lij dominicę XXIIII. poſt domini cam S. Trinitatis. Mat. IX.

LOQVENTE IE
ſu ad populum, veri-
us tamen,hoc eſt,po-
tiſſime ad diſcipulos
Iohannis,q illũ quare
non ieiunarent eius
diſcipuli interrogaue
rant,atq; excuſationẽ
pro eiſdem Chriſto reddente, acceſſit vir
quidam clarus ſed humilis. Erat eñ prin-
ceps ſynagogæ. Quamuis enim Ieroſoly-
mis templum haberent Iudæi, in potiori-
bus tamẽ ciuitatibus nihilominus habue
runt domum in quam conueniebant vt
deum laudarent,vtque docerentur legem.
Cuius princeps is q̃ p̃erat archiſynagogus
dicebatur,aut princeps ſynagogæ.Huiuſ-
modi hic erat princeps, qui pro filia ſua
vehementer ægrota, & iam in extremis
conſtituta, adeoq́; de vita illius deſperata,
vt diceretur mortua:rogabat.Hic quam-
uis imperfectus adhuc eſſet in fide,meruit
tamen humilitate ſua,vt illi quæ poſtula-
bat præſtaret Chriſtus. Siquidem ad pe-
des Ieſu procidens, rogabat illum. Erat Lucæ 8
autem,vt ex alio Euangeliſta liquet illius
nomen Iairus.Narratur itaq; hic ſuſcita-
tio puellæ mortuæ.Nam dum iret & in iti
nere adhuc eſſet conſtitutus dominus, in
terpoſuit ſe occaſio alterius miraculi in
muliere fluxum ſanguinis patiente.In cu-
ius narratione apud quoſdam finitur E-
uangelium:licet alij continuent,vt finem
de ſuſcitatione puellæ quoq; narrent. Ita-
que,ait Euangeliſta:

Loquẽte Ieſu ad turbas. Ecce prin
ceps unus acceſſit, et adorabat eum,
dicens: Domine filia mea modo de-
functa eſt: ſed ueni & impone manũ
tuam ſuper eam,& uiuet.

Alius Euangeliſta hoc narrans mira- Mat. 5
culum, dicit Iairum rogaſſe: Filia mea in
extremis eſt.Sed non eſt contradictio.Po
tuit enim fieri, vt vtrumque diceret: Filia
mea in extremis eſt,adeo vt ipſam putem
iam defunctam, quæ erat quaſi defuncta.
Abiens eñ,illam adeo reliqui infirmã, vt
non putaretur deinceps victura. Ad hũc
modũ loqui ſolemus de agoniſante:Mor Lucæ 8
tuus eſt.Nam Lucas ſcribit q iam morie Mar. 5
batur. Marcus q eſſet in extremis. Mat- Mat. 9
thęus vero dicit Iairũ dixiſſe:Filia mea de
functa eſt.Sed veni,inquit Iairus,& impo
ne illi manum,& viuet. Imperfectio fidei
illius oſtenditur, quia corporalẽ putabat
Chriſti præſentiã neceſſariã.Sicut Naamã 4. Reg. 5
Sirus de Eliſæo loquebatur,dicens: Puta-
bam vt egrederetur ad oſtium Propheta,
& inuocaret deum ſuum, tangeretq́; locũ
lepræ,& ita ſanaret. Quãuis aũt hic Chri-
ſtũ legit̃ adoraſſe,non tñ adoratio hæc la-
triæ fuit,quæ Deo ſoli debetur,ſed reuerẽ
tia magna,cuiuſmodi regibus & prophe-
tis fiebat,quæ vocatur δουλεία, quia nõ æ-
ſtimabat Chriſtũ Deũ,ſed hominẽ tantũ,
& magnũ Dei amicũ.Ad quẽ nihilomin9
tanta erat fides eius,vt crederet Chriſtum
tactu manus ſuæ ſuſcitare poſſe mortuũ.
Et

Et ſurgens Ieſus ſequebatur eum, & diſcipuli eius.

Mira hic Ieſu humilitas, & gratiſſima manſuetudo indicatur Chriſti. Erat enim miſericordiſſimi cordis, qui ſe nõ poterat continere à benefaciẽdo infirmis. Condolebat quoq; viro, q̃nquidem hæc eius filia vnica illi erat proles, annos circiter duodecim nata. Sequebatur itaq; illum Chriſtus Lucæ 8 ſequebãtur quoq; eius diſcipuli, & (vt alij Marci 5 referunt Euangeliſtæ) turba copioſa. Antequam tamen ad illius venitur domum, & Ieſu adhuc in via conſtituto, narratur à ſeruis patri puellæ filiam eſſe mortuã. Ex quo nuncio creditur conſternatus pater. Quem miſericordiſſimus dñs cõfortans: Noli, inquit, timere: tantũmodo crede, & ſalua erit. Putandus eſt, interueniente alterius miraculi occaſione, dominus eo libentius remoratus in itinere, donec quę in extremis erat vitę puella moreretur, quo glorioſius ad populi ædificationem, & patris perfectam conuerſionem fieret miraculũ. Dum itaq; ſequeretur.

Et ecce mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis acceſſit retro, & tetigit fimbriam ueſtimenti eius.

Marc. 5 Lucæ 8 Narratur ab alijs Euangeliſtis hæc mulier ſanguinis fluxum patiens, non vt fieri ſolet naturali modo, ſed continuis duodecim annis huic paſſioni ſubiecta, diuitias Ambro. ſuas (hanc Martham Ambroſius fuiſſe dicit ſororem Mariæ) hoc eſt, magnam partem ſeu portionem diuitiarum ſuarum in medicos pro ſui curatione erogaſſe, quamuis nihil illi profuerit. Accedens igitur ad Ieſum retro, quia propter paſſionem ſuam reputabat ſe immundam & indignam offerre ante conſpectum domini, nec decere vt Chriſti poſtularet contactum. Mouebat eam quoq; pudor & verecundia ſe reuelandi: quare ſaltem retro accedens, cupiebat fimbriam tangere Chriſti. Obſerua Nume. 15 q̊d Chriſtus hic narratur fimbriam quoque in veſtimento habuiſſe, iuxta illud Numeri quo præcepit dñs filijs Iſrael, vt fimbrias per quatuor angulos haberent palliorum cum vittis hyacinthinis, qui cœleſtis eſt color, quo admoneretur cœleſtem præ alijs hominibus habere conuerſationem, quia ſubditur ibidem: Vt recordentur mandatorum dei, & ſint ſancti coram domino deo ſuo. Huiuſmodi itaq; veſtem creditur Ieſus portaſſe. Iuſtiſſimum nanq; erat vt populus ex quo Chriſtus naſciturus erat ſecundum carnem, ſingulari ſanctitate polleret, & ab alijs populis diſtingueretur. Diſtinctio aũt hæc fuit Iudæorum ab alijs gentibus, in carne per circuncíſionem, in lege per reſtrictiorem modũ viuendi, & in veſte, qua ſingulari vtebantur cum fimbrijs & vittis.

Dicebat ẽm intra ſe: Si tetigero tantum ueſtimentum eius, ſalua ero.

Vt ante dixi, ex pudore non audebat palam dominum rogare pro ſui ſanatiõe. Ex humilitate reputabat ſe immundam et indignam quæ offerret ſe conſpectui dñi Ieſu, ideo retro acceſſit: ex fide quoq; ſibi promiſit ſanitatem, ſi modo fimbriam eius veſtimenti tangeret. Fecit itaq; quod iudicabat ex fide faciendum. Nam vt ex alijs Marc. 5 Euangeliſtis manifeſtum eſt, tetigit veſti- Lucæ 8 mentum Ieſu, & ilico ſtetit exiccatusq; eſt fons ſanguinis eius, & ſenſit ſe ſanatã. Tũc Chriſtus qui omnia nouerat, omnia viderat, & in corde illius mulieris hæc operabatur, quiq; eam ſanauerat, interrogans, nõ vt quod ignoraret diſceret, ſed vt quod latebat, ad Dei gloriam & in huius fidelis mulieris præconium, fieret manifeſtum, dixit: Quis me tetigit? Negantibus multis ſe non tetigiſſe, dixit Petrus alijq; diſcipuli: Præceptor, turbæ te cõprimunt & affligunt, & tu dicis: Quis me tetigit? Vide benignitatem ſimul ac magnificentiſſimam potentiam domini Ieſu. Turbæ eum comprimebant, dũ alius alio volebat eſſe Chriſto vicinior. Non aũt adeo comprimebant turbæ quin magis ſenſiſſet leuiſſimum tactum fimbrij veſtimenti ſui. Alij eñ hoĩes mole corpoꝝ premebant, hæc mulier fide tetigit. Dixit itaq; iteꝝ Chriſtus: Tetigit me aliquis. Nam & ego noui virtutem de me exiſſe. Interea videns hæc mulier quia non latuit, quod pręverecundia clàm eſſe appetiuerat, tremens venit, & procidens ante pedes eius, quamobrem tetigiſſet, & quam conſequuta ſit ſanitatem coram omni populo confitetur. Hęc omnia ex Luca & Marco colliguntur.

At Ieſus cõuerſus & uidens eam, dixit: Confide filia, fides tua te ſaluã fecit. Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora.

Ieſus omnia ſciens, oĩa præuidens, con
uertit ſe ad eam quæ ſe parabat prodere et
dño confiteri, vt illam tremulam & formi
dantem conſolaretur. Dixit itaq; ad proci
dentem ante ſe mulierem: Confide filia. Iã
erat mulier ab eo cuius tetigerat veſtimen
tum, ſanata: quare ergo iubet eã Chr̃s qua
ſi adhuc ſanandam confidere? Dicendum,
q̃d dñs eam hortabatur ad robur perſeue-
rantiamq; in fide. Vel ideo qa formidolo-
ſa erat mulier & tremens, q̃ à ſe non cõſo-
lari & confortari pijſſimo cordi Ieſu duꝝ
Euſebius. videbatur. Scribit Euſebius in Eccleſiaſti-
ca hyſtoria mulierem hanc fuiſſe Emoroiſ
ſam, eamq; poſtq̃ liberata fuerat, & fortaſſe
poſtq̃ Chriſtus cœlos aſcenderat, in Cæſa
ria Philippi vnde fuerat oriunda, ſtatuam
in ſua curia feciſſe, quæ Chr̃i cum fimbrijs
(vt eum viderat) haberet effigiem. Ante
quem ſui quoq; locauit imaginẽ genibus
flexis, iunctisq; ſeu cancellatis manibus, p-
cumbentem. Creſcebat aũt herba ſub ea-
dem ſtatua, quæ tamdiu nõ attingeret cre
ſcendo ad fimbriam veſtimentoꝝ imagi-
nis, nullam in ſe habebat virtutem. Vbi ve
ro Chriſti attigit veſtimentum, oẽm ſana-
bat languorem. Hanc imaginem teſtatur
Hierony. Hieronymus à Iuliano apoſtata Chr̃i glo
riam ægre ferentem amotam, ipſumq; in il
lius locum ſuam ſubrogaſſe, ſed ictu ful-
Ambro. minis poſtea cõfractam. Si aũt, vt Ambro
ſius ait, mulier hęc fuit Martha, quõ in Cę
ſaria Philippi habuit curiam? Dicendum,
hoc non deberi abſurdum videri mulierẽ
vehementer nobilem, atq; vt tradunt de
ſanguine regio ortam, curias aut ædes am
plas in varijs habuiſſe locis, præſertim cũ
pater eius Theophilus Syrus ſcribatur du
catum habuiſſe Syriæ: quod hoc modo ta-
men verum putandum eſt, ſi intelligatur
Syriæ habuiſſe gubernationem, potuitque
ibi fuiſſe nata Martha, q̃uis Chriſto prædi
cante morata fuerit in Bethania. Quæcun-
que aũt fuerit mulier, certum eſt eam fuiſſe
deuotiſſimam & fide plenam. Ideo etiam
Chr̃s ad eam conuerſus, conſolatur ean-
dem, dicens: Confide filia, fides tua te ſal-
uam fecit. Et ſeqtur: Et ſalua facta eſt mu
lier ex illa hora, qua ſcilicet Chriſti fimbri
am tetigit. Hic in eccleſijs quibuſdam fi-
nitur hodiernum Euangelium in quibuſ
dam autem continuatur ſuſcitatio filiæ Ia
iri principis.

Et cum ueniſſet Ieſus in domum
principis, & uidiſſet tibicines & tur
bam tumultuantem, dicit illis: Rece-
dite, non eſt enim mortua puella, ſed
dormit. Et deridebant eum.

More veterum circa funera (vt Ambro Idem.
ſius ait) tibicines adducebantur lugubria
canentes, qui præſentes ad compaſſionem
mouerent. Habent enim hoc ſoni & melo
diæ, vt animos aliter & aliter excitent: quę
dam prouocent audaciã, vt in bellis: quæ-
dam deuotionem, vt in feſtiuitatibus, &
templis, congregationibusq; ſacris, quædã
ad lætitiam: vt in nuptijs & conuiuijs: quę
dam ad luctum & compaſſionem, vt in ex
equijs & funeralibus. Turba hæc tumul-
tuans fuit vicinoꝝ, amicorum, aliorum i-
tem præſentium multorum, qui tumultũ,
id eſt, confuſum excitabant ſonum, alijs lu
gentibus, alijs loquentibus, alijs diſcurren
tibus & funeralia parantibus. Vidit itaque
turbam tumultuantem, flentem & eiulan
tem dominus, & dixit: Recedite, ſcilicet,
de cubili in quo mortua iacebat puella: nõ
enim eſt mortua puella, ſed dormit. Verũ
dicebat. Dormiebat Chriſto, alijs homini
bus erat mortua: Facilius potuit Chriſtus
ſuſcitare mortuam, quàm tu excitare poſ-
ſes dormientem. Homines tamen qui ade
rant deridebant Chriſtum, quod diceret
puellam dormientem. Putabant enim mi
noris eſſe iudicij Chriſtum in hac re, q ne-
ſciret diſcernere inter mortuum & dormi
entem. Vide tamen quia pius dominus ni
hil deridentibus reſpondet, ſed ſui deriſio
nem humiliter portat.

Et cum eiecta eſſet turba, intrauit
& tenuit manum eius, & dixit: Puel
la, ſurge. Et ſurrexit puella. Et exijt
fama hæc in uniuerſam terram.

Iuſte eijcitur turba vt non interſit mira
culo, quæ deridebat dominum. Et quid mi Mar.
rum ſi non permiſit deridentem intereſſe
turbam, quando omnes noluit intereſſe di Luc.
ſcipulos? Nã acceptis ad ſe Petro, Iacobo,
Iohanne & parentibus puellæ tantum, in-
trauit ad puellam. Et tenens puellæ manũ
clamabat, dicẽs: Puella ſurge. Quo hæc di
cente, reuerſus eſt ſpũs eius, & ſurrexit pu
ella. Et obſtupuerunt parentes puellæ ſtu
pore maximo, viſo tanto miraculo ex po-
teſtate, & admodum imperãtis facto. Præ
cepit aũt parentibus puellę ne cuipiã dice-
rent.

rent. Prohibuit parentibus miraculi reue
lationem, non ꝙ putaret vel parentibus
tacentibus miraculum hoc celari poſſe qñ
quidem tanta turba ſciebat puellæ mortẽ,
& viuentem denuo non potuit ignorare:
ſed quod oſtẽderet ſe humilitatem amare,
& ſi ad Dei gloriam id pertinuiſſet, igno-
tum malle ſe eſſe. Veruntamen latere non
potuit miraculum: turba em̃ quæ ante de-
riſerat Chriſtum, propterea q̃d dixerat Ie-
ſus puellam dormire, euulgabat miraculũ
vt fama illius exiret per vniuerſam terrã.
In hac puella ſignificatur mors animæ in
ſecreto conſcientiæ per malam voluntatẽ:
vt dum homo voluntatem habet peccãdi
mortaliter, aut qñ delectatur in peccato
mortali, quod cũ gaudio ſeu amore recogi
tat, aut ſaltim oblectat ſe in re cogitata
(quæ pctm̃ eſſet in opere mortale) ſponte
phantaſiando propter delectationem co-
gitationis. Nam ſic aĩo cogitationeq́ʒ ſpon
te voluptuari in pctõ mortali, eſt peccatũ
mortale mẽtale. Intelligitur etiam in puel
la mortua peccatrix aut peccator in tenera
adhuc ætate conſtitutus, necdum in timo
re Dei fortis, ſed iuuenilibus paſſionibus
ac hoſti faciliter cedens. Huic cito ſubue-
niendum eſt, feſtinandumq́ʒ vt educatur
ex peccato, ne conſuetudinem contrahat
delinquendi. Adducendus igitur mox ſal
uator, nec diu in peccato relinquendus eſt
mortuus. Quo inſtruuntur quoqʒ adole-
ſcentes vtriuſqʒ ſexus, vt vbi deliquerint
non quieſcant, non expectent nec diffe-
rant venire ad confeſſionem, in qua à mor
te reſurgant, DEO reconcilientur, diabo
lum à ſe expellant, vireſq́ʒ à Deo & gratiã,
reſiſtendi diabolo virtutem & fortitudinẽ
accipiant. Quis em̃ illum qui liber eſt pu-
gnare fortius atqʒ validius neſciat, q̃ eum
qui captus ac vinctus eſt? Fili igitur noli
morari in peccato, qa perſeuerando in pec
cato, moraris in captiuitate diaboli. Noli
perſeuerare in peccato, qa neſcis qñ ſtran-
gulet, opprimat aut ſuffocet te diabolus:
ad illum em̃ ptines, & illius iuris es in pctõ
mortali conſtitutus: & certe non raro hoc
peccatoribus cõtingit. Nam licet & iuſtis
quandoqʒ contingat ſubito mori, hoc tñ
non facit diabolus, nec aliquid iuris habet
in homine iuſto, ſed naturali id curſu con
tingit, nec vlli ſic moriẽti iuſto propterea
Sapien. 4. eſt periculum quod ſubito mortuus ſit, qa
iuſtus quacunqʒ morte præoccupatus fue
rit, ſemper in refrigerio erit. At vero pecca
tor cuius eſt mors infeliciſſima, ſi in pec-
cato mortuus fuerit, vbi manebit? Ad in-
fernum ibit, vbi nulla eſt redemptio. Qua
propter chariſſimi vos rogo, vos moneo,
& hortor, ſi continere vos non poteſtis dũ
adhuc eſtis innocentes quin ſuperemini,
quin vincamini à diabolo aut à carne ad
peccandũ, quomodo vincere poſſetis iam
à diabolo victi, capti & ligati? Non igitur
differatis Deo mox reconciliari, & de dia-
boli laqueis iterũ elabi. Quoties, inqs, me
reconciliabo? Toties fili, quoties peccaſti.
Non videatur tibi hoc ſuperfluũ, quia ite-
rata ſæpe confeſſio diaboli vires eneruat,
neqʒ em̃ ſuſtinet humilẽ tui accuſationem.
Habes pijſſimum miſericordiſſimũq́ʒ deũ,
libenter te recipit, optato amplexatur te re
deuntem, modo ex aĩo nõ abiturus iterũ,
ſed perſeueraturus, redeas. Si igitur milies
in die peccaueris, milies pœnite, milies ad
illum redi, milies etiam te recipiet, nec im
properabit. Non putes ex te nimium illũ
fatigari, vt poſthac recipere nolit: verun-
tamen noli ſuper eius miſericordia inni-
tens peccare. Anteq̃ peccas propone tibi
eius iuſtitiam, pœnas inferni, perpetuaque
mala peccantibus præparata: at vbi pecca-
ueris, e diuerſo accipe ante oculos Dei mi-
ſericordiam, & feſtina à Deo veniam pete
re, eidemq́ʒ reconciliari. Quod ſi nolueris
meo huic cõcilio acquieſcere (crede mihi)
timeo in peccatis tuis te periturũ. Nam nol
le quærere gratiam Dei, & negligere eius
amicitiam, nec curare vtrum in morte aut
in vita, vtrum in luce an in tenebris (ꝙ ho
minum eſt tantum terrena cogitantiũ) ſi-
gnum eſt indurati cordis. A quo liberet
& ſeruet nos dñs noſter Ieſus Chr̃s Dei fi
lius, cum patre & ſpiritu ſancto benedi-
ctus in ſecula, Amen.

SERMO IN EADEM Dñica. De luxuriæ peccato, eiuſq́ʒ & aliorum uitiorum remedijs.

PRinceps vnus acceſſit & adora
bat Ieſum, dicẽs: Dñe filia mea
modo defuncta eſt, ſed veni et
impone manum tuam ſuper
eam, & viuet. Matth. IX. In
Euangelio hodierno duo audiuimus mi-
racula: Vnum quod dominus rogatus iuit
ad reſuſcitandam puellam à morte, q̃ po-
ſtea quoqʒ reſuſcitauit. Alterum quod ſe
in itinere hoc interpoſuit, vbi mulierẽ de
uotiſſimam ſanauit à ꝓfluuio ſanguinis.

Et princeps quidem ſynagogæ quãuis im
perfectus eſſet,nec plene illuminatus in fi‑
de,erat tamen humilis,adeo vt ante Ieſum
quãuis princeps eſſet ſynagogæ procidens
rogaret illum, vt ſuſcitaret filiam ſuam v‑
nicam. Adeo nanq; erat infirma atq; in ex
tremis vitæ conſtituta , vt licet ignoraret
eam mortuam,tamen ex coniectura, vt lo
qui ſolemus de agonizantibus,dicebat eã
mortuam,quia viuere eam diutius nõ poſ
ſe naturaliter ſciebat. Illum ergo ſequente
mitiſſimo Ieſu cum ſuis diſcipulis & mul‑
ta turba , intercidit aliud miraculum faci‑
endum. Mulier em̃ quædam xij.annis ſan
guinis fluxum continue patiens,magna fi
de ad Chriſtum cõcepta,ſanata eſt:maior
em̃ illius erat fides , q̃ principis archiſyna‑
gogi. Siquidem hic credit neceſſarium fo
re vt dominum ad mortuam filiam duce‑
ret,dominuſq; mortuæ manum imponẽs
eandem reſuſcitaret. Hæc vero latenter in
corde ſuo ſtatuit tantum illius fimbriam
tangere,promittens ſibi, ſi tetigerit,ſanita
tẽ. Itaq; ſecreto acceſſit retro, tetigit Chri‑
ſti veſtem,eſtq; ilico ei ſanguinis fluxus re
ſtrictus,& ſanata eſt. Veruntamen cum ve
recunda eſſet,& latere ſe putaret Chriſtus
eam prodidit. Siquidem quis ſe tetigiſſet,
Marc. 5 interrogauit : Tetigit me, inquit, aliquis:
nam virtutem ſentio à me exiſſe. Ad quod
illa veniens procidit tremens ante illum,
ac quicquid factum erat totum narrauit.
Sed mirum videtur quare verecundã vo‑
luerit mulierem dñs Ieſus manifeſtari,quę
Iohannes Chryſoſto. cupiebat latere? Reſpondet Chryſoſtom.
Primo ideo hoc Chriſtum feciſſe,ne muli
er de lege ſibi conſcientiam faceret,qm̃ illi
Leuit. 15 us veſtem tetigerat. Polluebatur nanq; &
immundum fiebat ſecundum legem,quic
quid mulier huic paſſioni ſubiacẽs tetigiſ‑
ſet. Secundo,vt illam inſtrueret perfectius
& ad puriorem fidem excitaret: ſiquidem
ipſa latere cupiens putabat Chriſtum q̃q;
quod eius fimbriam tangeret,latere poſſe.
In quo errauit vehementer, q̃a Chr̃m nil
poteſt latere, q̃ eſt cognitor oĩm. Tertio,
vt eius fidem cunctis in exemplum oſten‑
deret. Quarto,vt fidem principis cõforta‑
ret:hic em̃ imperfectior erat multo,q̃ mu‑
Iohannes Chryſoſt. lier illa. Ideo dicit Chryſoſtomus:Fidelior
erat hæc mulier archiſynagogo:nã ille me
dicum ducebat,huic tactus fimbriæ ſuffi‑
ciebat. Per hanc mulierem infirmam ſigni
ficatur nobis peccator vitio luxuriæ ægro
tus. Quõ em̃ illa xij.annis paſſionẽ fluxus
ſanguinis ſuſtinuit , ita qui luxuriæ vitio
ſuccumbit,in quacunq; fuerit ſpecie , non
põt facile ab illo liberari. Inducit aũt mala
multa tam corpori q̃ aĩæ. Adfert em̃ mole
ſtias & ægritudines corporis. Nam quanti
fiunt ſæpenumero labores,quãtæ vigiliæ,
diſcurſus,incõmodaq; ſuſtinentur,quantę
fiunt impenſæ,quanta dehoneſtatio famæ
vt quod potiſſimum eſt aĩaꝝ taceam peri
cula,quo momẽtanea obtineatur delecta Gregori.
tio? Nam vt Gregorius ait:Luxuria hebe‑
tat ſenſum,confundit intellectum, macu‑
lat voluntatem, obſcurat memoriam:& ſi
mentem occupauerit,vix bona cogitare p̃
mittit,ſed ſubſtantiã etiam t̃palem conſu‑
mit. Hierony.quoq; in Oſee:Luxuria,inq̃t Hierony.
inſatiabilis eſt voluptas: & quanto magis
capitur, tanto magis incentiuum patitur.
Vires in fornicatione deficiunt , & forni‑
candi deſiderium nõ quieſcit. Eſt aũt luxu
ria laqueus diaboli efficaciſſimus ad capiẽ‑ Num. 31
das aĩas. Nam Balaam quod cõſilium quo
Iſraelitis præualerent Madianitæ dedit ali
ud q̃ vt filios Iſrael prouocarent filiæ Ma‑
dian ad fornicationem idololatriamq;? vn
de offenſus dñs, qui Iſraelitas defendebat,
p̃mitteret eos cædi ac vinci à Madianitis?
Sciebat em̃ ad luxuriam ſuccẽſos facile ad
oĩa vitia alia poſſe capi. Quid em̃ homo lu
xuriæ deſiderio ſuccenſus non facit? Viuit
em̃ vt ſine ratione brutum , q̊d nullum vt
ſuam concupiſcentiam expleat vitium ca‑
uet. Itaq;,qui luxurię operam dat,brutum
efficitur,& brutalẽ animum acquirit. Pro‑
inde per Ioelem dicitur:Cõputruerunt iu Ioel. 1
menta in ſtercore ſuo. Luxuria quoq; miſe
rum ſeruum facit hominem . De quo licet Cicero.
ethnicus Tullius dicit:Illumne ego liberꝫ
dicam cui mulier imperat,leges imponit:
vocat,veniẽdum eſt:eijcit, abeundum eſt:
poſcit,dandũ eſt:minatur,extimeſcendum
eſt? Hunc ergo nõ tantummodo ſeruum,
ſed & nequiſſimũ ſeruũ ego iudico . Hoc
vitium verecundiã amittit, honeſtatẽ ne‑
gligit,carnẽ conſumit,virtutẽ rodit,Dei ti
morẽ extinguit. Quiſq; in illud inciderit,
vix emerget. Cadit em̃ ſicut in puteũ, aut
in voraginẽ qua ſubmergitur. Qui ab hoc
cupit liberari,neceſſe eſt primo,vt otiũ vi‑
tet. Otia em̃ ſi tollas periere Cupidinis ar‑
cus. Otium generat concupiſcentias,& co
gitationes illicitas. Secundo, ventris ſaturi
tatem caueat. Scriptum nãq; eſt:Subtrahe
ligna foco,ſi vis extĩguere flãmas. Tertio,
vini potũ moderet. Venter em̃(vt Hieron.
ait)

Hierony. ait) mero æſtuans ſpumat in libidinem.
Quarto, fœminarum conſortia & colloqa
Ecci 9 fugiat. Colloquiũ em̃ mulieris quaſi ignis
Prou. 5 exardeſcit dicit Eccleſiaſticus. Et Sapiens:
Fauus diſtillans labia meretricis, & nitidi
us oleo guttur eius. Nouiſſima aũt eius a=
mara, quaſi abſynthium, & acuta quaſi gla
di⁹ biceps. Quinto, valet ad luxuriȩ extin
ctionē, dolorē ſentire, vt ſunt virgarũ diſci
plinæ, aliæq; afflictiones ſimiles. Sexto, va=
lidum eſt remedium oratio. Maxime em̃
impetrat oratio, vbi remedia alia ſuperio=
ra frequētantur. In humilitate igitur & cõ
tritione ſpiritus, procide ante pedes Chri=
ſti, & auxilium ab eo pete. Septimo, fimbri
am veſtimenti Chriſti tange, vt luxuriȩ in
te reſtinguatur concupiſcētia, ac fornican=
di deſiderium. Quod, inquis, eſt veſtimen
tum Chriſti? eius humanitas. Scriptum em̃
Philip. 2 eſt, cum de Deo Paulus loqueretur, formã
ſerui accipiens. Et habitu inuentus vt ho=
Gene. 37 mo. Hæc em̃ eſt tunica Ioſeph tincta hædi
ſanguine. Hoc veſtimentum eſt quod pro
redemptione generis humani fuit rubri=
catum in cruce. Quod admirantes angeli
Iſaiæ 63 dixerunt: Quis eſt iſte qui venit de Edom
tinctis veſtibus de Boſra? Quo reſponden
te: Ego qui loquor iuſtitiam, & propugna
tor ſum ad ſaluandum. Iterum interroga=
uerunt, Quare ergo rubrum eſt indumen
tum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcan=
tium in torculari? Reſpõdit: Torcular cal=
Iſaiæ 53 caui ſolus. Vere ſolus calcauit, q ſolus vul=
neratus eſt propter iniquitates noſtras.
Paſſio itaq; Chriſti fimbria eſt humanita=
tis eius. Vita enim quam hic laboribus du
xit plenam, in fine per paſſionē & mortem
conſummata eſt. Eſt quoq; Chriſti paſſio
vltimum noſtræ redemptionis precium.
Hanc, inquam, tangere te oportet, vt exic
cetur in te luxuria. Itaq; meditari Chriſti
paſſionem, virtutem eius inuocare, amari
tudinem eius in cor ſumere, eſt Chriſti ve
ſtimētum tangere. Dicitur autem aliquid
tangi corde, & aliquid manu. Vtroq; mo=
do tangas Chriſti paſſionem oportet. Tan
gis em̃ corde, dum eius dolores expendis
& corde meditaris, quàm profunda & ſæ
ua fuerint dolores, quàm larga ſanguinis
effuſio, quàm doloroſa pœna, quàm ama=
ra paſſio, quàm acerba mors. Si hæc te mo
uent ad luxuriæ diſplicentiam, corde teti=
giſti fimbriam veſtimenti Chriſti. Porro,
manibus quoque tangis, ſi in eius paſſio=
ne miram humilitatem, perfectiſſimam
manſuetudinem, incredibilem patiētiam
aduertens, ſi dum corpus eius adeo lacera
tum, vt nulla in eo ſit ſanitas contempla= Iere. 14
ris, horreas voluptuari carne, horreas ob=
lectari peccatis, delectationibus, concupi=
ſcentijsque carnis: Chriſti malens imitari
humilitatem, eius patientiȩ conformari, a=
liaq; ſectari virtutum veſtigia. Tunc mani
bus quoque, id eſt, operibus tetigiſti, quæ
tamen opera adhuc magis tecum ſunt in
deſiderio quam in exercitio. Eſt contra lu
xuriam, & alia quæuis grauia peccata, in
qua nonnulli recidiuum ſępius patiuntur,
hoc remedium vt tam conſtanti propoſi=
to quis ac ſi vouiſſet proponat, vt etiam, ſi
non eſt nimium inſtabilis, voto ſtatuat,
quotieſcunque fornicari paſſione ſolita vi
ctus conſenſerit, non ire velle ad opus, niſi
primum ter aut quinquies legerit oratio=
nem dominicam. Quod nonnulli facien=
tes hoc modo curati ſunt. Siquidem con=
ſenſu ad peccandum iam dato dũ ante vo
luerunt quinq; orationes dominicas lege
re pro ſui illuminatione, qui mente iam ca
pti imo paſſione carnali amentes fuerant,
interim paſſio vehemens adeo in eis mitiga
ta eſt, vt nollēt pro magna re quin oratio
deliberandique mora interceſſiſſet: quo in
terim factũ eſt, vt mutato animo id quod
tam anxie ante quæſierant, iam nollēt. Eſt
aliud remedium curãdi luxuriam, vt quis
firmato animo ſtatuat, aut voueat, quoti=
eſcunque in illud peccatum denuo lapſus
fuerit, tantam velle eleemoſynam dare,
aut opus pœnitentiale, quod carnem af=
fligat, ſuſtinere, vt eſt ieiunare, vino abſti=
nere ad tempus, in terra aut ſuper aſſerem
quieſcere, aut aliud huiuſmodi, quod gra
uiter fert natura, agere. Hæc pœnitentia
futura, quam is qui huiuſmodi eſt ſcit ſibi
neceſſario faciendam, eundem qui alioqui
eſt bonæ, licet infirmæ voluntatis retra=
hit, ne toties peccans pœnam cogatur
pro peccato luere. Retraxit nonnullos,
& prorſus tandem liberauit confeſſio,
qui, vt dixi, DEO promiſerant, quoties
peccato ſuccumberent, toties velle ſe per
confeſſionem mox iterum purgare: quod
dum ita facerent, liberati ſunt. Succurrit
enim dominus vbicunque inuenerit vo=
luntatem bonam, eo tempore ſcilicet,
quo extra tentationem validam eſt conſti
tutus, licet infirmam, vt hanc magis ma=
giſq; roboret, iuxta quod viderit in homi
ne bonæ voluntatis ſtudium ꝙ exercet, &
quan=

Quantum recurrit ad flagitandum auxiliũ
à Deo. Confutatur eñ vehementer diabo
lus per confeſſionẽ,quippe cuius virtus in
cõfeſſione ſemper efficitur minor. Et hoc
dictum ſit non ſolum de omĩ ſpecie & ge=
nere luxuriæ,imo de omni quoq; mortali
peccato. Reperitur tamen inter alios luxu
riæ ſpecies,maxime in adoleſcentibus & in
fœminis quoq; piculoſiſſima illa luxuria,q̃
quidam ſibĳſis, aut etiam alĳs eiuſdem ſe=
xus concitant. Ideo aũt periculoſiſſimam
dico,qa in alĳs luxuriȩ ſpeciebus vitari po
teſt occaſio & cõſortium:hic vero in mol=
licie ſeu immundicia,qua homo ſecũ ope=
ratur malũ,euitanda nihil iuuat fuga,imo
ſecretus locus ad huiuſmodi abominabi=
lia peccata potius iuuat & ſolitudo. Qui
in eiuſmodi culpabiles ſunt, intelligunt q̃
dico:qui puri ſunt nõ interrogent quid vo
luerim dicere. Hoc tñ filĳ ſcitote, tantum
non dicerem(quia tam horrẽdum eſt hoc
peccatum,vt aer quoq; ſolo noĩe & voca=
bulo putandus ſit infici) niſi ſcirem nõ ſo=
lum pueros & adoleſcẽtes, ſed etiam adul
tos ac ſenes in tanta ſtoliditate ac craſſa i=
gnorantia inueniri, q putent hoc non eſſe
peccatũ,ſi tactibus impudicis ſe polluant.
Nec coniugio quoq; hoc deeſt peccatum:
quod revera tantum eſt vt maius non ſit
peccatum peccaſſe cum matre aut ſorore,
q̃ ſecum &c. quia hoc genus luxuriæ inna=
turale eſt,& contra naturam,ſicut & illud
Rom. 1 quod exprimit Apoſtolus: Maſculus cum
maſculo,& fœmina cũ fœmina. Legitur
ex quibuſdam ſanctis hiſtorĳs, ꝙ diabo=
lus ſoleat pro naturali inuidia ſua erga ho
mines incitari ad hoc peccati genus,ſed v=
bi hoĩes reprobos excitauerit ad opus tam
deforme tamq; innaturale nõ poſſe illum
videre, ſed naturaliter horrere & fugere,
ꝙ contra naturam fit, donec impletum ſit
peccatum. Videte filĳ qui innocentes eſtis
qd fiat inter impios. Per mortem dñi no=
ſtri Ieſu Chr̃i igitur obſecro vos innocen=
tiam veſtram vel ſemper,vel vſq; ad coniu
gium ſeruate. Intrauit eñ peccatum hoc
molliciei,& indies magis intrat in vniuer
ſam carnem,adeo vt pauci inueniantur ve
ri aut vere virgines,coram deo immacula
ti. Et vbi peccatum hoc inoleuerit, difficil
limum erit illud iterum curari. Filĳ,ſi qui
veſtrum in hoc maculati ſunt peccato, fe=
ſtinent ad coniugium, quia ſatius eſt mul
to vxorem aut maritum habere,coniuga=
liaq; opera licite exercere,q̃ tã enormiter
Deum offendere,& ſeipſum tam abomina
bili ſe peccato polluere. Veruntamen de
his loqui filĳ, verecundia & honeſtatis a=
mor me prohiberent,niſi ſcirem vehemen
ter nimis vobis hanc præmonitionem ne
ceſſariam fore. Vultis filĳ & filiæ immacu
lati ab hoc alĳsq; peccatis carnis manere?
Vultis intemeratum pudicitiæ veſtræ flo=
rem aut ſemper aut vſq; aut cõiugium ſer
uare? Audite quæſo conſilium, & propter
Deum parcite,qa ſic res vrget atq; neceſſi=
tas loqui. Si poſſibile eſt filĳ, dormiant iu=
uenes & pueri ſoli abſq; condormiẽtibus.
Neſcitis eñ & nõ creditis quid curioſitas,
quidve mala ſocietas,quid deniq; petulan
tiſſima carnalitas doceat. Plus dicere non
audeo. Vbi filĳ licet vix nouem aut decem
annoꝝ aut minores cõdormiunt ancillis,
quid doceantur, quia periculum ſciunt ſi=
bi huiuſmodi corruptrices de cõceptu nõ
imminere &c. Nec dormiant maſculi cum
alĳs maſculis,aut puellæ cũ puellis. Quod
ſi hoc obſeruari difficillimum ſit,tunc hor
tor vos puellas & maſculos, hortor vos
quoq; parentes,vt liberos veſtros inſtrua=
tis,quo nullo patiantur modo vnquam ſe
tangi ad loca pudenda, ab alĳs quæcunq;
vel leuitate,curioſitate, petulantia, dolo,
aut etiam aſinina,imo diabolica ſimplicita
te. Virgines vtriuſque ſexus, dilecti & dile
ctæ filiæ,tanto zelo cuſtodiatis honeſtatẽ,
verecundiam,pudicitiam,& integritatem
veſtram,vt potius mortẽ elegeritis,quam
ab aliquo homine,licet ſexus veſtri,ad lo=
ca quȩ natura quoq; abſcondit,tangi. Imo
pari modo nec vos ipſi tãgatis curioſe aut
reſpiciatis,niſi ineuitabilis foret neceſſitas
vt contingere poſſet per infirmitatem aut
læſionem. Hoc potius dico filĳ,quod vt fa
ciatis,id quod ſancti ſanctæq; fecerũt, qui
tanto zelo caſtitatis ſeſe munierunt,vt nõ
ſolũ non voluerint ab alĳs ſui etiam ſexus
videri nudi, ſed nec ſeipſos etiam præter
manus & pedes nudos ſeſe conſenſerunt
cõtemplari,oculis ab omnibus alĳs mem
bris recluſis & auerſis,nedũ tactibus. Hoc
coegit me zelus caſtitatis dicere, quia in
plebe,in oppidis,& in rure abominabilia
contingunt peccata,ex quadam ruſtica eti
am & craſſa ignorantia:interdum quia ne
detur occaſio aliquid diſcendi curioſis,o=
mnes fere de huiuſmodi grauibus pecca=
tis tacent,& loqui auiſareq; timent (quod Iohann.
Gerſon quoq; plangit) & interim per il= Gerſon.
lam ignorantiam diabolus mille ſeducit
animas

animas, quæ antequam aduertant capiuntur, irretiunturq́ʒ, vt elabi iterum non poſſint: & de hoc ſatis. Nunc filij existimo eſſe glorioſiſſimum ſeruare virginitatem, ſeruare mundiciam, impollutamq́ʒ caſtitatē. Ambro. Eſt enim angelis cognata virginitas. Qua propter maxima eſt cum virginibus angelis familiaritas, licet maior ſit victoria virginum, quàm angelorum. Hieronȳ. Hi enim ſine carne viuunt, illi in carne triumphant. Rariſſimum itaque & cœleſte eſt in carne viuere, & inquinamenta carnis neſcire. Cogor tamen & hoc pro cōſolatione vobis dicere: Si quid in carne aut etiam in corde patimini, inuoluntarij, & quod eſt contra voluntatem veſtram, nec ei conſenſeritis, tametſi euadere non poſſitis, non tamen vobis id imputabitur in peccatum, nec ad virginitatis amiſſionem, nemo enim niſi voluntarie peccat. Peccatum em̄ adeo eſt voluntarium, vt niſi ſit voluntarium (dicente Auguſtino) non eſt peccatum. Auguſtin. Cuſtodite igitur voluntatē veſtram, maxime eam, quæ eſt ſecundum rationem. Nam appetitus ſenſitiuus & cōcupiſcentia, non eſt voluntas (vt ſępenumero quidam timorati & puſillanimes perperam putant) quando non ſunt in ratione, ſed in ſenſualitate. Iterum igitur dico: Cuſtodite aīas veſtras, & rōnalem voluntatem veſtram, vt ſi qd etiam in carne mali ſenſeritis, hoc inuiti ſentiatis, hoc eſt, non cōſentiatis, ſed velitis libēter tentatione ac illo vitio carere & liberi eſſe. Dn̄s noſter Ieſus Chriſtus vos illuminet, vos dirigat, vos cuſtodiat, protegat, & ſeruet ab omni peccato, dirigatq́ʒ oēs actus veſtros in beneplacito ſuo, q cū patre & ſpū ſancto, eſt benedictus in ſecula, Amen.

DOMINICA XXV. LOCO EPISTOLAE lectio legitur Ieremiæ XXIII.

Ecce dies ueniunt dicit dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex, & ſapiens erit: & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit confidenter. Et hoc eſt nomen quod uocabūt eum. Dominus Deus noſter. Propter hoc ecce dies ueniunt dicit dominus, & nō dicent ultra: Viuit dominus, qui eduxit filios Iſrael de terra Aegypti: ſed, Viuit dn̄s, q eduxit & abduxit ſemen domus Iſrael, de terra Aquilonis, & de cunctis terris, ad quas eiceceram eos illuc. Et habitabunt in terra ſua, dicit dominus omnipotens.

PARAPHRASIS IN EANDEM Epiſtolam.

Non prorſus ab re uideri cuipiam debet, quod in hac vltima dominica (ſi quando vice ſima quinta poſt Penthecoſtes octauas dominica euenerit) loco epiſtolæ ex Ieremia lectio ſumit. Eſt em̄ dominica hæc aduentui vicinior: idcirco memoriam dominici ſeruat aduentus. De quo Ieremias ſanctus ita loquitur: Ecce dies veniunt dicit dominus. Ac ſi dicat: Certiſſime futurum eſt quod ſuo tempore implebitur, vt ſuſcitē, hoc eſt, vt conſcipi & naſci faciam ex Dauid germen iuſtum, ſeu fructum ſanctum. Hoc hauddubium de Chriſto intelligendum eſt, qui ſecundum naturam tunc erat naſciturus humanā ex Maria virgine filius Dauid, quēadmodum de illo angelus quoq́ʒ Mariæ prænunciauit. Et dabit illi dn̄s Deus ſedē Dauid patris eius, &c. Lucæ 1 Et Paulus: Factus eſt, inquit, ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Rom. 1 Vocatur aūt Chriſtus germē Dauid iuſtum, id eſt, fructus, ſeu filius ſanctꝰ. De quo germine Iſaias loquitur, dicēs: Et erit in die illa, puta tempore euangelicæ legis, Iſaiæ 4 germen domini in magnificētia, & gloria, & fructus terræ ſublimis. Et regnabit rex in cordibus credentium per fidem, quia illi ſeruient ei. Quamobrem Eccleſia quoq́ʒ in Euangelio regnum cœlorum vocatur. Matth. 13 Et Chriſtū regem Iſaias ſæpenumero prophetat, Iſaiæ 33 vt eſt illud: Dominus iudex noſter dominus legifer noſter, dominus rex noſter, ipſe veniet & ſaluabit nos. Regnabit itaq́ʒ rex & ſapiens erit, qui ipſa eſt ſapientia: & faciet iudicium & iuſtitiam in terra.

Si de iudicio diſcuſſionis meritorum & p̄miorum intelligantur hæc verba, tunc futurum eſt adhuc iudiciū in nouiſſimo die. Si aūt intelligatur de iudicio diſcretionis, quo inter bonum & malum, verum ac falſum diſcernitur, tunc iudicium Chriſtus hoc in terra fecit, impios & ſuperbos increpando ac deteſtando, bonos vero laudando. Hoc modo ad fidē & ad ſuam gratiam quoſdā miſericorditer vocauit, quoſdam iuſte dereliquit. Diſcernit igitur inter præſcitos & prędeſtinatos. De hoc iudicio
Iohan. 12 loquebatur Chr̄s, quando dicebat: Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mundi eÿcietur foras. In diebus illis primi ſcilicet, aduentus Chriſti ſaluabitur Iuda per paſſionem Chriſti & effuſionem ſan-
Ibidem guinis eius. Siquidem: Cum exaltatus, inquit, fuero à terra, non ſolum Iudam, aut Iſraelitas, ſed patres oēs veteris teſtamenti omnesq́ue iuſtos, omnes gentes: imo omnia traham ad meipſum, hoc eſt, à reatu omnium peccatorum, ſi in me crediderint om̄es abſoluam, & quantum ex mea eſt parte, ſi voluerint ipſi, eos ſaluabo. Quod em̄ multi damnantur ex culpa illorum eſt, quia redempti ſunt, & ſi vellent redemptionis ſeſe huius participes facere, ſaluarētur. Itaq; omnia trahet ad ſe Chriſtus, & omnes qui ſequi volunt eius tractum. Trahet autem electos omnes efficaciter, quia nemo eos
Iohan. 10 de illius rapiet manu. Ideo ſaluabitur Iuda id eſt, quiſquis confitetur dei filium dominum Ieſum Chriſtum ore, corde, & dilectione, & Iſrael populus Iudæorum habitabit confidenter, in temporali pace, tempore ſcilicet aduentus Chriſti, quod fuit
Lucæ 2 ſub Octauiano Auguſto, aut ſpirituales Iſraelitæ in Chriſtum credentes habitabunt confidenter, propter ſpem felicitatis æternæ ſecuri in Chriſto. Et hoc eſt nomen, q̄ germen illud iuſtum ex Dauid ſemine natum, electi, & in illum credentes vocabūt: Dominus iuſtus noſter. Dominus ꝑpter diuinitatē: & noſter, propter aſſumptam humanam naturam noſtram. Propter hoc id eſt, propter incarnationē Chriſti & aduentum Meſſiæ, dicit dominus: Ecce dies veniunt, & non dicent poſt hac vltra: Viuit dominus qui eduxit filios Iſrael de terra Aegypti. Olim enim dum grande quid aſtruere vellent ſic loquebantur Iudæi. At poſt illos dies, hoc eſt, poſt incarnationē, paſſionem, reſurrectionem & aſcēſionem Chriſti, veniet in obliuionem memoria huius tēporalis eductionis de Aegypto, & maiori beneficio minus obliterabitur, qa tunc non dicetur. Viuit dominus qui eduxit filios Iſrael de terra Aegypti: ſed, Viuit dominus qui eduxit & adduxit ſemen domus Iſrael de terra Aquilonis, & de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc. Hoc eſt, Viuit dominus qui de cunctis locis adduxit ſemen domus Iſrael ad fidem, per q̄ Chriſto ſpiritualiter adunati ſunt. Quod beneficium redemptionis ſuæ, vocationis ſuæ, adoptionis ſuæ, & iuſtificationis ſuæ ab illis tanti æſtimabitur (quod revera magni eſt æſtimandum) vt in huius comparatione priorum beneficiorū, puta eductionis de Aegypto liberationisq́ue de Babylone non ſit memoria.

EXEGESIS EVANGELIJ Dominicæ XXV. poſt dominicam S. Trinitatis, Iohannis VI.

Anno ſuperiori quam Chriſtus paſſus eſt, q̄ Herodes decollauerat Iohannē propter Herodiadem vxorem venientesq́ue diſcipuli dicerent quæ facta eſſent Iohanni, abÿt Ieſus à Iudæa trans mare Galilææ ad locum deſertum, quo eum diſcipuli tunc ſunt ſequuti, turbæq́ue multę. Subÿt igitur in montem Ieſus, non ob aliud quam quia locus ille tam contemplationi quàm prædicationi idoneus erat. Cumq́ue ibi eſſet ſubdit Euangeliſta Iohannes ea verba quæ hodierno leguntur pro Euangelio: Matth. 14 Marc. 6

Cum ſubleuaſſet oculos Ieſus, & uidiſſet quia multitudo maxima uenit ad eum.

Videte pudicitiam domini Ieſu, videte continentiam oculorum, videte denique morum Ieſu honeſtatem. Nō enim erecta ceruice nec oculis incedebat vagis dominus Ieſus, ſed vultu verecundō & humilis non quod ſibi ſed nobis timebat, ſi oculis vagis colligeremus vnde tentaremur. Exemplum igitur continentiæ in ſeipſo præbuit nobis. Itaq; ſubleuaſſe oculos dicitur qa illos ante continuerat, nec otioſe leuabat, ſed animo & volūtate miſerendi. Ter quaterve

quaterve legitur dominus leuaſſe aut potius ſubleuaſſe oculos, nō quod ſæpius non leuauerit, ſed quod ſacra hiſtoria euangelica quadruplicē referat occaſionem qua oculos Chriſtus ſubleuauerit. Primo em̄ oculos leuaſſe refertur in diſcipulos, ſermonem in monte de octo beatitudinibus facturus. Ibi enim ſcribit Lucas, quod eleuatis oculis in diſcipulos ſuos dixerit Ieſus: Beati pauperes quoniam veſtrum eſt regnum Dei. Hic erat reſpectus charitatis & zeli, quo certe docuit nos in eos, quos inſtruere debemus, ſolicite oportere reſpicere, quo nihil eorum quæ ad ſalutem eis neceſſaria ſunt taceamus, nihilq; negligamus. Docturus enim beatitudinem, euangelicamq; perfectionem leuauit oculos in diſcipulos ſuos, pro ſerio zelo intentioneque vehementi docendi perfectionem. Ita nos tanto congruit feruore prædicare, vt intuendo ſimul ac loquendo verbis ac nutibus aliorum prouocemus attentionem, aliorumq; animos excitemus. Quicquid enim in ſeipſo non arſerit, aliud nō accendet. Niſi ergo in nobis flagret primum charitas, ex nobis eadem ardens non poteſt tranſire in alios. Secundo, leuauit hic oculos in turbam eſurientem, qui fuit reſpectus compaſſionis & miſericordiæ, quo ſimul nos docuit benigne reſpicere in pauperes. Qui enim videt ſe pauperiorē, ægrotum, aut calamitoſum, interroget ſe, quamobrem ſe prætermiſſo triſtitia hæc illi miſero acciderit? Quare illi potius quàm ſibi Deus calamitates has dederit? Videt illum triſtem & lugentem. Si videt ſanum, lætū, & alacrem, illum pauperem & ægrotum ſe viuentem & abundantem, poſtremo illum innocentem ſe reum, iniquum ingratum & noxium. Nunquid non iure mirabitur & pauebit? Itaq; fili, cum conſpexeris inopes & afflictos, dic tibiipſi: Quid feci ego, aut quis ſum, aut vnde hoc merui, vt ſimilis me non apprehenderit inopia, ſimilis non compreſſerit calamitas quæ premit illum? Si filius es principis, ſi magnatū vnus aut optimatum filius, interroga te: Vnde hoc mihi vt claro de ſanguine ego, quod potentibus & honoratis, quod diuitibus deniq; parentibus natus ſum? quod non opilionis ſum natus filius? Nullā profecto in te cauſam inuenies, de qua exultes, ſed de qua timeas. Vide igitur ne extollaris, quia à Deo hæc recepiſti. Sed magis propterea humiliare & time (quod iure ac merito tibi formidandum eſt) ne receperis bona in vita tua, poſtea deuoluendus in æterna mala. Non ſine cauſa eſt, ſi ſuperbo tibi, ſi tibi luxurioſo hic adeo parcitur. Dic igitur tibiipſi: Ne forte peccata mea adeo grandia ſint, aut adeo ſim indignus ego, q in hac nō merear vita cum electis Dei torqueri, ſed hic conſolari, & perpetuo poſt hanc vitam cruciari. Hæc, inquam, coram Deo, & ad ipſum mente conuerſus tracta (non tecū ſolus ne generetur in te diffidentia) Sed ante Deum hæc flens expende, illi hoc conquerere: & ſenties, quia tui humiliationem conſolabitur. Nemo igitur ſe extollat, ſed inde potius humilietur, q̊d præ aliis hominibus abūdet diuitiis, aut ſingularibus Dei donis, puta robore, venuſtate, honore, fauore & gratia. Neſcit em̄ homo placeatne in his Deo nec ne? certus quod om̄es Dei amici per multas tribulationes trāſierunt fideles. Ideo hæc caduca temporaliaq; abundanter habere, non eſt ſalutis aut felicitatis indicium, ſed potius timoris maxima iuſtiſſimaq; eſſe debet occaſio metuentis, ne ideo ſibi hæc eueniant (vt dixi) propterea quod æternis cœleſtibusq; non ſit dignus. Manifeſtum eſt quod dominus dicit: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Hoc non diuitibus dictum eſt, quamuis & diuites non ſint excluſi, cum non dixerit pauperibus, ſed pauperibus ſpiritu, quo colligi etiam poſſunt rebus diuites, ſpiritu pauperes. Veruntamen vt rariſſimus diuitum quiſque eſt ſpiritu pauper, ita rariſſimorum etiam diuitum eſt regnum cœlorum. Tertio, leuaſſe oculos inuenitur quando voluit miracula facere, vt de Lazaro reſuſcitando legitur, & non raro idipſum creditur egiſſe facturus miracula, quo admonere nos voluit, opera bona facturos, vt auxilium petamus à domino deo ſalutari noſtro: admonemur in illum ſolum ſperare, illi ſoli confidere, illi bona noſtra omnia ſoli aſcribere, credere cum Paulo, quod non ſufficientes ſimus cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis, ſed Deum in nobis operari & velle perficere. Quarto, eccleſia credit dominum Ieſum inſtituturum ſacramentum corporis & ſanguinis ſui eleuatis oculis reſpexiſſe in cœlum. Sic enim Canon habet: Et eleuatis oculis in cœlum ad te Deum patrem ſuum omnipotentem, tibi gratias agens. Quo inſinuatur quo amore, quo deſiderio & ardentiſſima ſiti ferue

Matth. 5
Lucæ 6
Lucæ 16
Eccle. 9
Acto. 14
Matth. 5
Iohan. 11
2. Cor. 3

re debeamus ad Deum & ad cœleſtia, hoc
ſacramentum ſuſcepturi. Quinto, leuauit
oculos dum voluit orare. Siquidem dulciſ
ſimum ſuauiſſimumque illum ſermonem
quem poſt cœnam coram diſcipulis habu
Iohan. 17 it, legitur orando terminaſſe. Nam vt Io-
hannes ſcribit, poſt longam exhortationē
tandem dominus Ieſus ſubleuatis oculis,
dixit: Pater clarifica filium tuum, &c. Ad-
monemur autem ibi oculos animæ interi
Matth. 6 ores in oratione ad Deum leuare. Vbi em
eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Vbi
Pſal. 122 diligis, illuc libenter reſpicis. Quod in pre
cio habes, obſeruas. Quomodo ſcriptum
eſt: Sicut oculi ancillæ in manibus dominę
ſuæ, ita oculi noſtri ad dominum Deum
Matth. 6 noſtrum, donec miſereatur noſtri. Eam
obrem quo puros & intentos ſibi redde-
ret nos in oratione, hortatus eſt nos in-
gredi cubiculum, & clauſo oſtio ſenſuum
& affectionum externarum, orare patrem
in abſcondito, quo curæ, cogitationum di
ſtrahentiumque tumultus, ſolicitudines,
inclinationumque malarum ſtrepitus ex-
cludantur, & Deus adorandus ſolus ſit in
corde tuo.

Dicit ad Philippum: Vnde eme-
mus panes ut manducent hi? Hoc au
tem dicebat, tentans eum. Ipſe enim
ſciebat quid eſſet facturus.

Oſtendit dominus Ieſus paupertatem
ſuam, ac ſi diceret: Nobis non eſt pecunia,
turba ieiunijs eſt fatigata, illam refici opor
tet. Vnde ememus panes Philippe, vt man
ducent hi? Quid præbes conſilij? Poterat
certe dominus Ieſus, imo volebat turbam
hanc ſine pecunijs quibus emerentur pa-
nes & eſcæ paſcere, tamē ita interrogauit,
vt ex hac interrogatione nobis manifeſta-
retur Ieſu paupertas quanta eſſet, manife-
ſtaretur deniq; quod panum hic erat defe
ctus, & quia deſertus erat locus, & huma-
no modo ſuccurrēdi impoſſibilitas. Dicit
itaq;: Vnde ememus panes, vt manducent
hi? Vere pijſſimam erga nos ſuam ſolicitu
dinem oſtēdit quam pro nobis habet, qui
ad ſe perinde ac ad patrem nos om̃ia vult
noſtra commendare. Propterea quoq; di-
Pſalm. 54 cit Pſalmiſta: Iacta cogitatum tuum in do
mino, & ipſe te enutriet. Non ita iactes vt
laborare, conari operariq; tuam ſalutem
nolis, aut vt dormiēs ſtertas, otioq; vaces,
ſed ita iacta vt nihilominus interim tu
quoq; opereris. Nam ſi operaris tuam ſalu
tem, noxia vitās, & animę ſalutaria, corpo
ri vero neceſſaria quærens, ipſe te enutriet
ipſe te paſcet, qui te fecit. Quicquid tu non
potes, hoc ipſe poteſt ſupplere: modo vt il
lum præ oculis habeas, & præ omnibus
quæras.

Reſpondit ei Philippus: Ducen-
torum denariorum panes nō ſuffici-
unt eis ut unuſquiſq; modicum quid
accipiat. Dicit ei unus ex diſcipulis ei
us Andræas frater Simonis Petri:
Eſt puer unus hic q habet quinq; pa
nes hordeaceos & duos piſces. Sed
hæc quid ſunt inter tantos?

Omnia hæc colloquia Chriſtus excita-
bat, ne miraculū poteſtate aliqua aut ſub-
uentiōe humana credatur factum, ſed vir
tute diuina. Intelligatur neceſſitas edendi
& eſurientium fames, turbæ multitudo,
defectus panis (in tanta enim multitudine
panes tantum quinque inueniebantur, &
duo piſces) pecuniarum quoq; apud Chri
ſtum penuria: quæ ſi etiam non fuiſſet, nō
erat tamen comparandi emendiq; locus.
Hæc omnia vt fierent manifeſta, interro-
gādo Chriſtus voluit reuelari antequam
faceret miraculum. Neq; enim vt miracu-
lum fuiſſet habitum, niſi fuiſſet diligentia
magna inueſtigatū inuentumq;, quod prę
ter quinq; non fuiſſent alij panes in turba.
Vterq; vero apoſtolus humana tantum p-
ſpiciens cogitabat ac loquebatur via ſcili-
cet naturali non poſſe turbæ ſubueniri.
Atq; ideo nō verbis, ſed opere eos voluit
erudire Chriſtus, & ne humanā in ſe dun
taxat virtutem, ſed multomagis virtutem
attenderent diuinam.

Et ait Ieſus: Facite homines diſ-
cumbere. Erat autem fœnū multum
in loco. Diſcubuerunt igitur numero
uiri quaſi quinq; milia.

Videtis qua reuerentia obediebant apo
ſtoli Chriſto, qua etiam obedientia acquie
ſcunt turbæ. Nemo interrogat cur diſcum
bere iuberetur, quāuis ſcirēt panes deeſſe.
Nemo leuitate vſus dixit: Quid diſcūben-
dum eſt, cū deſit ad edendū panis? cū nihil
ſuperſit quod manducetur? Vna omnibus
fuit cura Chriſto obedire. Itaq; qui diſcu-
bituri ſedebant populi, apoſtoli quoq;, ſim
pli-

plicitate vſi, in Chriſti verbis nihil diſcuti unt, ſed Chriſti opera venerantur, atque quid nunc agere velit, expectant. Interrogauit enim primum, an ſubſidium adeſſet humanum: quod cum nõ adeſſe compertum eſt, vſus eſt miraculo. Exigebat hoc non ſolum neceſſitas eſurie͂tium, ſed & ſequentium turbarum deuotio. Siquidem adeo ſpiritualem eſuriebant cibũ, verbum Dei, vt cibi corporalis hactenus fuerint obliti, & reficiendo mentes conſolare͂tur de inedia temporali.

Accepit ergo Ieſus panes: & cum gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbe͂tibus. Similiter & ex piſcibus, quantum uolebant.

Videtis hic quantum conuiuium fuerit Chriſti quinq; milia viroꝝ ſuæ apposuit menſæ, præter hos quot aderant mulieres ſexus deuotior: quot paruuli? Verum oculi omnium in te ſperant domine, & tu das illis eſcam in te͂pore oportuno. Vide præterea, quas hoc conuiuium habuerit conditiões, vt imiteris. Prima eius fuit cõditio, qa neceſſaria rationabiliſq; erat cauſa quare fieret, puta eſuries turbæ, & inopia, quia nihil inueniebatur edendum. Si huiuſmodi conuiuas tu in domum tuam introduxeris, qui nõ habe͂t aut vix habe͂t aliud quod comedant, bene facis. Hoc em̃ conuiuiũ eſt quod Chriſtus ſuadet, de nõ vocandis amicis & diuitibus, qui habent vñ retribuant: ſed vocandos hortatur inopes, cæcos & claudos, qui non habent q̃d retribuant: qñquidem pro illis retribuetur tibi, inquit, in retributione iuſtorum, ne abſq; præmio te putes manere, tametſi hic in illis tibi fortaſſe videatur opera perdita. Nolo tñ putes ꝙ omnia alia cõuiuia damnem, ſed ꝙ diſcrimen eſſe dicam magnum inter cõuiuium quod propter deũ inſtruitur, & quod pro honeſtate & cultu fit amicorum. Pro cõuiuio quod facis ex miſericordia & compaſſione, recipies mercedem à domino: quia retribuetur tibi in reſurrectione iuſtorum. Porro pro conuiuio quod pro amicis inſtruis, ab hominibus recipies etiam mercedem, puta gratiã, beneficia, obſequia, fauorem & huiuſmodi humana ac peritura. Secunda conditio huius conuiuij, eſt quod Chriſtus gratias pro illo egit Deo. Quo intelligitur dei laus pro collatis beneficijs deuote à nobis

Psal. 144

Luc. 14

age͂da. Hic quoq; cõfirmatur religioſa cõſuetudo piorum hominũ, qui ante cibũ ſumendum, & poſt ſumptũ cibum orãt, gratiasq; agunt deo. Nã ante cibum orant vt creatura Dei à nobis ſumenda ſanctificet in verbo, iuxta ſententiam Apoſtoli, conducatq; nobis in ſalute͂ tam animæ q̃ corporis: poſt cibum pro ſuſcepto beneficio gratias agunt deo. Ab hac cõſuetudine heluones, epulones, & quidam qui nobiles vocantur, impij ac leues homines diſſide͂t, qui neq; deum neq; pietatem curant, imo nec ante prandium orant, nec poſtea Deo gratias agunt. Pare͂tum religioſorum Deumq; timentium hic mos eſt (vtinam eſſet omnium) prolibus ne morſum quide͂ panis dare, niſi primum totieſque orauerint, quoties aliquid à matre ſunt acceptu ri. Tertia conditio, eſt indige͂tia iuſta. Hęc conditio ſupra in prima conditione inſerta eſt, longe tamen ab ea differt. Nam illa eſt vt propter Deum fiat hoc conuiuium: hæc vero exigit vt his exhibeatur vbi vrget neceſſitas. Hic conſiderandum quoq; eſt ſi conſanguineos habeas egenos, illos iuſte & pie etiã præ alijs inuitas aut paſcis non quia tui cõſanguinei ſunt, ſed qa pauperes, quibus vel ex natura plus cęteris debes, ſunt. Quarta conditio, eſt temperantia. Vis ſcire huius conuiuij appoſita delicata, precioſaq; fercula? Panis hordeaceus & piſcis totum eſt quod his appoſitum & q̃d auctũ eſt. Et tu paruis impe͂ſis paupeꝝ potes alere claſſes, quibus vnam menſam diuitum reficere non potes. Fac igitur tibi amicos de mammona iniquitatis, quia vt dixi, modicis impe͂ſis multos reficies, nec grauaberis ſi conuiuorum tibi aliorum interdixeris ſumptus. Cæterum, gaudeant hic Chriſto conformari pauperes, quia optimus hic eſt panis hordeaceus, quem CHRISTVS rex regum & dominus dominantium manducat. Quinta conditio ibi fuit ſignificatio magna, nam conuiuium hoc ſub dio fuit celebratum, & ſuper fœnum. Sedere in terra ſub dio, eſt corpore in terra quieſcere, animo autem leuare ad Deum. Sicut Apoſtolus dicit: Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt. Tu qui mercator es corpore quidem in emporio Francforde͂ſi moraris, animo autem es domi cum vxore et liberis. Pari modo, ſi corpore tu in me͂ſa recrearis, animus tamen tuus non ſeparatus, ſed coniunctus maneat Deo. Deinde ſedere ſuper fœ-

1. Tim. 4

Lucæ 16

Apo. 19

Phili. 3

x iij num,

nũ,eſt dominari ſupprimereq́; ſenſualitatem,quæ in fœno ſignificatur. Iſaiæ 40 Omnis eñ caro fœnum. Nam ſi ſenſualitas in te dominatur rationi, non tu ſuper fœnum ſedes,ſed fœnum iacet ſuper caput tuum.

Vt autem impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis: Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta,ne pereant. Collegerunt ergo, et impleuerunt duodecim cophinos fragmentorꝝ,ex quinq; panibus hordeaceis et duobus piſcibus q̃ ſuperfuerãt his q̃ manducauerant.

Sexta hic huius conuiuij conditio deſcribitur,quæ eſt ſufficientia plena. Narrãtur enim impleti ſeu ſaturati,vt nullum amodo quærerent cibum. Non enim ferculorum eos multitudo,nec varietas epularum,nec apparatus eos ſatiauit, ſed parſimonia ſancta,ſobrietas et bona voluntas: quãuis dubium nõ eſt hoc Chrĩ conuiuiũ ſaporẽ dediſſe mellitiſſimum atq; ſuauiſſimũ manducãtibus. Septima cõditio,eſt ꝓuidentia:nã fragmenta iuſſit Chriſtus colligi,ne maneat quod pereat aut non veniat in pauperum conſolationem. Lucæ 11 Quod ſupereſt,inquit, date eleemoſynã, & omnia *munda erunt vobis. Dent alij hyſtrionibus*,alij muſicis, alij canibus ciborum reliquias:tu vtens Chriſti conſilio,da pauperibus,vt theſaurum habeas in cœlo.

Illi ergo homines cum uidiſſent ꝙ fecerat ſignum, dicebant: Quia hic eſt uere propheta, qui uenturus eſt in mundum.

Nondum plene erant illuminatæ turbæ,quia nihil de Chriſto ſupra hominem ſapiebant. Nihil de diuinitate eius intelligunt, prophetam exiſtimant eum ſcilicet Deut.18 quem Moſes venturum prædicens, ait: Prophetam de fratribus tuis ſuſcitabit tibi Deus &c. Prophetam nominat venturum *Meſſiam ſeu Chriſtum. Hunc enim* eſſe cogitabant turbæ,tametſi quod filius quoq; eſſet Dei ignorarent. Vos chariſſimi filij,viuite & percipite Dei dona in ſobrietate, cum humilitate & gratiarum actione, ex his quæ vobis dominus dedit. Et ſi quem ad vos miſerit, qa fortaſſe domi non habet quod comedat, participem illum facite bonorum veſtrorum. Quid dico bonorum veſtroꝝ?Bonorũ Dei. Nõ eñ dedit vobis, vt ſint veſtra hæc temporalia,ſed tantum vſum vobis eorum & diſpenſationẽ commiſit. Nec ad vſum dũtaxat veſtrum putetis vobis commendata bona temporalia, ſed in vſum etiam aliorum,ea maxime quę ſuperſunt,aut ſupereſſe poſſunt vobis. Adeo eñ liberalis eſt deus,vt cũ vobis dederit q̊d adminiſtretis egenis,nihilomin⁹ quaſi vos de veſtris reb⁹ erogaſſetis aliqua in pauperes,imputabit vobis dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA. De ſpeciebus gulæ.

VNde ememus panes vt manducẽt hi. Iohan. VI. Quã benignam, q̃ paternam ſolicitudinem pro nobis habeat Deus hic liquet ꝙ dñs noſter Ieſus Chriſtus Dei filius etiã hic in terris cõſtitutus ſolicitudinem geſſerit turbæ vndecunq; collectæ,ne illis deſit q̊d pertinebat ad corporis neceſſitatẽ:quaſi enim omnes Pſalm. genuiſſet ſic amabat. Et quid dico, quaſi Pſalm.94 omnes genuiſſet ſic amabat? Nonne ipſe eſt qui fecit nos? Nonne populus eius & oues ſumus paſcuæ eius, & opera manuũ eius? Dicit ergo ad Philippum dominus: Vnde ememus panes vt manducent hi? Vide mirabilem dñi diſpenſationẽ. Quis creauit cœlum & terram? Quis dat ſolem & pluuiam & fœcunditatem terræ? Quis nobis dat fruges, quis iſtos tãdem nobis coquit in panes? Nõne dñs deus noſter? Hic cũ tantus eſſet,non tamen dedignatus eſt *ad nos in miſerias venire* noſtras. Venit huc ad nos tantus dominus & potens, venit propter nos quoq;, ſuſtinuit famem, paſſus eſt inediam. Et quid iniuriarum,cõtumeliarum, pœnarumq́; non ſuſtinuit? egenus hic vixit. Non habuit agrum hic, aut domum, cuius ſunt omnia, & à quo dantur omnia. Non habuit fruges, nõ villam,nec aliquid proprium. Hoſpes & in*cola atq; tanq̃ aduena hic fuit in mundo*. Quid dicã? Emit panes à mortalibus, qui mortales cunctos,qui cœli volucres,q̃ beſtias agri,qui deniq; mundum paſcit vniuerſum. Hic igitur cũ ſit tantus pro mortalibus eſt ſolicitus, dicens: Vnde ememus panes,vt manducent hi? Pauit, vt hodie legimus,quinq; milia hominum, qui quoti Pſal.1 die mundum paſcit vniuerſum, qui dat iumentis eſcam ipſoꝝ, & pullis coruorum inuo=

inuocantibus eum. Paſcit nos hic corporali cibo, qui paſcet nos cœleſti conuiuio in æternitate: faciet enim tunc ſeruos ſuos diſcũbere, & tranſiẽs miniſtrabit illis. Ipſe q̃q; erit nobis cibus. Quia hęc eſt vita ęterna, inquit, vt cognoſcãt te Deũ verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Qui ergo ad illud cœleſte conuiuium appetit venire, ea quæ Chriſtus hic in ſe mõſtrauit, ea quę docuit, debet imitari. Debet, inquam, huius ſe Euangelio conformari. Primo namque ſeculum, hoc eſt, ſeculi amorẽ & implicationem neceſſe eſt eum relinquere. Per amorem ſeculũ hoc ingreſſi ſum9, amore in ſeculo retinemur, hũc amorem mortificando ſeculum egredimur. Oportet igitur te renunciare vanitatibus mũdi, oportet audire Dei verbum, quod chriſtiane orthodoxeq; p̃dicetur, & quo inſtruaris ad itinera cœleſtis viæ: Quod nobis ſignificatur in verbis hoc Euangelium præcedentibus, quibus Chriſtus abijſſe narratur per mare Galilææ. Secũdo itaq; neceſſarium eſt, vt tribulationes, amaritudines, tẽpeſtateſq; huius vitæ intrepidus p̃tranſeas, quod eſt mare Galilæę tranſire. Oẽs enim qui pie volunt viuere in Chriſto, perſecutionem patientur: ſignumque certiſſimum electionis eſt diuinæ, hic bona agere & mala pati. Tertio, tuam te abdicare volũtatem, & Chriſti eruditionem ſequi, neceſſe eſt. Neq; enim quamdiu in propria viuis voluntate, iuxta deſideria carnis, potes placere Deo. Si igiť tu non places Deo, nihil potes operari quod Deo placeat. Nõ enim opera placent deo, ſi operans diſplicet. Propterea eſt voluntas, quæ tibi cum Deo non eſt communis. Verbi gratia: Tu gloriam hominum quęris, quia hanc diligis. Itaq; cum Deus te eſſe velit humilem, tu vis eſſe ſupbus. Diſcordat volũtas tua, quę tibi propria eſt à Dei voluntate. Nam ſi tuipſe quoq; velis eſſe humilis, & contẽptor glorię, iam concordas Deo, nec propriam, ſed communẽ cum Deo habes volũtatem. Hoc modo circa alia omnia quoque eſt ſentiendũ. Quarto, quia ex cõpaſſione eſuriẽtis turbę Chriſtus ſolicitus ſuo modo fuit, hoc eſt ſolicitum ſe oſtendit: ita compati, & alienam miſeriam, perinde ac propriam ſentire te conuenit, illiq; quo modo ſubuenias ſolicitum eſſe. Habent enim opera miſericordiæ præ alijs felicem promiſſionem à Deo. Quinto, quia non ſolum ex miſericordia, ſed etiam ex virtute ſeu ex poteſtate miſeris ſubuenit. Nam pauit eſurientes, tã potenter q̃ miſericorditer, vt nos quoq; ea q̃ proximis noſtris impendere poſſumus ad eorum neceſſitatem, impigri ſimus. Itaq; quia Philippus aliud non ſciuit conſilium neq; Andręas, q̃ turbam eſſe adeo grandẽ, vt modica pecunia nõ ſufficeret. Apud Chriſtum vero & apoſtolos haudquaq̃ tantum fuit pecuniaꝝ, quibus turbę etiãſi adeſſent panes poſſint comparari. Philippus nãq; ducentos non ſufficere dicebat denarios, vt vel quid modicum quis perciperet, quaſi etiã ſi ducentos haberemus denarios, q̃d longe eſt à nobis, non tamen inde tot emi poſſent panes, vt vel modicum quiſq; de turba hęc guſtando refocillaretur. Andræas vero prorſus deſperatiue loq̃tur de quinque panibus, qui nihil inter tot homines conferrent. Cęteꝝ, Chriſtus non conſiliũ quęrebat, ſed nobis reꝝ conditionis, quo miraculũ agnoſceretur, manifeſtabat. Iuſſit ergo homines diſcũbere, deinde quinque accepit panes hordeaceos, fecitq; eos diſtribui, & frangendo, diſtribuẽdo, edendoq; multiplicari. Comederunt itaq; & ſaturati ſunt. Et q̃ ſaturati crederẽtur, ſuperfuerunt duodecim cophini fragmẽtorum ſiue reliquiarum. Hoc eſt, ſolenne cõuiuium, quo Chriſtus ſuos pauit cõuiuas. Appoſuit eis panes hordeaceos & piſces: huiuſmodi refectio quoq; naturę & fami ſufficiebat. Noluit ſeruire Chriſtus gulę, ſed neceſſitati, quamuis credendi ſint tam panes quàm piſces, ſupra modum guſtui fuiſſe humano propter miraculum ſuaues. Quoniam autem multiformiter in edendo bibẽdoq; peccatur (quamuis nũc de ebrietate hic nihil dicendum ſit) quantũ gulę peccatum attinet, non ab re putandũ eſt ſpecies ſeu conditiões ſex, q̃bus gula peccatur, recenſere. Itaq; prima ſpecies gulæ eſt, ante tempus ordinatum aut nimis mane comedere. In dominicis diebus & diebus feriatis tempus legittimum eſt, non ſumere cibũ abſq; neceſſitatis aut infirmitatis cauſa, niſi auditũ fuerit diuinũ officiũ. At vero ieiunioꝝ tẽpore vſque ad nonam, qua dñs in cruce expirauit, q̃ fuit hora tertia poſt meridiem, iuſtũ foret ieiunare. In meridie eñ ad crucẽ fuit affixus, q̃ vocabatur tunc ſexta hora (quod hymn9 quoq; qui ad ſextã cantatur indicat, q̃ tribus horis vſq; ad nonam ibi pendens, eadem hora, quæ mõ in Germania nobiſcũ voca-

Lucæ 12 / Iohan. 17 / 2. Timo. 3 / Mat. 11. / Iohan. 19

vocatur hora tertia poſt prandiū ſeu poſt
meridiem tradidit ſpiritum. Si enim iuxta
Matt. 20 horarum diſtinctionem ex Euangelio de
operarijs conductis in vineam, dies parti
ta fuerit, hora vndecima vſq; ad duodeci-
mam, vltima erit hora diei, qua dies ope-
rādiq; tempus finitur, & parabola illa E-
uangelica habet, vbi dicitur: Cū ſero factū
eſſet, dixit paterfamilias ꝓcuratori vineæ:
Voca operarios, & redde illis mercedem
&c. De nouiſſimis vero qui hora vndeci-
ma venerant dicitur in fine diei: Hi nouiſ
ſima vna hora opus fecerunt: ergo cum
nō abſit vndecima vſq; ad duodecimā ni
ſi vna hora, ſequitur horam duodecimam
apud Iudæos finem fuiſſe diei. Si autem du
odecima hora finitur vltima hora diei, er-
Iohan. 11 go ſexta erit meridies. Nam Chriſto dicē-
te: Nonne duodecim ſunt horæ diei, clarę
eſt Iudæis hunc morem tunc horas diſtin
guendi fuiſſe. Itaq; ſexta hora apud illos
meridies eſt, qua dominus eſt crucifixus.
Hora vero quæ nobis Alemānis eſt hora
tertia poſt meridiem, vocabatur à Iudæis
hora nona, qua Chriſtus tradidit ſpiritū.
Ad illam itaq; horam deberemus ieiuna-
re. At quia quotidie homines efficiuntur
infirmiores, conſuetudo eccleſiæ habet, vt
horam nonam anticipet ponatq; in meri-
diem, tuncq; tempore ieiuniorum come-
dat. Inde multos contingit errare, putan-
tes meridiem Iudæis fuiſſe nonam, propte
rea quod tunc nona anticipata cantatur,
exiſtimanteſq; tūc dominum mortuum,
quando fuit crucifixus: quia revera hora
ſexta (vt dixi) erat meridies qua dominus
eſt crucifixus: & quæ nobis eſt hora tertia
poſt meridiem, erat illis nona qua Chri-
ſtus tradidit ſpiritum: & hora duodecima
finiebatur dies. Apud Iudæos nāq; nō om
ni tēpore æquales erant horæ, ſed nunc lō
giores, nunc breuiores iuxta diem natura
lem, vel longiorem vel breuiorem in æſta-
te aut hyeme. Hęc obiter dico, quod cœpe
ram dicere diebus eſſe ieiuniorum pran-
dium differendum ad horam nonam, ꝗ
tamen hodie per anticipationem canta-
mus circa meridiem, quæ potius & revera
eſt hora ſexta, ita tamen ſatisfacimus con
ſuetudini & intentioni eccleſiæ, quæ vi-
detur hoc approbare. In quadrageſima ve
ro vltra nonam nobis ieiunandum foret,
ſicut Canon exprimit de Conſ. diſtin. 5. c.
Quadrageſima, vſq; ad veſperas. Verunta-
men pari modo veſperas hodie anticipa-
mus: nam circa meridiē perſolutis nonis
& miſſa, eaſdem abſoluim9, vt aliquo mo
do ad veſperas cantatas, non ad tempus
veſperarum ieiunaſſe videamur. Qui infir
mi ſunt, qui debiles ſunt, & valetudinarij,
qui pueri ſunt, & infra ætatem, qui etiam
ſenes ſunt, & ſupra ætatem, qui denique
pro mercede operantur, panemque ſuum
lucrantur manibus. Itē prægnantes, lactan
tes, pauperes, qui fixum certumq; non ha
bent prandium, & huiuſmodi non vrgē-
tur ad ieiunandum, niſi quantum volunt
& poſſunt. Et ideo cum multiplex ſit ho-
mini excuſatio ieiunandi, nemo alium iu-
dicet, nemo condemnet, nemo ſcandalize
tur faciliter, qa alterius cor, alterius neceſ
ſitates & onera excuſantia, aut infirmita-
tes poteſt videre nemo. Quare dū come-
dētem die ieiunij quis viderit, cogitare de
bet illum, & vnumquemq; eſſe ſuæ ſalutis
memorem, nec aliter illum quàm deo poſ
ſit reſpondere facientem. Veruntamen ad
gulam nihilominus pertinet (niſi aliqua
rationabilis ſubſit cauſa) mane anteꝗ ora
tiones præceſſerint, antequam diuina ſint
audita feſtinare ad cibum: eos præſertim q
otio vacant, vt ſi quis veluti ex lecto veni
ens, mox velit comedere. Pertinet item ad
hanc ſpeciem feſtinare ad cibum, antequā
quis orauerit Deum, aut anteꝗ cibum be-
nedixerit, vt his ſæpenumero contingit, q
tam indomitum effręnemq; habent appe-
titum, cui dominari nō curant. Adeo enī
mane feſtinare ad cibum, niſi infirmitas ę-
gritudoq; ad hoc cogat, turpe ac abſurdū
eſt. Ad quod non vera fames, nec naturæ
neceſſitas, ſed vitioſa inueterataq; conſue-
tudo, cui repugnare neceſſe eſt, incitat. Se-
cūda ſpecies gulæ eſt, lauta delicataq; quę Luc. 16
rere. Sic refertur de Epulone diuite, quod
epulabatur quotidie ſplendide, non neceſ
ſitatis gratia, ſed voluptatis: quia peccatū
non eſt in cibo, nec peccat qui precioſa &
delicata comedit, ſi intentio ſit caſta: ſed q
delectationem in huiuſmodi quærit, aut
propter delectationem ſumit, vt ſolent fa
cere, qui communia ſpernūt, ſi cibum pre-
cioſiorem ac voluptuoſiorem expectent,
tam curioſe inter cibum & cibum, nō ne-
ceſſitatis, infirmitatis, aut etiam ſanitatis,
ſed voluptatis gratia diſcernentes. Delica
ta autem & ſumptuoſa quærere, magis eſt
reprehenſibile in pauperibus quàm diuiti
bus, quia manifeſtiorem indicat gulæ cō-
cupiſcētiam, cui nihilominus quāuis pau-
peres

Nume.11 peres ſint ſatisfacere volunt, cum rei familiaris iactura. Hoc genere gulę deliquerũt Iſraelitæ, qui faſtidientes manna, petierũt carnes, quibus guloſo ſatisfacerent appetitui. Mater ſancti Bernardi, mulier nobilis, craſſo ruſticoq́; alere ſolebat ſuas proles cibo, eas quaſi ad eremũ p̃paratura. Delicata pmittuntur infirmis, qui naturæ in neceſſarijs non poſſent ſufficere, ſi ea tm̃, q̃ inuiti ſumunt aut horrent, admitterent. Cũ diuitibus & delicate educatis, cibis q̃que delicatioribus à puero aſſuetis, & cũ his q teneriorís ſunt cõplexionis diſſimulatur, vt comedant delicatiora, modo intẽtio ſit caſta, vt quærant refectionem, non

August. delectationis excitationem. Auguſtinus in regula ſua etiam monachis, ſi viliora faſtidiant, vtpote non aſſueti olim in ſeculo aut cũ parẽtibus, permittit melioribus reſici, eosq́; vult propterea eſſe humiliores alijs qui vilibus reficiuntur, quos æſtimat feliciores. Magnatibus quoq; propter ſtatum cibi precioſiores admittuntur. Nõ quod illi gula non poſſint peccare, imo peccant et ipſi non raro neq; leuiter gula, etiam in vilioribus cibis. Nõ enim dicitur cibus vilis, qui vehemẽter delectat. Vno itaq; verbo rei ſummam dicam: Quærere delicatiora propter voluptatem tantum & gulæ, quæ inordinatum habet appetitum, edendiq́; libidinem, & viliora propterea aſpernari non licet. Tertia ſpecies eſt nimis ſtudioſe cibum, vt bene ſuauiterq́; guſtum afficiat parare, ſalſamentaq́; & ſapores peregrinos adijcere, qui nõ raro corpori nu-

Bernar. triendo magis obſunt, q̃ conducunt, vt ſicut ait Bernardus, famẽ non excitet cibus, ſed ſapores. Mira eñ excogitant arte ſua homines, vt prouocent appetitum vel ſaturitate iam victum. Quarta ſpecies eſt gulæ, nimium comedere, ingurgitare, excedereq́; in cibi mẽſura. Hoc adeo faciliter nõ contingit Deum timentibus, vbi non eſt ciboꝝ varietas aut accurata præparatio. Propterea qui ſimplici vtuntur cibo & o-

Ezech.16 perantur, rarius infirmantur. Hoc genere peccauerunt Sodomitę, vt dicuntur in Ezechiele: Hæc fuit iniquitas Sodomę ſupbia, ſaturitas panis & abundantia, & otiũ ipſius & filiarum eius. Poteſt tamen fieri ex ignorantia, vt mẽſura excedatur abſq; graui peccato, præſertim ſi adeo ſit grauatus cibo aut potu, quin debita & officia ſua poſſit implere. Quinta ſpecies, nimis ardenter ad cibum ſe effundere, vt faciunt hi qui tam pręcipitanter, auideq́; cibũ ſumunt, vt expectare nequeant, donec ſatis ſit maſticatus, huiuſmodi guloſi non ceſſant comedere, niſi faſtidiant. Hoc genere Gene.25 guloſus fuit Eſau, qui primogenita ſua vẽdidit pro cibo, quem auide nimis concupiuit. Fit quandoque tamen effuſio animi ſuper cibum, vt feſtinato ſumatur cibus, ex vehementia famis. Hoc quamuis indecens ſit & immoderatum, tamen caret (puto) graui peccato, quia nihil intenditur niſi refectio. Sexta ſpecies gulę, eſt nimis frequenter comedere, anſerum more, qui vbicunque viderint aquam, bibunt. Infirmi, laborantes, operarij, pueri, ſenes, comedunt ſępius, & parum qualibet vice. Verũ tamen alijs, puta ſanis, iuxta quendã Philoſophum, ſemel in die comedere ſufficeret, bis toleratur, ter exceditur. Vnde quidam dicebat: Qui in die manducat ſemel Deus, hoc eſt, diuinus eſt: qui bis, homo eſt: qui ter, beſtia eſt. Redeundo itaque ad Euangelium. Conuiuium hoc Chriſti fuit, quo eſurientes homines pauit. Eſuriebant autem tam ſpiritualem, quàm corporalem cibum. Niſi enim Dei verbum eſuriiſſent, Ieſum adeo ad remotiora loca non fuiſſent ſequuti. Verum cum Chriſti nec verborum ſuauitate, nec morum poſſent ſatiari dulcedine, ideo tam diu illi adhæſerunt. Vos filij ſicut cibum eſuritis corporìs, ſicut quęritis, ſicut denique ſuauiter ſumitis, ita eſurite, quęrite & ſumite multo magis animę cibum. Qui enim corporis non appetit cibum, qui cibum faſtidit ac reijcit, languorem grauem indicat ſtomachi. Sic qui Dei verbum audire rennuit, quive faſtidit, nec retinet, non parum infirmus eſt mente. Cui iure timendum quoque eſt, ſe de illorum non eſſe numero, q̃bus Chriſtus dicebat: Qui eſt ex Deo, verba mea audit, ſed inter illos conſtitutum, Iohan.8 quibus dicit: Propterea vos non auditis, quia ex deo non eſtis. Qui eſt cũ patre & ſpiritu ſancto benedictus in ſecula. Amẽ.

IN SOLENNITATE DEDICAtionis eccleſiæ. Lectio loco epiſtolæ ex Apocalypſi beati Iohannis apoſtoli, capite XXI.

IN diebus illis. Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem nouam
deſcendentem de cœlo, a Deo paratam, ſicut ſponſam or-
natam uiro ſuo. Et audiui uocem magnam de throno, di-
centem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habi-
tabit cũ eis. Et ipſi populus eius erunt, & ipſe Deus cum
eis erit eorum Deus. Et abſterget deus omnẽ lachrymam
ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; do-
lor erit ultra, quæ primo abierunt. Et dixit qui ſedebat in throno: Ecce noua
facio omnia.

PARAPHRASIS IN EAN-
dem epiſtolam.

NEmini mirum videbitur, cur
hæc hodie lectio legatur in
ſolennitate dedicationis tem
pli, ſi attenderit nõ hodie de
dicationis memoriam agi la
pidum, lignorum, cemẽti, tecti, vaſorum,
& huiuſmodi materiarum templi, ſed cõ-
gregationis potius huius ſanctæ, q̃ ſimul
in vnitatẽ eccleſię huius particularis ſub v-
no p̄lato, ſub vnoq; paſtore cõgregata eſt.
Hæc tamen congregatio non eſt aut dici
debet vniuerſa eccleſia, ſed quædam pars
eccleſiæ militãtis. Vniuerſa enim eccleſia
militans omnes in ſe complectitur eccleſi
as (vt ſic loquar) particulares. Quia tamẽ
hæc congregatio huius lociq; fideliũ con
uentus, qui in hanc domum colligitur, fi-
de & ſub regimine eodem tanq̃ ciuitas v-
na ſimul vnitur: ideo quicquid de vna vni
uerſaq; eccleſia legitur & intelligitur, etiã
ſingulari eccleſiæ huic tanquam vniuerſi-
tas eccleſiæ filiæ applicatur. Ait igitur Io-
hannes: Ego Iohannes in viſione mentis
ac in ſpiritu, vidi ciuitatem ſanctam Ieru-
ſalem, hoc eſt, præſentem eccleſiam militã
tem, quæ fide ac charitate legum parilita
te, animorumq; concordia cũ Deo homi-
nũ vnit multitudinem, non aliter atq; ciui
tas ſuos ciues in vnam congregationẽ co
adunat cum ſuo rectore. Vidi, inquit, ciui
Apo.21 tatẽ Ieruſalẽ ſanctam. Merito ſancta dici-
Ephe.5 tur, à qua oĩs qui in peccato viuit mortali
corã deo p̄ſcribitur. Nihil em̃ coinquina-
tum intrabit in illã, quippe quã Chriſtus
dilexit, & tradidit ſemetipſum p̄ ea, mun-
dans eã lauachro aquæ in verbo vitæ. Ne-
mo igit̃ ciuitatis hui9 eſt particeps, niſi ſan
ctus à peccatis p̄ virtutẽ ſanguinis Chriſti
mundatus. Dicitur quoq; noua: ſiquidem
lege Moſi antiquata, noua regit̃ lege gra-
tiæ, puta Euangelica: Paratã à deo tanq̃
ſponſam ornatã viro ſuo. Revera vt eccle-
ſia Chriſto eſſet ſponſo digna, parauit, or-
nauitq; illum deus ſacramentis, donis, vir-
tutibus ac gratijs multis ac varijs: quibus
vt regina aſtaret à dextris Deo in veſtitu Pſal.44
deaurato, circũamicta varietate. Aſtaret,
inquã, parata ad omne eius beneplacitũ, Pſalm.16
vt videat voluntatẽ dñi, eandẽq; faciat, au- Pſalm.44
diens: Obliuiſcere populum tuum, & do-
mum patris tui, & concupiſcet rex deco-
rem tuum &c. Et audiui vocem magnam
de throno diuinę maieſtatis, dicentem. Ec-
ce tabernaculũ Dei cum hominibus. Ta-
bernaculum recte p̄ſens eccleſia vocatur,
q̃ tabernaculũ eſt militantiũ in q̄bus deus
habitat, iuxta q̊d Chriſtus nobis p̄miſit:
Ecce ego vobiſcũ ſum oĩbus diebus vſq; Matt.28
ad conſummationem ſeculi. Et in Zacha. Zacha.8
ait: Ecce ego venio & habitabo in medio
tui. Nobiſcum em̃ eſt dñs ſicut paſtor cum
ouibus, magiſter cũ diſcipulis, pater cũ fi-
lijs, medicus cũ infirmis. Tabernaculum
itaq; dei in quo deus habitat, & q̊d p̄ſens
eſt eccleſia, eſt cũ hominibus, quemadmo-
dũ mater cum filijs: ita tñ vt ex ipſis filijs
congregatis conſtituatur ea q̃ dicitur eccle- Iohan.14
ſia mater. Et habitabit in eis, q tabernacu-
lum dei eſſe meruerunt, idq; per gratiam
ſuam. Ipſe em̃ eſt q dixit: Si quis diligit me:
ſermonem meum ſeruabit: & pater meus
diliget eũ, & ad eum veniemus, & manſio-
nem apud eum faciemus. Et ipſi populus 1.Pet.2
eius erunt. Hi. ſ. qui ad hoc à Deo prędeſti-
nati ſunt & electi, vt ſint gens ſancta, po-
pulus acquiſitionis, redẽpti à dño. Et ipſe
q omnium eſt deus, per creationẽ, erit ſin-
gulari peculiariq; modo illorum deus: erit
omne eius refugium & conſolatio. Erit,
inquã, illorũ deus: ad illum confugient, in
illum

illum ſperabũt, illi ſeruient, illum dicentẽ audiunt: Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. Porro q̃ ſequuntur, non hic, ſed in triumphãte Eccleſia implebuntur. Tunc eñ abſterget illis omnẽ lachrymam ab oculis eoꝝ, his. ſ. qui hic euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua: qui dicunt: Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. At modo, vbi tranſiuimus per ignem & aquam, eduxiſti nos in refrigerium. In ijs electis mors neq; naturæ, neq; culpæ locum habebit amplius, neque luctus, neq; clamor, cuiuſmodi in vita eſt p̃ſenti: puta gementium & vociferãtium. Neque dolor, qui lædat aut contriſtet erit vltra: Quippe quibus nihil moleſtum triſteve accidet, vt hic, nolentibus. Hæc eñ omnia iam prima abierunt. Tranſitoria enim hæc erant ac momentanea: quæ vero iucunda & felicia ſequuntur, perpetua erunt. Et dixit qui ſedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Noua enim & glorioſa erunt ad immortalitatem reſurgentiũ corpora. Nunc enim (vt Iohannes dicit,) filij Dei ſumus: ſed nõdum apparuit quid erimus. Erit aũt ſemper beatis nouitas illa noua, nec vlla poterit vetuſtate antiquari.

Gene.15 Pſal.125 Pſal.136 Pſalm.65 1.Iohan.3

EXEGESIS EVANgelij in anniuerſario dedicationis eccleſiæ. Lucæ XIX.

IN DEDICATIONIS eccleſiæ ſolennitate legi ſolet Euangelium de illo Zachæo, qui dñm videre cupiẽs dũ ad hoc conatum ſuum extẽdit, etiã in ſuam domum meruit recipere. Vnde exhilaratus, atq; ad dñm totus conuerſus cum ante fuerat princeps publicanoꝝ, omnia quęcunque iniuſte acquiſiuit, reſtituere promiſit, dimidiumq; ſuorum bonoꝝ in vſum erogare paupeꝝ. Quamobrẽ ilico audire meruit Chriſti teſtimoniũ: Hodie ſalus huic domui facta eſt. Propter q̃ verba, quia hęc domui huic Deo eiuſq; cultui dedicatæ aliquo modo applicantur, puta, quatenus eccleſiam ſeu congregationem hanc credẽtium, q huc ſub vno paſtore adunati ſunt, ſignificat, quorum ſingulariter hic, & nihilominus cũ eccleſia vniuerſa vna eadem que eſt fides, vnum baptiſma, vnus idemque Chriſtus, hoc hodie legitur Euangelium. Quõ ergo renouatur lætitia ſub rememoratione dedicationis huius eccleſię, ita memoria quoq; beneficij diuini, q̃ hoc in loco congregationem Deus credentiũ filiorum ſuorum adunauit, renouatur, cui propterea potiſſimũ in hac feſtiuitate dicuntur laudes & gratiaꝝ actiones, quod nos o filij chariſſimi vocauit in agnitionẽ Dei, deditq; nobis poteſtatem filios Dei fieri, remiſſioneq; accipere omnium peccatorum noſtrorũ. Dicit igitur ſanctus Lucas Euangeliſta:

Ephe.4 Iohan.1

Ingreſſus Ieſus, perambulabat Iericho.

Ex Luca alijſq; Euangeliſtis colligitur, hoc Euangelium quod hodie legitur, eiuſque hiſtoriam, quæ de Zacchæo refertur publicano factã eſſe, dum vltimo ex ciuitate Ephrem Ieſus rediens, conuerteret faciem ſuã iturus verſus Ieruſalẽ: vbi vltimo adueniens, tradidit ſe in manibus inimicorum ſuorum, & in mortem. In quo itinere redeũdi, dum occurreret vrbs Iericho, introgreſſus perambulauit eam. Ibi cæcũ illuminauit in via, & hunc Zacchæum vt ſequitur, conuertit, quomõ mox ſequitur:

Mat.21. Mar.12 Lucę16 Lucæ18

Et ecce uir nomine Zacchęus, et hic erat princeps publicanorum, & ipſe diues.

Qui in mundum venerat, vt filios Dei qui diſperſi erant in mundo congregaret in vnum, ille nunc etiam venit in Iericho, vt ouem quam ibi habebat electam, ad ſe vocaret. Non reſpexit qualis ante fuerit ille Zacchæus. (Fuerat enim peccator, & egebat gratia Dei,) ſed attendit cuiuſmodi illum eſſet facturus, q̃ feruentem, q̃ deuotum, q̃ iuſtum, q̃ pauperem ſpiritu, q̃ deniqueexecratorem prioꝝ actuum ſuorum. Erat autẽ, inquit, hic Zacchæus princeps publicanorum. Publicani dicebãtur hi, q officia negociaq; habebant, aut negocijs huiuſmodi præerant, quæ abſque peccato tractari peragique non poterant, vt erant thelonarij, & qui ſimilibus præerant officiis, quia magiſtratibus thelonea emerant, Quamobrem data quotannis ſumma pecuniaria dñis, ipſi opprimebãt miſeros & dure vectigalia exigebant, vt ſupra datam ſummam ad ſua lucra & maiorem quàm expendiſſent pecuniam corraderẽt. Hoꝝ vnus fuit publicanorum Zacchæus: Nec

Iohan.11 Roma.3

ſolum publicanus, verumetiam princeps
publicanorum. Quę res hodie quoque cum fi-
at vt vendantur vectigalia, aut thelonea,
aut elocentur pro ſumma pecuniaria ad
candelam ardentem: indeque qui eiſdē col-
ligendis pręſunt, ad ſua lucra cumulanda
auarius à pauperibus vectigalia exigunt,
an excuſari poſſit. Videant illi qui huiuſ-
modi inhiant lucris, & qui vectigalia gra
uant, quique non miſerentur pauperum.
In tribus enim delinquebant publicani.
Mat.17. Nam ab his exigebant, qui erant liberi ac
immunes, vectigal. Nam & à Chriſto ex-
igebant. Grauabant præterea homines,
vectigal maius exigētes, q̄ erat ex lege cō-
ſuetum. Tertio defenſionem tutā nō pręſ-
ſtabāt, nec vias poteſtatesque conſtruebāt,
& alia, quibus moleſtias euitare poſſent vi
atores negociatoresque qui vectigalia ſolue
bant. Vide ſi nō hodie fiant ſimilia. Nemo
tamen propterea velit dici publicanus. Ve
rum aliud eſt dici, aliud eſſe. Nouit domi-
nus qui digni ſint vt nominentur publica
ni, tametſi à nobis niſi magno non velint
tractari honore. Hoc modo plures reor
habuiſſe commiſſiones Zacchęum, officia
que huiuſmodi, in quibus famulos habu-
it ſubſtitutos, quorū princeps & dominus
fuit. Et ipſe diues. Haud nocerent diuitiæ,
ſi iuſte forent acquiſitæ, ſi non nimis aua-
re quærerentur, ſi non tenaciter nimis in
proximorum neceſſitatibus aſſeruarētur,
ſi non vitioſo diligerentur amore, ſi non
ad luxum oſtentationemve expenderen-
tur, ſi denique poſſiderentur non poſſide
rent: ſeruirent, non imperarent. Imperant
enim diuitibus non raro, vt pauperibus
nihil ex omnibus quæ illis ſuperfluo abū-
dant audeāt poſſintve communicare pau-
peribus. Vnde diues ſeruus efficitur diui-
tiarum, non dn̄s. Vide tamen hic, quia de
Zacchęo ea quę laudem nullā habent, ſed
conuerſionis impedimentum, puta eſſe di
uitem, eſſe publicanum, eſſe principem pu
blicanorum, accurate referuntur: quo maior
diuinæ bonitatis fiat cōmendatio, maior-
que ac glorioſior habeatur conuerſio Zac
chæi, quanto illa huiuſmodi diuitum eſſe
ſolet rarior. Neque enim Zacchæum impe-
diuerunt à regno Dei, quæ alios impediūt
multos. Verum vt non impedirent diuitiæ,
quid fecit? Dimidiū bonorum ſuorum (vt mox
ſequitur) dedit pauperibus. Diuitias igitur
ne ſe impedirent illas abiecit. Quod diui-
tum certe niſi rariſſimus quiſque velit inui
tari. Iccirco ſua impedimenta retiaque quibus
à diabolo capiuntur dum amant, per illa
etiam à diabolo retinētur. Quid opus eſt
hic gloſſa aliqua? Nōne clara de hoc ſunt Matt.19
verba Chriſti? Quàm difficile eſt, inquit, di Ibidem
uitem intrare in regnum cœlorum. Itemque Luca.18
Facilius eſt camelū per foramen acus tran
ſire, q̄ diuitem intrare in regnum cœlorum.
Legimus certe de quibuſdam diuitibus a-
micis dei, qui tranſierunt foramē acus: ſed
hi non quæſierunt diuites fieri. Dn̄s etiam
benedixit eis, quia omnia q̄ habebant, or-
dinarunt in gloriam dei, in hoſpitalitatē
peregrinorum, in vſum pauperum: ꝓpter
diuitias nihil facti ſuperbiores nec iniuſti
ores. Nec ſi etiam illas iterum amitterēt (quod
eos non amaſſe diuitias fuit indicium) fa-
cti ſunt triſtiores. Si itaque illos imitari vo-
lueritis, eritis vos diuites ſalui omnes. Et
contra difficultatem cameli per foramen
acus tranſituri (vt habetur in comparatiōe Mat.19
Chriſti) ſi, vt apoſtoli, quæſieritis: Quis po Luc.18
terit ſaluus fieri? Audietis: Quod impoſſi
bile eſt apud homines, poſſibile eſt apud
Deum. Ego vero niſi alia ſigna in vobis
videro diuites, qui eſtis auari, nullam ha-
beo ſpem, vt foramen illud anguſtū cum
diuitiarum veſtrarum gibbo tranſeatis. Ibidem
Neque enim Zacchæi, neque Matthæi Mat.9
vos exempla inuitabunt, neque etiā Chri-
ſti terrebunt verba, vt mores veſtros mu-
tetis, vnde ſalutem vobis audeam promit
tere. Si namque ſalus vobis futura eſt, ne-
ceſſe eſt primum vt prorſus in vobis fiat
mutatio, vt ex ſuperbis efficiamini humi
les, ex diuitibus inflatis, pauperes ſpiritu,
ex auſteris mites, ex pręſumptuoſis timen
tes, ex auaris liberales, ex duris corde com
patientes & miſericordes. Quod quam-
diu non video, nihil vobis audeo promit Matt.19
tere aliud, q̄ quod dominus dixit: Quàm Mar.10
difficile intrabunt diuites in regnum cœ- Luc.18
lorum. Et illud: Væ vobis diuites qui ha- Luca.6
betis hic conſolationes veſtras. Scio enim
quod illud propheticum vobis conueni-
at: Si Aethiops aut pardus poteſt mutare Ierem.13
pellem ſuam, ſic & vos poteſtis bene face-
re, cum didiceritis male, id eſt, credā vos
miſericordes in pauperes & bona veſtra
diſtributuros, cum videro, & cū deſieritis
eſſe auari.

Et quærebat Ieſum uidere quis eſ-
ſet, & non poterat præ turba, quia
ſtatura puſillus erat.

De Chriſti glorioſis miraculis, de eiuſdem ſuauiſſimis & verbis et moribus multa Zacchæus audierat. Vnde cor eius inclinabatur ad Chriſtum, deſiderabatq́; illius habere notitiam ac familiaritatem, licet id fateri non auderet. Cupiebat itaq; videre Ieſum, eiusq́; ſuauitatẽ contẽplari. Quod cum difficile ei eſſet in turba, propterea ꝙ ſtatura puſillus erat, ideo ad aliud quod ſequitur ſeſe conuertit conſilium. Eſt tamẽ hic aduertendum, multos æque impediri turba & ſocietate peccantium, qui ſi inter pios viuerent homines, conuerterẽtur ad Chriſtum. Sciamus igitur in turba nõ poſſe videri Chriſtũ: ſiue turba ſignificet homines irreligioſos inordinatosq́; ſine lege homines, puta qui ſecundum carnem viuunt, nihil in ſpiritu ſapientes: ſiue ſenſus ſignificet diſtractos & multitudinem terrenarum curarum, imaginationum, phantaſmatumq́; varietate turbatos: Aſcendat ſuper turbam, & impedimentis omnibus ſuperior atq; potentior fiat, oportet, vt Chriſtum videat.

Et præcurrens, aſcendit in arborem ſycomorum ut uideret illum, quia inde erat tranſiturus.

Magnum erat deſiderium Zacchæo videndi Chriſtum. Vñ quamuis princeps eſſet ac diues, & inter ſuos honorat⁹, immemor tñ grauitatis, deſiderio ac deuotione plenus, aſcendere non erubuit ſycomorũ, hoc eſt, ſylueſtrem ficum, q̃ Chriſtum videret. Erat Herodi quoq; deſideriũ videndi
Lucæ 17 Chriſtũ. Nam de occaſione ſibi data Chriſtum videndi, Chriſtoq́; loquendi, eſt gauiſus, ſed ex deuotione haudquaq̃ hoc erat illi deſideriũ, quin poti⁹ ex vana curioſitate, qua videre cupiebat aliquid rarum aut nouum. Proinde Euangeliſta dicit de
Ibidem eo, ꝙ ſperabat ſignum aliquod videre de Chriſto. Quod cum Chriſtus nollet oſtẽtare, ſpreuit ipſum Herodes cum omni exercitu ſuo, & in alba illum veſte ſeu fatuũ Pilato remiſit. Non hoc modo Zacchæus Chriſtũ videre cõcupiuit. Ad Chriſtũ ei⁹ alia erat mẽs, q̃ Herodis. Porro iuxta myſticũ ſenſum intelligim⁹ nobis in arborẽ crucis aſcendendũ, ea q̃ Chriſtus ꝓ nobis paſſus eſt contemplando, atq; noſtrę fidei deuotionis atq; amoris oculos paſcendo. Ibi enim recte videtur Chriſtus. Ibi charitas, ibi miſericordia eius agnoſcitur. Ibi humilitas, ibi patientia, ibi eius denique manſuetudo nobis declaratur.

Et cum ueniſſet ad locum ſuſpiciẽs Ieſus uidit illum, & dixit ad eũ: Zacchæe feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere.

Nõ caſu aut fortuito accidiſſe putes, ꝙ in arborem ſycomorum ſuſpexerit Ieſus. Sciebat eñ quis ibi eſſet, ſciebat qua aſcendiſſet ratione. Itaq; ſuſpiciens Ieſus vidit Zacchæum, non tam reſpectu corporali, quàm reſpectu pietatis: qua Zacchæi deuotionem probauit & deſiderium. Vnde quõ Zacchæo bonũ erat videre Chriſtũ, ita multò erat eidem melius videri à Chriſto. Itaque vidit Ieſus Zacchæum videntem ſe, diligitque diligentẽ ſe. Ideo autem Zacchæus deſiderabat videre Chriſtum, quia ſcintillas dilectionis, deuotioniſque guttas iam in cor eius Chriſtus mittebat. Vnde diuini roris inſtillatione liquefact⁹ animo erat Zacchæus inquietus, niſi cito domini notitiam, gratiam aut familiaritatem aſſequeretur. Itaq; ſuſpiciens Ieſus vidit in arbore Zacchæum, electum videlicet illud pomum: & mox ad illum cõuerſus, benignitatẽ & dulcedinem ſuæ charitatis prærogãs, dixit: Zacchæe feſtinãs deſcende. Oſtendit diuinitatis ſibi ineſſe virtutem Ieſus: qui in aliena terra conſtitutus, ignoto noſceret, & cui omnis creatura eſt nominata. Dicit igitur: Zacchæe, noui te quis ſis, noui te ex nomine, noui cur aſcenderis arborem. Non ſolum me tibi videndum præbeo, ſed ad longe etiã maiorem tum gratiam tum familiaritatẽ te recipiam. Feſtinans igitur de arbore deſcẽde, quia hodie in domo tua materiali me oportet manere: qui iam in corde tuo recumbo. Mihi hodie & diſcipulis meis miniſtrabis cibum corporalem: ego vero te reficiam gratia & illuminatione perfectiori. Vide manſuetiſſimum, vide pijſſimũ cor Ieſu, quàm nihil aſpernatur hominem peccatorem, modo bonæ ſit voluntatis. Nihil de peccatis illi veterib⁹ exprobrat, ſed etiam pro merito illi imputat, ſi dignatur DEI gratiam à ſe non procludere, ſi Chriſtum deſideret recipere. Et quamuis de illius domo & prandio parum eſſet dominus Ieſus ſolicitus, vt ſcilicet ibi mãducaret: voluit tamen nouiter cõuerſo, familiariter ſe benignũ exhibere, atque plus

quàm deſiderare auderet præſtare. Quando enim Zacchæus ſuorum peccatorum ſibi conſcius auſus fuiſſet ſanctum DEI, quem venerabatur iam, & amare incipiebat, ad conuiuium inuitare, niſi dominus ſeipſum vltro ad hoc exhibuiſſet? Nouit enim Ieſus revera, cuiuſmodi Zacchæi erat deſiderium, licet Zacchęus ſeipſum attendens, nihil huiuſmodi præſumere audebat, vt ad ſe Chriſtum vocaret. Illũ igitur præueniens dominus Ieſus, etiã quod nec cogitare quidem ad rogandum audebat Zacchæus, hoc illi præter ſpem obtulit, quo fidem faceret eidem, ad integram ſe eum amicitiam recepiſſe. Sed nunquid filij hoc propter Zacchæum fecit ſolum? Minime. Siquidem in Zacchæo quod fecit, ſe oſtendere voluit itidem ſingulis noſtrum facturum. Voluit nos expectare à ſe, quod Zacchæo vltro obtulit: paratum ſcilicet ſe eſſe venire ad nos, & in domo noſtræ conſcientiæ recipi, ibi habitare, ibique (ſi modo promptam illi obtulerimus voluntatem feruentemque deuotionem) nobiſcum conuiuari. Vide igitur bonitatem cordis Ieſu. Nihil optauerat Zacchæus, niſi videre Chriſtum. Non enim grandius aliquid pręſumebat. Tantum aberat vt dominum fuiſſet auſus in domum ſuam inuitare. Ad quam tamen miſericordiſſima Ieſu bonitas, licet verbis aut ſignis externis minime inuitata, deſideratiſſima tñ inuitauit ſeipſam, dicẽs: Quia in domo tua oportet me eſſe, quaſi humano modo loquens & affectu: ac ſi diceret: Non poſſum me continere, quin tecum eſſe velim in domo tua. Propterea noli mihi moram facere, ſed feſtinans deſcende, quia aliter fieri non poteſt. In domo tua oportet me manere. Quid nobis, filij hac pietate dulcius? Quid hac benignitate optatius? Non ſpernit nos miſeros, ſed gaudet, & quaſi mater deſiderio aduenientis

Lucæ 15 filij cruciatur, vt redeamus ad ipſum. Nõne & hoc ipſum in parabola prodigi filij oſtendit? Se enim comparatum vult patri, qui prodigo filio reuertenti occurrens, nihil delictorum illi exprobrans, nihil minans ſuppliciorum, non illum terrens, non auſtere obiurgans, nec torue quidem aſpiciens, ſed vniuerſæ offenſionis priſtinæ immemor, quantotius feſtinauit, & ad amplexus illum recepit paternos: gaudens quod vel ſero redeuntem filium poſt peccata reciperet. Itaque quomodo ille pater fecit in filio ſuo, ita nobis omnibus, ſi ad ipſum redierimus faciet DEVS. Ideo enim hanc parabolam, (vt dixi) nobis retulit, quo diſceremus quàm ſimili, imo quam maxima quoque clementia, ſi ad illum redierimus, nos ſuſcepturus.

At ille feſtinans deſcendit, & excepit illum in domo ſua gaudens.

Nihil audire Zacchæus potuiſſet optatius, nihil ſibi potuiſſe videbatur ſuauius contingere aut glorioſius, quàm quod DOMINVS IESVS, quem in cordis iam receperat hoſpitium, dignaretur pariter ad ſe in domum ſuam intrare. Quod vbi futurum audiuit, Chriſtum excepit gaudens. Diſcimus hic quandocunque à nobis, aut Deo aut proximo, ſiue obedientia, ſiue obſequium, ſeu eleemoſyna exhibenda fuerit, alacres & hilares occurrere. Hilarem enim datorem diligit Deus. 2. Cor. 9

Et cum uiderent omnes murmurabant, dicẽtes: quod ad hominem peccatorem diuertiſſet.

Bis murmuratores iſti peccauerunt. Primo in eo quod Zacchæum iudicabant peccatorem, qui erat pœnitens & amicus DEI. Sed dicis: Quomodo aliter de illo ſentire poſſent, qui heri & nudiuſtertius publicanum agnouerant? Dicendum: Potuerunt aliter, imo debuerunt aliter de Zacchæo, aut de omni proximo ſentire. Siquidem etſi præteritam vitam iudicare potuiſſent, quam ſciebant malam, præſentem tamen eius animæ ſtatum iudicare non potuerunt. Quia conuerſio hominis eſt momentanea, & nihil adeo eſt durum, quod miſericordia Dei penetrare, emollire, & ſanare non poſſit: nihil adeo tenebroſum, quod non ſubito queat illuminare. Non igitur homines illi cor Zacchęi videre potuerũt, qui erat iam pœnitens & Chriſti amicus. Iccirco illicitum erat eis iudicare, ſed potius ſperare debebant meliora. Vides quàm ambiguum, q̃ incertum & q̃ periculoſum ſit hominẽ iudicare? Tu igitur neminẽ in terra iudices, ſed ſpera & crede vnumquenq; eſſe ſalutis ſuæ memorem: vt qui heri, imo qui paulo ante fuerit peccator, iam non ſit peccator.

Eam

Matth. 7 Lucæ 6 Eamobrem vt tutus à periculoſis, Chriſtus tibi iudicare prohibuit, dicens: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Et Paulus: 1. Cor. 4 Roma. 14 Nolite ante tempus iudicare. Itemq́ꝫ tu qs es, qui iudicas alienum ſeruum? Suo domino (non tibi) ſtat aut cadit. Stabit autem & cætera.

Stans autem Zacchæus, dixit ad Ieſum: Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus, et ſi qd aliquem defraudaui, reddo quadruplum.

1. Tim. 6 Perfecta ad Deum conuerſio radicem omnem amputat peccatorum. Cupiditas nanqꝫ radix eſt & cauſa multis peccandi. Hanc vt eradicaret Zacchæus, dimidium bonoꝝ ſuorum in vſus promittit paupeꝝ ſe erogaturum. Verum, qa eleemoſynarũ diſtributio Deo accepta non eſt de bonis iniuſtis: vbi fraudem proximo feciſti, ibi quod iniuſte tenes, aut quod illicito ei abſtuliſti modo, primum teneris ei reſtituere. Quod non ignorans Zacchæus adiunxit: Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplũ. Vide hic quantum profecerit mox Zacchæus à Chr̄o illũinatus. Voluit aũt hoc propoſitum ſuum palam idcirco profiteri, quo Chriſtum excuſaret contra murmuratores, mõſtraretq́ꝫ quanta Chriſtus fuiſſet vſus ſapientia circa ſe, quem nõ aſpernando vt publicanum pręteriſſet, ſed benigne alloquens, & ſeipſum in domum illius non vocatum inuitans (ꝙ raræ maximæq́ꝫ amicitiæ ſolet eſſe indicium) tanta mox ad pœnitentiam & cõuerſionem mutatione ſe perduxiſſet, vt quantum temporalibus lucris olim inhiaſſet, tm̃ illis nudari iã deſideraret. Neqꝫ enim promiſit ſe daturum pauperibꝰ, reddituruḿqꝫ his quos fraudauerat, ſed loquitur de præſenti: Ecce, inquies, do & reddo. Do eleemoſynam reddo fraudata. Et quãuis primo reddenda ſunt iniuſte acquiſita, vt Deo fieri poſſit eleemoſyna accepta, & hoc in executione, tamen hic quo pronitatem oſtẽderet, non ſolum quæ debuit, ſed quæ ſupererogare potuit ac voluit, dandi, præmiſit donationem in loquendo eleemoſynæ, quàm redditionem. Alio tamen ordine executus eſt Prou. 3 contra morem quorundam, contra quos Sapiens dicit: Ne dicas amico tuo, vade Eccli. 4 & reuertere, & cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare. Et iterum: Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum anguſtianti.

Ait autem Ieſus ad eum: Quia hodie ſalus domui huic facta eſt, eo ꝙ̊d & ipſe filius ſit Abrahę. Venit enim filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat.

Salutem domui huic factam Chriſtus ſignificans, animam vult intelligere Zacchæi, quæ deſiderando, annitendo, amando, obediendoq́ꝫ ſalua facta eſt, quàm hic Dei vocat ideo domum, quia Deus animę eſt inhabitator. Venerat nanque ſaluum facere Ieſus in mundũ id quod perierat. Vnde maxime cum his conuerſari debuit, ꝗs ope ſua egere, atqꝫ ſalutis quærere remedium nouerat. Quaſi enim murmuratoribus reſpondere voluiſſet. Quid mihi, inqt, indignamini, quod hominem peccatorem alloquor, quod ad illius hoſpitium non vocatus me inuito? Propter huiuſmodi in Iohan. 9 mundum ego veni, non vt peccatores maneant, ſed vt conuertantur, & in me vitam habeãt. Non aſpicio, quæ hactenus peccator fecit, ſed quid poſt hac facturus ſit obſeruabo. Offero ei gratiam & amicitiam meam, quàm vobis etiam omnibus, ſi vultis, offero. Si hanc recipit, ſi ad me accedit, ſi ex peccatore fit iuſtus, vos cur me calumniamini, quod ad hominẽ peccatorem diuerterim, cum male iudicetis peccatorem, qui Dei amicus factus eſt? Eſt enim Abrahæ filius, nõ ex eius ſanguine natus, ſed fidei & deuotionis Abrahę imitator. Dominus noſter Ieſus Chr̄s nobis tribuat ſui agnitionem, ſui amorem, & ad ſe confidentiam, vt nihil nobis libeat, nihil nos afficiat, niſi quod & diuinam voluntatem oblectet, & noſtræ ſaluti non repugnet, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

SERMO IN EADEM SOlennitate. Templum dedicandum fere triplex, quaqꝫ reuerentia loca Deo dicata, honoranda.

DOmum tuam domine decet ſanctitudo. Pſalm. XCII. Hodie chariſſimi feſtum agimus diem dedicationis huius domus. Nec noua eſt hęc feſtiuitas

tas & obſeruata ſed vetuſtiſſima eſt, ab ini
tio quo domus in templa cœperāt Dei mu
tari, ad nos vſq; deriuata. Tunc em̃ dom⁹
hominum & ædes cœperunt propter abij
ciendum vſum pphanum, ſub quo añ fue
runt, aliqua ſolēnitate renouari, & Deo de
dicatæ in vſum diuinum ac Dei cultũ con
ſecrari, vt ſic minus licēter terrena ibi poſt
hac agerētur negocia, vbi dño Deo ſemel
fuiſſet ſacrata domus aliq̃. Eſt aũt triplex
domus, cuius dedicatiōis hodie agitur me
moria. Prima domus eſt, tēplum hoc ma-
teriale, ꝙ aũt ex alia domo prophanis vſi
bus olim applicata, in Dei eſt templũ mu-
tata, aut à nouo propterea vt ibi ſit cultus
Dei, ibi adminiſtrenturq; ea quæ nobis ad
ſalutem ſunt neceſſaria, eſt conſtructa. Ne
que em̃ locũ hic habet hæreticorũ calum-
nia dicentium, omni loco eſſe orandũ, nec
orationi applicari domum debere ſingula
rem. Verum eſt filij in om̃i loco orandum
nec vllum eſſe vbiuis locum, quo non poſ
ſit orari, nihilominus congruum maxime
fuit Deo peculiarem aſſignari locum, quo
conueniamus chriſtiani huius congrega-
tionis om̃es, quo Deum ſimul laudemus,
ſimul oremus, & quæ petimus facilius ita
Matth. 18 in oratione coniuncti (iuxta illud: Si duo
vel tres conſenſerint ſuper terram, p qua-
cunq; re pitierint, fiet illis à patre meo) im
petremus. Si em̃ alijs vſibus diſtinctas ha-
bemus officinas & habitacula, quō diuino
cultui diuinæq; laudi non haberemus do-
mum, vbi ad Deũ oraturi accedamus, con-
gruam atq; peculiarem? Si tu, q̃uis omni in
loco cœnare aut dormire poſſis, habes ta-
men ſingularia diſtinctaq; loca, vbi tibi cœ
nandum, vbi operandum, & vbi dormien
dum eſt: quare non haberes cum alijs mul
tis vel vnam domum, cuius vel cōtempla-
tio, vel ingreſſus te mox admoneat ad orã
dum, ad laudandumq; Deum, quo etiam
venias ad auſcultandum de Deo prędican
tem, moribuſque te ſanctis inſtituentem?
Nonne congruum eſt, quomodo propha
nis ſunt rebus loca ppria inſtituta, ita ne-
gocio Chriſti & aĩaꝝ ſit locus proprius, q
huic ſancto ſtudio docēdi, qui etiam oran
di exercitio tanto ſit cõuenientior, quo ab
alijs fuerit quibuslibet negocijs alienus?
Iure igitur ac merito locus eſſe debet deo,
orõni, Dei cultui, diuinæ laudi, ſacrificijs,
ſanctæ eruditioni & ſacramentoꝝ admini
ſtrationi inſtitutus ad gloriã Dei & ſalutē
Deut. 20 aĩaꝝ. Legimus aũt in veteri teſtamēto, ꝙ
etiã pphanam domũ, hoc eſt, pphanis vſi
bus accõmodandã qs ædificans, hanc ſibi
dedicat. Inde em̃ eſt aliud, ꝙ dn̄s ituris in
bellũ fecerit p̃cone clamari. Si quis ædifica
uerit domum, & nondũ dedicauerit eã, re
deat ex p̃lio domũ, & domum ſuã primo
dedicet, ne fortaſſe illo mortuo inter p̃lian
dum, alius ſibi dedicet iſtã domũ. Erat aũt
dedicatio illa nouaꝝ hmõi domoꝝ nihil
aliud q̃ initium illã domũ inhabitandi cũ
aliqua ſolēnitate & gaudio inter amicos.
Quæ res ad dei quoq; domũ eſt applicata,
vt in dedicatiõe domus dei, aut in eius de-
dicationis memoria, annua ſit lętitia, ſpũa
liſq; epulatio aĩaꝝ in donis gr̃aꝝ dei, & in
dulgētijs peccatoꝝ. In cuius ſignum in ex
teriori q̊q; apparatu cõuiuantium amico-
rum & pegrinoꝝ religioſa tũc ſolebat ob
ſeruari hoſpitalitas. Veꝝ vtinã eadē nunc
ſit religioſa, vtinam nõ ſit illa nimia nec ſo
la. Eſt igit̃ tenendum dedicationē domus
dei & altarium in veteri teſtamento habu
iſſe exordiũ & figurã, vñ cæremonijs legis
tranſeuntibus, multæ religioſæ obſeruan-
tiæ Iudæoꝝ, licet alio fine ac noĩe q̃ olim
obſeruantur, q̃ tpe Euangelij Chr̃o & Ec-
clesiæ acceſſerunt. Nam vt nõnihil inde re Gene. 28
cenſeam, Iacob Iſaac filius ſub lege naturę
cõſtitutus, & fratrē ſuum fugiens Eſau in
Meſopotamiam, vbi in itinere cõſtitutus
ſero iuit ad locum orationis gr̃a ſimulq; et
requiei, quo Abraham olim ei⁹ auus Iſaac
eduxerat, eundem ibidem domino, niſi ite
rum à Deo fuiſſet prohibitus, immolatu-
rus. Ibi igitur ad dormiendum ſe repoſuit.
Vidit autem in ſomnis tunc ſcalam ſtantē
ſuper terram, & cacumen illius tangēs cœ
lum, angelos quoq; deſcendentes & aſcen
dentes per eam, & dominum innixum ſca
læ loquentem ſibi. Qui cum euigilaſſet, di
xit: Vere dominus eſt in loco iſto, & ego
neſciebam. Pauenſq; ait: Quam terribilis
eſt locus iſte. Non eſt hic aliud niſi domus
Dei, & porta cœli. Vocauit igitur locum
illum Bethel, id eſt, domum Dei. Hic eſt
locus (vt prædixi) quo Abraham immo-
lare voluerat filium ſuum Iſaac. Hoc in
loco olim Dauid poſt numerationem po-
puli, ira domini ſæuiente, & peſte vltra
ſeptuaginta milia hominum percutien-
te, DOMINVM vt contineret ſe
ab interfectione populi orauit, videnſ-
que Angelum euaginatum gladium in
vaginam reponentem, dominum intelle-
xit placatum. Empta igitur parte illius
loci

loci ab Hornam Iebuſæo, altare domino
conſtitues obtulit,dixitq́;Hæc eſt domus
Dei,& hoc eſt altare holocauſti Iſrael. In
eodem etiam loco in monte Moria dicto
1.Reg.6 poſtea Salomon templum domino dedi-
cauit. Vides quam peculiari ſibi modo, ac
quodam priuilegio ſanctitatis Deus locũ
illum per multas generationes, vbi tandẽ
ſibi templum cõſtrueretur elegit. Eſt igi-
tur omni veneratione ac deuotione locus
ille etiam apud nos, qui templum ſeu do-
mus Dei dicitur,habendus. Propterea em̃
quia deo dedicatus eſt,ideo nihil ꝓphanũ
nihil quod Dei cultum Dei honorem,aut
animarum nõ adferat ſalutem,ibi tractan
dum eſt. Quanta em̃ ſanctitate templum
ſuum à nobis velit obſeruari Deus,oſten
dit olim tempore Moſi,in dedicatione ta-
Exod.40 bernaculi & altaris,qñ populus in egreſſu
de Aegypto morabatur in deſerto. Tunc
em̃ Moſi dominus præcipiens de ſanctifi-
catione altaris,dixit: Aſſumpto vnctionis
oleo,vnges tabernaculum cum vaſis ſuis,
vt ſanctificẽtur,altare holocauſti & labrũ
cum baſe ſua,omnia vnctionis oleo conſe
crabis,vt ſint ſancta ſanctoꝝ. Quibus con
ſummatis,operuit(inqt)nubes tabernacu
lum teſtimonij,& gloria domini impleuit
illud: Nec poterat Moſes ingredi taberna
culum fœderis nube operiente & maieſta-
te domini coruſcante. Vides q̃uo domi-
no hæc conſecratio dedicatioq́; tabernacu
li(licet nõ fixum erat,ſed reſolutum à Le-
uitis portabatur in itinere, & rurſus erige
bat̃) placuit q coruſcatione maieſtatis ſuę
ea quæ facta erant palàm probauit? Lege
1.Reg.8 quoq; templi dedicationem tempore Sa-
lomonis,quod miris atque incredibilibus
ſumptibus erat extructum. Quippe vbi ni
hil erat,quod auro non eſſet opertum,aut
quod non ex puriſſimo auro eſſet fabrica-
tum. In cuius conſtructione Salomonem
dñs adhortans confortauit. Huius dedica
tione quoq; admirabili ſolẽnitate celebra
ta,vbi Salomon dominum,vt templũ hoc
clementer aſpiceret,& petitionibus multi
plicibus enumeratis,in illo orantes nunq̃
non exaudiret,locumq́; ip̃m ſingulari be-
nedictionis excellẽtia dignaretur,oraſſet,
non ſine oſtenſione maieſtatis ſuæ,qua fa
cta,qua à ſe petita,& qua oblata ſibi in vni
uerſum grata acceptaq; eſſe & rata ſemper
fore cõmonſtrauit. Deinde cum in Baby-
lonem abducti eſſent Iudæi, dirutoque à
Chaldęis templo,poſt ſeptuaginta annos
ſoluta iterum captiuitate illa Babylonica
ſub Cyro & Dario regibus Iudæi redeun
tes denuo templum ædificauerunt,& do-
mino dedicarunt. Quod vbi ſub Anthio-
cho Epiphane ſpoliatum, prophanatum,
& quo ad multa dirutũ rurſus fuit, Iudas
Macchabæus altari nouo conſtructo, qc- 1.Mac.4
quid demolitũ fuerat reparauit,mũdauit,
templumq́; vaſis nouis ornauit,ac iterum
dño dedicauit. Et hęc eſt domus,quã poſt Iohan.2
annos multos dominus Ieſus intrans, &
ementes vendentesq́;, hoc eſt,negociato-
res ibi inueniẽs,flagello de funiculis facto
omnes eiecit,dicens: Domus mea domus
orationis vocabitur: Vos autem feciſtis eã
ſpeluncam latronum. Vides nũc quõ tem
plum dñs Ieſus,ſuam domum vocat, quõ
pro illa,vt caſta maneat ac pia, vtq; nihil
in ea,niſi propter quod ædificata atq; de-
dicata eſt,fiat,zelatur: quamuis in illo tem
plo aut alio quouis anteriori nihil, cuius
gratia tanta deberetur illi loco veneratio
haberetur,quod ad noſtri templi dignita
tem poſſet comparari? Nihil em̃ ibi,niſi q̃d
figura eſſet eorũ quę ſunt noui teſtamenti
ſacrum cõtinebatur. Mactabant & immo Exod.24
labant pecudum carnes, ponebant panes Idem 25
propoſitionis,nutriebant ignem in altari, Leuit.6 Exod.25
incendebant luminaria,lauabant ſe, pur-
gabant ſe hoſtijs,iudicabãtur de lepra aut
non lepra. Verum in his omnibus nihil e-
rat,quod ſub nouo teſtamento in noſtris
agitur templis. Siquidem nobiſcum eſt,& Iohan.6
in templis noſtris offertur hoſtia viuens,
caro & ſanguis domini noſtri Ieſu Chriſti
panis qui de cœlo deſcendit. Ibi adminiſtra
tio fit ſacramentorum,peccatorum remiſ
ſio,prædicatio euangelij,ibi baptiſmus,&
huiuſmodi alia omnia ſacra. Et iccirco in
templo nobiſcum medicinalium vnguen
torum eſt apotheca, vnde infirmis ſuccur
ritur. Sunt em̃ in Eccleſia ſacramentorum
remedia, q̃bus variæ infirmitates curant̃.
Alij em̃ infirmi ſunt ad pugnandũ, q̃bus
datur confirmatio. Alij ad viuendũ,q̃bus
adminiſtratur panis vitę ſeu Euchariſtia.
Alij ad cõtinendum,q̃bus dat̃ m̃rimoniũ.
Alij morbis alijs varijſq́; languẽt,q cõfeſ-
ſiõe purgati ſanant̃. Ad hęc oĩa alia q́; ſimi
lia morboꝝ gñ̃a,eſt medicinaꝝ,vnguẽto-
rũ, aromatũq́; pœnu quoddã, vbi eadẽ ſer
uentur,templũ.ſ.deo dedicatũ. Scd'o,Dei
templum apud nos cœleſtiũ eſt theſauro-
rum gazophilacium. Ibi em̃ veniæ & pec-
catorũ remiſſiones adminiſtrãtur, ibi do-

na ſpiritus ſancti, ibi ſanitatum beneficia
impetrantur, ibi exaudiuntur ad deum fa
ctæ oratiões. Tertio, eſt ſchola cœleſtium
præceptorum, & eruditionis ſalutaris. In
templo enim docetur Euangelium, obſer
uantia mandatorum Dei, eruditio ſacra
multiformis, vnde alij terreantur, alij com
pungantur, alij lugeant, alij gaudeant, alij
inflammentur Dei amore, alij conſolatio-
nibus repleantur. Quarto, eſt ibi aula cum
Deo colloquendi, Deum laudandi, Deum
colendi, Deum orandi. Quinto, quia ibi
Chriſti angelorum, ſanctorũ, electorumq;
eſt curia. Ibi enim moratur, ibi offertur ac
Matth. 28 immolatur ille qui dicit: Ecce ego vobiſ-
cum ſum vſq; ad conſummationem ſecu-
li. Ibi angeli ſancti pſallentibus, Deumque
laudantibus aſſiſtunt. Ibi Dei electi arden
Gene. 28 tibus deſiderijs ſe deo coniungũt. Propter
hæc omnia rectiſſime dicitur domus Dei,
domus ad hæc omnia Deo dedicata: cuius
dedicationis hodie annua dies agitur. Vn
de lætamur, Deum laudamus, Deoq; gra-
tias agimus. Secunda domus dei eſt popu
lus ille, atq; hęc ſancta congregatio in hãc
Eccleſiam adunata, id eſt, vos, ſcilicet, qui
ſub vno paſtore aut prælato gubernami-
ni, docemini, atq; paſcimini. Et hęc eſt dei
domus ſpiritualis, quæ in materiali hac do
mo Dei, ſiue per templũ hoc ſignificatur.
Hoc templum ſpirituale Chriſtus ſibi con
ſtruxit, adunauit, atque dedicauit per ado
ptionem & ſanctificationem omnium a-
nimarum ſaluandarum, quæ ex pręteritis,
præſentibus, & futuris electis Dei in vnita
te fidei & charitatis in vnam hanc Eccle-
ſiam, vniuerſalis Eccleſiæ filiam, colligitur
quæ tamen cum vniuerſa Eccleſia non ni
ſi vna eſt, & ad diſtinctionem aliarum ſin-
gularium Eccleſiarum (quemadmodum
etiam reliquæ eccleſiæ) eſt pars tantum ec
cleſiæ, quæ ſimul tamen omnes vnam ec-
cleſiam generalem conſtituunt omnium
matrem. Comparatione itaq; totius Eccle
ſiæ hęc eccleſia noſtraq; congregatio pars
ſeu filia eſt totius Eccleſiæ, eidem vt filia
ſubiecta, quippe quę eodem ſpiritu ſancti-
ficatur & regitur. Huius eccleſia dedicatio
nis feſtum agere filij, nihil aliud eſt, quam
cum gratiarum actione in hymnis & lau-
dibus rememorari beneficij diuini, quo
Deus plebeculam hãc vocauit in ſui agni-
tionem, quo etiam donauit ei non ſolum
credere in ſe, ſed & ſe, hoc eſt, Deum dilige
re, populum Dei eſſe, Dei mãdatis obtem-
perare, & pro eiuſdemq; amore & labora-
re & pati. De hac igitur feſtiuitate audi qd Bernardus
Bernardus deuotiſſimus ſentiat, dicens: Fe
ſtiuitas hodierna fratres, tanto nobis de-
bet eſſe deuotior, quanto familiarior eſt.
Nam cæteras quidem ſanctorum ſolenni-
tates cum eccleſijs alijs habemus commu-
nes, hæc vero ſic nobis eſt propria, vt ne-
ceſſe ſit vel à nobis eam, vel à nemine cele
brari. Noſtra eſt, quia de eccleſia noſtra:
magis autem noſtra, quia de nobiſipſis.
Miramini forſitan & erubeſcitis feſta cele
brari de vobis: ſed nolite fieri ſicut equus
& mulus, quibus nõ eſt intellectus. Quid
enim lapides iſti potuerunt ſanctitatis ha
bere, vt eorum ſolennia celebremus? Habent 1. Cor. 6
vtiq; ſanctitatem, ſed propter corpora ve- 1. Theſſ. 4
ſtra. An vero corpora vr̃a ſancta eſſe quis
dubitet, qui templum ſancti ſpiritus ſunt,
vt ſciat vnuſquiſq; poſſidere vas ſuum in
ſanctificatione? Itaque ſanctæ ſunt animæ
propter inhabitantem ſpiritum Dei in vo
bis. Sancta ſunt corpora propter animas:
ſancta eſt etiam propter corpora domus.
An experimentum quęritis eius de qua lo
quimur ſanctitatis? Multi certe veſtrum Ioel. 1
de peccatis exiere, in qbus computruerãt,
ſicut iumenta in ſtercore ſuo, iam vero cõ
ualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt Hebr. 11
in bello. Quid mirabilius, quando is qui
prius vix per biduum poterat à luxuria, Roma. 13
crapula, & comeſſationibus, & ebrietati-
bus, à cubilibus & impudicitijs cæteriſq;
ſimilibus & diſſimilibus vitijs continere,
nunc ab eis multis continet annis, tota vti
que vita ſua? Et quanquam hæc ſuperiora
ad monachos loquitur Bernardus, apud
quos perfectior eſt cõuerſio, inueniuntur
tamen inter nos filij (vt credo) non pauci
quoq;, qui præteritam & in peccatis male
actam vitam exoſi, pœnitent operum ſuo
rum: ſtudentq; ſummopere, quę lugent &
deteſtantur, eodem non iterare. Quid hi,
inquam, per conuerſionem & gratiam ſpi-
ritus ſancti aliud quam domino Deo ſunt
dedicati, atq; eius proprij effecti? Videte i-
gitur ſi non recte dedicationis huius diem Pſalm. 143
cum gaudio & feſtiuitate celebrent? Bea-
tus enim populus, non cui promptuaria
ſunt plena, aut cui proſpera tantum afflu-
unt & cuncta fortunata, ſed cuius domi-
nus Deus eius. Huic igitur digne feſtum
agamus diem, qui nos in proprios ſibi aſ- Apoc. 21
ſumpſit dicens: Et ego ero illorum Deus, Pſalm. 94
& habitabo in eis, nobis dicentibus. Nos
autem

autem populus tuus ſumus & oues paſcuę tuæ. Nam quando per manus Epiſcopi primum hæc domus materialis domino dedicata eſt, nulli dubium ſit propter nos hoc factum eſſe, nec propter illos tantum qui tunc fuere præſentes, ſed propter nos, qui ſequuti illos ſumus: imo & ꝓpter eos, qui nos ſequentur, & quicunque hoc in loco vſque in finem ſeculi domino ſunt ſeruituri. Tertia domus Dei eſt, quæuis anima ſancta, quæ dedicatur, cōſecratur Deo in baptiſmo, efficiturq́; templum ſpiritus ſancti, & habitatio Dei. Huiuſmodi domus fuit Zacchæus, cuius laus & memoria eſt hodie in Euangelio; de quo refertur etiam, quod hodie ſalus huic domui facta eſt, vbi diuinæ in ſe gratię reſpectum accepit. Huius dedicationis feſtum agere, nihil aliud eſt quàm beneficij diuini accepti memorem eſſe, quo te gratia ſua vt inhabitaret elegit. Hanc igitur domino domum ornemus filij, quomodo ornaretur palacium regium, quod rex aut Imperator venturus eſſet ingreſſurus. Si enim tantopere regis curatur habitatio, vt munda ſit vt amœna, vt ornata, quanto decet ornatu illam venuſtari, quam ſibi elegit Deus? Simus igitur mundi corde & immaculati, vt templum DEO dignum eſſe mereamur, cui nihil inſit inquinatum aut immundum, quod abominetur dominus noſter IESVS CHRISTVS, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

FINIS.

(*)

IOHANNIS LANSPERGII CARTHVSIANI SERMONES feſtorum præcipuorum totius anni in modum earum, quas parænes es ſeu admonitiones uocant, ad Dei amorem mortificationemq́ uitiorum affatim ſtimulantes.

IN SOLENNITATE NATIVITATIS Domini noſtri Ieſu Chriſti, Sermo I. Quæ pax promittatur hominibus bonæ uoluntatis, & quomodo Chriſto debeamus conformari.

GLORIA IN excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Lucæ II. Chariſſimi fratres, nato Saluatore noſtro cœleſtis exercitus Deo gloriam, hominibus vero, non quibuslibet, ſed bonæ volũtatis, cecinit pacem. Et (Marci 10) recte quidem gloria Deo cantatur, quippe (1. Tim. 6) qui ſolus potens, ſolus bonus, ſolus ſan- (1. Cor. 16) ctus, ſolus habet immortalitatẽ, ſolus eſt cui omnis debetur honor & gloria: tam- (Iſaiæ 64) etſi homo quoq; inſipiens illã appetat indi- (Pſalm. 4) gne, cum ſit lutum & nihil, diligens nimirum vanitatem, quærens mendaciũ, & fruſtra apponens magnificare ſeipſum ſuper (Philip. 2) terram, cum ante ſe Deum videat humiliatum atq; ſub forma ſerui exinanitum, natum videlicet infantulum hubera virginis (Lucæ 2) lactantem, pannis inuolui, in præſepio reclinari, frigoribus & inædia affligi. Gloria igitur in excelſis Deo, & in terra pax ho- (Gene. 3) minibus bonæ voluntatis. Adam vbi es? Non modo dicere habes? Audiui dñe vocem tuam, & timui, & iui & abſcondi me. Ecce quem fugiebas vagit infans, requieſcit in ſinu matris, quęrit recõciliari, neſcit iraſci, etiã bona vult volũtate placari. Pax inquit, hominibus bonæ voluntatis. Noli ab eo fugere. Accede potius & formã exemplarq; bene viuendi (ad hoc enim natus eſt) in eo diſce. Imitare humilitatẽ naſcentis in ſtabulo, ſectare paupertatem iacentis in præſepio, amplectere manſuetudinẽ in matris gremio recumbentis, admirare charitatẽ pro te vagientis. Si in his minus potes, ora infantem, vt poſſis. Nã etſi matris hubera ſugat, te tamen & mundũ vniuerſum gubernat. Excita in te bonam vo- (Lucæ 2) luntatem, deuotionis exercitium, ſtudium imitandi: quandoquidem pax eſt hominibus, non ſolum magnorum operum, ſed bonæ etiam voluntatis. In omni loco, in (Auguſtin.) omni tempore, in omni ſtatu, omnes homines optant pacem. Quam pacem? Vt nihil illis deſit eorum quæ volunt, nihil aſſit quæ nolũt. Hanc pacem chariſſimi fratres nolite quærere in hoc ſeculo, in quo tota (Iob 7) vita hominis eſt militia, labor & afflictio ſpiritus. In futura autem vita hãc inuenie- (Eccles 1) mus. Non eſt in hoc mundo hæc pax quærenda: nec bonæ eſt voluntatis optare ac niti, vt omnia tibi ſecundum tuam voluntatem eueniant, ſed potius quicquid euenerit diſcendum tibi eſt ferre, & propter Deum velle. Et ſiquid occurrit fortaſſe triſte, quod propter ſeipm̃ non fuerit optabile, propter deũ fiat optabile & deſideratũ. Itaq; non eſt pax in non ſentiendis, ſed in æquanimiter tolerandis aduerſis. Quid ergo (quiſquis es) conqueri potes, te nõ poſſe habere pacem? Si quæris euadere aduerſitatem, nuſq̃ pacẽ inuenies. Nam ſi aduerſitatis impatiens es, intolerantią tua comitatur te, & extra pacẽ vbicunq; fueris conſtituet te. Ad teipſum igitur redi, & hoſtes tuos internos, impatientiam dico tuam, volũtatem propriam, priuatum amorem in te occide. Qua adepta moleſtiæ quæ foris occurrunt, non erunt moleſtæ, quia id vnde eſſent moleſtæ, in te mortuum eſt. Quocirca fratres chariſſimi, ſi multo nobis tempore condeſcenditur, ſi acquieſcitur deſiderijs nr̃is, ſi portamur & ſupportamur, ſi parcit̃ nobis, vt nihil ꝙ nobis cõtrariũ eſt fiat, nemo nos moleſtet, non eſt pax vera nec ſtabilis. Vera pax in ſola ſuiipſius abnegatione cõſiſtit. Quanto teipm̃ abne-

gaueris, tanto pacẽ ſenties maiorẽ. Quan-
to aũt propria in te dominatur voluntas,
tanto à vera pace ſemper eris diſtantior. In
omni igitur preſſura, ſub oĩ moleſtia cogi
ta, quia ſine Deo nihil fit, & eius amore pa
tientiam habe, contemptum aut iniuriam
diſſimula. Eſto quaſi ſurdus & nõ intelli-
Pſalm. 37 gens. Sine alios exultare ſi te humiliaue-
rint, ſi te prefferint, tu cũ his qui oderunt
Pſalm. 119 pacem eſto pacificus, qa pax nõ impijs, ſed
Iſaiæ 48 hominibus bonæ voluntatis. Chariſſimi
fratres, dies hic pacis & recõciliationis eſt.
Lucæ 1 Deus eñ & homo in Chriſto vnũ facti, ſi-
gnat ꝙ recordatus dñs miſericordiæ ſuæ,
iuſtitiam quaſi ſepoſuerit, & in manſuetu
dine ſaluare venerit animas noſtras. Nul-
la eapꝑter in nobis reſideat ſimultas, nul-
lus rancor. Nec tamen ſufficiet peccanti i-
gnoſcere, niſi eũ à quo offenſus es etiã di-
lexeris. Non potes dicere: Ego nõ loquar
illi, nõ occupabo me penitus cum illo, fu-
giam vbi ille fuerit. Quare hoc non licet?
Quia cõſtituit tibi Deus menſurã & mo-
dum cũ proximo tuo, quẽ faciet ipſe ſimi-
liter tecũ. Q̃uo tu te exhibes fratri, ita ſe ti-
bi exhibebit Deus. Dicis itaq;: Nolo collo
quiũ, nolo cõmunicationem habere ami-
citiæ cũ hoc homine. Si gratia & amicitia
dei carere poſſes, forſitan hoc vitium eſſet
diſſimulãdum. Vitium dico, quia ſi etiam
non Deũ, naturã tñ ipſam offenderet. Nõ
vis conſuetudinem ſeu conuerſationẽ (vt
aiunt) habere cum fratri, faciat & hoc tibi
Lucæ 6 Deus. Nam qua menſura mẽſus fueris, re-
metietur tibi: & qualem exhibueris te pro
ximo, talem tibi facies Deum. Et qd ſi De-
us quoq; propterea dicat tibi: Ego me nõ
intromittam de te, nihil tecũ habeo? Vere
nihil habet nobiſcum Deus, ſed nos habe-
mus cũ eo, quia ipſe ſine nobis pfectus eſt,
non nos ſine illo. Ipſe ſeruitio noſtro non
eget, ſed nobis neceſſariũ eſt vt ſeruiamus
ei. Et quamuis ita ſit, charitas tamen eius
non ſinit illum, quin habeat etiã agere no
biſcum. Itaq;, ſi offendit te frater, offendiſti
& tu Deum. Si in gratiã redire vis cũ Deo,
reconciliare & tu proximo. Si offendit ꝓ-
ximus, aut fortaſſe ſolum tu ita accipis in
corde tuo, quaſi te offenderit proximus,
cogita qa tu Deum quotidie offendis mul
tifariam, qui pro te non ſolum natus, ſed
1. Petri 3 etiã eſt & mortuus. Diligamus igitur non
1. Iohan. 3 ſolũ lingua, ſed ope & veritate. Cõmunia
ſigna charitatis nõ licet proximo negare,
niſi cum amiſſione ipſius charitatis. Non
oportet hic ad ſingularia deſcendere, quia
nemo eſt qui ex corde ſuo nõ ſentiat, quæ
ſint indicia dilectionis, quæ rancoris: tam-
etſi rancor ipſe palliet ſe ſub ſpecie aliena,
& mentiatur zelum atq; virtutem. At vi-
det Deus, qui ſcrutatur renes & corda, pe-
netrans & inueſtigãs intima noſtra, intel-
ligens motus intẽtionesq; animoꝝ & me
dullas cogitationum. Chariſſimi fratres,
ſit occupatio noſtra circa Chrm, cura nr̃a
ſit quomodo nihil contra beneplacitum
eius agamus, q̃uo nihil negligamus, quo-
modo eius beneplacitũ diſcamus, eius ho-
norem promoueamus, eius irreuerẽtiam
auertamus. Sit noſtra ſolicitudo quomo-
do nobiſipſis diſtractionis & inutiliũ co-
gitationũ occaſionẽ nõ præbeamus, quo-
modo lædendæ charitatis materiã nemini
tribuamus, quomodo turbatiõis, ſuſpicio
nis, indignationis, amaritudinis, & ſi quid
eiuſmodi eſt vitioꝝ à nobis, & ſi fieri põt,
à fratribus quoq;, ne demus occaſionem,
excludamus, zeletur vnuſquiſq; puritatẽ
ſui cordis. Nam pro alioꝝ cõtinue, & pro
ſui emẽdatione nunq̃ zelari, quanta eſt cæ
citas? Aliorum defectus explorare, in alio-
rum actus oculatum eſſe, ſeipm nõ perſpi-
cere, quanta iniquitas? De coquina inueſti
gare, de ſibi non cõmiſſis animũ implicare
de cibo & potu iudicare, ſtatuta ſctõrum
patrum & obedientiam negligere, de acti
bus alienis & rumoribus inqrere, de ſpũa-
libus & animæ profectu nihil ſolicitum eſ
ſe, pro vitioꝝ extirpatione curam nõ age-
re, rebus diuinis non affici, fabulationibus
& inutilibus recreari, vacare quanta infir-
mitas, ne dicã carnalitas? Hæc chariſſimi i-
deo recenſeo, non ꝙ hæc ineſſe vobis di-
cam, ſed ꝙ cauenda præmoneam. Nam de
maioribus vitijs, vt ſunt murmuratio, de-
tractio, conſpiratio & eiuſmodi ſupfluum
atq; indignum puto, præſertim in hac ſo-
lennitate loq. Hoc tñ dico vt moneã, nihil
nobis poſthac cõmune debet eſſe cum vi-
tijs, q in puero Ieſu nobis nato habemus
exemplum & formam virtutis. Huius imi
temur humilitatem, quę eſt & gloriã non
quærere, & contemptum æquanimiter fer
re. Huius ſequamur pauptatem, quę eſt pe
nuriam atq; defectum patienter ſuſtinere,
& extra deũ nullã etiã creaturã amare. Hu
ius imitemur obedientiã, q̃ eſt etiã nõ iuſ-
ſa, imo placita quæcũq; ſuperioꝝ ꝑuenien
do deſideranter, & nullã electionẽ aut vo
luntatem q̃ Dei ac ſuperioꝝ velle habere.

Huius amplectamur mititatẽ,quę eſt non
ſolum contumeliam nullã inferre,ſed etiã
ſibi irrogatam non retaliare,nõ vlciſci,ſed
patienter tolerare & obliuiſci.Cuius cha-
ritatem & cæteras virtutes vt mereamur
imitari, abſcindamus à nobis occupatio-
nem atq; occaſionẽ non proficiendi, atq;
continue orãdo,cõtinue ad Deum gemen
do ei vim faciamus, vt vel importunitate
noſtra victus dignetur nobis largiri,q̃ illi
debeamus conformari. Statutorũ patrum
ſanctorũ obedientiæ,religionis,diſciplinæ,
ceremoniarũ ritus ac obſeruantias,ac cæte
ra id genus monaſtica,quamlibet modica
non negligamus,abſit vt contẽnamus.Nã
ſi ea qs paruipendit,quia ſunt modica,ipſe
ſe accuſat,quia nec ſeruat maiora.Nam in
terna deuotio,amor ad Deum,charitas ad
proximũ,obedientia ad ꝓlatum, zelus ob
ſeruantiæ, cuſtodia diſciplinæ,exercitium
religionis,qñ probabuntur aut credi poſ-
ſunt alicui ineſſe, ſi nec ea ibi cernuntur q̃
manifeſta debẽt lucere foris?Nemo ſe fal-
lat, nemo decipiat.Nemo credat ſe deuo-
Iacob. 1 tum,niſi ad q̃cunq; Deo placita inuenerit
ſe feruentem ac promptũ.Nemo ſe putet
religioſum, q̃ linguæ ſuæ nõ poſuerit fræ-
num.Nam qui nõ refrænat linguã ſuã,hu
ius vana eſt religio.Nemo ſe arbitret̃ ſpiri
tualem, ſi in corde portet amaritudinem.
Nam ſi inter vos zelus & contentio,non-
ne carnales eſtis?Hæc chariſſimi fratres ſæ
pe dicenda ſunt,quia ſalutaria ſunt. Acer-
ba ſunt fortaſſe hæc quibuſdã auditu,verũ
acerba eſt etiam quæuis medicina , fructũ
tamen affert ſanitatis. Declamationes &
cõmendationes virtutum audiuntur for-
taſſe libentius, ac vitiorũ mortificationes
tam eſt ſalubre doceri,q̃ neceſſarium eſt vi
tia extirpari.Itaq; ſint hæc verba exhorta-
tionis,nõ correptionis, vt ſi non dictũ eſt
Ephe. 4 quod emendetur, dictum ſit vt caueatur.
Cæterum in tanta ſolẽnitate quaſi modo
geniti infantes,cum Ieſu tam amabili q̃ ve
nerabili infantulo renouamini ſpũ mẽtis
veſtræ,vt eidem nunc cõiungi mereamini
per gratiam,& poſtea per gloriam,eodem
præſtante dño noſtro Ieſu Chriſto,qui eſt
benedictus in ſecula,Amen.

SERMO II. IN EADEM ſolennitate. Quomodo fructum natiuitatis dominicæ obtinere debeamus.

NAtus eſt vobis hodie Salua-
tor,qui eſt Chriſtus dñs in ci
uitate Dauid. Lucæ II.Cha
riſſimi fratres, ſi cor noſtrũ
ad Deum eſſet purũ & rectũ,
quomodo creaturę rationalis debet eſſe ad
creatorem,ſerui ad dñm,filij ad patrem,e-
geni ad liberalem diuitem,miſeri ad Salua
torem, non ſine maxima cõcuſſione,com
motione,cõpunctione & exultatione cor
dis hæc poſſemus verba audire: Natus eſt
vobis hodie Saluator.Si igitur nihil aut pa
rum mouemur, ſignum eſt quia neq; de-
ſideramus Deum,neq; ſentimus, imo nec
noſipſos cognoſcimus.Nempe quia qd fa
ctum ſit nobis, qd datum, non ſentimus.
Chariſſimi fratres, vtinam illuminet dñs
corda noſtra,& expellat oẽm maliciam à
nobis,emolliat duritiam noſtram,vt non
ſolum pro nobis, ſed etiam intra nos na-
tũ ſentiamus, admiremur & gaudeamus.
Chariſſimi fratres,vt ante dixi,vtinam o-
ptare poſſim & mihi & vobis cor purum,
cor ſimplex,cor feruidum, cor deuotum,
atq; ad oĩa Dei beneplacita paratum,in q̃
Dei filius naſceretur, vt ab eodem illumi-
nati & accenſi, pro exuberãtia beneficio
rum eius,in ipſo & etiam intra noſipſi gau
deremus. Ecce natus eſt vobis, inquit an-
gelus,Non regibus loquitur,aut ſeculi hu
ius diuitibus,non ſuperbis & potentibus, Lucæ 2
ſed paſtoribus, ſimplicibus & in nocte vi-
gilantibus.Itaq;,vobis,inquit,non dormi
entibus in mollibus lectis, non carnis lu-
xum & ſuperflua quærẽtibus,non mundi
amicis & læta ſectantibus, ſed vobis pau-
peribus,deſpectis à mundo, ignobilibus,
humilibus,& ſuper gregem veſtram, vide
licet cogitationum,loquutionũ, operum,
affectionum & intentionum vigilantibus
iuſtitiamq; & virtutes eſurientibus, natus
eſt Saluator mundi.Quare Saluator?Vt e-
ripiat & ſaluet vos ab omni miſeria,egeſta
te & calamitate.Induxerat enim vos olim
primus homo, Adam pater veſter ſecun- Gene. 3
dum carnem,in calamitatem , ex qua nec 1. Cor. 15
ipſe, nec voſipſi poteſtis vos liberare. At Lucæ 2
natus eſt hodie vobis Saluator,q eſt Chri-
ſtus dñs in ciuitate Dauid. Videamus in
quantam calamitatem deueneramus,poſt
quam per peccatum à Deo cecidimus.Era
mus in paradiſo immaculati,tuti, immor-
tales, id eſt, non potentes mori, non cor-
rumpi,non lædi,in beatitudinẽ cœleſtem
transferendi. At vero peccando facti ſu-

mus exules, à paradiſo extruſi, quibus re-
gni cœleſtis nec introitus patebat, nec adi
tus cognoſcebatur. Verum natus eſt ho-
die, qui exul propter nos, vt exules nos &
diſperſos colligat, & in patris ſui regnum,
in cœleſtemq́ paradiſum nos introducat.
Facti etiam peccando eramus impotentes
infirmi & imbecilles: quare hoſti nr̃o dia-
bolo haudquaq̃ potuimus reſiſtere. Natus
eſt qui diabolũ vincat & liget, adeoq́ eius
frangat tyrannidem, vt niſi volentibus ne-
mini deinceps valeat nocere. Eramus etiã
peccando facti ita impotentes, vt nullum
Iſaiæ 64 bonum poteramus facere per q́ iuſtifica-
remur: quandoquidem omnes iuſtitiæ no
ſtræ ſunt ſicut pannus mẽſtruatæ. Verum
1. Cor. 1 qui hodie natus eſt, factus eſt nobis iuſtifi-
catio & ſanctificatio. Eramus infirmi (vt
parabola euangelica, ſub typo eius qui de-
Lucæ 10 ſcendit ab Ieruſalẽ in Iericho, ſubindicat)
ſpoliati & vulnerati, quia à planta pedis vſ
Iſaiæ 1 que ad verticem capitis non erat in nobis
ſanitas, nullaq́ integritas. At natus eſt qui
Iſaiæ 53 vulneretur propter peccata noſtra, cuius
liuore ſanemur. Eramus ſpoliati innocen
tia, originaliq́ iuſtitia & mirabilibus bo-
nis, quę om̃ia peccando amiſimus. Præter
ea capti & ſubiugati tenebamur: ſed nat9
eſt qui pro paradiſo cœlũ reſtituat, & ſpo
Lucæ 11 lia prædoni noſtro auferat, noſq́ ab omni
captiuitate liberet, & ſpiritu ſancto ac do
nis quã ante potioribus impleat. Eramus
vulnerati & infecti malicia atq; cõcupiſcen
tia mala, ſed natus eſt qui vulneretur pro-
Iſaiæ. 53 pter iniquitates noſtras, deleat vt nubem
iniquitates noſtras, proiiciat in profundũ
Iſaiæ 44 Mich. 7 peccata noſtra, ſanetq́ omnes infirmitates
Pſalm. 102 noſtras. Eramus ignari, cæci & errabundi,
ſed natus eſt qui eſt lumen oculorum no-
Iohan. 14 ſtrorum, qui eſt nobis via, veritas, & vita,
Deut. 31 ſapientia, ductor, doctor & p̃tector. Itaq;
Ioel. 2 chariſſimi fratres gaudete & exultate, qa
Ecci 51 natus eſt vobis hodie Saluator. Si quis ad-
huc infirmus, ſi quis ignarus, ſi qs egenus
aut calamitoſus, ſi qs durus aut malis paſſi
onis infectus: ſi quis deniq; peccatis fuerit
oneratus, accedat & ſupplicet huic infan-
tulo, remediumq́ accipiet, quia in ea æta-
te voluit Deus noſter apparere, in ea for-
ma videri, & iis conditionibus naſci, vnde
nõ poſſit timeri. Nihil regale, nihil faſtuo-
ſum, nihil magnificum, nihil mundanum
præ ſe tulit, ſed infantiam cum pauperta-
te, ſolitudinem in exilio, ſimplicitatem in
matris gremio, vt om̃ibus liceat accedere,
& nemo trepidet à maieſtate ipſius. Agite
quæſo chariſſimi fratres, & ſingulari deuo
tione vos erga Chriſtum excitate, vt non
ſolũ q́ dixi pro vobis, ſed intra vos etiam
Saluator naſcatur. Nemo ſit hodie adeo
infœcundus aut ſterilis, cuius cor nõ ſalu-
bre aliquod propoſitum concipiat ac pari
at hodie. Nemo tam frigidus, qui renoua-
tione bonæ voluntatis non recaleſcat. Ne
mo tam negligens, qui ad vitia curãda, &
reſtaurandas negligentias ſuas ſeſe non ac
cingat. Scit vnuſqſq; vnde (ſi hodie à mun
do deberet euocari) ſibi metuat. Scit ſi oĩa
eius ſecreta nudentur vnde erubeſcat. Scit
quantum adhuc à verarum virtutum per-
fectione diſtet, quanta à ſanctorũ vita, ac vi
uendi modo diſſimilitudine torpeat. Eri-
gat ſe igitur contra ſe, & ſibi emẽdationis
vitæ formam inſtituat, proponat, incipiat,
& ad progrediendum orationibus, gemiti
bus, conatibus, atq; quibuſcunq; poteſt ſti
mulis in via proficiendi ſemetipſum vrge
at. Hoc eſt feſtum diem dñŏ agere, hoc eſt
dñm Saluatorem digne ſalutare, hoc eſt,
in cœlis gaudium angelis facere, hoc eſt,
Chriſto intra nos cõuiuium inſtruere, qñ
renouatione hoĩs interioris, quicqd Deo
in nobis diſplicet ipſi dãnamus, abiicim9,
fugimus, & quicqd ei placere noſcitur, q̃ri
mus, amplectimur, cuſtodimus. Ad hæc
nos excitet externa etiã ſolẽnitas, vt ſi per
totum annũ in vetuſtate & tepore ambu-
lauimus, hodie qñ cœli melliflui facti ſunt Iſaiæ 6 Iſaiæ 54
& miſericordia dñi plena eſt oĩs terra. Ho-
die, inq̃, qñ oſtendit nobis dñs miſericor-
diam ſuam, & ſalutare ſuum dedit nobis, Roma. 6
in nouitate ſpiritus renaſcamur, abiicien-
tes oẽm inordinatam delectationem, oẽm
alienum amorem & conſolationem quã-
cunq; extra Deum in creatura. Perſequa-
mur vitia & prauas inclinationes noſtras,
abnegemus deſideria propria, cuſtodiam9
omnes ſenſus noſtros ſub fræno timoris,
ne non ſolũ ad illicita, ſed etiã ne ad otio-
ſa & inutilia ſe conuertant. Cuſtodiamus
linguam ab occaſione loquendi, quia in Prou. 10
multiloquio non deeſt peccatũ. Volat irre Horatius
uocabile verbũ, & vno momento ſæpe ef-
funditur, vnde aut in ſe, aut in aliis incura
bile vulnus infligitur. Tempora otioſa nõ
tranſeant, nec talis ſit nr̃a occupatio, q̃ vel
non propter Deum aſſumatur, aut in Deũ
dirigatur, vt ſi etiã in actione fuerimus ex-
terna, mẽs tñ noſtra ſemp̃ ad Deũ redeat,
nec vnq̃ vt redire non poſſit ſe adeo effun-
dat,

dat, qm̄ potius inter externas occupationes tranſeunter verſata, ab intimis non recedat, ſed quæcunq; foris occurrũt, ita foris relinquat, vt nihilominus etiã quicqd in illis poteſt inueniri ꝙ ad deum valet referri intus trahat præſtante dn̄o noſtro Ieſu Chr̄o, qui eſt bn̄dictus in ſecula, Amen.

SERMO III. IN EADEM ſolennitate. Quomodo neceſſarium fuerit Chriſtum naſci, & quomodo eidem debeamus conformari.

Ecce annuncio vobis gaudiũ magnum ꝙ erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie Saluator, q eſt Chriſtus dn̄s in ciuitate Dauid. Lucæ II. Magnum nobis gaudiũ nunciatur, quia magni regis introitus expectatur. Magna nobis ſolennitate occurrendũ eſt, magna reuerentia eſt ſuſcipiẽdus, & magnopere nobis proſpiciendum, ne fœdum indecẽs ve quid in nobis maieſtatis eius offendat oculos, quare nobiſcũ nõ maneat, ſed ſine benedictiõe, ſine gratia, imo cum offenſione iratus aut recedat, aut prorſus ad nos non diuertat. Chariſſimi fratres ꝙ quiſq; amauerit, de hoc gaudet. Quod amat quis, & deſiderat, deſiderat quidẽ dum abeſt, amat aũt & lætatur cũ adeſt. Qui mũdi gloriam amant, q opes & honores deſiderant ſemper in deſiderijs æſtuãt, & dũ aſſequuntur gaudent ac felices ſe arbitrãtur. Habet tñ hic amor infelicitatem hanc ſecum, q̃d quantumlibet aſſequatur, nõ decreſcit, ſed continue cupiditas augetur. Vnde tam infelix eſt, tamq; inquietus q caduca hæc & temporalia habet, quàm qui non habet. Si quidem auaro tã deeſt quod habet, quam quod non habet. Et, creſcit amor nummi, q̃tum ipſa pecunia creſcit. Pari modo de honore, de voluptate, & cæteris id genus rebus mundanis ſentiendũ eſt, quæ momentanea quidem lætitia dũ affluunt recreant, ſed mox iterum ad plura deſideranda inſatiabilem appetitum diſcruciant. Inter hæc etiam id longe miſerrimũ eſt, qui hæc temporalia amant, Deum amare nõ poſſunt. Amicitia nanque ſeculi huius, inimica eſt Deo. Et quicunq; amicus vult eſſe huius ſeculi, inimicus Dei conſtituetur. Quamobrem ſancta Chriſti natiuitas, non Herodi, non auaris ſcribis & phariſæis, non diuitibus huius ſeculi annũciata eſt, ſed pauperibus, paſtoribus, ſimplicibus, humilibꝰ & vigilãtibus. Si em̃ diuitibus & ſeculi potentibus atque amicis nunciaretur, nonne margaritæ ante porcos ſpargerẽtur? Nunquid non ſanctum canibus daretur? His igitur annunciandus erat, q illa crederent, qui amarent, qui ſuſciperent, q gauderent. Videte modo vos chariſſimi, quomodo corda veſtra, id eſt, vniuſcuiuſq; veſtrum cor ſit affectum. Ecce dico vobis: Euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus eſt vobis hodie Saluator. Introſpicite in corda veſtra vtrum exultetis, vtrum exiliat cor veſtrum in lætitiam & deuotionem nec ne. Si non exultat cor veſtrum dolete, quia non gaudetis de eo, de quo & in quo gaudere ſolo deberetis. Et occurrite nihilominus ei humiliter, offerẽtes pro lætitia hunc veſtrum mœrorem. Potens eſt enim facere vt triſtitia veſtra vobis vertatur in gaudium, & tale ſit gaudium quod nemo auferat à vobis. Audimus autem hic ſimul gaudendi rationem, ſeu materiam gaudiorum, quia dicit: Natus eſt vobis hodie Saluator. Nulla gaudendi materia potior q̃ à magna periclitatione ſi quis liberatur. Quanto ſalus noſtra inter fluctus in ambiguo verſatur, tanto ſi ad tranquillitatem fuerit reſtituta, ſaluatio erit ſuauior. Cum igitur certa nobis damnatio interminata fuerat, quanta eſt gaudiorum occaſio, q̃d natus eſt nobis q nos redimat, & pro morte nobis vitam, pro cruciatu conſolationẽ, pro captiuitate æternam libertatem, lætitiam & plenam beatitudinem largiturus ſit perpetuam? Chariſſimi ab initio mundi, mox vt peccato natura vitiata fuit humana, generali damnationis ſententia percullſa iuit ad mortem, nec vnquam ad Deum rediret, nunq̃ beatitudinem ad quam creata fuerat recuperare poſſet, niſi natus eſſet Dei filius, qui in ea natura quæ peccauit, & quæ debitrix fuit, pro peccatis innocens ipſe ſatisfaceret. Non ergo potuimus ſaluari (vt dixi) niſi ea natura, id eſt, humana, quæ peccauit ſatisfaceret. Oportebat igitur eum qui pro peccatis ſatisfaceret hominem eſſe. Oportebat etiam eiuſmodi eſſe qui peccatum nullum in ſeipſo haberet, & ſatisfactionem quæ immenſæ foret virtutis, Deo immenſo, pro peccatis, quæ vltionem infinitam, id eſt, interminabilem exigebat, offerret. Sed non fuit vlla creatura quæ hoc poſſet. Venit igitur idem qui eſt naturæ humanæ creator, & quo culpã

Margin notes: Ecci. 10 — Iuuenalis. — Iacob. 4 — Lucæ 2 — Matth. 7 — Lucæ 2 — Iohan. 16 — Lucæ 2 — Auguſtin.

quam punire debuit iuſte dimitteret, pareceretq; nobis, peccata noſtra in ſe puniẽda ſuſcepit. Quod vt congrue fieret factus eſt homo, vt in ſe haberet naturam q̃ debitrix erat: quæ tñ in ſeipſa. i. ſua ſola virtute ac menſura nõ habebat vnde ſatisfaceret, niſi diuinæ naturæ vniretur. Itaq;, naturã humanam, vt dixi, Deus aſſumpſit, vt per eandem eſſet homo qui deberet ſatisfacere, & per ſuã ꝑpriam naturam maneret ſimul deus, q poſſet. Neq; eñ aliter iuſte potuit miſereri homini, ita vt iuſtitia ſimul cũ miſericordia conſentirent, q̃ per viã ſatisfactionis, q̃ tñ nemo alius potuit q̃ Deus, nemo alius debuit quã homo. Factus eſt ergo Deus homo, vt eſſet & q poſſet, & tñ non deberet ſatisfacere. Nobis igitur ſub ſententia æternæ dãnationis cõſtitutis, & nullam ſpem liberationis in nobiſipſis habentibus, nobis, inq̃, iam deſolatis, damnatis, à Deo elõgatis, & in captiuitatem diaboli mãcipatis, hodie dicitur: Euangelizo vobis gaudium magnum, qa natus eſt vobis hodie Saluator. Si viſcera in nobis ſunt humana, nõne gaudebimus? Nonne gratias agemus? Nunquid nõ redamabimus eum q prior & gratis dilexit nos? de quo ſcriptum eſt: Propter nimiam charitatem ſuã qua dilexit nos Deus, miſit filiũ ſuum in ſimilitudine carnis peccati. Hoc eſt: Deus pater miſit filium ſuum, & fili9 vltro ſe obtulit pro nobis, veniens in veritate naturæ humanæ: in vera quidem carne, ſed nõ in carne peccati, qa non de illa infecta maſſa peccati carnem aſſumpſit, quæ in Adam peccauerat. Habuit tñ (vt dixi) veram carnem. i. nobis cõnaturalem ex Mariȩ virginis puriſſimo ſanguine intra eius vterum ſpiritu ſancto formatam, quæ non fuit caro peccati, ſed ſimilis carni peccati. Natus eſt, inqt, vobis qui vos redimat. Natus eſt vobis qui vobis in ſeipſo viam ad regnum cœloꝶ imitabilem oſtendat. Inuiſibilis in ſua natura Deus, factus eſt homo viſibilis, qui vobis loquatur, vos doceat, vobis exẽpla viuendi in ſeipſo, & itinera beatæ vitæ oſtendat. Videamus igitur nunc dilectiſſimi, quid in vitæ ſuæ exordio, quid in mundi ingreſſu nos infantia Saluatoris doceat & quid in ſe nobis imitandum proponat. In hoc ipſo quod propter nos venit, ꝙ naturæ incommoda ſuſcepit, ꝙ noſtra peccata portare & ſanguine ſuo expiare voluit, ſeipſum in mortem tradere, noſq; perinde à morte redimere quantæ charitatis ex-

Iohan. 1

Lucæ 2

1. Iohan. 4

Galat. 4

Eſaiæ. 53

Luc. 2

Leo papa.

Eſaiæ 53

emplum nobis oſtendit? De obedientia dẽinde quid? Exijt, inquit Euangeliſta, edictum à Cæſare Auguſto. Adhuc in vtero matris portatur, & pro obedĩetia prophano homini, tamen in poteſtate conſtituto exhibenda, matrem voluit imprægnatam peregrinari, & ſe in exilio naſci. Videtis ne q̃d matrem partui vicinam maluit viaȩ periculis exponere, quàm obedĩetiam deſerere? Nonne mater creatoris dicere aut cogitare potuiſſet. Ego terreno homini obedire non teneor, quæ omnium creatorem ac dominum geſto in vtero? Cur obediam mortali, quæ mater ſum Dei omnipotentis? Nequaquam hoc dixit: ſed humiliter (licet digniſſima) vili homini, propter poteſtatem & diuinam ordinationẽ tanq̃ ſuperiori obediuit. Profectus itaq; Bethleem Ioſeph cum Maria coniuge ſua, virgine prægnante, profectus cum nobiliſſimo ſuo theſauro, quem non decuit poſt ſe aut extra curam ſuam relinquere, quid fecit? Quæſierunt in oppido hoſpitium, ſed non fuit qui pauperes recipere poſſet. Diuitibus terrena ſeruabantur hoſpitia, quia mundo mundus arridet. At Chriſti parentes, quia de hoc mundo non erant, extra oppidum ad diuerſorium pauperum ipſi pauperes ſe receperunt. O beata paupertas in Dei filio & parentibus eius conſecrata. Quid multa? Venit nox illa ſanctiſſima q̃ diuites & mundi amici in lectis mollibus quieſcebant: virgo aũt hæc præ omnibus mulieribus benedicta, cum ſuo ſponſo ſeiunctim in caſula ſeu tugurio illo pernoctabant. Completiq; ſunt dies Mariæ vt pareret, & peperit filium ſuum primogenitum, id eſt, ante quem alium nullũ genuerat, nec poſt hunc alium erat genitura ſecundum carnem. Peperit aũt ſine dolore, ſaluo pudore: ante & poſt partũ virgo intacta, virgo inuiolata, virgo integra & perpetua permanens. Nemo obſtetricum hic aſtitit, nemo iuuit, quia nullius hoĩs ope indiguit, quæ de homine nõ concepit. Et ſicut ſine carnis delectatione cõcepit, ita ſine dolore etiam genuit. Nihil ſibi ꝓ partu, nihil pro diutina peregrinatiõe, nihil ꝓ infante naſcituro paraſſe aut ad iter ſumpſiſſe ſecum putanda eſt: ſed quæ pręter cõmunem naturæ legem conceperat, fortaſſe pariendi etiam tempus ſecundum legem nõ computabat. Omnia Deo committebat quomodo, quando, & vbi vellet naſci: propterea nihilominus licet pręgnãs & mox paritura

Lucæ 2

Patitura, cõſenſit peregrinari. Nec tamen
propterea imꝓbamus, ſi quis dicat eã non
ignoraſſe conſiliũ dñi, vt peregre & extra
patriam conſtituta pareret, Chriſtusq́; in
Bethleem Iudę naſci vellet: atq; ideo mũ-
dos ſaltem panniculos ob infantis quem
inuolutura erat dignitatem p̄paratos cõ-
portaſſet: reliqua ſibi neceſſaria futura deo
cõmendans. Adueniente itaq; illa hora &
nocte qua Deus voluit naſci, non eſt ipſa
credẽda ignara fuiſſe huiꝰ myſterij: ſed po
tius tenemꝰ totã in deo raptã, ſubitoq́; cũ
admiratione vehementi ante ſe in terra vi
diſſe nudũ infantulum ineffabili modo ex
ſe genitũ, huncq́; adoraſſe cum lachrymis
& reuerentia (qua decuit) leuaſſe, atq; eun
dẽ aut p̄paratis, aut ſuis pãnis ɋbus ſe ve-
lare ſolita erat, illũ inuoluiſſe, lactaſſe, am
plexatumq́; et oſculatum in præſepe (quia
aliæ cunæ deerãt) poſuiſſe. Si expenderen
tur hic ſingula, quantam quæſo, & in quã
multiplici genere cerneres paupertatem,
verecundiã, humilitatem, ſimplicitatem,
modeſtiã, fortitudinem & cõpaſſionem:
ꝗ omnia in ſaluatoris natiuitate enitent?
Vide quomodo carnis delicias, quomodo
blanda & mollia, quomodo põpoſa, quo-
modo honores, quomodo hominum fa-
uores, laudes ac nominatiões, quomodo
potentatus aut opes, quomodo denique
omnem gloriam mundi ſaluator adhuc
infans contempſit, reſpuit, fugit: quomo-
doque paupertatem, carnis afflictionem,
vilitatem, ſubiectionem elegit, eligendã-
que nobis non verbo, ſed exemplo prædi
cauit, cum in poteſtate eius eſſet naſcendi,
& tempus & locus. Oĩa ad mundi contem
ptũ, & ad carnis moleſtiam retulit. In hye
me, in nocte, in exilio, in ſolitudine, in ſta-
bulo, vbi nec focus nec ſtupha, vbi nec o-
pertoria eſſent nec pellicia. Peregre etiã &
pauper voluit naſci, & pauperem cõdolen
temq́; matrem affligere, afflictus denique
ipſe etiã matris dolore voluit amplius af-
fligi. Fratres mei hęc via eſt regia ad regnũ
Roma.8 cœloꝝ. Quiſquis aliã docuerit, ɋſquis aliã
ſequutus fuerit, nõ Chriſtũ ſequitur, nec
ſpiritum Chriſti habet. Væ nobis qui prę
cæteris hominibus vocati ſumus vt imita
tores ſimus Chriſti, ſi cõtingat nobis ex-
probrari in hora mortis noſtræ, ꝙ plus cę
teris, aut cũ cæteris commoda & cõſolati-
ones carnis ſumus ſequuti. Emendemus
obſecro per infantiam Chriſti, ſi qui in no
bis curã carnis faciunt in deſiderijs, ſi qui
pro cibi ac potus lautioris refectione, ſi q
pro carnis & commodoꝝ propriorum ſo
latijs ſunt ſoliciti. Nam pro his murmura
re, digladiari, aut detrahere oĩbus, p̄cipue
monacho impijſſimũ atq; nimis eſt dãna
bile: q iubemur ne de craſtino ɋdem etiã
ꝓ neceſſarijs eſſe ſoliciti, ſed Deo ac ſuperi Matt.6
oribus nos cõmittere: atq; de prouidentia
diuina (in quã omnem curã debemus no 1.Petri 5
ſtrã proijcere) cuncta expectare, ſuſcipere,
& illi gratias agere. Hoc nobis largiatur
pijſſimus Ieſus Dei et virginis filius. Amẽ.

SERMO IIII. IN EADEM ſolẽnitate. Quid in natiuitate Chriſtus nos ſua docuerit.

MVltifariam multiſq́; modis
olim loquens deus patribus
in ꝓphetis: nouiſſime aũt die
bus iſtis loquutus eſt nobis
in filio. Hebræorum I. Lon-
ga expectatione fratres chariſſimi diſten-
debatur populus deo amicus, hoc eſt, vt ij
q in mundo viuebant, & ij q erant in lym
bo præſtolantes ſui redemptionem: & v-
trorumq́; affligebatur animus deſiderio
redemptionis. Spes enim quæ differtur af Prou.13.
fligit animam. Sed ecce qui olim multifa-
riam. i. per ſomnia, per imaginariã & per
apertam viſionem, per vocem, et in ſpiritu
patribus loquebatur: iam non vltra dicit:
Expecta, reexpecta: ſed, ego q loquebar, ec
ce adſum. Magna fratres chariſſimi gratię
erga nos diuinæ eſt hic commendatio.
Quoniamquidem cum ſub damnationis
maledicto omnes nos viueremus, morere
murq́; pręuaricatores, cũ tenebris eſſemus
ignorantiæ obnubilati, cũ à patria exules,
cũ peccati deniq; lege quaſi cathena ac fu-
niculis Adæ duceremur captiui: & ad ex-
tremum cũ diabolicæ ſeruitutis iugo ni- Ephe.2
mis miſere teneremur pręgrauati, propter
nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos Roma.8
Deus, miſit filium ſuum ad nos, qui dam-
nationis à nobis maledictum tolleret, fa- 1.Pet.2
ceretq́; vt poſt hac nihil foret damnatiõis,
his qui ſunt in Chriſto Ieſu. Miſit, inquã,
filium ſuum qui doceret nos iter rectum,
& vias iuſtitiæ, per quem à tenebris erepti Gala.4
ignorantiæ, & in admirabile lumen ſu-
um vocati, ambularemus in lumine ipſi-
us: & ſoluta nihilominus captiuitate in
gratiam ac libertatem adoptionis filio-
rum aſſumpti ad patriam feſtinaremus, Hebr.6 Matt.9
ſequentes quo præcurſor ipſe pro nobis

Lucæ 5 introijt Ieſus Chriſtus dominus noſter.
Lucæ 19 Itaq; venit filius Dei in mundum peccato
Iohan.11 res ſaluos facere, venit q̃rere ac reducere
Mat.8 quod perierat, venit diſperſos cõgregare
ab Oriente & ab Occidẽte,vt recũbant cũ
Iſaiæ 2 Abraham Iſaac & Iacob in regno cœlorũ.
Venit vt nos doceret vias ſuas, & nos am
bulemus in ſemitis eius. Quapropter fra-
Pſal.94 tres chariſſimi,ſi nõ auribus ſurdi fueritis:
Iacobi 1 hodie,inquã,ſi vocem eius audieritis,noli
te obdurare corda veſtra, ſed ſuſcipite in
ſilentio vobis inſitum verbũ, quod poſſit
ſaluare animas veſtras.Loquitur enim no
bis hodie infans in ſtabulo, q̃d poſtea do-
cuit vir in tẽplo.Docet hodie puer exem-
plo,q̃d poſt triginta annos prædicabit ver
1.Iohan.2 bo.Quid docuit:Hoc ipm quod diſcipul9
ille quẽ diligebat Ieſus,dixit:Nolite dilige
re mundum,neq; ea quæ in mundo ſunt.
Qui eñ diligit mundũ,nõ eſt charitas pa-
tris in illo. Tranſit mundus & cõcupiſcẽ-
tia eius.Qui vult amicus eſſe ſeculi huius,
inimicus Dei cõſtituetur. Clamat vile ſta-
bulũ,clamat arctum præſepiũ,clamat alie
Lucæ 14 num & commune hoſpitium:Niſi quis re
nunciauerit omnibus quę poſſidet,nõ po
teſt meus eſſe diſcipulus.Videte fratres in
fantulũ,quale nobis dedit exemplum.O-
mnium rerũ diuitijs prætulit paupertatẽ.
Videte quale iudicium ſint accepturi, qui
cum omnibus renunciauerint quæ poſſi-
debant, inueniuntur non ſolum habere
neceſſaria,ſed ſuperflua, & ea quibus non
indigent:nec ob aliud habent, niſi vt ha-
beant. Chariſſimi fratres ſi paupertatem
vouimus, diſcamus hanc ex domino no-
ſtro Ieſu Chriſto,cui multa defuerunt eti-
am ad magnam neceſſitatem,quia non eſt
paupertas vbi nihil deficit.Non ſimus igi
tur queruloſi, & murmurando impatien-
tes,alioquin fruſtra hic ſumus, vtpote vo
torum noſtrorum neglectores,& propte-
rea iram domini præſtolantes. Iterũ nos
docuit infans noſter, quod gloria mundi
1.Pet.1 eſt vt flos fœni,& vapor ad modicum ap-
parens.Ideo clamat ad nos nox,item loci
& omnium rerũ quibus vſus eſt vilitas,
Mat. 11 vt diſcamus ex eo humiles eſſe, & mites
corde:diſcamus amare neſciri, & viles re-
putari, diſcamus in oculis noſtris nihil eſ-
Roma.8 ſe, & ab alijs quantum in nobis eſt, aut
quantum licet,velle contemni.Tertio,do
cuit quod prudentia carnis mors eſt, & ſi
ſecundum carnem vixerimus, moriemur.
Propterea elegit ipſe quæ carni ſunt aſpe-
riora.Et quiſquis aliter eligit,non eſt imi-
tator Chriſti.Nõne clamat hoc noctis,hy
emis, frigoris & peregrinatiõis aſperitas?
Clamant fames,clamãt eius vagitus & la- Mat.16
chrymæ:Si quis vult poſt me venire,abne-
get ſemetipſum,& tollat crucem ſuã quo-
tidie,& ſequat̃ me.Abneget, inquit,ſemet
ipſum,hoc eſt,quę carni ſunt mollia,amœ
na,voluptuoſa,delicata atq; ſuauia ſubtra
hat,& deſideria in ſe occidat. Tollat, in-
quam,crucem ſuam,id eſt,non quærat ſo
latia & propria cõmoda,ſed vltra quæ car
ni moleſta ſunt ſubeat:& ita ſequatur me.
Eia fratres mei, ſi milites volumus eſſe
Chriſti,hoc eſt,vexillum quod in ſe nobis
Chriſtus erexit,crux et tribulatio,has am
plecti,hoc vexillũ ſequi velimus nolimus,
neceſſe eſt:niſi Chriſto abrenunciare,& e-
ius inimico malim9(quod abſit)militare.
Atqui per multas oportet tribulatiões in
troire in regum Dei. Et ſi qui volunt pie Actu.14
viuere in Chriſto,perſequutionem patien 2.Tim.3
tur.Et accedens ad ſeruitutem Dei,ſta(in- Eccli.2
quit)in timore:& præpara animam tuam
ad tentationẽ.Iam deniq; Chriſtus Deus
æternus,& infans clamat: Qui amat ani- Iohan.12
mam ſuam,perdet illã. Qui amat, inquit,
animam ſuam, id eſt, qui ſenſualem fouet
vitam,ſatiſfacere cupiens deſiderijs natu-
ræ, hoc eſt,ſenſualitati, non neceſſitati, &
propterea aduerſa fugiens, perdet illã. O
vtinam hoc aduerteremus, o vtinã ad cor
reciperemus,qui ex profeſſiõe crucem ſu-
mus amplexi,& mortificandę carni ex vo
to tenemur incumbere,quoties propoſiti
noſtri inueniamur tranſgreſſores. Proh
pudor, quale exẽplum videmus in Chri-
ſti infantia & Chriſti vita,in eiuſdem deni
que paſſione nobis præmonſtratum, po-
ſtremo in ſua morte nudus & dilaceratus,
quale nobis teſtamentum reliquit:Quar-
to,docuit per hæc amorem noſtrum trãſ-
ferri ab huius mũdi imis & caducis ad cœ
leſtia:quippe qui nihil carnale, nihil mun
danum,nihil temporale in hoc mũdo ha- Iohan.1
bere voluit. Siquidẽ & in propria veniẽs,
dũ ſui eum non reciperent, tanq̃ aduena
& alienus per mundũ trãſiuit. Icc irco no-
bis clamat & verbo & exemplo: Theſau- Matt.6
rizate vobis theſauros in cœlo, vbi nec æ-
rugo nec tinea demolitur,& vbi fures nõ
effodiunt nec furãtur.Quinto, erudit nos
legẽ charitatis. Ipſe enim cũ diues eſſet,p̃ 2.Cor.8
pter nos pauper factus eſt.Ipſe humiliauit Phili.2
ſemetipſum propter nos, formã ſerui ac-
cipiens.

cipiens. Ipſe nobis natus, nobis datus, no-
bis annũciatus, ſeipſum tradidit nobis, &
pro nobis. Ipſe clamat ab infantia vt alter-
1.Iohan.3. Iohan.15 utrũ diligamus, nõ verbo aut lingua, ſed
opere & veritate. Iteq́; Hoc eſt, ait, præce-
ptũ meũ, vt diligatis inuicem, ſicut ego di
lexi vos. Qui vtiq; dilexi vos nõ ſecundũ
Actu.10 Tit.2 ſenſum carnis, ſed ſpiritu et veritate, bene-
faciens vobis etiã adhuc inimicis, & libe-
rans oẽs oppreſſos à diabolo. Dilexi, in-
quam, vos, quia tradidi memetipſum pro
vobis. Sexto, docuit nos proijcere oẽm tri
ſtitiam & diffidentiã. Siquidem ipſe factus
Hebr.4 eſt nobis hoſtia & redemptio pro pecca-
tis noſtris. Accedamus igitur cũ fiducia
Lucæ 15 thronũ gratię eius, credẽtes quicq́d in no
mine eius petierimus, dabit nobis pater:
quandoquidẽ in hoc quod nobis vnigeni
Iohan.6 Roma.8 tum ſuum filiũ dedit, vt omnis qui credit
in illum non pereat, ſed habeat vitã æter-
nam. Quomodo non omnia dedit nobis
cum illo? Septimo, ſi priora hæc omnia e-
Lucæ 2 tiam nobis deficiant, docuit nos bonæ tã-
tummodo eſſe voluntatis: quia hodie per
ſuos præcones cani fecit pacem, non his
tantum qui magnorum ſunt operum, ſed
etiã omnibus bonæ voluntatis. i. ijs q bo-
na ſunt voluntate, licet operatione adhuc
infirmis, vtpote ſe arguentibus, & infirmi
tatem ſuam dolẽtibus, atq; accuſantibus.
Quapropter fratres chariſſimi nemo ſe ne
gligat, nemo decipiat, nemo obduret, qñ-
Roma.13 Ephe.4 quidem ſalus noſtra tam prope eſt, imo
nobiſcũ eſt. Renouemur igitur ſpiritu mẽ
tis noſtrę. Paratus eſt ille nobis occurrere,
nõ minus quàm pater illo filio prodigo,
ſed & dici poteſt, multo clementius infan
tilia brachiola extẽdere, & pœnitẽtes pec
catores ad ſe cõſtringere, propter quos fa
ctus eſt homo, quibus hodie factus eſt fra
ter. Itaq; nemo terreatur magnitudine de
lictorum, nemo terreatur propria infir-
mitate, nemo paueat ex labendi aſſiduita-
te, nemo deſperet etiam cõſcientiæ obſcu-
ritate. Nouit puer Ieſus omnibus his finẽ
atq; remediũ ponere, qui venit delinquen
tium peccata dimittere nõ vindicare, qui
Roma.8 vulnera noſtra venit non ſpernere, ſed cu-
Matth.18 rare. Nulla eſt enim damnatio his qui ſunt
in Chriſto Ieſu, nulla damnatio his q bo-
næ ſunt volũtatis. Et licet quotidie ſeptu-
agies etiam & ſepties peccent ex infirmita
te, nequaq̃ tamẽ deſperent, modo nõ iace-
ant vltro in peccatis, ſed mox reſurgãt &
propoſitum, ac ſi nunquam cecidiſſent re-
nouando, cęteraq́; delicta per confeſſionẽ
damnando, feruorem bonæ voluntatis re
ſtaurent. Væ ijs qui perdiderunt ſuſtinenti
am, hoc eſt, qui ex deſperatione aut ex ob Eccli.2
ſtinatione, aut dedita opera, atq; ex omni
no deliberato ꝓpoſito ſe auertunt à Deo.
Quod Deus à nobis auertat, qui regnat
per ſecula benedictus. Amen.

SERMO V. IN EADEM ſolennitate. Quid lux, quidue tenebrę, q̃ deniq; ſit bona uolũtas.

POpulus qui ambulabat in te-
nebris, vidit lucem magnam.
Iſaiæ IX. Oẽs nos fratres mei
in tenebris eſſe & natos, & ali
qñ vixiſſe, nemo eſt q neſciat.
Videamus tñ ne in tenebris maneamus
vſq; adhuc, poſtq̃ nobis ortus eſt ſol iuſti
tiæ, q hodie nobis nat⁹ eſt Chrs. Gaudea Lucæ 2
mus potius qa ipſe eripuit nos de poteſta Col.1
te tenebraꝝ, & trãſtulit nos in admirabile
lumen ſuũ. Ipſe eñ eſt lux illuminãs oẽm Iohan.1 Pſal.33
hominẽ venientẽ in hunc mundum. Acce
dite igitur chariſſimi fratres puerum na-
tum, & illuminamini, & qm̃ inuenietis eũ Lucæ 2
in præſepio pannis inuolutum, atq; ante
ora iumentorum poſitum, nolite trepida- Heb.6.
re, quia in tali forma eum videbitis vnde
facies veſtræ non confundentur. Illumina
mini, inquam, vt probetis eligatiſq; melio
ra ac viciniora ſaluti. Neq; enim noſtrum
eſt (q̃d Bernardus ait) quemadmodũ alio Bernar.
rum, circa communia præcepta languere,
ſed inueſtigare quæ ſit Dei volũtas bene-
placens & perfecta. Alioꝝ itaque eſt Deũ
diligere, noſtrum adhærere. Aliorum eſt
Dei præcepta ſeruare, noſtrum eius conſi-
lia ac beneplacita tenere. Venit itaq; Chri Lucæ 1
ſtus illuminare ijs qui in tenebris et in vm
bra mortis ſedent, ad dirigendos pedes e-
orum in viã pacis. Quibus tenebris? Quic
quid in intellectu eſt, quicquid in volunta
te eſt, quicquid in memoria nobis eſt, q̃d
Deus non eſt, aut cuius cauſa Deus nõ eſt
.i. quod propter Deũ intra nos nõ eſt, hoc
inter Deum & animã medium eſt, interſti
tium eſt, caligo eſt, tenebræ ſunt. Itaq; odi
um & inuidia tenebrę ſunt, rancor & ama
ritudo tenebræ ſunt, ſuperbia & animoſi-
tas tenebræ ſunt, gula & acedia tenebræ
ſunt, otiũ & diſſolutio tenebræ ſunt, pro-
pria volũtas, ſuipſius q̃ſitio, et amor pro-
prius tenebræ ſunt. Hæc vt à nobis expel-
lantur, Chriſtus lux venit in mũdum. Sed
proh

Iohan.1 proh dolor, dilexerũt homines magis te
nebras quàm lucem:dilexerũt magis pec-
Exod.10 cata ſua ac vitia, quam virtutem. Et ideo
qui eiuſmodi ſunt inde ad tenebras illas
horribiles Aegyptiorum perueniunt, qñ
reſiſtitur lumini, quando contradicitur
veritati,quando amãtur tenebrę,aut quã-
do (quod peſtilentiſſimum eſt) tenebræ
ignorantur tenebræ, ſed cenſentur defen-
dunturque pro lumine. Inde indurantur
inſipientia corda eorum, & magis obiur-
gatur iniquitatem arguens,quàm faciens.
Quis cæcos iſtos illuminabit,qui cæcos ſe
Iohan.9 neſciunt, & ſe dicunt videre? Si enim cæ-
ci eſſent,inquit Saluator, id eſt, ſi cæcitatẽ
ſuam attenderent & ſe pro cæcis haberẽt,
ſi ſeſe plangerent,peccatum non haberẽt.
Porro modo quia dicunt ſe videre, pecca-
tum eorum incurabile manet. Ad hæc e-
Ibidem nim lux iſta mirabilis venit in mundum,
vt qui cæci ſunt videant, & qui vident cæ
ci fiant:hoc eſt,ideo Chriſtus venit,vt qui
glorientur in lumine ſe eſſe,atque ideo il-
luminari ſe nõ petũt, nec luce egere ſe cre-
dũt, inde magis quotidie obtenebreſcãt.
Qui vero ſuam ignorantiam, ſuam infir-
mitatem,ſuam prauitatem,ſuam denique
(vt ita dicam) nihileitatem vere cogno-
ſcunt & odiunt, ĳ ad lucem venire ſata-
gunt, ĳ lucem quærũt. Hi inquã,ad Chri
ſtum veniunt,qui eius flagitant opem,qui
Iohan.8 ipſum ſequi cupiũt. Quiſquis enim Chri-
ſtum ſequitur,nõ ambulat in tenebris. Ea
propter non his qui tenebras ſuas amant,
non his qui peccata ſua defendunt,nõ his
qui ſeipſos dicunt non delinquere, aut nõ
errare,non his deniq; qui ſe non plangũt,
quia plangenda non vident, ſed exortum
Pſal.111 eſt in tenebris lumẽ rectis corde, non his
tãtum qui iam iuſti ſunt, ſed rectis corde,
id eſt,qui conuerſi recto corde Deum quę
runt,& boni fore ſtudent:quãdoquidem,
Lucæ 5 non veni,inquit Chriſtus, vocare iuſtos,
ſed peccatores ad pœnitentiam. Non eos
iuſtos ad ſe Chriſtus trahit,q ſe iuſtos ex-
iſtimant,qui aliena,nõ propria peccata vi
dent,qui aliĳs non ſibi delinquentibus ira
ſcuntur. Nec eos etiam peccatores quærit
qui ſua amant peccata,qui voluntatem de
linquendi non mutant,ſed eos qui ea quę
prioris vitæ ſunt,obliuiſcuntur, & ea quæ
hactenus bene agere videbantur contem
nunt,& ad anteriora ſe indies nouo ſemp
feruore extendunt:qui poſtremo quamli-
bet ſatagant bene agere,quamlibet omni
bus ſtudeãt delictis abſtinere, deſideria ta
mẽ & vitioſos motus inclinationesq; ma-
las plangunt,quas vel inuiti ſentiunt.Sen
tiunt tamen,licet non ita vt regnare pmit-
tant in ſuo corpore.Itaq; hæc illi non mi
nus plangunt et emendare ſtudent,quàm
alia quæcunq; grãdia peccata. Hoc modo
non reprobat dominus peccatores ſe plã-
gentes atque corrigentes, nec faſtidit bo-
nam voluntatem, ſi ferueat, licet in venia
libus (quibus tamen nulla detur opera)
ex infirmitate ſuccumbant.E diuerſo quo
que non recipit iuſtitiam, quam arrogan
tia inquinat,aut quã ſuperbia comitatur.
Peccatum igitur tenebræ ſunt. Verunta-
men his qui ſe extricare contendunt pec-
catis,qui ſuam vincere prauitatem conan
tur,qui Deum, non ſeipſos habent præ o-
culis,hoc eſt, vobis timẽtibus Deũ, ortus
eſt ſol iuſtitiæ:Vobis,inquam,ſuper cõſci-
entia veſtra vigilãtibus, & ſuper cuſtodia
gregis affectionum cogitationumque ve- Lucæ 2
ſtrarum ſtantibus annunciatur:Ecce euã-
gelizo vobis gaudium magnum,quia na
tus eſt vobis hodie ſaluator mundi. Itaq;
Chriſtus attulit nobis lucẽ in ſemetipſo,
qua videamus peccata nr̃a, qua odiamus
tenebras noſtras. Voluntaria em̃ eius pau Ibidem
pertas, qua nõ habuit locũ in diuerſorio,
nobis lux eſt, qua iã diſcamus beatos pau Mat.5
peres ſpiritu,quoꝝ eſt regnum cœlorum.
Charitas eius qua ſemetipſum pro nobis
obtulit ad docendum, ad ſuſtinendũ pro
nobis incommoda, exilia, perſequutiões,
plagas, crucem & mortẽ,qua orauit deni- Lucæ 23
que pro ſuis crucifixoribus,nobis lux eſt, Lucæ 6
vt diſcamus & inimicos diligere. Humili- Philip.2
tas eius qua ſeipſum exinaniuit formã ſer-
ui accipiens,qua contempta mũdi gloria,
non in palatio,ſed naſci voluit in ſtabulo, Lucæ 2
mori ignominioſe in patibulo, nobis lux Iohan.19
eſt,qua videamus quàm ſit deteſtabile cri
men lutum,id eſt, vilem homuncionẽ ſu-
perbire,extolli,aut nolle ſubĳci, dum vide
mus Deum immẽſum humiliari, contem-
ni,et hominibus ſubdi.Eius mititas nobis
lux eſt,qua famẽ,ſitim,frigora,verba,ver-
bera & vulnera tolerans,ſicut ouis ad occi Eſaiæ 53
ſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram
tondente ſe non aperuit os ſuum. Inde e-
nim videmus quàm nihil profit iraſci,quã
nihil minari:vbi paſſioni propriæ acquieſ
citur,vbi nõ Chriſto pro ſeruãda diſcipli
na ſeruitur.Inde diſcimus quã requiratur
à nobis vt ſilentio & manſuetudine lugea
mus

mus peccata noſtra,& ſi quid patimur,patientes ſimus,quando is qui non pro ſuis, ſed pro alienis peccatis afflictus, tanta mititate & lõganimitate ſuſtinuit.Ita chariſſimi fratres de oĩbus eius virtutibus cogitate,quas ſuo nos docuit Chrs exemplo, ſuo ſuadet cõſilio,atq; imitabiles ſuæ facit gratiæ adminiculo.Hortor igitur vos,accedite Chriſtum, contemplemini infantẽ, videte paupertatem,attendite humilitatẽ, cognoſcite manſuetudinem, admiremini patientiam : ad extremum reſpicite eius charitatem,virtuteſque omnes, quas tanquã in ſpeculo lux noſtra Chriſtus in ſeipſo nobis monſtrauit imitandas. Nihil ſalubrius hac meditatione, nihil contemplatione hac vtilius,qua deuota mens ſuam deformitatem ac difformitatem vidẽs compungitur, lugetque propterea quod tanto adhuc interuallo, tanta diſtat diſſimilitudine à virtutibus quæ ſibi in puero hoc monſtratæ ſunt. Atq; ideo maiori deſiderio accenditur imitandi, propoſitum innouat,neglecta reſtaurat, atq; pro adiutorio ipſum(in cuius luce ſuas videt tenebras)inuocat.Itaq; chariſſimi fratres, nemo ſit hodie q tenebras ſuas non illuminari à Chriſto flagitet,nemo quem Chriſti tanta dignatio non compungat,nemo quem charitas tanta non moueat, nemo cuius duritiam tanta benignitas nõ emolliat,nemo qui ſe non vſquequaque emendare atq; illi cõformare ſtudeat. Hoc propoſitum,hæc inſtitutio voluntatis,hãc feſtiuitatem decorat. Siquidem huiuſmodi feſtorum celebratio placet Deo,gaudiumque in cœlo angelis facit. Animarum nãque in feſtiuitatibus magis, quàm altariũ exornatio quærẽda eſt.Et ſicut ſuæ cognitio paupertatis, vilitatis, inſtabilitatis,infirmitatis,accẽdere debet ſancta deſideria, ita deſideria in nobis non debent eſſe otioſa,id eſt, non tantum manere debent deſideria:verumetiam ſequantur oportet conatus & opera,quorum frequentia atq; aſſiduitas generet habitum mentis, hoc eſt, virtutem. Scio, omnes quidem deſideramꝰ,ſed nobiſipſis, id eſt, vitijs noſtris,vim inferre nolumus.Cõquerimur nobis gratiam deeſſe,at iuſtius multo gratia cõqueretur ſibi deeſſe factores.Omnes quidem (vt verbis vtar Bernardi) peruenire vellemus ad Chriſtum,omnes hoc optamus. (Nemo eſt enim qui non velit eſſe felix,) at pauci poſt Ieſum volumus ire, hac via qua ipſe ambulauit,ambulare.Inde quotidiana eſt noſtra querimonia, hoc nos grauat,hoc moleſtum eſt,hoc nimis arctum, hoc nimis faſtidioſum,hoc pati nolumus, illud abnuimus facere, quaſi in noſtra ſit optione conſtitutum, in quo debeamus Chriſtum imitari. Cõregnare Chriſto optamus omnes,ſcientes quoniam delectationes in dextera eius.Et vtiq; cum eo regnabimus,ſi tamen hic fuerimus compaſſi,id eſt, ſi ea quæ moleſta, quæ dura,quæ vilia, quæ deniq; ignominioſa ſecundum ſenſum carnis vidẽtur, propter Chriſtum libenter,vt eius efficiamur imitatores,amplectimur.Itaq; accedamus ad Chriſtũ,vt ambulemus in lumine eius.Quod eñ gaudium nobis eſſe poteſt,ſi in tenebris ambulamus, & lumen iuſtitiæ non luxerit nobis? Quæ poteſt nobis eſſe cõſolatio, ſi nobis conſcientiæ deeſt tranquillitas, ſi cordis puritas,ſi pax animi,pietas mentis? In quo,inquam,gaudere, aut foris hilareſcere poſſumus,ſi interno à gaudio nr̃a mens vacat? Nam ſi conſcientiæ gaudium defuerit,qd nos lætos efficere poterit? Deeſt autem cõſcientiæ gaudiũ, ſi in tenebris & vitijs noſtris manemus. Nullũ enim eſt gaudium nec eſſe poteſt conſcientiæ,niſi in lumine,& niſi in veritate, qua diligẽda quis diligat,odienda odiat,plangat plangẽda, fugiat vitanda,quærenda inquirat, ſalutaria teneat. Hoc modo fiet vt cõſcientia imperturbata maneat,atq; tranquilla ſerenitate gaudeat. Quod vel hoc die conuenit maxime, q̃ melliflui facti ſunt cœli, quo pax nunciatur hominibus bonæ voluntatis,hiſq; euangelizatur natus adeſſe ſaluator.Fratres,ſi pax & ſaluator ipſe hominibus adeſt bonæ voluntatis, quid expectãt hi qui ſunt malæ voluntatis? Auertat hoc dñs à filijs noſtris, pro qbus dominũ magis rogamus, vt illuminet vultum ſuũ ſuper eos,vt & ipſi conuerſi ambulent dum lucem habent,antequam tenebræ eos exteriores inuoluãt, ſi(quod nõ ſperamus) quos tenebræ nunc interiores tenent. Auertat, inquam, hæc à nobis pius dominus noſter,ne inter nos ſint, qui tenebras ament ſuas,magis q̃ lucem. Confidimus aũt de vobis meliora,viciniora q; ſaluti fratres,tametſi ita loqmur. Non eñ ſolũ culpas arguimus perpetratas, ſed ne fiãt etiam præmonendo impedire deſideramus. Propterea enim plærunq; cõtra vitia prędicamus,ne ſingularia capitula & rephenſiones

Pſalm.15 Roma.8 Iohan.12 Ephe.5 Lucæ2 Pſal.66 Iohan.12 Iohan.3 Heb.6.

ſiões crebras facere cogamur, putãtes bo-
nis mentibus ſufficere vel pro emendatio
ne, vel pro vitiorum euitatione, prædicati
onem quę fit ad omnes. Bona enim mens,
bona voluntas, non expectat ſingularẽ ſui
reprehenſionem: ſed mox vbi didicerit in
ſe labem aliquam, vltro occurrit vt emen-
detur. Propterea enim pręedicationes fiũt,
vt auditoribus vitia & peccata oſtendan-
tur, arguantur, arceantur, emendentur aut
caueantur. Atq; ideo auditoribus ea quæ
conueniunt dici debent. Nam ſi contra v-
ſuras, ſi contra adulteria, ſi contra negoci-
atorꝝ fraudes vobis pręedicarẽ fratres, qđ a-
gerẽ? prorſus nihil. Monachis monaſtica
ſunt inculcanda inſtituta, atq; vt ſui ſint iu
Roma.12 riſiurandi (quod Deo fecerunt) memores,
diſcantque ſpiritu viuere, & mortificatis
vitijs Deo vacare inſtituendi ſunt: & quã-
uis alia fortaſſe libẽtius, non tamẽ fructu-
oſius audiũtur. Si enim in ſermonibus for
te quiſpiam tangitur, vt ſentiat ſibi hæc eſ-
ſe quæ dicuntur neceſſaria, gaudendũ eſt,
quod ſermo otioſus non fuit. Sed ſi bona
ſit voluntas locum etiã inuenerit vbi qui-
eſcat, & gratia Dei accedente fructum pro
ducat. Quod ſi mala ſit audientis volũtas,
is qui prædicat, ſi veritatem doceat, abſq;
culpa eſt, ſi auditor ſcandalizatur, hoc eſt,
Mat.15 ſi ſua obſtinatiõe peior efficitur. Sic enim
Iohan.6 contigit & domino Ieſu, quod quidã au-
dientes illum ſcandalizati ſunt, quidã abie
2.Cor.2 runt retrorſum. Et nos cum Paulo apoſto
lo: odor ſumus vitæ, bonis in vitam, & o-
dor mortis malis in mortem. Verũ, ſicut
prædixi, nõ vt hæc ita ſint in vobis, hæc lo
quimur: ſed ne tẽtet vos ſatanas, veſtram
Acto.5 filij imbecillitatẽ præmonẽdo erigimus.
Cuius vt aſtutias euadamus, præmuniat
quæſo nos ſua gratia Ieſus Chriſtus Dei
& virginis filius qui eſt benedictus in ſe-
cula. Amen.

SERMO I. IN SOLEN-nitate apparitiõis dominicæ. Quæ munera Chriſto offeramus, et de ſtabilitate monachorum uirtutiſque difficultate.

OBtulerũt magi domino mu-
nera: Aurum, Thus & Myr-
rham. Mat. II. Quicquid ad
hiſtoriam feſtiuitatis hodier
næ attinet fratres chariſſimi,
ſatis Euangeliũ, eiuſq; elucidationes no-
bis ſignificant. Hoc nobis tãtum reſtat in-
quirendum, vt quid nobis in his eruditio
nis ꝓferatur, intelligamus. Tres magi pri-
mitiæ ſunt gẽtium in fide, qui cum mune-
ribus quæſierunt adorare Deũ. Nullã hic
receperant legem, nullam promiſſionẽ à
Deo, præter eam quæ Balaã hariolo reue- Nume.24.
lata fuerat: cuius notitia ad eos putatur ꝓ-
ueniſſe, quandoquidem aſtrorum cõtem-
plationi inſiſtebant. Hi itaq; dum ſtellam
ſingularem, & præter aliarum morem ful
gentem ac ſituatam cernerent, in eius ad-
miratione attoniti, quid per eam ſignifica
retur, edoceri cupiebant. Quam cũ regis eſ
ſe magni, regis Iudæorum didiciſſent, ili-
co eadem duce, & ſpiritu ſancto trahente,
vbi Chriſtus natus fuerat ad locum perue
nerunt, offerentes eidem regi infanti mu-
nera. Chariſſimi fratres, nos ſumus q huc
ſtella duce, id eſt, qui diuina gratia nos il-
luſtrante, peruenimus. Neque enim aliud
quid nos huc ad Chriſtum pertraxit (ſi ta-
men pure Deum quæſiuimus) nihil aliud
nos conuertit, quã lux diuinæ gratiæ hac
ſumus vocati, hac etiam ſumus tracti ad
Chriſtũ. Non igitur iam ſimus gratiæ Dei
ingrati: offeramus oportet munera, redda Pſalm.65
mus vota domino, quæ diſtinxerunt labia
noſtra. Quæ? Caſtitatem, paupertatem, o-
bedientiam. Caſtitatem, vt non ſolum ab
omni opere carnis impolluti, verumetiam
à cogitatione & affectione mundi ſimus.
Os contineat ſe à verbis impudicis & ſcur
rilibus, manus atque omnia membra à la
ſciuia abſtineant. Cor à delectatione qua-
cunque carnali tempore. Atq; vt breuiter
dicam, profligata vndecunq; atq; omniũ
tam carnis q̃ ſpiritus illecebra in caſtitate,
in puritate & ſynceritate tẽplum Dei ſan-
ctũ efficiamur. Quã breuis eſt delectatio
pro qua amittitur æterna beatitudo, q̃ vi-
lis, q̃ ſpurca, quã deniq; nulla? Certum ſit
vobis chariſſimi, ſi quis in corde ſuo vltro
volutet retineatq; cogitatiões de luxuria,
aut alio quocũq; peccato mortali, propte
rea quod conſentit in delectationẽ rei co-
gitatæ, tametſi opere nolit, quãuis poſſet
perpetrare ea quæ cogitat: ſed ſponte dele
ctatur, inquam, in delectatiõe peccati co
gitati peccat mortaliter, & Dei ſe facit re-
gni exhæredem: ſecus ſi inuitus atq; reni-
tens patitur. Videte igitur quanta mundi
cia velit templum ſuum ſeruari Deus, qñ
non ſinit, ſed vetat ſub æternæ damnatio-
nis pœna, ne ore, ne corde, ne mente, neve
quo-

quocunq; alio modo conſentiamus peccato, neve ſponte poſt deliberationem rationis permittamus, vt aliquid ſit in nobis (cuius habemus poteſtatem) quod amicitiã habeat cum hoſte ſuo, id eſt, cum peccato. Omnia nanque membra, omnes cogitatus, omnes affectus, omnem denique intentionem noſtram vult eſſe in nobis ſancta, caſta & lucida. Videant igitur nunc qui cõfitentur, quomodo clare exprimant, ſi vel cogitationis delectationẽ, id eſt, peccati cogitati amorem ac voluptatem in corde retinuerint uolentes, q̃uis faciendi nullã habuerint volũtatem: quia ſi habuerunt volũtatem cogitandi, idq; propter delectationem quæ eſt in re cogitata, quę res ſi in ſuo foret genere peccatum mortale, etiam delectatio cogitationis voluntaria, erit mortalis. Porro ijs qui inuiti phantaſijs vexantur carnalibus atq; renituntur, magis eſt ipſa tentatio ad virtutis exercitium, q̃ ad peccatum. Quicquid em̃ contra voluntatem noſtram ſentimus, quamlibet malum ſit, nos non inquinat. Itaq; Chriſto munus impollutæ caſtitatis offeramus. Deinde alteꝝ quod vouimus eſt paupertas, qua nullius rei dominium aut proprietatem habeamus, ſed vſum tantum ad prælati voluntatem mutabilem ac reuocabilem. Vnde abſq; voti læſione nulla eſt monacho copia (niſi adminiſtrationẽ ſibi aliquam habeat cõmiſſam, quam bona fide pro uoluntate prælati exequatur) quippiam magni paruive dandi, aut à ſe alienandi. Alienandi dico, non ſolum à monaſterio, ſed etiam à ſeipſo. Quapropter nequaquam abſq; vitio proprietatis monacho licet dare vel monacho alteri, vel fratri quicquam ſine licentia: quia nullius rei habet poteſtatẽ, ſed tanquam eoꝝ quæ ſibi accommodata ſunt à prælato, vſum duntaxat habet ſolum, ſiue ſit cibus, ſiue potus, ſiue res alia quæcunq;. Quem vſum ſi retinuerit, fas illi non erit alteri, quàm prælato aut ei à quo iuſſu prælati accepit reddere, niſi conſenſum prælati aliter habuerit faciendi. Ad paupertatis præterea obſeruantiam neceſſarium eſt omnium quæ ad vſum habet, aut quorum vſum habet monachus eſſe animo liberum atq; alienum, quo paratus ſit non ſolum abſq; verborum cõtradictione, ſed etiam abſque animi murmuratione atq; triſtitia ad præſidẽtis voluntatem libere reſignare atq; relinquere quicquid habet. Si ita ſe monachus is inuenit coram deo, gaudeat & gratias agat quod munus ſanctæ paupertatis Chriſto offerendũ habeat. Porro ſi aliter ſe inuenerit, vt aut det recipiatve quippiam ſine licentia, aut vt clàm velit eſſe prælato q̃d tractat, aut vt æquanimiter ferre non poſſit, ſi ab eo prælatus aliquid tollat, proprietarium nõ pauperem ſe cognoſcat. Ideoque pœniteat, & ſe antequam iudicetur à domino, corrigat. Tertium q̃d deo obtulimus & ſeruare debemus, eſt obedientia, vt nullius rei cõtradictionem aut electionem habeamus aliam, quam eam qua diuinæ obtemperandum eſt, aut prælati (ſi conſtiterit) voluntati. Hic truncatur omnis tergiuerſatio, omnis excuſatio, omnis exceptio, quia nude, plene ac integre promiſimus: ideoq; nude, plene ac integre ſeruare debemus obedientiam. Nõ oportet te monache diſcutere quare tibi hoc magis quàm alteri præcipiatur, nec quare illud fieri iubeatur eſt percontandum: ſed cauendum magis ne præuaricatione incidas periculum, neve obedientię perdas meritum. Agendum eſt potius vt abnegationis tuæ referas fructum. Hoc igitur tantum cura, ut ſine murmure & triſtitia per te fiat, quod prælatus iuſſerit faciendum. O quàm fatui ſunt & inſipientes, qui licet obediant, cum murmure tamen faciunt, quæ debent. Laborem enim ſibi augent, conſcientię hilaritatem atque ſerenitatem tollunt, gaudium & pacem cordis à ſe procludunt, & fructu atque mercede, imo gratia diuina (quam humiliter obtemperando ſibi potuiſſent comparaſſe maiorem) ſe ſpoliant. Hæc ſunt munera quæ deo promiſimus offerenda. Non tamen hęc tantum tria vota, ſed alia etiam, puta conuerſionem morum, ſtabilitatem ac perſeuerantiam deo promiſimus. Conuerſionem morum, vt videlicet vitam noſtram regulemus iuxta ſtatuta noſtra ſanctionesq; patrum noſtroꝝ. In quibus cum præcipua ſint conuerſionis inſtrumenta, ſilentium & ſolitudo, cum maiori etiam diſpẽdio profectus ſpiritualis hæc deſeruntur. Oſtendat mihi quis bonum monachum, qui non ſeruet ſilentium ac ſolitudinem. Impoſſibile eſt dari. Nam abſque ſilentio & ſolitudine, is qui ex ſua vocatione ea debet obſeruare, nemo fiet ſpiritalis. Quomodo enim fieret per diuinam offenſam & ſtatutorum ſuorum

1.Cor.11

rum tranſgreſſionem? Quocirca quiſquis hæc contemnit, deum contemnit, quia ſuam loquendi libidinem diuino beneplacito & propriæ ſaluti anteponit. Magis enim eligit deum offendere, quàm homini fratri in trãſgreſſione eadem complici nõ acquieſcere. Magis vult gratiam dei à ſe, q̃ hominis amicitiam pernicioſam (quæ contra Chriſtum, contraq; eiuſdem beneplacitum conciliata eſt) elongari. Heu infelix quiſquis ad tranſgreſſiones conuerſionis tuæ facilis, leuis aut cõtumax, quiſquis abiecto dei timore, quæ deum offendunt tractare, aut agere non formidas. Quid proderit tibi huius aut illorum fauor aut amicitia ſuper Chriſtum non fundata, nec virtutibus, ſed tentationibus & tranſgreſſionibus conciliata? Nonne cuncta quibus homo innititur, deo ſuo excepto, fallunt, deſerunt: nec tunc excuſabunt iuuabuntve nos cum ad Chriſti tribunal rapiemur? Non dicere poteſt: Ego alios ſic vidi tranſgredi? Nunquid exempla praua te excuſabũt? Aut dicere ne potes? Metuebam perſequutiones malorũ, ideo cogebar me illis conformare. Metuebas homines, non metuebas deum? Ne-
2.Tim.3 ſcis quia Paulus te præmonuit: Omnes qui pie volũt viuere in Chriſto, perſequutionem patientur? Sine ergo vt rideant te
Pſal.125 alij, ſine vt murmurent. Semina tu interim lachrymas: veniet tempus vt in exultatione metas. Veniet tempus vt tu epuleris ab hubertate fructuum manuum tuarum. Hi vero qui tuam deuotionem ſpernunt, aut calumniantur, in tribulatione maxima erunt. Siquidem quando omnis
Matth.3 Lucæ3 arbor ſterilis excidetur & in ignem mittetur, tunc & ipſi non ſolum otia, verumetiam & multo plus mala ſua lugebunt. Verum illis ſicubi ſunt relictis vos chariſſimi memores propoſiti veſtri, tẽdatis ſemper ad perfectionem nec regredi, ſed progredi ſemp feſtinetis. Curate vt odorem ſancti feruoris, bonumq; exemplum nouitijs poſteriſque veſtris relinquatis, quo in vita veſtra non minus quàm in ſtatutis legant quid liceat aut quid non liceat. Poſtremo, ſtabilitatem & perſeuerãtiam deo ita promiſimus, vt & illa reſpiciat locum, hæc ordinem. Itaq; deo promiſimus nos & hoc in loco ſtabiliri, & in hoc viuendi genere perſeuerare. Propterea nuſquam abſque tranſgreſſione fas eſt vel in animũ admittere cogitationem demutando vel loco vel ſtatu. Videant quoties contra ſuam profeſſionem agant, ſi qui ſunt qui nõ ſolum intra ſe cogitant, ſed nihil etiam non tentant mouentes omnem lapidem, vt ſui emiſſionem, rupta loci ſtabilitate ad aliud monaſterium impetrent. Et licet neminem qui ſua id auſus fuerit temeritate rogare abſque graui animæ iactura, emiſſionem huiuſmodi ſciant impetraſſe, neminem videant meliorem inde, ſed infirmiorem multo factum, propterea quod ante à ſuis paſſionibus ſit victus, quodq; ea quæ contra deum & ſuam profeſſionem ſunt, importunitate ſua impetrauerit, atque ideo quæ male inchoauit neceſſe ſit peius conſummauerit, tamen alieno periculo nihilo doctiores aut prudentiores facti, ſuapte voluntate ruere volunt in ignem. Verum vobis chariſſimi fratres non ſic, non ſic vobis agendum eſt: quoniam potius quod ſemel deo promiſiſtis vobis placeat. Atque id adeo vt etiam quotidie renouetis feruorem bonæ voluntatis. Impoſſibile eſt enim animum ſtabiliri in aliquo bono propoſito, quãdiu homo fluctuat, aut ſe non firmat vno loco. Faciamus igitur hic quod alibi neceſſe foret vt faceremus. Virtus vt virtus ſit, neceſſe eſt vt habeat laborem, habeatque ſui perſequutionem. Familiare licet ſit virtuti, vt quàmuis omnem operam nauet, nihi ſe feciſſe, nihil ſe paſſam exiſtimet, quemadmodum e diuerſo peculiare eſt iniquitati vt cum bonos cunctos premat, ſe premi clamet, propterea quod boni eorum non conſentiunt iniquitati. In perſequutione igitur virtus, quæ vera eſt virtus, creſcit quæ falſa, deficit. Hoc enim ſolo pacto virtus probatur, ſi conſtans, dum perſequutionem patitur, inuenitur. Et clarior quoque inter aduerſa nobiliorq; eſt, quàm inter proſpera. Longe enim plura atq; excelſiora ſibi merita comparat, quiſquis inter malos, quàm qui inter bonos bonus eſt. Nemo tamen fratres ſuos æſtimare debet malos, licet videat in eis quæ non ſint imitanda, ſed committat hæc diuino judicio, quandiu eos ex officio non tenetur iudicare. Suo domino ſtent aut cadãt. Roma.14
Ipſe interim ſuam conſcientiam cuſtodiat: quam non cuſtodiet, ſi vel alios iudicare, vel ex ore aliorum, aut fugiendo vituperium, aut expectando laudem, voluerit habere teſtimonium. Hoc enim nequaquam ſecurum aut firmum habebit, niſi con-

conſcientia, niſi ſacra ſcriptura, niſi deni-
que prælati iudicium conſentiant. Tunc
Iohan. 8 enim his teſtantibus conſolari poteſt ſei-
pſum, quod ambulet in lumine, hoc eſt,
in veritate, quod omnibus nobis largia-
tur Ieſus Chriſtus dei & virginis filius, in
ſecula benedictus: Amen.

SERMO II. IN EAdem ſolennitate. De ſtellæ cōditione, Magorumque fortitudine ac deuotione.

APparuit benignitas & huma-
nitas ſaluatoris noſtri dei, ad
Titum tertio: Chariſſimi fra-
tres, quomodo dei gratiam
potuiſſet benignior nobis ex
hiberi, aut maior, quàm quod idem qui
eſt iudex & vindex noſter, factus eſt no-
Eſaiæ 45 bis ſaluator? Ante hac deus vocabatur
Pſal. 93 abſconditus, deus vltionum, deus exerci-
Eſaiæ 6 tuum, deus iudicij, cuius omnipotens no
Eſaiæ 30 men eius, nunc vocari vult Emmanuel, Ie
Exodi 15 ſus. ſaluator. Nec hodie, quemadmodum
Eſaiæ 7 olim cum ad filios Iſrael deſcenderet ſu-
Matth. 1 per montem Oreb, audiuntur tonitrua,
Exodi 19 nec micant fulmina, nec buccinæ clangor
Exodi 20 metum atque formidinem incutit audien
tibus, nec prohibetur ne vel ad radicem
quidem mōtis accedat quiſpiam: ſed mon
ſtratur iucunda lux de cœlo, nox verti-
tur in diem, auditur angelorum iubilus,
Lucæ 2 cantantium atque laudantium deum, di-
centiumque: Gloria in excelſis deo, & in
Matth. 2 terra pax hominibus bonæ uoluntatis.
Mittuntur ab angelo paſtores, & ſideris
ductu adueniunt reges ab oriente. Inueni
Pſal. 113 tur infans quidem paruus, ſed amabilis
Baruch 3 nimis in præſepi, deus & homo. Non iam
gentes nobis improperant: Vbi eſt deus
Titi 3 eorum? Ecce in terris viſus eſt, & cum ho
minibus conuerſatus eſt. Ecce apparuit
benignitas & humanitas ſaluatoris no-
ſtri dei. Apparuit, & ſicut pro omnibus
venit, ita omnibus quātum in ſe fuit, hoc
eſt, quærentibus ſe, benignum ac pium
exhibuit. Propterea enim depoſita ma-
ieſtate in humana natura, in infirmita-
te, in paupertate, in labore, & afflictio-
ne apparuit, in profundiſſima humili-
tate vixit, vt nemo ſit qui illum non re-
quirere audeat, nemo qui accedere me-
tuat. Adde nunc quanta apparuerit beni-
gnitas in gentium vocatione, quarum ho
die primitias in his Magis gentilitas ipſa
Chriſto miſit. Quanta, inquam, piiſſimi
dei noſtri benignitas, quæ hos Magos vt
ſtellam obſeruarent, monuit: vt inueni-
rent, oſtendit: vt agnoſcerent, edocuit: vt
ſequerentur, inuitauit: & ne cuiuſuis po-
teſtatem metuerent aut tyrannidem, con
fortauit? Quanta benignitas quod illis
non angelum, non prophetam (quos for-
taſſe reſpuiſſent) ſed (quod illis erat fami-
liare, quod illos vtpote aſtrologos pro-
moueret) ſtellam miſit, quæ ſua nouitate
curioſos in ſui admirationem conuerte-
ret, quæ ſua ſingularitate ad inueſtigan-
dum alliceret: quæ denique mira, ſed oc-
culta virtute quadam (quod vel in eius ſi-
gnificatione vel reuelatione diſcebant)
ad ſequendum illos attraheret? Mira ſa- Sapient. 8
ne diſpenſatio & inſcrutabilis ſapientia
dei ſuper filios hominum, omnia diſpo-
nens ſuauiter: quę nimirum & hominum
& gentium moribus condeſcendens, o-
mnium meditatur operaturque ſalutem.
Atque ideo Magos hos per ea quæ fami-
liaria eiſdem conſuetudo fecerat, vocat.
Ingens nanque ac clarum illis aſtrum o-
ſtendit, quod à cæteris multum maxime
diſcreparet, puta magnitudine, claritate
ſitu ac motu. Hoc eos de ſua natiuitate 1 Reg. 5
qui ſidera obſeruabant, informauit. Simi-
le aliquid Aſcalonitis olim atque Gazen-
ſibus legitur factum (arca dei capta ac cir
cunducta dum plagam temeritatiſq; ſuæ
vltionem quandoque ſentirent ciuitates
Philiſtęę) id quod in ipſorum remedium,
eorum diuini fieri iudicabant, populique
tunc illarum regionum credebant atque
ordinabant, deus benigna condeſcentio-
ne firmauit, diuinantium idololatrarum
ſententiam approbans. Neque enim ma-
ieſtate ſua putauit indignum, vt vel ibi
q̄d profani cōſultantes diffiniſſent, in effe
ctum operis perduceret, quemadmodum
abſurdum hic non iudicauit, vt aſtrorum
contemplatiuis, nouo ſidere, nouam ſu-
am natiuitatem monſtraret. Stella igitur
Magos eoſque philoſophos, (apud Per-
ſas nanque reges erant philoſophi) ad pr̨æ
ſepe ſuum adducebat. At poſtquam ado-
rauerant, poſtquam munera obtulerant,
poſtquam fide iam roborati erant, non
ſtella, ſed per angelum illos præmonuit,
quo Herodis cauerent inſidias. Stella hæc
quod non vna de cæteris, ſed virtus quę-

Iohannes Chryſoſtomus. dam inuiſibilis (quod Chryſoſtomo placet) in ſpecie ſtellæ fuerit, vel inde liquet, q̄d ſingulari inſolitoq; motu (q̄d reliquis ſtellis prorſus incongruum eſt) ab oriente in meridiem ibat. Deinde, quoq; quod in die adeo erat luminoſa, quod ſole quoque fulgente videretur. Quam lucendi virtutem plane nulla alia ſtella, ſed ne luna quidem obtinet. Vnde de ſtellis olim creatis, nullā fuiſſe credenda eſt. Accedit præterea tertia conditio, quod haud continue videbatur: ſed nunc quidem præcedens iter monſtrat & conducit, nunc vero ſe abſcondit, tandemque iterum ſe manifeſtans quo vult ſequentes ſe perducit. Poſtremo, quod non in excelſo ſuum habet ſitum atque motum, ſed ad inferiorem aeris regionem deſcendens, oppidulum monſtrat & domum: atque adeo locum ipſum vbi natus erat puer, quomodo non ſingularis atque à cæteris difformis ſtellæ eſt indicium? Hæc enim nulla in excelſo ſita ſtella poſſet mōſtrare. Nam in excelſo ſtans, quomodo poſſet tuguriolum illud quod intrare debebant monſtrare? quandoquidem & oppidulum totum ſi fuiſſet monſtrandum ſtellæ cuiuis ſatis erat anguſtum. Stabat itaque (quod Matth. 2 euangeliſta ait) ſupra vbi erat puer, tam vicina ſane domui, vt quam ex omnibus deſignaret non ambigeretur. Verum hæc quidem de ſtella. Cęterum de Magis quoque quanta hos excitarit deuotio, quanta fides permouerit, non eſt tacendum. Nam vt tam longinquam aſſumerēt peregrinationem, quæ potuiſſet tantos viros alia ratio permouiſſe, niſi deuotio qua aliquid numinis credebant in infante, cuius tam ſingularem videbant ſtellam in cœlo? Neque enim quem quærebant ſuæ, ſed alienæ erat gentis rex futurus: quare nullum fauorem nihilque temporalis gratiæ poterant hic venari. Accedit, quod nec patrem puer hic habebat regem temporaliter regnantem: quem ſi habuiſſet, potuiſſent plane ſuſpicari quod in gratiam patris honorare voluerint filiū. Aut ſi Chriſtum in regia maieſtate inque matura ætate conſpexiſſent imperitantem, ſuſpecti fortaſſe haberentur quod ad conciliandum huius ſibi fauorem amicitiamque copulandum voluiſſent adulari. Iam vero cuius patrem neſciunt, aut fabrum hunc bonum IOSEPH putant, in pauperis matris gremio latentem, nihil faſtuoſum, nihil magnificum ibi cernunt. Hunc tamen credunt, hunc venerantur, hunc ſalutant, hunc adorāt regem. Quid, quod ad alienam gentem venientes, ciuitatemque regiam intrantes, cuius rex etiam tum viuebat, præſtoque aderat, illo tamen quaſi ſpreto, non metuunt de alio nouo rege nato ſciſcitari? Vbi eſt, inquiunt, qui natus eſt rex Iudæorum? Quomodo nō mille mox gladios o Magi contra vos metuitis nudandos, qui audetis alium præter eum qui tunc regebat regem nominare? Iam vero non ſolum nominare audetis, ſed, Venimus etiam dicitis adorare eum. Vnde hic vobis animus, vnde hæc fortitudo, niſi ex fide & deuotione? Credebant puto ab hoc, quem puerum quærebant ſeſe poſſe defendi. Nec eos fefellit opinio. Poſtremo, vt omnino certum ſit ſola fide atque deuotione attractos, mox vbi adorauerāt, & munera obtulerant, quaſi peracto negocio (pro quo tanta terrarum ſpacia fuerant emenſi) ad propria redierunt, Nihil ſcandalizati domini infantia, nihil eius paupertate auerſi, crediderunt regem, cuius inſignia regni nulla viderunt. Obtulerunt munera ei, quem an denuo eſſent in terris viſuri, ignorabant. Si tanta fides animauit hos, vt apud alienam gentem neq; tumultum populi, neque perſequutionem expauеſcerent regis tyranni, ſed liberi, Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorū dicerēt? Quanta putatis illos conſtantia, quāto zelo ſuę genti poſtea prędicaſſe, vt ciuium ſuorū magiſtri & teſtes fierent Chriſti, idque potiſſime, cum & poſt ſtellam ducem prophetarum interim teſtimonia didiciſſent, & in ſomnis præmoniti ab angelo accepiſſent eruditionem? Videte quàm iuſte gentium fidem (vtpote quæ Iudæorum erat futura præſtantior) hi viri fide inſignes præfigurarunt: merito propterea à nobis quoque honorandi, quos non tam ſapientia & gloria mundi ſpectabiles, quàm fides (qua per lōga terrarum ſpacia Chriſtum quærunt) fecit præſtantes. Verum, quanti eſt facienda horum qui de remotis terræ finibus adueniunt deuotio, tantum nauſeanda planeque execranda eſt Iudęorum tepiditas, qui nec ad Magorum pietatē, nec ad ſideris nouitatem, nec ad proprij teſtimonij ſui (quod ex libris producunt) veritatem, de loco ſuo ſunt moti, vt vel curioſitate diſcerent quis eſſet rex qui illos libe-

Ibidem. Ibidem.

liberare veniſſet. Penſemus nunc fratres chariſſimi, vtrum Magorum videlicet feruorem, an ignauiam Iudæorum malimus imitari. Decet nos (ni fallor) Magorum imitari feruorem, vt nos quoque quæ in dei noſtri cultum ſunt, prompta mente hilarique corde offeramus. Torpor hinc abſcedat omnis, abſcedat ignauia, abſcedat tepiditas, abſcedat inſipiditas, abſcedat amaritudo: vt quę diuina ſunt nos delectent, & in opere domini feruentior ſit pluſque cupiat voluntas, quàm facultas poſcit. Deuotio exhuperet vires, nec alia ad hæc nos moueat ratio, quàm diuinæ vt placeamus voluntati, diuino vt obtemperemus beneplacito. Magi hauddubium in fide ipſis continue perfectiores gaudebant, quod non fruſtra tantos labores inſumpſiſſent, & quem hominem videbant, deum adorant. Nos quotidie in altaribus chariſſimi CHRISTVM inuenimus. Ibi adoremus, ibi noua quotidie deuotione ipſum ſalutemus, ibi munera, id eſt, noſipſos, hoc eſt, quicquid ſumus, quicquid valemus, quicquid habemus, ſiue in bonis naturalibus, ſiue gratuitis, ab ipſo nos accepiſſe cognoſcamus, ipſi pleno corde denuo offeramus in omne eius beneplacitum: eodem præſtante, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit, & regnat benedictus in ſecula. Amen.

SERMO III. IN EAdem ſolennitate. De tribus Magorum muneribus myſticis, & triplici myrrha.

OBTVLERVNT Magi domino aurũ, thus, & myrrham, Matthęi ſecundo. Magna hodie chariſſimi eſt feſtiuitas, qua primitiæ gentium ad agnitionem filij dei vocati, eidem (licet infanti atque in matris gremio reſidenti) munera plena fide obtulerũt. Quorum non ſolum vt illuminationi gratulemur, verumetiam imitemur deuotionem admoniti, ſalutemus matrem gratiæ, dicentes: Aue MARIA. Obtulerunt Magi domino auꝝ, thus, & myrrham. Sancti igitur viri iſti, quos vocatio ſuperna à regionibus longe diſtantibus ad CHRISTVM viſitandum, adorandum, honorandumque muneribus attraxit, ſicut ipſi vniuerſaꝝ gentium, ex quibus ſibi Chriſtus elegit eccleſiam illuminandarum tenuere figuram, ita eorum munera quid offerre debeamus myſtice nos inſtruunt. Ipſi obtulerũt aurum, thus, & myrrham. Nos vero fratres à diuerſis regiõibus aduocati, & ad CHRISTVM hic adunati ſtudeamus eadẽ quotidie offerre Chriſto, quæ ſemel ipſi obtulerunt. Principio offerendum eſt aurum. Per aurum intelligi charitatem quis neſciat? Neque enim diſſonat quod in Apocalypſi cuidam ſuadetur emere aurum ignitum, vt deo locuples fiat: quandoquidem diuitiæ noſtræ [Apocal.3] omnes (de internis enim loquimur) in ſola æſtimantur charitate. Tanto nanque vnuſquiſque perfectior, tanto ſanctior, tanto deo acceptior, tanto denique meritis eſt ditior, quanto charitate eſt maior. Creſcente enim charitate, creſcunt reliquæ etiam virtutes: quemadmodum illa decreſcente aut deficiente, deficiunt. Cæterum, ſine charitate nullam eſſe virtutem, nullum meritum vel ex Paulo ad Corinthios manifeſtiſſimum eſt. Eſt igitur auri oblatio neceſſaria, vt quicquid offertis [1.Cor.13] aliud, quicquid agitis non ſine auro offeratis, hoc eſt, nihil vos ad agendum moueat quàm charitas, nullus reſpectus ad proprium commodum, ſiue id ſpirituale ſiue naturale fuerit, ſed pura (vt ita dicã) intentio placendi deo. Fertur CROESVS auri appetentiſſimus optaſſe, vt quicquid tangeret, verteretur in aurum. Ego [Crœſus.] vobis nõ minora opto chariſſimi, vt quicquid corde tangitis, quicquid cogitatis aut deſideratis fiat aurum, id eſt, prodeat ex charitate? Hoc, inquam, opto, hoc vobis precor, & vt pro illo nitamini ſuadeo, quo veſtrum nemo ſit qui non in omnibus pure quærat deum, & extra hunc aliud nihil intendat. Sit in vobis fortis vt mors dilectio, extra ſe alia omnia deſtruens & conſumens: ipſa vero à nullo vin- [Cant.8] cibilis aut corruptibilis, qua tanquam aurum in igne probati nunquam deficiatis. Quippe quos neque triſtia neque læta poſſint ſeparare à charitate, quæ eſt in [Eccl.12] CHRISTO IESV, & iam non modo aurum offeratis, ſed aurum etiam ipſi [Roman.8] ſitis. Altera eſt oblatio thuris, quam offerre debemus CHRISTO. In thure deuotionem intelligimus, quæ ſuauis ac pia eſt affectio cordis in deum, feruentem ac promptum habens animum tradendi ſe in

in omnia quę ad dei pertinent honorem.
Cant.4 O quàm velociter aſcendit hæc virgula fumi ad deum, quàm ſuauiter olet in conſpectu domini, quàm benigne à deo reſpicitur, quàm potenter illum placat, qui ex ſua natura vult miſereri, quàm dulciter allicit eum qui ſua ſponte, vbi receptorem inuenerit, ſe effundit, quàm violenter denique eum trahit qui præ dulcedine bonitatis cõtinere ſe nequit. At e diuerſo q̃ abominabilis eſt tepor indeuoti cordis, qui deum à ſe auertit, & eidem nauſeam prouocat. Hic eſt eorum qui pacem & requiem quærunt in creaturis, qui naturæ commoda obſeruant, qui ſtant in ſeipſis, nec ſuis deſiderijs ac ſenſuum oblectatiõibus moriuntur, ſed cum priuato amore deo ſeruiunt. Quare licet quæ faciunt bona ſint, ea tamen ſemper potiora ac chariora habent, quæ ex propria voluntate naſcuntur. Sua magni æſtimant, iudicantes aut aſpernantes aliena. Hi parum habent de ſui abnegatione: atque ideo thus eorum inquinatum eſt, deuotio impura. Verum hi valeant cum ſuo tepore. Vos dilectiſſimi quicquid agitis, cum feruore & animi
2.Cor.9 alacritate agite. (Hilarem enim datorem diligit deus) vt ex thure deuotionis veſtrę ſuauitatis odor ad deum aſcendat, ſimulque vos reficiat, & proximos veſtros recreando ad deum trahat. Satagite pietatis odorem & bonæ ædificationis exempla alterutrum ingerere, viciſſimq; recipere. Atque ſi quid minus fortaſſe ad huius thuris cremationem quod cordis veſtri prunas debeat excitare in viuentium conuerſatione cernitis, ad ſanctorum præcedentium, potiſſime autem ad Chriſti exempla recurrite. Horum vitam inſpicite, & fragrantiſſimæ ſanctitatis odorem ſpiritu haurite. Haurite, inquam, & intra vos ita per imitationis ſtudium trahite, vt ex vobiſipſis, poſtea proximis veſtris idonei ſitis deuotionis thura cremare. Sentiant vobiſcum viuentes quod non ignauiter, nec ſine fructu ſanctorum vitam didiciſtis. Sic legite, ſic audite, vt imitãdum ſemper aliquid in cor veſtrum reponatis. Ad hoc iuuat interdum ſignum, ſiue (vt ita dicam) memoriale, exterioribus oculis apponere. Vt quotieſcunque illud præteritis, propoſitæ virtutis admoneamini, vt vel imitandi recaleſcat deſiderium, aut certe gemitus enaſcatur, quod ab huius virtutis fragrantia adhuc tam diſpares, tam diſtantes, tam denique eſtis alieni. Anhelate tamen vt ad hanc oblationem thuris pertingatis. Quàm re vera mirum in modum felix eſt, quiſquis interno ac iugi deſiderio ad deum feruet, quiſquis animo ſemper parato aduolat, quiſquis promptum ſeſe offert ad quærẽdum ac diligendum deum, & ad quæcunque alia, quæ ad eius attinent honorem, cultum ac beneplacitum. Verum, id faciat oportet pure propter deum, non propter dona, nõ ſpe præmij, non metu pœnarum, non etiam propter gratias, aut aliud quodcunque (q̊d tamen in incipiente toleratur) ab eodem recipiendum aut habendum, quod non eſt deus: ſed, vt dixi, ſine vllo reſpectu ſuiipſius, nude, pure, ac ſimpliciter propter ipſum. Rariſſima eſt hęc deuotio, cui tam caſta, ſimplex, pura, deiformiſq; inſit intentio, ut nulla ex parte homo quærat ſeipſum. Tertia eſt oblatio myrrhę: quam vel ideo nouiſſime recenſeo, quod ſine auro ac thure recte nunquam offertur. Per myrrham enim amaritudinem mortificationis intelligimus, quæ ſine charitate & deuotione nunquam perficitur. Siue enĩ patimur, ſiue operamur, ſi in deum ex charitate non id referimus, laborem fruſtra inſumimus. Sæpe enim huiuſmodi opera quàmuis de genere ſint bonorum, & ſpeciem præterea pietatis habeant, ſi tamen ex charitate non prodeunt, adeo ſunt inquinata, adeo corrupta, vt etiam pœnarum vltricium metu non careant: tantum abeſt vt laude aut præmio donentur. Eſt autem quæ Chriſto offertur myrrha in triplici differẽtia: Prima, eſt voluptatum ac delectationum ſenſibilium abdicatio abnegatioq; deſiderioꝝ propriorum, et mortificatio priuati amoris. Hac enim oportet cætera omnia vitia, inde, hoc eſt, ex priuato amore naſcẽtia, reſcindere ac mortificare, alioqui deũ non inueniemus. Amarum eſt aſſueta relinquere, amaꝝ eſt contra ſeipſum pugnare, amarum eſt amata abijcere, amarum eſt deſiderata ſibi interdicere, atque amorem ipſum in ſe perſequi vitioſum, amarum eſt quod delectat ſubtrahere, quod moleſtum eſt ſibiipſi ingerere. Et tamen hæc eſt myrrha quam offerri oportet, & neq; ad dexteram neq; ad ſiniſtram declinare. Eſt itaque myrrha amara, & tanto amarior, quanto delectatio ad creaturam ante in te fuerat maior. Sed dicet aliquis: Quõ vt ſine delectatiõe

viuam

viuam poteſt fieri? Nunquid non edendũ nunquid non bibendum eſt?& quid eſurientem aut ſitientem æque delectat, ac cibus aut potus? Sic dum frigore lędor, quo modo abſq; delectatione calefiam? Non video ſi natura manebit natura, quomodo hæc corporis commoda, ſine quibus non viuitur, nullam etiam infra neceſſitatis metas admiſſa, adferant conſolationem. Reſpondendum, longiſſimo à ſe diſtare interuallo delectationem quærere ſeu amare, eamque ad interna recipere: ſuper hac item gaudere, cõſolari aut requieſcere, quæ omnia prohibita ſunt à deo. Et delectationem ſentire quidem propter creaturas humanæ infirmitati neceſſarias, non tamen amare, hoc eſt, creaturis vti propter neceſſitatem, licet non ſine delectatione, non tamen propter delectationem. Quia enim alia non reſtat euadendi via, quam vt creaturis neceſſarijs vtamur, quomodo creatæ ſunt, ad finem ad quem creatæ ſunt, id eſt, ad naturæ ſuſtentationem ſiue delectent ſiue non delectẽt. Itaque delectatio in exteriori ſenſu ſi verſatur, ibi maneat, id eſt, ad interiora non recipiatur. Nec ibi maneat vt quieſcat, aut ibi foueatur: ſed ibi maneat, hoc eſt, interiora non penetret, ſed cum actu præterfluat & tranſeat, atque ita pereat, vt huius etiam memoria & imago, ſi poſſibile eſt, ad mentem hominis non pertingat. Moriendum igitur eſt delectationi creaturarum, vt non quæratur, non ametur tanquam aliquid propter ſe delectatio. Non autem propterea moriendum eſt caſto vſui creaturarum: Vnde quia ſine creaturis viuere nequimus, ſi in harum vſu delectatio non quæſita, non vocata occurrat ſentiatur quidem ſed quaſi non ſentiretur ſentiatur, id eſt, ſentiatur foris in ſenſu exteriori, & intus neſciatur, id eſt, non ametur nec ſuper ea gaudeatur. Cęterum, non ſolum delectationi vitioſæ, verumetiam naturali vt moriatur conandum eſt: imo cuicunq; etiam conſolatiõi extra deum abrenunciandum, & omnia quæ ſub deo ſunt ſuperanda atque ſupergrediendá: ſint dona conſolationesve à deo, ſint amicitiæ honeſtæ & familiaritates cũ ſanctis dei hominibus, ſintve alia quæcunque inferiora deo, in quibus omnibus neque gaudendum neque quieſcendum eſt, ſed in ſolo deo. Ad quem cuncta alia, vt in finem vltimum ſunt deſtinanda. Inde liquet quod volebam pro altera ſpecie mortificationis dicere, videlicet vt non ſolum delectationibus abrenunciet, ſed deſiderijs etiam ipſis habendi moriatur homo, ad omnia paratus, & in vtramque partem reſignatus: ad habendum ſcilicet & ad carendum, ad operandum & quieſcendum, ad aduerſa & proſpera recipienda, quaſi is qui non habet optionem nec propriam voluntatem, ſed nutu atque ductu regitur alieno, hoc ſolum putans optimum, quicquid ſua, hoc eſt, propria voluntate non fuerit enatum, vt in omnibus abnegatio ſui habeat in eo locum. Itaque ſtudeat mori omnibus deſiderijs, quæ ex priuato naſcuntur amore, & ſoli diuinæ prouidentiæ ſeſe credit, huicq; innititur. Hinc tertia ſpecies mortificationis apparet, quando etiam in his vbi quærit deum, & quæ ſecundum ſcripturas, & iuxta ſanctorum exempla videtur debere eligere, reſiſtitur ei & impeditur, aut quaſi etiam deus eius profectui vellet reſiſtere, ab eodem quoque relinquitur atq; proijcitur: expoſitus denique omni tentationi non iuuatur ab eo, ſed, vt dixi, quaſi repugnaret eius ſtudijs bonis diuina iuſtitia, ita quæcunque incipit propulſantur, & intereunt, aut prohibentur, aut infirmitatibus intercipiuntur. Si iam inter hæc omñia poteſt mori proprio ſenſui, propriæque voluntati, vt non malit deo ſeruire, quomodo ſibi propria voluntas ſuggerit, aut quomodo propria ſuadet deuotio, aut quomodo ſuæ complexioni, ætati, naturæ, ſtatuive videretur magis accõmodũ ſed quomodo deo placet vt ſeruiatur ſibi, ſequens illius tractum, & accipiẽs omnia impedimenta de eius manu, & nihilominus tamen ſtudium proficiendi non deſerat, tametſi in nullo videatur proficere & progredi, ſed ad imperfectiora ſemper deſtinari: Hic ſi interea confidat deo, ſi innitatur prouidentiæ diuinæ, ſi mori denique ſtudeat omni proprietati, eligens, ſi deo ita placet, nouiſſimum pro dei amore habere locum inter omnes ſaluandos, ſperetque omnia ſibi optima à deo euenire, nec diffidat de bonitate diuina, cui ſe totum credit, hic offert myrrham mortificationis probatiſſimam. Iam fratres chariſſimi oblationem puero facturi, pro his tribus muneribus domino ſupplicemus. Rogemus puerum ipſum vt in corda noſtra ponat hæc

tria quæ illi offeramus munera. Neque enim alibi quærenda ſunt, neque inuenienda, ſed ab ipſo petenda atque donanda. Donet igitur nobis puer IESVS quod illi offeramus, ad laudem patris & ſpiritus ſancti, qui eſt deus benedictus in ſecula. Amen.

SERMO IIII. IN EAdem ſolennitate. De triformi eccleſiæ ſtatu, alijsq; uarijs per munera Magorum ſignificatis.

APertis theſauris ſuis obtulerunt Magi munera, aurum, thus, & myrrham. Matth. II. Si venerabilium Magorum fratres chariſſimi conſideremus ſtudium, vigilantiã, fidem, laborem, pietatem, munificentiã in Ieſum magna nobis oboritur confuſio, quod hi vni ſuæ gentis crediderint vati, propter vnicum oraculum ſoliciti ſtellam expectauerint, ſecuti fuerint, Chriſtũ quæſierint, eumq; infantem ac pauperem, & in loco admodum vili inuenientes, adeo ſcandalizati non fuerint, nec trepidauerint, vt adorauerint etiam, muneraq; eidem obtulerint. Nos vero poſt innumera prophetarũ vaticinia, poſt euãgelij teſtimonia, poſt quotidiana deniq; monita ſcripturarum, & inter beneficia innumera, quæ perinde nobis Chriſtum prædicant, aridi & deſides manemus. Itaq; ſermonem facturus, non quo cuiuſpiam poſſim aut tentem oblectare deuotionem, ſed ne ordinis videar præterijſſe conſuetudinem, quanto lectiones hodie fuerunt prolixiores, tanto breuius ego dicam. Nume. 24 Igitur prętergrediens Balaam vaticinium, ſtellæq; ortum, Magorumq; tacens legationem, eorundem item deuotionem, gaudium, adoratiõem, cultumq;, de munerum ſignificatione, hoc vnum dicam. Lucæ. 2 Sicut hi tres Magi (quod noſtris) vt pote primitiæ gentium in fide, quibus ſe puer Ieſus, poſt reuelationem ſui paſtoribus Iudæis factam, cognoſcendum adorandumq; exhibuit: Sicut, inquam, hi eccleſiam ex gentibus conuertendam ſignificabant: ita tria eorundem munera, tres illos ſanctiores eccleſiæ ſtatus, ſeu viuendi ordines, quibus conuerſa gentilitas deum foret honoratura, præſignabant. Sanctiores, inquam, non officij genere (neq; enim prælatorum aut ſacerdotum nunc excellẽtiam ſtatuimus prædicare) ſed præ eminentiã vitæ. Sunt autem hi martyrum virginum, monachorum, quos non aliter ſane ac tria nobiliſſima munera, nunc regi ſuo offert eccleſia ex gentibus conuerſa. Et martyres quidem per charitatem velut aurum rutilantes, patientia ſtabiles, fide integri, confeſſione lucidi, qui in tormentis & paſſionibus perinde ac aurum in igne probati, fideles inuenti ſunt. Prouer. 17 Eccle. 2 Roma. 8 Quippe quos nulla tribulatio à fidei integritate potuit corrumpere, nullum genus mortis à charitate dei ſeparare. Vnde nihil mirum ſi per aurum ſignentur, quando etiam ſcriptura refert: Tanquam aurum in fornace probauit electos dominus, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit eos. Sapien. 3 Verum ne quis putet hunc ordinem ſanctorum, videlicet martyrum, eccleſiæ his temporibus deeſſe, propterea quod olim in eccleſiæ naſcentis initio ſolum, & iterum in fine mundi, velut in exterminio credantur pro fide martyres palam coronari, hac vero tempeſtate cum fidei deſit perſecutio, omneſq; ſint Chriſtiani, nemo martyrij poſſit diademate coronari, dicendum, profecto ne hodie quidem in cœtu credẽtium martyres deeſſe: quando quidem non ſolum pro fide, verumetiam pro innocentia, pro iuſtitia, pro veritate, mors ſuſcepta martyrem facit: Gene. 4 Mar. 6 Abel, IOHANNES Baptiſta, Thomas Cantuarienſis, alijq; multi in medium veniant, quibus nemo martyrum non tribuit coronam, quorum tamen nullus pro fide occubuit. Sed innocentem, iuſtum ac deo acceptum Abel fratris inuidia, alterum, id eſt, Baptiſtam zeloſum, quod illicitas nuptias arguiſſet adulterorum libido: tertium eccleſiæ defenſorem ac iurium libertatumque eius propugnatorem, crudelitas regis extinxit. Quæ cum ita ſe habeant, credenda eſt eccleſia etiam nunc deo offerre complures, ceu aurum probatiſſimum, martyres, qui damna bonorum ſuorum, qui corporis dolores, qui preſſuras cordis, qui perſecutiones, qui tandem mortem excipere malunt, quam iniquitati conſentire ad iniquitatem. Pſal. 68 Quid quod multorũ hodie, quos zelus domus dei comedit corda intus triſtitia tabeſcũt videntes Chriſti contemptum, eccleſię opprobrium, damnationem animarũ? Quid quod

quod multorũ vitam, grauis animarum periclitantium cura, aliorum, quod quaſi ſub prælo tentationibus horrendis oprimũtur anxius timor abbreuiat? Et qd intereſt ſubita violentaque morte necari, an diu patiendo vitamque quaſi exhauriendo conſumi? Taceo nunc deriſiones, iniurias, metum, exilia, perſecutiones, bonorum temporalium (& quod his grauius eſt) famæ ſpoliationes, quæ hodie ab hæreticis Lutheranis, boni patiũtur Chriſtiani, & præcipue monachi: vnde vitam ærumnoſam ac velut infamem agere coguntur, cui plerique mortem præferrent. Prætereo quoque alia martyrij genera quibus ſine ferro coronam comparari poſſe aſtruunt diui, Gregorius & Bernardus. Hactenus de martyribus. Alterum eccleſiæ munus quod CHRISTO offertur ſtatus eſt virginum, in thure præſignatũ. Siquidem gratiſſimum deo ſpirat odorem candida virginitas. Scribunt Plinius & alij, arborem thuris pro fructu & gummi colligendis non incidi licere apud Arabes, niſi à ſacris ſacerdotibus & religioſis: & hoc eo tempore quo à mulierum cõplexu ſint impolluti, ſicq; virtutem thuris fieri meliorem: quod quantum huic noſtro intellectui faueat, facile eſt videre. Accedit, quod thus ſicut contuſum in ignem ponitur, vt & odoris ſui fragrantia fœtorem repellat, cerebrum confortet, & fluxum humorum reſtringat. Ita virginitatem, ne vana ſit, expedit tribulatiõe tundi, & in puluerem, id eſt, in humilitatem, vt modica ſit in oculis ſuis, redigi, igneq; deuotionis, hoc eſt, charitatis feruore cremari, vt libidinis fluxum extinguat, cerebrum, hoc eſt, rationem (quam luxuria brutalem efficit) confortet, ac boni odoris exẽplo ſeu fama, alios reficiat. Vbi hoc quoque conſiderandum, quod thus in arbore nouella candidior eſt, in vetere efficacior: quod quantum conueniat virginitati, quæ in adoleſcentia pulchrior ac gratioſior, in ſenibus vero ſolet eſſe pfectior atque feruentior, quis non videat? Verumtamen in vtriſque haud dubium rarum valde, ſed longe precioſiſſimum eccleſiæ munus. Poſtremo, per myrrham monachorum genus, quod in pœnitentiali eſt vita cõſtitutum intelligitur, quodq; mortificandis paſſionibus reſtringendiſq; affectibus inſiſtit. Si quidem huius vitæ profeſſores mundo penitus ſtudent mori, & Chriſto conſepeliri. Vnde liquet, vt quiſquis illoꝝ ad hæc non annititur, certũ eſſe quia monachus nõ eſt. Et heu quotus hodie eſt qui mortificandis paſſionibus imo qui non potius fouendis proprijs voluntatibus totus inſiſtit? Inter cœnobitas igitur valde pauci veri ſunt, quibus ſanctum hoc nomen ſolitarij, atque plangentis ſiue triſtis, ex opere & bona actione conueniat. Vides alios monaſticum habitum portare (& qui ſe etiam non paucis perfectiores æſtimant) ad chorum ire, & cęremoniarum onera veluti aſinos ſaccos portare: de mortificatione vero vitiorum, de interna vita, de ſpiritu, de eleuatione ac vnione mentis cum deo, parum, aut nihil ſentire. Verum reuertamur ad propoſitum. Dixeram tres eccleſiæ ſtatus ordinesve, his tribus Magorum muneribus ſignificari. Probe quidem: Veruntamẽ licet tria hęc munera in tribus ſtatibus quaſi tribus ordinibus eccleſiæ diſtinctim Chriſto offerantur. Nihilominus tamen à quouis homine ſingula ſimul deo poſſunt offerri. Nam quiſquis per charitatem ita hæret deo, vt nulla illum tribulatio ſoluere, nulla aduerſitas deijcere, nulla tentatio poſſit corrumpere: hoc eſt, quem neque mors, neq; vita, neq; inſtantia, neq; futura, neq; cætera quæ Apoſtolus enumerat, poſſunt ſeparare à charitate dei, q̃ eſt in Chriſto Ieſu. Hic profecto aurum deo offert purgatiſſimum. Idem ſi voluptatibus carnis & ſenſualibus delectatiõibus (quatenus temperanter fieri oportet) abdicatis, ſciuerit creaturis ad ſolum neceſſitatis miniſteriũ vti, ſciuerit quoq; vas ſuũ poſſidere in ſanctificationẽ & honorẽ, nõ in paſſionem deſiderij, caſtã interea ac mũdam deo vouens animã, thus candidum odoriferumq; credẽdus eſt obtuliſſe. Qui ſi deniq; proprias non modo voluntates ſciuerit mortificare, verum etiam conſilia & iudicia ſua contemnere, carnẽ affligere alterius iuſſiõibus ſubijci, alieno cõſilio intrepidus inniti (quod alioqui tum doctis tum deuotis haud exigua eſt pugna) procul dubio ſanctæ mortificationis myrrhã exhibet deo. Addendũ poſtremo (vt etiã nobis nonnihil tribuamus) hęc tria munera tribus in religione monaſtica reſpondere votis. Siquidem per votum paupertatis non modo aurum, ſed etiam mundum offerimus deo vniuerſum, quippe qui poſthabitis omnibus, ſoli deo innitimur, nihil

Margin notes: Gregori. Bernard. — Plinius — Roma. 8 — 1. Theſſa. 4

nihil de hoc mundo, quatenus ad domi-
num reſpicitur habentes, & in Chriſto o-
mnia, hoc eſt nihil extra ipſum concupiſ-
cendo poſſidentes. Porro per votum ca-
ſtitatis quod dictum eſt offerimus thus.
Myrrham vero per obedie̅tiæ votum per
abnegationem noſtri & omnimodam
mortificationem. Quæ omnia vtinam ſic-
ut à nobis exigentur diſtricte, ita fideliter
ſoluamus & deuote, præſtante domino
noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in
ſecula, Amen.

SERMO I. IN SOLENnitate Purificationis beatæ Mariæ ſemper uirginis. Cuiuſmodi eſſe debeamus ut Chriſtum intra nos digniſſimus ſuſcipere.

ACcepit puerum IESVM Si-
meon in vlnas ſuas. Lucæ ſe-
cundo. Cum ſanctum euange
liũ nobis nocte legeretur, nul-
lum noſtrum arbitror fuiſſe fratres cha-
riſſimi, quem non humilitas pudiciſſimæ
virginis, ſubiectio & obedientia Ieſu in-
fantis, alacritas denique & deuotio ſancti
Simeonis, ad compunctionem mouerint:
Canti.4 Lucæ.1.2 quandoquidem virgo mundiſſima tota
pulchra & tota ſemper immaculata, ſine
viro fœcũda, ſine dolore puerpera, & poſt
partum mane̅s integra, vt alia quæuis mu
lierum, & quæ fontem genuerat claritatis
& puritatis, velut immunda purificatio-
nis compleuit ritum: ſed nullo vole̅s gau-
dere priuilegio ſanctitatis, nulla præemi-
nentia fieri ſingularis, nulla prærogatiua
cæteris haberi præſtantior, ſed inter alias
mulieres peccatrices, corruptas & immũ-
das, vt vna illarum nõ erubuit reputari.
Deinde filij dei humilitatem, ſubiectione̅
Lucæ. 2 & obedientiam quis nõ miretur? Iampri
Gene. 17 dem perinde ac ſi peccator eſſet, voluit cir
cuncidi, cum legi tam non eſſet obnoxius
Leui.12 quàm à peccato fuit alienus. Hodie vero
& vt peccator per hoſtiã expiari, & vt ſer-
Leui.17 uus quinq; voluit ſiclis redimi. Sic iam pri
mum ingrediens mũdum, viam humilia-
tionis non tam ſermone, quàm opere vo-
Acto. 1 luit docere. Atqui verbo quidem tacuit in
fantulus, quod exemplo nunquam non
Matt.11 prædi cauit. Diſcite, inquiens, à me, quia
mitis ſum, & humilis corde. Cæterum,
hæc meditari tametſi multum ad profe-
ctum noſtrum attineat, tamen quaſi ſu-
pra virtutem eſt noſtram tantam ſaluato
ris perfectionem imitari. Quantumcunq;
enim nos extendimus, quantumlibet eni-
timur, quãtumuis deniq; vel proficimus,
nihil humilitati Chriſti, ſed ne Mariæ qui
dem, noſtra humilitas valet cõparari. Ad
ſimplicem hominem, ad nobis ſimilem, Lucæ.2
ad ſanctum Simeonem (cuius laus eſt in
euangelio) nos conuertamus, ad decrepi-
tum ſenem, in quo iuuenilis fidei ardor vi
get, in cuius corpore iamiam morituro de
uotionis feruor repullulat. Senex diu ille
vixerat, promiſſum habens à ſpiritu ſan-
cto, niſi vitam vidiſſet, mortem non guſta
ret. Ad hoc quippe mors eius protelaba-
tur, vt vitam videret, pro qua mortem nõ
ſolum non metueret, verumetiam deſide-
raret. Reſponſum quippe (vt dixi) accepe-
rat à ſpiritu ſancto, non viſurum ſe morte̅
niſi videret CHRISTVM domini. Ve
nit itaq; Chriſtus, aduenit & Simeon ili-
co, gratulabundus accurrit ſenex: ſed præ
deſiderio CHRISTVM videndi obli-
tus tremulæ ſenectutis annoſæq; imbecil
litatis immemor, venit profecto feſtinus
ad CHRISTVM, ſenex ad infantulũ,
creatura ad creatorem, moriturus ad vi-
tam. Accepit eum in vlnas ſuas, ſtrinxit
brachijs deuotionis. In quo cum amorem
ſuum paſceret, tãquam olor finem ſuum
præſentiens, iubilum cordis ſui dulci can- Ibid.
tico manifeſtauit, dicens: Nũc dimittis ſer-
uum tuum domine, ſecundum verbum
tuum in pace &c. O quàm ſalutiferum eſ-
ſet fratres chariſſimi, ſenis huius deuotio-
nem imitari, CHRISTVM ardenter
deſiderare, expectare longanimiter, ſuaui
ter amplexari, eidem coniungi feliciter,
guſtumq; ipſius ſuauiſſimũ experiri. Heu
quotidie nos ſacerdotes CHRISTVM
quidem amplectimur, ſed eidem non con
iungimur. Corpus eius accipimus, ſed ſpi
ritu ipſius non vegetamur. Ad ignem ſe-
demus, & frigidi manemus. Vtinam no-
bis vel in vltimo termino vitæ noſtræ cõ-
tingeret experiri, quod hodie Simeon ſan
ctus ſenex perſenſit, exclamans: Nunc di-
mittis ſeruum tuum domine &c. Verum,
nemo perſuadeat ſibi Chriſti dulcedinem
poſſe guſtari, nemo cum Simeone eadem
munera expectet, niſi ipſe quoq; Simeone̅
ſpiritaliter in ſe exprimat. Et vt clarius di-
cam, Si Chriſtũ in vlnas accipere, ſi cordis
illũ cupimus conſtringere cõplexu, eiſde̅
moribus

moribus nos inſtitui neceſſe eſt, quibus in
euangelio Simeon prædicatur. Principio
itaque conſideranda venit nominis inter-
pretatio. Simeon nanque triſtitiam audi-
ens interpretatur. Porro triſtitiam audi-
re dicitur is, qui ſuper deſolatione proxi-
mi ſui compatitur, qui triſtitiam fratris fa
cit propriam: qui deniq; onera proximo-
Matt.5 rum non ſolum patienter, verum etiam
benigniter portat. Hi vocantur in euan-
Pſal.11 gelio miſericordes, digni profecto qui cũ
ſancto Simeone Chriſte Ieſu te, nõ ſolum
miſericordem, verum etiam miſericordi-
Matt.5 am ipſam, hodie ſuſcipiant in medio tem-
pli tui deus: quandoquidẽ nõ fallit quod
ore tuo benedicto nobis promittitur, bea
tos miſericordes, quoniam ipſi miſericor-
diam conſequentur. Subiungitur autem
Simeonem fuiſſe in Ieruſalem, hoc eſt, in
viſione pacis. Sic enim qui norunt Hebræ
um interpretantur. Quo nimirum inſi-
1.Cor.3 nuatur, ei qui in templo dei, hoc eſt, in cor
de ſuo (ſiquidem Apoſtolo monente, tem
plum dei ſumus nos) Chriſtum deſiderat
ſuſcipere, neceſſarium fore, vt ſit in viſio-
ne, hoc eſt, in guſtu pacis internæ, quando
Pſal.41 quidem Chriſto niſi in pace non eſt locus:
Si igitur o frater (nouellis plantis loqu-
or) vis in dei templo, hoc eſt, in corde tuo
Chriſtum ſuſcipere, eſto in Ieruſalem, te-
ne pacem. Pacem dico, cum deo, cum pro
ximo, cum temetipſo. Quam vt triplicem
habeas, aut perfectius habeas, ſerua dei nõ
ſolum mandata, verumetiam beneplacita
Eſto ſolicitus eidem fideliter reddere vo-
ta tua. Cura vt aut recte agentem, aut hu-
Iob.31 militer pœnitentem, non reprehendat te
cor tuum in omni conuerſatione tua. Ni
hil in corde tuo reſideat quod mediũ ſeu
interſtitium faciat inter te & deum. Dein
de, vt cum proximo pacem teneas. Serua
obedientiam & reuerentiam ſuperiori-
bus. Concordiam in bono æqualibus, pie
tatem humilem omnibus. Poſtremo, vt
ſolus quoque in pace poſſis habitare, noli
animum tuum occupare his rebus quæ te
non attinent. Noli anxius ſolicitari pro
his quæ tuam nõ exigunt curam, quorum
ratio abs te non exquiritur. Neminem cu
rioſe obſerues: quin potius hoc tibi curæ
ſit, vt defectus & ſecreta aliena neſcias.
Nec omnia quæ vides, videas: hoc eſt, mul
ta tanquam ſurdus, mutus & cæcus præ-
tereas, ea potiſſime, quorum cura vana eſt
aut pernitioſa. Alioqui ſi in aliena ocu-
lum intendas, tui immemor factus, quo-
modo ſuſpiciones, iudicia, cogitationes
amaras, & cætera id genus pacem turban
tia poteris excludere? Sequitur hinc in
commendatione Simeonis, quod fuerit
iuſtus: Iuſtus dicitur qui talem ſe gerit ad
alium, qualem erga ſe alios vult haberi:
non contemnit, quia ſperni renuit: Non
facit iniuriam, quia pati recuſat: Erat ita-
que Simeon iuſtus, erat & timoratus. At-
que merito quidem; Quippe cum timo-
rem domini ſemper comitetur humilitas.
Et dominus haud donet ſe niſi trementi-
bus atque humilibus brachijs amplexan-
tibus. Super quem (inquit) requieſcet ſpiri Iſaiæ.66
tus meus, niſi ſuper humilem & quietum,
& trementem ſermones meos? Verum,
quia à timore laudatus eſt, ne eum intel-
ligamus timorem quem foras mittit cha-
ritas, ſequitur: Et expectabat conſolatio- 1.Iohan.4
nem Iſrael. Quam conſolationem? San- Lucæ 2
ctam haud dubium atque diuinam. Nam Lucæ.1
carnalem atque mundanam, iam olim
longe à ſe abdicauerat, deteſtans alibi ex-
ultare, præterquam in domino deo ſalu-
tari ſuo. Quamobrem & ſpiritus ſanctus
erat in eo. Nunc igitur chariſſimi ſi Sime-
on eſſe voluerimus, ſi CHRISTVM in
tra nos ſuſcipere cupimus, ſi denique deſi
deramus ſpiritualiter obtinere in verita-
te, quod paulo poſt agere nos myſtice ſi-
gnificabimus per ſuſceptionem candelæ,
quæ prædicta ſunt nobis erunt neceſſaria:
videlicet, vt ſimus compaſſiui, quieti, vna-
nimes, iuſti, timorati, terrenarum volupta
tum contemptores, expectantes in ſilen-
tio ſalutare dei. Veniamus denique non Thren.3
minus ſpiritu quàm corpore in templum
(quod quid ſit, ſcilicet in ſpiritu venire, a-
lijs experiendum ſimul ac tractandum re
linquo) Vt tandem & nos quoq; CHRI-
STVM IESVM dominum noſtrum,
propter nos quidem infantulum, patri ve
ro coæternum, intra vlnas cordis noſtri
ſuſcipere mereamur, brachijs amoris i-
pſum conſtringere, pariterq; ab eodem a-
ſtringi, eius gratia illuminari et eius igneo
amore accendi. Quod recipiendo cande-
lam ardentem votis omnibus deſiderare &
petere debemus: atq; reportando cande-
lam, in myſterio illo ipſum pro nobis atq;
nos ſimul cum illo, patri in laudem & be-
neplacitum offerre. Quod nobis idem lar
giatur dominus Ieſus Chriſtus, in æter-
num benedictus. Amen.

Sermo

SERMO II. IN EADEM ſolennitate. De ſeptuplici inobedientiæ gradu.

POſtq̃ impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundũ legem Moſi, tulerunt Ieſum in Ieruſalem, vt ſiſterẽt domino, Lucæ II. Fratres chariſſimi hodie feſtum agimus diem, quoniam purificationem recolimus beatiſſimæ virginis Mariæ: non quod ab aliqua macula purgata ſit, quippe quæ nullam habuit, alioqui immunda fuiſſet, quæ tota pulchra eſt & immaculata: ſed quod ritum purificationis quæ reliquis erat mulieribus neceſſaria, ipſa quoq; tametſi non egeret, ſuſcepit tamen, quia legi cui non fuit obnoxia, & quæ ipſam manifeſte eximebat, ſeſe propter humilitatem obedientiamq; cuſtodiendam ſubijcere vltro voluit. Siquidem lex mandauit mulierem, quæ ſuſcepto ſemine peperiſſet, purificãdam. Quo manifeſtiſſime conſtat beatam Mariam, quę nullo ſemine ſuſcepto cõceperat, huic legi nequaquam fuiſſe obnoxiam, ſed vltro humilitatem ac obediẽtiam nobis voluiſſe commendare, quamobrem haud aliter atq; immundarum mulierum quæpiam alia ab hominum conſortio ſe continuit, ab ingreſſu templi abſtinuit, & hodie in templum purificanda aduenit, filium obtulit, hoſtiam dedit, pro ſe & filio orari fecit, puerumq; redemit. Hic accipiamus fratres in Maria obediẽtię exemplũ, & non ſine graui periculo animarum noſtrarum fore exiſtimemus, ſi vos vel dei, vel ſtatutorum noſtrorum leges, quarum alteri in baptiſmo, alteri in tam ſolenni profeſſione nos addiximus, leuiter & quaſi ſine cura aut timore trãſgrediamur: q̃m beata Maria quæ non debuit, ſoluit: & legi, cui non tenebatur, obediuit. Debueramus meritorum theſauros per obedientiæ obſeruantiam, ac per voluntatis propriæ abnegationem cumulatim coaceruaſſe, & huius virtutis præuaricatione irremediabilia damnationis nobis lamenta comparamus. Videte quantæ ſit infelicitatis inde damnari, vnde debueramus etiam glorioſiſſime coronari. Quid enim monaſtica opera exornat aliud quàm obedientia? Quanquam multa ac varia ſint quæ agimus: vno tamen ſolo bono obedientiæ cũcta nobis profutura ſperamus. Varia ſunt ac multa nimirũ quæ facimus, quæ aliunde non habẽt virtutis ſpeciem, niſi ~~quia ex~~ obedientia fiũt, quæ quicquid ex ſuo genere malum non eſt, bonum facit. Quapropter religioſus edendo, dormiendo, ſurgendo, ambulandoq; ſi vult, meretur. Et vt ſimul dicam, quicquid ſecũdum regulam ſuam, aut propter voluntatem ſui ſuperioris, ad obediẽdum illi propter deum facit, gratia dei, virtutis merito, corona ac præmij dignum efficitur. Itaque omni momento, omni loco ac in omni re, vtram volumus: aut per obedientiam dei gratiam atq; amicitiam maiorẽ, aut per inobedientiam ignauiamque noſtram, dei iram nobis cõparare poſſumus. Verum, quàm faciliter nunc meritorũ diuitias obtinere poſſumus. Tam miſere et infeliciter poſt hac plangemus, quod occaſiones & tempora ad placãdum deum nobis donata modo neglegimus, & tanto bono obedientiæ tamq; fructifero nos ſpoliauimus. Multipliciter autem nos obedientiæ fructu ſpoliamus. Nempe tot modis, quot non obedimus. Itaq; primus inobedientiæ gradus eſt. Si quis prælati voluntatem cognoſcit, quamuis nullum adhuc iuſſionis verbum audiuit, tamen, vt dixi, voluntatem eius cognoſcit, cui niſi pręcipiatur ſibi acquieſcere aut ſatisfacere renuit: hic coram deo hauddubiũ inobedientiæ reus eſt, licet in facie exteriori, præuaricationis argui nõ poſſit. Grauius autem delinquit, ſi vel iuſſus vel monitus iuxta ſecundum gradum, agit quomodo poteſt: hoc eſt, excuſando, diſſimulando, ficte allegando, aut importune rogando, donec ſuam voluntatem obtineat, impetretque vt non ipſe prælato, ſed prælatus obtemperet illi. Hic pari modo videtur in facie eccleſiæ tranſgreſſionis pœnam euadere, coram deo tamen ab inobedientiæ reatu immunis non eſt. Neq; enim ſolum quid extra agatur aut quid dicatur, deus iudicat, ſed animum & intentionem totiusq; interioris hominis conditionẽ penſat. Ibi ergo inobedientiæ cõſpicit reum, vbi ab animo obediẽdi inuenit alienum. Eſt tertius gradus inobedientię, vbi nulla etiam lex, nulla prælati adhuc auctoritas quicquam iuſſit, ſed obſtinata ſubditi voluntas ſua ſpõte ſeipſam pręuaricatricem conſtituit, dum cogitando ſibi ſtatuit. Si hoc vel illud iuberetur, quanquam nõ iubeatur, nolle obedire: & peccati ſe reum facit

Cant. 4

Leuit. 12

facit ex mala voluntate, antequam cauſa quare delinquat, præbeatur. O quot peccata huiuſmodi mentalia etiam mortalia fiunt, quorum licet occaſio, vt ab extra fiant, nunquam dabitur: & tamen per voluntatem propoſita ſibi conditione peccat mens hominis malis affecta, dum ſibi ſtatuit quod ſtatuendũ non eſt: vnde peccati, quantum in ſe eſt, rea ex ſola voluntate mala efficitur. Sic quotidie homines loquuntur: Si mihi hoc fieret, ego hoc ita vindicarem: ego ita illum expedirẽ: ego hoc aut illud agerem. Si mihi à prælato meo hoc præciperetur, ego reſiſterem & recuſarem obedire. Vbi conſiderandũ eſt, tametſi vt ita vindicet, aut expediat proximum, aut agat inique, occaſio nunquam tribuatur: tamen ſi vere ita ac deliberate ſtatuit, & ſi id quod decreuit in ſuo genere peccatum eſt, voluntas iam coram deo tanto peccati rea eſt, quãto ipſum q̃d dicturus aut acturus foret, eſſet delictum. Et hoc modo, etiam ſi nihil imperetur, tamen animus ſibiipſi dicentis: Si mihi hoc imperaretur, nollem obedire, iam inobedientiæ reus eſt. Quapropter chariſſimi, agite ſemper vt cor habeatis vnuſquiſque ſyncerum ac rectum. Niſi enim aſſiduo ſtudio atque vigilantiſſimo oculo ad interiora ſua quis reſpexerit, crebro & abſque numero deo intus (vbi ipſemet non conſiderat) delinquit. Et hæc eſt potiſſima cauſa fratres, quare tam pauci religioſi hodie proficiunt, quia vbi à deo ſe auertunt, non ſentiunt: & ſi quandoque ſentiunt, tamẽ abſtrahere ſe ab his & mori ſuis deſiderijs renuunt. Quamobrẽ, ſi quotidie etiam de ijs confiteantur, quàm diu tamen voluntatem, ſtudium atque conatum ſuum non impendunt, vt ſe corrigãt, nullam de ijs peccatis veniam recipiunt. Quia nullum peccatum vel in confeſſione dimittitur, nullum per abſolutionem quamlibet papalem tollitur, niſi quod, vt peccatum agnoſcitur & plangitur, & vitandum fugiendumq́; deinceps toto corde proponatur. Eſt quartus inobedientię gradus, dum quod aut prohibitum eſt ſcienter non vitatur, aut pręceptum ſiue iuſſum negligitur, id tamen neque ex contemptu eius qui præeſt, neque rei quæ iubetur, ſed ex infirmitate, aut concupiſcentia, aut ignauia, aliunde ſiue illectus ſiue retractus. Hæc inobedientia quaſi cum timore ac pudore agitur, quia licet obedientiam adhuc diligat, mens tamen infirma ſuperatur. Eſt quintus gradus, dum vel manifeſte quis contemnit vel interpretatiue, puta quia non curat ſuam regulam, ſtatuta aut prælati iuſſa. Religioſus, qui ſic ambulat inter mortalium peccatorum pericula verſatur, & ſatius foret ei religionem nunquam vidiſſe. Eſt ſextus gradus, quãdo etiam quod probe inſtitutum aut iuſſum eſt, non ſolum contemnitur, verumetiam impugnatur, aut etiam prælato per contemptum in faciem reſiſtitur. Septimus gradus, quando non ſufficit inobedienti regulam aut prælati præcepta contemnere, verum alios etiam ne obediant, auertit atque inſtigat, aut ſi quos obedientes conſpicit, irridet, perſequitur ac contemnit. Contra hos omnes inobedientiæ gradus chariſſimi, Mariæ exemplũ nos ad ſui imitationem prouocet, quæ vt ne deſereret obedientiam, cum puriſſima foret & immaculata, voluit æſtimari immunda & corrupta: & ibi obediuit, vbi præceptum nullum habuit. Neque enim uel iuſtam manifeſtandamque pro ſe legis interpretationem, à qua hic eximebatur, voluit admittere, ne fictas atque inanes contra obedientiam gloſſas ac allegationes nos quoque quæramus. Mariæ igitur exemplo eruditi, diuina inſpiratione quoque admoniti chariſſimi fratres, quaſi modo geniti infantes, id eſt, nouo propoſito bono, noua deuotione, nouo feruore, nouo ſpiritu renati, veniamus purificandi in templũ. Sit hęc renouatio ſpiritus noſtri, qua hodie ſtatuamus odire, abijcere, & fugere omne peccatum, & quicquid deo diſplicere cognouerimus: amare vero rurſus, inquirere amplecti & ſeruare omnia eius mandata, & quicquid illi didicerimus placere. Ad hæc duo omnem vitam noſtram, ſtudia noſtra, lectiones noſtras, occupationes, exercitia, quicquid habemus, quicquid poſſidemus, & quicquid ſumus, conuertamus: vt omnia dei honori & beneplacito ſeruiant: in eius amore cuncta occupentur, & nihil in nobis à deo alienum, ſed omnia eidem vacent. Cum hoc propoſito, hoc pacto, hac deuotione accedamus ſinguli ardentem candelam accepturi, id eſt, Chriſtum, cor noſtrum ſuæ gratiæ ſplendore, ſuæ lucis radijs, ſua viſitatione diuina illuſtrantem, & amoris ſui igne ac flamma deuotionis vrentem hymnum canentes, & gratias a-

1. Petri 2

gentes deo, quia Chriſtum portamus in cordibus noſtris: hunc non longo poſt tempore, iterũ ſub typo ardentis candelæ deo patri pro nobis ſimulque nos in ipſo vnitos offeramus, in laudem, in gloriam & in beneplacitum eius. Quod ipſe idem nobis largiatur Ieſus Chriſtus, dei patris & virginis filius in æternum benedictus: Amen.

SERMO III. IN EAdem ſolennitate. De obedientia, utrum melius ſit opus ex propria electione an ex obedientia.

CVmq́; inducerent puerum Ieſum, vt facerent ſecundum cõſuetudinem legis pro eo, Lucæ II. Legimus fratres mei, cum edictum ab imperatore mundi exiſſet, cum ab homine licet in poteſtate conſtituto emanaſſet præceptum, imperatoris imperatorem, dominum cœli ac terræ ſeſe hominis ſubieciſſe imperio. Propter nos enim homo, propter nos infirmus factus, non dedignatus eſt etiam propter nos eſſe humilis atque obediens: nuſquam non innocentiæ veſtigia, nuſquam non ſanctitatis nobis exemplaria relinquens. Ipſe enim ſaluator noſter atque inſtructor, qui non ſolum ad redemptionem, verum ad inſtructionem etiam noſtri venit in mundum. Ipſe nobis, vt dixi, virtutum exẽplar quo erudiamur, ipſe obediendi via qua ambulemus factus eſt, vtpote non ſolum docens, ſed & perficiens obedientiam vſque ad mortem. Siquidem obediuit terreni imperatoris edicto, necdum natus in vtero, obediuit legi infantulus, obediuit circuncidendus, obediuit in templum hodie offerendus ac redimendus, obediuit ado-
Lucæ 2 leſcens parentibus ſubditus, obediuit ſa-
Math. 26 cerdotibus, obediuit præſidi ethnico, obe-
Lucæ 23 diuit eius militibus, vtpote ductus atque
Iohan. 19 reductus, cædi & crucifigi ſe ſinens, ac in-
Iſaiæ 53 terim tacens, nec aperiens os ſuum. Po-
ſtremo, obediſſe patri ſuo, quis hunc du-
Iohan. 5 bitet? quandoquidem ipſe: Non veni, in-
quit, facere voluntatem meam, ſed volun
tatem patris mei qui in cœlis eſt. Et ite-
Iohan. 4 rum: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem patris mei. Itaq; obediendo quid docuit te? Nempe, vt deum tuũ videns propter te humiliatum, hominiq́; ſubiectum, non recuſes tu tete ſubijcere dei legibus, non recuſes obedire dei nuncijs, dei vicarijs, cum ſis homo vermiculus. Chriſtus mandatum ſibi factum non diſcuſſit, ſed impleuit. Obtemperauit eñ legi, non obnoxius legi, vt tu quoq; de lege nõ diſputes, ſed legẽ obſerues. Quam legem? Euangelicam, Eccleſiaſticam, Monaſticam, atque (vbi humana tacet eruditio, nec ſcriptura diſſentit) legem inſpiratã, digitoq́; dei tibi inſcriptam. Ad huius legis obſeruantiam, quãdo omnes etiam neruos intenderis, cum vires omnes expenderis, ſeruum tamen te inutilẽ clama. Lucæ 17 Itaq; ordine hoc obſeruato, vt lex Euangelica præferatur Eccleſiaſticæ, Eccleſiaſtica Monaſticæ, vbi duæ pluresve pariter non poſſunt obſeruari, minor cedat potiori: nec video quid bonę voluntati tunc relinquatur diſputandum, quæ videre habet magis ad quid inuitetur agendum. Pius nanq; animus parum cogitat, parũ diſcernit, quid præcepti quidve conſilij loco habeatur, quandoquidẽ ad omne beneplacitum dei æque ſitiens aſpirat. De lege multũ diſputare, parum obſeruare, hypocritarum eſt & phariſæorũ: porro legem ſpernere, hominum eſt impiorum. Noſtrum igitur ſit fratres chariſſimi ne minima quidem paruipendere propter Chriſtum, cuius contemplatione nemo grauabitur quicq̃ aut agere aut pati, quiſquis illũ dilexerit. Neque enim reſpicit in eum qui pręcipit, aut quem ſuſtinet, ſed illum meditatur cuius amore & obedit & ſuffert. Nequaquam domino ſuo ſeruus eſt fidelis cenſendus, qui tunc ſolum vult obedire, quando ſub carceris expulſioniſve periculo, aut quando ſub amiſſione gratiæ domini ſui perpetua percipitur: ſed potius qui in omnibus ſe abnegat, & ea primum eligit, potioraq́; ducit, quæ à domino ſuo iubẽtur, nihil diſcernens qua pœna, quove periculo fuerit tranſgreſſio prohibita, nec minus ibi obtemperans, vbi minor fuerit interminata vltio pro trãſgreſſione: ſed hoc tm̃ curat, nequicq̃ eorum quæ dñs per eum vult, negligat. Quamobrem neq; præceptũ, neq; conſilium, imo neque ſignum aut nutum expectat, vbi conſtat ſibi de dñi voluntate. Chariſſimi, ſi à quolibet q fidelis vult eſſe ac haberi ſeruus hoc expetitur, vt ad obedientiam trahatur plus amore domini, q̃ pœnarum metu, & vt magis ad dñi reſpi-

reſpiciat beneplacitum, quàm ad ſuum ſiue cõmodum ſiue periculum, quanto magis boni hoc debet eſſe monachi, qui domino deo ſe obtulit ſeruum, eidemq́ voto ſeſe aſtrinxit ſolenni? Atqui bonus monachus nõ diſcernit inter ſtatutum & ſtatutum, qui ſemel ſtatuit omne ſuę profeſſionis obſeruare ſtatutum. Nõ propterea fit ſegnior, licet tranſgreſſio habeatur venialis, qui trãſgreſſionem quàmuis cauet, aut plangit, ceu mortalem. Non diſputat quando aut quãtum obligetur ad legem, qui abominatur quicquid diuino aduerſatur beneplacito. Aduerſatur autem diuino beneplacito quicquid contra eius legem, quicquid contra voluntatem agitur ſuperioris. Quem qui audit Chriſtum audit, & qui ſpernit Chriſtũ ſpernit. Quicquid vni etiã ex minimis meis, inquit, feciſtis hoc mihi feciſtis. Nulli dubium quicquid maioribus noſtris, quicquid legi etiam humanæ dei ſpiritu inſtitutæ exhibuerimus (ſiue reuerentia ſit hoc, ſiue contumelia, aut inobediẽtia) nihiloſecius Chriſtus atq; ſibi æſtimat factum. Atque hoc non ſolum erga dignos, ſed etiam indignos prælatos (vbi verbo dei cõtraria nõ prędicant) maxime habet locum. Quibus vel propterea tanto obeditur vtilius, tanto laudabilius, tantoq́; purius ac fructuoſius, quanto minus ipſi, aut propemodum nihil habent in ſe: ſed deus eiusq́; ſola voluntas nos mouet, quare illis obtemperetur. Cæterum, ſi nullum etiam foret trãſgreſſionis periculum, ſi nullũ inobedientiæ peccatum, nonne vel abnegatio ipſa noſtrorum deſiderioꝝ, nonne proprię voluntatis mortificatio in cõſpectu domini tam eſt precioſa, vt merito nullum nõ dico præceptum, ſed beneplacitum, tum diuinum, tum quod ſecũdum deum fuerit, humanum, deberemus negligere? Quare non cõtinua in auribus noſtris eſt vox illa ſaluatoris: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum ad moriẽdum priuato amori, ad propriæ volũtatis mortificationem nos extimulans? Difficilis ſane (vt ait Baſilius) eſt hic conatus, & præter naturã quæ libertatem in primis appetit, tamen cunctis præſtantior, ſine quo nihil ſanctũ, nihil perfectũ, monachus pſtabit. Quod autem difficilius, hoc & præclarius. Relinquere enim diuitias, præterea continentiam ac caſtitatem ſeruare, multis quidem philoſophis datum: ſe autem propriumq́; arbitrium negare, ex libero ſeruum facere, nulli prorſus niſi qui crucẽ Chriſti ſequitur, eſt conceſſum. Hic enim abnegandi nos exemplum nobis relinquens, non propriam, ſed patris volũtatem eſt executus. Nec ſolum obtemperandum, ſed alacri animo & perpetuo obtemperandum. Apoſtolorum hæc in primis virtus fuit, qui ad prædicandum, quo ipſi forte recuſabant, miſſi fuere. Quod de Petro Euangelium plane docens: Quum cõſenueris, inquit, alius præcinget te, & ibis quo tu non vis. Apoſtolis vero cæteri viri paruere, diuerſa in loca ad Euangelium diſtributi. Itaque virtus hæc, id eſt, alteri ſubiectum eſſe, præter communia pręcepta, maxime ab initio eccleſię fulſit, adeo vt idem ſublimioris exiſtat meriti, iuſſum, quam ſpõte facere. Hæc Baſilius: Quibus verbis hoc adijciendum: Quanquam hæc verba Chriſti ad Petrum, de Petri obediẽtia ad paſſionem intelligantur, non tamen hoc ſolo, ſiue Petrus, ſiue cæteri apoſtoli, ſed in omnibus niſi ſunt propriam voluntatem frãgere, proprium ſenſum ſuperare, & Chriſti voluntatem ſuam facere: quandoquidem maioris ſit meriti (vt Baſilius dicit) iuſſa, quam ea quæ ſponte, id eſt, iniuſſa eligimus facere. Quod liquide veriſſimum eſt. Nam hoc quod vltro eligitur, ſimplex habet meritum boni operis, illud vero habet & boni operis, & propriæ abnegationis. Hic fructum habet boni operis, cum conſolatione propriæ volũtatis. Ille vero fructũ habet boni operis ſimulque meritum abnegatæ propriæ voluntatis. Verum hoc habet veritatem, ſi reliqua vtrobiq; paria ſint. O igitur quãta hubertas merendi? Quantus virtutum ac bonorum operum poteſt colligi aceruus in monaſterio aut ſub obedientia viuentibus? Quæ nullius alioqui erant meriti, ſi obedientia accedat, efficiuntur meritoria, quę bona ſunt, propter obedientiam efficiuntur meliora. Comedere, ieiunare, ſcopare, fimum exportare, aquam haurire, & alia id genus viliſſima, quæ quatenus ex propria naſcuntur voluntate, neq; bona neque mala ſunt, ſi eadem ex obedientia fiant, bona ſunt valde, tantoq́; meliora, quãto ex ſuo genere ſunt deſpectiora. Verbi gratia: Scutellas lauare ex propria volũtate nihil habet meriti, porro lauare ex obedientia nõnihil, ſed plurimum habet meriti: Siquidem lauare non eſt actus virtu-

Lucæ 10 · Matth. 25 · Lucæ 9 · Baſilius. · Iohan. 6 · Iohan. 21 · Baſilius.

tis,ſed obedire.Atque ideo noli reſpicere ad conditionem operis,quod in ſeipſo ſę penumero inutile aut prorſus vile eſt,ſed ad nobilitatem virtutis.Et contra: Si vile aliquid à prælato fueris iuſſus,puta,clauſum ſeruare oſtium: ſi contemnis peccati reus efficeris, non quia oſtium aperuiſti, ſed quia obedire noluiſti. Cæterum, audio ſubmurmurare hic aliquē. Satius puto extra monaſterium aut extra obedientiam viuere,& nihilominus bona operari nō imperata,quę inſipida & faſtidio ſunt, ſed libera, quæ iucunda & ſuauia ſunt. Huic reſpondendum:Non eadem opera, quanto ſunt iucundiora, animoque proprio dulciora, tanto etiam eſſe deo acceptiora. Neq; enim in operibus bonis ſuauitas eſt cauſa merendi. Quippe quę plęrunque eſt naturalis, & ex naturali proprio amore naſcitur, quia ſuo arbitratu quis viuere permittitur,& ex proprio delectu operatur. Hæc autem ſuauitas nullo modo ſpiritualis eſt deuotio, ſed potius proprię voluntatis immortificatio:cui quanto minus reſiſtitur,tanto magis con ſolatur. Dulcius enim efficitur, & libentius fouet propria, quæ ſibiipſi concepit & peperit,quàm aliena.In iis enim ſuo de ſiderio ſatisfacit,in iis requieſcit,dum edi uerſo alius cogere ſe habet ad ea quæ alieno iubentur imperio.Eſt igitur hæc dulcedo,affectio magis naturalis,ſeu propria inclinatio,quàm deuotio:quam plęrunq; comitatur periculoſa ſuorū operum magnificatio,qua putat ideo maiora ſiue meliora ſua opera,quo ſentit ea dulciora aut quo feruentiori ea facit affectu: quando tamen (vt dixi) ille feruor, non pietas eſt in deum,ſed amor proprius.Nam qui deum quærit, qui deum diligit, præfert ea quæ iubet ille per ſe aut per ſuos, cæteris omnibus aliis licet alioqui bonis poſthabitis. Ad hæc diſcernēda deuotione opus eſt rationali,non ſenſuali.Accipiamus huius exemplum: Duo veniunt adoleſcentes ad caſtrum regis ſeruituri. Primus regi dicit:Domine,fideliter tibi ſeruiam,omni tempore curam rei tuæ familiaris agens, veruntamen id iuxta conſilium & iudicium meum: faciam enim tibi cuncta quæ mihi videntur bona,libertate hac ſeruata, vt quæcunque volo eligam miniſteria.Alter dicit: Domine,ſeruiam tibi, ſed non iuxta voluntatem & arbitrium meum: verum quicquid tu præceperis,quicquid tu iuſſeris,quicquid iuxta tuam didicero voluntatem agam:quocunque iuſſeris ire,ibo:vbi ſtare pręceperis,ſtabo.Tua erit mea voluntas. Ecce prior quamuis multa & ingētia faciat ad domini ſui gloriam ſeu vtilitatem, omnia tamē agit pro ſuo arbitratu. Quando vult in aula,quando vult eſt in horreo,cum vult id iuxta regem, cum vult alibi pro rege operatur,omniaq; ſunt ei opera dulcia, quia pro ſua optione electa. Nullius enim imperium ſuſtinet. Alter vero,hoc eſt,poſterior qui domini ſe iuſſionibus addixit, & ſuo propterea arbitrio renunciauit, ſeruit domino,iuxta illius, nō iuxta ſuum conſilium ac beneplacitum, vtpote in ſeruitio nihil propriæ habēs electionis,ſed domini obtemperans in omnibus voluntati. Huic dum in coquina vult operari, mandatur ire ad ſtabulum,ſi ibi eſt,ſubito ad granarium euocatur.Quid multa? imperantur varia: inter quæ alia & alia,complura etiam moleſta & inſuauia, quæ ſuo non elegiſſet arbitrio, ſi iuxta ſuum voluiſſet,vt prior ſeruus,arbitrium famulari. Hæc tamen officia licet ex ſe non placeant,placet tamen domini imperium, pro cuius amore vel moleſta & inſipida ſuſcipit, & facit ſibi non moleſta, non quia ipſa quæ iubētur delectant, ſed quia domini facere voluntatem delectat.Et ideo quę alioqui ex proprio arbitrio noluiſſet, iam vult propter domini voluntatem. Iam interrogo vos vter ſeruorum videtur eſſe melior? Prior certe ſeruit ſuauius, veruntamen hæc dulcedo (vt dixi) non eſt ex domini amore,ſed ex proprio, dum libertate ſeruata, retenta etiam propria voluntate, ſatisfacit ſeruiens propriis affectibus atque iudiciis,licet ad domini ſui honorem conuerſis.Facit enim quę ſibi videntur bona, quandoquidem ſeipſum,id eſt, ſua conſilia, ſuas voluntates non cogitur abnegare. Alter vero ex ſui, id eſt, ſuarum voluptatum & cōſiliorum abnegatione, licet interdum reniſum aut moleſtiam in cogitatione ſentiat,vincit tamen:quia & ſi q̊d iubetur non placet, placet tamen & ſuauis eſt domini volūtas, quam præfert ſuæ inclinationi.Nulli igitur dubium quin ſit domino ſuo fidelior, & propterea etiam ſeruus melior.Pari modo nobiſcum, qui ſub obedientiæ degimus voto,agitur,qui non iuxta propriam volūtatem agimus, ſed quæcunque facimus ad noſtri abnegationem

tionem & propter obedientiam facimus. Atque ideo meremur omni pene momento,quando ea,ſiue quæ omittere,ſiue quæ cauere, ſiue quæ agere iubemur, explendo obtemperamus:ſi tamen, vt dixi, animum intentionemque noſtram illo dirigimus, vt quęcunq; facimus,propter obedientiam, ipſamq; obedientiam propter deum faciamus. Hoc dico adijciens, propter quoſdam(vt vocant)deuotarios,qui circa propriam voluntatem immortificati: vtpote quæ eis obedientia atque ſui relictione ſuauior eſt: & iuxta hanc ſuauitatem(quam deuotionem putant)licet deceptoria ſit,& ex immortificatione ſuiipſius oriatur, multas habent orationes vocales, aut alia exercitia, in quibus amorem & confidentiam ponunt,adeo vt propter illa ſæpenumero obedientiam aut proximi charitatem,hoc eſt,obedientiæ & charitatis opera negligant. Hi ſeruire volunt deo iuxta ſuam propriam voluntatem,& in exercitijs quæ ſibiipſis ſtatuerunt, non in ijs ad quæ à domino vocantur: & propterea non pure quærunt quę Chriſti,ſed quæ ſua ſunt. Itaque fratres, diſputent alij de ſtatutorum tranſgreſſione, quando venialis,quandove mortalis ſit,& interim non abſque periculo ſuis ſeſe diffinitionibus haud aliter atque rupto ponti committant: nos in ſimplicitate cordis in omnibus obediẽtes,nihil (quod diuus Bernardus vbiq; admonet)diſcutientes. Non iudicemus, non diſcutiamus, certi quod ſuo nunquam vult fine(qui eſt legis obſeruatio) legiſlator fruſtrari. Fruſtratur autem, quando legi aut iuſſioni eius non obeditur. Non poteſt autem carere culpa,quod contra legis intentionem patratur. Nec obijci poteſt, nec apud omnes, nec paſſim locum habet, tranſgreſſionem rationabili excuſare cauſa,quãdoquidem difficile non eſſet cuiuis ſibi cauſam fingere,& hanc etiam rationabilem credere, ſi vnicuique ſuo admitteretur viuere arbitratu. Conſulendus eſt igitur ſuperior, cuius iudicio cõmittendum credẽdumq; eſt,quando deferenda,aut differenda,aut mitiganda ſit legis auſteritas. Si is iudicauerit neceſſitatẽ rationabilemve cauſam, quamobrem non debeat ſeruari, ſed diſpenſari lex, excuſabitur, atque à pecca to immunis erit coſultantis humilitas, modo nõ importuna fuerit, ſed plato iudicium liberum reliquerit. Siquidẽ circa propria iudicanda cito (quod Terentius quoq; non ignorauit)fallimur,propterea quod metu aut amore,paſſioneve alia prępediti, à vero iudicio hallucinamur. Hæc loquor fratres chariſſimi, non quod obedientiam veſtram minus probem, aut ꝙ alicuius animum ſuſpectum habeam:ſed quod ſicut ex obedientia vobis loqui debui,ita eandẽ vobis opto me loquente cõmendari. Ad laudem domini noſtri Ieſu Chriſti,q eſt benedictus in ſecula. Amẽ.

1.Cor.10 — Bernardus — Terẽtius.

IN SOLENNITATE Annũciationis dominicę, Sermo I. De pietate & humilitate uirginis matris dei.

BEnedictus dominus,quoniam mirificauit miſericordiã ſuam mihi in ciuitate munita, Pſalmo XXX. Magnam hodie fratres chariſſimi atq; mirabilem miſericordiam humano generi fecit deus, tanto impẽſius deſideratam, quanto neceſſariam: tãto magis gratam, quanto diutius dilatam:tanto deniq; ſuauiorem, quanto veluti inſpiratam ſubito & quaſi impetu vno in mũdum effuſa eſt vniuerſum. Siquidem ſupra quinq; annorum milia ita ſe cõtinuerat deus,vt (quod ſibi proprium eſt)pene oblitus fuerat miſereri,adeo vt beata Maria q̃q; hoc ipſum ſentiens, poſtquam magnæ illius pluuiæ, hoc eſt,diuinæ miſerationis ſonitum,per angelum ſibi nunciari audierat,imo poſtquam catharactis cœli apertis, & miſericordia dñi dei filius in ipſam,ſicut pluuia in vellus, & ſicut imber ſerotinus ſuper vniuerſam terram,id eſt, humanam naturam deſcenderat: Recordatus eſt, inquit, dñs miſericordię ſuę. Eius videlicet quam promiſerat iam olim domui Iſrael. Benedictus igitur deus, quoniam mirificauit, id eſt,mirabilem ſeu mirabiliter fecit miſericordiam ſuam,non ſibi,ſed mihi. Refert Lucas eodẽ ferme tempore Eliſabeth tẽpus pariẽdi impletum, & vicinos atq; cognatos eidem gratulantes quod magnificaſſet dñs miſericordiam ſuam cum illa. Quæ fuit illa miſericordia? Nempe quod ſterilitatis ablatum erat illi obprobrium. Hoc magnam æſtimabãt miſericordiam, hoc pro magno munere ducebant pij homines in q̃ Eliſabeth foret gratulandum.

Pſalmo 71 — Oſee 6 — Lucæ 1 — Lucæ 1

 Cæterum,

Cæterum,nos nihil miramur.Quid enim
magni eſt ꝙ mulier ſterilis efficitur fœcū-
da, pariens & ordine & modo fœmineo?
Quod ſi mirū ſiue magnū cuipiam vide-
tur ſterilem cōcipere,nonne maius atque
mirabilius eſt virginem parere?Si magna
fuit miſericordia,vnā à ſterilitatis obpro-
brio mulierē liberare, quāta eſt ab æterna
damnatione vniuerſum mūdum ſaluare?
Et hoc hodie factū eſt.Non ergo ſolū ma
gnam, ſed mirum in modū etiam mirabi
lem fecit deus hodie miſericordiam ſuam
nobiſcum,quando æternum propter nos
temporale, immortale fit paſſibile,glorio
Iohan.1 ſum efficitur vile, verbum caro, materq;
manet virgo.Celebrātur nuptiæ regis fi-
lio,& ea quæ damnata atque à regni ſedi-
bus proſcripta fuerat, videlicet humana
natura,recipitur in gratiā,efficitur adopti
ua,& ex adultera fit ſpōſa legitima.Con-
ſiderate fratres chariſſimi, quanta ſit miſe
ricordia naturę humanæ adeo recōciliari
deum,vt damnationis ſentētiam ſuper il-
lam nō modo ſuſpēderit, ſed reuocauerit
etiam penitus:nec ſolum iram aduerſus il
lam omnē depoſuerit,ſed aſſumptam etiā
eandem naturā ita ſibi vniuerit, vt manē-
te vtriuſq; naturæ proprietate inconfuſa,
vna ſit perſona, vnus ſit Emmanuel, ho-
mo deus,ſeu deus homo. Et vbi hæc acta
Pſal.86 ſunt? In ciuitate munita. Glorioſa quidē
dicta ſunt de te, at multo glorioſiora fa-
cta ſunt in te,o ciuitas dei. Fratres,hęc eſt
ciuitas illa dei(Mariam loquor)ciuitas re-
gis magni, quam fundauit & inhabitauit
Iſaiæ 26 altiſſimus. Ciuitas Dauid,vrbs fortitudi-
nis noſtrę Sion,in qua ſaluator noſter no
bis poſitus eſt murus, & antemurale ſcili-
Ephe.6 cet aduerſus aereas poteſtates, aduerſus
principes & rectores mundi tenebrarū ha
rum,cōtra ſpiritualia nequitiæ in cœleſti-
Deut.19 bus. Hæc eſt ciuitas illa refugij reis data,
Ioſue 20 ad quam cōfugiant non ſolum qui inuiti,
verum qui vltro etiā fuderunt ſanguinē,
id eſt,qui voluntarie peccauerunt.Hęc eſt
dulcis illa virgo,reuerēda domina, quam
q̄tidie ſalutamus miſericordiæ & reginā
& matrem, vitæ dulcedinem,ſpem & ad-
uocatam noſtram.Sed quare dicitur mu-
Sapient.7 nita?Nempe,quia portę eius,id eſt,cor &
omnes ſenſus eius(ne quicquam inquina
tum intret in eam)contra omnia peccata,
contra omnia noxia clauſa manent princi
pi,id eſt, ad honorem principis,qui ſolus
hodie in eam intrauit atq; poſſedit. Qua-
re non immerito in eius laudem canitur, Ezech.44
quod diligit dn̄s portas Sion,ſuper omnia Pſal.86
tabernacula Iacob.Portas Sion,id eſt,bea
tæ Mariæ, quam repleuit iuxta Sapientis Eccl.36
orationē inenarrabilibus virtutibus ſuis.
Hanc diligit ſuper omnia tabernacula,id
eſt,corpora (ita em̄ accipit diuus Petrus. 2.Petri 1
Velox eſt,inquiens,depoſitio tabernaculi
mei)Iacob, id eſt, luctantium contra car-
nem,& fomitē ſupplantantium.Eſt ergo
beata Maria ciuitas munita, cuius portæ,
id eſt,omnes ſenſus clauſi atq; muniti fue
rūt cōtra omnia diaboli tentamenta, cō-
tra quęlibet ſpiritui inimica.At modo,de
ea illud Iſaiæ intelligitur:Portæ eius non Iſaiæ 48
claudētur iugiter,neq; per diem,neq; per
nocte, hoc eſt, omni tēpore patent nobis
ad cōſolationem & ſubuentionē.Nam re-
ſpectus miſericordiæ eius nunq̄ claude-
tur deuote ad ſe clamātibus, ſed ſicut ocu Pſalmo 33
li dn̄i ſuper iuſtos , ita oculi Mariæ ſuper
peccatores ad ſe cōfugientes. Pari modo
eius auditus nunq̄ obturabitur ad afflicto
rum gemitū, nunquam claudetur lingua
eius, quin pro inuocantibus ſe & cōfiden
tibus in ſe loquatur ad filium, impetrans
lapſis vt reſurgant,tentatis ne ſuccūbant,
bene gradiētibus vt proficiāt. Siquidem
cura omnis illi pro nobis commiſſa eſt,et
mater facta eſt omnium.Quare ſicut ma- Iſaiæ 49
ter non poteſt obliuiſci infantē vteri ſui,
ita nec ipſa noſtri:imo ſi etiam mater car-
nalis oblita fuerit,ipſa tamen non obliui-
ſcetur, omnibus aperiēs ſinum miſericor-
diç,omnes in vlnas ſuas recipiens,omnes
in gremio pietatis fouēs,omnibus omnia 1.Cor.9
facta, vt nemo ſit qui ſe poſſit abſcondere Pſal.18
à calore eius. Quis enumeret o pacis oli-
ua beneficia clementiæ tuæ peccatoribus
exhibita? Quis exprimet dulcedinem be-
neuolētiæ tuæ?Quis inuocauit te o bene-
dicta inuentrix gratiæ,nec exauditus eſt?
Quis in te ſperauit & derelictus eſt? Quē
fefellit ſpes in te collata, quem non pro-
mouit veneratio tibi exhibita? Sileat miſe
ricordiam tuam(inquit Cancellarius tu-
us deuotiſſimus Bernardus)virgo benedi Bernardus
cta, ſi quis eſt qui inuocatam te in ſuis ne-
ceſſitatibus meminerit defuiſſe. Nos qui-
dem ſeruuli tui cæteris in virtutibus con-
gaudemus tibi, ſed in hac potius nobiſi-
pſis. Laudamus virginitatē, humilitatem
miramur: ſed miſericordia miſeris dulci-
us ſapit, hanc amplectimur charius, re-
cordamur ſæpius, crebrius inuocamus.
Fra-

Fratres, vtinam pariter omnes hodie ad tantæ virginis accendamur amorem, cultum, & imitationem. Amorem vt ex om̄ibus medullis cordis gloriæ ſanctitatis atque innumeris excellentijs eius gratulemur. Cultum, vt pro modulo noſtro eam proſequamur veneratione, honore, obſequijs, vt ſunt orationes, ſalutationes, feſtorum & imaginum eius piæ obſeruationes, & cætera id genus officia, quibus deum præcipue per matris eius venerationem colimus: quippe quam & ipſe honorat, & à nobis vult honorari. Imitatiōem, vt ſatagamus eiſdem quibus ipſa placuit deo placere virtutibus. Hæ cum variæ ſint vel vnam ex illis velim nobis eſſe commendatam, quæ ſicut in MARIA cæteris eius virtutibus attulit decorem, ita in nobis noſtris addat negligentijs excuſationem. Ipſa eſt humilitas tam pulchra, tam eximia, tam deniq; ſingularis in MARIA, quam beatiſſima ipſa virgo gratijs, donis ac virtutibus omnibus & ſingulariter fuit cumulata, & excellenter ornata. Vnde cum cæteræ ſuæ gentis mulieres nuptias quærerent, propterea quod ex ſua ſtirpe CHRISTVM ſperarent naſciturum, ipſa virgo beatiſſima nil eiuſmodi de ſe præſumpſit, pro ingenti beneficio ducens ſi vel ancilla matris dn̄i fore mereretur. Propterea nuptijs abſtinuit, integritatem ſuam domino conſecrauit. Hic autē eius humilitas palam nobis iterum facta eſt ex obſeruantia virginitatis. Nam dum illaudata eſſet adhuc virginitas, dum obprobrio haberetur infœcunditas, dum ſterilitas malediceret, maluit virgo deo gratiſſima in oculis hominum eſſe vilis, quā per ſanctimoniam corporis domino non placere. Siquidem virginitatis (cuius præconium tum ignorabatur) obſeruantiam eligendo, expoſuit ſe obprobrio hominum & maledictioni. Quæ cum ſciret animæ nihil obeſſe (quippe quæ apud homines tantum, non autem apud deum vituperaretur) elegit obprobrium eſſe & maledictionem legis ferre, ne integritate careret. Eamobrem deus caſtiſſimæ humilitati eius largitus eſt vt ſterilitatis obprobrio careret, nec virginitatem amitteret: ſed ſimul virgo & mater eſſet: nec vtcumque cuiuſlibet filij mater, ſed dei & hominis, in quo non ſolum ipſa maledictionem euaderet, ſed benedicerentur etiam in ea omnes tribus terræ. Interea (Eſa.7)

ſalutata ab angelo gratia plena, & benedicta in mulieribus, dum turbatur, indigniorem ſe iudicans, quàm quæ talia audiret, humilitas eius maxima ſeſe prodidit. (Lucæ.1) Similiter expetita in matrē dei, quam profundiſſimæ quæſo humilitatis fuit nō aliter quàm generalibus verbis conſentire? Ecce (inquit) ancilla domini. Fiat mihi ſecundum verbum tuum. Ancillam ſe nominauit, (Ambroſi.) quæ in dei matrem poſtulata fuit: nec modo nominauit, verum etiam cognatæ ſeni Eliſabeth ancillam ſe exhibuit. (Lucæ 1) Deinde iam deo imprægnata, nonne dignitatem hanc ſuam (quæ ſub deo nequit maior intelligi) adeo celauit vt ſponſo etiam mallet in ſuſpicionem venire, quam vterum ſpiritu ſancto auctore tumeſcentem (quod abſque ſui commendatione non poterat) excuſare? (Lucæ. 2) Quātæ humilitatis fuit, tempore etiam partus ſui tam ingentem paupertatem, tantam loci humilitatem, exilij contemptū & cætera id genus vilia atque ærumnoſa ſuſtinere? Quid quod coram regibus (Matt.2) adorare venientibus, atque omni comitatu illorum dominum cœli terræque quærentibus, nihil auguſtum, nihil oſtendit mirabile, niſi mirabilem paupertatem, & auguſtam humilitatem? Accedit quod nihil horum quæ mundus miratur ambiuit, nihil quod erubeſcit celauit: ſed etiam (quod non erat) velut corrupta & immunda haberi voluit. Nam in loco quo genuerat filium ab hominum conſortio ſeparatim ſeſe continuit, ritum purificationis ſuſcepit & in cæteris om̄ibus haud ſecus atq; alia mulierum ſe geſſit, nihil ob integritatem ſibi præeminentiæ, nihil prærogatiuæ ſibi vendicās ob tam ſingularem ſanctitatem, ob tam mirabilē fœcunditatem. Hoc modo vſq; ad filij aſcenſionem, imo fere per omnem vitam ſuam ita ſe abſcōdit, tā humiliter egit, vt nihil p̄ cæteris matribus illi tribueretur, nuſquā quod erat dei mater vocaretur: in Actis q̄q; (Acto. 1) poſt dn̄i Aſcenſionem poſt apoſtolos nouiſſima in ſanctorum cathalogo recēſeretur. Quid multis moror? Semel om̄ia dicā Quicquid gloriæ, quicq̄d honoris, quicquid ſublimitatis eſt vnde potuit cōmendari celauit, q̄cquid in oculis hominū vile eſt & ingloriū (tametſi nō erat) haberi voluit. Heu chariſſimi fratres ab hac humilitate quā lōge ſumus nos, q̄d ad excuſanda pc̄tā, ad celāda vitia, ad honoris ambitionē

ad ſcientiæ & virtutum ſimulatiōem tam proni ſumus. Hilareſcimus ſi etiam contra conſcientiæ noſtræ teſtimonium commendamur, quibus mores aut facta noſtra placēt eos cordialius diligimus. Auerſamur qui nos corrigunt, ſubterfugimus qui nos monere aut docere volunt, & ignoraſſe, neglexiſſe aut erraſſe nos aliquid diſſimulamus? Metuimus ne vituperemur, & aliorum fauorem nonnunquam adulando venamur. Triſtamur ſi laudantur ſocij, amaricamur ſi præferuntur nobis cæteri. Hæc & alia complura in nobis ipſis comperimus, quæ omnia manifeſta ſunt argumenta ſuperbiæ. Cuius tot ſunt filiæ, tot genimina, tam variȩ ſpecies, vt vix eas ſufficiat quis enumerare. Taceo quod adeo obſtruſa interdum lateat hæc peſtis, adeo ſubtiliter imponat multis, vt ante inueniat dominari, quàm cœperit cognoſci. Oremus igitur per benedictæ matris ſuæ humilitatem dominum, vt ab hac peſte nos liberet, & qui
Philip.2 propter nos ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, vt viſibiliter in ſeipſo ſeruis ſuis recte viuendi exemplum prȩberet, quod dignatus eſt docere digne-
Matth.11 tur nobis infundere IESVS CHRISTVS dei & virginis filius, corde mitis & humilis, in ſecula ſeculorum benedictus. Amen.

SERMO II. IN EADEM ſolennitate. Quantæ fuerit miſericordiæ deum incarnari, & de uirginitate humilitateq; admirabili beatę uirginis Mariæ.

Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ. Lucæ I. Verba ſunt hęc chariſſimi fratres benedictę virginis & digniſſimæ matris, deum in vtero habētis Mariæ. Quanquam omnipotens deus fratres mei æque iuſtus vt miſericors, vtranque ſcilicet & iuſtitiam & miſericordiam ita adminiſtret, vt neutrā deſerat, ita tem-
Gene.3 peret, vt nec ſine miſericordia iuſtus, nec abſq; iuſtitia ſit miſericors: ante tamen ſui incarnationem veluti miſericordiæ oblitus, videbatur ſolam adminiſtrare iuſtitiam, quando humanum genus, in primo omnium parente vitiatum, à terreſtri paradyſo eiecit, à cœleſti regione prohibuit, in exilium huius miſeriæ proſcripſit, & vltra quinque annorum milia releuare diſtulit, adeo vt ne fideliſſimos quidem amicos medio hoc tempore, alio quàm ad inferorum lymbum relegaret. Illa, inquam, generalis ſententiæ ſeueritas qua humani generis redemptionem differebat quandoque exhibendam, tametſi non ſine diſpenſatione erat miſericordiæ, non tamen miſericordia tūc ſentiebatur, ab ijs qui miſeriam tolerabant. Sentiebatur nimirum iuſtitia, at miſericordia quamuis non aberat, non elucebat. Nam quod miſericordiam tam ſæpe promiſit, quod tā crebro pro miſericordia clamatum fuit, quid aliud indicat quàm ſub rigore eos ingemuiſſe iuſtitiæ? Crebro illam promiſit, diu expectata eſt, hodie vero primum huberrime eſt ſuper genus noſtrū effuſa. Hodie namq; opus noſtræ redemptionis eſt inchoatū. Hodie deus homo factus eſt. Hodie naturæ noſtræ, natura diuina in vnam perſonā eſt copulata, & perinde reconciliata. Hodie portæ miſerationum domini reſeratę ſunt, hodie cœli catharactæ apertæ ſunt & deſcendit miſericordia, non modo ſicut pluuia in vellus, ſed etiam ſicut ſtillicidia, Pſal.71
ſtillantia ſuper terram, Hoc beata Maria in ſemetipſa experta, exultans ſpiritu. Recordatus eſt (inqt) miſericordiæ ſuę. Quid Luca.1
fecerit erogādo miſericordiam deus, Lucas nobis enunciat dicens: Miſſus eſt angelus Gabriel ad virginem, non ſine delectione, quamlibet non leuiter aut fortuito inuentam, ſed ab ęterno electā, ſupra quinque milia annorum deſideratam, expectatam, quæſitam, & nunc inuentam, ornatā omnibus precioſiſſimis donis omnium gratiarum & virtutum, fragrātem ſuauiſ- Eccle.24
ſimo odore in cōſpectu dei: ſicut Nardus, ſicut Balſamū, ſicut Cynamomum, ſicut myrrha electa, ſicut malum punicū, & omnipotentem deum, maximū in ſui amorem ſuo decore allicientem, adeo vt oblitus deus iræ ſuæ, immemor vindictæ, iam fœdus inire cuperet, non ſolum cum ipſa ſed etiam per ipſam cum vniuerſo genere humano perpetuæ reconciliationis. Hoc modo, vt naturam noſtram humanā diuinæ, in vnā perſonā vnione inſeparabili copularet, fieretq; vt filius dei vnicus ſimul Canti.5
eſſet & virginis vnigenitus. Cum hæc igitur beatiſſima virgo immaculata, cādida,
rubi-

rubicunda electa ex milibus. Candida inquam, velut lilium per virginalem innocentiam, Rubicunda, vt roſa per ardẽtem charitatem, Electa non ex milibus tantũ, ſed ex vniuerſitate omnium creaturarum etiam propter eximiam eius humilitatem, ſic rutilaret in conſpectu domini, ſic gratiſſima oculis eius eſſet: vocauit angelum non quemlibet, ſed vnum ex principibus Gabrielem, (vt pro maxima cauſa ad magnam dominam, & immenſi regis, præſtans & præclarus eſſet nuncius) hæc aut ſimilia (ſi coniĳcere licet) dicens: En Gabriel videsne virginem illam cuius ſuauiſſimus odor deuotiõis, ad nos fragrans aſcendit? Vides virginem, cuius ad nos amor rutilat? cuius decor, cuius puritas, cuius humilitas ſic nos allicit? cuius pietas
Gene.2 trahit? Vides puellam omnium virtutum pulchritudine venuſtatam? Videsne modo paradyſum voluptatis quam plantauimus à principio? Cernisne fontem pietatis quo irrigabitur omnis terra? Videsne ſacrarium dignum diuinitati meæ habitaculum? En hortum concluſum, fontem ſignatum, rubum Moſi, virgam Aaron, Gedeonis vellus, arcam teſtamenti, portam Ezechielis clauſam: &, vt ſimul om̃ia complectar, virginem in quam omnia oracula meorum prophetarum ſunt compromiſſa, in qua cunctorum vaticinia complenda. Hanc amaui, hãc exquiſiui, huius decorem concupiui, hanc propoſui mihi ſponſam accipere, amator formæ illius, vt vnigenitus meus, idem ſit & vnigenitus eius, & ſpiritus meus habitator in ea fœcundus. Ero enim quaſi ros, & Iſrael germinabit quaſi lilium. Curre ergo cito & ex nobis eam ſaluta, plenam gratia prædica, inſinua noſtrum conſilium, & exquire eius conſenſum. Confeſtim igitur ad eam deſcendens angelus, inuenit (vt ſemper) ſolitariam, vtpote in cella ſe continentem, tacentem, & in contemplatione leuantem ſe ſupra ſe. Quapropter ad illam ingreſſus ait: Aue gratia plena: dominus tecum, Benedicta tu in mulieribus. Non ſtatui totũ euangelium, id eſt, omnia verba, & reſponſiões virginis exponendo percurrere: ſed hoc tantum monuiſſe ſufficiat, ex reſponſione virginis duas præclaras (prætermiſſis cæteris) elucere virtutes, Virginitatem ſcilicet & Humilitatem, quibus dignam ſe ſe, vt mater dei fieret exhibuit. Et primo quidem, quanto virginitatis amore fragrarit, quanto zelo cuſtodierit, vel inde notum eſt, vt ne altiſſimi quidem mater fore abſque formidine conſenſerit amittendæ virginitatis. Solicita namque mox vt audiuit de filĳ conceptu, pro ſua integritate interrogat, dicens: Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco? id eſt, nõ cognoſcere propono. Mater quidem filĳ tanti fieri non abnuo, at virginitatem ne amittam ſolicita quæro: fœcunditatem opto, at carnis integritatem præfero. Cõſiderate fratres, virginitatem tunc Maria prætulit coniugali fœcunditati, quando illa apud homines eſſet obprobrio, hæc honori. In veteri nanq; teſtamento dum omnes populum cultumq; vnius dei qui in ſolo populo Iudaico vigebat augere cuperent, dum omnes CHRISTVM ex ſua ſtirpe naſciturum ſperarent, nemo ſuo ſtemmati non conſulebat, nemo liberos non optabat atq; ideo minoris gloriæ ducebatur eſſe virginem quam fœcundam. Quandoquidem virginitas carnis habet ſterilitatem, & ſtirpis abſcindit propaginem. Quare tunc non erat in precio virginitas, quippe cuius adhuc ſplẽdor ignorabatur, & iccirco nec quærebat huius margaritæ pulchritudo. Soli MARIAE hoc priuilegium (vt multa alia) ſeruabatur, vt noua & ſingularis virgo, noui filĳ noua mater, nouam ſuo exemplo nobis prædicaret virtutem: tantoque nobis plus placeret virginitas, quanto excellentior erat quæ illam prima cum voto docuiſſet. Prima nanque beata MARIA deo vouit virginitatem, & parum de hominum opinione curauit. Siquidem malebat deo cum puritate mentis, ſanctimoniam integritatemque offerre corporis, quam de corruptione carnis, propagine nepotulorum gloriari. Neque enim dignam ſe æſtimabat, vt de ſua carne Meſſias naſceretur, niſi cœlitus in matrem aſcita fuiſſet. Proinde quanta ſit laude, eius virginitas digna perpendite. Nullum adhuc præceptum, nullum ex ſcripturis acceperat conſilium, nullum viderat deo de uotæ virginitatis exemplum, adeo vt populo dei ceu inſuetum ritum ſummus põtifex (vt virginis votum didicerat) inducere trepidaret, remq; diuino oraculo dignam duceret. Quid moror? Nondum Matt.19
prædicatum erat, felices eunuchos qui ſe caſtrant propter regnum dei, nec ſcriptũ virginitatem ſororem eſſe angelorum. Non

Canti.4. Exo.3 Heb.9 Iudi.6 Nume.14 Ezech.44 Prou.8 Pſal.44 Sapien.8 Prou.19 Oſee.14 Thren.3 Lucæ 1

Apoc.14 Nondum legerat Maria, virgines emptas
ex omnibus primitiæ deo & agno, ſequi
etiam agnum quocunque ierit, & cantare
ſingulare canticum alijs ignotum: quin
Gene.1 potius legerat, Creſcite & multiplicamini
Et maledicta ſterilis: quæ non parit. & cæ
tera. Et tamen caſtitatis amatrix malebat
poſteritatis gloria & fœcunditate priuari,
quàm vel libidine pollui, vel concupiſcen
tia viri: Sciebat (nimirum ſpiritu ſancto e-
docta) maledictionem hanc ſibi non ob-
eſſe apud deum, cui ſemper placuit caſti-
4.Reg.2 tas, nam & Elias virgo raptus eſt in cœ-
lum tametſi creſcente adhuc mundo vir-
ginitatis præconium in ſcripturis tacere-
tur. Infœcunditatis igitur hoc qualecun-
que apud homines obprobrium ſubire
prælegit, quam diſpendium virginitatis,
quam licet ſancte & pudice, cõiugio com
Eccle.31 mutare potuiſſet. Age dum, ſi beatos præ-
dicamus eos qui cum potuiſſent tranſgre
di, non ſunt trangreſſi, & facere mala, &
Lucæ 1 non fecerunt, quàm felix quàm beata tu
cenſenda es, benedicta inter mulieres,
quæ minori bono poſthabito, ſumma &
optima quæque amplecteris, nouam & an
gelicam virtutem inducis confuſione con
tempta? In quo certe vno cum virginita-
te humilitatem coniunxiſti. Eia vtram in
te plus mirabimur, feliciſſima mulierum?
Laudabilis plane virginitas quam deo de
dicaſti nullo aliarum mulierum exemplo
ad hanc inuitata, neque ſcripturis, ſed ſpi
ritu ſancto inſtituta. Longe aliter cogita-
Iudi.11 ſti quam filia Iephthe, quæ virginitatem
ſuam aliquot diebus fleuit: vtpote ſine ſe-
mine, ſine fructu, abſq; poſteritate, & quæ
dei populum nõ auxerat, moritura. Nam
carnis ſterilitatem vt ſpiritu eſſes fœcũda
non admodum curaſti. Quia ergo pro ca
ſtitate fortiter egiſti, quia virginitatem an
gelicæ puritatis prætuliſti, non ſolum ſte
rilitatis carebis obprobrio, ſed benedicta
etiam præ omnibus mulieribus habebis
fructum, qui melior & nobilior eſt omni-
bus filijs mundi. Siquidem dabit tibi do-
minus deus tuus honorem matris, & ſer-
uabit gaudium virginitatis, vt neque ſteri
Lucæ.1 litas neque corruptio te tangat. Nã quod
naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius
dei. At humilitas tua quantum ædificat?
Cum cæteræ omnes mulieres ex ſe ſpera-
rent CHRISTVM: ſola tu nil tale de
te cogitabas æſtimans pro maximo tibi
munere eueniſſe, ſi vel ancilla eius quæ pa
ritura erat Chriſtum, eſſe merereris. Qua
propter citra mandatum diuinitus acce-
ptum, renuebas viro deſponſari, deſpon-
ſata vero nec volebas coniungi. Deinde
ſalutata ab angelo, cum gratia plenam, &
benedictam te inter mulieres audires, tur-
bata humilitas tua, expauit, nil tale de ſe
æſtimans. Petita ſubinde in matrem altiſ-
ſimi, cum pro tui laude, & pro tanta gra-
tia etiam verecunda erubuiſſes, conſenſi-
ſti quidem: nihil tamen inde elata, nec ab
humilitate deflectens priori, in ancillam
te obtuliſti: quem etiam tandem geſtans
deum in vtero, non tam nominaſti quàm
exhibuiſti, ſeruiens cognatæ tuæ menſi-
bus tribus. Merito igitur reſpexit deus
humilitatem huius ancillæ ſuæ, recorda-
tus ſuæ miſericordiæ. Quam nobis per o-
rationes tuas dulciſſima virgo concedat
Ieſus Chriſtus filius tuus dominus no-
ſter in æternum benedictus. Amen.

SERMO III. IN EADEM ſolennitate. De benedictionibus beatæ Mariæ, & de noſtra captiuitate.

BEnedixiſti domine terram
tuam, auertiſti captiuitatem
Iacob. Pſalmo octuageſimo-
quarto. Diem hunc chariſſi-
mi fratres facit nobis venera
bilem & dei incarnatio, & Chriſti paſſio,
& noſtri ab ęterna morte redemptio. Hijs
nanq; & alijs multis præclaris hæc dies ce
lebrior facta eſt. Terram hanc chariſſimi
fratres, quæ ſingulariter domini terra dici
tur, cum ait: Benedixiſti domine terrã tu-
am, non aliam intelligimus, quam beatiſ-
ſimam virginem dei matrem. Mariam,
quæ ex virginitate cum eſſet ſterilis vt in-
tegritate manente fieret fœcunda, non ali
ter atque domini benedictione culta eſt,
vt germinaret ſaluatorẽ, haud ſecus, quã
reſeratione cordis atque voluntatis con-
ſenſu aperta eſt. Itaq; Benedixiſti domine Iſaiæ.45
terram tuam, quæ concepit ſine tactu fœ-
cunda, ſine ſemine paritura. Benedixiſti,
obumbraſti, impleſti: Et terra iam noſtra Pſal.84
dabit fructum ſuum. Eadem eſt terra hæc
quæ eſt & tua, & noſtra: Tua, quia te fru-
ctum ſuum ſingularem, benedictum, pre
cioſum & genuit & aluit. Noſtra vero, q̃a Iſaiæ.9
fructum ſuum, hoc eſt, te nobis in ſalutẽ
& in vtilitatem noſtrã donauit. Siquidem
nobis

nobis es natus, nobis es datus ex intacta virgine. Et hoc iure ipſa etiam terra eſt noſtra. Quippe quæ te nobis germinauit. Benedixiſti domine terrã tuam: Vt occaſio iuuenibus noſtris fratribus detur deuotionis aut exercitij alicuius ſpiritualis, atq; dicentibus angelicam ſalutationem ad
Lucæ.1 hæc verba, Benedicta tu in mulieribus, pium aliquid in mentem veniat, dicamus quomodo beatiſſimam virginem Mariã dominus benedixerit. Sunt autem benedictiones hæ præeminentiæ quædam ſingulares. Benedixit igitur Mariam dominus, primo in ſua æterna prædeſtinatione quia elegit eam, non modo vt ipſa ſalutẽ conſequeretur, ſed per quã totum quoq; mundum patri reconciliaret: eius dulcedine peccatores attraheret, cuius pietate interueniente deſperatis innumeris fiduciam, afflictis conſolationem, captiuis liberationẽ, perditis ſalutẽ, omnibus deniq; afflictis atq; egentibus gratiam & conſolationem præſtaret. Benedixit eam in conceptione, quia ſingulari gratiæ dono præ cunctis mortalibus, ab omĩ eã peccato pręſeruauit. Benedixit eam in ſanctitatis excellentia, quia non modo hominibus, verumetiã angelis excellẽtia ſanctitatis fecit præſtantiorem, implens eã omnigena gratiarum, ac virtutum plenitudine: tanta videlicet, quãta creatura poſſet vlla ſuſcipe
Hieronym. re. Nam cum (teſte diuo Hieronymo) cæteris per partes gratia data ſit ſanctitatis, Marię totam ſe infudit gratiæ plenitudo. Benedixit eam in natiuitate, cum nobiliſſimo eam genere vtpote patriarchali, prophetico, regio ac ſacerdotali illuſtrauit: parẽtibusq; caſtis ac ſanctis (quibus propter eam ſterilitatis obprobrium, abſtulerat) donauit. Benedixit eam in eius conuerſatione. Nam corporis venuſtate, morum elegantia, & quicquid decoris aut gratiæ eſt, quod humanis ſolet oculis eſſe acceptum, omni videlicet pulchritudine & donorum varietate ſingulariter ornauit. Benedixit tam in præſentatione, quia virginitatis propoſitum ac votum, hominibus illaudatum, mundo incognitum, ad innumerabilium ſalutem animarum, in angelicæ conuerſationis exordium, ad monaſticæ vitæ inſtitutum, in ſanctorum omnium profectum qui ipſius erant imitaturi exemplum, eidem inſpirauit. Benedixit eam in angelica annũciatione. Siquidem virginitati eius fœcunditatem addidit, in eius vtero & de eius carne corpus ſibi aſſumpſit, ipſam vt dei eſſet mater (quod excellentiſſimæ eſt dignitatis, & quanta ſub deo non poſſet eſſe maior) fecit. Benedixit impręgnatam, quia menſibus nouem eius in vtero ſe continuit, ſine grauamine & moleſtia hanc tumeſcente vtero ſeruauit: conſolationibus præterea ineffabilibus tam corpus quàm animam eius refecit. Benedixit in partu, quãdoquidem carnis integritatem naſcens eidem non abſtulit, parienti dolorem nullum intulit. Benedixit eam in ſua paſſione. Ipſam nanque vt noſtræ redemptionis ſociam ac co Iohan.19
operatricem ſibi in cruce pendenti aſtare voluit, internis animi doloribus cunctis martyribus pręſtantiorem fecit, typum eccleſiæ eidem indidit, matrem omnium filiorum adoptionis eam conſtituit, & in morte ſua ſolam eam fide incolumi atque inconcuſſa conſtantem tenuit. Benedixit ipſam in ſua reſurrectione, quia primo omnium eidem glorioſus apparuit, triſtitiam depulit, maioribusq; ac ſuauioribus gaudijs refecit. Benedixit eam in ſua aſcenſione, quando carnem ipſius pignus vteri eius, hoc eſt, corpus ſuum (cui illa dicere poterat, Hæc caro de carne mea) vide Gene.2
re tribuit eidem honorari, & ſuper cœlos cœlorum exaltari. Benedixit eam in ſpiritus ſancti miſſione. Nam ſuper apoſtolorum prædicatione, ſuper mundi conuerſione, ſuper eccleſiæ propagatione in gentium quoq; vocatione (cuius figurã iam o Matt.2
lim in Magorum intellexerat aduentu) atq; in donorum dei huberrima in credentes ſupereffuſione hanc (vt erat charitate perfectiſſima) incredibili ſpiritus exultatiõe repleuit. Benedixit eam in ipſius dormitiõe, quandoquidem in egreſſu animę à corpore requiẽ potius quã mortẽ eidẽ donauit. Quippe quam à dolore fecit liberam, à timore ſecuram, amore ebriam, & beatitudine plenam. Benedixit eam in aſſumptione quia corpori eius incorruptionem pręſtitit, reſurrectiõem prærogauit, & ipſam in vtroq; in cœlum aſſumptam glorificauit. Benedixit eam in coronatione. Siquidem in cœlo omnibus ſuperiorem conſtituens ad dexteram ſuam hanc collocauit, mundo poſt ſe honorabiliſſimam, amabiliſſimam, vtiliſſimamque conſtituit, & gratiam conſolandi, exorandique copiam pro omnibus eidẽ donauit. Benedixiſti igitur domine terrã tuam, auertiſti capti

Pſal.84 captiuitatem Iacob. Adeo exhuberanter benedixiſti domine terram tuam, vt benedictio eius ad nos quoq; pertingeret. Auertiſti captiuitatem Iacob. Captiuitatem dico magnam hanc atq; duram generalemq; humani generis, quando ante Chriſti paſſionem nemo poterat diaboli euadere tyrannidem, quandoquidem & iuſti & impij illius captiuitate (licet conditione valde impari) tenebantur omnes. Perſeuerauerat autem hæc captiuitas à mundi initio ſupra annorum quinq; milia, quando nemo erat interea qui non captiuus ab ingreſſu regni cœleſtis prohiberetur, donec ſua nos paſſione Chriſtus, imo genus noſtrum vniuerſum ab hac captiuitate liberauit. Habebat nanq; diabolus (vt Bonauentura dicit) ante Chriſti paſſionem duplicem manum, videlicet impellentem & attrahentem. Manu attrahente quemlibet ſanctum detrahebat ad lymbum: Hāc ei Chriſtus in ſua paſſione amputauit penitus. Manu impellente præcipitabat diabolus homines per fallaciam & violentiam in peccatum, adeo vt pauci tūc eſſent valde qui eidem reſiſterent. Hanc eius manum Chriſtus non omnino amputauit, ſed debilitauit: dum intus per inſpirationem lumine veritatis, & extra per eruditionem humanam atq; ſcripturæ, eius nobis fallaciā manifeſtauit, ac virtutem potiorem in illum nobis tribuit: adeo vt niſi volentibus non poſſit iam improbus dominari. Vnde quantum ad vtramq; manum benedictæ terrę, benedictus fructus captiuam ab eodem, hoc eſt, à diabolo, duxit captiuitatem. Remanet tamē in membris noſtris quædam captiuitas adhuc alia, & quaſi peccandi neceſſitas, qua concipimur & naſcimur, fomes peccati. Hanc Apoſtolus legem peccati nominans, Video, inquit, aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Non enim quod volo bonum hoc facio, ſed quod nolo malum hoc ago Conſentio enim legi dei ſecundum interiorem hominem. Nam velle quidem adiacet mihi: perficere autem bonū non inuenio. Hanc legem, hāc captiuitatem peccando noſipſi quoq; improbiorem effecimus, & iugo paterno ſub quo nati ſumus iugum proprium malæ conſuetudinis addidimus. Inde in nobis tot vitia, tot paſſiones, tot inordinatæ ſunt in nobis affectiones. Sed auertet aliquando deus etiā hanc captiuitatem. Quibus? Iacob, hoc eſt, pugnantibus, reluctātibus. Per aſſiduā namque pugnam, & per Chriſti gratiam, quādoq; ad libertatem ſpiritus reſpirabimus & reddemus legem hanc nos captiuitatē infirmiorem, non vt omnino non ſit, ſed ne regnet peccatū in noſtro mortali corpore. Nam omnino non eſſe, non eſt præſentis vitæ, ſed futuræ, quando non ſolum auerſa, ſed penitus etiam ſoluta erit, hæc captiuitas. Interim vero renitentibus auertit, id eſt, non imputat nobis dominus hanc captiuitatem quaſi captiuitatē. Ideo Paulus quoque ſe conſolatur, dicens: Si autem quod nolo malum hoc ago, non ego operor illud, ſed q̄d habitat in me peccatum. Igitur ſemper eſt reluctādum. Circundamur enim à foris hoſtibus multis, qui tamen omnes nihil poſſent nocere, niſi haberemus intra nos qui illis conniuerent. Homo namq; qui à ſeipſo diſſidens, ſibiipſi eſt inimicus maxime omnium perniciosus. Experimur quotidie inter multos gemitus quanta ſit perſecutio noſtri, quantum & à quod bellum indictum ſit ſpiritui noſtro, & quanta e regione contra hoſtes ſit infirmitas & ignorantia noſtra, quanta hoſtium improbitas, importunitas & pertinacia. Egreſſi quidem ſumus de Aegypto, liberati ſumus de manu Pharaonis, liberi facti ſumus à ſeruitute eius, id eſt, à collectione palearum à conſtructiōe luti & laterum. Exiuimus viam trium dierum in ſolitudinem, ſed inſequitur nos multitudo maxima vitiorum, ad priſtinam ſeruitutem, ad captiuitatem iterum reducere molientium. Cuius videlicet ſeruitutis quanta fuerit duritia, quanta imperantium improbitas, modo clarius videmus elapſi, quam olim detenti: Nō eſt igitur ita auerſa captiuitas, vt à tergo non ſequantur hoſtes qui capere moliantur. Et quid dico à tergo? A fronte, à latere, & ab omni parte vndiq; circundamur hoſtibus qui nos impugnāt. Verum, ſi Iacob ſumus, id eſt, ſi pugnātes reluctamur, cadent à latere noſtro mille, & decem milia à dextris noſtris: ad nos aūt non appropinquabunt. Pugnant quidem eminus, atuero repugnantes non expugnant. Et ſi dent interdum (vt in conflictu aſſolet) vulnera quædam leuia, non tamen perimunt: atq; adeo non lædūt, vt victoribus poſt pugnam futura ſint etiā in gloriam. Nihil

Marginalia: Bonauen. — Roma.7 — Roma.6 — Roma.7 — Exod.11 — Exod.5 — Pſal.90

Roma.8 Nihil enim damnationis his qui ſunt in
Chriſto Ieſu. Et diligentibus deum om̄ia
cooperantur in bonum. A bono namq; et
miſericordiſſimo deo, bonis hoc eſt, qui
contendunt fore boni, etiam tentationes
ipſę dantur aut permittuntur in bonum,
id eſt, in profectum. Teſtis eſt Paulus qui
tentatione carnis leuari ſe poſtulans non
1.Cor.12 eſt auditus à domino, ſed reſpõſum eſt ei-
dem: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus
in infirmitate perficitur. Quod cum non
Bernard. nulli de corporali intelligunt infirmitate,
cæteri (vt diuus Bernardus) de ſpirituali:
vtriq; ſane intelligunt. Siquidem humili-
ant hominem bonæ voluntatis, & corpo-
ris afflictio, & animę tentatio: imo, vt plus
dicam, ſpiritus ægrotatio. Quid ni humi-
lietur ſpiritus humanus, alioqn ad tumo
rem, ad ſui extollentiam, ad præſumptio-
nem & inanem confidentiam impenſe ni
mium inclinatus, ſi ſentiat toties renoua-
tum propoſitum ſuum ſemper accedente
tentatione aut occaſione peccandi ſe inge
rente labefactari: Quid ni humilietur, aut
quid magni de ſe poteſt ſentire homo qui
videt ſe non poſſe ſibi ſufficere ad leuia ten
tamenta ſuſtinenda, vt immunis tranſeat
à peccato: Itaq; bonam mẽtem etiam pec-
cata venialia humiliant, ſed humilitate i-
pſa in maiorem profectum erigunt, vt vir
1.Cor.12 tus perficiat in infirmitate. Vtranq; hanc
Pſal.43 humiliationem intellexit Dauid prophe-
ta cum diceret: Quoniam humiliaſti nos
in loco afflictionis, & cooperuit nos vm-
bra mortis. Locum afflictionis mundum
Eccleſ. hunc dicere voluit, in quo ſecundum Ec-
cleſiaſten non eſt niſi vanitas & afflictio
Iohan.16 ſpiritus. De quo Chriſtus quoq; nos præ-
monens, In mundo (inquit) preſſuram ha
Iohan.15 bebitis. Itemq;. Si mundus vos odit ſcito-
Ibid. te quia priorem me vobis odio habuit. Et
rurſus: Si me perſecuti ſunt, & vos perſe-
quentur. Itaq;, afflictiones corporis, preſ-
ſuræ cordis, odia, contemptus & perſecu-
Pſal.43 tiones quæ imponuntur à proximis ſunt
quæ humiliant hominem & bonam men
tem ad virtutem prouehunt. Sequitur: Et
cooperuit nos vmbra mortis. Vmbram
mortis vocat peccatum veniale ſeu tenta-
tionem. Si em̄ lethale peccatum mors, ve-
niale non abſurde vmbra mortis dicitur.
Itaq; tam peccata venialia quã tentatiões,
propterea quod vtrobiq; noſtra nobis in-
Roma.7 firmitas oſtenditur, bonã voluntatem hu
miliant. Quippe, cum nõ poſſit perficere
bona mens etiã q̃d vult bonum. Verũ hæc
non ignauis ſed ſuper cuſtodia ſua vigilã
tibus atq; pro virtute pugnãtibus loquor.
Nunc (ne prolixo vos onerem ſermone)
rogemus beatã Mariam, terrã vtiq; pro
miſſionis, terrã cui benedixit dominus, vt
precibus ſuis ac meritis auertat aliqñ à no
bis captiuitatem om̄em, impetretq; à fru-
ctu ſuo dulciſſimo, vt remittat iniquitatẽ Pſal.84
plebi ſuæ populo acquiſitionis, hæreditati 1.Petr.2
ſuæ quã comparauit ſibi hodie ſanguine
ſuo: ſingulariter tñ huic forti & funiculo
ſuo, id eſt, huic congregationi, quã e cun-
ctis pene nationibus & gentibus in hunc
locum vocauit atq; collegit, vt faceret ſibi
populum peculiarẽ atq; acceptabilẽ, imo
& gregem ac portionem ſibi ſingulariter
electã. Operiat etiam omnia peccata eoꝝ.
Operiat, inquam, ne iuſtitia ipſius videat Deut.8
quod puniat, ne diabolus quo illudat, ne
homo quo ſcandalizatus impingat. Por-
ro tunc operientur peccata noſtra, quan-
do illa deleuerit dei miſericordia, quando
contriuerit pœnitentia, qñ excuſauerit ſe
quens bona vita. Quæ omnia præſtet no-
bis dei filius, pro nobis hodie in vtero vir
ginis incarnatus, in cruce mortuus, & nũc
cum patre & ſpiritu ſancto in cœlis glo-
rioſus. Amen.

SERMO IIII. IN EADEM ſolennitate. De uera humilitate eiusq; conditionibus unde agnoſcitur.

RESpexit humilitatem ancillę
ſuæ. Lucæ I. Cunctis virtuti
bus plena erat Maria, de nul
la tamẽ gloriatur, quàm ita
reſpexerit dominus ſicut de
humilitate. Hæc eſt enim virtus ad quam
cæteræ confluunt virtutes, qua exornan-
tur & gratæ fiunt tã deo, quã hominibus
qua deniq; ne exufflentur aut marceſcant,
conſeruantur omnes. Ipſa eſt vallis illa ad
quam fluenta gratiarum decurrunt. Ipſa Canti.5
eſt vallium vna, quam vtpote profundiſ-
ſimam implendam omniũ virtutum varie
tate promittit baptiſta Iohannes, dicens:
Om̄is vallis implebitur. Placuit haud du-
bium in beata Maria deo virginitas, pla- Lucæ.3
cuit charitas, placuit patientia: ſolam ta-
mẽ humilitatem diuinitus reſpectam Ma
ria cõfitetur: Hac etenim digna facta eſt,
vt fieret mater dei, hac exaltata eſt adeo,
vt maior eſſe non poſſit, niſi ipſamet eſſet

deus. Siquidem ſummę eſt dignitatis, qua in creatura aliqua non poteſt ineſſe præſtantior, eſſe matrem dei. Imitemur igitur fratres chariſſimi virginis ac matris dei humilitatem, & ne in corde noſtro ſuperbię tumor, aut elatio ſuboriatur ſummopere vigilemus. Nihil em̃ ita nobis eſt neceſſarium, (ſi ad virtutum faſtigia anhelamus, imo ſi vel in modico cupimus proficere) quã fundamentum totius ſpiritualis ædificij humilitas. Proinde ſciat ſine fundamento ſe ædificare, quiſquis non humilis pro virtutibus alijs ſudat. Inſidiat religioſæ mẽti ſuperbia, & licet aperto Marte ſæpius repellatur, ſub tegmine tamen virtutum palliata dum mentitur ſe non eſſe ſuperbiã, ſæpenumero quia admittitur, homini eſt in ruinam: facilius deprehẽditur ſuperbia illa quæ ex donis externis naſcitur, puta de voce, de veſte, de venuſtate de diuitijs, de nobilitáte, & cęteris id generis bonis, propterea quod non liceat gloriari de huiuſmodi omnibus. Dona enim ſunt quæ nõ ſanctificant, & bonis maliſq; ſunt communia, nec vtilitatem animæ adferre poſſunt maiorem, quàm vt cõtemnantur. At, ea quæ intus in anima latet ſuperbia, & de internis aut gratijs aut virtutibus naſcitur, multo eſt periculóſior, quia ſecretior atq; intimior & ex bonis vere cõmendabilibus, imo ex ipſa humilitate ſeu potius humiliatiõe propria oritur. Facit enim hominem virtuoſum (cui virtus non debet non placere) ſibijpſi placere, & amorẽ qui eſſe debet virtutis, in proprium amorem mutat: facit ſub ſpeciæ ædificationis alijs velle placere, ab alijs imitabilem iudicari, & eo ſecurius decipit, quo zelus ædificandi proximũ (ſi abeſſet amor proprius) magis eſt licitus. Superbia effert animum, vt aſpernetur, non modo vt quod fas eſt, vitia & defectus verum etiam eum ſpernit qui adhuc vitijs premitur & languet, licet fortaſſe inuitus. Quod tamen haudquaquã faceret ſi ſeipſum agnoſceret hoc eſt, ſi vere agnoſceret, ꝙ ea quę ipſe habet (ſint licet virtutes aut dona) non à ſe, ſed à deo habet. Si, inquam, animo ſaperet ea bona, nec ſua nec à ſe eſſe quæ videtur habere, quomodo is de alieno ſuperbiret? ꝙ modo gloriam quæ deo ſóli debetur de alienis furtim ſibi vſurparet? aut quomodo proximum qui hæc eadem non habet (licet fortaſſe quod cogitare vnuſquiſque debet, humilitatem maiorem propterea habeat) iudicare aut aſpernari auderet? Si enim de ſuo ſe comparauerit quis proximo, & non de ijs quæ quaſi accõmodato recepit à deo, quid inuenit in ſe vnde gloriari poſſit cum ſit miſer & miſerabilis? quid in ſe reperit de quo non merito ſit gemendum & erubeſcendum? aut quid inuenit vnde proximo ſit melior? cum ipſa elatio, etiamſi in alijs præſtaret, faciat eũ proximo viliorem. Superbia cupit bene de ſe ſentiri (neque enim hic diſtinguo inter ſuperbiam & vanam gloriam, cum ita ſint affines vt vbi vna ibi & inuenitur & altera) cupit nõ vilis haberi. Parimodo ſub fuco honorandæ aut in precio habendæ virtutis, imponit amor proprius. Superbia erubeſcit humiliari, culpam agnoſcere aut veniam petere, & quaſi de vitando ſcandalo ab huiuſmodi abſtinendum ſibi perſuadet. O quàm magnum ſcandalum foret ſi te exhiberes humilem, ſi te ſcires humiliare. Non eſt hæc laudabilis, ſed odienda exterminandaq; procul verecundia, qua de ſui humiliatione aut qua de ijs quę non ſunt peccata quis erubeſcit. Erubeſcamus ſi peccamus. Non erubeſcamus ſi pœnitemus aut ſi ſatisfacimus: Quam procul ab hac ſuperba verecundia abſuit ſanctus Dauid qui non de peccato, ſed de bono opere reprehenſus, quod ſuæ excellentiæ ac ſtatus immemor, ante arcam dei ſaltaſſet. Ludam, inquit, & vilior fiam pluſquã factus ſum, & ero humilis in oculis meis. Eſt igitur humiliatio maxime neceſſaria ei qui adipiſci cupit humilitatem. Sicut enim curuitatem, ſi induci debeat virgæ, neceſſe eſt vt præcedat curuatio, ita humilitatem oportet antecedat humiliatio. Quiſquis igitur cupit eſſe humilis, non refugiat humiliari. Ideo ſcriptum eſt: Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Itemq; Humilia ſpiritum tuum valde. Sicut autẽ odibilis deo & hominibus eſt ſuperbia, ita grata & amabilis humilitas. Humilis nanque alios ſibi præfert, alijs cedit, de alijs melius quam de ſe ex animo ſentit, alios reueretur, alios manſuete, patienter, & benigne tractat. Humilis libenter ſe ſubijcit, confidenter credit, alacriter obedit. Quapropter obſeruandum eſt, quod Sanctus Bernardus admonet, dicens: Altiora aliorum ſemper attendas, quia in eo conſtat plenitudo humilitatis. Nam ſi tibi forſitan aliqua gratia maior collata videtur quam fratri tuo, tamẽ in multis (ſi bonus æmula-

Marginalia: 1.Cor.4 — 1.Timo.1 — Apoc.3 — 2.Reg.6 — Eccle.3 — Eccle.7 — Eccle.10 — Bernard.

æmulator fueris) iudicare te poteris infe-
riorẽ. Quid eñ ſi laborare aut ieiunare plꝰ
illo potes, & ille te patiẽtia ſuperet, humi
litate præcedat, ſupereminéat charitate?
Quid tota die circa id quod videris habe
re inſipienti cogitatione verſaris? Eſto ma
gis ſolicitus, vt ſcias quid deſit tibi, quia
hoc tibi plus expedit. Non ergo magno-
pere cogites bona quæ habes, niſi forte in
terdum vt inde deo gratias agas, & te no
ueris debitorem ei qui dedit, aut gratia cõ
ſolationis, dum neceſſe id fuerit, ne quali-
bet ex cauſa triſtior fias. De cætero ea bo-
na ſemper magis attẽdas quæ alius habet
non quæ tu: quo hæc cogitatio in humili-
tate te cuſtodiat, & à deſcenſu tepiditatis
elonget, atq; accendat deſiderio proficien
di. Vide eñ quanta mala e diuerſo hęc co
gitatio illa parturiat, qua ſedulo verſas in
animo, bonum quod tibi habere videris,
& alterum quempiam æſtimas non habe
re. Hinc in ſuperbiam eleuaris dum alteri
te præponis, hinc proficere negligis cum
te magnum aliquem arbitraris: hinc de-
mum & deficere incipis dum tibi alterius
comparatione etiam nimis egiſſe videris.
Hæc ille. Itaq; potius exempla ſanctorum
fratres ob oculos ponamus, & quantum
Philip.2 ab illorum perfectione noſtra diſtet infir
mitas, penſemus. Valet nihilominus con-
ſideratio excellentiæ diuinæ, charitatis itẽ
eius ad nos, qui cum tãtus ſit, propter nos
1.Reg.2 ſe humiliauit, tanta paſſus eſt, vt ex nihilo
& de ſtercore nos eleuaret ad regnum: re-
gnum vtiq; ſempiternum: quod nobis lar
giatur IESVS CHRISTVS Mariæ
vnigenitus dei patris filius in ſecula bene-
dictus. Amen.

IN SOLENNITATE Reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti, Sermo. I. De gaudijs beatiſſimæ Matris ex filij reſurrectione.

REgina cœli lætare haleluia
quia quem meruiſti porta-
re haleluia: reſurrexit ſicut
dixit haleluia: Cãticum eſt
primum quidem ab angelis
deinde etiam ab omni eccleſia celebratũ.
Nemo fratres chariſſimi miretᷣ, quod à be
nedictæ virginis glorioſæ matris dei allo
quio exordiar, & primum ſermonis ver-
bum cum feſtiuitas ſit filij, dedicem ma-
tri. Quia ſi in corda veſtra oculos retor-
queatis, probabitis in vobiſmetipſis quã
ſuaue quamque iucundum ſit nunquam
virginis huius præterire memoriam, inter
diuinas laudes nunquam non prædicare,
honorem eius in amorem deniq; eius cun
cta conuertere. Et ideo cũ ſemper, tamen
modo præcipue viſum eſt inter filij ſolen
nia non præterire matrem. Idq; maxime
quidem, quod filij reſurrectionem annun
ciari nulli magis, nulli prius cõgruat quã
matri, vtpote q̃ ſola ijs diebus ſedens mœ-
rore cõfecta, fide tñ & ſpe ſuſtẽtatur hos
quos nunciamus gaudij rumores æſtuan
tiſſimis deſiderijs expectans. Cui eñ poti-
us reſurrectionem prædicarem ſaluatoris
quam ei, quæ hanc ſola firmiter credidit,
certiſſima expectauit? Aut cui prius gau-
dendum acclamarem de vita redempto-
ris, quam ei quæ illius mortem omnibus
vehementius doluit? Cuius maternũ cor
claui, lancea, malleorum ictus ſecuerunt.
Omnibus igitur prætermiſſis, illuc ad vir
ginis thalamum primo fuit mihi prope-
randum. Illuc eminus clamandum: Regi-
na cœli lætare haleluia. Exulta mundi do
mina gaude gaudium noſtrũ, quia quem
ſine viro concepiſti, ſine labore portaſti:
ſine dolore genuiſti reſurrexit ſicut tibi p̃-
dixit, haleluia. En viuit quem mortuum Pſal. 21
plãxiſti, en fulget glorioſus, quem obpro-
brium hominum, & velut leproſum abie-
ctum vidiſti. En lumine chorуſcat, quem Iſaiæ.53
ſputis oblitum & plagis liuidũ aſpexiſti.
Atq; hoc cur à Maria exorſum ſit dixerim
Verum ſi congaudendum nobis eſt Marię
pro Chriſto: operæprecium eſſet nõ igno
rare cur, qua ratione, ſeu quibus ſit gauiſa
modis. Et hoc docere me poſſe non profi
teor: ſed vobis, id eſt, deuotioribus & do-
ctioribus relinquo. Cæterũ, ſimplicibus
ſimplex dico: Gaudebat Maria primum,
quod filius idem & creator ſuus à morte
reſurrexerat, quodq; viuens vltra non mo
riatur, nec denuo mors illi dominetur: Roma. 6
quippe qui per mortem ſuam de inimico
triumphauit, ipſius tyrannidem fregit, po
teſtatem minuit, imo ad nihilum caſſauit:
omnes ſuperauit aduerſitates & miſerias,
infernum deſtruxit, filios ſuos patres no-
ſtros captiuos liberauit, genus humanũ
redemit, patri ſuo reconciliauit, æternæ
mortis ſententiam abſtulit, cœlorum por
tas aperuit, ruinas angelorum reſtaurauit
eccleſiam in ſpõſam ſibi digniſſimam for-

manit, prophetarum oracula compleuit, ſicq; immenſa gloria fructuq; infinito iniunctam ſibi à patre obedientiam conſummauit. His q̃modo beata Maria non gratulari potuit? Congaudebat itaq; Maria filij reſurrectioni, gratulabatur patrum e limbo liberationi, exultabat pro humani generis redemptione, lætabatur pro diſcipulorum conſolatione. Sic ſic chariſſimi nobis eſt gaudendum, ea ratione lętandũ: quandoquidem crebrius inter diuinas hodie laudes exultare & gaudere monemur quod Christus reſurrexit, q̃d paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Cęterum, ſi qui ſumus qui propterea duntaxat gaudemus, quod hyems tranſijt, ieiunium abijt, oleum receſſit oua apparuerunt in menſa noſtra (tametſi forſan ita gaudere, haud vſq;quaq; illicitum ſit) nõ eſt hoc tamen gaudium mentis, ſed ventris: nec tam ſpiritum renouat, quàm obnubilat. Ad aliud nos gaudium ſacræ lectiones inuitant quod niſi purificato intellectu, inflammato affectu, & collecto vndequaq; ſpiritu, ſentire nõ poſſumus. Et ideo qui ad interna exercitia ſumus inertes, ſolitis diſtractionibus implicati, deuotionis quidem ſeu amoris ſentimentum, etſi aliquod percipere poſſumus, verẽdum eſt tamen ne forſan hoc acciderit magis ex cæremoniarũ & canticorum nouitate, quam diuinorũ vel operum, vel beneficiorum contemplatione. Proinde vt ſpirituali gaudio cum Chriſto, cum Maria, cum ſanctis apoſtolis, cum beatis patribus, & poſtremo cum omnibus ſpiritualiter gaudentibus exultemus, interiorem noſtrum hominẽ (qui niſi iugi indies ſtudio ædificetur, ad labefactionem ſui feſtinat) renouemus. Quandoquidem propter hoc ſurrexiſſe Chriſtum dicit Apoſtolus, vt & nos in nouitate vitę ambulemus. Verum, ad nouitatem vitæ nequaquam nobis attingere licebit, niſi vetuſtatis ſentina obſtructa, hoc eſt, niſi generali omnium vitiorum mortificata radice. Hæc radix eſt, nullius non experientia teſte, priuatus amor, q̃ ad ſeipſum quiſq; inclinatus ſibi plus iuſto fauet, placet, fidit, ſemetipſum quærit, præfert, defendit. Inde cum ſua ſibi nimium placent aliena om̃ia diſplicent. Adeo autem peſtifera eſt hæc radix vt contraria etiam inde ſimul germinent vitia, videlicet amaritudo & adulatio. Inde etiam agitur, vt qui hoc vitio laborat, iudicio careat. Nã cum tacendum ſit, loquitur: cum loquendum tacet. Aegre fert alios laudari, quia minor timet haberi: vituperari vero alios æquanimiter ſuſtinet, quia alijs cupit pręferri. Non audet corripere, quia timet offendere. Monere formidat, quia non vult nõ placere. Plura adderem, niſi dies hic, non obiurgationis eſſet, ſed conſolationis. Circa hunc igitur priuatum amorem extirpãdum vigilemus. Scrutemur quæ in nobis vitiorum mõſtra generet, quas excitet cõcupiſcentias, quos nutriat affectus, quos timores incutiat, quibus ſtudijs oblectetur, quem ſibi finem præfigat: & inueniemus procul dubio in nobis innumera pęrſus vitiata, quæ alioqui non excuſſis interniis ſyncera putabamus & ſancta, propriius enim hic amor rationem adeo fallit & obfuſcat, vt in vitia aliena oculatiſſimi quique, ſua videre nequeant. Cum autem videre deſinũt ſeu tempore pacis arma abijciunt, vitijs moleſtari ſe non credunt, putantque ſe iam paſſionibus ſubiugatis dominari, dum cõtra, ipſi vitijs ſubiectis ſeruiant, nec ſentiant ſe impugnari. Proinde quia ſui amor ſemper confuſum ducit ſecum vitiorum exercitum, & tumultum paſſionum (licet eadem ſentiat repugnãs duntaxat non victus) inquietudo & amaritudo excrucient eiuſmodi hominem neceſſe eſt. Quando enim in deo poſſit ſtabilis eſſe, qui nequit in ſemetipſo quieſcere? Quapropter circa huius mortificationem Colo. 3
ſemper inſiſtamus, ſi quæ ſurſum ſunt ſapere, ſi quę ſurſum ſunt quęrere, ſi in Chriſto reſurgere, & in eodẽ deſideramus gaudere. Quod nobis largiatr Ieſus Chriſtus benedictus dei filius. Amen.

Luc. 24
1. Cor. 5
Cant. 2
Roma. 6

SERMO II. IN EADEM ſolennitate. Cur quinque ſeruarit uulnera Chriſtus, & cuiuſmodi deuotionis exercitio ſint honoranda.

Videte manus meas & pedes meos quia ego ipſe ſum. Lu. vltimo. CHRISTVS IESVS dominus noſter reſurgens, quinque vulnera (quibus ſumus redempti) glorioſa ſuo in corpore ſeruauit. In omnibus operibus ſaluatoris noſtri, in ſingulis eius beneficijs nihil tam elucet, quam immenſa, ipſius ad nos charitas. Eius natiuitas, eius præ-

us prædicatio, eius paſſio, eius denique hodierna reſurrectio, quid clamant aliud quid monent, quam vt attendamus quanti nos fecerit ipſe, quantum nos dilexerit? Quid enim attinet vt reſurgens quinque vulnera, videlicet ſigna clauorum ac lanceæ ſuo in corpore retinuerit adeo manifeſta, vt videri: adeo magna ac profunda, vt immiſſis digitis poterant tangi, quã vt ſuam in nos charitatem nobis hoc modo prædicaret? Atqui quod olim verbis
Eſaie.49 per Iſaiam, nunc vulneribus proprijs ad quemlibet noſtrum clamat: Nunquid mulier poteſt obliuiſci infantem ſuum, vt nõ miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tui non obliuiſcar. In manibus meis deſcripſi te. Ecce in manibus, in pedibus, in corde quoque redemptoris noſtri ſcripti ſumus, ne vnquam noſtri apud deum memoriam putemus abolitam. Ingens prorſus fiducia hic nobis donata eſt vt nequeat nos obliuiſci CHRISTVS: quandoquidem ſigna paſſionis, ſigna redemptionis, ſigna denique dilectionis ſuę membris ſuis inarata circumfert, oculis proprijs ſemper obijciens. Vnde prima hæc cauſa putanda eſt, quare ſuo in corpore vulnera retinuerit, videlicet vt nulla nos vnquam obliuione à ſuæ dilectionis memoria delendos ſignificaret, tamet ſi alia quoq; cauſa ſit, vt prædilecto patri ſuo pro reatibus noſtris ſupplicando hæc tanquam redemptionis noſtræ precium pro nobis quotidie offerat, & ipſum patrẽ
1.Cor.1 miſericordiarum ac totius conſolationis ad miſericordiã erga nos inuitet. Eſt prætere a tertia cauſa fortaſſe cæteris non inferior, vt facilius hoc modo ſuæ nobis paſſionis memoriam perſuadeat imprimendam in tertis, cuius ſigna circumfert ipſe in gloria maieſtatis. Et certe immodica foret ingratitudo, acceptum non recolere beneficium, quando is qui impendit, ne ceſſet benefacere, exhibitæ iam charitatis ſuæ ſibi retinet monumentum. Ideirco a-
Luc.24 poſtolis, imo nobis omnibus, Videte, inquit, manus meas & pedes. Videte, & tanquam in libro vitæ legite, quid pro vobis fecerim, quid in exemplum vobis reliquerim. Videte volumen expanſum noui teſtamenti, quinque vulnera tãquam libros quinque Moſi in ſe continens: quibus qd ego amore veſtri fecerim, & quid mei amore vos deceat agere legatis. Scrutemur igitur quid in his CHRISTI vulneribus ſcriptum ſit, vt quoties in crucifixi imagine hæc quinque CHRISTI membra aut plagas oſculamur, obiectum ibi aliquod reperiamus contemplandum, venerandum, imitandum, & oratione impetrandum. Itaque imaginemur vt in quinque vulneribus CHRISTI, quinq; ſingulatim virtutes nobis occurrant, membris eorundem vulnerum congruentes. Verbi gratia: Manifeſtum eſt omnibus per pedes in ſcriptura ſacra plerunque ſignificari ſolere hominis affectus. Vt etenim pedibus corpus, ita affectibus graditur animus. Eamobrẽ in vulneribus pedũ Chriſti duas virtutes affectiuas ipſius meditemur, humilitatem videlicet & paupertatem, quas propterea voco affectiuas, quia quatenus in affectu ſunt, eatenus etiam & non aliter dicuntur virtutes. His duabus virtutibus mundum vniuerſum CHRISTVS & quicquid mundi ambitu extat vitioſum, calcauit: quæ cum in omni vita ſua, præcipue tamen in paſſione enitent, Quocirca ne à memoria, hoc eſt, ab imitãdi ſtudio virtutes hæ nobis excidant, in pedibus (in qbus dixi ſignificari affectus) CHRISTI manſerunt ſtigmata ſacra, quæ oculis noſtris obiecta, etiam harum virtutum in CHRISTO nos commonefaciant, ſimulque ad imitationem inuitent. Ad hunc modũ in manibus CHRISTI vulnera duo, duas etiam nobis virtutes alias ſignificant, obedientiam & patientiam. Quæ propterea in manibus locum ſuum ſortiuntur, quod per manus in ſcriptura operatiões intelligimus. Porro in CHRISTI paſſione tam obedientia quàm patientia eatenus dici poſſunt virtutes actiuæ, quatenus obediendo ac patiendo, CHRISTVS & patris voluntatem, & noſtri operatus eſt redẽptionẽ. In lateris vulnere, quod eſt cordis, innuitur nobis quinta virtus, quæ eſt CHRISTI viſceroſa charitas, quæ omnes Chriſti actus, omnia verba, cuncta deniq; quæ paſſus eſt, & ineffabili decore illuſtrauit, & incredibili ſuauitate condiuit. Itaque, in quinq; Chriſti vulneribus Chriſti iam quinque legimus & veneramur virtutes: quę quomodo in CHRISTI vita ac paſſione emineant ſingulatim explicabo paucis. Neminem tamen mouere debet ſi in feſto reſurrectionis de CHRISTI loquimur paſſione: quandoquidem victoribus etiam prophanis in triumpho recen

ſentur aut concinuntur quæ ante geſſe-
rint,aut paſſi ſint in prælijs. Chriſtus quo
que reſurgens hodie, vulnera ſua glorio-
ſa non ad triſtitiam,ſed ad gaudium apo-
ſtolis oſtendit. Verum de hoc ſatis.Duas
ante dixeram virtutes in Chriſti pedibus
nobis ſignificatas, quibus mundum o-
mnem calcauit non ſolum nihil glorię, ni
hilve diuitiarum ambiens,verum ex affe-
ctu etiam & deſiderio contemptum & e-
geſtatem ſuſtinens. Principio igitur de
humilitate eius dicamus.Hæc in nullo fu
it homine profundior atque abiectior,
Roma.11 quam in CHRISTO. Quippe qua con
culcat & confutat omnem elationem hu
manam, vt vel ſub humili deo deinceps
Pſal.9 nõ altum ſapiat homo, nec vltra apponat
ſe magnificare ſuper terram. Sed videa-
mus nunc quam nihil gloriæ, quam nihil
honoris ambiuit ſuper terram, dominus
Pſal.23 ipſe rex gloriæ. Volens incarnari, non di-
uitem,non mundano ſtemmate inſignem
Lucæ.1 elegit matrem:ſed pauperem, humilem,
& iuxta ſeculi opinionem abiectam. Iam
naſciturus noluit ciuitatem magnam eli-
gere,noluit amplum palatium,noluit na-
ſci vbi ſeruientium & occurrentium fa-
mulorum adulatrix adeſſet turba, noluit
vbi hominum adeſſet frequentia, ſed ele-
Lucæ.2 git tuguriolum,deſertum,vile & vbi nihil
eſſet,quod non præferret abiectionem. Vi
tauit aurea,ſpreuit oloſerica,execratus eſt
quæq; pompoſa:non admiſit præter parẽ
tes famulantium obſequia, vilibus inuolu
tus eſt pannis, contemptibili præſepio ho
noratus. Adde iam, quod nec voluit niſi
pauciſſimis & his vilibus, vtpote paſtori-
bus,idq; ſolum pro ſuę natiuitatis teſtimo
nio cognoſci,noluit prædicari, voluit ſui
perſecutionem fugere,non vlciſci, voluit
quaſi impotens & imbecillis,non glorio-
ſus haberi. Accedit quod ignotus mundo
atq; inglorius triginta annis latuit. Cæte-
rum,prædicans atq; miracula faciens,quã
honorari aut commendari noluit? quam
neminem ſpreuit? quam familiaris pœni-
tentibus,miſeris atq; egentibus fuit? De-
inde obſerua opprobria,deriſiones, con-
temptum ſcribarum,& phariſæorum do-
los,in omni vita ac paſſione ſua q̃ patienter
ſuſtinuit? Accuſatiões iniquas, & ſui infa-
Iohan.13 mationes quã humiliter nõ excuſauit? ad
contumelias,ad conuitia quã innocẽs ta-
cuit? Quid quod ad pedes piſcatoꝝ lauan
dos,diuina ſe maieſtas inclinauit? Quid
quod corpus ſuũ virgineum laceratũ &
cruore perfuſum,ante oculos hoſtiũ ſuoꝝ
paſſus eſt nudari, quod pudiciſſimis qui-
buſq; virginũ ſæpenumero intolerabilius
fuit morte? Quid,quod deinde cũ latrone Lucæ 23
comparari,latronẽ ſibi ad vitã præferri,cũ
latronibus educi, inter latrones medius
non dedignatur crucifigi? Nonne paſſio-
nis locũ ignominioſiſſimum, mortis ge-
nus turpiſſimum,& (quod dixi) conſorti
um deſpectiſſimũ conditiones mortis &
moriendi modum abiectiſſimum elegit? Iſaiæ 53
Nõ eſt ſpecies ei (inquit Iſaias) neq; decor.
Et vidimus eũ,& non erat ei aſpectus: Et
deſiderauimus eũ deſpectũ, & nouiſſimũ
viroꝝ,virum dolorũ, & ſcientẽ infirmita
tem. Et quaſi abſconditus vultus eius &
deſpectus:vnde nec reputauimus eũ. Item
que:Et nos reputauimus eum quaſi lepro Ibid.
ſum,& percuſſum à deo, & humiliatum.
Itaque nihil abiectionis, nihil vilitatis ni-
hil fuit ignominię,quod impij humili IE
SV (in quo diuina contemnebatur maie-
ſtas) non irrogarent:nihil inferre poterãt
eiuſmodi,quod humilis IESVS non af-
fectaret. Hanc CHRISTI humilitatem
quaſi in primo vulnere pedis reconditam
meditemur,hanc geſtiamus imitari,hanc
rogemus nobis infundi. Hinc ad alteram
quæ eſt paupertas, accedamus. Cum dñi
Ieſu iam humilitatẽ prædicaremus, dictũ
eſt,& plus dici poſſet, quantum abiectio-
nis iuxta humanam oſtenſionem,eius ha
buit natiuitas. Inde liquet etiam quanta ei
us fuerit paupertas. Defuit hoſpitiũ,defu-
it cunabulum:& quid ibi,bone deus non
defuit, vbi tenera virgo ac mater inter i-
gnotos peregrina,diuerſorijs excluſa,præ
inopia ſub vili tuguriolo ſeu ſtabulo iu-
xta præſepe boũ natũ habens infantulum
habitabat? Et quid, quod nemo ibi non
modo quę ad cõmoditatem,ſed quę ad ne
ceſſitatẽ etiam maximam deerant, offere-
bat? Rigebat gelida hyems, & frigore nox
media ſtridebat, quando interim tenero
regioq; mox nato infantulo fœnum ſub-
ſternitur, quia plumarum aut pellium
ne mentio quidem præ inopia fuit. Iace-
bat in præſepio ante iumentorum ora:
quæ creatorem ſuum cognoſcentes, ſpi-
ritu ſuo, hoc eſt, anhelitu calido frigus
ei temperabant. Et hæc tum quidem,
cum in propria terra, hoc eſt, cum in
ſua adhuc morabatur gente. Quid ſub-
inde paupertatis & inedię exiſtimabimus
paſſum,

paſſum, cum ſubita perſecutione agitur,
in exilium defertur, per deſertũ degit in-
ter alienos, parentibus tenuitatem victus
manuum labore quærentibus? Operaba-
tur virgo nobiliſſima filo & acu, aut ope
re textrino, & paruulus Ieſus, quod credi
tur, matris opera detulit vicinis: preciũq;
piæ matri reportauit laboris. Et vt obiter
hæc dicam: Erat puellus amabilis nimiũ,
& (vt habẽt ſanctorum reuelationes) qui-
cunque ei loquebatur, adeo non poterat
eius aſpectu & alloquio ſatiari, adeo non
poterat abſtrahi, vt etiam omnis aduerſi-
tatis interim aut mœroris (ſi quibus pre-
mebatur) colloquẽs obliuiſceretur. Vnde
omnes cupiebant puero Ieſu loqui, quia
nemo nõ magno gaudio potiebatur, quiſ
quis huius aſpectu & moribus frui po-
Matth. 4 tuiſſet. Verum, ad eius paupertatem reuer
tamur. In deſerto XL. diebus ac noctibus
Lucæ 4 moratus, vbi quæſo cubabat, vbi requie-
ſcebat? Pari modo in monte ſæpenumero
orans pernoctabat: & quieti ſi quando vo
luit feſſum corpus dare, nonne in terram
Matth. 8 nudam (vt ſancti ſcribunt) membra virgi
Lucæ 9 nea colligebat? Nihil in mũdo (cuius opi-
fex erat ipſe & gubernator) poſſidens de
eleemoſynis viuebat oblatis. Quas vbi ne
mo obtuliſſet (quod docti quidam aiunt,
Lucæ 2 vel tum maxime eidem vſu veniſſe, cum
Matth. 26 duodenis in templo Ieroſolymis triduo
Marci 15 manebat) oſtiatim mendicabat. Quid tan
dem in paſſione? Fugiunt diſcipuli, longe
ſtant ab eo noti, non cognoſcunt amici:
tandem etiam à patre derelinquitur, & ſo
Matth. 27 lus ducitur inter hoſtiũ cuneos, omnibus
deſtitutus. Nudatur veſtibus, terra priua-
Iohan. 19 tur, hoc eſt, inter cœlum & terram in ae-
rem ſuſpenditur. Sitiens & clamans aquæ
Matth. 27 guttam non habet. Crucifixo deeſt quo
caput reclinet, alieno mortuus vtitur ſe-
pulchro, & ſuperſtitem relinquit matrem
pauperem ſine proprio. Tertia virtus eſt
Iohan. 6 obedientia, quã in vulnere manus eius re-
conditam comperimus. Deſcendi, inquit
Chriſtus, de cœlo, non vt faciam volun-
tatem meam, ſed voluntatem eius qui mi
Iohan. 4 ſit me. Et alibi dum eſurienti cibum offe-
rebant ſui: Meus, inquit, cibus eſt, vt faci-
am voluntatem patris mei, qui miſit me.
Item in dura illa agonia orando patris vo
Matth. 26 luntati ſe ſubdidit offerens in mortem, &
Marci 14 dicens: Pater, ſi non poteſt tranſire calix
Lucæ 22 iſte, niſi bibam illum, fiat voluntas tua.
Cæterum, obedientia eius tanto perfecti-
or emicat, quanto grauius duriuſque fuit
præceptum patris, quod ſubiuit. Nam ini
quitates omnium noſtrum poſuit ſuper
eum pater, atq; in eo puniuit, vt ſub dura
ipſe lueret diſciplina pro nobis, nos eſſe-
mus in pace. Ipſe enim vulneratus eſt pro Iſaiæ 53
pter iniquitates noſtras, & nos eius liuore
ſanati ſumus. Sed nunquid ſoli obediuit
patri? Nequaquam. Obediuit patri, obedi
uit legi, obediuit parentibus, obediuit ſa- Lucæ 2
cerdotibus, obediuit Iudæis quoq; & tor-
toribus. Et cui tandem citra vitium non
obediuit? Cui vnquam ſuam ob volunta-
tem ſtatuendam reſtitit? Itaque totus fa-
ctus eſt obediens vſque ad mortem, mor- Philip. 2
tem autem crucis. Quarta virtus, alterius
videlicet manus, eſt patientia in aduerſis.
Nulla inuenta eſt manſuetior, nulla tran-
quillior patientia domini Ieſu: tametſi Lu
cas illum referat duros & impios aliquan
do circumſpexiſſe cum ira. Quæ ira tamẽ
ne putaretur liuoris aut impatientiæ, ſed
charitatis, ſequitur: Et contriſtatus eſt ſu- Matth. 3
per illorum cæcitate. Sic duriſſime inter- & 15 & 23
dum obiurgauit hypocritas, ambitioſos, Lucæ 6. 13
auaros, & cæteris vitijs inquinatos. Sic eie
cit flagello homines quæſtuoſos de tem- Marci 11
plo, veritatem ſynceritatemq; zelans, nõ Lucæ 19
vitia (quibus nulla debetur patientia) pal-
pans aut diſſimulans. Vtrunque enim do
cuit, zelum videlicet & patiẽtiam. Vtrun-
que ſuo & loco & tẽpore exhibuit. Nam
dicebatur filius fabri, vorax & potator vi- Matth. 13
ni, amicus publicanorum, Samaritanus, Marci 6
dicebatur inſanire, dicebatur ex deo non Matth. 11
eſſe, dicebatur dæmonium habere: nec ta- Iohan. 8
men his, nec quibuſcunque alijs deriſioni
bus, contumelijs, iniurijs, perſecutioni-
bus, oblocutionibus (quas frequentes pa-
tiebatur) inuẽtus eſt vel leuis indignatio-
nis impatientiæve indicia dediſſe. Nun-
quam ne ſigno quidem acceptã viſus eſt
retaliare iniuriam. Paſſus eſt truculentos
atque minaces hoſtium vultus, paſſus eſt
impia & dura verba, paſſus eſt dira ac cru
deliſſima tormenta: neque tamen queru-
la ab eo vox vlla auditur, neque niſi vbi
ratio cogeret, perſequentibus aut calu-
mniantibus reſpondet. Siquidem cum
malediceretur, non maledicebat: cum pa- 1. Petri 2
teretur, non comminabatur: tradebat au-
tẽ iudicanti ſe iniuſte, & ſicut ouis ad occi Iſaiæ 53
ſionem ducitur, & ſicut agnus coram ton
dente ſe obmutuit, nec aperuit os ſuum.
Quinta virtus eſt charitas, hæc in vulne-

re cordis cõgruũ ſortita eſt locũ,ardẽtiſſi-
ma,latiſſima maximeq́; profuſa,maxime-
q́; puta ad ingratos, ad inimicos, ad oẽs.
Hæc illum de cœlis traxit,hæc incarnari,
hæc pati, hæc illũ pro nobis mori coegit
Hæc ne tantillo quidem ſuo parceret cor
pori, fecit: adeo vt etiam interiori ſemeti-
pſum triſtitia grauius affligeret, externis
paſſionibus occurreret, cuncta membra
ſua omnesq́; vires in ſupplicium vltro ex-
Pſalm.129 pẽderet,omnes ſanguinis guttas profun-
deret, ne non copioſa eſſet ipſius pro no-
bis redemptio, & vt euidẽtiſſima ſui erga
nos eſſet amoris manifeſtatio, & vigoro-
ſa ad ſe noſtri attractio. Ideo nihil eidem
obſtitit, quin totus efflueret pietate, totũ
ſe erogaret commiſeratione,totum ſe im-
penderet charitate. Vnde cum ineffabili-
bus in cruce doloribus & anguſtijs pre-
meretur, & non aliud quàm impias in ſe
blaſphemantium voces, improperãtium-
que audiret inſultus, nunquid in eo chari
tas tunc defecit? Haudquaquam. Et quo-
modo has vltus eſt iniurias? Obortis la-
chrymis pietate pariter ac compaſſione
fluẽtibus, excæcatos & impios miſeratus
Lucæ 23 eſt: quos etiam excuſans oratione, patri
commẽdauit. Poſtremo, cuius nemo tol-
lere potuit animam, charitas ipſum quaſi
vicit, atq; in mortem pro nobis vt trade-
ret, coegit: nec tamẽ mors charitatem ex-
Iohan.19 tinguere potuit. Nam mortuus, cur quæ-
ſo lancea cor ſuum nobis aperiri voluit,
niſi vt oſtium in ſe,intrandique nobis co-
piam faceret, charitatem qua cuncta per-
fecerat nobis oſtenderet, & liquoris id q̃d
in ſe pauxillũ ſupererat, pro nobis ſimul
effunderet, & quàm nihil noſtri cauſa ſibi
ſeruare vellet, nobis inſinuaret? Poſtremo
Matth.28 à morte reſurgens, quando iam data eſt ei
omnis poteſtas in cœlo & in terra, q̃mo-
Marci 16 do putatis perdet deicidas iſtos? Ite (inq̃t
apoſtolis) in mundum vniuerſum ad vl-
ciſcendam iniuriam meam. Quomodo?
Ibidem. Ite, prædicate Euangelium omni creatu-
ræ: qui crediderit,& baptizatus fuerit ſal-
uus erit. Aqua ſe lauent lateris mei,& quẽ
fuderunt meo ſanguine, omnibus ſeſe ex-
pient peccatis. Age,age, ſic loquatur dñs
meus. Talis vltio talem decet charitatẽ,
quæ tam exhuberans in te eſt dñe Ieſu,vt
veſtimenta quoq; tua ſe attingentibus ef-
fundant pietatem. Hęc ſunt chariſſimi fra
tres quinq; virtutes Chriſti meditandæ,
& e quinq; vulneribus eiuſdem petendę,
niſi quis ſex virtutes maluerit, q̃d non im
probandũ eſt,& vulneri cordis duas tribu
at: hac ratione permotus, q̃d cum e cæte
ris vulneribus ſanguis tm̃, ex corde fluxe-
rint pariter ſanguis & aqua, & ita in ſan-
guine ſuę deuotioni pręfigat feruẽtiſſimã
Chriſti charitatem (de qua dictum eſt:) in
aqua vero cãdidiſſimam caſtiſſimamque
ipſius puritatẽ. Quippe cum ſit agnus ſine Sapient.7
macula, cãdor lucis æternæ, & ſplẽdor pa Hebræo.1
ternæ gloriæ. Cui laus ſit, honor & gloria
& gratiarum actio ſine fine. Amen.

SERMO III. EIVSdem ſolennitatis. Exercitium deuotiſſimũ, quo ſpiritualiter cum Chriſto quis poſſit reſurgere.

SI cõſurrexiſtis cum Chriſto,
quę ſurſum ſunt quærite, vbi
Chriſtus eſt in dextera dei ſe
dẽs, quæ ſurſum ſunt ſapite,
non quæ ſunt ſuper terram,
Ad Coloſſenſes III. Feſtiuitates ſancto-
rum fratres chariſſimi, cum omnium tum
præcipue ſancti ſanctorum, nõ modo ad
gratulationem: verum ad imitationem
quoque nos inuitant. Surrexit Chriſtus,
ei gratulamur. Surrexit propter iuſtifica- Roma.4
tionem noſtram, gaudemus pro nobis:
nec tamen hoc ſolum eſt, cuius hodierna
nos cõmonefacit ſolennitas. Aliud quod
non minus curandum eſt reſtat, vt nos
quoque à morte cum Chriſto conſurga-
mus ad vitam. Quod niſi fiat, profecto ni-
hil proderit nobis Chriſtum ſurrexiſſe.
Huius autem reſurrectionis ſignum indi
cat nobis Apoſtolus, dicens: Si conſurre- Coloſſ.3
xiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quæ
rite,& cætera. Ac ſi dicat: Cupitis ſcire cũ
Chriſto ne conſurrexeritis? Perquirite an
quæ ſurſum ſunt quæratis, an ſola illa cœ-
leſtia, non autem terrena ſapiatis. Inde
enim diſcetis vtrum in vetuſtate, an in no
uitate ſitis: in carne, an in ſpiritu. Porro
reſurrectionem quod mors præcedat, ne-
mo non intelligit. Quis enim reſurge-
re diceretur ante non mortuus? Moria-
mur ergo neceſſe eſt, vt reſurgamus. Hinc
etiam liquet, ſi reſurrectio bona, mors
quæ præcedit ſpiritualis erit bona: puta
qua caro ſpiritualiter, non ſpiritus mori-
tur. Eſt mors, inquam, quædam laude di-
gna, & omnibus votis optanda, quam
in ea-

Coloſſ. 3 in eadem epiſtola ſubinde Apoſtolus cõmendans: Mortui, inquit, eſtis, & vita veſtra abſcõdita eſt cum Chriſto in deo: eſt autem mors hæc veteris hominis. Quocirca conſiderãdum, quinq; eſſe in nobis, quibus quaſi quinq; columnis totum veteris hominis ædificium innititur, quæ niſi cadant, niſi mortua fuerint, nec vere reſurgimus, nec quæ ſurſum ſunt ſapiemus. Hæc ſunt affectus rerum temporalium, amor ſolatiorum, delectationum, & commodorum proprioꝝ, impatientia aduerſitatum, cõfuſionum, tentationũ, & huiuſmodi. Diſtractionum ſeu occupationum multiplicatio, quæ eſt inquietudo cordis, & irreſignatio propriæ voluntatis. Hæc ita mortificari oportet, vt iuge bellum illis indicamus, continue reluctemur, propoſitum cõtrarium ſtatuamus, auxilium inuocemus diuinum: & quoties ſuccubuerimus, mox cum gemitu propoſitum renouemus, donec tandem diutina pugna quinq; alias columnas ad ædificationem ſiue reſuſcitationẽ ſpiritus in nouitatem vitæ erigamus: quæ ſunt contemptus mũdi, odium ſui, aduerſitatum patientia, cordis atq; oris ſilentium, & perfecta ſui abnegatio reſignatioq;. Ecce quinq; ſunt in nobis extirpanda, quinq; rurſus ædificanda. Adhæc præter hoc quod nobis pugnãtibus omni hora vſu venit, conſultum foret quotidianũ aſſumere exercitium, quo contra carnem ſpiritu confortato redderemur inuictiores. Proinde cum non ſit virtus in nobis, non conſtantia, curramus Iſaiæ 12 & hauriamus de fontibus ſaluatoris gratiam & virtutem. Credimus enim Chriſtum hodie reſurgentem quinque in corpore ſuo glorificato vulnera ſeu cicatrices ad inenarrabilem ſanctoꝝ in patria lætitiam, ad immenſam vtilitatem electorum in via retinuiſſe. Ad illa igitur curras (iunioribus nunc loquor) quiſquis optas cum eodem reſurgere: illic haurias, illinc exugas, vnde te vincere, vnde te queas mortificare. Principio igitur ad vulnus dexteri pedis domini Ieſu accedas, & meIohan. 1 ditãs eius paupertatem, quod videlicet in propria venerit, & ſui eum nõ receperũt: imo quod tanquam aduena & accola in terra aliena nihil poſſederit, quod tanquã mendicus ab aliis, more humano vitæ neceſſaria acceperit, multis (ne dicam omnibus) eguerit, gratiasq; agas eidem, atque vicem eius charitati reddere geſtiens, reſignes & offeras te eidẽ humiliter in vnione paupertatis ſpiritus ipſius, ad temporalium omnium ſubtractionem perferendam, ad ſuſtinendam omnem penuriam. Veruntamen ſic te reſignes, vt fragilitatis propriæ ac nihileitatis haud immemor, ex illo vulnere ſugendo, ores tibi largiri virtutem à deo, qua ſimul omnium temporalium tibi infundat cõtemptum, qua affectum tuum ita purificet, atque adeo in ſe trahat, vt extra ipſum tam in interiore, quàm exteriore homine tuo, nihil quæras, nihil affectes, nihil intẽdas, nihil poſſideas, nec vllibi requieſcas, ſed ipſum pure ſolum diligas in omnibus & ſuper oĩa. Itaque quotieſcunque te contra hoc deliquiſſe deprehẽderis, ad hoc vulnus recurre, veniam petens, propoſitum bonum reſtaurãs, & denuo virtutem auxiliumq; veluti iam primũ incepturus à domino flagitans. Deinde accede ad vulnus ſiniſtri pedis, gratias agens domino Ieſu pro caſtiſſima, innocentiſſima & ſanctiſſima eius vita, quam in pœnitentiæ auſteritate, in labore, in rigore, abſtinẽtia, temperantiaq; conſummauit, quod carni moleſtius eſt ſemper eligens, quod altum hominibus fugiens. Itaque, in vnione huius ipſius virtutis reſigna te illi, ad ſuſtinendam ſubtractionem, ſeu carẽtiam omnium voluptatum, proprioꝝ commodorum, honoꝝ, conſolationum & quarumcunq; delectationum, quæ ſunt extra deum, aut nõ afficiunt ſecũdum deum in vtroq; homine: ſugens ex hoc vulnere, & orans tibi donari tantã caſtitatem puritatemq;, vt omnẽ delectationẽ impuram, quam habes aut recipere potes, deteſteris, fugias, abiicias, & ipſe ſolus ſit delectatio tua caſtiſſima: caſtiſſima inquam, ne vel in ipſo aliter, quàm propter ipſum delecteris. Inueniuntur enim qui delectationibus terrenis renunciant, & delectationes quærunt diuinas: idq; propterea magis, quoniam delectatio ipſa ſpiritualis optata ac dulcis eſt, quàm vt per hanc ipſi cupiant conenturq; domino eſſe fideliores, ſeipſos, non dominum in hoc quærẽtes. Quippe, quoniam dona præferunt datori. Cæterum, tu quicquid contra huiuſmodi tuam reſignationem deliqueris, in huius vulneris fonte eluas, propoſitum primum toties renouando quoties neglexeris. At tertium vulnus, quod eſt dextræ manus accedẽs, gratias age domino Ieſu pro ineffabili eius

patien-

patientia, qua in exteriore homine perſe-
cutiones,ignominiam,cõtemptum,iniu-
rias,cõtumelias,corporis dolores,tormẽ-
taq; acerbiſſima: in interiore vero triſtiti-
am,pauorem,anguſtiam,compaſſionem,
preſſuramq; tulerit. In vnione huius pati
entiæ & longanimitatis eius,reſigna te il
li ad perferendas cõtumelias,iniurias,hu-
miliationes,obprobria,infirmitates,& cæ
teras quaſlibet aduerſitates,proprię tamẽ
imbecillitatis ſemp memor: ſugas ex hoc
ſacro vulnere,& petas tibi dari humilita-
tis & patiẽtię perfectã virtutem,quibus lõ
ganimiter cuncta ad laudem & benepla-
citum eius feras,ipſum ſolum preſſurę tuę
inſpectorem, & cõſolatorem expectans.
Quartum vulnus poſt hęc ſiniſtræ manus
eius introeas, & gratias age eidem Chri-
ſto Ieſu pro incomprehenſibili eius humi
litate,tranquillitate, ſimplicitate,ac pau-
pertate ſpiritus: quam & in agendo & in
Pſalm.119 patiendo ſeruauit.Nam cum his qui ode-
Iſaiæ 53 runt pacem, erat pacificus, & ſicut agnus
manſuetus ad victimã, & ſicut ouis ad oc
ciſionem ductus ad mortẽ obmutuit, nec
1.Petri 2 aperuit os ſuum. Cum malediceretur,nõ
maledicebat,cum pateretur,non cõmina-
batur. Tradebat autẽ ſe iudicanti iniuſte,
tortoribus ſuis non ſolum non indignãs,
ſed etiã miſerationis affectum impendẽs,
Lucæ 23 atq; apud patrem illos tam oratione,q̃ ex-
cuſatione cõmendans. Statue igitur & tu
dum aliquid ſuſtinueris, nõ ad homines,
ſed ad ordinationem diuinam reſpicere,
nec homini, ſed tuis peccatis quid mole-
ſtaris, imputare:illudque q̃d pateris haud
ſecus,ac de manu domini ſuſcipere,inter-
num externumq; ſilentium poſſidere,ne-
mini alteri,q̃ deo (niſi cõſilij fieret cauſa)
ſuper hoc conqueri. Sic ſtatue in animo
tuo, ad hoc te reſigna, videlicet velle erga
eos qui te offendũt, aut male tibi volunt,
beneuolentiam & benignitatem oſtende-
re, nec eis malum imputare. Sugens & o-
rans ex hoc vulnere tibi donari mititatis
& manſuetudinis virtutem,qua inter oẽs
euentus & ad omnes homines pacẽ que-
as & tranquillitatem ſeruare: quæ tibi &
quæ alijs fiunt,cuncta in ſimplicitate cor-
dis boni cõſulere, neminem iudicare,cor
liberum ab amaritudine & ſuſpicione ſer-
uare,qualitercunque tecum fuerit actum,
ſine querulatione contentum eſſe, exclu-
ſis omnibus anxietate & occupatione inu
tili,cor nulli creaturę implicare. O ſi qs in
tali ſilẽtio & ſimplificatione cordis quie-
ſceret,qui ſic in cunctis diuinam prouidẽ
tiam intelligens,omnia de manu eius acci
peret,in ſemetipſo & cum omnibus homi
nibus magnã proculdubio pacem poſſi-
deret,nec contrarium illi vnq̃ fieret. Po-
ſtremo, gazophilatium omnium gratia-
rum, cor videlicet ſuauiſſimum dñi Ieſu
ingredere, in quo nobis quintum vulnus
aperuit:ad quod omnes inuitat,omnes re
cipit, omnes brachijs amoris ſibi aſtrin-
git. Hic age illi gratias pro ſui abnegatio-
ne & perfectiſſima obedientia, qua patri Philip.2
factus obediens vſq; ad mortem, vbiq; ſe
in eiuſdem voluntatem reſignauit: quip-
pe qui non ſua, ſed quæ patris ſunt quære Iohan.7
bat. In vnione huius obedientiæ reſignes
te omnimodis ad perfectam abnegatio-
nẽ in proſperis & aduerſis, in proprijs &
alienis,in amando & patiendo,in haben-
do & amittendo, in tempore & æternita-
te, vt ſemper ſtes in ipſo per plenam reli-
ctionem & egreſſionem tuiipſius, ad nu-
tum & omne eius beneplacitum reſigna-
tus, optans nõ aliud, nec aliter in te & in
alia qualibet creatura fieri,quàm quod il-
li ſumme fuerit placens: vt ſemper vnum
velle idemque nolle cum illo poſſideas.
Quod vt poſſis, toto ſpiritu ex hoc vulne
re ſugas,petens hãc perfectiſſimam abne-
gationis & deiformis volũtatis virtutem
tibi donari. Qui hoc modo in Chriſti ſe
exerceret vulneribus quotidie, cum Chri
ſto aliquãdo in interiore homine reſurge
ret. Verum dicet aliquis: Quotidie mihi
inſtituo legem, q̃tidie me reprehendo,ge
mo,plãgo, oro quotidie,nec tamen queo
meipſum vincere, eoſdem in me ſemper
defectus reperio. Quid igitur hoc mihi
confert exercitium, cuius non ſentio fru-
ctum? Confert profecto plurimum, quia
virtutum imperfectiones vitiaq; maxime
naturalia, tametſi haudquaq̃ penitus ex-
tirpare poſſumus, facimus tamen reniten
do ne penitus noſtri dominentur. Itaque
redigimus ea ſub tributo, vt nõ modo nõ
noceant,verumetiam profectui noſtro ſer
uiant:& pugnã quam cũ illis gerimus,glo
rię potius ſit quàm ruinæ. Longo etenim
nimis interuallo diſtant, is qui bellũ quo-
tidie cõtra ſe inſtruit,ſe plangendo & de-
um cõtra ſe inuocando, quàmuis fortaſſe
raro aut nunquam plene ſe vincat: & e re
gione is qui naturalibus inclinationibus
ſuis quietus ſeruit. Nam ille quantiſlibet
etiam

etiam defectibus moleſtetur(& quos fortaſſe niſi per mortem nō exuet)ſub minore eſt tamē periculo: q̄ hic qui perinde ac ſecurus nunq̄ emendat, ꝙ nunq̄ plangit. Ille & ſi aliquando, tamen rarius peccat, cadit leuius, reſurgit facilius, ſtabit firmius, vincet celerius: hic vero non ſolum cadit, verumetiā ſemper in defectibus ſupinus iacet, & interim ſibi ſtare atq; incolumis videtur. Vnde fit vt illius culpa facile vno gemitu eluatur, vtpote quàm ante et poſt cōflictum tentationis auerſatus, neq; ex affectu, neq; dedita opera, ſed infirmitate victus admiſit: hic vero cum nunq̄ ex animo vere deteſtetur hæc leuiora peccata (tametſi perfunctoriā frigidamq; de illis forſan faciat confeſſionem) neq; delet admiſſa, neq; cauet admittenda. Quapropter chariſſimi fratres non prætergrediamur quæſo peccata noſtra cæcutientibus oculis tanq̄ leuia. Siquidem nullum leue eſt peccatum, niſi q̄d leue non æſtimatur, nullum remiſſibile, niſi quod emendatur, aut emēdandum proponitur. Itaq; vt peccata noſtra corrigamꝰ, vitia quę ſunt peccatorꝫ radices mortificemus, repugnando, vim nobis inferendo, auxiliū diuinum implorando, poſt lapſum ſemper propoſitum priſtinum renouādo, nulla tentationis importunitate pugnam deſerēdo, nulla difficultate deſperādo, nec in nobis, ſed in adiutorio & protectione altiſſimi (Pſal. 90) habitādo, ex vulneribus Chriſti Ieſu tutelam atq; pugnandi virtutem quærendo: & ſic tandem cum Chr̄o in nouitate vitę reſurgemus, ſapiētes quæ ſurſum ſunt, nō quæ (Coloſſ. 3) ſuper terram. E duobus nanq; vnum certiſſimum nobis ſperādum eſt, vt fideliter certātibus, aut in hac vita, aut circa egreſſum animæ plena detur de vitijs victoria, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat deus in ſecula benedictus. Amen.

SERMO IIII. IN EAdem ſolennitate. Quomodo mori, quomodoue in nouitate uitæ oporteat nos ambulare.

SIcut CHRISTVS reſurrexit à mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitę ambulemus, ad Romanos VI. Chariſſimi non hodie tātum, ſed omni tempore ſumus nos admonēdi, vt in nouitate vitæ ambulemus. Siquidem ſeculo abrenunciantes, quid aliud fecimus, quàm quod veterē noſtram vitam vitijs ſubiectā habuimus exoſam, quod ipſi nobis diſplicuimus, quod à nobis, hoc eſt, à malis moribus, à peccatis, à vitijs maluimus recedere, & ad Chriſtum cōuerſi, eundem ſequi ac imitari. Hoc itaque propoſitum nobis fuit quando monaſterium ſumus ingreſſi, ſi tamen verum atq; ſanctum hoc nobis propoſitum fuit, hoc eſt, ſi dei amor huc nos traxit, vt vita vitiorum, vita corruptionis (quę mors potius eſt dicenda quàm vita) relicta ſpretaque, deinceps in nouitate vitæ ambulemus. Non tamen huic iam propoſito ſatisfactum eſt fratres, propterea ꝙ in monaſterio viuimus cucullo inueſtiti: ſed tota potius vita noſtra omneq; tempus huic ſtudio impendēdum eſt, quo veteribus vitijs atque defectibus correctis, ſemper ad anteriora, hoc eſt, perfectiora anhelemus, ſemperq; nobiſipſis inueniamur meliores. Proinde quotidie omniq; hora re- (Ephe. 4) nouamini ſpiritu mētis veſtrę, noua ſemper deuotiōe, nouo feruore priora, id eſt, imperfectiora relinquentes, ad perfectiora vos extendite. Heu fratres chariſſimi, non inueniatur in nobis tepiditas illa ſanctitatis omnis aduerſaria, pietatis deſtructrix, quæ in nonnullis monachis reperitur, quod à ſolo peccato mortali volunt continere. Ideo ſemper diſputant, vtrum ſit mortale: quod ſi nō eſſe didicerint, nō timent deum ſuum offendere, gratiam eius ſpernere, ſpiritu debiliores, carne validiores, peccandoque frigidiores fieri. Non timent, inquam, in anima ſua peccatorum (licet vt dicunt venialium) ſordes colligere, deo diſplicere, ingrati inueniri, atque mortalium ſeſe peccatorum periculis exponere. Fundamentum eſt maxime ruinoſum, ſuper quo nunq̄ aliquid boni poteſt ędificari, à ſolo peccato mortali velle abſtinere, venialia non curare. Heu q̄ ſæpe in tali homine, qui adeo eſt frigidus vt venialia nō horreat, hoc eſt, qui deum nō pluris facit: q̄ ſępe inquam, in huiuſmodi homine peccata mortalia, præſertim mentalia, pro venialibus admittuntur. Neq; enim tam frigida charitate gaudēs diu poteſt ſe continere, quin ad mortalia labatur, qui venialia nō vult cauere. Credite mihi, credite fratres, vbi monachus huiuſ-

huiuſmodi inuenitur, qui vltro, ſcienter, aut dedita opera conuertit ſe ad venialia peccata, aut qui non pari cauet ſtudio venialia, quo mortalia euitat, de hoc nulla eſt ſpes, ꝙ ſeculari Chriſtiano fiat melior. Nimium eſt eñ deo ingratus, & eius gratia ſe facit indignum. Cæterũ, bonus monachus, & deo deuotus omnis Chriſtianus propoſitum habet, quodcunque delictum, & quicquid deo ſuo dilecto nouerit diſplicere, cauendi. Et licet ſæpius nihilominus delinquat etiam ſub hoc propoſito, puta ignorantia, ſubreptione fragilitate: nunquam tamen ex certa ſcientia, atque ex propoſito eligit peccatũ. Et ideo, quia nunquam inuenitur in affectu peccandi, eius peccata facillime emendantur, purgantur, atq; à deo dimittuntur. Is vero, qui propterea ꝙ veniale audit peccatum, vitare contemnit, ſicq; ex propoſito peccat, quia non decreuit emendare, ideo nec in confeſſione eius quamlibet venialia dimittuntur. Nihil enim in cõfeſſione lauatur, niſi quod plãgitur admiſſum, & quod inſtituitur deinceps non admittendum. Quocirca chariſſimi fratres, habentes deum præ oculis, in timore eius teneamus nos perſeuerãter, nullius delicti propoſitum habentes, in omnibus autem & ſuper omnia feruentiſſimi atq; ſtudioſiſſimi, amatores executoresq; diuini beneplaciti in nouitate vitę ambulemus, ſuperata omni vetuſtate peccati. Hoc licet ſubito non veniat, illuc tamen tẽdere debet ſemper tanquam ad ſcopum conatus noſter. Nam ſicut Chriſtꝰ ante paſſus eſt & mortuus, quàm reſurrexit, ita nos ante vitijs debemus mori, (vitam noſtram veterem, hoc eſt, deſideria noſtra quæ non ſunt ſecundum deum, in nobis abnegando atq; mortificando) quàm ambulemus in nouitate vitæ. Et licet laborioſum atq; graue interdum ſit incipientibus, omnia ſua deſideria frangere atque relinquere propter deum, amanti tamen deũ, ſuaue eſt onus, ob gratiam dilecti carere omnibus quęcũque ille auerſatur. Itaque chariſſimi (nouitijs loquor) eruditionem beati patris Pinuſij, qua nouitium ipſe ſuum inſtituebat, nunc vobis adfero: quam etiam vobis dictam, aſſumatis. Hic nanq; de abnegatione ſeu abrenunciatione, nouo tyroni monaſticæ militiæ loquens: Abrenunciatio, inquit, nihil eſt aliud, quàm crucis ac mortificationis indicium. Ideoq; noueris

Pinuſius.

te fili, huic mundo & actibus eius ac deſiderijs eſſe defunctum, teq; ſecundũ Apoſtolum mũdo huic eſſe crucifixum, tibiq; hunc mundum. Galat. 6 Conſidera ergo conditiones crucis, ſub cuius deinceps ſacramẽto oportet te in hac luce verſari, quia iam tu nõ viuis, ſed ille viuit in te qui crucifixus eſt pro te. Galat. 2 Et poſt pauca iterum: Crux noſtra timor domini eſt. Sicut ergo crucifixus quis iam non pro animi ſui motu mẽbra ſua quæq; mouendi vel conuertendi habet poteſtatẽ, ita & nos voluntates noſtras ac deſideria, non ſecundum id quod nobis ſuaue eſt, ac delectat ad præſens, ſed ſecundum legem domini quo nos illa cõſtrinxerit, applicare debemus. Et ſicut is qui patibulo crucis affigitur, non iam pręſentia cõtemplatur, nec de ſuis affectationibus cogitat, non pro die craſtino ſolicitudine curaq; diſtẽditur, nulla poſſidendi concupiſcentia permouetur, nulla ſuperbia, nulla contentione, nulla æmulatione ſuccenditur, non de pręſentibus dolet iniurijs, non præteritarum iam recordatur, ſeq; cum adhuc ſpirat in corpore cunctis elementis credit eſſe defunctum, illuc pręmittens ſui cordis intuitum, quo ſe nõ dubitat ilico trãſiturum: ita nos quoq; timore domini crucifixos oportet his omnibus, id eſt, non ſolum carnalibus vitijs, verumetiam ipſis elementis mortuos eſſe, illuc habentes oculos animæ noſtræ defixos, quo nos ſperare debemus momentis ſingulis migraturos. Atq; poſt pauca rurſus. Secundum ſcripturæ ſententiã egreſſus ad ſeruiendum domino, ſta in timore Eccl. 2 dei, & præpara animam tuam non ad requiem, non ad ſecuritatem, non ad delitias, ſed ad tẽtationes & anguſtias. Actor. 14 Per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Matth. 7 Luca 13 Angusta nanque eſt porta & arcta via quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam. Cõſidera ergo te de paucis & electis effectũ, & ne exemplo ac tepore multitudinis refrigeſcas: viue vt pauci, vt cum paucis inueniri merearis in regno dei. Itaq; non leue noueris eſſe peccatum, perfectionem profeſſum quempiam, ea quæ ſunt imperfecta ſectari. Ne deſit autẽ regula inſtitutionis, qua ad nouitatem vitæ perueniatis, qua ambuletis, quod idem Pinuſius hortatur, adiungam. Sequitur enim: Eccl. 1 Principiũ igitur noſtræ ſalutis eiuſdemq; cuſtodia (ſicut dixi) timor dñi eſt. Per hunc enim & initium con-

conuerſionis,& vitiorum purgatio,& virtutum cuſtodia, his qui imbuũtur ad viam perfectionis acquiritur. Qui videlicet dei timor cum penetrauerit hominis mentem contemptum ei rerum omnium parit, obliuionem parentum mundique ipſius gignit horrorem. Contemptu autem ac priuatione facultatum omnium, humilitas acquiritur. Humilitas vero his indicijs comprobatur. Primo, ſi mortificatas in ſeſe omnes habeat voluntates. Secundo, ſi non ſolum actuum ſuorum, verum etiam cogitationum, nihil ſuum celauerit ſeniorem ſiue magiſtrum. Tertio, ſi nihil ſuæ diſcretioni, ſed iudicio eius vniuerſa committat, ac monita eius ſitiens libenter auſcultet. Quarto, ſi in omnibus ſeruet obedientiam, manſuetudinem, & patientiæ conſtantiam. Quinto, ſi non ſolum iniuriam inferat nulli, ſed ne ab alio quidem ſibimet irrogatam doleat atque triſtetur. Sexto, ſi nihil agat, nihil præſumat, quod non vel communis regula, vel maiorum cohortantur exempla. Septimo, ſi omni vilitate contentus ſit, & ad omnia ſe quæ ſibi præcipiuntur, vel vt operariũ malum iudicauerit & indignũ. Octauo, ſi ſemetipſum cunctis inferiorem, non ſuperficie pronunciet labiorum, ſed intimo cordis credat affectu. Nono, ſi linguam cohibeat, & non ſit clamoſus in voce. Decimo, ſi non ſit facilis ac promptus in riſu. Talibus nanque & ſimilibus indicijs humilitas vera dinoſcitur. Quæ cum fuerit in veritate poſſeſſa, confeſtim te ad charitatem
1. Iohan. 4
quæ timorem non habet, gradu excellentiore perducet, cum vniuerſa quæ prius nõ ſine pœnæ formidine obſeruabas, abſque vllo labore, velut naturaliter incipies cuſtodire, iam non contemplatione ſupplicij vel timoris vllius, ſed amore ipſius boni & delectatione virtutũ. Quæ omnia vt poſſis conſequi, & ſub regula ſpiritali perpetuo perdurare, tria hæc in congre-
Pſal. 37
gatione neceſſario tibi cuſtodienda ſunt: vt ſecundum Pſalmiſtæ ſententiam: Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus qui non aperit os ſuum: & factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones: tu quoque velut ſurdus ac mutus & cæcus incedas, vt abſque illius contemplatione, qui tibi fuerit merito perfectionis ad imitandum electus, vniuerſa quæcunque videris minus ædificationis habentia, velut cæcus non videas, ne eorum qui hæc agunt auctoritate vel forma animatus, ad id quod deterius eſt, & q̃d olim damnaueras, traducaris. Si inobedientem, ſi contumacem, ſi detrahentem audieris, vel ſecus quàm tibi traditum eſt aliquid admittentem, non offendaris, nec ad imitandum eum, tali ſubuertaris exemplo: ſed vt ſurdus qui hæc penitus non audieris, vniuerſa tranſmittas. Si tibi vel cuiquam conuitia, ſi irrogantur iniuriæ, eſto immobilis, & ad reſponſionem talionis vt mutus auſculta, ſemper hunc Pſalmiſtę verſiculum
in ore tuo decantans: Dixi, cuſtodiam vias meas, vt nõ delinquam in lingua mea. Pſal. 38
Verum & quartum hoc præ omnibus excole, quod quæ ſuprà diximus tria ornet atque commendet, hoc eſt, ſtultum te ſecundum Apoſtoli ſententiã facias in hoc
mundo, vt ſis ſapiens, nihil ſcilicet diſcernens, nihil dijudicans ex his quæ fuerint tibi imperata, ſed cum omni ſimplicitate ac fide obedientiam ſemper exhibeas: illud tantummodo ſanctum, illud vtile, illud ſapiens eſſe iudicans, quicquid ſibi vel lex dei, vel præceptoris examen indixerit. Tali enim inſtitutione fundatus, ſub hac diſciplina poteris durare perpetuo, & de cœnobio nullis tentationibus inimici, nullis factionibus deuolueris. Porro patientiam tuam non debes de aliorum ſperare virtute, id eſt, vt tunc eam tãtummodo poſſideas, cum à nemine fueris irritatus, quod ne poſſet nõ euenire, non tuæ ſubiacet poteſtati, ſed potius de humilitate tua & longanimitate, quæ in tuo pendet arbitrio. Liquet inde chariſſimi, volentibus in nouitate vitę ambulare, volentibus cum Chriſto in nouitate vitæ reſurgere, neceſſum fore vt ante moriantur & ſibi & mundo. Quis eſt, inquis, mortuus mundo? Ille vtiq; qui nihil appetit huius mundi: non honorem, non gloriam, non diuitias, non vanitatem, non delectationem, non laudes, non voluptates. Nihil horum deſiderat, nihil ſuper aliquo illorum lætatur, nec ſentit illa quemadmodum mortuus non ſentit. Num mortuus eſt ille mundo, num crucifixũ habet mundum, qui ſecularibus rumoribus oblectatur, qui obtrectationibus libenter auſcultat, qui delicata cupit, q̃ moleſta pro Chriſto ſuſcipere refugit, qui dei ſeruitium & laudes faſtidit, qui leuium hominũ gaudet conſortio, qui fabulationibus & otio

ſtudet, qui voluntates ſuas implere feſtinat, qui deſiderijs proprijs contendit ſatisfieri? Nequaquam hic mundo, ſed potius heu Chriſto eſt mortuus. Illud enim in eo eſt mortuum, quod illum non afficit, non mouet. Si ergo Chriſtus non afficit cor eius, non viuit in eo Chriſtus. Verum, quia hoc potius orando quàm ſtudendo impetrabitis. (Iohan.14) Orate: Domine Ieſu Chriſte, qui es via, veritas, & vita, infunde mihi perfectiſſimam, ardentiſſimam perpetuamq; charitatē, qua ſimul cordi meo infundas omnium quæ extra te ſunt, atq; meipſius contemptum, vt te ſolum deſiderem, te ſolum cogitem, tibi ſoli inhæream, tibi ſoli placere ſtudeam, & omne tempus vitæ meæ, omnesq; vires animæ & corporis mei in laudem, in gloriam, in amorem & beneplacitū tuum expēdam, qui es benedictus in ſecula. Amen.

IN SOLENNITATE aſcenſionis domini noſtri Ieſu Chriſti, Sermo I. De duplici iubilo quo Chriſtus aſcendit in cœlū & quæ uia ſit illum ſequēdi.

AScēdit deus in iubilo, Pſalmo XLVI. Aſcenſionem domini fratres chariſſimi, non minus cœlo quàm mundo feſtiuam hodie recolimus: cuius lætitiam, quāta fuerit tum Chriſto aſcendenti, tum angelis & electis omnibus, quantaque & hodie & perpetuo maneat, nemo poteſt explicare, nemo capere. In terris magna igitur celebritate gaudiū, ſi rex, ſi princeps, ſi dominus nouus in regnum, ducatum, aut ciuitatē eligitur, inſtituitur, aut introducitur, atq; adeo nihil non oſtentatur feſtiuum, vt ſi quis tunc triſtitiam ibi vel ſimularet, haudquaquam careret ſuſpicione, ne inuideat, neve iniquum aliquod in dominum meditetur. Itaque immenſo gaudio cœlum terraq; tripudiat, quando vniuerſorum dominus, quando rex & redemptor noſter: imo & frater noſter cœlos petit, (Pſalm.67) captiuam ducens ſecum ſanctorum patrum quam liberauerat captiuitatem. Non minori quoq; nos hodie gaudio debemus eidem congratulari: qui quàmuis in terra licet detinemur incolatu hoſpites, adoptione tamen ſumus cœli ciues. Venite igitur exultemus domino, (Pſalm.94) iubilemus deo ſalutari noſtro. (Pſalm.46) Quandoquidem deus ipſe noſter aſcendit in iubilo. Iubilum dicūt ſancti inexplicabile gaudium cordis: vel iubilus eſt ineffabile gaudium, quod nec taceri poteſt, nec exprimi valet (adde) quod habetur pro æternis. Multiplici iubilo aſcendit Chriſtus. Primum in iubilo proprio. Siquidem iubilauit quod voluntatē patris impleuit, quod diabolum non poteſtate, ſed iuſtitia ſuperauit, quod deniq; opus noſtrę redemptionis conſummauit. Nam ſi tam immodico ad patiendum deſiderio arctabatur, vt diceret: Baptiſmo habeo baptizari, & quo (Luce 12) modo coarctor vſque dum perficiatur? nimirum æſtuātiſſima charitate ſalutem noſtram accelerari ſitiens, quanto nunc putandus eſt gaudio exultaſſe, quādo quod tam vehemēter cupiebat accelerandum, vidit conſummatum? Quantum exultabat, quando iam non modo quæ ad animarum remedia eſſent, ſciuit parata, verumetiam quæ ad ſanitatem, quæ ad integritatem, quæ ad gloriā deniq; perfectam pertinerent, ingenti ſanctorum exercitui ſuo vidit munere collata? Item: Aſcendit deus in iubilo angelorū. Iubilauerunt etenim angeli de hoīm reparatione. Quid ni iubilarent de tot hominum plena felicitate, qui tantopere gaudēt vel de vnius peccatoris conuerſione? (Luce 15) Iubilauerunt de ſuæ ruinę reſtauratione ſeu reſtitutione, vt pote quod benigne feciſſet dominus in bona (Pſalm.50) voluntate Sion, quando iam impleret ruinas, & ædificarentur muri Ieruſalem. Iubilauerunt de ſui regis exultatione. Nam ſi eidem mox nato & ad miſerias noſtras perferendas, ad paſſiones quoq; tolerandas accincto, lætabundi gloriam cecinerunt, (Luce 2) quid iam cum ſpolijs victori aſcendenti ac triumphanti ad patris dexteram redeunti, laudum, præconiorum atq; gaudiorū obtulere? Tertio, iubilauerunt apoſtoli etiam propter tria. Propter Chriſti glorificationem, propter ſpiritus ſancti promiſſi certam expectationē, & propter gentium vocandarū conuerſionem. Quarto, iubilauerunt ſancti patres redēpti cum Chriſto aſcendentes, tum quod ab infernali ſunt carcere liberati, tum quod angelorum agminibus ſunt aſſociati, tum deni que quod beatitudinem ex viſione ſanctæ Trinitatis ſempiternam ſunt adepti. Inter hos nobis eſt etiam iubilandū gratulantibus

bus Chriſto regi noſtro, quod intrauit in
Iohan.14 gloriam ſuam. Si diligeretis me, ait Chriſtus, gauderetis vtiq;, quia vado ad patrē. Si diligeretis me, inquit, nō tantum amore concupiſcentię, videlicet quo vobis ex me bene optatis: ſed amicitię, qua mihi, id eſt, corpori meo glorificationem fauetis, gauderetis, id eſt, gratularemini mihi, quod vado ad patrem. Et re vera merito quidē. Nam Titum Veſpaſiani filium adeo lætatum referūt pro exaltatione patris ad imperium Romanū, vt nimio mox gaudio corpus eius langueſceret: & anima Chriſtiana, anima religioſa, pro honore, pro exaltatione, pro glorificatione domini & ſponſi ſui exultabunda & laudans non iubilabit, aut præ dilecti caſto non langue-
Hebræo.6 bit amore? Gaudeamus igitur quia Chriſtus vadit ad patrē. Gaudeamus, quia præcurſor pro nobis introiuit in gloriam pa-
Ibidem. tris, vt aduocatū habeamus in cœlis. Gaudeamus quia vadit parare nobis locū. Lo-
Auguſtin. cum, in quo, vt Auguſtinus ait, tanta eſt pulchritudo iuſtitiæ, tanta eſt iucunditas lucis æternæ, quod ſi non liceret amplius in ea manere, quam vnius diei mora, propter hoc ſolum innumerabiles anni huius vitę pleni delitijs & circumfluentia bonorum temporalium, recte meritoq; deſpicerentur. Hunc locum nobis parat, non qui modo non ſit, ſed quia illo nos dignos facit, & ius poſſidendi nobis tribuit: illum nobis aperiens, nobis ad illum iter oſtēdens &
Mich.2 nos in via deducens. Aſcendit, inquit Micheas, pandens iter ante eos. Duo ſunt Chriſti aſcēſus. Primus eſt (quem iampri-
Iohan.10 dem recolimus) quo vt paſtor bonus pro ouibus ſuis animā ſuam poſiturus, aſcen-
Pſalm.67 dit in crucē. Alter, quo hodie aſcendit in cœlum. In primo aſcēdit ſuper occaſum,
Pſalm.46 quādo in ligno noſtrā naturam in ſemetipſo ſuſpendit, & in cruce moriens mortē calcauit. In altero aſcendit in iubilo, quādo naturā eandem ſuper cœlos cœlorum ad patris dexterā leuauit. Illic nobis iter pandens, quo ſequendū ſit monſtrauit: hic ſe imitātibus in gloriā ſuam intrandi copiā fecit: in priori patiendi exemplū docuit, in præſenti gloriæ ſuæ, vt conſortes efficiamur compotes fecit. Vtrunque aſcenſum
Actor.1 complexus eſt, ad vtrunq; nos inuitauit,
Lucæ 24 quando dicebat: Oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam. Nonne & multo magis oportet nos pati ſi in gloriam intrare contendimus alienā? Si hinc

ſine flagello non exijt, inquit Gregorius, Gregorius.
qui ſine peccato venit, quomodo illi flagello digni non ſunt, qui cum peccato venerunt? Aſcendit igitur dominus noſter Ieſus Chriſtus in crucem, iter pādens ouibus ſuis quo ſequantur. Siquidem ipſe eſt paſtor ille, qui cum proprias oues emiſe- Iohan.10
rit, ante eas vadit, & oues illum ſequūtur. Sequamur eum fratres, quia hæc via eſt, qua nos oportet intrare in regnum dei. Omnes qui placuerūt deo per multas tri- Iudith 8
bulationes tranſierunt fideles. Ludibria Hebræo.11
& verbera ſunt experti, inſuper & vincula & carceres. Lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus nō erat mundus, in ſolitudinibus errātes, in montibus & ſpeluncis, & in cauernis terrę. Hęc eſt via dñi, hæc porta dñi, Pſalm.117
& iuſti intrabūt per eā. Hoc modo in crucem aſcendere, hoc eſt, poſt dñm ire. Hæretici noſtri & ſine operibus bonis, & ſine paſſionum, hoc eſt, aduerſitatū tolerātia: imo & facinoribus pleni & flagitijs obruti, ſperāt ſe introituros regnū dei. Verum hęc nō eſt ſpes, ſed incōſulta præſumptio. Adeo faciunt miſericordē deum, vt deſinat eſſe iuſtus. Adeo putāt bonum, quaſi eorum flagitijs faueat. Verum hoc non eſt eſſe bonum, ſed peſſimum. Nō hanc viam elegit dñs, non docuit. Nemo alia via præſumat quærere regnum cœlorum, præter eam quam & Chriſtus docuit & ambulauit. In mundo, ait Chriſtus, preſſurā habebi- Iohan.16
tis. Et iterum: Mundus gaudebit, vos autē Ibidem.
contriſtabimini. Hæc eſt via arcta, quam Matth.7
paucis peruiam fecit Chriſtus. Quapropter gaudium noſtrum ſit, hæc triſtia fortiter ac hilariter perpeti, expectantibus illud tēpus quo ſimul finiatur triſtia, & in gaudium vertantur omnia. Valeant cum gaudijs ſuis hi qui terrena ſapiunt, qui cœleſtia neq; expectant, neq; quærunt, quia non quemadmodū debent, quęrunt. Vos autē chariſſimi fratres inter infirmitates, inter tentationes, in contemptu, in fame & ſiti: poſtremo, inter aduerſa quæcunq;, per patiētiam curratis ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in auctorem fi- Hebræo.12
dei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, cōfuſione contempta. Recogitate eum qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem, vt non fatigemi-

 ni ani-

ni animis veſtris deficientes. Scitis quãta
paſſus eſt magiſter veſter. Scitis quãta rur
ſus paſſionis ipſius corona, quanta poſt
eius dolores & gemitus ſecuta ſint gau-
dia? Aſcẽdit quidem ipſe hodie in iubilo,
ſed nobis tantum veſtimenta ſuæ paſſio-
nis pro teſtamento hic in ſui memoriã,&
4.Reg.2 pro ſui imitatione reliquit. Cecidit Eliæ
noſtro in cœlum aſcẽdenti pallium eius,
quod nobis non modico deſiderio eſt le-
uandum. Quod ais pallium? Nempe veſti
mentum illud quod angeli mirabãtur in
Iſaiæ 63 aſcendente rubrum, dicentes: Quare ru-
brum eſt veſtimentum tuum? Quibus do
minus quoq; reſpondens: Torcular, inqt,
calcaui ſolus,&c. Itaq; palliũ Eliæ noſtri,
pallium, inquam, domini Ieſu in hac mor
tali vita fuit torcular, hoc eſt, pati & deſpi
Iohan. 5 ci, quicquid carni durius erat eligere, pa-
tris voluntatem magis q̃ propriam face-
re, vulnerari, ſanguine proprio rubricari,
crucifigi & mori. Hoc palliũ cecidit Elię,
eidem reſurgenti & aſcẽdenti: quia reſur
Roma. 6 gens ex mortuis, iam non moritur, nec
mors ei vltra dominabitur. Hoc pallium
cecidit Chriſto, relictũ eſt nobis: quando-
1. Petri 2 quidem Chriſtus paſſus eſt pro nobis, no
bis relinquẽs exemplum, vt ſequamur ve
ſtigia eius. Nõ vult nobis ſufficere ꝙ ipſe
paſſus ſit pro nobis, niſi & nos aut bona
operando, aut dura patiendo eius amore
ſuſtineamus. Sequamur exemplum eius
neceſſe eſt,& regnũ cœloꝝ quanti illi con
ſtat, tanti nos quoq; cõparemus. Ita enim
cõparabimus: ſed ne hoc quidem, niſi per
ipſum. Quid em̃ ſunt opera noſtra, qd pa
tientia noſtra ad regnũ cœloꝝ? Sed proin
de hoc dictum ſit, ſi in primo aſcenſu ſo-
2. Cor. 1 cij fuerimus paſſionis, in altero conſortes
erimus & gloriæ. Ad hanc gloriã nos in-
uitat Chriſtus, ad hanc nos expectat, ad
hanc nobis viam quotidie parat, cum nos
caſtigando, cũ noſtra deſideria praua prę-
pediendo, cum conatus illicitos refrẽnan-
do, cum ad meliora nos impellendo fati-
gat. Quæ cum hilariter de manu eius ac-
cipimus, cum gratias agentes æquanimi-
ter ſuſtinemus, pallium quod Chriſto ce
cidit, leuamus. Hoc pallio tribulationum
4.Reg.2 aquas, vt Eliſęus, quæcunque occurrerint
percutientes diuidimus, vt ſicco, hoc eſt,
inoffenſo pede tranſeamus. Quippe, cum
nihil ſic tẽtationum fluctus comprimat,
nihil aduerſitatum vndas adeo mitiget,
nihil patientibus pericula tam excludat,
quàm dominum noſtrum Ieſum Chri-
ſtum, pro peccatis noſtris ex charitate, vt
nos redimat patientem contemplari, oĩa
quæ ſuper nos venire permittit de manu
ipſius accipere, ac in eius beneplacitum
penitus nos illi reſignare: vtpote qui nihil
magis quàm ſalutẽ noſtram diligit,& cun
cta in vtilitatem noſtram inſtituit: propte
rea ab omni creatura benedicendus atq;
laudandus in ſecula. Amen.

SERMO II. IN EADEM ſolẽnitate. Quod uia abnegationis & patientiæ uia eſt aſcendendi poſt Chriſtum in cœlum.

ASCendit iter pandẽs ante eos,
Micheę II. Chariſſimi fratres
aſcenſionem Ieſu Chriſti do-
mini noſtri in cœlum hodie
colimus, vnde certam habe-
mus fidem hominibus quoque cœlorum
eſſe reſeratam portam. Habemus nihilo-
minus ſpem firmam introeundi poſt Ie-
ſum, tanq̃ poſt regem milites, poſt caput
mẽbra. Aperta nobis eſt porta,& via quæ
illac ducit, nobis manifeſtata eſt. Chri- Iohan. 14
ſtus ipſe nobis eſt via. In ſe nanq; docuit
& monſtrauit viam qua perueniamus ad
cœlum. Vita eius via noſtra eſt. Scimus
chariſſimi fratres quomodo vixerit, quo-
modo paſſus, quomodove mortuus ſit
Chriſtus: quomodo deinde reſurgens a-
ſcenderit in cœlum. Hanc imitationis vi-
am neceſſe eſt nos ambulare. Ipſa enim eſt Matth. 7
arcta illa quæ ducit ad vitam, quam Chri
ſtus non ſolis ſolitarijs, ſed omnibus pari-
ter beatam vitam ingredi cupientibus in-
ſtituit. Non eſt quam inquiras alia via,
(etiamſi in monaſterio nõ fueris) niſi hæc
arcta & anguſta, quam Chriſtus ipſe pri-
or ambulauit. Hanc non dedignetur am-
bulare homo peccator, qua prętiuit homo
deus. Euigila igitur nunc (vt verbis vtar
beati Auguſtini) omnis anima Chriſtia- Auguſtin.
na,& ſi in te eminet virtus charitatis, quæ
omnia ſuſtinet, domini tui imitare veſti- 1.Cor. 13
gia. Chriſtus enim, ait Petrus apoſtolus, 1.Petri 2
pro nobis paſſus eſt, vobis relinquẽs exem
plum, vt ſequamini veſtigia eius. Et ſi ille
propter te de cœleſti ſede ad terrena de-
ſcendit, tu propter te fuge terrena, appete
cœleſtia. Si dulcis eſt mundus, dulcior eſt
Chriſtus. Si amarus eſt mundus, omnia
pro-

Iohan.14 propter te ſuſtinuit Chrs. Via tibi factus
eſt ipſe ſaluator. Vides etiã, & quæris quo
ducat hæc ipſa via? Ad veritatem & vitam
ipſa ducit. Si amas veritatẽ, ſi amas vitã, et
cupis ad veritatem & ad vitam venire, à
via noli errare. Video, inquis, viam, ſed a-
Matth.7 mara eſt, aſpera eſt. Arcta enim & anguſta
eſt via quæ ducit ad vitam. Chriſtus trãſi
uit, & adhuc aſpera eſt? Caput trãſiuit, &
adhuc membra trepidant? Sed Chriſtus,
inquis, deus eſt & homo, ego autẽ homo.
Tot milia martyrũ tranſierunt, & adhuc
tibi aſpera eſt? Tranſierunt ſenes, tranſie-
rũt iuuenes, tranſierũt pueri, puellę trãſie
runt viam quam timebas, tritam tibi fece
runt. Ambula ergo viam, ſecurus ambu-
la. Quid enim metuis in hac vita? Mortẽ?
Et mortẽ times, qui ad vitam curris? Hæc
beatus Auguſtinus. Chriſto igitur per a-
ſperra incedente ſanctiſque omnibus per
Actor.14 eãdem viam, puta per tribulationes mul-
tas ſequentibus, quis poſt hac ſuper terre
narũ conſolationum inopia, quis ꝙ ſocie-
tatibus atq; lętitijs mundanis non debeat
intereſſe doleat? Quis pœniteat q̊d relicto
ſeculo, deſerta etiam via illa lata quæ du-
cit ad interitum, monaſterium ingreſſus
eſt? Quis grauatum ſe clamabit, quod ſi-
bi non liceat male agere, & ad infernum
currere? Quis murmuret cõtra bene agen
di neceſſitatem? O neceſſitatem omnino
felicem, compelli ad honeſtiora, ad melio
ra, ad beatam denique vitam. At rurſus,
quàm infelix libertas, licentia dicerem,
effręni curſu præcipitem ſe dare in amici-
Iacobi 4 tiam mundi, quæ inimica eſt deo, & in la-
Matth.7 tam viam quæ ducit ad perditionẽ? ſic ni-
hilominus miſerũ eſt pœnitere de inchoa
ta pœnitentia, triſtari aut conqueri de via
cœpta ad regnum cœlorũ. Sed via, inquit
aliquis, diſplicet, quia auguſta & carni cõ-
traria eſt. Et quare nõ cogitatur ſimul vię
terminus, vita beata? Nunquid & illa di-
ſplicet? Porro ſi patria, videlicet beata vita
placet, non diſpliceat etiam neceſſe eſt ad
patriam via: idq; nõ ſolum monacho, ſed
omni etiam Chriſtiano. Proinde ſiue in ſe
culo, ſiue in monaſterio viuatur, ſi poſt
mortẽ volumus gaudere in cœlo, neceſſe
Lucæ 13 eſt Chriſtum imitari, qui per anguſtam
nos ducit viam, q̃ diu ſumus ſuper terrã.
Ambulemꝰ igitur chariſſimi, & perfecto
deſiderio imitãdi poſt Chriſtum ambule
mus, memores vocationis noſtræ, memo
res primi propoſiti noſtri, ꝙ eam ob rem
huc venimus. Amplectamur toto corde
quicquid profeſſio noſtra, quicquid ſupe-
riorũ ordinatio, quicquid prouidentiæ di-
uinæ diſpenſatio, quicquid fraterna chari
tas, quicquid obedientia, quicquid cõmu-
nis vtilitas aut neceſſitas à nobis exgrit:
idq; qualecunq; hoc ſit, cum feruore & hi
laritate, proprijs voluntatibus ac priuatis
cõmodis quibuſcunq; anteferendo. Sem-
per verſetur in cordibus noſtris ſententia
illa Bernardi, ſtatutis noſtris etiam nobis Bernards.
cõmendata: Spiritus ſanctus illa hora gra
tum nõ recipit, quicquid aliud q̃ debes, ne
glecto eo q̊d debes, obtuleris. Saul, quia 1.Reg.15
quod voluit, non q̊d iuſſus fuerat, fecit: à
domino reprobatus fuit. Et certe niſi pro
pheta aliter mandaſſet, comparando ipſa
opera inter ſe, melius (q̊d Saul elegit) vide
batur, id eſt, dño pecora ſacrificare, quàm
abſq; diuino cultu ea mactare. At modo
accedente dominica iuſſione per prophe-
tam, q̊d alioqui vilius fuerat, iam non vili-
us, ſed dignius, nec deinceps arbitrarium,
ſed deinceps neceſſariũ erat. Et ideo Saul
peccauit, propterea q̊d offerendo dñi ne-
glexit voluntatem, nec profuit ei, ſed no-
cuit quod fecit. Quàm timendum eſt fra-
tres, q̃ dolendum, multos hoïes labores
ſuos, orationes ſuas, opera ſua licet alias
bona, nõ ſolum perdere, ſed ſæpenumero
etiam cum dei cõtumelia facere, & pœna
ſe reos efficere, cum propter hæc propria,
ad quæ illo tẽpore non tenentur obligati
alia interim omittunt quę debent. Et hoc
de bonis operibus interim dictũ ſit, quorũ
occaſione intermittũtur debita. Quid de
inutilibus, ne dicam pernicioſis ſentiendũ
eſt, propter quę, illa quæ interea deberent
fieri, negligũtur? Conſultiſſimum igitur
ac neceſſarium eſt quod venerabilis Ger- Gerſon.
ſon, non monachus, ſed monaſtico: imo
diuino ſpiritu præditus, ſcribit cuidam
Carthuſienſi, inter alia ſic monens: Con-
ſideret religioſus quoniam bonorũ noſtro Pſalm.15
rum deus non eget, atque proinde melior 1.Reg.15
eſt obedientia quàm victima. Propterea
cenſeri debeat pro regula generali, illud
eſſe melius, illud pulchrius, illud nobili-
us, illud vtilius, delectabilius & honeſti-
us, quod eſt obedientiæ proximius: ſit il-
la res in qua obeditur vilis, abiecta, tur-
pis, inutilis, laborioſa, vana, ſtulta, quan-
tumlibet inhoneſta, ſolo peccato excluſo.
Hæc Gerſon. Vt ergo cœperam dicere, ad
monaſterium venimus, vt Chriſti ſequa-

 mur

1.Petri 2 mur veſtigia, viam arctam & anguſtã am
Matth.7 bulantes: quæ verſatur potiſſime circa ſui
Lucæ 13 Lucæ 9 abnegationem, dicente Chriſto: Qui vult
poſt me venire, abneget ſemetipſum, &
tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Non
eſt crux maior, q̃ ſeipſum abnegare, ama-
toribus propriæ volũtatis: & cum torquea
mur circa multa, ac vndique anguſtemur
(licet interdum leuiſſima ac prope nulla
ſint quæ nos anguſtant) has tamen angu-
ſtias pariunt nobis priuatus amor, volun
tas propria, & immortificatio noſtra. Tã
to igitur minus patitur, tanto pacem ha-
bet vnuſquiſq; maiorẽ, quanto magis ab-
negauerit ſemetipſum. Quapropter cum
ſtudiũ monaſticæ vitæ ac ſcopus ſit puri-
tas cordis, exercitia ac media religionis,
oĩa pene verſantur circa ſui abnegationẽ,
ſine qua nulla ſperanda eſt puritas. Huic
propterea quod huberrimos omnium vir
tutũ fructus germinet, maxime inuidet
diabolus, ac omni malignitatis ſuę ſtudio
nititur variis modis inde monachum ab-
ducere. Suadet nouitiis (quos carnalibus
non poteſt vitiis pellicere) in ſeculo mul-
tas eſſe occaſiones prędariores benefacien
di, ac animas deo lucrandi, ad quæ poſſit
eſſe idoneus, ac citra imperium alienum
fore magis deuotus, quàm vt ſe ſtringat
ad has obſeruantias monaſticas frigidas,
atq; (vt mentitur) inutiles. Promittit in
ſeculo aut alio ſtatu mendax futura oĩa
trãquilla, tolerabilia, ſuauia: hic vero cun
cta dura & inſipida: illic victurum ſancte,
hic tepide. Innumera eiuſmodi exagge-
rat, vt ad diſplicentiã ſui ſtatus nouitium
inducat: ſuadẽs in ſeculo nihilominus (vt
dixi) poſſe ſaluum fieri, atq; animas præ-
terea multas bono exemplo poſſe lucra-
ri. Quare tandẽ hæc? Nunquid vt profe-
ctum ſuadeat, aut aliquem efficiat? Mini-
me. Sed vt tepidũ reducat ad vomitũ, hoc
eſt, vt à bono ſtatu, à monaſterio abducat
(à quo nunq̃ abducere niteretur, niſi ſta-
tum nouitio ſaluberrimum futurũ, inui-
dus cognoſceret.) Abductum autẽ atque
iam ſemel victum in ſeruum poſſideat, &
per eundẽ alios ſeruos multos obtineat.
Vere ſi in monaſterio tibi quiſquis es mo
leſtum eſt anguſtã incedere viã, & Chri-
ſtum ſequi, vbi omnes ſequũtur, & vbi ad
ſequendum alii hortantur verbo, alii tra-
hunt exẽplo, alii ſocietate inuitãt, alii ora-
tione iuuãt, quomodo tu ſolus in ſeculo
per anguſtã viam incedes, aut qd ſpei tibi
eſſe poteſt, ꝙ ibi religioſius viuas, vbi ante
offendes centum, qui à bono abducant, q̃
vnum qui bene cõſulat? Si apud ignem qs
poſitus calorẽ nõ ſentis, in pruina & niue
cõſtitutus vnde calefies? Si deo ſeruienti-
bus mixtus in monaſterio nõ cõpũgeris,
vbi lectiões, monita, exẽpla atq; id genus
alia permulta habes, quæ ad pietatem vr-
gent: ſed manes ad diuina acedioſus, faſti-
dioſus ad oĩa, quando inter mũdanas ſo-
cietates, quãdo inter pocula & ſymbola,
quando inter puellarũ greges, quando in-
ter nugas & otia vana in ſeculo deo effi-
cieris deuotus? Vana igitur & mendax eſt
diaboli oĩs illa promiſſio à felici ſtatu &
vocatione diuina machinantis abducere.
Quippe (vt verbis loquar Gerſonis) qui
nõ habet efficacius malignandi machina
mentum, q̃ ſi poſſit huiuſmodi ſuadere, di
ſplicentiam ſtatus ſui iam aſſumpti iamq;
profeſſi. Et hoc facere conatur, nunc ſub
velamine maioris vtilitatis in alia vocatio
ne, vt in prædicando, nunc ſub figmento
quietis cõtemplatiuæ, nunc ſub arrogan-
tia ſciẽtiæ amplioris, nũc ſub vmbraculo
quaſi oĩa ſint inutilia, quæ agit in vocatio
ne ſua, proſequendo ſingula & annihilan
do (ieiunia, vigiliæ, prolixitas cãtus & ho-
rarum, ſolitudo grauis & iuge ſilentium
cum ſimilibus ſint pro exemplo) ſubiun-
gens q̃d deus ſolum inſpicit cor, & corpo 1.Reg.16
ralis exercitatio ad modicũ vtilis eſt, ad- Prouer.14
dendo: Vt quid deniq; perditio hæc? Po- 1.Tim.4 Matth.26
terat enim vnguentum ſuum, vt ſibi vide
tur, venundari multo, & nõ ſic deperiret.
Hæc Gerſon. Eiuſmodi autẽ & alia dicit
ſpiritus ſeductor inſtabilibus cellitis, v-
numquenq; ſecundum naturalia & con-
ſuetudines illius, quibus perſpicit infirmi
orem, & ad lapſum procliuiorem tẽtans,
vt de cella ſalutis in viam perditiõis redu-
cat, aut de feruore primo in acediam tepo
remq; inextricabilẽ pertrahat, quo videan
tur in monaſterio grauia, impoſſibilia, &
inſipida oĩa. Nec quæ paſſioni huic queãt
mederi aſſumuntur remedia, videlicet le-
gendi, orandi operandiq; aſſiduitas, & in-
ſtantia reſiſtendi: ſed quæ morbũ augent,
vt ſunt cõſolationes ſecundũ carnẽ, otiũ,
euagatio mentis, curioſitates, nouitates,
confabulationes, edendi bibendiq; dele-
ctationes quæruntur, vt corpore quidem
verſetur nouitius in deſerto, animo vero
in Aegypto. Certe ſi ſemp nobis hic eſſet
viuendũ, non mirũ fortaſſe videretur pro

abun-

abundantia temporalium,& rerum & de
lectationum niti. At cum vita noſtra(cu-
ius ne vnum quidem momentum nobis
certum reſtat) via duntaxat eſt ad veram,
ſtabilem perpetuamq́; vitam, ita nobis vi-
uendum eſt, hoc eſt, ita nobis ambulan-
dum eſt, vt ad veram vitam, ad beatam pa
Actu.14 triam noſtram peruenire nobis liceat. At
qui ſanctorum omnium ſententia eſt, vt
per tribulationes multas oportet nos in-
trare in regnum cœlorum. Vltro igitur
hanc viam amplectamur, nec aliam quæ-
ramus. Conſolabitur nos amor & deſide
rium patriæ cœleſtis, vt prope nihil æſti-
memus, quicquid huius amore pertuleri-
mus. Idipſum ſentit, idipſum hortatur quo-
Auguſt. que diuus Auguſtinus dicens: Cum ſeque
ris viam CHRISTI, non tibi ſeculi pro
ſperitates promittas. Per dura ambulauit,
ſed magna promiſit. Sequere. Noli tantū
attendere qua iturus es, ſed & quo ventu-
rus ſis. Tolerabis dura temporalia, ſed ad
lætitiam venies ſempiternam. Si vis ſuſti
nere laborem, attende mercedem. Nam
& operarius in vinea deficeret, niſi atten-
deret quid accepturus eſſet. Cum autē at-
tenderis quid ſis accepturus, omnia erunt
tibi vilia quæ pateris, nec digna æſtima-
bis pro quibus illud accipias. Miraberis
tantum dari pro tantillo labore. Nam vti-
que fratres pro æterna requie, labor æter-
nus ſubeundus erat. Aeternam felicitatē
accepturus, æternas paſſiones ſuſtinere
deberes. Sed ſi æternum ſuſtineres labo-
rem, quando venires ad æternam felicita
tem? Ita fit vt neceſſaria temporalis ſit tri-
bulatio tua: qua finita venias ad felicita-
tem infinitam. Sed plane fratres poſſet eſ
ſe longa tribulatio pro æterna felicitate:
Verbi gratia, vt quoniam felicitas noſtra
finem non habebit, miſeria noſtra & la-
bor noſter & tribulationes noſtræ diutur
næ eſſent. Nam & ſi mille annorum eſſent
appende mille annos contra ęternitatem.
Quid appendis cum infinito quantum-
cunque finitum? Decem milia annorum,
decies centena milia, ſi dicendum eſt, & mi
lia milium, quæ finem habent, cum æter-
nitate comparari non poſſunt. Huc acce-
dit, quod non ſolum temporalem voluit
laborem tuum deus, ſed etiam breuem.
Paucorum dierum eſt tota vita hominis,
etiam ſi læta duris non miſcerentur, quæ
plura & longiora ſunt certe quam dura:
& ideo breuiora & pauciora ſunt dura,
vt durare poſſimus. Si ergo per totam vi- 2.Cor.11
tam ſuam in laboribus & in ęrumnis eſſet
in doloribus & in tormentis, in carcere &
in plagis, in fame & ſiti, omnibus diebus,
horis omnibus, per totam vitam ſuam vſ
que ad ætatem ſenectutis, pauci dies ſunt
tota vita hominis: quo labore trāſacto ve-
niet regnum æternum, veniet ſine fine fe-
licitas, veniet æqualitas angelorum, veni- Lucę.20
et hæreditas Chriſti, veniet cohæres Chri- Ephe.1
ſtus. Pro quanto labore quantam merce- Romā.8
dem accipimus? Hæc Auguſtinus. Nos i-
gitur chariſſimi, quia arctam & anguſtam
viam ſumus amplexi, in ea ambulemus. Matt.7
Nulla nos tentatio vincat, nulla tribula- Lucæ13
tio frangat, nulla puſillanimitas deijciat,
nulla nos acedia fatiget. Nunquam enim
diabolus, nunquam mundus, nunquam
propriæ carnis fragilitas poterit nobis no
cere, ſi per bonam voluntatē noluerimus
nobiſipſis deeſſe. Nec deo ſeruire erit mo-
leſtia, vbi à corde exciſa fuerit acedia. Vi-
detur quidem arcta & anguſta via, ſed di-
latatur ſpe & charitate. Eſt etiam breuis
quam ſequitur gaudiū beatę & intermina
bilis vitę, gaudiū immēſum & infinitū. Ad
quod feliciſſime nos vocauit & huc nos in
viā, imo q̄ſi in portā, per quā mox introea
mus in requiē illam beatā conſtituit, Ieſus
Chr̄s dn̄s noſter in ſecula bn̄dictus. Amē.

SERMO III. IN EADEM ſolennitate. De laude obedientiæ, & de tribus quæ ab obedientia retrahunt.

HVmiliauit ſemetipſum fa-
ctus obediēs vſq; ad mortē,
mortē aūt crucis. Propter
quod & deus exaltauit illū
& donauit illi nomē, quod
eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu
flectatur omne genu, cœleſtium, terreſtri
um & infernorum, & omnis lingua confi
teatur, quia dominus noſter IESVS
CHRISTVS in gloria eſt dei patris.
Ad Philippenſes. II. Chriſto ad patris de-
xterā exaltato chariſſimi fratres, nos gau-
dere conuenit. Siquidem eius aſcenſio no- Leo papa.
ſtra eſt in cœlum aſſumptio. Vt enim pro-
pter nos de regalibus cœli ſolijs deſcendit
vt propter nos paſſus eſt, vt denique vſq;
in mortem crucis ſe humiliauit, ita rurſus
hodie exaltatus pręcurſor pro nobis intro
ijt in gloriam ſuam. Cōſolatur autem nos Heb.6

Colo.1 ſequendiq; ſpem præbet, quod ipſe caput eccleſiæ, quod primogenitus ex mortuis: Roma.8 nos vero membra eius ſumus & cohæredes. Adhæc quod non poteſt non eſſe efIohan.17 ficax, quam ad patrem fecit oratio: Volo (inquiēs) pater, vt vbi ſum ego, illic ſit & miniſter meus. Miniſtros Chriſti credo eſſe nos omnes, ſi tamen illud, quod in epiſtola ſua diuus admonet Iohannes, nobis 1.Iohan.2 non excidat: Qui dicit ſe CHRISTI eſſe, debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambuLucæ.9 lare. Atq; illud CHRISTI: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Satis hic inſinuatum eſt quid à fideli imitatori expetat Chriſtus. Satis intelligimus eis qui Chriſti cupiunt eſſe gloriæ conſortes, neceſſarium fore, vt vitæ ſint etiam imitaPhilip.2 tores. Igitur cum Chriſtus propterea ſit exaltatus in gloriam patris, quod humiliauerat ſemetipſum, factus obediens vſq; ad mortem, quid aliud conficitur, quam obedientiam viam eſſe regiam qua ſequimur Chriſtum, qua aſcendimus in cœlū? Ab hac quiſquis recedit, Chriſtum deſerit. De hac vt nonnihil dicamus, aduerten dum tria eſſe quæ nos fallunt & ab obedi entia detinent. Primum, quod in hominē nimis reſpicitur, velut hic ſolus ſit qui prę cipiat, cum potius ille, cuius loco & vice nobis homo præeſt, cogitandus ſit. Inde vſu venit vt prælatorum iuſſiones, hoc præſertim tempore, non aliter quam traditiunculæ humanæ accipiantur, quas cō tempſiſſe non magni referat. At rectius eſt nobis ſentiendum. Credendum potius Bernard. Bonauen. Bernardo, Bonauenturæ, cæteriſq; omnibus doctoribus ſpiritu ſancto plenis, quo rum vna eſt hæc ſententia omnium: Quic quid vice dei præcipit homo, quod tamen non ſit certum diſplicere deo, haud ſecus omnino accipiendū eſt, quam ſi præcipiat deus. Quid enim intereſt, vtrum ipſe, an per ſuos miniſtros, ſiue homines, ſiue angelos, hominibus notum faciat ſuum beneplacitum deus? Ipſum proinde, quem pro deo habemus, tanquam deum in his quæ aperte non ſunt contra deum, audire debemus. Credendum Paulo apoſtolo, Roma.13 qui libertatem, aut (vt verius dicam) ſerui tutem carnis interdicēs, Romanos admo net, vt omīs anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non enim eſt (inquit) poteſtas niſi à deo. Quæ autem ſunt, à deo ordinata ſunt. Itaq; qui poteſtati reſiſtit, dei ordinationi reſiſtit. Qui aūt reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Et Hebræos vt obediant præpoſitis ſuis, deo ra tionē animarum ſuarū pro ſe reddituris. Heb.13 Alteꝝ, quod ab obedientia abducit, amor eſt ſui, quo ſibi vnuſquiſq; hoc ſolū bonū ducit, quod propria eligit voluntate. Deli catam hanc & nimis moleſtam vocat obe Bernard. dientiā. Bernardus, nunquā libenter obedire, niſi cum audire contigerit q̄d forte li buerit, aut quod non aliter licere ſeu expe dire mōſtrauerit vel aperta ratio, vel indu bitata auctoritas: Hæc, inqt, obediētia nō eſt quæ ex regula traditur obedientia ſine mora. Aduertēdum igitur generatim, nō quod delectabilius, ſed quod ſenſui moleſtius, plærunq; ac fere ſemper plus adferre frugis, quanto magis vero mortificatio propriæ voluntatis ad obediendū precio ſum deo efficitur holocauſtū. Deinde cū virtus circa ardua ſibi nomen vendicet & locū, nō poteſt dici virtus, quicquid ex pri uato amore naſcitur: quin etiā non poteſt non aduerſari virtuti, quicqd extra deum delectat. Delectat aūt extra deum, om̄e q̄d obedientię repugnat. Proinde, qui ab eiuſ modi ſe conatur ignauia extricare, vim ſibi primo inferat neceſſe eſt, donec ꝓprij ſenſus & volūtatis duritiā (quæ hunc ſibi laborē & obediendi difficultatē pariunt) conterat, & cōſcientiæ lætitiā quæ de obe diētia naſcitur, guſtet. Nā quanto qui per obedientiā ſæpius ſe abnegat, tanto quod imperat dulcius portat. Atq; rurſus alienā iuſſionē ſibi qſq; reddit magis exoſam quo hanc aut tardius perficit, aut ſæpius negligit. In hoc certamine præſidium eſt validiſſimum & victoriæ proximum, bona voluntas ſtabilita, videlicet inſtitutum firmum ſibi facere, nolle obedientiam vnquam prætergredi, ſed omnibus anteferri. Hanc debet nouus tyro primum, & ſi non ita ſuauiter, tamen fortiter amplecti, nec quod ſenſuali affectioni placet, ſed quod rationi eſt conſentaneum, quamuis inſipidum eligere. Tertium eſt, quod etiam bonæ voluntatis nonnullos ab obedientia retrahit, dum rem quæ iubetur magis ex ſuo genere, quæ interdum vilis eſt, quam ex obedientiæ virtute metiuntur. Cui, videlicet rei imperatæ, dum aliquod nobilius q̄d interim in animo, aut prę manibus habent cōparant, hoc ſuū ſtu diū & ſuā voluntatem magnifaciunt, obe dientiam contemnunt. Verum, falluntur.

Nam

Nam obedientia ipſa non ex dignitate operis quod iubetur, ſed ex abnegatione eius qui obedit, virtutis nomen ſortitur & meritum. Quę etiam obedientia plęrunq; tanto eſt perfectior, quanto eius nomine res nobilior intermittitur, vilior agitur. Itaq; nulla actio tam vilis eſt, quæ per obedientiam non efficiatur nobilis, imo quæ non plus ſortiatur meriti, quam ea quæ ex propria interim voluntate fieri potuiſſet. Præferendum igitur quicquid à ſuperioribus iubetur, quantumlibet vile ſit ex ſuo genere, quandoquidem per obedientiam ita nobilitatur, vt cæteris omnibus vel præſtantiſſimis haud iniuria poſſit anteferri. Non fallit quod venerabilis Gerſon doctor profecto Chriſtianiſſimus, nō minus conſtanter quam veraciter cuidam Carthuſiano ſcribens ait: Melior eſt obedientia quam victima. Propterea cenſeri debet pro regula generali, illud eſſe melius, illud pulchrius, illud nobilius, illud vtilius, delectabilius & honeſtius, quod eſt obedientiæ proximius. Sit illa res in qua obeditur vilis, abiecta, turpis, inutilis, laborioſa, vana, ſtulta, quantumlibet inhoneſta, ſolo peccato excluſo. Exemplum habemus in dn̄o noſtro Ieſu Chriſto, qui ſacerdotali & regio genere, ac ſpiritu prophetico inſignis, nudis ambulabat pedibus, alijsq; maxime humilitatis geſtis ſe deiecit, hanc exiſtimans (vt beatus Hieronymus finaliter innuit) ſummam nobilitatē videlicet deo patri obedire. Vnde & B. Agatha per iudicem ſuum inculpata, quod ſeruilem perſonam propter Chriſti ſeruitutem gereret, reſpondit prudendiſſime theologizando dicens: Summa ingenuitas hæc eſt, qua Chriſti ſeruitus comprobatur. Hæc Gerſon. Aſtipulatur huic veritati deuotiſſimus doctor Thaulerꝰ, cuius verba ex vernaculo ſermone verſa, hunc faciunt ſenſum: Quodlibet, inquit, opus vel minimum vel viliſſimum, quod ex pura & humili agitur obedientia, nobilius, deo acceptius meritiſq; locupletius eſt, q̄ alia quæcunq; quæ facere poſſet homo ꝓpria ex voluntate, quamlibet præclara æſtimetur. Equidem in veritate vobis denūcio, non poſſe hoc æuo offerri holocauſtū deo gratius, quam cor vere humile atque obediēs. Adde quod tā humiliter tamq; pure poſſet obediendo quis propter deum propriam abnegare voluntatem, ſeipſum relinquere, ac exire tam in ſpiritu quam natura, vt immediate ac in momento citius, perfectius, puriusq; raperetur in deum, quam ſi alio modo decem perſtitiſſet annis in aliqua deuotione ſublimis. Verbi gratia, Si tanta quis foret gratia prę ditus, vt conſuetudine familiari, & (vt dici ſolet) perſonaliter deum ſemper præſto haberet, euocatus autem ad obedientiam vt deberet, humiliter deo diceret: Benigniſſime ſaluator domine deus meus, ſine vt tui nunc amore ad obedientiām abſcedam. Hæc humilis ſui relictio, qua videlicet non quæ ſua, ſed quę dei ſunt quęrēs, obedientiam ſuæ præferret deuotioni, potior atque deo gratior eſſet, quam ſi eodem momento angelis admixtus æternæ vitæ gaudia penetraret. Porro quia exempla valide extimulant, addendum duxi ꝙ ſequitur, & eiuſdem ſunt verba Thauleri

Gerſon. 1. Reg. 15. Hierony. S. Agatha. Thaule. Exemplū.

Fuit in quodam monaſterio virgo ſingulari caſtitate nitens, & dei amore mirum in modum feruens. Hęc tanto ardebat ſpō ſi cœleſtis deſiderio, tanta ad eundem vtebatur fiducia (quid enim nō audet amor) vt quadam vice, præ ardoris impatientia exclamans mente, huiuſcemodi verbis dominum alloqueretur: O dulciſſime, o vnice dilecte, o fili dei, o redemptor animæ meæ, vtinam poſſibile foret, vtinam tibi placeret vt vel vno ictu oculi in hac vita te poſſim cōtueri. Ad hoc amoris ſuſpiriū confeſtim ante oculos eius ſtat puero ſimilis dominus Ieſus. Accidit tum forte quā dam e ſororibus huius deuotæ cellam accedere, eamque nomine obedientiæ ad opus monaſterij celeriter euocare. Quid faceret virgo deo vere deuota? Moleſtum ei videbatur hoſpitem tam deſideratum diſcedendo relinquere: impium, manendo per inobedientiam contemnere. Itaq; rogat dominum non minus ſimpliciter quam humiliter, dicens: Mi domine dilectiſſime atque deſideratiſſime CHRISTE IESV, obedire mihi incumbit, quod tui amore libens faciam, & à te propter te recedam. Sed quæſo (ſi tamen ita tibi placet) præſtoleris me hic, quoad copia mihi fiat ad te redeundi. Hæc dicens ad opera monaſterij abijt, & vultu tam hilari quam humili obediuit. Conſummata obedientia, nihil magis ei cordi fuit, quam cellam repetere, & celerrime hoſpitem ſuum cœleſtem reuiſere. Itaque aperienti cellam lumen miro fulgore choruſcum (& quod oculis vix ferri poſſet) offunde-

offundebatur: Ibi intuita dilectiſſimum dominum ſuum, ſtantem non iam in ſpecie pueri vt ante, ſed pulcherrimi iuuenis, puta quatuor & viginti annorum, exultatiõe nimia, ac iubilo quodam ſoluebatur in riſum dicẽs: Eia dulciſſime domine mi Ieſu Chriſte, qui factum eſt vt breui interuallo, & e puero tam ætate quam forma ſic creueris? Dic quæſo cordis mei gaudiũ dic cur pulchriorem & natu maiorem reperio, quem tantillum paulo ante reliqui? Huiuſcemodi interrogationi dominus Ieſus perbenigne arridẽs: O filia, inquit, profunda humilitas ac feſtiua obedientia tua me venuſtauerunt, & vt cernis tam grandem fecerunt. Eſto ſemper obediens mei amore, ſi mihi ſine medio cupis vniri. His verbis diſparuit viſio. Hoc maxime cõtra eos eſt, qui ſuis exercitijs alioq; bonis (nã otioſa taceo) ita inhærẽt, vt ad obedientiã ceu rem vilẽ, & à propoſito ſuo (vt ipſi putabãt degenerem) vix aduocari queant, faſtidientes quicquid propria voluntate nõ eſt natum, quicquid amore priuato non eſt inquinatum. Quæcunq; iubentur grauant, quæ ſuapte ingenio eligũt, delectãt. Hi deo volũt ſeruire in proprietate, quemadmodum ipſi, nõ vt ille vult, cum tamen ne homuncio quidem ferat ſeruum, qui aliter quam ad placitum ſuum contendat ſeruire. Omnia igitur propter obedientiã omittẽda ſunt, ſi dño malumus, quam nobis ſeruire: atq; vt perfectius dicam. Scire, deũ propter deum relinquere, non mediocriter ſapientis eſt. Siquidem hoc nõ eſt aliquid amittere, ſed lucrari. Nam quicquid obediendi ſtudio intermittitur, per obedientiam duplicatur. Confirmat hoc beatiſſima virgo Maria ad Brigittam. IIII. Reuelationum libro dicens: Si videris duos homines, quorum alter eſt ſub obedientia, alter in libera poteſtate. Si ille qui liber eſt ieiunat, ſimplicem habet mercedem: ſi autẽ ille qui ſub obedientia comedit illo die ieiunij carnes ſecundum inſtitutionem regulæ, & ſecundũ obedientiam, attamen libentius ieiunaret, ſi non obſiſteret obediẽtia: ipſe habebit mercedẽ duplicem. Vnã propter obedientiam, aliam propter dilationem deſiderij ſui & non impletionẽ voluntatis ſuæ. Itẽ libro VI. Si alicui volenti ieiunare, qui deſideriũ haberet comedendi, ſed voluntas reſiſteret deſiderio, præciperetur à ſuperiori, cui obediendum eſſet quod propter obedientiã comederet: & ille propter obedientiã contra velle ſuũ cõmederet: illa comeſtio maiori remuneratione digna eſſet, quã ieiunium. Hæc ibi: Videtis modo nunq̃ eſſe bonam volũtatem ſine fructu boni operis, quãdo nõ ex ignauia, ſed altiori virtute, puta obediẽtia, prępeditur? Habet igitur obedientia propriũ meritũ, habet & nihilominus interim q̃d intermittere cogitur bonę voluntatis alienũ. Vnde fit, vt bonũ nunq̃ amittat, ſemper aũt multiplicet. Cęterũ, quemadmodũ verus obediens propriam voluntatẽ deſerendo, quã exequendo fit locupletior: ita qui obedientiæ ſuã præferẽs voluntatem prælati iuſſionẽ contẽnit, non ſolũ omnis expers eſt meriti verũ etiã reus peccati. Ne- Bernard. que em̃ illud ſpũs ſanctus gratum accipit, propter quod negligitur interim quod debetur. Dictũ fuit Sauli: Melior eſt obedi- 1.Reg.15 entia, quàm victimæ. Certe non commiſerat Saul q̃d ſuo genere foret malũ (quippe cum ſacrificiũ offerre deo cœli nõ ſit impium) ſed bonũ male, hoc eſt, contra obedientiam faciendo, deliquerat: vtpote qui ſuum iudiciũ, ſuã voluntatem (quamuis in re alioqui bona & laudabili) diuinę prętulerat iuſſioni. Liquet nunc quàm ſimus imprudentes, qñ intermiſſa obedientia, exiſtimamus nos rectius aliquid interim gerere, cum ſine obediẽtia prorſus nihil poſſit deo placere. Vnde & ex ſtatutis patrũ noſtrorũ pręmonemur. Licet multa ſint et diuerſa quę obſeruamus: vno tamen & ſolo obediẽtiæ bono cuncta nobis fructuoſa futura ſperamus, per dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ, q eſt benedictus in ſecula. Amẽ.

SERMO IIII. IN EADEM ſolennitate. Duodecim gradus humilitatis qui ad cœlum leuẽt.

ORitur ſol & occidit, & ad locum ſuũ reuertitur: ibiq; renaſcens gyrat per meridiem & flectitur ad aquilonem, luſtrãs vniuerſa in circuitu. Eccẽs. I. Solem hunc fratres mei Chriſtum dominum & ſaluatorem noſtrum nobis Iohan. 1 ſignificare, nemo eſt qui ignorat. Siquidem ipſe eſt ſol iuſtitiæ, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum, quiq; luminis ſui radios tranſmittit ſuper bonos & malos. Hic ortus eſt nobis Matth. 5 angelo teſtãte cum dicit: Natus eſt vobis hodie ſaluator. Hic iterum occidit per paſ- Lucæ. 2 ſionem & mortem, & ad locum ſuum reuer-

Iohan. 14 uertitur,puta in cœlum hodie aſcendens. Ibique dum eſſet, quia noluit nos relinquere orphanos,renaſcens, id eſt, denuo
Ibid. mentibus humanis illabens: quippe qui nobis (vt promiſerat) alium paracletum
Roma.5 ſpiritum ſanctum mittens, qui nos induceret in omnem veritatem:per quem etiã charitas diffunderetur in cordibus noſtris. Vnde ſol iuſtitiæ CHRISTVS deus noſter quaſi eſt ſpiritualiter renatus in nobis, qui ante corporaliter fuerat natus propter nos. Itaque, quod dixi ibi,renaſcens gyrat per meridiem,id eſt,per prædicationem apoſtolorum, quos ſpiritu ſancto impleuerat,circuiens à meridie reuertitur in meridiem. Per meridiem Iudæos inſinuans, à quibus prædicationem exor-
Matt.15 ſus eſt, ad quos miſſum pariter ſe fatetur dicens:Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ
Iſaiæ.2 perierunt domus Iſrael.Et alibi: De Sion, inquit Propheta, exibit lex & verbum do-
Iohan.4 mini de Ieruſalem. Hi igitur Iudæi, à qui-
1.Cor.10 bus eccleſia incœpit, quia ſalus ex Iudæis eſt, & ad quos in fine mundi reuertetur, ſunt meri dies,per quos ſol iuſtitię gyrat. Flectitur ad aquilonem, hoc eſt, ad gen-
Pſal.18 tiles, & luſtrat vniuerſa, quia non eſt qui ſe abſcondat,à colore eius. Hic, inquam,
Iohan.16 ſol qui oritur & occidit hodie ad locum ſuum reuertitur.Vado enim,inquit,ad eũ
Ibid. qui miſit me. Et iterum: Exiui à patre & veni in mundum:iterum,relinquo mundum,& vado ad patrẽ.Venit ſane in mundum,vt nos mundos faceret.Vixit ad tempus in mundo,vt nos imitandi ac ſequendi ſe viam doceret. Iterum reliquit mun-
Gene.28 dum,vt poſt ſe nos traheret. Hoc olim figurabatur in Iacob, qui profectus in Me-
Gene.24 ſopotamiam, ſeruiuit Laban propinquo ſuo.Seruiuit autem illi pro Rachel formoſa aliquot annis,quam tamen non recepit primo,ſed Liam lippis oculis, fœcundam
Gene.31 tamen,deinde Rachel ſibi copulauit. Et licet abeuntem ex Meſopotamia hunc Laban perſequeretur, nihil tamẽ nocere potuit aut impedire,quin in terram ſuæ natiuitatis rediret,& vtramque familiam,Lię videlicet & Rachelis ad ſe reciperet. Hoc modo Chriſtus in hunc mundum veniens,ſeruiuit propinquo ſeu auunculo ſuo hoc eſt,patri matris ſuæ,populo videlicet Iudæorum, ex quo natus eſt ſecundum carnem.Seruiuit autem ei ambulando de ciuitate,in ciuitatem,famem, æſtum, frigus,&alia id genus corporis incommoda

ſuſtinendo prædicando quoque miracula faciendo:& id amore Rachelis, id eſt,populi Iudaici,ad quos præcipue miſſus fuerat. Qui vel propterea ſpecioſus,quia vnius veriq; dei cultor erat. Verum ſubintrauit ad Chriſtum Lia, hoc eſt, eccleſia ex gentibus,lippis quidem oculis,id eſt,errore paganitatis,& idolorũ cultu ferme obcæcata, in fide tamen fœcunda: quandoquidem in ea multitudo maris & plenitu
do gentium venit ad Chriſtum. Deinde Roma.11
etiam Rachel eidem coniuncta eſt, duos habens filios,id eſt,populũ qui ante Chriſti aduentum ſaluatus eſt,& reliquias Iſrael,id eſt,eum populum,qui poſt Antichriſti exitium ſaluabitur.Hic Iacob Chriſtus iturus ad terram ſuę natiuitatis,licet à Laban,id eſt, populo ſuo propinquo ſecundum carnem perſecutionem pateretur, atq; poſt mortem ſuam in ſepulchro mili
tibus vallatus cuſtodiret,nõ potuit th eius Matth.27
iter impediri cuſtodibus in eius reſurrecti
one perterritis,&veluti mortuis factis,ſed Matt.28
ſolutis vinculis inferni,&captiua ducta ca Pſal.67
ptiuitate liber intrauit in ciuitatem ſuam, vt nos omnes,hoc eſt,ſui imitatores faceret illius municipes. Sequamur igitur eũ chariſſimi fratres. Aſcendamus cũ eo.Docuit enim nos ipſe modum ac viam aſcen-
dendi:Qui ſe(inqt)humiliat, exaltabitur. Luc.14.18
Simus igitur parui,imo nihil in oculis noſtris.Sentiam9 de nobiſipſis parũ aut nihil de aliis multũ.Accuſemus q̃tidie & lugeamus delicta noſtra (quia nihil eſt noſtrũ præter peccatum) & arbitremur nos om̃i honore, omni verbo bono, omni beneficio,omniq; conſolatione cum diuina tum humana indignos. Hæc enim humiliatio ſcala eſt, qua deſcendentes aſcendimus, ſeu exaltamur in cœlum,cuius ſanctus pater Benedictus duodecim gradus docet. Primum,timorem domini,cum videlicet qui continet ab om̃i peccato,qui nihil negligit & qui in mandatis domini cupit ni
mis. Alterum,abrenũciationem ſuipſius Pſal.111
hoc eſt,qua non amat quis voluntatẽ pro
priam. Tertiũ,obediẽtiam. Hac em̃ exclu Bernard.
ſa nemo quippiã mereri poteſt.Siquidẽ ſpiritus ſanctus gratũ nõ accipit,neglecto interim eo quod debes. Quartũ,patientiã. Quintũ,confeſſionẽ peccatorũ:nõ eã quæ ſolũ vocalis eſt,ſed que intus in corde deteſtatur,& cũ gemitu plangit, atq; dãnat peccatũ.Sextũ,contemptum ſui.Sine hoc gradu fruſtra ædificat̃ quicqd ædificatur.

Eſt

Eſt enim fundámentum ſpiritualis ædifi=cij conteptus ſui,ſiue amoris proprij mortificatio.Septimũ,alios præferre ſibi.Sunt nanq; qui ſeipſos cõtemnunt, aut potius ſibiipſis videntur contemnere ſe: verum ſuſtinere nequeunt abſq; amaritudine alios ſibi præferri.Octauum,nil ſingulariter agere.Eſt quædã ſingularitas vitioſa, vbi aliter quam regula euangelij, aut aliter à monachis,quam regula habet monaſtica viuitur, & ſingulari quis ſpecie vtitur de=uotionis:idq; ante oculos aliorum. Hæc ſingularitas tametſi quandoq; ex ſimplicitate veniat cordis,tamen accipitur vt fere ſemper tanquam vana gloriatio aut hypocriſis:ideo ſcandalizat infirmas conſcien=tias magis quam ædificat. Alia ſingulari=tas eſt,vbi quis ea quę tenetur facere iuxta ſtatum ſuum agit feruenter,perfecte,atq; palam,cæteris delinquentibus,aut tepide remiſſeq; agentibus. Hæc ſingularitas nõ modo bona,ſed eſt etiam neceſſaria. Hoc modo omnes ſancti fuere ſingulares.Hoc modo quiſquis es in congregatione, vbi alij tranſgrediuntur,neceſſe eſt non participem te fore alienæ præuaricationis,alioquin eris & damnationis. Neceſſe eſt, in=quam,ſingularis ſis ſeruãs ea quæ deo,aut in baptiſmo,aut in profeſſione promiſiſti. Ibi enim nequaquam oportet te moribus conformari tepidorum, aut perperam a=gentium, quia nihil excuſabit, ſed magis aggrauabit te delinquentium multitudo, ſi tu ſimul delinquendo particeps diſſolu=tę eorum conuerſationis fueris. Abſtractã igitur,ſi tibi ita contingat, neceſſe eſt du=cas vitam,à delinquentium conſortio alienam. Nam etſi,vt par eſſet,verbis non au=des aut potes alienas tranſgreſſiones corripere,tuo exemplo bono,tua ſancta ſingu=laritate,quam damnabiliter alij viuant eis commonſtra: ſeruato tamen interim hu=militatem cordis,ne ad iudicãdum aſper=nandumq; tenteris. Nonum, tacere vſque ad interrogationem. Philoſophi, pagani, ethnici,ſapiẽtes cuncti,eremitæ,monachi & regularum atq; cœnobiorum inſtitutores conſentiunt omnes in multiloquio nõ

Prou.10 deeſſe peccatum:ſed eum qui cupit philo=ſophari, aut(vt Chriſtiane dicamus) qui

Thre.3 deo cupit vacare, in ſilentio oportere ex=

Iaco.1 pectare ſalutare dei. Quam periculoſa ſit multa locutio,quam varia peccata linguę quam vana abſq; refrænatione linguæ re=ligio,inde liquet, quod omnes tam veteris quam noui teſtamenti ſcriptores,atq; Matth.12 adeo Chriſtus ipſe locutiones otioſas in=terdicunt: idq; non ſolum monachis,ve=rum etiam quibuſuis, deo & non mundo ſeruire cupientibus. Teſtantur omnes regulæ patrum,teſtãtur ipſa ſtatuta noſtra, quam velint à ſuis alumnis ſilentium di=ſtricte obſeruari. Contra quę creatura aut regulas contraire quantum ſit peccatum indicat ſæueritas cenſuræ ſeu pœnæ transgreſſoribus infligendæ. Neq; enim æqua ſeu pari pœna dignæ ſunt ſtatutorum quęuis tranſgreſſiones, ſed ibi grauius delin=quitur,vbi ſtudioſior atq; ſerioſior fuit voluntas ſuperioris aut regulæ iubentis, vt ſeruetur ſiue vt obediatur. Porro conſtantiorẽ ſtudioſioremque ac fortiorem pręcipientis conſtat eſſe voluntatem, vbi non obtemperantibus maiorem minatur pœ=nam. Iam liquet ex ſanctorum regulis, at=que noſtris ſtatutis pro quauis fractione ſilentij pœnam debere grauem. Taceo q̃d legifer noſter Chriſtus omnibus ſuis militibus,hoc eſt,cunctis Chriſtianis prędicit, de quouis verbo otioſo reddendam ratio=nem in die iudicij. Heu ſi de verbis otioſis, Matt.12 imo de omni verbo otioſo:quanta de verbo murmuratorio,aut detrectorio,aut obſcœno ratio reddenda eſt? Huius rationis reddendæ metus,hic timor diuini illius iudicij Carthuſienſibus omnibus perpetuũ indixit ſilentium. Beati qui illud ſeruaue=rint. At infelix prorſus & miſer qui illud contemnit,aut per incuriã ſeu aſſuefactionem relinquit. Sentiet qui huiuſmodi eſt in egreſſu animæ quid fecerit. Decimum, non eſſe facilem ad ridẽdum. Scimus qui dicit: Væ qui ridetis nunc, quoniam flebi=tis. Lucæ.6 Hoc tamen dictum putamus de immoderato riſu aut gaudio. Nam hilaritas moderata riſusq; rarior ac modicus de re nõ improba aut inhoneſta, non admodum graue eſt delictum,ſi fiat loco & tempore congruo. Vndecimum,vbi etiam loqui o=portet, pauca & rationabilia loqui:nimi=rum propter linguæ lubricitatem, incon=ſtantiam,ac ad mala pronitatem:cuius nemo ſi incœperit loqui facile eſt cõtinens. Duodecimum,ſtatu & habitu humilitatẽ exercere,hoc eſt,vt in moribus, in operibus,in verbis,in veſtibus,in cibo, in obſequijs,in loco,in ſocietate,in exercitio: & poſtremo in omnibus, quantum amet vilitatem & paupertatem cuſtodes humili=tatis,ipſa oſtendat veritate. Hæc qui ob=ſerua=

ſeruauerit, qui ita ſe humiliauerit, qui cũ Chriſto ad ima deſcenderit, cum eodem etiam aſcendet, hic per augmẽtum gratiæ & poſt per conſortium gloriæ. Quod nobis omnibus largiatur Ieſus Chriſtus in ſecula benedictus. Amen.

IN DIE SOLENNI PENtecoſtes, Sermo. I. De prẽparatiõe noſtri ad ſpiritus ſancti receptionẽ, qui tribus inuenitur modis datus.

Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto. Acto. II. Nõ propterea tantum chariſſimi hodie tam ſolenne agimus feſtum Pẽtecoſtes, quod olim ipſo die diſcipulis miſſus ſit, ſed quod hodie quoque & omni tempore in orbem terrarum (vbi digne præparatam inuenerit animam) mittatur ſpiritus ſanctus. Præparat autem ſe ad ſpiritus ſancti receptionem, qui deſiderijs non minus ardentibus, quã humilibus eius in ſe aduentum exoptat, locumq́; tãto hoſpite dignum præparat. Neque enim ignauis illabitur, neque in immundum occupatumve hoſpitium ſe recipit: ſed vbi per multa fuerit deſideria inuitatus præoccupat eos qui ſe concupiſcunt. Merito autem eſt deſiderandus, cuius adeo eſt neceſſaria vtilitas, vt ſine eo ne ad momentum quidem anima viuere queat: quæ etiam cum ejus pœnitentia vegetetur, vitales tamen operationes, eaſque potiores ad quas creata eſt, ſcilicet actiui & vnitiui amoris in deum, ſicut non poteſt exercere niſi agente ſpiritu ſancto, ita eaſdem niſi in animam idoneam dignèq; ad hoc præparatam non exerit ſpiritus ſanctus. Quapropter dixeram mundum nec occupatum ſpiritui ſancto hoſpitium præparandum. Verum cum de huius hoſpitij, hoc eſt, cordis munditia loquor, nõ ſolum eam impuritatem abijciendam puto, quæ eſt abominabilium peccatorum, qua prorſus excluditur ſpiritus ſanctus, ſed impurarum affectionum quoq; cogitationum, motuum, iudiciorum, intentionum, quibus præpeditur ſpiritus ſanctus, ne vel pręſens dona ſua exerat, nec animã vſq; quaq; poſſideat. Ad eundem ſenſum intelligi debet, hoſpitium ab eodem non viſitari, niſi non occupatum. Vbi enim alios hoſpites inuenerit, quibus cum nihil ſit ſibi cõmune, ſubtrahit ſe, propterea quod anima ſecundum varios affectus multipliciter diuiſa, quam integram vult ipſe, ſibi vni fideliter nequeat adhærere. Delicatus namq; amator & zelator eſt animæ vehementiſſimus, corriualem non ſuſtinens: aut enim ſolus, aut omnino non vult animæ vniri. Præparatio itaq; ad ſpiritũ ſanctum recipiendum eſt euacuatio eorũ quę ipſe fugit. Vt enim vas aqua plenũ, liquore interim alio, puta balſamo aut vino nõ poteſt impleri niſi euacuet: ita anima noſtra donis ſpiritus ſancti non replebitur, niſi proprium amorem, ſenſum, voluntatem, item affectus ad creaturas inordinatos ante exuerit. Legimus autem ſub eccleſiæ naſcentis primordio tripliciter datum fidelibus ſpiritum ſanctũ, ad orationem, ad prædicationem, ad manuum impoſitionem. Ad orationem datus eſt ſpiritus ſanctus, ſiquidem orante Ieſu deſcendit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum. Hodie q̃q; in hymno canimus: Orantibus apoſtolis deum veniſſe nunciat. Vnde docemur ſi ſpiritum ſanctum recipere cupimus, operę precium erit nos ad orationem colligere. Eſt autẽ oratio aſcenſus mentis in deum: atq; ideo non de oratione vocali hic loquor, videlicet multorum pſalmorum aut verborum quæ ſuo alioqui tempore propter ſtatutũ eccleſiæ aut ordinis perſolui debet (quamuis etiam proprie loquendo) huiuſmodi vocalia de ſe non ſint vera oratio, adminiſtrant autem orationem: ſed de mẽtali loquor, de qua in euangelio Chriſtus: Veri, inquit, adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. Porro hanc orationem neſcientibus & nouitijs (his enim duntaxat nunc loquor) præſtari poſſet manuductio (qua diſcerent mentaliter orare) facilis, quam tamen longe nobiliorem in ſe ipſis eſſent experturi, poſtquam incipiendo bonæ ſaltem voluntatis ſtudium applicarent: Et primus quidem ſcopus quem orantium vnuſquiſq; ſibi præfiget, eſt abſtractio ab omni re quæ non eſt deus. Ad hunc autem ſcopum ita tendat, vt ante omnia generaliter penſet propria peccata, malas ſuas conſuetudines interioris & exterioris hominis, craſſiora quoq; vitia quibus offenditur deus, idq́; cum odio & deteſtatione: ſtatuat cum illis non redire in gratiam, ſed iuge aduerſus illa certamen ſumere, donec eradicentur: proponat de-

Sapien. 6 — Lucæ. 3 — Iohan. 4

inde nil quærere niſi deum. Sic ſtatuens inueniet mox latiſſimam materiã compunctionis & orationis. Cum enim om̃e propoſitũ hominis ſit fragile atq; labile, propriam continue inſtabilitatem, miſeriam, fragilitatem, infidelitatem, ac prorſus omnem ſuam nihileitatẽ hic expietur. Hinc niſi propoſitum ſuum velit deſerere, orandi orietur neceſſitas. Videns enim contra propoſitum quotidie ſe magis dilabi, quãuis hoc ipſum non propterea ſibi accidat, quod per huiuſmodi exercitium à bono deficiat, ſed quod proficiens inde illuminetur magis quotidie cõplures (quos ante in ſe ignorauerat) in ſe cognoſcendos defectus. Itaq;, videns ſe à propoſito ſuo bono quotidie cadere, cernens etiam ſemetipſum ſibi nõ poſſe præualere, aut poſſe vincere, neq; propoſitum exequi, cogitur clamare ad deum, ſuam miſeriam exponendo, contra ſe conquerẽdo, veniam petendo, offenſum dominum reconciliãdo, eius gratiam requirendo, præſidium ab eo aduerſus imminentem denuo pugnam inuocando, eius prouidentiæ ſe cõmittendo, eius deniq; voluntati per om̃ia ſe reſignando: atq; poſtremo renouando toties ſuum propoſitum, quoties ſe nouerit tranſgreſſum. Attamen bonæ menti eueniet, vt leues trãſgreſſiones aut proprij lapſus contra ea quæ ſibi ſtatuit, dum ita planguntur ante deum, dumq; ita emendari curantur, occaſio maioris ſint profectus: quandoquidem per hæc indies ſibi anima innoteſcit, indies vileſcit, humilior præterea fit ad deum, manſuetior, compatientiorq; ad proximum. Hæc om̃ia internum exercitium mentis agit per orationẽ & collocutionem ſpiritus cum deo. Quæ ſi incipienti primum ſint inſipida aut forſan incognita, inferatur acediæ violentia euagationum mentis arceatur libertas, & (ſi aliter non præualet) ad obiectum vnũ, puta acticulum paſſionis dominicæ meditandũ colligantur cogitationes, vt ſic trãctãdi huius occaſione per meditationem mens collecta hinc tranſeat in oratiõem. Qui hoc modo inciperet, tædiumq;, ariditatem & inſipiditatem longanimitate vinceret. Et ſi quãdo (velut inter procelloſos maris fluctus cõſtituta) mens ab euagationibus nõ poſſet ſe ſtabilire, non tamẽ propterea quaſi perditi temporis ſcrupulum admitteret, aut à ſtudio mentaliter orandi deſiſteret, huc tandem, imo cito obtineret veram, tranquillam, ſimplicem, liberã ac deuotam oratiõem ſuipſius effuſiuam in qua ſe exercens ſpiritus ſancti ſentiret & dona & operationem. Secundo, receperunt ſpiritum ſanctum fideles in prædicatione. Loquente nanque Petro cecidit ſpiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebant verbum. Videte quod hoc quoq; tempore interdũ vſu veniat, vt ad vnius vocem loquentis om̃em vitam ſubito mutet aut meliorem efficiat aliquis, videatque ac deteſtetur, quod ante non videbat, nec in ſe deteſtabatur, recepto haud dubium ſpiritu ſancto huius mutationis tam felicis auctore. Cæterum, qui ex prædicatione cupit ædificari, haud neceſſe eſt longe diſcurrat doctorem quęrens, ab exterioribus ad interiora ſe conuertat, renunciet inutilibus curis, occupationibus, rumoribus, curioſitatibus, euagationibus, atque interiori homini colendo inuigilet. Intra ſe inueniet ſibi prædicantem, ſentiet mox qui ſeſe ſibi oſtendat, qui arguat, qui moneat, nunc retrahẽs, nunc extimulans, hæc mãdans, illa vetans. Plus proficiet ſolus in ſilentio, quam crebris prædicationibus externis aures duntaxat corporales accomodãs. Accedit quod ex hac interna prædicatione actutum diſcet quid ſibi deſit, quid ſibi infeliciter aſſit, quæ denique petere, aut quæ debeat orando auertere. At vero qui doctorẽ hunc reprehenſoremq; intra ſe non ſentit, non perfectionis eſt indicium perinde ac ſi eruditione non egeat aut nihil in ſe emendandum habeat, ſed eſt argumẽtum ſurditatis. Tertio, recipiebatur ſpiritus ſanctus per manuum impoſitionem. Imponebant enim manus ſuper illos, & accipiebãt ſpiritum ſanctum. Per manuum impoſitionem his temporibus (vt hoc munus nemini nõ conueniat) intelligere poſſimus gratiam quę datur in ſacramento confeſſionis. Ibi enim, diabolo expulſo, recipitur ſpiritus ſanctus paracletus, ſiue conſolator: haud dubium eorum lugentium, qui in euangelio appellantur beati. Sentiunt plane qui ante confeſſionẽ ſibipſis irati mox ſuorum rigidi cenſores turbabantur, quantã conſolationẽ facta cõfeſſione, q̃tam tranquillitatem, quantã pacem confeſtim obtineãt, adeo vt veluti grauiſſima ſarcina humeris abiecta, ferme ſenſibiliter peccatorũ onere leuẽtur. Hoc tamen non ſentiunt fortaſſe qui eandem ſemper confeſſionem, quotidie iam olim edoctam

Actu. 10

Actu. 8

Matt. 5

edoctam,nil mutãtes(quamuis opera mutentur & locutiones)ſicut pueri, ante mẽſam,Benedicite enũciant. Verũ relicta interim vnicuiq; ſua conſuetudine, optimũ ſane donum ſaluberrimũ, ac bonis mentibus vehementer conſolatorium prouidiſſe deum conſtat ſacramentum confeſſionis:per quod tanquam ex ſecundo fonte renati & abluti mundemur, recreemur atq; dignum ſpiritus ſancti habitaculum efficiamur,præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto,qui eſt bñdictus in ſecula. Amen.

SERMO II. IN EADEM ſolennitate, De auctoritate eccleſiæ,quam regit docetq; ſpiritus ſanctus.

ERGo rogabo patrem,&alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in ęternũ, ſpiritum veritatis, quem mũdus non poteſt accipere. Iohan. XIIII. Datum ſpiritũ ſanctũ apoſtolis nouimus,& gaudemus fratres chariſſimi. Pro gaudio autem teſtando, non modo hodiernum,ſed dies octo cõtinuos etiam feſtiuos ducimus: idq; tanto alacrius, quanto cum nobis, tum poſteris noſtris, ſpiritum ſanctum vſq; in finẽ mundi dandum credimus. Cæterum,vbi deeſt humi- Luc.14 litas,ſpiritum ſanctũ ſperare infundi,tam eſt præſumptuoſum,quàm ridiculum. Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus autẽ dat gratiam. Et vt vulgaris habet citatio Iſai.66 ex Iſaia. Super quem requieſcet ſpiritus meus,niſi ſuper humilem & quietum, & trementem ſermones meos? Prima igitur conditio debet eſſe,atq; pręcipua eius,qui deſiderat ſpiritum ſanctum,vt ſit humilis. Permulta vitia ſibi inimica vera habet humilitas. Verum, neq; de ſpeciebus humilitatis,neq; de vitijs eidem contrapoſitis hic loquar. Liquet enim quod humilitas deteſtetur animi extollentiam,ſermonum iactantiam erubeſcat, morum caueat ſingularitatem,oſtentationem fugiat, animoſitatem deniq; & proteruiam,contentionẽ, inobedientiam,obſtinationem,& alia cõplura eius generis vitia ſuperbiæ perſequatur & deleat. Suſtinet correptiones, fugit laudes,vitia ſua aut defectus non excuſat, non hominum gratiã affectat,timet prædicari,metuit honorari,vult neſciri,amat vilis ab omnibus reputari. Has omnes humilitatis ſpecies nulli non neceſſarias prætereo,propterea quod vitia hæc quæ prædixi,humilitati aduerſantia, cuncta adeo ſint manifeſta,vt non facile poſſint imponere alicui, nec vllo prorſus fuco quæant excuſari. Vnum adhuc chariſſimi vitium reliquũ eſt, à quo cauendũ moneo, quod clam ſub velamine falſi nominis ſcientiæ humilitatem exterminat: & hoc tanto ſecretius ſe abſcondit,quo omnino non vitij,ſed virtutis ac veritatis vult nomine cẽſeri. Hoc eſt vitium, quod omni iam loco vſquequaq; diffuſum,mundum pene vniuerſum ſeducit,temeritas proprij ingenij ſibiipſi nimium credens atque confidens. Inde tam multi, antiquis ſpretis patribus ſpretis prælatis & pontificibus,ſpretis ſanctis doctoribus,ſpretis denique conſilijs: ac poſtremo ſpretis omni auctoritate & diffinitionibus ſacro ſanctæ eccleſię,homines(licet parum docti)nouas quotidie effingunt opiniones,nouos meditantur errores. Nam dum vni volunt inhærere ſcripturæ, hac perperam intellecta, ſenſum quem inde ſibi eliciunt adulterinum, dicunt verbum dei,quum ſit proprij capitis ſui figmentum. Hoc tamen adeo perſuadent,adeo credendum ſtatuunt,vt mordicus etiam pro illo digladientur. Hinc fit etiam,vt natiuum ac genuinum ſcripturę ſenſum,quem recepit & habet eccleſia ſingulari priuilegio,ex inſtinctu ſpiritus ſancti ipſi abijciant,adeo vt quicqd iam olim in eccleſia ſtatutum eſt atq; receptum,aut eliminẽt, aut permutent, aut interturbẽt. His deeſt humilitas, ſine qua verbum dei intelligi aut tractari non poteſt, Chriſto dicente: Confiteor tibi pater, quia hæc ab- Matt.11 ſcondiſti à ſapientibus & prudentibus, & Lucæ 10 reuelaſti ea paruulis. Itaq; humilitatem in his quos debet erudire ſpiritus ſanctus requirit. Hi vero arrogantes, tot ſanctis patribus,tot ſeculis feliciter tranſactis, ſuas præferunt inſanias, quaſi in ſcripturis intelligerent,quod innumeri ſancti,imo q̃d vniuerſa eccleſia à Chriſti temporibus hactenus ſub maximo periculo errans ignoraſſet. Vnde mirum valde eſt, quomodo in hominibus etiam quibuſdam, alioqui bonis, hæc temeritas inſipientiave nimis cęca queat reperiri,aut quo pacto viris bonis id poſſit perſuaderi,quod priſci doctores ac ſancti,vita & miraculis glorioſi,perperam quid docuerint: idque generatim quod vniuerſa receperit eccleſia, recipi-

enſq; errauerit. Quod ſi admitteretur, vbi
Iohan.14. tunc CHRISTI eſſet veritas, promit⸗
15.16 tentis ſpiritum ſanctum ſe miſſurum, qui
vere doceat inducatq; in omnem verita⸗
tem, puta obſcura elucidando, & non re⸗
uelata manifeſtando, idq; non niſi per ſan
ctos homines, ſpiritu dei illuminatos?
Quiſnam credet hominum illos apoſto⸗
Matt.11 los impleri ſpiritu ſancto? Certe cum hac
Lucæ 10 peſte hominum nihil rationis habet ſpiri
Iohan.8 tus ſanctus, vtpote q ſua arcana (vt dixi)
abſcondit ab eiuſmodi ſapientibus, & in
oculis ſuis prudentibus, & reuelat ea par
uulis, hoc eſt, ea humilitate præditis qui
Roma.12 intellectum omnem captiuant in obſequi
um CHRISTI, qui non vltra quam o⸗
portet præſumunt ſapere: ſed ſapiunt ad
ſobrietatem, & ſimpliciter concorditerq;
conſentiunt his qui ſpiritum dei ſanctum
habuiſſe creduntur, metuentes vel tantil⸗
lo ab eorum ſententijs diuertere, quorum
intra eccleſiam vita eſt in honore. Credo
vos fratres chariſſimi quid dicere velim
aduertere. Quis enim in corde ſuo nõ ſen⸗
tiat, imo quem nõ torquere debeat, quod
eccleſia noui teſtamenti, quæ à CHRI⸗
STO fundata, & inter varios hæretico⸗
rum turbines licet ſæpius concuſſa, incor⸗
rupta tamen ad nos vſque peruenit? In
qua etiam omnes quotquot ſancti, quot⸗
quot fuere doctores, vixerunt: quorum
tum vita, tũ doctrina adeo miraculis eſt
coruſcantibus confirmata. Et hanc extra
eccleſiam nullus claruit ſanctus, nullus
eſt doctor receptus. Quis, inquam, non
doleat quod hæc eccleſia & eius auctori⸗
tas (quaſi nulla prorſus foret) adeo con⸗
temnitur, vt quicquid ipſa docuerit, quic⸗
quid inſtituerit, quamuis pium, quamli⸗
bet antiquum, vel etiam apoſtolorum tra⸗
ditione nobis relictum, euertatur, abijcia⸗
tur, exibiletur, propterea (vt aiũt) ſi in ſcri
pturis non ipſo digito monſtretur? Cum
tamen quid ſit ſcriptura, & cui ſit creden⸗
dum ſcripturæ, necne haud aliter atq; ex
iudicio eccefiæ ſciri poſſit. Quis enim do⸗
cuit nos, aut tradidit nobis ſcripturas?
CHRISTVM nemo noſtrum vidit, a⸗
poſtolos non cognouimus, euangeliſtas
non vidimus. A nemine igitur alio quàm
à matre eccleſia verbum dei recepimus.
Hæc oſtendit nobis quod ſit verbum dei
verum, cui fidem dare oporteat. Si enim
non ſit eccleſiæ auctoritas, quare non pa⸗
ri modo credimus euangelio Nicodemi?
quare non euangelio Bartholomæi, & ali
is id genus ſcripturis quomodo euange⸗
lio credimus Marci? Profecto huius ſola
hæc ratio eſt, quia eccleſia de ſcripturis iu
dicans, illa credenda præcepit, hæc abijci⸗
enda docuit. Itaq; ſi eccleſiæ iudiciũ ſequi⸗
mur, vt illi credamus ſcripturæ, cui crede⸗
re ipſa nos iubet. Quare etiam non credi⸗
mus eccleſiæ vbi mandat non contra ſcri⸗
pturas, ſed ſine ſcripturis, aut pro ſcriptu⸗
ris, cuius auctoritati tribuimus vt iudicet
de ſcripturis? Sine ſcriptura nil recipiunt
à nobis hæretici, tametſi multa loquantur
ipſi ſine ſcriptura. Quando autem habent
ſcripturas, tunc habent literam, non ſpiri⸗
tum. Habent, inquam, & adducunt verbũ
dei ſcriptum & prolatum, ſed non habẽt
vim verbi & ſpiritũ. Nam quiſquis ab vni
tate eccleſiæ deciſſit, quiſquis à ſcriptura⸗
rum vno illo ſpiritali ſenſu eccleſiæ com⸗
muni, cuius auctor & doctor eſt ſpiritus
ſanctus, in aliena atq; peregrina dogmata
degenerat, eiuſdem ſpiritus ſancti, qui do
cet omnem veritatem, & vni eccleſiæ pro Iohã.16.10
miſſus eſt, ſe expertem facit. Quid ergo iã
iuuat ingentem verborum ſyluam coacer
uare, ſcripturas vndiq; cõgerere, ſpiritum
autem & vim atq; virtutem verbi, hoc eſt,
ſenſum illum (qui doctore ſpiritu ſancto
vnus & verus eſt, & ijs ſolis qui vnius ec⸗
cleſiæ in vnitate fidei filij ſunt datur) non
habere. Eamobrem quemadmodum ec⸗
cleſię credimus, hanc vel illã eſſe ſcripturã
ita etiã credere debemus eidẽ, cũ dederit
huius nobis ſcripturæ hanc vel illã inter⸗
pretationẽ. Idem nanq; atq; vnus ſpiritus
eſt qui in ſcripturis loquitur, & qui intus
in corde operatur, hoc eſt, qui in ſcriptura
nobis loquitur, & qui ſcripturæ nobis in⸗
tellectũ reſerat ſcripturęq; ſenſum atq; no
titiã nobis infundit. Atq; ideo eccleſia, cũ
aliquid quod in ſcriptura nõ legimus, prę
cepto aut conſuetudinis obſeruantia no⸗
bis tradit, tanquam ab auctore ſpiritu ſan
cto, qui eccleſiam regit, debemus accipere Iohan.16
& obſeruare. Quæ enim ſunt illa, quæ a⸗
poſtolis Chriſtus tacenda tũc quidẽ cum
præſens illis erat prædixit, qa portare nõ
poterant, per ſpiritũ ſanctum vero (quum
veniret) illis reuelanda, niſi ea quæ genera
liter omnis obſeruat eccleſia, licet in ſcri⸗ Auguſt.
pturis clare nõ ſint expreſſa. Dicit enĩ bea
tus Auguſtinus ad Ianuariũ: Illa quæ non
ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ qui⸗
dem toto terrarum orbe ſeruantur, datur
intelli⸗

intelligi, vel ab ipſis apoſtolis, vel plenariis conſilijs, quorum eſt in eccleſia ſaluberrima auctoritas, commendata atque ſtatuta retineri. Nã quæ Chriſtus docuit quis ſcripſit omnia? Fatetur beatus Iohannes, neq; opera neq; ſigna Chriſti ſcripta eſſe omnia, imo ſcriptu pene fuiſſe impoſſibilia. Si intermiſſa ſunt ne ſcriberentur per multa, quæ Chriſtus fecit, quanto ſunt omiſſa plura quæ dixit? Per quadraginta dies (inquit Lucas) præbuit ſeipſum viuum apoſtolis, poſt reſurrectionem ſuam apparens eis, & loquens de regno dei. Quid locutus eſt, quid docuit Chriſtus de regno dei? Vbi ſcripta ſunt quæ de regno dei locutus eſt? Nihil horum ad nos venit, quia apoſtoli quod docti ſunt docuerunt, non ſcripſerunt. Videte autem ne de regno dei, id eſt, de gubernatione & eruditione eccleſiæ (quæ regnũ dei ſolet in ſcriptura dici) tunc docuerit & diſpoſuerit Chriſtus, vt ſunt ea quæ ſola traditione per apoſtolos ad nos venerunt. Quod ſi per regnum dei futurã beatitudinem cœleſtem intelligi debere quis contendat, perinde ſequitur plura eſſe ſine ſcripturis tradita, quũ hac ipſa de re, id eſt, quid tunc loquutus ſit de æterna felicitate CHRISTVS, nuſquã ſcriptum legimus. Quid autem quod aliquot etiã annis ſub Chriſto, & apoſtolis poſt Chriſtum, eccleſia noui teſtamenti gubernata fuit ad te, antequam aliqua noui eſſet teſtamenti ſcriptura? Sancta enim eccleſia antiquior eſt ſcriptura. Vnde conijciẽdum eſt, quod ea, quæ tunc per apoſtolos tradita, & recepta iam erãt per omnes eccleſias ante ſcripturam, vſu quodam ad nos continuo tranſmiſſa, & quaſi ꝑ manus tradita manſerũt, non ſcripta: & nõ ſolum ea, verumetiam alia quæ pro neceſſitate perſonarum, locorum & temporum fuerant ſubinde ſtatuenda, dum ſtatuerentur, eandem auctoritatẽ accepiſſe inſpirata & inſtituta, quam accepiſſent ſcripta: quia idem ſpiritus eſt qui docet eccleſiam foris per ſcripturam, & intus per inſpirationem. Quod autem apoſtoli multa, quæ non ſunt ſcripta inſtituerint, indicat Lucas in Actibus apoſtolorum, referens de Paulo, quod perambulabat Syriam & Ciliciam, confirmans eccleſiam, & præcipiens cuſtodire præcepta apoſtolorum & ſeniorum. Quis dubitat hæc præcepta quę dicuntur apoſtolorum & ſeniorum alia fuiſſe à præceptis euangelij, quæ ſane præcepta euangelij non apoſtorum ſed domini dicta fuiſſent pręcepta. Et denuo: Cum autem pertranſirent ciuitates (intellige Paulum & eius comites) tradebant eis cuſtodire dogmata, quę erãt decreta ab apoſtolis & ſenioribus, qui erant Ieroſolimis. Et quid quod Iohannes apoſtolus in Apocalypſi initio refert ſe fuiſſe in ſpiritu in dominica die? Vnde liquido conſtat tunc ſabbatum Chriſtianorum à ſeptima in primam feriam eſſe tranſlatum. Nunquid vt hoc fieret iuſſit ſcriptura? Deinde Paſchæ obſeruationem, in qua perinde à Iudæis receſſit eccleſia quæ ſcriptura docuit? & (vt ſimul multa dicã) quando Chriſtus, ſcriptura teſte, venit nõ ſoluere, ſed implere legem, quare apoſtoli & maxime Paulus abrogauere legalia? Atque rurſus, quare quædam ex lege gentibus credentibus obſeruanda ſanxerunt apoſtoli, vt de ſuffocato & ſanguine, cæteris abrogatis, idq; nulla mandãte ſcriptura? Viſum eſt (inquiunt) ſpiritui ſancto & nobis. Videtis quomodo regimen eccleſię & ſua inſtituta (vbi nulla etiam ſuffragatur ſcriptura) apoſtoli ſpiritui ſancto tribuunt? Animaduertite etiam quod quemadmodum illo tẽpore pro pace duorum populorum, id eſt, Iudęorum & Gentium in eandem fidem coeũtium, neceſſarium fuerit ita inſtituere: quandoquidem non potuerunt Iudæi ad fidem conuerſi tam ſolenne præceptum legis, de non eſu ſanguinis relinquere. Ea propter per diſſimulationem (vt dixi) & propter pacem cum gentibus conuerſis habendam, ij qui ex Gentibus fuerunt conuerſi, iuſſi ſunt Iudæis ſaltem in hoc ſe conformare. Hodie tamen dum huius inſtitutionis ratio ceſſat, omnes vtimur eſu ſanguinis. Quis autem quæſo, aut tunc hanc inſtitutionem, aut nunc eiuſdem inſtituti mutationem ſine ſcriptura auſus fuerit inducere, niſi eccleſia? Quæ ſicut auctoritatem pro tempore habet inſtituendi, ita quando expedierit, habet eadem rurſus abrogandi: & hoc quo auctore, niſi ſpiritu ſancto, qui regit eccleſiam, & docet eam omnem veritatẽ? Nemo enim hodie neceſſarium ſibi putat à ſuffocati ſanguiniſve eſu ſemper abſtinẽdum, niſi voto ſibi interdixerit ſua ſponte. Tempus me deficeret ſi recẽſere velim omnia, quæ ab apoſtolorum tempore ſeruat eccleſia, de quibus nihil in ſcriptura explicatur, niſi quod vno aut altero verbo à

Margin notes (left column): Iohan. 21; Actu. 1; Actu. 15
Margin notes (right column): Actu. 16; Apo. 1; Matth. 5; Actu. 15; Ibid.

Matth.18 Chriſto generatim ſimul omnia iubentur dicente: Si eccleſiam non audierit, ſit tibi
Matt.23 ſicut ethnicus & publicanus. Item: Super cathedram Moſi ſederunt ſcribæ & phariſæi: quæ dicunt vobis facite, & quæ faci-
Lucæ 10 unt facere nolite: dicunt enim & non faciunt. Itemq́ꝫ. Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Neque enim omnia per ſe docere voluit Chriſtus, puta modum vſumq́ꝫ ſacramentorum, & ſimilia: ſed eadem apoſtolis commiſit ſpiritu ſancto erudiẽdis. Nam quod Euchariſtia à ieiunis offertur ſumiturq́ꝫ, haudquaquã à Chriſto eſt præceptum, ſed ab apoſtolo Paulo putatur inſtitutum, & ad nos mos iſte pro ſacramenti reuerentia eſt deriuatus. Licet enim conſtet quando primum acceperunt diſcipuli corpus & ſanguinẽ domini, non eos accepiſſe ieiunos, propte
Auguſti. rea tamen nemo (vt verbis vtar Auguſti.) calumniari eccleſiã debet vniuerſam, quæ ieiunis tantum ſumendum inſtituit. Ex hoc eñ placuit ſpiritui ſancto, inquit idẽ doctor, vt in honorem tanti ſacramẽti in os Chriſtiani prius dominicum corpus intraret, quam exteri cibi. Nã ſaluator quo vehementius commendaret myſterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus ac memoriæ diſcipulorum, à quibus ad paſſiõem digreſſurus erat. Et ideo non præcepit quo deinceps ordine ſumeretur, quo apoſtolis, per quos eccleſias diſpoſiturus erat, ſeruaret hũc locũ. Nã ſi hoc ille monuiſſet, vt poſt cibos alios ſemper acciperetur, credo quod eum morem
1.Cor.11 nemo variaſſet. Proinde Apoſtolꝰ de hoc ſacramento ſcribens Corinthijs, cum dixiſſet: Propter quod fratres cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate, Si quis eſurit, domi manducet, vt non ad iudicium conueniatis, ſtatim ſubiungit: Cætera autẽ cum venero ordinabo. Hæc enim ſcripſerat eo tempore quo poſt cœnam in eccleſia dum conueniſſent populi peractam, corpus domini ſumebatur. Ex qua re dum Apoſtolus ſcandala, peccatorumq́ꝫ occaſiones, animarũ item ruinam, & ſacramenti cerneret oriri cõtemptum, vetuit hunc morem, videlicet in eccleſia cœnandi ante ſacramenti ſumptionem poſt hac ſeruari, permittẽs tamen interea vt domi antequam conuenirent, manducent quo ad ipſe veniret, & modũ eis (quo hodie ſumitur) ſumẽdi perſuaderet. Multum enim Apoſtolo videbatur totum illũ agẽdi ordinẽ in epiſtola inſinuare, quẽ vniuerſa ꝑ orbẽ nunc ſeruat eccleſia, quẽ ab ipſo poſtea ordinatũ eſſe (vt ꝓmiſerat) facile intelligit. Et nõ ſolũ hũc ritũ, ſed alia etiã multa, quę nulla moꝝ diuerſitate per eccleſias variant. Vides iã ab apoſtolo ſine ſcripturis eccleſijs loquẽdo nõ ſcribendo tradita multa. Porro Chriſtꝰ nihil ſcripſit ſed ex multis quæ docuit, Euãgeliſtæ pauca tantũ, & cõſentanea ſcripſere, apoſtolorũ bona pars nihil oñino ſcripſit, ꝑpauci vnã aut alterã epiſtolã. Oẽs tñ certũ eſt miniſterio ꝟbi & doctrinę dies nocteſq́ꝫ inſudaſſe. Multa interea in ſpũ ſancto ſunt reuelata, multa adhuc pro tpe & neceſſitate eccleſiæ reuelanda, & ſuo tpe tradenda quæ ſi ante traderent quã ſunt neceſſaria, res inutilis & moleſta ſeculo induceretur. Nunq̃ eñ ſuę deerit eccleſiæ ſpũs ſanctus ſed vſq; ad mundi finẽ eam docebit & diriget. Quàm temerariũ eſt aũt ac ſuperbũ tam eſt etiã ſtultũ quoduis eccleſiæ membrũ hanc ſibi arrogare gratiã, vt doctorẽ habeat ſpiritũ ſanctũ, q̃ liceat ſibi quicq̃ aliud ſentire ab eccleſia diuerſum. Nõ recte ſentit, quiſqs aliter q̃ eccleſia ſenſerit, quãlibet ſuæ opiniõi videat aſtipulari ſcriptu 1.Cor.14
ra, qa qui in ſcriptura loquitur, non eſt deus diſſentionis, ſed vnitatis & pacis. Et qs audeat polliceri ſe ex ſpũ ſancto didiciſſe, vt in ſpriptura intelligat, ꝙ cum periculo & detrimento ſibi hactenus eccleſia ignorauerit, hactenꝰ perperã docuerit? Nemo credo adeo eſt inſanus qui dicat: Eccleſia hucuſq́ꝫ errauit, ego recte ſentio. Nemo verbis hoc dicit. Permulti tamẽ ſunt, qui re ipſa ita loquuntur, dum que eccleſia ſtatuit aut docuit, ipſi dãnant & euertũt. Hi Auguſti.
vtinã attẽderent ꝙ ſanctus Auguſtinus dicit & habet inſertum in Decretis. In his re Diſt.11
bus de quibus nil certi ſtatuit diuina ſcriptura, mos populi dei & inſtituta maiorũ pro lege tenenda ſunt. Et ad Ianuariũ. Si Idem.
quid per orbem frequentat eccleſia, quin ita faciendum ſit diſputare, inſolentiſſimę inſaniæ eſt. Hæc ille. Sunt præterea qui dicunt ſcripturam adeo eſſe lucidam, vt nulla interpretatione egeat, ſed ſi dubium oriatur, ex alio loco inueniri vnde mox ambiguitati aut obſcuritati ſuccurratur. Si ita eſt, quare igitur tot ſectæ ſibi ipſi contrariæ inter eos quoque ſunt, qui nihil niſi ſcripturas recipiunt, & quotidie plures ſuboriuntur, cum tamen vnuſquiſque eorum ſibi ſpiritum arroget,

& ve-

& verum ſeſe ſcripturæ intellectum habere clamet? Nemo certe habet verum ſpiritum, quiſquis cum eccleſia communem non habet. Non eſt enim niſi vnus ſpiritus qui eccleſiam doceat. Maneamus igitur chariſſimi in eccleſię vnitate, & obediētiam præſtemus paſtoribus noſtris, quos *Hebr.13* nobis præpoſuit dñs, qui non minorē curam debent animabus noſtris, q̃ parentes ſecundum carnem corporibus noſtris: & propterea non inferiorem in nos in his quæ animæ ſalutem attinent præcipiendi habent auctoritatem, quàm parentes ſecūdum carnem: & nos e regione ſpiritualibus his parentibus noſtris maiorem debemus & reuerentiã & obedientiam, quãto potior eſt anima q̃ caro, generatio ſpiritualis q̃ carnalis. Admonet nos obediētiæ quod in veteri teſtamēto, ſi quis ſacerdotis ſummi detractaſſet imperium, aut ſpreuiſſet mãdatum, mortis ſupplicio puniebatur. Atqui noui teſtamenti ſacerdotum iuriſdictio, auctoritas & dignitas ſpiritualis longe ſunt præſtãtiora. Quapropter dicere ſummum ſacerdotem, prælatum, & animarum noſtrarũ paſtorem nihil poſſe præcipere, niſi quod ſcripturę explicite iubent, plane ridiculum eſt. Certe nihil poteſt pręcipere contra ſcripturã, ſed iuxta ſcripturã, aut pro ſcriptura. Quare non poſſit, vbi id flagitet animarũ (quarum paſtor eſt, & pater) *Matth.12* neceſſitas, aut euidens magnaq; vtilitas? Qui nō eſt contra vos, inquit Chriſtus, pro vobis eſt. Quod non eſt contra ſcripturam, pro ſcriptura eſt, & pro ſcriptura militat. Si ergo prælatus, & pater, & paſtor pro nobis reddet *Ezech.34* deo rationem, vt in Ezechiele clariſſimū eſt, vbi dominus pro eius negligentia ſe animarum ſanguinem de manu eius requirere comminatur, quomodo non poſſit præcipere nobis, aut quomodo non deberemus illi nos obedire? Habēt ſane quęque tempora ſua pericula, quibus e regione ſuæ debentur à paſtoribus etiam vigiliæ atque curæ. Nouis quotidie morbis emergentibus, noua etiam parari remedia neceſſe eſt, ad quæ prælatis deus auctoritatem dedit, & ſpiritum ſanctum nō negat, idque (ne tergiuerſandi vllus pateat ſubditis locus) non pro merito præcipientis, ſed in vtilitatem, quam Chriſtus diligit ſubiectę plebis. Ideo non conſiderandum eſt, quis & cuius vitæ ſit aut meriti, qui in eccleſia præſidet nobis: ſed cuius iuſſu, ordinatione, atque auctoritate prælatus ſit nobis. Neq; enim iuſſi ſumus prælatorum imitari opera, ſed ſeruare præcepta. Nec auctoritas, & quam in ſubditis habēt iuriſdictio, ſacerdotaleq; officium, ſuper merito vitæ eorum, ſed ſuper verbo Chriſti fundata ſunt. Cæterum, q̃ impium eſt quæſo pro Republica & commodis temporalibus leges ferre, & pro ſaluãdis animabus leges inſtitutas nō ferre? Fateri vni generali prælato eccleſiæ (q̃d neceſſe eſt) *Iohan.21* vniuerſalis regimen cōmiſſum eſſe, & nihil eundem poſſe ſubiectis pręcipere, ſubditiſq; non obediendi libertatem aſtruere? Nemo tamē propterea putet nobis vitam prelatorum omnem placere, nec abuſus qui perperam introducti ſunt laudari. Abſit hoc à nobis. Pro ijs ſuadeo orandum, donec vel à deo vel à concilio genenerali (quoniam aliud nō poſſumus) corrigãtur. Verum hæc ad eos qui foris ſunt. Nos chariſſimi fratres quicquid eccleſia inſtituit, quicquid vſu ac ritu lōgęuo tradidit, quicquid etiam prælati à deo nobis dati mãdauerint, humiliter amplectamur tanq̃ iuſſum à deo. Quoniãquidē neq; papa, neq; epiſcopi, neq; prælati reliqui, ſed dñs noſter Ieſus Chriſtus, cuius amore hominibus nos ſubiecimus, obedientiæ reddet nobis mercedē. A qua neminē retrahat quæſo aut reproborũ vita, aut perfidorum perſequutio, aut temporum calamitas, quia hæc omnia à Chriſto nobis futura prædicta ſunt, & neceſſe eſt vt eueniãt: nos quoque eius amore ſufferamus, qui pro nobis ſuſtinuit Ieſus Chriſtus benedictus in ſecula. Amen.

SERMO III. IN EAdem ſolennitate. Quod mundi oporteat amorem extingui, ſi ſpiritum ſanctum uolumus recipere.

CHaritas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritū ſanctum, qui datus eſt nobis: ad Romanos V. Gaudium nobis eſt hodie fratres chariſſimi nō mediocre, quod ſpiritum ſanctum mundus, hoc eſt, apoſtoli & credentes acceperunt. Repleti ſunt, inquit, omnes ſpiritu ſancto: *Actor.2* quo diffuſa eſt etiam charitas in cordibus eorum. Quàm magna res ſit charitas, quàm vtilis, nō ignoratis ex Pau

1.Cor.13 lo apoſtolo ad Corinthios ſcribēte: Si linguis hominum loquor & angelorum, & 1.Iohan. 4 cætera. Magis autem ex Iohanne apoſtolo, qui deus, inquit, eſt charitas. Quàm bene nobis foret, quàm feliciter ageremus, quàm feſtus dies nobis hodie illuxiſſet, ſi nobis pariter, qui tēpla ſpiritus ſancti vo- 2.Cor. 6 camur ab Apoſtolo, & eſſe debemus, idē ſpiritus ſanctus infunderetur, per quem charitas diffundatur in nobis, & e nobis, exuberās ad omnes. Sed vereor, ne multi noſtrū habeamus quod dono tam nobili aduerſetur, id eſt, cui ſpiritus ſanctus cohabitare dedignetur. Ipſum eſt mundi amor. Cum dico mundi amorem, nō excludo priuatum amorem, quādoquidem omní amore illo, quo extra deum quis ſe diligit, mundum diligit. Amorem igitur hic voco mūdi omnem inordinatum affectum ad creaturam quamcunq;. Hoc etenim amore impeditur charitas, ne poſſit diffundi. Hoc offenditur ſpiritus ſanctus quo minus poſſit recipi. Scitis quàm ſancta fuit conuerſatio Chriſti erga diſcipulos olim in terris, quàm dulcis & munda. Familiaris tamen illa conſuetudo & conuictus, quo diſcipuli amore ſenſibili fruebātur ad Chriſtum præpediebat illos, vt Chriſtus inſinuabat, ne paracletū, ne do- Iohan.16 na potiora ſpiritus ſancti acciperent. Expedit vobis, inquit Chriſtus apoſtolis, vt ego vadam. Si enim non abiero paracletus non veniet ad vos. Hoc eſt, iuxta ſen- Auguſtin. tentiam beati Auguſtini: Non poteſtis capere ſpiritū, quandiu perſiſtitis ſecūdum carnem noſſe Chriſtum. O ſi impediebantur apoſtoli per affectionem illam ſenſibilem, vel, vt dicunt, cordialem, qua hærebant ad viſibilem & corporaliter præſentem Chriſti humanitatem, ne fierent ſpirituales, ſed manerent animales: quid de nobis ſperandum eſt, ſi qui corpore hic monaſterio includimur, animo per totū mundum vagamur? Delectat nos cogitare, quæ etiam nec licet, nec ſecundum rationem libet agere. Quàm multa concupiſcimus, quàm in varijs hæremus, quæ etiam decies repulſa redeūt, quia illorum amorem ac delectationē intra nos retinemus: locum enim quem ſibi in cordibus noſtris vendicauerunt, quaſi habeant ibi iuris aliquid repetūt. Amor igitur iſte neceſſe eſt vt in nobis moriatur, ſi diuinum illum amorem, quo hodie igniti ſunt apoſtoli, volumus in nobis vt ardeat. Itaque deſiderio diuini amoris accincti, pergamus ad exterminandum extinguendumque in nobis amorem ſeculi. Corruant in nobis muri Iericho, & vrbs ipſa detur in anathema obliuionis. Per vrbem Iosue 6 Iericho figurari mundum, nō modo noſtra interpretatione, verumetiam parabola illa Euangelica didiciſtis: qua quidam ab Ieruſalem deſcendens Iericho, fertur Lucæ 10 incidiſſe in latrones. Porro hæc ciuitas Iericho (cuius rex in figura, aut vt Chriſtus vocat, princeps diabolus eſt) inimica ciuitati Ieruſalem, quomodo euerſa perierit, ſcitis: corruentibus videlicet muris eius, dum ſepties circumiretur. Pari modo qui Iosue 6 per amorem in cordibus noſtris ædificatus eſt mundus, ſeptem conſiderationibus, ſi vigilanter, quaſi ſeptem circumitibus circumeatur, muri eius iuxta ſeptem capitalia vitia ſeptuplices, quibus vallatus eſt, corruent. Ne igitur diu vos morer, primus circumitus ſiue conſideratio eſſe debet breuitatis vitæ huius. Hæc nanque conſideratio non parum confert ad mundi contemptum. Facile enim (vt qui- Hierony. dam ait) contemnit omnia, qui ſe cogitat moriturum. Nam quid iuuat chariſſimi de mundo multa colligere, quando conſtat quod ab omnibus confeſtim cogemur diſcedere, mundum exire, hicque ſimul cuncta relinquere? Quid prodeſſe poteſt mundi amicitiam, hominumq; fauorem ſibi cōciliaſſe, cum certū ſit ilico ſe ab omnibus deſerendū eſſe, omniaq; deſerere? Cōcupiſcimus multa & quærimus, & ante deficimus ipſi, q̄ obtinemus. Aut ſi quę deſideramus vix tandē aſſequimur, retinere tamen non poſſumus. Pone, cōtingat cuipiā huius mūdi felicitas, tranquillitaſq; aliqua maxime fortunata circa euentus dubios vitę p̄ſentis. Nōne cruciatū habet mentis, ꝙ hęc iucūditas mox finienda perſeuerare nō poteſt, quā calamitas ſequitur, quæ æterna expectatur? Diuiti illi in Lucæ 12 Euāgelio Lucę, qui deſtruere voluit horrea ſua, vt maiora repararet, pluraq; colligeret, dicēti ſibi ipſi: Aīa habes multa bona poſita ī annos plurimos, reqeſce, comede, bibe, epulare, qd à deo reſponſum eſt? Stulte hac nocte animā tuā repetunt à te quę aūt paraſti, cuius erūt? Quid dicent amatores mūdi huius, q voluptatibus atq; honoribus hic ſe extulerūt, quādo in morte illis aperiētur oculi, & videbūt q̄ infeliciter ſint decepti, q̄ nihil ſit q̄d amauerūt,

quan-

quando omnia tunc cõtra ſe videbunt ſta re exaggerata ad perpetuã ignominiam ac damnationem, quibus olim ſeſe oble⸗ ctauerunt aut quę impie contempſerunt? Sapient. 5 Quomodo plangent ſe? Errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit no⸗ bis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus no⸗ bis. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & per ditionis, & ambulauimus vias difficiles: viam aũt domini ignorauimus. Quid no bis profuit ſuperbia, aut diuitiarũ iactan⸗ tia quid contulit nobis? Tranſierunt oĩa illa tanq̃ vmbra, & tanq̃ nuncius præcur⸗ rens, & tanq̃ nauis quæ pertranſit fluctu⸗ antem aquam: cuius cum præterierit non eſt veſtigium inuenire, neq; ſemitam cari⸗ næ illius in fluctibus, & cætera quę ſequũ tur in libro Sapientiæ. Hæc igitur chariſſi mi fratres (iunioribus loquor) cum mun⸗ dus tentauerit nos, hoc eſt, quando volu⸗ ptatum, honorum, gaudiorũ ac gloriæ de ſideria nos ſtimulant, conſiderantes obĳ⸗ ciamus oculis noſtris, q̃ infeliciter ſuis a⸗ matoribus mũdus imponat, q̃ blande cir⸗ cumueniat, q̃ ærumnoſe ſeducat, q̃ cito deſerat, quamq; pro breuiſſimo, vano fal⸗ laciq; gaudio æternis cruciatibus tradat. Quid ergo volumus amare, q̃d tam care emitur, q̃d tam infeliciter poſſidetur, q̃dq; quàmprimum, licet non ſine ingenti peri⸗ culo animæ acquiſitum fuerit, amittitur? Dicat potius ſibĳpſi anima comperiens ſe aliquid inordinate aut amare, aut deſide⸗ rare, lætariq; dum poſſidet, triſtari dum a⸗ mittit, dicat, inquam, ſibĳpſi nobilis ani⸗ ma: Quid tu ſpreto deo caducã hanc rem tanti facis, vt cum diſpendio propriæ ſalu tis, cum iniuria aut cõtumelia tui condito ris, etiam illam ames, quam tamen quãto cius neceſſe eſt deſerere? Et iterũ: Ego vo⸗ lo hac re, aut hac cõſolatione carere pro⸗ pter deum, vt ipſum habeã, ipſi placeam: cui placere eſt felicẽ eſſe, quem amare, eſt oĩa habere. Secũdus circumitus eſt, conſi deratio anguſtiarũ & dolorum quæ ſunt Matth. 7 in mundo. Putamus fratres, extra angu⸗ ſtiam eſſe, qui latam huius mũdi viam am bulãt ad perditionem? Haudquaq̃. Multa interim deſiderant, quę aſſequi nequeunt. Multa cum dolore amittunt. Semper in timore amittendi verſantur. In cordis in⸗ 1. Tim. 6 quietudine plura ſemp concupiſcunt. Qui volunt, inquit, diuites fieri, incidũt in ten⸗ tationem & laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quę mergunt ho mines in interitum & perditionem. Por⸗ ro qui voluptati indulgent (quę apud eth nicos etiam inimica bonis eſt moribus) nunquam ſatiãtur, & ſupra hoc quod in⸗ honeſte ſeruiunt, etiam in propria corpo⸗ ra ſua peccant, ingenium, memoriam, ſa⸗ nitatem, famam, atque adeo bona omnia in ſe deſtruẽtes. Quàm fœda igitur, quàm improba ac ærũnoſa eſt ſeruitus illa, quæ vitĳs & concupiſcentĳs ſeruit, quibus ta⸗ men quantumlibet acquieſcas, ſatisfieri non poteſt. Neque enim explendo deſide ria illicita retundi, aut ſopiri poſſunt, ſed irritata potius hoc modo atque ſuccenſa vehemẽtius ſeruiunt. Proinde qui aſſidue peccant, quid aliud quæſo agunt, q̃ legem ac neceſſitatem quandã ſibi peccandi qua trahantur, quaſi funem collo ſuo circum⸗ ponunt. Taceo nunc curas alias, anguſti⸗ as atque preſſuras cordis qui auaros, inui⸗ dos, ambitioſos premunt. Taceo obſcœni tates, ſordes & obprobria quibus Veneri ac luxui dediti ſe commaculant. Non er⸗ go ametur quod tanto labore, dedeco⸗ re, dolore quæritur, habetur, amittitur. Tertius circumitus eſt, conſideratio peri⸗ culorum in mundi amore. Prætereo cæte ra damna atque pericula. Hoc vnum mi⸗ nime negligendum eſt, propter quod po tiſſime nunc loquor. Aduerſatur mundi amor dei amori. Siquidem non poſſunt hi duo amores ſimul eſſe. Pro quanto enim, inquiunt Auguſtinus & Gregorius, cor Auguſtin. tuum eſt ad aliquam rem, tanto minus Gregori9. eſt ad deum. Repellit ſpiritum ſanctum mundi amor. Quippe qui aufert ſe etiam à cogitationibus quę ſunt ſine intellectu. Sapient. 1 Extinguit charitatem. Si quis enim, dicit 1. Iohan. 2 Iohannes, dilexerit mundum, non eſt cha ritas patris in illo. Inimicum dei conſtitu⸗ it. Quicunque enim voluerit amicus eſſe ſeculi huius, ait Iacobus, inimicus dei con Iacobi 4 ſtituetur. Quis ergo iam deſideret mun⸗ di amicitiam, quæ cum inimicitia dei emi tur? Quis caduca hæc quærat gaudia, qui⸗ bus dolores & tormenta æterna ſucce⸗ dunt? Quartus circumitus, cõſideratio eo rum qui per amorem mundi perierunt. In mentem veniat diues ille epulo, cui nihil Lucæ 16 defuit, quo beatus prædicaretur ſuper ter ram. Qualem finẽ ſortitus eſt? Mortuus, in infernũ ſepultus, pro delectatione bre⸗ uiſſima quæ olim trãſĳt, iam amplius ſeſ⸗ quimille annis torquetur, nec vnquam torqueri deſinet, in perpetuis flammis nõ

habens

habens guttam aquæ quo æſtuātem refrigeret linguam. Hoc modo cogitetur de omnibus mundi amatoribus. Quorū pręſentem atq; terrenam felicitatem Iob per multa quæ mirari ſolet mundus explicās, tandem infert: Ducūt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Hic eos quoque poſſumus recolere, quos aliquādo nouimus in Aegypto. Qui egredi nobiſcum renuerunt ad clauſtrale deſertum pœnitentiæ, ſed mundi oblectatione detenti, vitam finierūt in peccatis ſuis, quod fortaſſe multis noſtrum quoq; contigiſſet, niſi miſericordia nos dñi præueniſſet, niſi benignitas dei ad pœnitentiam nos adduxiſſet, niſi à cōſortio peccātium, de voragine, de tenebris, de captiuitate Chriſti miſericordia nos extraxiſſet. Abſit igitur vt per amorem quis redeat, vbi periculum iampridē vix euaſit. Quintus circumitus eſt conſideratio ſeruitutis in amore mundi iam pauloante de ſeruitute illa animi interna ac perniciosa, quę eſt in explendis cōcupiſcentijs (quibus amatores mundi ſubiecti atq; captiui tenentur) dictum eſt. Hic addēdum eſt etiam de externa de qua taceri nō poteſt, q̄ oporteat eos qui terrena ambiunt adulari, oporteatq; ſæpius male audire, & quanq̄ etiam mundi contemptores, plęrunq; ab amicis mundi male audiant, aliud eſt tamen pro virtute innocenterq; pati, aliud pro mundo. Illud em̄ in corde ſerenitatem atq; lætitiam, hoc mœrorem atq; cōſcientiæ obſcuritatem parit. Oportet, inquam, mūdi amatores ſimulare ac diſſimulare: oportet moleſtiſſima pati, & diu, & multa: vt vel tandē quies modica, aut voluptas momētanea, aut gloriola breuis obtineatur. Quæ cum fuerint etiam impetrata, mox cum vita pariter finiuntur. Et quare non quæritur pax animi, puritas cordis, tranquillitas interna (quę minori labore ac ſudore cōſtant) gaudium habentia conſciētiæ maximum: quod nec deſerat, nec deſeratur, donec introducat nos in plenitudinem atq;, vt Iſaias promittit, in pulchritudinem pacis, in tabernacula fiduciæ, in requiē opulentā? Sextus circumitus eſt cōſideratio ingratitudinis mūdi. Quid em̄ boni, imo quid non mali reddit mundus amantibus ſe? Imponit quibuſcunq;, ſeducit cunctos, deſerit omnes. Nemo eſt amicorū eius, quem non prodat, & ad extremum relinquat. Hoc eſt, quem nō aut in vita calamitoſum, aut in conſcientia deſperatum, aut in morte faciat miſerū. Quid quod multo tēpore poſtq̄ pro gloria, honoribus, voluptate aut rebus alijs perituris ſudatū eſt? Nihil horū præſtat mūdus, ſed perit labor & opera, manente interim reatu conſcientiæ & diuina offenſa. Septimus circumitus eſt conſideratio obliuionis noſtri. Pone, vt vniuerſo quis imperet mundo, fruatur delicijs quibuſlibet, gaudeat rerum omnium opulentia: cum ipſe defecerit cum ipſo ſimul intereūt omnia, nec eſt qui eius recordetur. Vbi ſunt reges & imperatores, qui dum viuerent in ore erant omnium? Illis iam mortuis, vbi poteſtas & faſtus eorū? Quis tremit, quis colit, imo quis cogitat nunc illos? Et hodie prædicantur qui viuunt, cras non erit memoria eorū ſuper terram. Non igitur amemus, non deſideremus quę ita tranſeunt quaſi nunq̄ fuerint: imo quæ etiā quādo ſunt, ſic ſunt, quaſi non ſint: quādoquidem nos quoq; tranſibimus, quaſi nō fuerimus. Et niſi virtus nos immortalitate donauerit, nō erit poſt nos noſtri memoria. Itaq; his cōſiderationibus agamus, vt mundus in cordibus noſtris pereat. Sanctus Hugo Grationopolitanus in extremo vitæ conſtitutus, petens pro ſe orari, dum interrogaretur quid vellet pro ſe orari, Reſpondit: Vt moriatur in me amor mūdi. Ita nos quoq; orare debemus. Huius nanq; amore in nobis extincto, mox locus dabitur ſpiritui ſancto, q cordibus noſtris ſeipſum infundat, dona nobis ſua diſtribuat, ſui amoris in nobis ignem accēdat, & ſapiētiæ ſuæ muſto nos inebriet. Hoc nanq; muſto, ait diuus Auguſtinus, inflammantur, hoc præclaro poculo inebriantur quotidie etiam corda fidelium, & animæ ſe conuertentium, quando pro deſiderio ſalutis ſuæ, parentes & patriam ſuam fugiunt: exeunt nullo cōpellente de terra, & de cognatiōe ſua, & mortui huic mundo, alios ſpiritualiter animarum inquirunt parentes, & liberi ſub iugo veniunt, & pauloante elati atque ſublimes humilia affectant, ſuperba faſtidiunt, & cupiunt eſſe, quod ante deſpexerāt, & odiſſe incipiunt, quod ante fuerant. Pręſentium hoſpites, futurorum appetitores, æternam illam patriam, contempta temporalium falſitate ſuſpirant. Hoc itaque muſto ſpiritales animæ inebriate, & penitus commutate, abſtinētiam delitijs, vigilias dulci-

Iob 21 · Roma. 2 · Iſaiæ 32 · Auguſtin. · Gene. 12

dulcibus ſomnis,paupertatem diuitijs an
teponunt,arduum contra vitia laborē,iu
cundiſſimam cōputant voluptatem. Dul
ceſcunt eis vilia, & quæ prius fuerant pre
Lucæ 6 cioſa,vileſcūt. Diligunt inimicos ſuos, &
benefaciunt his qui ſe oderunt. Nō conui
ciantur indignātibus,non irritātur in ob-
probrijs,nō franguntur in iniurijs. Pror-
ſus hoꝝ nihil ſentiunt propter feruorem
ſpiritus ſancti, propter æternā retributio-
nem. Hoc ſpiritali mero calebant marty-
res,quando abijcientes & poſt ſe iactātes
omnia ſeculi blādimenta, ibant ad paſſio-
nes, obliuiſcētes facultates & affectiones,
patrimonia ac matrimonia ſua:& vincen
tes armatam cōtra ſe paruulorum pigno-
rum fletibus pietatem: vociferantes ſper-
nebant parentes, puluerem mittentes in
capita ſua, & matres, facies ſuas auulſis
crinibus dilacerantes. Sed illi hæc omnia
tanquam ebrij non videbant, nec cogno-
ſcebant ſuos, quia infuſo præcordijs ſuis
ſpiritu ſancto,ad dolores,ad ſupplicia tā-
quam ad cōſolationes & ad præmia feſti-
nabant.Hæc Auguſtinus.Quę vtinam in
nobis quoque dignetur operari ſpiritus
ſanctus, vt mundi amore in nobis extin-
cto, ignem ſui amoris accendat in cordi-
bus noſtris. Amen.

SERMO IIII. IN EA-
dem ſolennitate. Conditio
nes aliquot quæ lo-
cum ſpiritui ſan-
cto parent.

REpleti ſunt oēs ſpiritu ſan-
cto,Actorum II. Quāquam
magna erga nos domini be-
neuolentia chariſſimi fratres
in cūctis eius operibus relu-
ceat, & propterea in omnibus feſtiuitati-
bus eius bonitatē prædicemus: hodie ta-
mē ceu ſpeciale feſtum, idq; dulciſſimum
pietatis, benignitatis & charitatis eius er-
ga nos celebramus: quādo poſt multa be
Auguſtin. neficia alia nobis exhibita ſpiritum ſuum
in hoīes miſit, nō iam,vt Auguſtinus ait,
per gratiā viſitationis & operationis, ſed
per ipſam pręſentiā maieſtatis,quibus nō
iam viſitator ſubitus, ſed ꝑpetuus cōſola
tor & cohabitator adeſſet ęternus.Vbi tñ
nō hoc ſolum cōſiderandum,ꝙ in fideles
ſuos deus ipſe venit, verumetiam ſolicite
agendum, vt accipere & nos eundē digni
efficiamur:quandoquidē non eſt perſona Actor. 10
rum acceptio apud deum patrem,ſed pro
miſſa apoſtolis etiā in nobis complētur ſi
deſideria & actus gerimus, quæ apoſtoli
fecerūt.Quo circa vt ſimplicia ſcrutemur,
videamus qualiter fuerunt inuenti,quan-
do in eos deſcēdit ſpiritus ſanctus, ſi for-
ſan vtrunq; imitādo,mereamur inuiſibili
ter (etſi nō in tanta plenitudine)cōſequi,
q̄d illi ſigno viſibili ſunt adepti. Legitur
in Actis apoſtoloꝝ ꝙ hi quibus hodie da Actor. 2
tus eſt ſpiritus ſanctus fuerunt Chriſti di-
ſcipuli, pariter vniti,ſedentes & orantes.
Hic quatuor nobis cōditiones innuuntur
ad recipiendū ſpiritum ſanctū neceſſarię.
Primo nanq; dicūtur Chriſti fuiſſe diſci-
puli,per q̄d humiles fuiſſe & pauperes ſpi Matth. 5
ritu ſignificātur,vtpote,qui ſpreto mun-
do,relictis parētibus, contemptis deniq;
omnibus,nō quę extra ſe erant ſolum,ſed Lucæ 14
etiā ſemetipſis, abnegauerāt & Chriſto ſe
ſubiecerāt.Hoc pro ſummo honore, pro
ingenuitate maxima ducentes,ſi cōproba
rentur Chriſti & ſerui & diſcipuli. Hæc
virtus quàm ſit neceſſaria ad ſpiritus ſan-
cti gratiam anhelantibus beatus Iacobus Iacobi 4
in epiſtola paucis exponēs: Deus, inquit,
ſuperbis reſiſtit, humilibus autē dat gra-
tiam.Nec mirum.Dedignatur enim ſpiri
tus gratiæ habere hoſpitium hoc,vnde ſi
bi ſit contumelia. Non ingreditur niſi ho
noratus. Porro ſola humilitas deum ho-
norat.Nam qui virtutes ſuas numerat,fa-
cta magnificat, prudentiā iactat, errores
ſuos non agnoſcit, quomodo vel hono-
rat, vel ad ſe deum inclinat? Proinde in
ſcripturis non incongrue gratia ſpiritus
ſancti aquæ comparatur: quæ ad ima flu-
ens,mōtes nequaquam aſcendit. Ita enim
& ſpiritus ſanctus non ad ſuperborum,
ſed humiliū mentes deſcendit. Cōſideran
dum vero hic,multa eſſe indicia humilita
tis, compluresq; ſibi videri humiles iuxta
ſuam æſtimationem,quorum tamē humi
litatis ſigna ab alijs non inueniuntur. Ne
igitur, quem ſua fallat opinio,pauca recē
ſenda ſunt.Humilitas ſemper de ſe mino-
ra ſentit,nemini ſe audet præferre, neſcit
de ſe præſumere. Humilem nulla virtus
poteſt erigere, nulla ſcientia inflare,nulla
aduerſitas frangere:ſemper ſibi diſplicet,
ſemper ſeipſum obiurgat.Et, vt verbis v-
tar beati Bernardi,vilis vult reputari,non Bernard.
humilis prædicari, gaudet cōtemptu ſui,
hoc ſolo plane ſuperbus,quod laudes con
temnit.

temnit. Quantoq; plus proficit, tanto minus ſe putat profeciſſe, quia per humilitatem ſimul creſcunt & ſui cognitio, & ſui deſpectio. At cōtra, ſi ſua ſibi tantum placeant, ſibi adeo fidat, vt contra omnes ſuam defendat ſententiam: propterea cæteros omnes exiſtimet vel erroribus ſubiectos, vel paſſionibus corruptos: de ſe vero ac ſi ſpiritum dei ſolus habeat, præſumat, lapſus ita excuſet, vt etiā ipſum monuiſſe iniuria ſit: num ex humilitate ſpiritu ſancto illuminata id venire credendum eſt? An forſan propterea huiuſmodi Chriſti dicendus eſt diſcipulus, quia à nullo iam homine ſe monendum aut corrigendum (vtpote perfectum) creditur? Sed de hoc ſatis. Secunda cōditio, eorum, quibus hodie ſe infundit ſpiritus ſanctus eſt, quia erant pariter vniti: hoc eſt, ſimul congregati, non tam coniunctione corporis, quàm conſenſu amoris. Significatur autem, fraternam dilectionem habitaculum parare ſpiritui ſancto. Proinde vbi iurgia ſunt et diſſenſiones, non credendus eſt ibi deus pacis & conſolationis habitaculum ſibi delegiſſe. Pulchre autem ſequitur vt diſcipuli dicātur fuiſſe pariter, hoc eſt, eodem loco, & vna charitate coniuncti, quia in ſignum quo ſui agnoſcerentur eſſe diſcipuli, charitatem eis mādauerat Chriſtus. Itu-
Iohan. 13 rus nanq; ad paſſionem: In hoc, inquit, cognoſcent omnes, quod mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis adinuicem. Ad quam ſane nō ſolum pertinet, eorum cum quibus viuitur onera & infirmitates patienter portare: verumetiam, ne aliis (quātum fieri poteſt) ſua portanda imponat, cauere. Vnde & is quē cum ab omnibus portari neceſſe ſit, ipſe neminem vult portare, & qui non cauet vel turbationis vel ſcandali dare occaſiones: vtpote fratres ſuos nō metuens offendere, num pariter viuere nobiſcum dicendus eſt? Obtēditur tamen hic ſub ſpecie magnæ mortificationis laqueus vnde poſſet nonnullos fallere patientiæ perfectæ fucus quidam, dum quis nihil de locutionibus aut turbationibus fratrum ſuorum putet curandum, ſuamq; ſibi conſcientiam (ac ſi decipi non
1. Petri 2 poſſit) ſufficere æſtimet, nec petram ſcādali & offenſionis credat lapidem amouendum, ſed linguas & indignationes non ſine magno etiam merito ferendas, & non nunquam propter hoc prouocādas. Huic reſponderi poſſet: Probe ſatis, ferēdas eſſe iniurias, oblocutiones, odia, perſecutiones. Verum occaſionem ne dederis. Recte quidem à bono non eſt deſiſtendum propter maleuolos, nec poſt datam informationē propter puſillanimes. At in his quæ fieri poſſunt, & omitti, nolle propter quietem multorum & pacem, proprium mutare propoſitum, vbi tamen tātus fructus non ſperatur ex propriæ voluntatis præſumptione, quāta mala ſequuntur ex aliorum vulneratione & læſa charitate, nō auſim dicere charitatis id eſſe, & ex ſpiritus ſancti venire inſtinctu. Sed de hoc hactenus. Ad propoſitum redeundo: Erant, in- Actor. 4
quam, diſcipuli pariter corpore congregati & ſpiritu vniti: vtpote, quibus cor vnū & anima vna erat in domino. Tertia conditio eſt, quod erant ſedentes. Sedete, in- Lucæ 24
quit, in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Quid eſt ſedete, niſi eſtote quieti? quandoquidem corporis non tantum ad receptionem ſpiritus ſancti, quantum animi quies eſt neceſſaria. Vnde & Iſaias ait: Iſaiæ 66
Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum? Qui ergo ſeruit vitiis, qui ſubditus eſt peccato, qui ambit præeſſe, qui diſcordiā ſeminat, non eſt quietus, non parat locum ſpiritui ſancto. Quarta ſequitur conditio, qđ erant orantes. Ab aliena quippe conſolatione abſtracti deo ſe dedicauerant, & quia corporalis Chriſti præſentia ipſis erat ablata, per orationē dulce erat eis loqui cum illo, ſpem ſuam iactare in illum, promiſſa quoq; eius expectare. Vt igitur & nos gratiā mereamur ſpiritus ſancti ſimus diſcipuli Chriſti, obedientes conſiliis Euangelicis & ſtatutis noſtris, humiles in affectione, cōcordes & vnitatem fouentes in congregatione, quieti & pacifici, ſimus etiam orationi inſtantes. Nulla nos ab orando tentatio deiiciat, nulla concupiſcentia abſtrahat, nulla ariditas puſillanimes reddat: quia etſi non nobis, in bona voluntate conſtitutis, tamē deo ſapit noſtra oratio. Et certe expedit nōnunquam nouitiis & etiam aliis feruidis ſenſibilem deuotionem ſubtrahi, vt in huiuſmodi ſentimentis diſcāt non fidere, nec requieſcere, ſed ad deum etſi non ſuauiter, tamen fortiter ſe conuertere: quandoquidē non in huiuſmodi ſentimentis, ſed in fide & volūtate bona deo adhærente, meritum conſiſtit orantis. Vnde & beatus Bernardus conſolatur eos, Bernard.
qui iuxta deſiderium ſuum affectum ſeu dele-

delectationem non ſentiunt,ſiue virtutis,
ſiue orationis, adhortans, ne ab orandi
propterea ac bene operandi ſtudio deſi-
ſtant, quãtacunq; etiam ſterilitate cordis
prægrauentur. Ait em̃ in quodam ſermo
ne:Nemo veſtrum fratres paruipẽdat ora
tionem ſuam.Dico em̃ vobis,quia ipſe ad
quem oramus nõ paruipẽdit eam. Priuſ-
quam egreſſa ſit ab ore noſtro, ipſe ſcribi
Pſalm.36 iubet eam in libro ſuo. Ita tamen ſane ſi fe
cerimus q̃d monemur in pſalmo:Delecta
Idem. re in domino & dabit tibi petitiones cor-
dis tui. Et poſt pauca: Cauſantur multi
fortaſſe quod affectum delectabilẽ & dul-
ciorem ſuper mel & fauum rarius experi-
antur, nimirum, quia tentationibus inte-
rim exercentur,multoq; virilius agunt,ſi
virtutes ipſas, nõ pro delectatione quam
experiãtur:ſed pro virtutibus ipſis,& pro
ſolo beneplacito dei, tota intentione, etſi
non tota affectione ſectãtur.Nec dubium
quin optime complaceãt, qui huiuſmodi
ſunt, prophetę admonitiõi,qua dicit:De-
lectare in dño,&c.quoniã nõ de affectu lo
quitur,ſed de exercitio.Affectus enim ille
beatitudinis eſt,exercitium vero virtutis.
Delectare,inquit,in dño,id eſt,ad hoc ten
de, ad hoc conare, vt in dño delecteris,&
dabit tibi petitiones cordis tui. Quod ſi
fecerimus, tandem fiet, vt recepto ſpiritu
ſancto,ſicut dicimur,ita ſimus ſpirituales,
pręſtãte dño noſtro Ieſu Chriſto,qui cum
patre,& eodem ſpiritu ſancto viuit, & re-
gnat deus benedictus in ſecula.Amen.

IN SOLENNITATE Sacramenti Euchariſtiæ, Sermo I. Cur & qua charitate in cibũ potumque ſe nobis dominus Ieſus reliquerit ſumendum.

MEmoriam fecit mirabilium
ſuoꝝ miſericors & miſera-
tor dominus,eſcam dedit ti
mẽtibus ſe, Pſalmo CX. Nõ
pauca ſunt fratres mei quæ
Gene.1 fecit dñs mirabilia in cœlo, in mari, & in
terra,quæ propter hoĩem fecit quem crea
uit, in cuiuſq; ſolatium ac auxilium quæ
videmus cuncta,partim in cibum,partim
in potum,nonnulla in miniſterium,vt an
gelos,ſolem,ſtellas & lunam: quædam in
exercitium, vt ſunt homini quæuis con-
traria, immũda, toxica,aut moleſta fecit.
Quæ tamen cur faceret non potior eſt ra-
tio q̃ eius bonitas charitaſq; erga nos,qua
per hæc excitare nos voluit ad cognoſcen
dum amandumq; ſe,creatorem ac benefa
ctorem noſtrum.Hoc nanq; & Paulus te Roma.1
ſtatur,puta,inuiſibilia dei,per ea quę facta
ſunt cognoſci oportere.Cognoſcẽda igi-
tur, laudanda amandaq; eſt bonitas crea-
toris noſtri,qui tãti nos æſtimauit,vt nos
cum non eſſemus,nec vt conderemur me
ruimus,crearet:& propter nos omnia hęc
viſibilia & inuiſibilia faceret. Hoc igitur
primum beneficioꝝ eius, quod quos ſci-
uit ſibi rebelles ingratoſq; creauit. Alte-
rum eſt, cum mox vt fuimus conditi crea
toriſq; præceptum contempſimus, quod Gene.3
non quomodo meruimus, irrecuparabili
ter nos à conſpectu ſuo proiecit:Sed cogi
tans cogitationes pacis,quomodo ſcilicet
quod in nobis deformatum erat,reforma
ret:quod amiſſum reſtitueret,& quod,ni
ſi ſuccurreretur, perire neceſſe erat,ſerua-
ret atq; ſaluaret:atq; ideo ad oſtendẽdam
ſuę erga nos admirabilem dilectionis ma
gnitudinem parũ ei videbatur quod nos Gene.1
creauerat, maxime quod huius beneficij
& donorum omnium (quæ obedienter ſi
vixiſſemus deo in paradiſo ſeruaſſemus)
fructu ipſi nos ſpoliauimus,felicitatẽ æter
nam, ad quam eramus creati, amiſimus:
ærumnas denique multas & calamitates,à
quibus alioqui fuiſſemus liberi, peccãdo
incidimus.Addidit aliud beneficium ma-
ius,quod ſui amorem magis quoq; nobis
declararet, noſque ad redamandum vehe
mentius accenderet. Nam quos creaue-
rat ante,in hoc nunc recreauit,hoc eſt, re
parauit,licet non tam faciliter q̃ creauerat
recrearet. Nã ſine labore nos creauit ver- Gene.1
bo,ſed non abſq; labore nos verbo rede-
mit. Vis ſcire quo nos labore redemerit?
Propter nimiam, inquit quidam,charita- Ephe.2
tem ſuam qua dilexit nos deus, miſit filiũ
ſuum in ſimilitudine carnis peccati, vt o-
mnis qui credit in illum,nõ pereat, ſed ha
beat vitam æternam.Itaque verbum caro Iohan.3
factum eſt,legem ac cõmiſſionem habens
à patre quo nos modo recrearet, repara-
ret atq; redimeret.Modus hic erat,vt tri-
gintatribus annis propter nos in mundo
exul, pauper & ignotus dei filius habita-
ret,famem,triſtitiam,frigus,æſtum, ſitim,
fatigationes,neceſſitateſq; alias & ærũnas
multas innocenter ſuſtineret, prædicãdo

Matth.4.9 circumiens & quod perierat quærens, di-
Marci 6 Lucæ 19 ſperſos dei filios colligeret: tandē poſt va
Iohan.11 rias multiplicesq; pœnas toleratas animā
Iſaiæ 53 ſuam pro illis in mortē traderet, quo no-
Iohan. 15 Pſalm.68 bis parceretur, & ipſe peccatum quod nō
Iſaiæ 53 fecerat, exolueret: vulneraretur propter ini-
quitates noſtras, attereretur propter ſcele
ra noſtra. Et ipſe quidem nos gratis redi-
meret, ipſe pro nobis percuteretur: nos ve
ro eius liuore ſanaremur. Hoc certe bene
ficium magnum fuit, quos enim damna-
re debuit, pro illis damnatus eſt. Quos æ-
terno debebat igne punire, quo eiſdem
parceretur omnium peccatorū vltionem
in ſe recepit: nihil propterea à nobis exi-
gens, quam ne dilectionis ſuæ erga nos
immenſæ obliuiſceremur. Quod ne fieret
ſuauiſſimæ erga nos dilectionis beneficio
rumq; exhibitorū memoriale ſeu monu-
mentum nobis reliquit, puta, ſemetipſum
in ſacramento ſub ſpecie panis & vini. Ne
que enim ſatis illi erat quod alia nobis de
diſſet omnia, niſi daret etiā nobis ſeipſum:
& hoc in cibum & potum. Sed quare in-
quis in potum cibumque potius quàm in
alia re? Quia nihil erat aliud quo ſuū poſ-
ſet ſatis erga nos deſiderium declarare, q̄
intime nos vellet ſibi cōiungi, quàm in ſa-
cramēto hoc panis & vini. Cibus enim &
potus, præter alia dona quæcunq;, hoc ha
bent, vt nō ſolum ſint donum quoddam,
ſeu beneficium dantis, ſed etiam nutrimē
tum recipiētis: hoc eſt, vt illa recipiens nō
tam ea habeat quàm in ſe illa trajciendo,
conuertat. Clarum eſt enim cibum & po
tum in hominis ſubſtantiam, corporiſq;
humani alimentum conuerti, vt quod an
te ſumptionem erat cibus, efficiatur poſt
ſumptionem & cōuerſionem naturalem
hominis corpus. Voluit itaque Chriſtus
nos ſibi coniungere, & quo poſſet modo
maxime intimo nos ſibi vnire. Quod vt
nobis ſignificaret, in cibum & potum ſu-
mendum ſub panis viniq; ſpecie ſe nobis
reliquit. Non tamen quomodo naturalis
corporaliſq; agit cibus, vt conuertatur in
cibatum aut idem fiat (vt ſic loquar) cum
cibato, ſed vt eum qui ſua carne refectus
eſt in ſe conuertat (quod longe præſtan-
tiſſimum eſt) ſecumq; vnum efficiat. Itaq;
Pſalm.110 memoriam fecit mirabilium beneficiorū
ſuorum dominus, precioſiſſimum atque
digniſſimū quod habeat, hoc eſt, ſeipſum
ſub aliena ſpecie, nobis relinquens & no-
Matth.28 biſcum manens vſque in conſummatio-
nem ſeculi. Quem in ſacramēto dum con
templamur, dum tractamus, dum offeri-
mus, dum ſumimus quoque, omnia hæc
voluit in ſui vt faceremus memoriam, re- Matth.26
colentes quanta nos dilectione dignatus Marci 14 Lucæ 22
ſit, quanta miſericordia peccatis noſtris 1.Cor.11
pepercerit, quanta damnationem æternā
millies commeritam clementia ſuſpende
rit nobis, quàm longanimiter nos diuq;
portauerit, qua charitate vigilauerit ſu-
per nos atq; rebelles ſapientiſſima ſua be
nignitate ceperit, nobis ſemper benefece-
rit, licet ingratis, propter nos deniq; incar
natus, contēptus, afflictus, fatigatus, per-
ſecutus, paſſus, vulneratus totus, atq; cun
ctis viribus & ſanguine exhauſtus, tandē
pro nobis mortuus ſit. Voluit nos pius
dominus ſuæ ad nos charitatis in hoc ſa-
cramento admonere, qua recaleſcentes i-
pſum redamaremus. De hoc ſacramento
venerabili & pro huius inſtitutionis di-
gnatione feſtū agimus tam ſolenne quam
ſingulare. Is enim cui feſtum hunc dedi-
camus diem, quem laudamus, cui gratias
agimus, præſens eſt re vera nobis. Licet
enim hæretici non credant Chriſtum in
hoc eſſe ſacramento, niſi ſignificatiue tan
tum, nos tamen eccleſię ſanctę veri filij ni
hil hæſitamus ſacramētaliter domini cor
pus eſſe præſens: nō vt corpus hoc ſit abſ-
que anima aut paſſibile, ſed corpus hoc
Chriſti idem quod habet in cœlo glorio-
ſum, animatum, diuinitati vnitum (alio-
qui non idem foret corpus Chriſti) habe-
mus nobiſcum, veneramurq; in ſacramen
to. Quàmuis enim corpus Chriſti ſolum
in ſpecie panis ſit ibi ſacramētaliter, atque
ex vi ſacramēti: tamē cōcomitanter eſt ibi
anima, ſanguis, verbum, ac tota Trinitas,
vtpote quæ nequeant à ſe ſeparari: Nihil
etiam nos mouet, quod hæretici dicunt Matth.26
Chriſtū cum diceret: Hoc eſt corpus me- Marci 14
um, ſignificatiue tantum locutum fuiſſe, Lucæ 22
quomodo dixerat: Ego ſum lux mundi. Iohan.8 Iohan. 15
Ego ſum vitis vera, & cætera huiuſmodi,
vbi certe ſe per ſimilitudinem luci, aut vi-
ti comparat. Nam hæc locutio inſtituen-
tis ſacramentū longe alio ſit modo q̄ reli
quę. Hic enī ponitur demonſtratiuū pro-
nomē hoc, dicēdo: Hoc eſt corpus meū.
Habebat enim tunc panem in manibus,
quem benedixerat Chriſtus, atq; diſcipu-
lis tradebat ſumendum, dicens: Accipite
& manducate, Hoc eſt corpus meum. Ne
que enim abſq; demonſtratione & inde-
finite

finite panem nominat corpus, quomodo
nominabat ſe vitem veram, vt ad ſolam
nominis ſignificationem ſimilitudinem-
que recurramus, ſed dicit: Hoc eſt corpus
meũ. Vbi quæſo ſimilis eſt locutio in ſcri-
ptura cum cuiuſmodi demõſtratione quę
ſignificationem tantũ non veritatem ex-
primat? Nequaq̃ enim dicit Chriſtus de-
monſtrãdo: Ego ſum hæc vitis. Ego ſum
hic lapis, hæc petra, hic agnus, ſicut dixit:
Hoc eſt corpus meum. De cuius veritate
etiam ne omnino dubitaremus, mox ad-
didit: Quod pro vobis tradetur. Dedit e-
nim diſcipulis hoc corpus quod tunc ha
bebat, videlicet paſſibile & mortale, hoc
eſt, tradendum in mortem & crucifigen-
dum. Atque ideo dixit: Quod tradetur.
Quod enim aliud corpus, quàm ipſum
ſuum corpus dedit ad flagellandum pro
nobis & crucifigendum? Nunquid panis
quem (iuxta hæreticos) ſignificatiue cor-
pus vocabat pro nobis datus eſt in paſſio
nem & mortem? Aut nũquid ſimilitudo
corporis Chriſti pro nobis mortua eſt?
Aut in myſterio tantum, non in vero cor
pore pro nobis paſſus eſt Chriſtus? Quod
ſi eſſet, quæ tunc noſtra expectatio, aut
quę ſalus nobis ex tali figmento eueniret?
Certe ſi quid boni hoc modo ibi fuerit,
hæreticis relinquamus, vt fructum ſuarũ
habeant adinuentionum. Nos verũ Chri
ſti corpus intelligimus, credimus, offeri-
mus & comedimus, quod pro nobis in
mortem traditum eſt, quod reſurrexit,
quod denique ſedet in cœlo ad dexteram
patris. Huius guſtu reficimur, hoc refecti
confortamur, hoc mãducantes viuimus,
quia vitam animæ noſtræ intra nos reci-
Iohan. 6 pimus, ſicut ipſe quoq; dixit: Qui mandu
cat me, & ipſe viuet propter me. Neque
enim carnem in hoc ſacramento mortu-
am, ſed ſpiritum ſumimus viuificantem.
Atq; ideo quia multi idem corpus domi-
ni accipimus, omnes etiam eodẽ Chriſti
ſpiritu vegetamur. Hoc enim & vox illa:
Communio ſeu cõmunicatio ſignificat.
Siquidem quid aliud eſt communicare,
q̃ cum reliquis ſe fidelibus dominici cor-
poris & ſpiritus eiuſdem participem ſe fa-
Ibidem. cere? Accedamus igitur mundi & ſimpli-
ces corde, & panem vitæ, qui de cœlo de-
ſcendit, mundoq; dat vitam, de altari ſu-
mamus. Ad huius ſumptionem fratres
chariſſimi, præparationem aliam neſcio
meliorẽ, quam vt ſui profundiſſima qua
poteſt humiliatione ſe homo coram ocu-
lis dei contemnat, accuſet & vilificet, ſtu-
peatq; dignationem erga ſe admirabilem,
incomprehenſibilemq; Ieſu Chriſti domi
ni noſtri, qui tanti fecerit ſe, noſq; omnes
pannos viles ac menſtruatos, tanta chari- Iſaiæ 46
tate complexus ſit, vt fecerit nobis quod
nulli hominum, imo quod reor nec ange
lorum cuipiam comprehenſibile ſit, ſe no
bis in hoc ſacramẽto tradens in cibum po
tumq; præſertim cum nullo poſſet modo
alio nobis fieri vicinior, quam hoc modo
quo transformaret nos in ſe, vnumq; ſe-
cum efficeret. Reſpondeat ergo amori &
charitati ipſius, feruor, deuotio, deſideri-
umq; noſtrum, vt ſimul propter maieſta-
tem eius infinitam ibi latentem reueren-
tes, ob vilitatem noſtram humiles & pro-
pter bonitatẽ eius nimiam accedamus de
ſiderio feruentes. Præſtet hæc nobis beni-
gniſſimus ipſe dñs noſter Ieſus Chriſtus
vt miſericordiſſima eius dignatione di-
gni efficiamur, qm̃ nunquam ex nobis ſu
mus niſi indigniſſimi, & idem ſibi in no-
bis pręparet locum, qui habitare cupit no
biſcum ſeque ipſum in nobis ſuſcipiat, &
quicquid in nobis deſuerit per gratiam
ſuppleat, q eſt benedictus in ſecula. Amẽ.

SERMO II. IN EADEM ſolennitate. Quomodo ſe debeat homo præparare ad Euchariſtiæ ſumptionem.

PRobet aũt ſeipſum homo, &
ſic de pane illo edat, & de ca-
lice bibat, I. Corinthiorum
XI. Nihil chariſſimi de ijs mo
do dicturi ſumus, qui in pec
catis viuunt lethalibus, aut qui, vt Augu- Auguſtin.
ſtinus dicit, in affectu adhuc peccãdi ſunt,
hoc eſt, qui nõdum ſui ſunt compotes, vt
ſcire queant quid ſit ſentire conſentireve
tentationibus, quibus ferme continue in-
uoluuntur, ſępe ſuccumbunt, quandoque
reſiſtunt, ita tamen vt vix idem ipſi ſciant
in tentatione conſtituti, an conſenſerint
nec ne, vtpote paſſionibus in eis adhuc vi
gentibus vehementer, & vitijs nihil mor-
tificatis, pręſertim cum voluntas abſtinen
di à peccato in illis multum adhuc ſit in-
firma. Cæterum, ad eos mihi ſermo eſt,
qui non ſunt ſibi conſcij de aliquo morta
li peccato commiſſo, de quo nõ doleant,

dolerentve ſi memoriȩ occurreret. Habẽt præterea voluntatem per gratiam dei abſtinendi ab omni peccato, cauendi quicquid deum offenderit. Veruntamen, quia (vt cõqueruntur) deuotionem actualem non ſentiunt, aut feruens deſiderium, ad altaris ſacramentum ſemper accedere metuunt, & ex metu incidunt cordis puſillanimitatem, imaginationesq́; quandoq; periculoſas. Hi re vera cõſolandi ſunt admonendiq́; quod dominus hoc ſacramentum inſtituerit, nõ ad irretiandas illaqueandasq́;, ſed ad colligendas, ſanandas perficiendasq́; animas. Idcirco vbicunq; inuenerit hanc bonam voluntatem, quæ non gaudeat ſecundum iudicium rationis de vllo peccato, nec ſtatuat peccare, ſed eligat mandatis ſuis voluntatiq́; ſemper obtemperare, hunc nequaquam indignum habet perceptione huius ſacramenti. Qui tametſi non ſenſerit affectuoſam deuotionem illam quæ à multis (licet fortaſſe imperfectioribus) ſentitur, deſideret tamen eam habere, non ob ſui cõſolationem, ſed propter dei honorem, & vt ſua deſideria vitioſa mortificare fortiuſque opprimere queat, ac purior inueniri in conſpectu domini. Vbi ſi tunc deuotione quoque hac ſenſibili poſt multa deſideria caruerit, perſeueret in bona voluntate, quam dixi, humilietq́; ſe ſuis delictis & negligentijs tribuens hanc inſipiditatem aut frigiditatem, æſtimetq́; ſe omni cõſolatione ac deuotione ſenſibili propterea indignum: & ſperet in ſola miſericordia domini ſuper quam ſecurus innitatur, præſertim, vt dixi, ſentiẽs ſibi neq; præteritum peccatum ita placere, quin ad minus ſecundum rationalem voluntatem velit propter dei reuerentiam non eſſe factum: neq; futurum ſe deſiderare, vt ille ad dei ſui contumeliam velit acquieſcere ſeu cõſentire. Qui in hac volũtate fratres ſe inuenerit (licet infirmus) accedat tanquam ad medicum, & hanc ipſam infirmitatem in ſui excuſationem quare acceſſerit coram deo adducat, id eſt, quia infirmus eſt, & medicina, hoc eſt, auxilio gratiæ eius (quæ hic exhuberans ſcatet) egeat. Cæterum, de præparatione forſan quis adhuc cõqueritur, quod indignus ſit, nec (vt aiunt) quantum in ſe eſt, fecerit. Atqui ſi mille ſe annis qs præparauerit, indignus manebit. Quaſi hodierna ſacramenti huius ſumptio præparatio ſit tibi ad craſtinam. Dic igitur & ex animo dic te imparatum & indignum. Geme ſubmiſſo capite & verecundo doloroſoq́; corde ante illum quem ſumpturus es, propterea quod adeo es ineptus ac indignus, licet contra adeo ſis indignus hoc ſacramento, vt illo carere nequeas. Vtrobiq; igitur anguſtia tibi ſit, dum neque propter vilitatem audes accedere, neque propter indigentiam te ſubtrahere. Itaq; in hoc ambiguo verſans, proijce te in eum qui nouit figmentum ſuum, ſuper miſericordia eius innitens ſola. Vt ſi à quopiam etiam angelorum cur audeas accedere interrogatus fueris, dicas: Quia domini miſericordiæ ſunt infinitæ, & quia infirmus ſum, eiusq́; prȩſentia egeo: quanto que infirmior ſum alijs, tanto minus carere eo poſſum. Hæc tamen omnia ſi etiam non potueris cogitare, nimia ſterilitate aut obſcuritate obrutus (vt dixi) caue nullius conſenſum habeas peccati, & nihilominus cum muliere Chananæa clama (quamlibet etiam ſe durum oſtendat qui in veritate clemẽtiſſimus eſt) poſt dominum. Vbi ſi nihil adhuc in corde perceptibilis deuotionis ſenſeris in fide eccleſiæ nuda, quomodo inſtructus es accede, ratione credens, & ſublimiter de hoc ſacramento ſentiens. Porro phantaſias omnes fortaſſe irruẽtes perfidiæ aut blaſphemiȩ, per cõtemptum tranſitimo quaſi nihil inde motus eas deride, nec tibi eas vẽdices, imputes vllo modo aut aſcribas, ſed indignas, cõtra quas certari, quibuſve debeat reſpõderi æſtimans prætereas. Crede mihi, nõ deerit merces ſterilitati huic tuæ, ſic propter deum in fide nuda toleratæ. At vero ij qui deuotionem ſenſibilem in ſe queunt excitare, eandem nutrire etiam debent ac fouere per exercitia præcipue mentalia, hoc eſt, per iuges aſpirationes, continuumque orandi, id eſt, mente cum deo colloquendi vſum. Docet enim nos Ieſus dominus noſter & ſaluator, ſemper quidem orare & nõ deficere. Apoſtolus quoque: Sine intermiſſione, inquit, orate. Hoc poteſt impleri, tametſi non continue quis ore preces fundat ad deum (neque enim quomodo litera ſonat, ſacra ſcriptura, aut in ſenſu quem verba faciunt, ſed in ſenſu in quo fiunt, debet intelligi.) Impletur autem dum ſic viuendo vnuſquiſq; ſatagit, vt ſuis ſanctis orationibus, pijſque poſtulationibus, mores ſui non contradicant. Verbi gratia: Orans pro paupertate ſpiritus,

Pſalm.102 — 2.Reg.14 — Pſalm.118 — Threno.3 — Matth.15 — Lucæ 18 — 1.Theſſ.5

Matth. 5 tus, ſi non cupiat theſaurizare ſuper ter-
Matth. 6 ram, ſed in deum diues fieri, licet ei tēpo-
rales quoq; diuitiæ non deſint iuſte acqui
ſitæ, ſi non intumeſcat ſuperbia, ſi nemi-
nem ſpernat, hic ſemper orat, quàm diu
ſanctæ huius beatitudinis in eo deſideri-
um perſeuerat. Pari modo ſentiendum
eſt de cunctis alijs virtutibus: quarum q̃
diu deſideriũ in homine perſeuerat, tam
diu etiam pro illis ad deum eius oratio
perſeuerat. Quod cum ita ſit, poteſt tamē
fateor homo per ſtudium aſpirādi ad de-
um ad hoc aſſueſieri, vt cōtinue orans mē
te, vel pro ſe vel pro alijs ad deum: nunc
quidem gemendo, nunc optando, nunc
gratias agendo, nunc ſe commendando,
nunc ſeſe offerendo aut reſignando, nunc
etiam malum deprecando aliquādo deo
& ſanctis, aut etiam proximis corām deo
gratulando: item miſeris compatiēdo, &
ſuas vel alienas ærumnas corā deo expo-
nendo, modiſq; huiuſcemodi innumeris
ad deum mente & ſpiritu loquendo: tan-
dem ad tantum orationis (præſertim men
talis) vſum conſuetudinemque veniat, vt
cum deo omni in loco non aliter quàm
cum homine loquatur, nihil ſecum ſo-
lo, ſed omnia cum deo, id eſt, quicquid a-
gendum actumve eſt pertractans, ſitq; in
1. Cor. 14 eo nihil aliud quàm continua iugiſq; ora
tio, puta ea, quæ fit ſpiritu & mente, licet
quandoq; etiam in verba prorumpat. Ad
hoc mentale orādi exercitiũ ſummopere
hortādi ſunt pij ac deo deuoti hoīes pro-
pterea quod magna virtus, fructuſq; mul
ti proficientis vitæ in eo cōtineantur. Ne
que enim oratio mentalis diſtractionem
cordis vt vocalis ſuſtinet. Et qui mentali
ter orat, totus orat. At qui vocaliter orat,
vnum ore poteſt proferre, aliud mente co
gitare. Itaq; optimum eſt orandi genus ſe
ad mentalia deſideria exercere ſancta, me-
ditari actus, virtutes, paſſioneſq; vitæ do-
mini noſtri Ieſu Chriſti. Quæ vt breuiter
licet multa complectamur, conſideranda
eſt Chriſti vita, in qua ſeptem contingit
meditari: Primum, incommoda eiuſdem
corporalia propter nos ſuſcepta, veluti
ſunt fames, ſitus, æſtus, frigus, corporis fa-
tigatio ex itineribus & laboribus prædi-
candi, atque huiuſmodi alia. Quæ homo
meditari ſolitus, aut ſeipſum cogitur re-
prehendere, aut correctiorem vitam inſti-
tuere, aut gemere pro ſui diſſimilitudine
comparata erga Chriſti vitam, aut Chri-
ſto agere gratias, aut frequentioribus de-
ſiderijs æſtuantioribuſq; pro imitandi cō
formandique ſe Chriſto ſupplicare. Vnde
fit continua iugiſque oratio. Alterum eſt 2
eius charitas & ſitis ad ſalutem animarũ,
qua nihil eorum omiſit, quo vel vnam a-
nimam conuerteret. Inde fuit quod nul-
li labori pepercit, nulli fatigationi: orans, Matth. 14
per noctem vigilans, per mundum diſcur Marci 1. 6
rens, prædicans, affabilem ſe præbens, & Lucæ 9
manducans cum peccatoribus, curans in- Marci 2
firmos, atq; miraculis ſuæ prædicationis Lucæ 5
veritatem comprobans. Demum, cum eſ- Matth. 18
ſet ex hoc mundo diſceſſurus, ſacramen-
tum, quo ſe vſq; ad finem conſummatio-
nemque ſeculi nobiſcum manſurus, in ci-
bum ac potum miniſtraret inſtituens. At-
que nouiſſime omnium poſt tam dira ſup
plicia paſſionum, poſt crucis pœnas & do
lores, nudum, vulneratum, ac inter latro-
nes ſuſpenſum ſeſe patri per ignominio-
ſam atq; duriſſimam mortem pro nobis
in precium noſtræ redemptionis offerens.
Hæc bene ac ſæpius meditata neceſſe eſt vt
verecundiam ingratitudinis ſuæ homini
ingerant, feruoremq; ac deuotionem, vn-
de multi gemitus, multa ſuſpiria, multa
deſideria, aſpirationes, precationeſq; cor-
dis generētur ad deum. Tertium eſt, quo
meditandæ ſunt virtutes actioneſq; Chri 3
ſti, puta quàm pauper ſpiritu, quàm hu- Matth. 5
milis, quàm mitis, quàm benignus ac mi- Matth. 11
ſericors, quàm deniq; iniuriarum patiens,
& delictorum immemor, atque omnium
ad ſe accedentium pœnitentium non ali-
ter atq; pater occurrens, & ſuſceptor fue-
rit. Quibus omnibus ſe præbuit nobis in
exemplum, inſtituens nos quomodo o-
porteat Chriſtianũ viuere. Siquidem qui
dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut & 1. Iohan. 2
ille ambulauit, ambulare. Eam ob rē exci
tentur oportet in corde meditantis deſi-
deria ſe conformandi Chriſto, indeq; ge-
mitus, quod poſt tam frequentes lapſus,
poſt toties iteratum propoſitũ, poſt mul-
tiplices conatus, poſt denique inuocatio-
nem diuini adiutorij, tam crebro ſolitam
eſt expertus & experitur quotidie infir-
mitatem, inſtabilitatem, negligentiam,
concupiſcentiamq; ſuam fallacem. Expe-
ritur quoque quàm prorſus nihil ſit. Ideo
conqueri habet & rixari ſecum & aduer-
ſus ſeidq; non ſecum ſolo, ſed coram do-
mino, per modum collocutionis & vere-
cundæ humiliationis ſui, vt hæc rixa non

 deſpe-

deſperationem, puſillanimitatemq́ʒ generet, ſed maiorem fiduciam quo non in aliquo ſuo vel propoſito, vel merito habet vbi confidat, aut quieſcat, ſed in nuda ſolaque dei miſeratione & pietate tantum.

4 Quartum eſt, multiformitas obprobriorum, detractionum, ignominiarum, deſpectionum, cōtradictionum, iniquarum accuſationum, contumeliarum, blaſphemiarum, confuſionumque, quam propter

Matth. 13 te ſuſtinuit. Vnde vocatur filius fabri &

Marci 6 Iohan. 6 Mariæ per contēptum: Item amicus pec-

Matth. 11 catorum & publicanorum, vorax, pota-

Matth. 9 tor vini, inſanus, dæmonium habens, Sa-

Iohan. 8 Matth. 17 maritanus, ſeductor populi, legis tranſgreſſor, blaſphemus, & alia id genus multa. Nudatur, conſpuitur, palmis cæditur, latronibus ſociatur: imo latro illi præfertur, puta Barrabas, cui peſſimo licet, vita à Iudæis redimitur, dum Ieſus innocens ad crucem poſtulatur. Denique qui forma

Pſal. 144 fuerat ſpecioſus præ filijs hominum, tam vilis, tamq́ʒ efficitur turpis: vtpote, cuius facies illita erat ſanguine, ſputis, & liuore atque tumore, ex alapis & verberibus

Iſaiæ 53 ſuſceptis, vt neque humana ſpecies, neqʒ decor eſſet in eo: Vnde vidimus, inquiūt, eum deſpectum & nouiſſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem, tanquam leproſum & percuſſum à deo, ac humiliatum. Ea propter cum Ieſus ita deformis eſſet ex paſſione, educendus ad Caluariam ſuis reinduitur veſtimentis, Iudæis id procurantibus, quo vel inde agnoſceretur à populo & deſpiceretur, quaſi qui mendax & ſeductor, latronumque princeps, vtpote in eorum me-

5 dio ſuſpenſus foret inuentus. Quintum eſt, varietas pœnarum, dolorum, paſſionumq́ʒ, quam pertulit ab hoſtibus. Quippe, qui colaphis, alapis, flagellis, ſpiniſque cruciatus, poſt multas tandem pœnas alias crucifixus, tribus horis, tribuſque clauis in alto ſuſpenſus, & interna conſolatione paterna deſtitutus, atqʒ humanę infirmitati derelictus, ſub aridiſſima ſiti, cui nemo erat qui pauxillum aquæ præberet,

6 acerbiſſimam mortem ſuſtinuit. Sextum, internorum doloꝝ & triſtitiarum enor-

Lucæ 19 Iohan. 11 mitas: Siquidem pro omnium & ſingulorum peccatis doluit, præ compaſſione noſtri aliquoties fleuit. Inſtante paſſione omnia quæ ſibi erant futura ac ſuſtinenda per immanitatem Iudæorum ſingulatim in corde præuidit, tractauit, atqʒ ſuo modo in anima prę̄ſenſit: dolens tantam paſſionem tam paucis quæ pro omnibus ſufficiebat, ob ingratitudinem ipſorum pro futuram. Doluit præterea damnādorum impietatem, & cęcitatem, doluit patris ſui irreuerentiam ex peccatis hominum, doluit quoque tam grande enormeq́ʒ peccatum futurum, quo ſe, id eſt, dei filiū, mundus erat occiſurus. Poſtremo, pro matre ſua doluit in anima vulnerata: item pro corpore ſuo myſtico, id eſt, eccleſia, quorum membra electa, multa pro ſuo nomine erant paſſura. Doluit autem & triſtabatur, quia voluit. Neqʒ enim ſufficiebat ſuę ad nos charitati exterior paſſio in corpore ab alijs ſibi illata, ſed voluit etiam intus torqueri: quia voluit nos non poteſtate, ſed iuſtitia redimere. Ideo licet vna alapa aut ſanguinis gutta pro nobis fuſa propter ſuę diuinitatis maieſtatem atque excellētiſſimam dignitatem ſuffeciſſet ad noſtri redemptionem, non tamen hoc modo poteſtate redimere nos voluit, ſed æquitate, æquiualentiaq́ʒ paſſionum internarum & externarum, peccatis omnibus vniuerſi mundi commenſurata ac debita, perinde ac ſi omnia peccata mundi in vna lance ſtateræ poſita fuiſſent: in aliam lancem ipſe tot pœnas à ſe tolerandas ponere voluit, quantas, & quot, peccata illa diluenda exigerent ſecundum iuſtitiam & æquitatem, & non ſecūdum perſonæ patientis dignitatem. Septimum eſt, vulne- 7

rum multiplicatio, & precioſiſſimi ſan-

guinis ſui effuſio. Adeo enim repletus eſt Iſaiæ 1

vulneribus, vt à planta pedis vſqʒ ad verticem capitis non foret in eo ſanitas, ſed per totum corpus aut liuor, aut plaga tumens, aut vulnus erat. Sanguinem etiam adeo abundanter effudit, vt crucem terramque rigaret: & vbicunque iuiſſet, veſtigia poſt ſe cruenta relinqueret. Hæc diligenter omnia meditata compunctionem generant, cordis compaſſionem excitāt, deſideriaque eliciunt ſe Chriſto conformandi. Ex his multiplicitas occurrit mētalium orationum. Vnde paululum quis exercitatus aſſuefiet, vt vita eius nihil aliud ſit, quàm iugis oratio: & hac non eſt melior præparatio ad Euchariſtiæ ſumptionem. Poſſet tamen exercitium hoc frequentari quaſi pro ſeptem horis canonicis, ad renouandam mentis deuotionē. Quam ſi ſemper ſenſibilem etiam non recipit homo, nihilominus ab exercitio nō deſinat.

definat. Neq; enim in ſentimentis huiuſmodi æſtimatur perfectio deuotionis,ſed in prompta voluntate quæ ſe tradit in dei cultum & honorem: parata etiam omni ſentimento carere,& nihilominus vel ſicco aridoq; corde deo ſeruire, quamdiu ſic deo placet:quādoquidem nihil poteſt homo habere,niſi quicqd dederit dominus. 1.Cor.4. Patienter igitur longanimiterq; ipſum debet expectare,reſignando, committendo atq; credendo ſe diuinæ prouidentiæ, eiuſq; beneplacito plena confidētia. Quod vtinam largiatur nobis Ieſus Chriſtus dei & virginis filius,in ſecula bñdictus. Amē.

IN SOLENNITATE. S. Iohannis Baptiſtæ, Sermo.I. De commodo laudeque ſilentij ac ſolitudinis.

INter natos mulierum non ſurrexit maior Iohanne Baptiſta. Matth. XI. Hæc verba veraciſſimi teſtis, imo ipſius veritatis ſunt domini noſtri Ieſu Chriſti fratres chariſſimi,qui poſt multam commendationem qua cognatum ſuum turbis prædicauerat abſtinentem,conſtantem in fide, mundi & carnis contemptorē,pro dei honore & legimus zeloſum,prophetam denique & plusquā Iohan.5 prophetam:tandem &angelum,ac poſtremo,veluti vno cōplecti volens om̄ia,nulli ſanctorum inferiorē,multis excellentiorem, ſummis quibuſq; parem conſtituit, Matt.11 dicens:Inter natos mulieꝝ nō ſurrexit maior Iohanne Baptiſta. Cuius quidem laudes à doctiſſimis,ipſiſq; ſanctiſſimis patribus ſcriptas nobis prætereuntibus,hoc vnum exemplo ſit,quod ad imitationē nos inuitet,quod pro ſanctitatis cuſtodia & incremento,idem licet in vtero matris ſanctus,eremi ſolitudinem ac ſilentium tam deuotus adhuc puer incolere cœpit, ac ſi nihil foret aliud ꝙ ſeruandę cordis puritati tam vtile,tamq; eſſet neceſſariū. In hoc ſane omniū ſolitariorum,omniumq; eremitarū dux & ſignifer factus. Vnde etiam (quod tam ſanctoꝝ geſtis quàm propria experientia diſcimus) tantū quiq; diſcipuloꝝ eius profecerunt, quantum in ea re ipſum ſedulo ſunt imitati. Quod quidam ſanctus pater adeo ſenſiſſe ſcribitur, vt diſcipulū(quod parum vtilitatis in cella faceret)contriſtatū, ſic conſolaretur: vt ſi vel quatuor cellæ parietes propter deū ſolus cuſtodiret, vbi magnus nūc eſt Anthonius poſt hanc vitā inueniretur. Hoc præterea ipſi in nobis q̊tidie experimur,quotq̊t mentis puritatē quærimus,vt quoties ſoli melius, q̊ties vero inter homines ſumus, aut loquimur,minus valemus. Equidē in eſſe alijs puto,ꝙ in me inuenio: Haud tria poſſum verba loqui,quin duo minus valeant. Quanq̄ e regione,me non loqui, aut minus loqui,aut etiā non arridere, id ſentiā alijs moleſtū. Quapropter qcunq; cordis puritatē ſectatur & pacē,nihil adeo curet,q̄ in ſilentio & ſolitudine citro otiū eſſe. Quicquid ibi fecerit(modo legibus dei & obedientiæ non ſit contrariū)ad ædificationē ſpiritus magis quàm ſi inter homines interim fuiſſet cooperabit. Quamuis em̄ inter ſpiritualia & corporalia cellæ exercitia tantū ſit diſcrimē, quantū inter ſpiritū & corpus, tamen vel corporis fatigatio,labor externus,horti cultus,&c̄ id genus quæ vilia ducunt,ſi recto fine aſſumātur, ſine fructu ſpūs non ſunt. Non em̄ in cellis propterea ſoli ſumus vt laboremus, plantemus,pingamus &c, ſed potius illa facimus,vt in cellis ſoli ſimus. Vtrunq; autē facimus,hoc eſt,&laboramus, & ſoli ſumus,vt à cōtaminatione mundi & carnis abſtracti,mundū floridū,pacatū & quietū cordis lectulū deo amatori noſtro ſternamus. Quo cōſolari merito poſſunt hi qui ſiue capitis debilitate, ſiue naturalium importunitate prægrauati, nō continue,vel nō diu ſpiritualibus poſſunt animū applicare. Sint ſoli,ſint extra otiū,ſint occupati:currant etiā vel diſcurrāt per om̄es cellæ angulos, ſaltē à deo offenſa ſe contineant,q̊d debitū eſt,debitis tpe &modo deo ac fratribus reddant, cor ſuū immaculatū melius quo potuerint, ſiue fodiendo, ſiue imprimendo cuſtodiant. Fiet, vt dei timore præ oculis habito, corpore ieiunijs & laboribus caſtigato, mente ſi non ſemper cum deo, ſaltem propter deum aut non contra deum occupata vincatur tandem quod carnale eſt, vigeat quod ſpirituale: & incipiatur fructus ſpiritus ex ſolitudine & ſilentio abundantior ſentiri, quàm olim poterat intelligi. Amemus igitur chariſſimi cellæ ſolitudinem & ſilentium,occaſiones exeundi magis fugiamus, quàm quæramus. Ceterum, ſi cuipiam non admodum ſapiat ſolitudo, maneat, vincat ſeipſum: & quod primo

cum tædio patitur, poſtea cum amore amplexabitur. Cõſtat nanq; ne eos quidem omnes qui perfecti & conſummati euaſerunt anachoretæ, ab initio conuerſionis ex deſiderio ſolitudinis eremum quęſiiſſe. Quin etiam nonnullos propter ingruentem neceſſitatem, primo quidem toleraſſe deinde ob multiplicem eius fructum etiam ardentius amaſſe. Teſtantur hoc Paulus primus eremita, & alter quidem Moiſes eximius, quorum vterq; pene inuitus ad eremum cõfugit, Hic (vt fertur) quod ob latrocinium commiſſum ad ſuppliciũ quæreretur: ille quod ob fidei perſequutionem ſe pauidus abſconderet. Ambo tamen neceſſitate paulatim in virtutẽ commutata, anachoreticæ conuerſationis præclariſſimi duces euaſere. Compertiſſimum quippe eſt ſolitariũ quanto ſedulius, quãto diutius, tanto libentius etiam, tantoq; ſuauius cellam inhabitare. Contra vero, quo cellam quis exire inſueuerit crebrius, eo vehementius indies horrebit. Non eſt tædij remedium ſed fomentum, exire cellam, aut alios ſibi aduocare. Bonus cellita (ne ſolitudinis aut ſilentij ferat diſpendia) ſi infra hebdomadam ſibi quippiam expediendum occurrerit, quod dilationem ſuſtinet, ad tabulam ſeu dicam conſignat, donec communis colloquij dies aduenerit: qua ſignata, ſimul omnia exequatur. At vero cui cella carcer eſt, nulla deerit hora qua non habeat occaſionem alios quaſi ex neceſſitate conueniendi. Inquietis nanque & immortificatis omnia deſideria ſua videntur neceſſitates. Hæc dico, tum mihi tum omnibus: maxime quidem iuuenibus, quæ forſan etſi non libentius, tamen vtilius quam alia phalerata audiuntur. Siquidem bonæ menti (qualem vos omnes habere arbitror) quanquam non ſemper exhortatio aut correptio ſit ſuauis, facit tamen, aut poſt ſe relinquat nonnihil quod commodo ſit, aut non penitus inane. Quod nobis vtinam contingat, præſtante domino noſtro CHRISTO IESV, qui viuit & regnat deus per infinita ſecula. Amen.

SERMO II. IN EADEM ſolennitate. Quomodo Iohannes ardebat & lucebat, & de quadriformi hominum conditione.

ILle erat lucerna ardens & lucens. Iohan. V. Beatiſſimi Iohannis patriarchæ, prophetæ, martyris, anachoretæ, (vt cætera eius inſignia taceam) feſtiuitatem celebrantes chariſſimi, non tantum illius gloriæ ſatagimus gratulari, verum quod profectui etiam noſtro ſeruiat, nonnihil inde nobis quærimus vendicandum quod tum potiſſime fit, dum vitam illius recolentes, quicquid ibi laude dignum veneramur, pro modulo noſtro itidem geſtiamus imitari. Incitat autem nos ad hæc, quod cum omium monachorum ſit princeps Iohannes, omnium anachoretarum dux ordinis noſtri (qui tam cœnobitice quam eremitice complectitur inſtituta) eſt & patronus & pater. Quam ob rem perpulchre conuenit ei veritatis teſtimonium (tam glorioſum quàm ab adulatione aut deceptione alienum) quo dicitur: Ille erat lucerna ardens & lucens. Iohan.5 Vbi ordo quoque verborum haud otioſus cenſeri debet: primo ardorem, poſtremo vero lucem commemorans. Duo etenim hæc de illo prædicantur, videlicet quod arſerit & luxerit, vbi tamen non ante luxiſſe & poſtea arſiſſe dicitur: ſed quia in ſe ardebat, lucis radios in cæteros quoque emiſit. Ardebat, haud dubium ſibi, lucebat nobis. Quod vt magis liqueat conſiderandum quatuor hominum inueniri genera. Quidam enim lucent, ſed non ardent: nonnulli ardent, & non lucent. Alij & ardent & lucent. Rurſus ſunt complures, qui neque ardent neque lucent. Iohan.3 Et hi nouiſſimi peccatorum magis tenebras amant quàm lucem, quorum opera neque charitatis in ſe continent feruorem, neque virtutis ſpecimen præ ſe ferunt. Atque ideo nihil hic de illis dicendum. Verum, ſunt alij qui lucent cum non ardeant: ij ſunt quorum opera virtutis quidem ſpeciem habent, qua (vt plærunque fit) ab hominibus magnificantur, verum à charitatis feruore ſunt aliena, propterea quod fucum duntaxat virtutis ipſis ſuperducat, aut metus, aut reuerentia hominum, aut animi bene morati naturalis honeſtas, aut fictę mentitęq; pietatis oſtentatio, aut alia quæuis impura intentio. Ad eorum numerum colliguntur Bernard. (vt verbis vtar Bernardi) qui conſcientias ſuas in aliorum labijs poſuerunt: quorum lux non ſolaris, ſed lunaris eſt, quæ

quę modo plena,modo exigua,modo nul
la videtur, ita & illi modo magni,modo
parui ſunt,modo nulli, ſecundum quod
adulãtium linguis aut vituperare eos pla-
cuerit,aut laudare.Tales erant phariſęi &
hypocritæ lumina, ſcilicet in oculis homi
num,quos tamen Chriſtus arguens ſæue
Mat.23 re,ſepulchra dealbata appellat. Hoc mo-
do lucebat eremita ille (vt in Vitis patrũ
legitur) cuius merito ſanctitatis putaba-
tur omnis illa circumiacens regio ſeruari,
qui tamen moriens (dum populi vexillis
& proceſſionibus ad eum confluentes ve-
lut ſanctiſſimo viro, ſine q̃ viuere metue-
bant,ſeſe commendarent)ipſe à dæmoni-
bus deportatus eſt in infernũ: quippe qui
alius in hominum,alius in dei oculis repe
riebatur. Non longe ab hoc ordine ſunt
qui exterioribus tantũ cæremonijs,cõpo-
ſitioni morum, magnis abſtinentijs,frigi
dæ lectioni, multis precibus, & alijs eiuſ-
modi externis dũtaxat exercitijs inſudãt,
adeo pro illis zelantes, vt veras virtutes
propterea penitus negligant. Hi itaq; ſo-
lis exterioribus, quæ bonis malisq; ſunt
communia,contenti, interiorem hominẽ
(ad cuius reformationem externa omnia
ordinari debuiſſent) interim ſeruire vitijs
& paſſionibus ſinunt. Veruntamen dum
per hæc externa(quibus vulgo ineſſe æſti-
mat ſanctitatem) foris lucent, interdum
ipſi quoq;,licet veteri adhuc homine ſtan
te incolumi, ſanctitatem ſibi arrogant, vt
pote qui ad exteriora ſua quæ alij miran-
tur tantum reſpicientes,quid intus ſibi de
1.Cor.13 ſit non animaduertunt. Verum de huiuſ-
modi quid Apoſtolus pronunciet con-
ſtat:Si linguis,inquit,hominum loquar et
angelorum, charitatem autem non habe-
am, factus ſum velut æs ſonans aut cym-
balum tinniens &c. Proſequens adhuc a-
lia ardua & ſublimia, quæ in oculis quidẽ
hominum ſunt magna & lucida, verum
niſi charitate ſimul ferueant, ante deum
ſunt nulla. Adde igitur charitatẽ,& erunt
Matt.5 Mar.4 valde bona:ſic tamen vt media & inſtru-
menta ad meliora. Sunt pręterea tertio or
dine qui ardent & non lucent,vtiq; quorũ
lucerna necdum ſuper candelabrum, ſed
ſub modio poſita eſt, qui lumen ſuum ce-
lant,metuentes à vento inanis gloriæ,aut
humanę laudis illud exufflari.Hi ſunt qui
vilitatem propriam ante oculos habentes
quicquid faciunt non tale quippiam æſti-
mãt vnde poſſint alij ædificari:hoc vnum
impenſius curantes, ne à feruore in tepo-
rem vix vnquam curabilem decidant, ſed
quæ habent humilitate cuſtodiant. At ue-
ro qui ſuper candelabrum locari anhelãt,
zelo quodam animarum licet immaturo
allecti,vt alijs quoque luceant in eos,quo
dã loco deuotus Bernardus ſagaciſſimus Bernard.
vitiorum explorator tractans verba quæ-
dam Iſaiæ,inuehitur dicens: Quid lucere
feſtinas? Nondum illud aduenit tempus,
in quo fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno Matt.13
patris eorum. Interim pernicioſus eſt iſte
appetitus lucẽdi, feruere enim multo me
lius.Deniq;,ſi tam vehementer ſplendorẽ
deſideras,q̃d videri vis,eſſe curato: & pri-
mum quære feruorem, nec dubium quin
& ſplendor adijciatur tibi.Alioquin incaſ
ſum laboras,quia vanus ſplendor abſque
feruore. Mutuata aut certe ſimulata lux
eſt quæ non ab igne procedit. Hæc ille.
Offert ſe nunc poſtremo quartus hominũ
ordo,priores conſequens.In quo ſunt qui
ardeant ſimul & luceant.Ardent intus ſpi
ritu charitatis, & foris exemplo feruoris
lucent.Horum omnium longe præſtantiſ
ſimus fuit Chriſti Baptiſta Iohannes, cu-
ius triplicem ardorem,triplicemq; lucem
ſermone quodam luculentiſſimo & lectu
digno B. Bernardus deſcribit: Ardebat Bernard.
nanq; in ſeipſum, in CHRISTVM &
ad proximum.Ardorem eius in ſeipſo te-
ſtantur circunſpectio ſui prouida,& pœni
tentia vehementer auſtera. Quæ nobis q̃-
modo luceant, quomodo ve ad imitandũ
alliceãt,videamus. De ſanctis parentibus
natus Iohannes,idemq; ſpiritu ſancto ple Lucæ 1
nus,infra ætatem deniq;(quæ ſeculo poſ-
ſit inquinari) conſtitutus non modo car-
nis illecebras, verum parentes etiam co-
gnatos,ac mundum vniuerſum abdicãs,
confeſtim ad eremum confugit.Vbi pœni
tentiam ſibi arctiſſimam, non ad eluenda,
ſed cauenda peccata inſtituens, neq; man
ducat neque bibit, & cætera quæ vel E- Lucæ 7
uangeliſta, vel CHRISTO enuncian-
te didicimus, obſeruat. Quod igitur pu-
er pene infans ad eremum ſe recipit, de-
linquendi occaſiones(tametſi gratiam di-
uinæ benedictionis ſuper ſe non ignora-
ret) euitans. Quid aliud hoc ipſon os do
cet, quam neminem ita de diuina gratia
debere præſumere, neminem adeo ſe
diuina cuſtodia munitum credere,vt gra-
tię ſoli innitens,timorem,ſtudium,indu-
ſtriam propriam velut ſecurus omniaq;
depo-

deponat? Quamuis enim præcipuum hoc diuini ſit muneris, vt peccatis abſtinentes, bonum operemur, abſque tamen proprio conatu & ſtudio, neque aduenit, neq; manet virtus, quin etiam nec gratia perſeuerat. Hoc penſabat beatus Iohannes puer ad eremum confugiens. Sentiebat idipſum ſanctus quidam (ni fallor) beatus Rogerius, ordinis diui Franciſci, caſtitatis dono tam excellenter, quàm ſingulariter præditus. Hic (tametſi citra nauſeam non poſſet mulieribus loqui) atque etiam ſi quando loqui cogeretur caſtior rediret: nullius tamen fœminæ atque ne matris quidem (licet admodum & ſanctę & vetulæ) vultum voluit contueri. Qui cur tam arctam ſenſibus ſuis cuſtodiā indixiſſet interrogatus (quippe q diuinum in ſe caſtitatis munus ſentiret, abeſſetq; periculum,) reſpondit, tam diu in homine gratiam perſeuerare, cuſtodiaq; dominica hominem non deſeri, quanto ſibi tempore vigilaret, ipſe faciens quod in ſe eſt, & delinquendi pericula occaſionesq; euitans. A tuero ſi circa ſeipſum negligēs cœperit fieri, & quæ poteſt ceſſet facere, amplius deum non habebit cuſtodiæ debitorem, quin potius iuſtum erit illum ſuis viribus derelinqui, quibus ne ad momentū quidem ſtare poterit illęſus. Huius itaque, & maxime Iohannis vigilans ac prouida ſui circunſpectio docet nos imbecillitatē propriam indeſinenter expertos, nobiſipſis inuigilare, delinquendiq; occaſiones aut emendare aut reſcindere. De hoc ſatis. Porro quantum ad auſteritatem pœnitentiæ B. Iohannis attinet, quomodo & hæc nobis luceat, mellifluus explicat Bernardus dicens: Conſidera hominem angelico promiſſum oraculo, conceptum miraculo, ſanctificatum in vtero, & nouum in nouo homine mirare pœnitentiæ feruorem. Victum & amictum ait Apoſtolus, habentes, his contenti ſimus. Apoſtolica perfectio iſta eſt: ſed Iohannes etiam contempſit. Denique audi dominum: Venit, inquit, Iohannes non manducans nec bibens, plane nec veſtiens. Sicut enim non eſt locuſta cibus niſi aliquorum irrationabiliū animalium: ſic nec pilus cameli humanū eſt indumentū. Incentiuū id mihi eſt feruoris, & materia humilitatis. Quis enim in nobis eſt fratres, qui Iohannis pœnitentiam intuens, ſuam non dico magnificare, ſed alicuius ſaltem momenti æſtimare præſumat? Quis audeat murmurare in laboribus ſuis & dicere. Satis eſt quod patior nedum nimis? Quæ enim homicidia, quę ſacrilegia aut flagitia ſic puniebat Iohannes in ſeipſo? Accendamur ad pœnitentiam fratres, & quicquid in nobis minus eſt feruoris, humilitas ſuppleat puræ confeſſionis. Hæc ille. Sequitur autem nūc feruorem Iohannis conſiderare ad Chriſtum. Atque hunc indicant nimirum deuotiſſima ipſius humilitas, alacritas, ac plane feruidiſſima pietas in eum. Himilitas ſane vel hinc nobis manifeſta eſt, quod cum tantus eſſet vt putaretur CHRISTVS, corrigiam calciamētorum eius ſoluere indignum ſe profitetur, quod eundem baptizare trepidat, quod denique, licet fulgidiſſima lucerna ardens & lucens ante oculos hominum, ſicut non appetit, ita ſe lucere neſcit. De hoc Bernardus: Lucet, inquit Iohannes, tanto vtiq; clarius, quanto amplius feruet: tanto verius, quāto minus appetit lucere. Fidelis lucifer qui ſolis iuſtitiæ non vſurpare venit, ſed prænunciare ſplendorem: Non ſum, inquit, ego Chriſtus. Venit fortior me poſt me, cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calciamenti. Et illud: Ego baptizo vos aqua: ille vos baptizabit ſpiritu ſancto & igne. Ac ſi manifeſte lucifer dicere videatur. Non ſum ego ſol. Longe alium videbitis eum, in cuius comparatione tenebrę ſum & non lux. Hæc ille. Iam vero & hic deuotionem eius feruentiſſimam ac pietatem in Chriſtū ſentimus. Clarius autem ſi ipſius necdum nati in vtero ad Chriſti præſentiam exultātis motum & iubilum recolimus, ſi de voce ſponſi gaudium eius animaduertimus, ſi deniq; commendationem & prædicationem eius de Chriſto attendimus. Quæ certe omīa nobis lucent: quandoquidem niſi lucerent nō animaduerteremus. Reſtat igitur nunc tandem feruorem eius ad proximum conſiderare quem zeli vehementia, iuſtitiæ amor, & veritatis vſq; ad mortem ſuſceptam, conſtantia indicauit. Arguebat Iudęorum duritiam, non parcebat phariſæorum arrogantiæ, Herodis laſciuiam increpabat. Non illi cultus deſerti non ſingularitas propoſiti, non regis potentia, neque exhibita ſibi reuerentia, non minax adulteræ crudelitas, non deniq; intentata mors poterant perſuadere vt animarum periculum, iuſtitię contemptum, dei iniuriam diſſi-

Bernard. Lucæ 1 1. Tim. 6 Lucæ 7 Lucæ 1 Iohan. 1 Bernard. Iohan. 1 Mat. 3 Iohan. 1 Lucæ 1 Matt. 3 Lucę 3 Mar. 6

diſſimulans præteriret. Hæc fratres chariſſimi cuncta breuiter perſtringens magis indicaui, quàm explanaui. Faciat deus vt in nobis aliquando inueniantur, quæ in beato Iohanne modo veneramur, Præſtãte eodem domino noſtro IESV CHRISTO, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat deus per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

SERMO III. QVOMOdo Iohannes fuerit magnus, & quod eius uita ſingularis omnium hæreticorum cauillos eludat.

ERit enim magnus corã dño, vinum & ſyceram non bibet. Lucæ. I. Non latet fratres chariſſimi de Iohanne præcurſore dñi (dũ olim concipiendus nunciaretur) ab angelo hæc verba prædicta. Quem deinde natu maiorẽ dñs quoq;
Matt.11 ipſe fons & collator ſanctitatis, præ cunctis ſanctis laudauit: Inter natos, inquiẽs, mulierũ non ſurrexit maior Iohanne Baptiſta. Itaq; Iohannes magnus: & ne omẽs magnitudo ceu laudabilis ambiatur, additũ eſt, coram dño. Ea namq; magnitudo quæ in oculis proprijs, ſiue in hominũ ſola opinione aliquid mentitur aut ſimulat, vana eſt & prorſus nulla. Eſt ergo Iohannes magnus corã dño. Magnus in ortu, hoc eſt, ſuo in mundũ ingreſſu magnus in
Lucæ 1 vitę progreſſu, magnus in egreſſu. Primo dixi magnũ in ſuo ortu. Nunqd vilis aut inglorius fuit Iohannis ortus, qui & loco & tẽpore ſacro, ab angelo nunciatur? Nũquid non ſanctorũ parentum & prophetarum eſt filius? Nonne Iohannes hic magnus, qui ante eſt laudatus, quàm conceptus, ante ſanctificatus, quàm natus, ſpiri-
Lucæ 1 tu ſancto repletus in vtero matris, & dñi propheta vnctus? Quid quod à Chriſto et eius matre eſt viſitatus? Quid quod domini ſui matrem, imo & dominũ ſuum virgineis clauſtris (vt ita dicam) circunſeptũ, necdum genitus agnouit, exultans adorauit, & cum voce necdum poterat, quibus valebat motibus prophetauit? Quid denique quod tanta fuit ſpiritus plenitudine
Lucæ 1 delibutus, vt gratia exundans, matrem quoq; ipſius impleret, ac prophetam conſtitueret? Adde nunc, quod natiuitas eius vim intulit naturę, parentibus abſtulit obprobrium, muto patri reſtituit eloquium, mundo attulit gaudiũ. His alijsq; multis magnus eſt Iohannes cenſendus in ſuo ortu, ſeu vitæ ingreſſu. Iterũ, magnus eſt in vitæ progreſſu. Siquidem magnus fuit officio, magnus vitæ merito, nec minor enituit exemplo. Officiũ Iohannis fuit Chri- Lucæ 7
ſto præire, Chriſto viã præparare, Chriſti Iohan.3
eſſe lucerna, Chriſtũ p̃dicare, Chriſtũ mõ- Iohan.1
ſtrare, Chriſtum baptizare, indoctam plebem ad ſe vocare, & eruditam ad Chriſtũ
mittere. Eamobrem vocatus eſt angelus, Iohan.5 Malach.3
lucerna, ſponſi amicus, eccleſiæ paranym- Iohan.5
phus, vox verbi, præcurſor dñi, propheta Iohan.1
& plusquàm propheta. Porro quãtus merito vitæ quanq; fuerit exemplo ſingula- Lucæ 7 Matt.11
ris, ſimul oſtenditur, qui præ cæteris ſanctis licet innocens, pœnitentiæ vitam duxit maxime auſteram. Quis enim ſanctorum alius adeo ſpiritu ſancto plenus, eremũ puer adijt? Quis innocens pœnitentia
tã graui ſe caſtigauit? Habitatio eius erat Matt.3 Lucæ 1
deſertum, cubile antrum, lectus nuda humus, cibus mel ſylueſtre atq; locuſta, Potus non vinũ neq; ſycera, ſed frigida aqua veſtis hiſpidũ ciliciũ de pilis camelorum. Hęc oĩa ſcripturę teſtimonio nobis ſunt manifeſtata. Propter hæc à Chriſto laudatur, & populis imitandus proponitur. Cęterum, obſeruandum hic fratres chariſſimi quid in vita hac eremitica Iohannis legatur, quod in nobis non rideant calumniẽturq; Lutherani. Nunquid & illum ridebunt? Sed CHRISTVS laudauit. Abſtinuit Iohannes à cibis quibuſdam, in lege tamen non prohibitis. Nunquid fuit ſuperſtitioſus? Num ideo abſtinuit,
quod ignoraret omnem creaturam dei 1. Timo. 4
bonam, & hanc percipi poſſe cum gratiarum actione? Cur eremum ſolus incoluit? Nunquid vt ſpretis cæteris hominibus ſeipſum commendaret? Singulare habuit ve- Mat.3
ſtimenti genus à cæteris diſcretum, & mũ- Mar.1
di huius amicis inuiſum. Nunquid propterea hypocrita fuit? Permanſit virgo. Nunquid propterea nuptias illicitas putauit, aut periculum ei erit (quod Lutherus autumat inſanus) q̃a ſine vxore fuit? Hoc namq; modo omnia continentiæ & pietatis opera, quæ poſt præceptorum obſeruantiam, libertate quadam atq; exhuberãtia ſpiritus ſupererogamus Hæretici in nobis calumniantur quaſi hominum inuenta quæ Chriſtus non præceperit, quæ

tamen

tamen nequaquam (licet ilia eis rumpan-
tur) audent in Baptiſta ſaluatoris impro-
Lucæ.1 bare. Velint nolint, legunt Iohannem ma
Matt.3 gnum coram domino, & quod vinum &
ſycerā non biberit, legunt locuſtis & mel
Matt.11 le ſylueſtri paſtum, legunt à Chriſto lau-
datum, quod ſpretis mollioribus, quod
Lucę.7 duro hiſpidoq́; (licet admodum ſingula-
ri) ſit veſtimenti genere vſus. Eant nunc
igitur & rideant pœnitentiam præcurſo-
ris, idq́; tanto magis quanto peccata pro-
pria propter quæ ſe affligeret non habue-
rit. Dicant magiſtrum, quomodo diſcipu
lis eius, id eſt, nobis monachis impie inſul
tant magiſtrum, inquam, Iohannem, ere-
miticæ vitæ anteſignanum idololatram,
dicant propria ſua ipſum opera adoraſſe,
quibus voluerit mercari cœlum, atq; ideo
Chriſti redemptionem negaſſe. Dicant i-
pſum Chriſti merita in ſe ſuis niſibus atq;
Matth.11 bonorum operum ſtudijs euacuaſſe. Dein
de dicant ſe Iohanne, quo nemo inter na-
tos mulierum ſurrexit maior, ſanctitate
non inferiores. Dicāt in gloria eidem pa-
res futuros ſeſe, qui facinoribus atq; flagi-
tijs obruti, in omni ſpurcitia vſq; in extre
mum vitæ diem conſeneſcunt: quādoqui
dem nulla apud eos eſt meritorum, ideo
nulla etiam præmiorum differentia. Inde
hac ratione nihilo plus putandum eſt con
tuliſſe Iohanni, quod abſtinentiæ, ſolitu-
dini, iugi orationi, cæteriſq́; pœnitentiæ
operibus ac vaſtæ eremi moleſtijs, ſeſe af-
flixerit, atq; ſi (vt minus honeſta taceam)
calicibus interim epotandis, omnem no-
ctem expendiſſet, inde quod vino ſepul-
Mat.7 tus in medium diem dormijſſet. Verum
hæc ſint impia abſurdaq; hæreticorū do-
gmata, fundata ſuper lata via quæ ducit
ad infernum, nos ad arctam illam viam
quæ ducit ad vitam, inuitat & Iohannis ex
emplum, & Chriſti Iohannem laudantis
teſtimonium. Tertio, Iohannem dixi ma-
gnum in vitæ huius mortalis egreſſu. Si-
quidem omnium pene ſanctorum coro-
nas, & quicquid cęteris ſanctis ſingulatim
inſigne eſt, vnus ipſe ſimul obtinuit. Quid
enim in cæteris ſanctis coronatur, quod
defuit Iohanni? Patriarcharum gloriam,
lauream prophetarum, martyrum coro-
nam, confeſſorum palmam, aureolam do
ctorum, virginitatis inſigne, & quicquid
aliud eſt quod in aliquo ſanctorum emi-
cat, in beatam Iohannem Chriſtus hube-
Mar.6 rius cumulauit. Magnus fuit in egreſſu,
hoc eſt, illo genere mortis quo ſpiritū red
didit, ad requiem eundo. Mortuus eſt Io- Matt.14
hannes viliſſima pariter ac glorioſiſſima
morte. Hic prudentiam mundi quæ ſtul- 1.Cor.3
titia eſt apud deum, iudicem nolo. In ocu Matth.10
lis hominum mors Iohannis fuit ignomi
nioſa valde: quippe quæ in gratiam adul- Mar.6
teræ illata eſt. Siquidem in pręmiū ſaltatri-
cis puellæ tanti viri caput truncatum eſt.
Ob inceſtum adulteræ ſtatuendum, vita
tam vilis adempta eſt. At in conſpectu do
mini tanti viri mors quàm ſancta, quàm
glorioſa eſt? Neq; enim quo criminis ali-
quid expiaret, neq; vt naturæ debitum ſo
lueret, ſed quia iuſtitiam & veritatem præ
dicabat, iniquitatem arguebat, vir ſanctus
interemptus eſt. Quam ſimilis eſt hic mi-
les regi ſuo? quādoquidē tam viliter mor-
ti addictus eſt vterq;. Occiſus eſt Iohānes
rogatu ignominioſæ meretriculæ. Cruci-
fixus eſt Chriſtus hypocritarum, ſcribarū
& phariſæorum importunitate. Vile ni-
mis atq; teterrimum vtrunq; genus homi
num, qui vel Chriſto, vel eius præcurſori
machinati ſunt mortem. Quid vilius mu-
liere adultera, quid deteſtabilius vno hy-
pocrita, quorum vterq; dum aliud eſt &
aliud vult haberi, vterq; dum eſt prauus
& pro iuſto ſe geſtit coli bis eſt iniquus?
Eiuſmodi mortē Chriſto & Iohanni pro
curarunt. Chriſtū hypocritæ, Iohannē ad
ultera necauit. Ecce hæc fuit gratia Chri-
ſti ad amicū ſuum Iohannē, ſibijpſum aſſi
milare. Hæc gratia, hoc donū dei Iohan-
ni collatum pro Chriſti amore ignomi-
nioſa morte perdi. Hæc munera præſtan-
tioribꝰ amicis ſuis largiri ſolet deus. Qui-
ppe cui nihil adeo familiare quā chariores
fideliores q́; ſuos quos in mūdo habet ami
cos pœnis, ignominijs, iniurijsq́; afficere.
Cui hęc nō dedit, propter infirmitatem ei
us non dedit, quod portare nondū potes
ſit is grauiora, qui minora patienter non
poteſt. Veruntamen quiſquis in ſe deſide-
rium hoc ſentit, vt cupiat ſe neſciri, con-
temni aut premi, gratiam dei agnoſcat,
felicior, ſi quod deſiderat idipſum hilari-
ter ferat. Curet tamen vt deſiderium hoc
patiendi in humilitate ſubſiſtat: potius ad
prouidentiam diuini beneplaciti in hoc
negocio ſe reſignando, quàm aliquid te-
mere petendo. Curet vt memoria proprię
infirmitatis ab oculis nunquam pereat,
ne viribus ſuis aliquid confidat, ſed gra-
tiæ & bonitati diuinæ ſe committat, con-
fidens

fidens & orans vt ſi vna manu à Deo feriatur aut humilietur, altera clementer foueatur ac ſuſtentetur, vt calamitas ſibi eueniat non perdens ſed erudiens, non exterminans ſed ad perfectiora excitans. Multæ, inquit, ſunt tribulationes iuſtorum. At multæ item ſunt peccatorum. Vtrobiq; igitur præſens vita calamitoſa. Verum, nobis interea vel peccatoribus, id eſt, pœnitentibus, vel iuſtis (quorum tamen ſi qua eſt iuſtitia panno menſtruatæ comparatur) hęc oritur conſolatio, quod præcipuis Dei amicis & electiſſimis quibusq; ſanctis (quod dixi) perſequutiones, calamitates, & mors plærunq;, cæteraq; in oculis carnis ignominioſa, in cõſpectu vero domini precioſa, euenere. Quæ pijs quantum conſolationis adferre debeant, quantumve formidinis mundi amicis, beatus Gregorius ſuper Iob indicat, dicens: Dum beati Iob vulnera cruciatusq; conſidero, repente mentis oculos ad Iohannem deduco, & non ſine grandiſſima mentis admiratione perpendo, quod ille prophetiæ ſpiritu intra matris vterum repletus, atq; (vt ita dixerim) priuſquam naſceretur renatus. Ille amicus ſponſi, ille quo inter natos mulierum nemo maior ſurrexit, ille tantus propheta & plus quam propheta, ab iniquis in carcere mittitur, & pro puellæ ſaltu capite truncatur, & vir tantæ ſanctitatis pro riſu turpiũ moritur. Quando aũt vel in cibo peccauit qui locuſtas ſolummodo & mel ſylueſtre edebat? Quid in qualitate ſui tegminis deliquit, qui camelorũ pilis corpus operuit? Quid in conuerſatione ſua offendere potuit, qui de eremo nõ receſſit? Quid illum loquacitatis reatus polluit, qui diſiunctus ab hominibus fuit? Quãdo illum vel ſilentij culpa notauit, qui ad ſe venientes tam vehementer increpauit, dicens: Genimina viperarum, quis vobis demonſtrauit fugere à ventura ira? Quid eſt ergo quod Iob Dei teſtimonio commendatur, & tamen plagis vſq; ad ſterquiliniũ ſternitur? Quid eſt quod Iohãnes Dei voce laudatur, & tamen pro temulentis verbis in ſaltationis præmium moritur? Quid eſt quod oĩpotens Deus ſic vehementer in hoc ſeculo deſpicit, quos ſic ſublimiter ante ſecula elegit, niſi hoc quod pietati fidelium patet, quoniam icci rco ſic eos premit in infimis quos videt quãdo remuneret in ſummis? & foras vſq; ad deſpecta deijcit, quos intus vſq; ad incorruptibilia perducit? Hinc ergo vnuſquiſq; colligat, quid illic ſint paſſuri quos reprobat, ſi hic ſic cruciat quos amat. Aut quomodo ferientur qui in iudicio arguendi ſunt, ſi ſic eorum vita premitur qui ipſo iudice teſte laudantur? Hæc Gregorius. His omnibus liquet magnum fuiſſe Iohãnem coram Deo. Nulli tamen dubium ſit (quãlibet vel in vtero ſanctus fuerit, quamuis in omni vita ſua ſanctitate perfectus, atq; virtute fuerit cõſummatus) paruum & nihil in oculis proprijs fuiſſe, ſed ſanctitatem ſuã (cum alijs pene omnibus foret manifeſta) ſeipſum latuiſſe. Hoc modo fratres chariſſimi deſiderijs, votis, ſtudijs, induſtrijs, laboribus atq; conatibus quibuſcunq; poſſumus, operam nauare debemus, ad obtinendam charitatis cæterarumq; virtutum perfectionem, nihilo ſecius etiam vigilare circa interna noſtra, & diſcutere motus intentionesq; circa exercitia ſpiritualia, ne non humili, ne ſuperbo, ne præſumptuoſo atque impuro quodam appetitu, hoc eſt, ne ſpirituali ambitione moueamur ad deſiderandam ſeu quærendam ſanctitatem. Habet enim perfectio, habet ſanctitas omnis adiunctam ſibi magnitudinem, gloriam atq; præſtantiam quandam, quam contingit impure deſiderari. Habet ſpiritualis atq; interna vita pulchritudinem & dulcedinem vnde generari poſſit lætitia aut extollentia inanis, in qua contemplatiuus poteſt ſpiritualiter à deo fornicari & ſeduci. Eãobrem vigilanter curandum eſt vnicuiq; ad ſpũalis vitæ perfectionem tendenti, ne dum quærere ſe putet deum, quærat ſeipſum, videlicet optando aut fauẽdo ſibi altitudinem, magnitudinem & gloriam, quę comitatur virtutes, & perfectioni aut ſanctitati coniungitur: hoc eſt, proſpiciat prudenter, ne appetitum ſanctitatis reflectat in ſeipſum, & ſolum propter ſeipſum, quo deſideret etiam aliquid eſſe, puta magnus, ſanctus, aut illi vel illi ſancto æqualis, quod periculoſum eſt valde, ſi ad magnitudinem tantam aſpirauerit, licet ſpiritualem, aut potius ſpiritualiter carnalem. Quia ſanctitas aut perfectio non ob aliud debet deſiderari, quã vt ex ſe honoretur, ametur colaturque deus: hoc eſt, vt cupiat faueatque ex ſe deo honorẽ, cultũ, etſi ita dici debet, delectationẽ & gaudiũ exhiberi, nõ ſe magnũ fieri. Porro ſi inordinatus fuerit appetitus ſanctitatis, quid mirum ſi ex vitioſo principio, mali quoq; ſequantur effectus? vt ſunt in-

Hh diſcretio,

Pſalm. 33 · Eſaiæ 64 · Gregori. · Iohan. 3 · Matth. 11 · Lucæ 7 · Marc. 6 · Matth. 3 · Marci 1 · Matth. 3 · Lucæ 3 · Iob 2 · Matth. 11 · Luc. 7 · Lucæ 1

diſcretio,qua naturę infirmitas non attenditur. Temeritas qua vilitas propria nõ cogitatur. Præſumptio qua ſingulare, nouũ aut inneceſſariũ aliquid,ꝙ petendum non eſt,aut alio modo iam donatum eſt à deo, ſperatur. Pertinacia,qua viris expertis , ac à periculo præmonentibus, tanq̃ ſpiritus expertibus,aut à ſpirituali profectu retrahentibus non creditur. Spiritualis gula, qua ſentimentis ſpiritualibus atq; ſenſibili deuotioni impure nimium inſiſtitur,& ppter ipſam obedientia negligitur,charitas fraterna relinquitur, hoc eſt, charitatis & obedientiæ opera dimittuntur,virtutes & verę ſanctitatis inſtrumẽta deſeruntur,atque voluptas illa ſpiritualis per abuſum in dei contemptum vertitur,dum dona eius donoꝝ ipſi largitori pręferuntur. Sequuntur etiam ſuperbia atq; ſuĩpſius complacentia, dum quis profectum propriũ conſiderat,ac inde ſibi placendo,atq; ſe magni faciendo gaudet,& in hac ſui complacentia requieſcendo ſemetipſum delectat,ęſtimans ſe iam peculiariter à deo trahi,ſingularia in ſe deum operari,& ꝓpterea leges atq; vias communes ſe ſupergredi, quare inſtitutis eccleſiæ aut ſuperiorum non debeat ſubĳci,quaſi nolit ipſum vlli deus pręterq̃ ſibi obligari,ſed deus ipſemet ductor & conſolator eius velit eſſe:vnde(quemadmodum cæteris quibuſdam ſanctis donatum eſt)poſſit etiam inſueta aut impoſſibilia naturæ ferre,nec in his(quippe cum nihil,vt ipſe arbitratur,niſi deum quærat)timendum aut periculi ſubeſſe. Hinc alia pericula complura ſuperbiam mox ſequuntur errores , hæreſes, aut ſuĩpſius deſtructio,obſtinatio,deſperatio, ad carnalia reuolutio & tandem omnis boni deſertio. A quibus omnibus periculis prorſus tuta ac libera eſt vera humilitas , quæ monitis atq; cõſilĳs alienis magis innititur, quam opinionibus proprĳs,timens deum offendere,gratiamq; eius amittere,ſi ſuperioribus credere rennuat, aut eorum directioni non acquieſcat. Hanc humilitatem nobis infundat dominus noſter Ieſus Chriſtus,idem ſublimis & humilis,cũ patre & ſpũ ſancto in ſecula benedictus,Amen.

SERMO IIII. DE SOLItudine ſilentioque biformi, hoc eſt, externo pariterque interno.

SEdebit ſolitarius & tacebit, quia leuabit ſe ſupra ſe. Threnorum iij. His verbis chariſſimi fratres, laudatum poſſumus accipere beatiſſimũ Iohannem Baptiſtam,noui teſtamẽti primũ eremitam,mundi lucernam,præcurſorem Iohan. 1
Chriſti, vniuerſæq; religionis patronum, qui primus anachoreta,primus ſolitarius, multis imitandi ſe prębuit exemplũ. Commendatur aũt à tribus,à ſolitudine à ſilentio,& à supernoꝝ appetitione. Ipſe nanq; fugiens,antra deſerti teneris ſub annis petiuit,ipſe eremum ſolus incoluit,ipſe innocentia corporis ſui membra,vel inedia,vel edulĳ vilitate extenuauit. Ipſe vino & qcquid inebriare poſſet abſtinẽs , aqua ſitim temperauit. Ipſe vile tegmen amplexus,regum purpuris prætulit. Ipſe delicatis molliculiſq; omnibus abrenunciauit. Ipſi humus lectum,antrum cubile fuit. Videmus chariſſimi quid in Iohanne miremur,videmus quid imitemur. Fugit Iohannes ſanctificatus, & puer mundum contempſit, fugit delinquendi occaſiones,fugit nõ ſolum pericula,ſed quæq; etiam vt nos arbitramur,tutiſſima. Nam ſanctos admodũ reliquit parentes,eoſq; ſenes, ne vel tenui macula,aut nimium amãdo,aut remiſſius viuendo,aut confidendo ſibi nimiũ, apud parentes cordis ſui puritatem obfuſcaret. In hoc nobis conſulens, non ſolum peccata,ſed peccandi etiam exempla,delinquendi item occaſiones , atq; adeo à virtutum profectu tam retrahẽtia quàm impedientia à nobis cuncta eſſe proſcribenda , quo cordis puritas(ſine qua nulla prorſus proficiendi ſpes nobis ſupereſt)imperturbata ſeruetur. Vixit itaq; Iohannes & eremita, & ſolus:hoc vno (quod cœperam dicere) nobis ſolitudinem vehementer commendans , quod cum ſanctus ipſe ex vtero,cũ ſanctis parentibus ſancte pariter viuere potuiſſet,nihil tamen humanæ ſanctitati innitens,nec patris ſeniũ,nec matris lachrymas attendit,ſed deſiderio ſeruandæ puritatis qua ſemper deo placens inhæreret vniuerſis quæ mundi ſunt abrenunciauit. Hoc nanq; vnum quotidie meditabatur, quomodo nihil mundanum cordi ſuo,nõ dico inſideret,ſed ne etiam occurreret:ſciens Matth. 1
mirum deo nihil æque acceptum,atq; cor mundum ſupernorum deſiderio atq; amore dei ęſtuabundum. Atque ideo puellus eremum intrauit,vt ſolitudine externa

na internam tutaretur. Duas namq; conſtat eſſe ſolitudines. Vnam corporis, alteram mentis. Illa hominum à ſe conſuetudinem aſpectumq; procludit, hæc à terrenarum rerum cogitatu appetituq; mente ſecedit. Itaq; propter hãc illa incolitur. Quare enim à conuerſatione aſpectuq; hominũ nos ſecluſimus, niſi vt ab omni cura & inutili ſolicitudine alieni, ab amore quoque terrenarum rerum liberi, puro nudoq; corde ſoli deo vacemus? Nam & qui corpore hominibus eſt diſſociatus, & cogitatione atq; deſiderio mundo coniunctus, nequaquam dici ſolus poteſt: quippe qui tot loquitur hominibus, tot videt, tot audit, q̃t cogitat aut imaginatur. Eſt tamen ad ſolitudinem illam mentis anhelantibus ſolitudo corporalis nobiliſſimũ inſtrumentum, vtpote puritati cordis abunde conferens. Quare feruenter quærenda eſt ſolitudo, omniq; ſtudio ſeruanda, potiſſimum quod multas delinquendi occaſiones ꝓſcindat, concupiſcentijs frænum inijciat (quæ em̃ ignoramus nõ concupiſcimus) mundi terrenarumque rerum obliuionem inducat, mentis auertat perturbationem conſcientiæ ſerenitatem tutetur, tranquillitatem animi reddat, pacẽ cordis amiſſam reſtauret, & ad internam ſolitudinem quę eſt (vt dixi) obliuio quædam mundi terrenarumque rerum omnium atque ſeceſſus mentis ad deum, perducat. Poſſent hic multa dici, quibus pręconijs à ſcriptoribus eccleſiaſticis, quibusve patrum ſanctorum exemplis nobis laudata ſit ſolitudo. Verum nihil attinet puto ſolitudinem vobis commendari, q huius commoditates fructusque omnes ipſi didiciſtis. Nemo noſtrum eſt puto quicunq; ſuæ eſt conſcientiæ cultor, qui neſciat quid ſolitudo cellæ, quid ab hominibus abſtracta vita conferre, qd vero contra ſocietas aſpectusve hominum queat auferre. Quiſquis ad deum aſpirat, quiſquis pro virtutibus certat, quiſquis ad cordis puritatem anhelat, nouit cuiuſmodi in ſolitudine, quiſve inter homines ſit, hoc eſt, quam aduerſus, quamq; difformis à ſeipſo, vt ſolus aut hominibus mixtus. Quàm deniq; ſemper minor, animoq; impacatior à conuentu colloquijsq; hominũ ad ſolitudinem redeat. Vnde ſcitum eſt tũ apud monachos oẽs, tum præcipue apud Carthuſienſes antiquiſſimum, monachũ vagum, hoc eſt, cellam ac ſolitudinem non ſeruantem, ſed abſque licentia, aut cum licentia (vt vocant) ſine tamen iuſta neceſſitate, aut vtilitate, euagãdi occaſiones quærentem, ſpiritu proficere, ac animo ſtabiliri non poſſe. Contra vero eum qui cellæ ſuæ diligens eſt incola, aſſiduusq; ſolitudinis obſeruator, magnum propterea præ ſe ferre ſpiritualis profectus indicium, tametſi aut naturalibus aut ſcientijs, alioqui minus fuerit conſummatus. Inde eſt illud abbatis Moſi ad fratrẽ petentẽ aliqd eruditionis: Vade, inqt, & ſede in cella tua, & cella tua docebit te vniuerſa. Sedebit igit̃ ſolitarius & tacebit, id eſt, in cella perſeuerabit, nõ quaſi captiuus & inqetus, ſed tranquillus, non otioſus, ſed mente quietus. Thren. 3 Sedebit & tacebit. Hic pari modo vt ante de ſolitudine, duo ſilentia ſiue duo tacendi genera nobis explicanda veniunt. Vnum eſt ſilentium oris, cordis alterum. Illo lubricitas frænatur linguæ, ne ad pernicioſa otioſave defluat. Hoc diſperſio colligitur cordis, ne inania cogitet, propter hoc etiã plærunq; loquendi facultas omnis interdicitur. Eſt enim lingua inter omnia membrum minus continens, minus domabile, fragile magis, citius labile, cuius malũ vbi infecerit, contagioſiſſimum eſt, quocunq; alio citius lædens, atq; latius ſe diffundẽs. Teſtimonia ex Iacobo abunde ad manum Iacobi 1 ſunt. At nos libenter ſine teſtibus credimus, quod quotidie verũ experimur. Vnde apud oẽs monachos, maxime autem apud priſcos illos eremitas (qui ꝑ cordis puritate feruentius zelebantur) conſultiſſimum fuit ora ſilẽtio frænare. Propterea Pſalmiſta quoq;: Poſui, inquit, ori meo cuſtodiam. Quam? Obmutui & humiliatus Pſalm. 38 ſum & ſilui à bonis. Qui enim ab vtilibus etiam & licitis abſtinet, certus eſt interim ad illicita aut pernicioſa ſe nõ labi. At qui ſibi confidens ad licita laxat linguam, vix poteſt fieri, quin effluat ſimul, cuius illum iure pœniteat poſt ſermõnẽ. Eamobrem nonnulli ſanctorum tam dure linguis ſuis imperabant, vt omnem prorſus loquendi ſibi vſum interdicerẽt. Recolamus ex lectione de inuentione corporis ſancti Anthonij, quale ſilentium viri illi cœleſtes & cœnobitæ, vbi diui Anthonij corpus fuerat humatum obſeruabant, vt & Agathonis, & Pauli, & reliquorum nos exempla compungant. Sed quid viros commemoro, quando ſexus etiam infirmior, cui naturaliter familiare eſt loqui, in hac gratia emicuit? Magdalenam, Mariam Aegyptiam

ptiam, Pelagiam, ſanctam Thaiden, & Mariam illam pœnitentem Abrahæ eremitæ neptem in exemplum habemus. Sed & viciniores habemus ſanctas, Catharinam Senenſem, & Mariam de Oegnes: quarum prior tribus annis continuis, ne vnum annum quidem adhuc adoleſcentula locuta eſt, niſi dum confiteretur: altera vero, quia ad medium ferme annum ſilentium integre obſeruarat, ſpiritu ſancto reuelante didicit, quod propter hoc ſuper omnia à domino obtinuerit, vt ex hoc mundo tranſiens, poſt mortem ſine purgatorio quantocius ad deum auolaret. Hæc non ideo recenſeo quod probem in communitate ſingularitatem aliquam (vt eſt prorſus nunq̃ loquendi) ſed vt videamus quàm ſit acceptum deo ſilentium, quàm pernicioſa loquacitas. Vtiliſſime itaque nobiſipſis facimus, & alijs ſi iuxta patrum noſtrorum voluntatem, ſilentium ſeruamus, ſi loquendi etiam (vbi facultas adeſt) occaſiones aut vitamus, aut abrumpimus. Et hoc dictum ſit de otioſis, aut inutilibus verbis. Nam contra detractiones, murmurationes, turpiloquia, & ſcurrilitates, ſuperfluum puto vos præmonendos. Manifeſtum eſt nimis quàm debeant hæc cauere, fugere, execrariq́; veri eremitæ, quàm debeant etiam eiuſmodi maleloquentium conſortia colloquiaq́; declinari, ne infirmitas noſtra ſcandalum inde, hoc eſt, occaſionem ſumat delinquendi. Eſt tamen aliud ſilentium multo felicius, multoq́; ſuauius internum, cui externum adminiculatur. Hoc eſt ſilentiū cordis, ſenſibiliumq́; rerum obliuio. Ad hoc ſilentium ſi quis cupit peruenire, neceſſe eſt vt mēs ipſius à creaturarum amore abſtracta, atq; ab omnibus curis, occupationibusq́; animum diſtrahentibus libera, ſuſpiciones, timores, ſolicitudines, anxietates, dictorum & factorum rememorationes, phantaſias, ſpeciesq́; ac formas creaturarum, & rerum ſenſibilium imagines, à ſe fortiter excludat, & nudo intellectu, ac ab omni alieno amore libero, caſto puroq́; affectu, in tranquillitate, puritate, ac ſilentio quodam ſoli deo vacet & quieſcat. Deſideria nanq; ſenſualitatis, ac vitia quæcunq; in nobis immortificata, imaginationum quoque & formarum ſenſibilium reuolutiones ſunt clamores, turbines, & inquietudines, ſpiritui obſtrepentes, vt neq; leuare ſe poſſit in deum, neque ſtabilire ac figere in deo. Quę ſi mortificata excluſaq́; à nobis quieuerint, ſuccedet ſilentium, in quo iucundum eſt prę ſtolari, ſuauiſſimum ſentire ſalutare dei: *Thren. 3* fietque tunc vt ſolitarius leuet ſe ſupra ſe. Quod nobis tribuat dominus noſter Ieſus Chriſtus in ſecula benedictus. Amen.

IN SOLENNITATE Marię Magdalenæ. Quibus admiranda, quibusue imitanda ſit beata Maria Magdalena. Sermo I.

VIdes hanc mulierem? Lucæ VII. In cæteris feſtis ſanctorum fratres chariſſimi, tametſi celebritas ipſa diei nobis pariat gaudium, & ſacra geſtorum lectio ad emendatioris vitæ nos inuitet exemplum: eſt tamen quorumlibet ferme ſanctorum ſolennitas, eatenus nobis aliena, quatenus de illorum innocentia & ſanctitate duntaxat agitur, quæ à nobis peccato obnoxijs, vt imitari poſſit, pene deſperatur. Porro hodie, ſanctiſſimæ Magdalenæ haud aliter ac proprio ſancto ex ordine noſtro, hoc eſt, ex ordine peccatorum feſtum agentes, gratulamur: & quod peccatrix cōuerſa ad ſummum ſanctitatis gradum euecta ſit conſolamur. Iccirco ſacra euangelicæ hiſtorię lectio, ante mentis oculos hodie nobis ſpectaculum propoſuit, quod ſi accurata conſideratione intro recipiatur, non poteſt cordis noſtri duritiam non compungere, ſcindere, vulnerare. Introducitur nanq; mulier peccatrix, non minus vanitate, quàm nobilitate inſignis, peccati laqueus, diaboli rete, ſeductrix animarum, ex prædicatione domini atq; occulta eiuſdem inſpiratione in vas electionis gratiſſimum conuerſa, veniens ad Ieſum & ſuæ turpitudinis conſcia, non in faciem, nō ante oculos creatoris ſui audens comparere, ſed prę verecundia ſtans retro ex humilitate ſecus pedes domini Ieſu, propter dolorem & cōtritionis abundantiam lachrymis domini pedes rigans, ex feruenti deuotione lauans, & capillis tergēs, præ amore deniq; inſatiabili eoſdem domini ſui pedes indeſinenter oſculans & vngēs, vt obſeruaret illud quod poſtea docendum erat ab Apoſtolo, hoc eſt: Quemadmodū *Roma. 6* exhibuerat membra ſua ſeruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibebat membra ſua ſeruire iuſtitiæ in ſan-

ſanctificationem. Siquidem corpus totum ad Chriſti obſequium conuerſioni & pœnitentiæ dedit. Animam totam pietatis affectibus liquefecit, ſpiritum deniq; totum diuinæ dilectioni atq; dulcedini immerſit. Hoc primum eius holocauſtũ. Hęc prima conuerſionis perfectio. Hoc ſubito naſcentis pœnitentiæ eius exordiũ. Quid de eius progreſſu ſperandũ eſt, q̃ iã iamq; conuerſa, multis q in lethale pc̃m̃ nunq̃ ſunt plapſi, inuenitur pręſtantior? Non ieiunia, nõ preces numeroſas, nõ alia pœnitentiæ opera (quibus fortaſſe Simon ille leproſus ditem ſe putabat) habebat, ſed tñ magnã habebat charitatem: qua ſola fit vt ieiunia orationes, & cætera id genus pœnitentiæ opera externa, ex charitate tanq̃ germina ex radice enata, Deo ſint accepta. Proinde cũ à pc̃õ ſurrexerit altiori gradu charitatis, perfectior etiam neceſſe eſt, fuerit merito eſſentiali, omnibus qui inferiori gradu ſtabant charitatis, quantumlibet ĩj alioqui bonoꝝ operũ numero antecederẽt. Quippe cum eſſentiale meritũ (cui & præmium beatæ fruitionis eſſentiale redditur) nõ ex operibus, ſed ex charitate qua opera fiunt ſit metiendum. Vnde liquet etiam quantę ſit temeritatis, quanti periculi, homini etiam peccatori, ſe anteferre, aut illum deſpicere, tametſi in illo nõ videantur opera bona, aut exercitia bonis ac iuſtis aliĩs paria, qñquidem fieri poteſt vt ſubito conuerſus maiore ſurrexerit charitate, maiori ducatur deuotione ad ea quę facere iam incipit aut ſtatuit, quàm ĩjs qui multo tempore, & multis ſudauit opibus, & minori ſemper ſteterit charitate. Neq; eñ neceſſarium eſt vt conuerſus à peccatis ad Deum à primo ſeu infimo charitatis gradu incipiat, ſed fieri poteſt vt reſurgendo ſubita mutatione à Deo in altiorem gradum ſtatuatur, quã alius eſt qui multis annis deo ſeruiuit. Donum dei eſt hoc: & cui licebit inde murmurare aut quærere cur ille plus, alter minus accipiat? Nolo tamen quis blandiatur ſibi de ſola magna charitate, q̃ nulla eſt ſi manet otioſa. Operatur eñ magna ſi eſt. Si vero operari rennuit, charitas non eſt. Quapropter beata Magdalena charitate ardens ſummopere curauit in virtutibus ſeſe exercere. Quippe quæ totam ſe (vt dixi) Chriſto in obſequium mancipauit, totam ſe ſacrificauit, totaq; eidem ſemper deinceps adhæſit, ideo peccatorum ſuorum remiſſionem, obſequĩj laudem, tantamq; à

Galat. 5

Gregori.

domino ſaluatore ſuo gratiam obtinuit, vt non ſolum à peccatis munda prædicaretur, verumetiam per omne tempus vitæ ſuæ familiariſſima diſcipula, filia dilectiſſima & tanquam ſpõſa caſtiſſima eius haberetur. Nuſquam (quod puto) ex canonicis ſcripturis liquet, quod poſt beatiſſimam matrem ſuam dominus Ieſus, cuiuis ſanctorum maiorem aut tantam familiaritatis dignatus ſit gratiam impartiri, quãtam vel Iohanni ſuo conſobrino, vel Mariæ exhibuit Magdalenæ. Quis enim ita ſuauiter legitur ad pœnitentiam attractus? Cum quo ſic amicabiliter eſt dominus conuerſatus? Cum quo tam libenter hoſpitatus? Cui ſic ad pedes ſedenti prædicauit? Quẽ ita ſolicitus excuſauit? Quem præſentem atq; audientem adeo laudauit? Cuius orationẽ tam cito exaudiuit? Cui lachrymanti ſic collachrymatus eſt? Quem ex peccatorum ſordibus conuerſum ad contemplationis apicem, ad omnis ſanctitatis perfectionem ſubito ſic euexit? Pręter eo quod mundo dederit illam in conuerſionis ſpeculum, pœnitentiæ exẽplum, virtutis ſimulachrum, & ſtupendum etiam ſummis anachoretis cõtemplationis miraculum. Quã tamen non tantum admirandam quantũ præpoſuit & voluit nobis imitandam dicens vnicuiq; noſtrum: Vides hanc mulierem? Vides? Mirare & imitare. Mirare eius excellentiam in perfecta conuerſione. Mirare eius vehementiã in lachrymoſa compunctione. Mirare eius verecũdiam in pœnitiſſima ſui cognitione. Mirare eius humilitatem in ſui deteſtatione. Mirare eius ſynceritatem in ardẽtiſſima dilectione. Mirare eius fidelitatem in caſtiſſima adhæſione. Mirare eius conſtantiam in feruenti deuotione. Mirare illius præeminentiam in amoroſa contemplatione. Mirare & imitare. Non tibi virum propono, non immaculatæ innocentiæ tibi exemplar præfigo, ſed mulierem, & hanc peccatricem, hoc eſt non tam ſexu quàm peccati corruptione fragilem. Fratres hanc, cum omnibus tum præcipue nobis Carthuſienſibus & pœnitentibus conuenit amare, venerari, imitari, ceu cuiuſlibet propriam, vel ſaltim communem ordinis patronam. Patronam dico, non ob hoc tantum, quod eius exemplo ſtatuerit ordinẽ eremiticum ſeruare, rigorem, ſecretamq; æmulari ſolitudinem, ſed quod pene omnes quotquot ad ordinem venimus, ex magnis peccatis, ex innu

Lucæ 10

Lucæ 7

Matth. 26

Iohan. 11

Lucæ 7

meris periculis,nõ ſecus ad monaſterium
Luc. 10 quàm ad Chriſti pedes confugientes cum
Magdalena ſaluati ſumus. Cęterum,quid
prodeſt ad pedes domini confugiſſe, quid
iuuat multa peccatorum & vincula & re-
tia euaſiſſe, quid deniq; confert ad pœni-
tentiæ locum veniſſe, ſi pœnitentiæ opera
& verę conuerſionis argumenta nos deo
non commendent? Inaniter gloriabimur
Magdalenæ nos eſſe diſcipulos, Magdale-
næ exemplo conuerſos,ſi operum Magda
lenæ non fuerimus ſectatores. Si filij, in-
Iohan. 8 quit dominus, Abrahæ eſtis, opera Abra-
hæ facite. Si ſub Magdalenæ patrocinio ſu
mus,ſi eius ad eremum exemplo confugi-
mus,opera Magdalenæ faciamus. Ipſa fer-
uentiſſimis lachrymarum imbribus pecca
ta ſua abluit, ipſa deo ſemel reconciliata
omnem deinceps noxam cauit,ipſa arden
tiſſimo deniq; amore copulata Chriſto in
ſeparabiliter adhæſit. Siquidem tanta eam
obſorbuit vis amoris, vt Chriſtum nec re
linqueret prædicantem,nec deſereret man
ducantem,ſed comitaretur patientem,mo
Ioh. 19. 20 rienti aſtaret,ſepultum curaret, nunciaret
Marci 16 reſurgentem, videret (vt pie credi poteſt)
aſcendentem. Quantę dilectionis ſignum
eſt,quod moriente domino in cruce,maſ-
ſam terræ cruore domini madefactam col
legit (vt hodie adhuc oſtenditur) & in præ
dilecti memoriam ſibi ſeruauit? Poſtremo
cum in cœlos aſſumptum corporeis non
poſſet oculis contemplari dilectum,perin-
de ac ſi nihil in terris amodo ſibi haberet
relictum, e ſeculo cum non omnino poſ-
ſet corpore receſſit mente. Nam ad vaſtiſſi
mam eremum fugiens,etſi hominum aſpe
ctus latuit, deo tamen & angelis ſanctis
non incognita manſit. Quibus ſuper quo
uis etiam alio pœnitente exultantibus,
quantum ipſa gaudij illic fecerit, vel inde
poteſt aduerti quod ſeptenis horis quoli-
bet die angelorum manibus ſubleuata, æ-
thereos iubilãtium admiſſa ſit audire con
centus. Tanta nanq; angelorum reueren-
tia honorabatur mulier illa adhuc in ter-
ra cœleſtis, vt quocunq; voluiſſet progre-
di,non pedum obſequio, ſed ductu vehe-
retur angelico. Ad extremum,in gloriam
domini ſui recepta gaudet nunc gaudio in
enarrabili. Vbi ſicut olim in terris nobis
profuit exemplo, ita nunc ſuccurrit & fo-
uet nos interceſſione, merito ac patroci-
nio. Singulare nanq; creditur habere exo-
randi pro nobis priuilegium, cui ſingula-
rem familiaritatis gratiam donatum eſt ha
bere ad Chriſtum. Nam ſi adhuc in morta
li corpore conſtitutam adeo dilexit domi- Iohan. 11
nus, vt videns eam contriſtatam triſtare-
tur,videns lachrymantem lachrymaretur,
Lazarumq; ob gratiam eius,quæ necdum
verbo,ſed affectu duntaxat orauerat, mor
tuum ſuſcitaret,quantomagis diuinis am
plexibus iam pręuenta,ac ſuper omnia bo Matth. 25
na domini ſui conſtituta,maiorem quoq;
impetrandi gratiam creditur conſecuta,
vt ſicut ex eius cõuerſione domini immen
ſam benignitatem cognouimus,ita ex eiꝰ
interceſſione domini miſericordiam etiam
ſentiamus? Aſtipulatur huic ſententiæ,
quod beata quoq; ipſa Magdalena per re-
uelationem cuidam Stephano ordinis no-
ſtri olim ſibi deuoto ſignificauit, poſt bea-
tiſſimam dei matrem in cœlis non eſſe ad
obtinendam veniam pœnitentibus ſe con
gruentiorem atque potentiorem. Sed iam
ad nos redeamus. Ecce,inquam,omnes ex
emplo Magdalenæ ſumus conuerſi, om-
nes e ſeculo ad pœnitentiam vocati. Ecce
omnes non aliter atque precioſę eſſemus
gemmę à deo ſumus ſelecti,& in monaſte
rium reconditi. Aſpiciamus interiora no-
ſtra quantum pœniteamus, quantum &
quid diligamus,quid nos moueat, quid af
ficiat,quid alliciat:& hinc penſemus quan
tum ſimus bonis ſecularibus meliores.
Nunquid non meliorem partem elegiſſe Luc. 10
dicimur? Nonne ſpecioſa eccleſiæ colum-
na ꝑdicamur? Et quis exemplo noſtro con
uertitur? quis aſpectu noſtri cõpungitur?
Contemplatiui vocamur, & pene quid
contemplatio ſit ignoramus. Spirituales
dicimur,& tamen (ſi alia non ſunt) phanta
ſijs, immortificatis deſiderijs, & vanilo-
quijs ꝑpediti interna negligimus. Conge-
miſcamus,ſimul emendemus, ſimul profi
ciamus, ſimul alter pro altero oremus, vt
ſicut mõ in ꝑſentis vitę miſeria iungimur,
ita in futurę beatitudinis gloria nõ ſepare
mur. Videamus vocationẽ noſtrã. Ad hoc
deſertum venimus,vt ab oĩbus mundanis
liberi vni deo placere curemus. Igitur q̃ re Philip. 3
tro ſunt obliti, ad anteriora nos extenda-
mus: In via dei (inquit Bernardus) non pro Bernardus
gredi eſt retrogredi. Et alius quidam: In
aſcenſu montis contemplationis quieſce
re eſt deſcendere. Cauendum tamen ne vt
quidam,ex his verbis Bernardi nõ ſatis ſo
brie intellectis,ſumat occaſionẽ aliq̃s indi
ſcretionis et ſui deſtructionis: quaſi in ſolis
ſpiri-

ſpiritualibus deo oporteat ſemper vacare. Quod cum plæriq; ita putant, volunt propterea adeo cibo abſtinere, vt naturæ vim inferant, & digeſtionem non ſentiãt: hoc eſt, adeo tenui volũt vti alimonia, vt facto etiã prandio cum vis digeſtiua ſuam actionem, ipſi eandem ingenij perſpicacitatem, eandem ſpiritus libertatem atq; agillitatẽ ſentiant q̃ ſentiebant in aurora. Hoc quid aliud eſt quàm naturę vim inferre? aut naturam non naturam facere? Non ſine cauſa viri ſanctiſſimi, Antonius, Baſilius, Benedictus, cæterique patres in Aegypto omnes, inſtituerũt manuũ labores fieri, idq; maxime poſt prandium, credẽtes nullum poſſe ſine opere monachum perſeuerare: propterea quod aut ſpiritu, aut corpore, aut vtroq; deficiat. Et certe aliter inuenire rariſſimũ eſt. Accedit ꝙ ordo quoque noſter tempora diſtinxit, inſtituenſque externis, q̃ item internis ſeu ſpiritualibus locanda ſint. Siquidem neq; corpore ſolo, neq; ſpiritu ſolo, ſed vtroque conſtamus, & vtriq; morẽ gerere neceſſe eſt. Huic aut illi ſoli indulgere, eſt ſeipſum deſtruere. Adde ꝙ anima finitę eſt virtutis, & varias habet potentias: quarum ſi quando vna viget magis in actu ſuo, interim lenteſcunt aliæ. Aliter ieiuni, aliter poſt cibum excluſo etiam omni peccato & crapulæ vitio, ſumus diſpoſiti. Quapropter (iunioribus loquor) viuite ſecundum ordinis inſtitutionem. Reddite quæ ſunt ſpiritus ſpiritui, & quæ ſunt corporis, corpori. Quando dormiendum eſt, dormiatis. Si vigilandum vigiletis: ſi operandum, operemini. Si vacandum, vacetis. Interpolationem exercitiorumque mutationem facere, itẽ ſpiritus exercitia interrumpere, vt confortatus ſpiritus in vigore perſeueret, denuoq; ad ſua redeat, nõ eſt deficere, nõ eſt retrogredi, non eſt deſcendere, ſed progredi & proficere, quia hæc nõ agit diſſolutio, ſed diſcretio. Admittantur ergo manualia exercitia, ſed honeſta & vtilia. Et quoad fieri poteſt in ſolitudine, moderate, ac tẽpore ſtatuto, atq;, vt dixi, ꝓpter ſpiritualia. Et rurſus, exerceantur ſpiritualia idq; feruenter, alacriterque tempore ſuo, vbi etiã obſeruandum eſt vt quæ ex debito tenemur omnino anteferenda ſciamus cæteris, quę propria voluntas aut deuotio ſuggerit. Si ita fecerimus, & corpore & ſpiritu ſani integriq; manebimus. Præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum patre & ſpiritu ſancto eſt benedictus in ſecula. Amen.

SERMO II. SERVARE innocentiam & ad uitam ſpiritus per pœnitentiam reſuſcitari utrunq; diuinæ gratiæ eſt munus.

POſtquam conuertiſti me egi pœnitentiam. Ierem. XXXI. Hæc verba non abſurde poſſunt tribui beatiſſimę Magdalenæ pœnitentiam agẽti, quaſi quæ domino Chriſto eius feruorem cõtra Phariſæum laudanti reſpondẽdo, laudem declinauerit, dicens. Poſtquam conuertiſti me egi pœnitentiam, ac ſi dicat: Lucæ 7
Antequam tu me conuertiſti qualis fuerim, & omnis ciuitas, & hic phariſæus nouit, modo vero poſtq̃ conuertiſti me, egi pœnitentiam, hoc eſt, nõ ego laude digna ſum. Tuũ agnoſco donũ, tua gratia eſt q̊d ago & q̊d ſum. Pœnitentiã ago, ſed poſtq̃ cõuertiſti me. Duo huius thematis verbis innuuntur q̃ ad B. Magdalenę conuerſionem & pœnitentiã, imo & ad opus quodlibet bonum cõcurrunt, dei gratia, & humana voluntas. Quicquid boni facit homo, vtriq; aſcribitur, magis tñ gratię dei: vtpote origini & cauſæ, q̃ humanæ voluntati: quamuis iuxta communẽ legem neq; ſola gratia ſine hominis arbitrio, neq; arbitrium hominis ſine gratia bonum, quod vere ſit bonum ac æterno præmio dignũ efficiat. Nam quicquid ſolius gratię eſt, dei non hominis eſt: quicquid humanę ſolius induſtriæ eſt. i. q̊d pręmio ęternali dignũ non eſt dicit igitur B. Magdalena: Poſtq̃ Ierem. 13
cõuertiſti me egi pœnitentiã. Quiſquis ſaluatur, ex gratia dei ſaluatur, q̃ prędeſtinat homines: hunc per innocentiam ſeruans, alteꝝ per pœnitẽtiam liberans. Quare aũt Mariam Magdalenã non ſeruauerit innocentem, vt Margaretã aut aliam quamuis ſanctam virginem? non eſt noſtꝝ inquirere. Secretũ dei eſt, quod tametſi lateat nos apud deum tñ nulla caret ratione. Porro hoc nobis compertum eſt, vtranq; à deo prædeſtinatam: hanc per innocentiam, illam per pœnitentiam, vtranq; dei gratia ſaluatam. Quæ gratia in neutra vacua fuit, ſed operibus bonis omnibus abundare fecit. Potuiſſet pius dominus Magdalenã æque ac Margaretam innocentem pręſer-

naſſe. Atq; rurſus potuiſſet benignus dominus Margaretam (ſi non præſeruata cecidiſſet) quemadmodum Magdalenam per pœnitentiam reſuſcitaſſe. Ambæ erãt electæ. Nõ poterat perire quod dominus elegerat. Diuinæ gratiæ munus eſt, & innocẽtem ſeruare, & ad pœnitentiam, imo & ad innocentiam, peccantem reſuſcitare. Adeo autem bonus eſt Deus vt peccata dimittat, & maleactæ vitæ reatus erroreſque non improperet. Adeo bonus eſt deus, vt pœnitentem haud minus atque innocẽtem diligat. Adeo bonus eſt deus, vt opera bona pœnitentis ſicut innocentis (modo vtriuſq; alioqui par ſit deuotio aut charitas) æqualiter reſpiciat, æqualiter coronet. Adeo bonus eſt Deus, vt eius qui ex multis peccatis conuerſus eſt, nolit etiam iniquitatẽ recordari. Quid eſt nõ recordari? Non vlciſci. Non dico quod nolit ſatisfactionem & pœnitentiæ lamenta exigere. Neque enim deum laudare eſt ita eius ſtatuere miſericordiam, vt iuſtitiam prætermittamus. Miſericorditer iuſtus eſt, & iuſte miſericors. Itaque peccata nõ vult vlciſci, non vult recordari, ſi tu vltus, ſi tu recordatus fueris. Audi quo modo non recordatur. Tantam, ſi poſt peccata ad ipſum conuerſus fueris, pręſto eſt dare tibi gratiam, quantam, ſi nunquam peccaueris. Tantam mercedem operibus tuis daturus eſt, vel ijs quibus peccata diluis, quibus iuſtitiæ ipſius ſatisfacis, quantã daret, ſi nihil haberes in te puniendum. Hoc eſt, opera pœnitentię, opera ſatisfactiõis, & quęcunq; agis pia, quibus peccata, i. pœnam peccatorum tuorum redimis, eandẽ tibi mercedem, eandem gloriam comparabunt, acſi nunq̃ peccaſſes, aut nihil pro q̃ ſatisfaciendũ eſſet, haberes. Et qd hoc mirandum in bonitate diuina? quandoquidem & in innocente & in pœnitente idẽ eſt ipſe qui opera bona, nõ ſine nobis, ſed per nos operatur: idem eſt ipſe q opera in nobis bona q̃ operatus eſt, nobis donat, i. pro merito nobis cõputat, illaq; tanq̃ noſtra coronat. Cõſolatio iccirco eſt magna pœnitenti, metuẽti fortaſſe quia peccatis fuit olim multis obſtrictus, ne nihil hic ad gratię & ſubinde etiam ad glorię augmentũ poſſit mereri, ꝓpterea ꝙ multa ſibi adhuc reſtẽt peccata, per ſatisfactionẽ nondum vſquequaq; deleta. Siquidem vno eodẽq; opere meritorio, & peccata tua, hoc eſt, pœnam peccatorum tuorũ cui obnoxius es diluit deus o pœnitens, & pro eodẽ, vt dixi, opere ac ſi nihil ſatisfacere deberes, aut nullũ peccatum haberes delendũ, ſempiterno te pręmio donat. Neq; enĩ perſonarum eſt acceptor deus, neq; improperat quæ dimittit peccata, neq; pœnitentis minus valent opera q̃ innocentis, cæteris (vt dici ſolet) paribus, cum in gratia dei vterque ſit in charitate operetur: & plærũq; ſiat vt pœnitens qui nondum ſatisfecerit ꝓ peccatis patratis, in maiori ſit gratia & perfectiori operetur charitate, quã qui ſingularia non habet pro quibus ſatisfaciat grauia peccata. Hæc dico ob nõnullorum puſillanimitatem, qui interdum dicũt: Ego nihil boni per dei poſſum gratiam operari quo merear, quia tot ſum obrutus peccatis veteribus, vt ſi quæ facio bona, cuncta tranſeant vixque ſufficiant ad ſatisfactionem peccatorum. Humilitas quidem toleranda eſſet horum qui ita ſentiunt: error tamen nihilominus etiam amouendus eſt, & credendum opus bonum pro peccatis, ſi peccata inuenit, ſatisfacere iuxta diuinam iuſtitiam, & idem opus ſimul præmio æterno à deo coronari iuxta diuinam clementiam, idq; diuerſo reſpectu, videlicet propter opus ſibi laborioſum aut pœnale, quod operãs operatur, & propter charitatem ex qua operatur, ſeu ad operãdum mouetur. Tranſeo hęc quia amplior eſt materia de eſſentiali & accidentali merito aut pręmio apud theologos: qui hic vult poteſt eruditionem petere huberiorem ex doctoribus ſuper libros Sententiarum. Mihi conſultiſſimum videtur pro peccatis ſuis quemuis debere Chriſti paſſionem ac merita offerre, ſua opera (quãuis quæcunque poſſit bona debeat vnuſquiſque indeſinenter operari) deſpicere, merito ac pręmio indigna æſtimare, ad ſolius dei gloriam non vt mercenarius, ſed vt filius operari bona, & ex ſola dei miſericordia à Chriſto regnum cœleſte expectare. Ad beatam Magdalenã reuertamur. Poſt quam conuertiſti me, inquit, egi pœnitentiam. Cõuerſa eſt à vita impia ad piam, ab iniquitate ad virtutem, à via dãnabili ad ſalutarem. Qualis ante conuerſionem fuerit Euangeliſta ſatis indicat, qui ſeptem dęmonibus eam, id eſt, (vt Gregorius dicit) cũctis vitijs plenam, aſſerit liberatam. Publica fuit peccatrix, non meretrix, ſed peccatrix, quę vnum (vt creditur) alterũve palam admiſerit amatorẽ. Quo impudicitię iuxta

Actu. 10

Ierem. 31

Mar. 16
Grego.

iuxta ac inuerecūdię ſuę exemplo multos ſcandalizabat, & laſciuis moribus ornatuque faſtuoſo, ad ſui concupiſcentiam non paucos illiciebat. Cæterum (vt dixi) credēda non eſt fuiſſe publica meretrix, ſed publica, id eſt, manifeſta peccatrix: de cuius virginitate, id eſt, vtrum corpore corrupta fuerit nec ne, diſputent alij, nobis hoc certum ſit, modo neq; gloriæ, neque eius quicquam demere ſanctitati, aut in eccleſia honori, quod peccatis olim captiua fuerit diaboli. Quę contrito tandem ſub pedibus hoſte, ad amplexus recepta venerit dei, cum nos quoque in ea nihil minus, ſed magis veneremur ſanctiſſimam pœnitentiam, quàm in nonnullis alijs iugem innocentiam. Vnde pariter liquet quàm nihil gaudio, q̄ nihil ſanctorum deroget honori, ꝙ non minus in cœlo iam manifeſta eorum praua ſunt opera, à quibus per gratiā dei ſunt erepti, q̄ bona pro quibus ſunt coronati: quādoquidem etiam nos in mūdo afficimur ſuauius quandoque ad eos ſanctos qui calcata carnis ſpurcitia, ſuperatiſque cunctis illecebris quibus olim ſubdebantur captiui, ad ardentiſſimum dei amorem creduntur euaſiſſe, quàm ad eos qui ſemper innocentiæ leguntur palmam tenuiſſe. Itaque beata Magdalena, quę ex ſe ipſa diabolo ſe mancipauerat famulam, & eius captiuitatem (ſicut piſcis hamum) vnde ſe redimere non potuit ſponte intrauerat, Chriſti miseratiōe (quod fatetur) educta eſt. Illuminata reſipuit, pœnituit, ad medicum & ſaluatorem cucurrit, & totā ſe ei in ſanctificationem & holocauſtum obtulit. Per quę peccauerat, per quę deum offenderat, per hæc eadem & Chriſto ſeruiebat. Ambulauerat frontoſa poſt concupiſcentias & deſideria ſua, acceſſit humilis ad pedes domini: & ne quicquam verecūdię deeſſet, ſtat retro ſecus pedes eius flens & tremens. Quæ oculis laſciuientibus ad peccata & alios ſæpe illexerat & ipſa illecta fuerat, nūc lachrymis eos affligit adeo exhuberantibus vt pedibus domini non modo maledicendis, verum lauandis etiam ſufficerent. Quę crinibus ad vanitatem & diaboli ſeruitium ſe extulerat, modo in domini miniſterium vtens, ad pedes eius tergendos ſe inclinat. Ore ſcurrilia impudicaque euomuerat, quo nunc ſuauiſſimos domini pedes amantiſſimo affectu lābit. Auribus maleſuauia, ſed peſtifera colloquia audiens, lethale animæ virus hauſerat, at nunc ad pedes domini auſcultās vitæ anthidotum pectore recondit. Nihil in ea manet otioſum, totam ſe reddit domino, quę totam ſe domino abſtraxerat. Ita nos fratres chariſſimi qui pœnitentiæ vitam aſſumpſimus, in pœnitentia feruētes ſimus. Non vacemus otio, non inutilibus colloquijs, nō infructuoſis operibus tempus amittamus. Precioſa tempora ſunt, quibus aut ingentia lucra poſſumus diligentia noſtra mercari, aut inertia perdere. Quicquid boni geſſimus, quicquid laudabile agimus, modicum ſit & vile in oculis noſtris: & quàm multa reprehenſibilia admittamus e regione conferamus. Deinde etiam penſemus ſi quæ bona operamur, quàm paruo feruore cuncta fiant, q̄ parum ſyncere, quàm parum integre, quā multis imperfectionibus vitiata, & quam multis defectibus ſint inquinata. Adeo vt merito non modo de peccatis noſtris, ſed etiam ex bonis noſtris dolorem atque lugendi materiam inueniamus: benignitate vero optimi & miſericordiſſimi Dei pacem & conſolationem. Huic attribuere, huic gratias agere, huic acceptum referre debemus quicquid boni agimus aut habemus. Qui ex peccatis ereptus eſt, domini miſericordia ereptus eſt, & qui à peccatis ſeruatus eſt, Domini miſericordia ſeruatus eſt. Igitur id domino non ſibi acceptum referat: ſe vero omnium quæ vel male egit, vel male acturus fuiſſet, ſi domini manu præſeruatus non fuiſſet, reum atque debitorem cognoſcat, vt iuxta Euāgelium hodiernum multum diligat, cū multa ſibi dimiſſa intelligit. Cui enim minus dimittitur (inquit dominus) minꝰ diligit. Non præferuntur hac ſententia peccatores pœnitentes innocentibus. Nec vt plus pecces neceſſarium eſt, quo Deo non deſit copia multum dimittendi. Hoc enim quidam putātes, quomodo, inquiūt, multa dimittuntur paucis delinquenti? Itaq; ſi minus diligit cui minus dimittitur: ne minus ego diligam nūquid nō neceſſe eſt vt multa admittā peccata, quę multa dimittantur? Vbi enim non multum peccatur, quō multum dimittitur? Vbi aūt nō multum dimittitur, etiā nō multum ſecundū Chriſti (vt apparēt) verba diligitur. Vt ergo plus diligā multum dimittatur: vt multum dimittatur, plus peccetur. Nequaq̄. Nō illi plus dimittitur qui plus peccauit, ſed q plus cognoſcit & dolet ſe debitorē.

Neq;

Margin notes: Eccli. 18; Lucæ 7; Lucæ 7; Lucæ 7

Neq; enim admiſſio, ſed cognitio atq; cõtritio peccatorum cauſa eſt veniæ. Quæ quanto fuerit grandior, tanto eſt etiam remiſſio maior. Itaque tantum tibi dimittitur quãti te cognoſcis debitorem. Noli timere quia grauia non admiſiſti peccata, parum cognoſcere poſſis, modicum debeas, modicũ tibi dimittatur, & modicũ inde diligas, cognoſce & ex animo dic te debitorem, non modo eorum quæ feciſti, verum omnium etiam malorum quæ facere potuiſti, quæ ne faceres, diuina protectione, diuina prouidẽtia prohibitus fuiſti. In quæ enim peccata quæ cæteri inciderũt non cecidiſſes & tu, ſi deus te non præſeruaſſet? Debes igitur deo, & vbi cadentem à peccatis iterum te erexit, & vbi caſurus eras ne caderes, præſeruauit. Vtraq; tam innocens, quàm pœnitẽs vita donum dei eſt. Vtrique gratiæ es debitor, et qua dimiſit patrata peccata dans veniam, & qua dimiſit patranda, præueniens ac præſeruans per gratiam. Quid autem intereſt, an præueniat an ſequatur te gratia ſaluans? Nobilius certe beneficium eſt innocẽtiæ ſemper ſeruatę, quàm reſtitutę. Sicut medicus ille nobilius te curauit qui cum malam incidere debuiſſes ex vitio tuo valetudinem, per artem ſuam ille à morbo te ſanũ præſeruauit, quàm qui poſtquam diutino languore confectus es, ſanitati reſtituit. Ita debes Deo non tam pro peccatis à quibus te liberauit, quàm à quibus te ſemper liberum præſeruauit. Quapropter omnium erga Deum conſtitue te debitorem, cognoſcendo, dolendo, gratias agẽdo, quia reuera extra Deum omnium es debitor. Da laudem & honorem Deo, qui reuera multa tibi dimiſit per gratiã iuſtificantẽt plura tibi dimiſit, idq; nobilius, per gratiam præſeruantem. Quæ omnia quãto clarius cognoueris, quantomagis pẽſaueris, quãto item cum plura tum maiora eſſe debita tua quæ tibi dimiſſa ſunt æſtimaueris ſiue admiſſa ſiue quantum in te fuit admittenda, & beneficium hoc & præſeruationis & reconciliationis, pluris duxeris, tanto etiam benefactorem hunc tuum, tanto dominum deum hũc tuum plus amabis. Cæterum ſuadeo innocenti ne ſuam innocentiam magni æſtimet, neve alterius lapſum contemnat, nulli denique ſe præferat. Suadeo pœnitenti, ne pœnitentię opera ſua velit metiri, nec æſtimare quod ſatiſfaciat. Cognoſcat ſe debitorem iuſtitię diuinæ, cui ſe imparem vt reddere poſſit ſentiat. Ad benefaciendum magis animo, moueatur Deo placẽdi, quàm pro peccatis ſatisfaciendi. Credat quidem deũ ſatisfactionem exigere, ſed ad ſatisfaciẽdum ſe impotẽte eſſe. Igitur Chriſtũ roget, ipſe ꝓ ſe ſuis meritis ſatisfaciat, ſeq; Chriſto in omne eius beneplacitum offerat, qui eſt amãdus & benedicendus in ſecula. Amen.

SERMO III. AMORIS erga Deum quinque conditiones.

Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multũ. Lucæ VII. Speculum hodie chariſſimi fratres oculis noſtris obijcit Euangelica lectio, verę pœnitentiæ in ſe continens imaginem, Mariam ſcilicet Magdalenam, ex ęthiopiſſa in candidiſſimam, ex cornice in columbam, ex procaci in verecundam, ex ſuperba in humilem, ex lubrica in caſtiſſimam, ex filia diaboli in dei filiam, in dei amicam, in dei ſponſam electiſſimam ſubito conuerſam & (vt ſimul omnia dicã) ex luto & carcere mortalis vitę ad cœleſtis regni ſolium tranſlatam. Huius autem tã celeris tamq; felicis mutatiõis cauſa, fuit cõuerſio amoroſa ad Chriſtum, nõ quaſi ad pium hominem tantum, ſed etiam clemẽtiſſimum deum. Vnde factum eſt vt dolore confeſtim vehemẽtiſſimo cor eius ſcinderetur, quo ſimul omnia quæ ante geſſerat mala, lugens deteſtabatur. Accederet etiam ſtudium infatigabile placandi (quãtopere poſſet) quem cõtempſerat optimũ, deniq; et deuotione huberrima tota liquefieret, ſatagens illi quem offenderat commẽdare ſeſe atq; acceptam reddere, flendo, obſequendo, oſculis demulcẽdo, & cætera id genus exhibendo, quibus pectoris ſui feruorẽ ardentius excitaret, & futuræ probitatis ac fidelitatis erga Chriſtum indicia clariora oſtenderet. Nec id fruſtra: quãdoquidem effecit vt ex peccatrice deſpicabili familiariſſima Chriſti diſcipula fieret, omnifariaq; ſanctitatis gratia tam excellenter quàm ſingulariter ornata, in exemplum non ſolum pœnitentibus, verumetiam iuſtiſſimis quibuſque velut ſydus ante lucanum conſtitueretur. Nos igitur quoniam omnes ad hanc ſcolam conuolauimus, oẽs ad pœnitentiã accincti ſumus, cõuenit ſecundũ hoc exẽplar quantulacũq;

im itati-

imitatione transformari. Quia vero non
modo in pœnitentia, ſed in omni etiam e-
ius vita dei amor ſingulariter emicat, cæ-
tera nihilominus virtutum ac meritorū
genera in ſe colligens, non ab re videre-
tur (ſi poſſem nonnullas dicere amoris cō
ditiones quas in beata Magdalena, in prō
ptu ſit inueniri, & nos non dedeceat imi-
tari. Prima itaque conditio amoris, eſt te-
neritudo. Quæ nihil aliud eſt quàm mol
licies quędam animi & affectus dulcior at
que profuſior: quo cito cor amantis, bene
uolentia ſoluitur in dilectum. Inde teneri
dicuntur amatores qui omnia eius quem
diligunt, ſiue compatiendo, ſiue gratulan
do, & aduerſa & proſpera perinde ac pro-
pria ſentiunt. Hæc amoris teneritudo ne
Chriſto quidem defuit, cum ſemper, ta-
men præcipue in vltima cœna, quando lo
tis diſcipulorum pedibus, ipſiſque corpo-
Iohan.13 re & ſanguine ſuo cibatis, præ nimia amo
ris teneritudine ſe continere non valens,
longiſſimum pariter ac dulciſſimum te-
xuit ſermonem, quo ſuos quos in mundo
Iohan.15 habebat chariſſimos, nunc quidem ami-
Iohan.13 cos nunc vero filiolos appellabat, nūc ne
Iohan.14 orphanos timerent ſe futuros, ſuum ad il
Iohan.16 los reditum, nunc vero ipſorum ab hoc
mundo gaudio plenum abſceſſum, alia-
que multa conſolatione plena promitte-
bat. Taceo autem aliorum ſanctorum te-
neritudinem amoris, qui in irrationabili-
bus quoq; creaturis, deum contemplātes,
tanto liquefiebant amore, vt abſq; mole-
ſtia animi ferre non poſſent, ſi vel vni, pu-
ta ouiculę, aut vermiculo, aut alteri cuiuis
creaturæ triſte aliquid occurriſſet. De bea
ta Magdalena nobis in præſentia dunta-
xat ſit ſermo, quæ non tantum muliebrē
aut naturalem, ſed etiam virtuoſam, amo-
roſam, ac cordis liquefactiuam habuit te-
Iohan.19 neritudinem, compuncta lachrymis; dele-
Mar.16 ctata pedum Chriſti oſculis, aſſiſtens cru-
Iohan.20 ci viris apoſtolicis fugientibus, rediens ad
eundem ſepultum mane cæteris dormiē-
tibus, perſeuerans ibidem, alijs mulierib9
recedentibus, ſemper feruida, nunq̄ nō de
uota. Commendatur itaque hic amoroſa
pietas, et tener affectus, vt eſt quorundam
qui facile omnibus non rogati charitatis
affectum expandunt, benefaciendi impen
dunt ſtudium, & quaſi omnium eſſent de
bitores alienis oneribus (quantum licet
humeros ſupponunt. Laudabilis plane af
fectus miſericordiæ compatientis, ſi tamē
hoc diſcrete, prudenter, ſimpliciq; intenti
one in Deum directus fuerit. Sola namque
naturalia nō faciunt ſanctum. Reprehen-
ditur etiam aliorum duritia, qui alienæ ca
lamitatis (niſi fortaſſe peculiariter familia
rium) increduli, non miſerentur ſuper cō
tritione Ioſeph. Verum, ijs relictis ſecun-
dam amoris conditionem attingam, quæ
eſt latitudo. Neque enim abſque ratione,
Deo dicitur per prophetam de præcepto
dilectionis: Latum mandatum tuum ni- Pſal.118
mis. Latitudo dilectionis eſt, ſi nō ſolum
ad amicos, verum ad inimicos etiam, imo
ad vniuerſas creaturas, beneuolentiæ ſinū
extendas. Conſiderandum tamen, amorē
ad creaturas quędam eſſe vitioſum, à deo
retrahentem, quando creatura propter ſe
duntaxat, hoc eſt, propter aliquid, quod
ſecum adfert commodi, ſolatijve tempo-
ralis diligitur. Verum de hoc amore mo-
do non loquor. Nihil enim diuino opitu-
latur amori, quin magis aduerſatur. Eſt a-
li9 amor purus, ſanctus, q̄ creatura diligi
tur non impediens, ſed dilatans Dei amo-
rem, dū in creatura aliquid inuenitur, cu-
ius contemplatione proficit mens homi-
nis in cognitionem ſeu dilectionem Dei.
Hoc amore dilatati ſancti dei omnes, in
omni homine Chriſtum, in omni creatu-
ra venerantur creatorē. Hoc mō quia non
propter ſe creatura diligitur fit, vt non ali
ud in ea quàm deus ametur. Quod idem
teſtatur beatus Bernardus: Quicqd, inqui Bernar.
ens, propter aliud amare videaris, id pla-
ne amas, quo amoris finis protenditur, nō
per quod tendit. Cum itaq; B. Magdalena
Maria licet moleſtata ſæpius nuſquam au
diatur hominibus indignari, quid aliud q̄
dilectionis eius affectum dilatatum ad o-
mnes intelligimus: Iudicatur à phariſæo, Lucæ 7.10
accuſatur à ſorore, arguitur à diſcipulis, Mat.26
atque horum nihil iuſte. Maria tamē ſem
per tacet: nec reſpondet exprobrantibus Pſal.118
ſibi verbum. Quare? Quia charitas pati- 1.Cor.13
ens eſt, benigna eſt, Charitas omnia ſuf-
fert. Charitas omnia ſuſtinet. Certe ſi nos
pro tam ſanctis operibus, quiſpiam forte
argueret. Num taceremus? Nota eſt vni-
cuique infirmitas ſua. Ad Magdalenam
redeo: Nonne ipſa eſt quæ palam in fideli
bus, quamuis mulier legitur prædicaſſe?
Quid ſuperauit in ea verecundiam huic ſe
xui cognatam, vt quaſi fœminam ſe neſci-
ens virū apoſtolicū exhiberet? Profecto
charitatis latitudo. Progrediamur hinc
ad

ad tertiam(qua fouetur amor)conditio-
nem.Hęc ſi vultis vt vno explicem verbo,
vocatur charitas.Si multis: Eſt magni ęſti
matio rei dilectę, pro qua adipiſcēda,ob-
tinendave:vtpote chara atq; precioſa, ni-
Lucę 10 hil laborioſum, nil æſtimatur durum:cæ-
tera omnia vilia ducuntur, cuncta liben-
ter deſeruntur. Ne hoc vnum deſit quod
ſolum eſt neceſſariū, quo dilecto fruatur,
vtque dilecto placeat amans. Quod autē
nihil propterea ſit in amore difficile, diu9
Bernar. Bernardus teſtatur,dicens: Fateor,non ſu
Matt.20 ſtinui pondus diei & æſtus,ſed iugum ſu-
Mat.11. aue,& onus leue pro beneplacito patris fa
milias porto. Opus meū vix vnius horæ,
Auguſt. etſi plus, præ amore non ſentio. Auguſti-
nus quoque amore plenus: In eo, inquit,
quod amatur,aut non laboratur, aut eti-
am labor amatur. Arguitur hic multorū
tepidus amor erga Deum, aut nullus aut
exiguus, vt vix modico velint ipſum cō-
parare, haud ſecus Deum, ac mancipium
vile taxantes. Atque licet & modico & ni
hilo ematur Deus à bona voluntate, ipſi
tamen precium (quocunque illis offera-
tur Deus)minuere conantur, cauſantes q̃
petuntur omnia grauia, importabilia ni-
mia. Eiuſmodi, vt Guilielmus Pariſienſis
Guilielm. Pariſienſis dicit,ſi promitteretur deus cum regno ſuo
pro obſeruatiōe ordinis Carthuſienſis ac
ſi nimis care exponeretur,aut preciȷ nimi-
um exigeretur, reſponderent ſe non tan-
ti,ſed minoris velle comparare. Vix certe
vnus e multis reperitur qui non precio vi
liori,quàm exigitur,deū velit emere, hoc
eſt,qui non minus velit pati,minus ſemet-
ipſum abnegare,quàm iubetur,plus carni
indulgere, quàm à deo admittitur, tanq̃
precio quocunque minor ſit deus,aut pe-
riculum ſit ne tanti fortaſſe nō valeat. At
que vnde hoc,niſi quia vilem ęſtimant,cu
ius digna ſatis nūquam eſt æſtimatio? Et
Pſal.33 hoc quidem illi qui non guſtauerunt,quā
bonus & ſuauis eſt dominus: quando in-
terim nobis itidem laborioſum eſt,ac dif-
ficile cenſetur,pro deo habendo relinque
re creaturas.Relinquere dico, non vt nul-
lius habeam9 vſum, ſed vt nulli hæream9
per affectum. Sentiunt hoc qui illuc cona
tum ſuum transferunt,q̃ facile ſit,quàmq;
mallent(ſi liceret)creaturaꝝ vſum in com
pluribus prorſus omnem ſibi interdicere
quàm temperantiæ ſcopum attingere,aut
vtendo creaturis nihil hęrere. Animaduer
te hic, quantum dilexerit, quàm charum
quàmq; precioſum habuerit, quanti deni-
que æſtimauerit dominum ſuū beata Ma
ria Magdalena, pro cuius amore relictis
omnibus, non dico tantum amatoribus,
illecebris, amoribuſque mundanis, non
tantum faſcibus,vanitatibus,pompis, glo
riaq; ſeculi, nec ſolum diuitȷs & cæteris
quę ſuperfluunt,ſed cibo etiam ac potu,cō
ſuetudine quoq; humana,naturę deſidera
tiſſima,vaſtam ſolitudinem,arctum ſpecū
eidem ſoli vacans incoluit.Sequitur quar-
ta amoris conditio, quæ dicitur immenſi-
tas, (intellige) affectus ad anteriora ſem-
per ſe extendentis. Hæc facit, ne quis
menſuram ſibi terminumve ſtatuat profi
ciendi quo velit quieſcere, quādoquidem Pſal.118
propterea mādata ſua iuſſit deus cuſtodi-
ri nimis,vt quantumlibet ꝑfecerimus,ſco
pum non attingamus pręfixum, ſpaciūq;
ſemper ſuperſit in anteriora nos extendē-
di.Quod cū in omnibus, tamen præcipue
in charitate locum habet:de qua pręceptū
habemus omnem noſtram facultatem ex Mat.22
cedens,nec vnq̃ in hac vita (ſi verborum Mar.12
vim pēſare voluerimus, vt ſcilicet ex toto Lucæ 10
corde,ex tota anima,ex tota virtute, ex to
ta mente,ex totis viribus diligamus deū)
impletu poſſibile. Atq; hoc ideo vult do
minus, vt ad præcepti huius licet ſemper
diſtantis, apprehendendum ſcopum, ſu-
mus feruētes, quem dum nunquam attin
gimus. (Semper enim nobis reſtat locus
ad anteriora nos extendendi) ſimus hu-
miles,neq; tamen propter pręcepti implē
di impoſſibilitatem(quamdiu proficiendi
conatus non abȷcitur) iudicabimur tranſ
greſſores.Eſt ergo immēſitas,hoc eſt,ter-
minus nullus amoris,propterea in infini-
tum poſſit excreſcere,(intellige quantum
eſt ex parte ſui,id eſt,amoris vel charitatis
quę nunq̃ tanta eſt,quin poſſit eſſe maior,
non ex parte amātis cuius omnis actio fi-
nem & limitem habet). Teſtatur hoc idē
beatus Bernardus, dicēs: In dilectione dei Bernar.
non alia ratio,nō alia diſcretio, ſed niſi vt
ſicut ille cum dilexiſſet nos,in finem dile- Iohan.13
xit,ſic ſi fieri poteſt, nos in infinitum dili-
gamus eum,ſicut ſcriptum eſt: Beatus vir Pſal.111
qui in mādatis eius cupit nimis. Sed cum
nullum finem vel terminum habere debe-
at deuotio amantis,tamen terminos ſuos
& fines, vel regulas habere debet actio o-
perātis.Hæc ille. Quocirca conſiderandū,
operationes & exercitia amoris non ſolū
non eſſe infinita,ſed etiā poſſe fieri nimia,
& pro-

& propterea vitioſa. Veruntamen affectũ deſideria amandi in infinitum, & ſine mẽſura & poſſumus & debemus habere. Et hoc eſt quod dominus ad S. Catharinam dicit Senenſem: Deſiderium veſtrum extẽditur in infinitum, quoniam alias minime valeret aliqua virtus, mihi ſeruiens, ſolum modo cum aliqua re finita. Nam ego qui ſum deus veſter infinit9, à vobis volo mihi ſeruiri cũ re infinita. Vos vero nihil habetis infinitum niſi deſideriũ & affectum animarum veſtrarum. Quinta conditio, amoris eſt ſtultitia ſeu dementia ſeculi. Sapientia mundi ſeu prudentia carnis quid ſit, norunt qui ea q̃ mundi ſunt, ambiunt.
1.Cor.3 Ipſa eſt de qua Apoſtolus dicit: Sapientia mundi ſtultitia eſt apud deum: queadmodum econtrario, ſapientia quæ de ſurſum eſt (qua fulgent ante deũ qui eius flagrant àmore) ſtultitia iudicatur à mundo. Quis non videat ijs præſertim temporibus, quomodo apud eos qui mundana ſapiũt ſtulti, & inſani iudicentur, qui voluptatibus
1.Petri 3 renunciant, qui carnem macerant, qui honores faſtidiunt, qui pro maledicto maledictum non referunt, qui de iniurijs lætantur, qui proprijs facultatibus ſe nudant, & cætera eiuſmodi agentes, (quæ ſapientiſſimus dei amor docet) laudem quidẽ habentia apud deum, apud filios vero ſeculi ignominiam? Veruntamen non debẽt huiuſmodi prudentiſſimi ſtulti mundanorũ iudicia aduertere, aut ſuam deſerere ſapiẽtiam: quandoquidem Chriſtus quoq; vel quia prædicationi & doctrinæ adeo intẽtus erat, vt cibum negligeret, vel quia ſub
Bernar. limia loquebatur, quæ ſui non capiebant: quippe cũ amoris lingua, teſte beato Bernardo, non amantibus, ſit barbara, inſan9
Mar.3 putabatur. Exierunt, inquit Marcus, ſui tenere illum, dicebant enim. Quoniam in furorem verſus eſt. Adde quod Petrus humanam tantum adhuc prudentiam edoctus cum audiſſet domini exceſſum, quod gentibus paulopoſt idem eſſet tradẽdus, flagellandus atq; crucifigendus, quaſi domino ſapientiorem ſe conſtituens, conſilium eius arguit dicens: Abſit à te domine,
Mat.16. non erit tibi hoc. Beata inſuper Catharina Senenſis amorem dei erga humanum genus contemplata, pio quodam auſu familiaritatis alloquens eũdem dixit philocaptũ & præ amore quaſi infatuatum. Atque revera conſideranti quanta humano generi contulerit deus, quanta pro eo fecerit, quàm multa ſuſtinuerit, quanta ignouerit, quanta tandem quotidie diſſimulet, pro malis bona rependens, non mirum videbitur ſi humano more loquendo, philocaptus aut fatuus (quippe qui viliſſimos ac putridos ſacculos gratis amans tanti fecerit) dicatur. Certe ſi deus, vt dictis Guili- Guilielm. Pariſienſis elmi Pariſienſis alludam, in conuẽtu propoſuiſſet omnium angelorum, dicens: In terris fornicariam quandam amo omni libidini proſtitutam, nulla turpitudine nõ inquinatam, cui nulla meretrix alia, tum fœditate tum vilitate poteſt æquari: hanc ducturus vxorem, ſtatui reginam & parẽ mihi efficere, ipſam vſqueadeo amans, vt pro latrocinijs & impudicitijs eius eluendis, mihi cordi ſit crucis affigi patibulo. Si inquam, angelis hæc proponeret, nec ſalutiferæ huius ſtultitiæ ſapientiam profundiſſimam ac inueſtigabilem eiſdem reuelaret, nonne ſtultiſſimum atq; inſanum reputarent? Nonne Petro ſimilia reſponde- Matt.16 rent? Abſit à te dñe non erit tibi hoc? Eſt ergo in amore (vt dixi) diuino ſancta ſtultitia quæ priuata commoda, q̃ carnis voluptates, quæ reliqua id genus quoq; alia, q̃ mundus laborioſiſſime ac periculoſiſſime q̃rit, ꝓpter deũ contẽnat ac ꝓrſus nihili faciat, ęrumnis ac calamitatibus ſe ꝓ dilecto exponens gaudeat, ac ſolo tandẽ amore ebria, nil diſcutiẽs crebro, impoſſibilia præſumat. Teſtatur hoc beatus Hieronymus Hieron. dicens: Amor ignorat iudicium, ratione multoties caret, neſcit modum, nec aliud cogitare poteſt quã quod diligit. Amor non accipit de impoſſibilitate ſolatium, neque ex difficultate remedium. Volebã hic dixiſſe quomodo non modo ſecundum ſeculi, ſed etiam apoſtolorum iudiciũ ſtulta fuerit beata Maria Magdalena vnguenta & aromata perdens: quomodo etiã circa ſepultum, & vt putabat ablatum dominum impoſſibilia, vtpote fragilis, delicata, mœrore deniq; & inedia confecta mulier præſumpſerit, niſi vererer ne longius forſan quàm placuit vobis cucurrerit oratio. Proinde ſermoni finem imponentes optemus omnes, vt quem commẽdamus amorem faciat nos deus magis experiri quàm loqui, per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

SERMO IIII. DVODECIM in beata Maria Magdalena reperiũtur cuius feliciter pœnitenti imitãda.

FEcit Deꝰ duo luminaria magna. Luminare maius vt præeſſet diei, & luminare minus vt præeſſet nocti. Geneſis. I. Duas chariſſimi fratres conſtat (vt ita dicam) eſſe Marias: quibus, ſiue ad nominis interpretationem, ſiue ad vitę ſeriem ſpectemus, non abſurdum videbitur, hæc thematis verba tribuiſſe. Ipſas nanque Deus in ſexu fœmineo nobis cõſtituit, haud aliter atque duo luminaria, aut duas bene viuendi normas: videlicet Mariam Ieſu matrem, & Mariã Magdalenam. Innocentem vnam, pœnitentem alteram, quarum illa exemplo ſuo prǽſit diei, hoc eſt, iuſtis: hęc nocti. i. pœnitentibus ſeu peccatoribus cõuerſis. Siquidẽ puriſſima illa virgo vt omnibus eſt innocentiæ ſpeculum, ita hæc Maria Magdalena nobis data eſt pœnitentiæ in exemplum. Cuius hodie quoniam feſtiua non minus pœnitentiæ quàm gloriæ recolitur memoria, & nos quoque veluti eiuſdem imitatores, quia pœnitentium ſumus in ordine conſtituti, nouis pœnitentibus, id eſt, nouitijs, ſermonem facturus, operæprecium duxi nonnulla recenſere, quæ veri pœnitẽti, hoc eſt, bono conueniant monacho, eadem omnia in ſancta hac pœnitente nobis pariter ex Euangelio commendata.

Primum itaque omnium eſt, congruum pœnitentiæ locum deligere. Quod quàm neceſſarium ſit, vel inde liquet, quod loci opportunitas perinde vt fuit ruinę, ita plęrunque etiam fit occaſio correctioris vitę. Accedit quod hac tempeſtate centum ante vltro ſe offerant qui abducere, quàm vnus reperiatur qui Chriſto lucrare animam velit. Ad tutiora igitur loca confugiendum eſt. Hoc fecit beatiſſima Magdalena, [Lucæ 7] domum Simonis, quæ tum intra ſe Chriſtum continebat, expetẽs. Credebat enim, nec ſua eam fefellit opinio, hunc omnium vbi peccata ſua plangeret locum maxime ſibi conuenire. Ibi ad Chriſtum accedens ab illo ſeparari noluit: ipſum ſecuta eſt, & quantiſper potuit eius conſuetudine vtebatur. Quo cœlos petente, ipſa quoque non diu morata, mundum deſeruit, & ſine Chriſto mundum nihili ducens hominumque frequentia pertęſa, vaſtam ſeſe in eremum abdidit, vbi ſoli viueret deo. Nihil hic opus eſt fratres chariſſimi vt moneam vos pœnitentiæ locũ quęrere, quem ſortiti eſtis, quo nõ poſſetis accepiſſe meliorem. At vnum hoc hortor, ſicut corpore ita mẽte huic loco ſimus addicti. Semel ſeculi cõtemptores effecti, nõ iterũ illius expetamus ambitum. [Nume. 11] Deſerti ſqualore ſemel electo, non denuo ad Aegypti ſuſpiremus delicias. Quod quæſiuimus, quod elegimus propter quod venimus, & vt ſimul omnia dicam, quod iam cœpimus non ſegniter, ſed feruenter perficiamus. Secundum, quod in ordine iã ſequitur, vt mala admiſſa defleamus: cuius B. Magdalena exemplum nobis prębuit, q̃ ſuis pro delictis tãto cordis ſcindebatur dolore, vt lachrymarum immodicum imbrem [Lucæ 7] dñi pedibus infunderet. Quos dum lachrymis lauit, prioris vitæ ſuę vniuerſas eluit ſordes. Sic nos quoq; domum pœnitentię ingreſſi lugere debemus peccata & propria & aliena, quod licet omnibus, & omni tempore, pręcipue tamen nouicijs, & primo conuerſionis tempore eſt agendum, vt iuxta Ieremię prophetę monita. [Ierem. 6] Luctum vnigeniti ſibi faciant, planctum amarum. Quę vnigenitũ luget mater, dolore maiori cruciatur: quippe cum non habeat ſuperſtitem alium in quo cõſoletur. Maximus igitur qui pœnitenti inducitur luctus eſſe debet, dum luctui matris vnigenitum plangẽtis ſimilis imperatur. Atq; pœnitenti maior hic cauſa eſt lugẽdi quã matri, quandoquidem ille animam, hæc corpus plangit emortuum. Adde, quod ille mortem propriã, hęc alienam. Sed dicet fortaſſe quis: Nullis obnoxius ſum ſceleribus, grauioribus delictis non offendi deũ, quid igitur plãgam? Profecto haudquaq̃ lachrymis abſtinendum reor, tametſi peccata nõ habeas grauia. Quid ſi propterea ſint grauia, qd tu putes leuiora? Certe nunquam nõ grauiter delinquitur, quoties in deũ peccatur. Nõ inficior, peccata inter ſe vel maximo diſtare gradu. Sed illud magis cauendum, ne peccatũ quodvis ſeu leue contemnendo, dum non plangitur, nõ remittatur. Atq perpaucis donatum eſt, lethalia non cõmiſiſſe. Porro ſi cui hoc datum eſt, ſic gaudeat, vt nihiloſeciꝰ lugeat, ꝙ itidẽ is eſt, qui cõmiſiſſet, niſi diuina fuiſſet gratia aut præſeruatus, aut remotus. Quotidie, niſi omnino talpeus ſis, huius rei intra temetipſum periculum facere potes, ſi rimari velis internos animi tui motus & affectus. Inuenies profecto quæ ad caſum pręcipitẽ te dediſſent, aut olim datura ſint, ſi immẽſa te dei miſericordia nõ con-

cõtinuerit. Nequaꝗ̃ igitur tibi deſunt peccata, tum prçterita tum hoc pene ipſo momento naſcentia. Aſſunt vitia. Adeſt denique velut languor quidam & interioris hominis deſtituta nimium habitudo. Et quis ſingula receſeat quæ cumulatim præbent flendi materiam? Itaq; cum id genus multa nobis inſunt ploranda, tertium neceſſarium eſt pœnitenti, ſeu monacho bono, verecũdia. De qua Bernardus: Neſcio, inquit, ſi quicquam gratius verecundia in moribus deprehendi queat. Verecundia eſt omnium ornatus ætatum: ſed in tenera ætate amplius pulchriuſque eniteſcit. Et iterum: Quantum diſplicet deo impudentia peccatoris, tantum pœnitentis verecundia placet. Huius legimus exemplũ in beata Magdalena, quç retro poſt dominum ſtetit. Neq; enim oculis eius audebat ſe ingerere, adeo erat vilis in oculis proprijs. Conſiderandum vero verecundiam quandam eſſe ſuperbiæ filiam, hic nequaꝗ̃ laudatã, qua erubeſcit qs de paupertate, de ignobilitate, de cæteris naturalibus (quæ ſine peccato ſineq; ſcandalo eueniunt) defectibus, atq; adeo de ipſis plærunq; virtutum exercitijs. Hanc verecundiam vera non habet pœnitentia. At fortaſſe dicit qſpiam: De quibus ergo eſt erubeſcendum? Vereor, ſi dicam, ne cui ſtomachus moueatur, & me pungere velle exiſtimet, eam ob rem verbis vtar non proprijs, ſed diui Bonauen. q ea de re ſcribens cõplura enumerãdo, de qbus erubeſcere intra nos debemus: Signũ, inquit, ſuperbiæ videtur eſſe, nimis erubeſcere de illis defectibus q̃s natura indidit, vt de deformitate corporis vel ruditate vocis & ſimilibus. De vilitate autem veſtis vel humilibus obſequijs erubeſcere, in paupere religioſo grauis ſuperbia eſt. Vitium vel ſcandalum erubeſce vnde vel deus offenditur, vel aliquis ſcandalizatur. Apud teipſum erubeſce de peccatis tuis, de torpore in ſeruitio dei, de negligentia bonorum quæ poſſes facere, & deberes. Quod tẽpus defluit, & profectus virtutum non creſcit: de hypocriſi. Quod foris vis putari melior quàm intus te inuenias. Quod vitia tua occultas, non timore nocumenti alterius, ſed timore diſplicendi & ne vilipendaris. Quod per bona quç oſtendis vis videri & placere hominibus, vt ex his ſuſpicẽtur te multo plura & maiora in occulto habere, ex quo talia foris prodeunt quaſi te dolente. Quod vix aliquem adeo familiarem habeas vnanimẽ, quem velles te in omnibus agnoſcere ſicut teipſum agnoſcis: quod etiam fit in cõfeſſione quandoque, etſi non audes peccata tua ſupprimere quin ipſa accuſes, tamẽ in illis in qbus te magis diſplicere times, ita ordinas verba præmittendo, ſubiungendo, colorando, vt minus appareant verecũda: vel ſi forte plus nude profers, gloriaris & vis apud confeſſorẽ inde ſanctus notari, qui tã humilis ſis vt te magis quã neceſſe ſit ſtudeas confundere confitendo. Quod cum tentationibus vitiorum, maxime carnalium ita deſidioſe pugnas, vt ſolo timore periculi vel confeſſionis pudore eas repellas, & quantum audes in affectu carnis arrideas, ſolo conſenſu operis & moroſæ delectationis excluſo. Et in hoc apparet maior peruerſitas, quod cum facile quandoque poſſes huiuſmodi tentationes quaſi muſcas immundas abigere, ex negligẽtia eas permittas creſcere, & caleſcere, & conualeſcere, donec confortatç iam periculoſiores fiunt, & difficilius vincuntur, & conſcientiam ſæpius pulſando confundunt. Quod ita deſidioſus ad ea q̃ dei ſunt & ad virtutes, vel quæ ad deuotionis ſtudium pertinent, vt pudor humanꝰ plura ex his magis à te extorqueat, quàm amor diuinus. Quod ita es ingratꝰ dei beneficijs, vt non ſolum debitas nõ agas gratias pro perceptis, ſed etiam gratiam oblatam & paratam in vacuum recipias, & negligas vtiliora ad quæ tunc ſentis tibi arridere gratiam, & occupes te vanioribus ſtudijs, quaſi qui texit araneарũ telas quæ non proderũt ad veſtimẽta ſalutis. Quod illa ad quæ teneris facienda, ſicut ſunt horæ canonicæ & ſimilia, ita negligenter & deſidioſe perſoluis, vt non tam meritum inde ſperes, quàm ſupplicium inde expectes: quia etſi verba ore vtcunq; proferas, corde tamen tam vagus es, & affectu frigidus, quod nec ſenſum orationis percipis, nec deuotionis affectum, & de ipſis verbis plurima defluunt accelerando: & vtinam non multa tranſilias omittẽdo, dum non attendas, ſi dixeris vel non dixeris, niſi forte ex cõiectura alicuius verbi, quaſi ex caudæ apprehenſione reputes te dixiſſe. Deus autem etſi patienter diſſimulat intendere noſtras negligentias, tamen nõ minus odit eas, ſed integre dinumerat, diſtricte diiudicat, ſæuere puniet, niſi nos præueniamus faciem eius in humili confeſſione, in

Bernar.

Lucæ 7

Bonauen.

2. Cor. 6

forti ſatisfactione & in ſerioſa emendatio-
ne. Quod ad omnia quæ ad corporis cu-
ram vel commodum ſpectant ſtudioſiſſi-
mus es: quæ vero ad ſpiritus profectũ vel
ad ſupernæ charitatis exhibitionẽ, vel ad
prælati obedientiam, vel ad carnis caſtiga
tionem ſpectant deſes es. Quod etiam hos
& ſimiles plures in te aduertens defectus
non terreris, non compungeris, non diſcu
tis, nõ corrigis quaſi deus aliter tecum a-
cturus ſit, q̃ cũ omnibus alijs, vt mala tua
incorrecta non puniat, & bona neglecta
remuneret. Pro his & ſimilibus erubeſce
apud te, & ab alijs ea in te dijudicari & re-
prehendi non mireris, nec indigneris, ſed
verecunderis ſemper. Hactenus deuotiſſi-
mus pater ille Bonauentura. Quibus ap-
poſite, quartum quod pœnitentem exor-
net nunc iungitur humilitas. Quæ enĩ pœ
nitentia ſine humilitate? Humilis quippe
Bernar. (vt verbis vtar Bernardi) & verecunda de
bet eſſe ſatisfactio, qua emendatur ſuper-
ba tranſgreſſio. Eſt humilitas quædam in
cognitione qua quis veriſſima ſui cogniti
one ſibiipſi vileſcit. Hęc etſi pœnitentẽ nõ
mediocriter exornet, longe tñ nobiliſſima
inter omnes virtutes iuſtos atq; ipſos pſe
Idem ctos venuſtat. Siquidem teſte Bernar. Ma
gna & rara virtus eſt, vt magna licet ope-
rantem magnum te neſcias, & manifeſta-
tionibus tuam te ſolũ latere ſanctitatem.
Mirabilem te apparere & cõtemptibilem
reputare hoc ego ipſis virtutibus mirabi-
lius iudicio. Eſt vero altera humilitas in af
Idem fectione, de qua Bernar. loquẽs. Verus, in-
quit, humilis vilis vult reputari, nõ humi-
lis prædicari: gaudet contemptu ſui, hoc
ſolo plane ſuperbus quia laudes contem-
nit. Humilitatis exemplum pbuit Maria
Lucæ 10 Magdalena. q̃ Chriſti neq; commendatio
ne neq; familiaritate elata ad dñi ſe pedes
ſemper continuit. Quintũ q̃d cõgruit pœ-
nitenti eſt patientia. Abſtinẽtiam, diſcipli
nam & quævis alia caſtigationum genera
ſuopte conſilio aſſumpta perpeti, haud eſt
difficile. At ab alijs irrogatam ſibi contu-
meliã ęquanimiter ferre, alieno arceri im-
perio, aliena q̃ nolis moleſtia onerari, hoc
patientiæ & virtutis opus eſt, tanto plus
habens meriti, quãto laboris. Huius habe
Lucæ 7 mus exemplum in beatiſſima Magdalena
Lucæ 10 q̃ Phariſæi indignationem, ſororis accuſa
Mat. 26 tionem, atq; adeo apoſtolorum murmura
Mar. 14 tionem (vt cæteras interim quibus hęc vi
ta plena eſt moleſtias taceam) patientiſſi-

me tulit. Sexto, verum pœnitentem decet
colere quietem. Quietẽ dico non inertiã,
non ignauiam, non deſidiam, ſed otiũ ſan
ctum. Eſt enĩ quies quædam, ad quã per
uenire nõ exigui eſt negocij. Eſt quies cor
dis videlicet ab occupationibus circa crea
turas animo feriatum eſſe, à diſtractioni-
bus mentis deo vacare, imperturbatum
deo ſabbatum agere. Huic quieti permul-
tum confert nogocijs ſimiliter exteriori-
bus quatenus cum obedientia, tum chari
tas admittit ſeſe abdicare, nulli rei niſi ſpi-
ritualis profectus nonnihil adferat ani-
mum dare. Siquidem qui rei cuilibet ani-
mum vult ſuum implicare, tumultus etiã
varios, perturbationes atq; diſtractiones
cordis ferat, neceſſe eſt. Primũ, inquit Se- Seneca
neca, argumentum mentis compoſitæ eſt
poſſe & conſiſtere & morari ſecum. Maria
Magdalena hic quoq; ſuo nõ deeſt nobis Lucæ 10
exemplo. Sediſſe enim ad pedes domini et
contemplationi adeo perhibetur vacaſſe,
vt à ſorore quoq; accuſaretur. Septimum
eſt ſilentiũ amare. Nam ſi lingua, teſte a- Iacobi 3
poſtolo Iacobo, ignis eſt, & vniuerſitas ini
q̃tatis, quæ maculat totũ corpus, & inflã-
mat rotam natiuitatis noſtræ inflamma-
ta à gehenna, inquietum malum plenum Iacobi 1
veneno mortifero, & ſi eius q linguam nõ
refrẹnat vana ex religio. Quod frænum q̃
ſo vtilius poſſit pœnitens, præſertim no-
uus, ſuæ inferre linguæ atque ſilentium?
Beatam Magdalenam cum dominus ſilẽ-
tij cerneret cultricem, adeo vt ne accuſato
ribus quidem reſponderet, non paſſus eſt
illam ſilendo famæ iacturam facere, ſed re
ſpondit ipſe pro ea exprobrantibus illi ver Pſal. 118
bum, & probro exemit omni. Silentij tum
laudem, tum vtilitatem non minus expe-
rientia quàm lectione norunt qui huius
ſunt obſeruatores. Octauum, ſi loquendũ
fuerit vtilitatem ſermonis breuitate exor
nare. Mariam Magdalenam vbicunq; in
Euangelio legimus locutam, aut cũ Chri
ſto, aut de Chriſto ſermonem, & hũc bre-
uem, habuit. Nonum eſt, obedientiæ prõ
ptitudo. Magdalena etiam inde commen
datur, vbi vocata per ſororem dicentem: Iohan. 11
Magiſter adeſt & vocat te, confeſtim vt
audiuit ſurrexit, & occurrit. In quo vno
oſtendit quàm in cæteris ad obedientiam
deuota fuerit. Vtinam ſic noſtra foret obe
diẽtia, & integra & velox. Hodie permul-
tum commendatur qui vel longa perſua-
ſione inductus tandem acquieſcit. Nam e-
orum

orum eſt omnino damnabilis obiectio q nunq̃ niſi quod pro eorum arbitratu iu‐betur libenter parent,dicentium:Nõ ideo ad ordinem veni, vt hæc aut illa facerem. Quaſi lege præſcripta ante cauiſſent quã profiterentur vbi vellent vbi non vellent obedire:cũ potius ſi recto & ſimplici ſunt animo profeſſi obedientiam promiſere li‐citã, rationabilem ſine exceptione omnẽ. Quam tamen etſi nemo fuiſſet profeſſus, virtus ipſa ſeipſam commendaret, & imi‐tandi Chriſtum propoſitum abnegatio‐nem propriam nemini non indiceret. De‐cimum,quod pœnitentem cum primis iu‐
Matt.20 uat,eſt dei amor feruens. Hic omnem pœ‐nitentiæ laborem,vniuerſum pondus di‐ei & æſtus adeo leuia facit ſpiritui,vt pro‐pemodum carni etiam ipſi fiant ſuauia. Quare domandæ carni, cum ſemper ma‐gnopere ſit inſiſtendum,conſultiſſimũ eſt cunctis aliis pœnitẽtię exercitiis amorem prĕferre. Nihil enim adeo carnem domat, nihil ſic eius æſtum extinguit, nihil æque concupiſcẽtias illius cohibet ac dei amor: vtpote qui vnus plus poteſt in carnem v‐no die, quàm exercitia caſtigationum a‐lia ſexcentis. Nam carnis caſtigationes vi‐tia debilitant, at amor conſumit penitus. Exemplum habemus in beata Magdale‐na. Hãc nanq; tam feliciter q̃ ſubito, quid mutauit? Quid tã pfecte purgauit? Quid contemptũ et mundi & ſui tam repente ei induxit? Quid cor eius tam profunde vul‐nerauit? Quid priſtinas in ea carnis illece‐bras reſecauit adeo? Quid deniq; Chriſto per omnem vitam tam familiarem reddi‐dit? Profecto ardentiſſimus amor. Sed de hoc ſatis. Vndecimum eſt, compaſſio ad proximum. Hæc ex miſericordia oritur q̃ adeo pœnitenti eſt neceſſaria,vt fruſtra ſu‐is delictis flagitet miſericordiam niſi delin‐
Mat.7 Mar.4 quenti miſereatur & ipſe. Mandauit aũt nobis deus talem amorem habere erga p‐ximum,qualem ipſe habet erga nos. Vn‐de cum redamare deum nõ poſſumus, eo quo ipſe nos diligit amore:quippe qui pri‐
1.Iohan.4 or,qui non accepto merito,qui indignos, qui deniq; gratis,hoc eſt, commodi nihil à nobis expectans nos diligit, qui deniq; ignoſcit nobis atq; adeo benefacit. Nos vero nequaquam illius amorem præueni‐re poſſumus,vt amãdo ſimus priores. Sed neque gratis neq; ſine merito illũ amamꝰ, nec velut indignũ,q amari eſt digniſſimꝰ: itẽ neq; bñfacere illi poſſumus,neq; igno‐ſcere. Conſtituit nobis proximum in quẽ hæc omnia exercendo vicem ſuo rependa‐mus amori. Quem pietatis ſeu compaſſio‐nis affectum habuerit beata Magdalana primum ad Chriſtum tanquam ad caput deinde etiam ad eius membra, id eſt, ad proximum ſignificatur per effuſionẽ vn‐guenti,quo caput Chriſti vnxit & pedes. Palam eſt etiam partim ex Euangelio,par‐tim ex deſcriptione vitæ eius, circa cru‐cem,circa ſepulturam, circa cõuerſionem item proximorum ad fidem,quàm ſolici‐ta,quàmq; ſedula fuerit. Duodecimum,eſt deuotio ad deum, qua mens prompta ſit ad omnia quæ deo nouerit placere. Nun‐quam laude ſatiẽtur diuina,nihil quod di‐uinum ſpirat cultum faſtidiat,nihil quod mortificationem poſtulat ſenſualis homi‐nis refugiat, detrectet nihil, quod infert pro Chriſto laborem. Non recuſet quod tollit quietem,nullis impenſis, nullis tan‐dem viribus pro honore dei parcat. Talis fuit beata Magdalena,propterea acceptiſ‐ſima deo,q eſt benedictus in ſecula. Amẽ.

IN FESTIVITATE BEatiſſimę Annę matris glorioſę ſemp que uirginis Marię. Sermo I. Quod religioſe Anna plurib. ſit nupta uiris.

EGo quaſi vitis fructificaui ſua‐uitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honeſta‐tis. Eccleſiaſtici XXIIII. Non otioſum putemus fratres cha‐riſſimi quod Anna beatiſſima compare‐tur viti:quandoquidem non modicam ha‐bet Anna vitis ſimilitudinem, præſertim in eccleſia, cui ipſa fructificauit, id eſt, cui poſt flores fructus produxit in odorem ſu‐auitatis. Sint eius flores tres ipſius filię,ſint fructus e floribus prodeuntes eiuſdem ne‐potes, puta Ieſus Chriſtus dominus no‐ſter, cũ quinq; apoſtolis & Ioſeph iuſto. Non abſurde igitur viti comparatur An‐na,quandoquidem ſicut vitis dilatans ra‐mos ac palmites ſuos dum floret, dulci re‐ficit odore,fructumq; tãdem producit ſu‐auiſſimum, quo deum hominesq; lætifi‐ Iudic.9
cat, ita Anna beatiſſima palmites ſuos, hoc eſt,ſobolem, ſtirpem ac poſteritatem ſuam in vniuerſum propagauit orbem,vn‐de ſuauiſſimos eccéſia collegit fructus. Nã dominus noſter Ieſus Chriſtus botrus no‐biliſſimus ſuauiſſimusq;,qui in crucis tor‐

Apoc.1 culari expreſſus, ſuo nos lauat & inebriat
Iohan.6 ſanguine, ſuo corpore cibat, vnde prodijt
niſi ex palmite ſeu flore huius odoriferæ
vitis, hoc eſt, ex pudiciſſima Maria virgine
filia Annę? Deinde Iacobꝰ minor, Ioſeph
iuſtus, Symon zelotes, Iudas Thadæus, vn
de orti ſunt niſi de flore huius ampliſſimę
vitis, hoc eſt ex Maria Cleophæ, quæ An-
næ fuit filia? Poſtremo neq; Iohãnes Euã-
geliſta idemq; apoſtolus, neq; eius frater
Iacobus maior nobis eſſent, niſi pulcher-
rimæ huius vitis, puta, Annę flos (Mariam
Salomę loquor) eos nobis germinaſſet. Vi
detis nunc quõ vitis hæc ſpecioſa propa-
ginibus, floribus, atq; fructibus ſuis mun
dum repleuerit. Vnde eccleſia hauſit odo-
rem ſuauitatis, fructumq; honoris & ho-
neſtatis? Dum enim odore bonæ vitæ &
prædicatione Iacobus maior replet Hiſpa
niam, Iohannes Euangeliſta Aſiam, Iaco-
bus minor Iudæam, Symon & eius frater
Iudas Thadæus Aethiopiam, Meſopotami
am ac Perſidem, nonne Chriſtus vel ſolus
mundũ poſſidet vniuerſum? Hi ergo ſunt
propagines, ex vite pulcherrima Anna vi
delicet prodeuntes. Cęterum quod ex ea-
dem quoq; vite prodierit vinũ germinans
virgines, hominesq; deumq; lætificans fa-
cile reperiemus, ſi Chriſtum cogitemus, e-
iuſque pudiciſſimam virginem matrem.
Quod enim in ipſis commendata conſe-
crataq; ſit virginitas infra audietur. Inte-
rim ne hoc quidem tacẽdum eſt, vaſa mũ-
da, vaſa ſancta qs replet ſpiritus ſancti gu-
ſtu, quis dei amore illa inebriat, niſi Chri-
ſtus floris candidiſſimi filius? Quis enim
adeo eſt ſuauis ſe amantibus? Quis ita gu-
ſtum reficit eſurientium, quis corda exhi-
larat gementium, vt Chriſtus? Nec mater
eius Maria hic tranſeunda eſt. Num ipſa
inſuauis eſt pœnitentibus? Nonne ex pec-
catis ad deum redire cupientibus, ipſa eſt
prima quæ occurrit? Nunquid non huiuſ
modi peccatores ipſa ſua dulcedine alli-
cit, ſua miſeratione capit, ſua benignita-
te fouet, fructu ſui ventris reficit? Nonne
peccatores poſt infelicem huius mũdi na-
uigationem, imo triſte poſt naufragium
hunc portum placidiſſimum quærunt, ad
hunc portum ſecuri applicant? Neſcit eñ
pijſſima indignari, neſcit exꝓbrare, neſcit
repellere, nequit fatigari, quia tota eſt cle-
mẽtiſſima, tota miſericors. Verum de hoc
ſatis. Eſt aliud quod tractandum ſupereſt
de S. Anna, quomodo poſt primum mari
tum ex q̃ fructum valde nobilem ſuſcepe-
rat, nõ vidua remanſerit. Quibuſdã eñ ma
gno videtur probro fuiſſe S. Annæ ꝙ plu
ribus ſubinde ſit nupta viris, nec in excu-
ſationem admittunt obprobriũ vitãdum
ſterilitatis, quæ ſub veteri lege erat maledi
cta, quãdoquidem ex primo viro, puta Io Exod.23
achim, iam fructũ receperat nobiliſſimũ,
beatiſſimam virginem Mariam, qua po-
ſteritatem ſibi comparauerat nunquã in-
terituram. Suffeciſſet igitur (inquiunt) ei-
dem, quo non eſſet ſterilis, imo quo foret
etiam inter gẽtes benedicta, ex primo ma-
rito receptus hic fructus. Reſpondendũ,
vere ſterilitatem in teſtamento veteri fuiſ
ſe maledictam, maledictiõe licet etiam ſte-
rili: vtpote, qua apud homines inglorij eſ-
ſent ij coniuges, & potiſſime mulier quæ
cenſebatur maledicta à dño, vtpote cuius
vuluam concluſiſſet dominus, & quę pro Gene.30
lem coniugalis vinculi honeſtationẽ, non
haberet, nec populi, deum verum colẽtis,
auxiſſet numerum. Veꝝ ad animam hæc
maledictio nõ pertingebat. Nihilominus
tñ triſte odioſumq; erat mulieribus infœ-
cunditatis nomẽ, q̃nquidem quemadmo-
dum arbor ſterilis & ſine fructu, contem
nebantur. Itaq; dum ſterilitas ſic foret cõ-
tẽpta ab oĩbus, nec aliter atq; maledictio,
à mulieribus fugiebat̃, timebatur, plange-
baturq; (cuiꝰ habemus exemplum in alia
Anna, vxore Helchanę alijsq; multis) fœ- 1.Reg.1
cunditas quanto mulieris erat maior, tãto
ipſa mater æſtimabatur felicior ac glorioſi
or. Vñ conſolatur Dauid beatos eos qui ti
ment dñm, dicẽs: Vxor tua ſicut vitis abũ- Pſalm.127
dans in lateribus domus tuæ, filij tui ſicut
nouellę oliuarum in circuitu menſæ tuæ,
ecce ſic benedicetur homo q timet dñm.
Sanctiſſima igitur Anna cũ timeret deũ,
eiq; ſummopere placere deſideraret, nec cõ
tinentia illo tẽpore haberet, aut laudẽ aut
p̃ceptum quõ fœcunditas didiciſſet q̃ iam
cum primo marito p reuelationem gratũ
deo eſſe vt pareret, ſolius dei contemplati
one ac eiuſdem beneplaciti intuitu inuita
ta eſt, motaq; hauddubiũ accedẽte etiã ſpi
ritus ſancti inſtinctu, q̃diu foret gñationi
apta in cõiugio viuere. Quippe q̃ paratior
fuiſſet manere in cælibatu ſi deꝰ id gratũ
ſibi fore (quõ vt pareret monuerat) ei oſtẽ-
diſſet. Eamobrem mortuo ſemper priore
marito nõ diu poſt alteri nupſit. Porro q̃d
illaudata manebat virginitas in veteri le-
ge, fœcunditas vero p̃dicabatur, tres ſunt
cauſæ,

cauſæ, e qbus ſanctiſſima Anna vehementer venit commendanda. Prima, quia præceptum erat ab initio mũdi de hominum multiplicatione. (Creſcite, inquit, & multiplicamini & replete terram) cui p̃cepto vt obediretur ſolum coniugium p̃bere debuit ſuffragium, quare de virginitate alioqui deo ſemper accepta, eiusq; præconio, tum nihil manifeſtabatur, quia fuiſſet id otioſum. Neq; enim per hanc naſcenti adhuc mundo atq; ſui augmentum cupienti ſuccurſum fuiſſet. Tacebatur igitur interea virginitas, fœcunditas laudabatur. Habitura certe erat virginitas ſuo tempore hoc eſt, mundo decreſcente, ingens præconium, habiturus quoq; cęlibatus religioſe obſeruatus, grande ſatis & meritũ & laudem. Verum priuilegium hoc quo mundus angelicum diſceret viuendi modum ſoli beatiſſimæ Marię Annæ filię deiq; genitrici ſeruabatur, vt ſimul etiam mundus caperet, quanti foret meriti in nouo teſtamento virginitas, quandoquidem ea ſola erat digna quæ gigneret deũ, ſola idonea quę Chriſtum cuius gratia mulieres omnes veteris teſtamenti optauerant eſſe fœcundæ, pareret. Expectabatur itaq; puella cuius animus ſuopte etiam amore & deſiderio, ad caſtitatem, mundiciam puritatẽque flagraret, obprobriumq; ſterilitatis atque legis maledictum (quandoquidẽ hoc non feriebat animam) aut nihilo duceret, aut dei & virginitatis amore ſubiret. Hæc fuit caſtiſſima illa puella beata Maria Annæ filia, quæ nõ ſolum ab infantia, ſed nec in vtero tantum verumetiam antequam conciperetur ab omni peccato pręſeruata, benedictionibus domini p̃uenta, & deo ſoli eſt conſecrata. Hæc profecto fruſtra expectaretur niſi Anna ſanctiſſima nuberet, niſi Anna eam pareret. Tantiſper igitur tacebatur virginitatis laus, tamdiu fœcunditas amabatur quoad Chriſto ex virgine nato, didicit mundus precium virginitatis ac præmium, didicit p̃terire figuram huius mundi, didicit denique eos qui iuncti ſunt matrimonio doceri vt vxores habeant quaſi non haberent. Ideo offeruntur nunc virgines poſt eam, id eſt, poſt virginem deiq; matrem Mariam, regi Chriſto domino. Poſt inquam, quia tempore poſteriori ad hoc inſtitutæ, & Mariæ exemplo ſunt inuitatæ. Vide nunc Anna beatiſſima quomodo DEO maxime placuit, cui obedire maximopere in omnibus

Gene. 1 (margin, at "multiplicatione")
1. Cor. 7 (margin, at "tis ac præmium")
1. Cor. 5 (margin, at "cti ſunt matrimonio")
Pſalm. 44 (margin, at "tur nunc virgines")

voluit, eligens id quod deus imperauerat, hoc eſt, in coniugio eſſe atque filios ad ipſius ſolius gloriam procreare. Altera cauſa eſt quare coniugalitas fœcunda expetebatur. Cum enim in ſolo populo Iudæorum (qui minima erat portio orbis) dei viui & veri cultus exercebatur, reliquus vero populus mundi vniuerſus, idolorum culturæ deditus foret, magnæ erat laudis multæque felicitatis æſtimabatur amplam relinquere ſobolem prolemq; numeroſam habere: adeo vt religionis cultu, & colentium deum augendo numero, etiam patres ſancti & patriarchę plures acceperunt vxores, non laſciuiam ſed dei cultum, aucto colentium numero, dilatare atq; maiorem facere meditantes. Quidni cuperet etiam hoc ſanctiſſima Anna? vtpote quę tota erat dedita cultui diuino, hoc ſolum meditans, quomodo honorem eius dilatare potuiſſet. Eam ob rem tertiam partem bonorum ſuorum in dei honorem templo atq; templi miniſtris, alteram paupibus contulit. Nec ſatis hoc ei videbat, niſi etiam vterum ſuum in dei miniſterium, ſanctiſſimo vtens coniugio & diuino ſeruiens p̃cepto locaret. Tertia cauſa deuotio fuit mulierũ virorumq; ad Chriſtum, optabant eñi omnes, optabant ſinguli vt de ſuo ſemine ſuaque familia naſceretur Chriſtus, optabant item vt ſi hoc honore ac gratia indigni forent (quandoquidem doctiores nouerant ex qua tribu Chriſtus naſciturus eſſet) ſaltim de ſemine ſuo quiſpiam ſupereſſet qui Chriſtum videret. Chr̃o ſeruiret. Ea de re quia cũctis odioſa vitandaq; videbatur ſterilitas, votis oĩbus cupiebant poſteritatẽ & (q̃d mulieribus vel naturaliter inditũ eſt) plium hubertatẽ. Quid faceret Anna beatiſſima? An ipſa cęteris minori p̃dita fuit erga deũ deuotione? Haudquaq̃. Toto corde deſiderabat videre Chriſtum, toto corde ęſtuabat vt illum videret diem quo ex filia ſua naſceretur Chriſtus. Nunciatũ nanq; ei iam erat ab angelo ꝙ paritura eſſet filiã nomine Mariam, quę virgo in templum domino dedicata aliquando paritura eſſet Chr̃m. Hęc audiens Anna beatiſſima adeo ſibi propinquum fore & tp̃e & ſanguine Chriſtum: vtpote ex filia filium, quanto putatis cruciabatur deſiderio, vt plures produceret in mundum proles quo ſancta ſoboles copioſaq; tanto nepoti ſuo iungeretur? Quã optauit hęc ſanctiſſ. mulier, vt vl' decem pareret filias e qbus oĩbus haberet

Gene. 2 (margin, at "voluit, eligens")
Lucæ 1 (margin, at "nomine Mariam")

nepotes Chriſti conſobrinos? Non gloriã
quærebat ex ſocietate & conſanguinitate
Chriſti, nec honorẽ nepotibus (quippe cũ
Iohan. 5 Chriſtus in hoc mundo nihil eiuſmodi q̃
fierit, nihil habuerit, nihil deniq; ſuis reli-
querit) ſed optauit ſancta hæc mulier vt
multi ex vtero ſuo producerent (quid ma-
xime ſperabat de nepotibus contraneiſq;
Chriſti) q Chr̃o quanto forent viciniores
carne & ſanguine, tãto fideliores deuotio
reſq; eidem eſſent & fide. Hęc deuotio An
nam q̃diu ſe fœcundam ſenſit vt pluribus
nuberet viris, feliciter induxit. Et nos cha-
riſſimi fratres inducat deuotio, vt totis vi
ribus fugiamus ſterilitatem bonorꝫ ope-
Matth. 3 rum, memores verbi, benedicto ore Chri
ſti nobis p̃dicati: oĩs arbor q̃ non facit fru
ctum bonum, excidetur & in ignem mit-
tetur. Hic nanq; otium omne malũ exclu-
ditur. Nec ſolũ otiũ, verumetiã occupatio
otioſa, vnde nullus fructus hauritur, & tẽ
poris adeo nobile vane admittitur. Sumus
nos præ cęteris hoĩbus vocati atq; de mũ
do electi à deo, qui poſuit nos in hoc mo-
naſterium, vt eamus & fructum afferamꝰ
& fructus noſter maneat. Eiuſmodi igitur
Iohan. 15 fructus operemur, qui permaneant in vitã
æternam, quãdoquidem occupationes &
operationes aliæ omnes vanæ ſunt. Quic-
quid agitur ſiue dicendo, ſiue operando, e-
dendo ſeu dormiendo, niſi deus ibi quæra
tur & pro eius gloria & beneplacito fiat,
otioſum, inane & pernitioſum eſt. Videte
nunc quæ vitanda ſint nobis. Non opus
eſt dicere, non opus prohibere. Ipſi atten-
damus quomodo ea quæ in dei non poſ-
ſunt gloriam referri caueamus, & bonorꝫ
operum teneamus fœcunditatem, p̃ſtante
hoc domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt
benedictus in ſecula. Amen.

IN SOLENNITATE Aſſumptionis glorioſæ ſemper uirginis dei genitricis Mariæ. Sermo I.

Quid angeli in beata Maria admirati ſint excellentitiæ ſingularis.

QVę eſt iſta quę aſcendit de de-
ſerto, delicijs affluens, innixa
ſuper dilectum ſuum. Canti.
VIII. Admirantium verba
ſunt hæc angelorum de Ma-
riæ excellentijs & gloriæ nouitate in eius
aſſumptione inter ſe ſciſcitantium. Porro
nemo quod antiquum aut multis cõmu-
ne eſt miratur, permulta enim circa nos fi
eri conſpicimus, quorum nulla poſſent in
genia ratione perſcrutari, verum quæ aſſi-
dua ſunt nemo eſt qui miretur. At ſi nouũ
inſolitumve quid euenerit, ſtupent & in
quirunt omnes. Cum ergo glorioſa Ma-
riæ aſſumptio non mortales, ſed æthereos
ſpiritus in ſui excitet admirationẽ, liquet
nouum quid & præeminens in illa fuiſſe
conſpectum quod vel tantos moueret di-
uinorum ſecretorum contemplatores, vt
inter ſe diſquirentes. Quæ eſt iſta dicerent,
quæ aſcendit de deſerto &c. Mirabantur
autem (vt ex multis pauca recenſeamus)
pulchritudinem eius inęſtimabilem digni
tatem incomprehenſibilem, & (quia de ei-
us aſſumptione loquimur) incomparabi-
lem ſublimitatem, mirabãtur inquam pul
chritudinem eius inæſtimabilem. Quid ni
mirentur? Quis non gratiſſimum eius mi
retur decorem, in qua à planta pedis vſq;
ad verticem capitis non erat macula? Quis
non ſtupeat pulchritudinem eius nimiam
in qua nihil quod reprehendi, nihil quod
poſſet deſpici, nihil quod non beari, nihil
conſpicitur quod non certatim ſummis
viribus debeat prædicari. Quis deniq; non
laudet eius venuſtatem quam in Canticis Cant. 7
tam crebro, tamque abunde ſpiritus ſan-
ctus commendans. Quam pulchra es (in- Cant. 6
quit) & decora chariſſima in delicijs: Pul-
chra es amica mea ſuauis & decora. Item: Cant. 4
Tota pulchra es amica mea & macula nõ
eſt in te. Item: Veni columba mea, formo- Cant. 2
ſa mea, & id genus cętera. Teſtãtur autem
pulchritudinem eius fœminę illæ ſingula-
res (Sara, Rebecca, Rachel, Abiſac, Iudith,
Eſther loquor) typum Mariæ gerentes,
quas omnes eleganti forma, incredibili
pulchritudine, & omnium oculis gratio-
ſas pagina vetus commemorat. Si igitur il
læ cęteris mulieribus præſtant quæ typum
gerunt Marię, & imaginem quantum ipſa
in qua veritas lucet excellere & ſuper-
gredi credenda eſt vniuerſas? Cæterum
non ambigimus corporalem eius pul-
chritudinem (tametſi eximia probetur)
non tam in admirationem veniſſe ange-
lis quam decorem eius ſpiritalem, qui
vel inde quam maxime creditur enituiſſe
quod Maria omni caruerit macula, plena
omni fuerit virtute & gratia, præfulgens
denique excellentiſſima gloria. Quia ve-
ro vt ſingula p̃ſtringam, Maria immunis
fuit

fuit ab omni macula, nō habuit in ſe quod mentis poſſit pulchritudinem puritatemque minuere, obfuſcare aut ꝑpedire, quin potius tota pulchra, tota candida, tota ſemper fuit immaculata, quippe quam decuit, vt verbis vtar Anſelmi, tanta puritate nitere, quę ſub deo non poſſet maior intelligi. Vnde Auguſtinus ait: Maria mater Ieſu electa eſt ſuper omnes creaturas, & præelecta vt de mundiſſima matre mundiſſimus naſceretur filius, quia ſicut Chriſtus habuit in cœlo patrem immortalem & incorruptibilem, ſic & in terra matrem habuit omni corruptione carentem. Sicut igitur corporalis eius venuſtas veteri ſcripturarum ſeriæ per mulieres ſpecioſiſſimas figurata eſt, ita mentis decor & puritas eius per creaturas mundiſſimas & apprime decoras deſcribitur, auroram, lunam, ſolem. Vnde in Cantic. Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol. Verum quia ad perfectæ pulchritudinis rationem non hoc ſolū ſufficeret nulla deuenuſtari labe, ne videlicet aliquid eius deſit decori, gratiarum iccirco etiā donis (vt ſecundo loco poſueram) & virtutum muneribus excellentiſſime fuit ornata. Siquidem, teſte Hieronymo: Nihil virtutis, nihil gratiæ, nihil eſt candoris ꝙ nō reſplendeat in Maria. Nam cæteris quidem ſanctis ꝑ partes datur grā. Mariæ vero ſe ſimul infudit grāæ plenitudo. Vnde de ſeipſa dicit: In me oīs grā viæ & veritatis, in me oīs ſpes vitæ & virtutis. Cui & ꝙ in eodē libro ſcriptum eſt nō incōgrue tribuitur. Quaſi vas auri ſolidum ornatum omni lapide ꝓcioſo. Perpulchre quidē Maria vas dicitur, quippe ad gratiarum ſuſcipiendā plenitudinem maxime idoneum. Tria nanque ſunt q̄ vas (quo ꝓcioſus liquor integer ſeruandus eſt) congruū efficiunt, ꝓfunditas qua multū recipiatur, puritas ne q receptꝰ eſt liquor corrumpatur, ſoliditas ne perfluat quod recōditum eſt. Hęc electiſſimum vas de quo loquimur, habet Maria, q̄nquidem profunda eſt humilitate, pura virginitate, ſolida integritate. Eſt vero & aureū quia claret puritate, rubet charitate, ſplendet nulla infectū rubigine. Et iterum: Solida eſt & fidei & ꝑſeuerātię ſtabilitate: oī lapide, id eſt, oī virtutum & grārum munere precioſiſſimo adornata. Quid igitur mirum ſi talis animæ, tam pulchræ, tam ſpecioſę, tam cādidę cœleſtiū agmina mirentur decorē. Nam ſi iuſte cuiuſlibet aīæ tāta eſt pulchritudo, vt oīm cœleſtium corporum incōparabiliter vincat ſplendorem, quāta huius ſingularis aīæ pulchritudo credenda eſt quæ nō cōmunes ſed ſupremas oīm virtutum excellentias oīm grārum extremas, quas potuit ſuſcipere in ſe collegit, perfectiōes. Accedit aūt poſtremo ad decoris eius cōſummationem ſplendidiſſimus fulgor gloriæ incōparabilis. De oībus q̄dem ſanctis ſcriptum legitur: Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum. Cui modo dubiū quin de cœli regina ſactorum ſanctiſſima ſublimius aliquid ſentiendū ſit? Si illi quorum iuſtitia in hoc tempore panno cōparatur menſtruatę, qui hic ſepties in die cadunt, in cœlo ſolis obſcurant fulgorem, quāo mater iuſtitiæ in q̄ nihil inq̄natum intrauit ſole amicta, induta ſtola gloriæ, fulgens ineffabili claritate non exuperet oīa? Et tantum de primo. Secundum, quod angelis Mariā fecit admirabilem eſt incomprehenſibilis eius dignitas, quæ tanta eſt vt maior nec eſſe nec poſſet intelligi. Siquidem extremā deus potentiā ſuā in matrē volens oſtendere, tantam eam fecit, quantam facere potuit. Inde enim ꝙ maternitate deo cōiuncta eſt, tanta eſt effecta, tāto honore donata, vt niſi ipſa deus eſſet, maior eſſe nō poſſet. Summæ quippe dignitatis eſt matrem eſſe dei. Vnde deuotiſſimus virginis amator. Anſel. Mariam alloquens: Nil inquit tibi domina eſt ęquale, nihil comparabile. Omne enim quod eſt, aut ſupra te eſt, aut infra te eſt. Quod ſupra te eſt, ſolus Deus eſt, quod infra te, eſt omne quod deus non eſt. Et Bernar. Hæc eſt virginis noſtræ gloria ſingularis, & excellentiſſima prærogatiua Mariæ, ꝙ vnum eundemque cum patre filium meruit habere cōmunem. Accedit aūt huic dignitati & alia tā excellens tāque ſingularis vt nulli vnq̄ mulierum conceſſa ſit, nec vlli vnq̄ ſperanda. Ipſa eſt virginitatis integritas cum fœcunditate. Siquidem cum in omni muliere honoranda ſit virginitas in matre eſt plus quàm ſtupenda, hoc cōſiderans mellifluus cōmendator virginis Bernardus: Vnum eſt, inquit, in q̄ Maria nec ſimilē viſa eſt, nec habere ſequētem, ſcilicet, gaudium matris cū virginitatis honore. Quod ſi adijcias cuius mater eſt, q̄ iam lingua etiam angelica poterit dignis extollere laudibus, virginē matrem non cuiuſcunque ſed dei? Item multa magna fecit deus in creaturis mūdi, nil tamen tam excellens & tam magnū fecit opus digitorum

Marginal notes: Anſelmus; Auguſtin.; Cant. 6; Hierony.; Eccl. 24; Idem 55; Matth. 13; Iſaiæ 64; Matth. 18; Anſelmus; Bernardus; Idem.

gitorum dei, ſicut virginem matrem dei,
quam ſol & luna mirantur. Sunt quidem
& alia multa quæ non mediocriter virgi-
nis excellentiam prædicarent, ſi non vel
temporis anguſtia, vel deuotionis inopia
ſermonem nobis ſuccideret. Quis enim ex
primet quàm ſingulariter electa, quàm ſtu
dioſe præſignata, quàm diligenter fuerit
Matth. 1 vaticinata? Quis enunciet conceptionis ei
us puritatẽ generis regij videlicet, & ſacer
dotalis nobilitatem, vitæ ſanctitatem, gra
tiarum plenitudinem, excellentiam virtu-
tum, exhuberantiam meritorum? Omitto
caſtitatis votum, coniugij celibatum, ta-
ceo quod ſine viro imprægnata, ſine mo-
leſtia grauida, abſq; dolore puerpera, ante
& poſt partum virgo ſemper manſit inuio
lata, hęc autem omnia quid niſi mirabilem
vtpote digniſſimam & vnice ſingularem
beatam Mariam prædicant? Et de hoc ha
ctenus. Poſtremo vt tertium attingã. Ma-
ria fuit angelis mirabilis ꝓpter ſuæ aſcen-
ſionis incomparabilem ſublimitatem. Hęc
autem qua præpollebat ſublimitas ex tri-
bus comparabatur. Primum eſt, quod Ma
ria fuit ſuper omnes choros angelorum
exaltata. Et congrue quidem. Nam ſicut
poſt Chriſtum omnibus in hac vita & di-
gnitate prior & meritis fuerat ditior, ita
æquum erat vt coronanda & throno ſede
ret ſublimior, & gloria cunctis fulgeret
ꝓſtantior. Deinde ſecundum, quia in glo-
ria fuit conſummata, hoc eſt, anima & cor
pore fuit glorificata. Dignum quippe erat
vt quemadmodum mente & carne virgo
permanſerat integra, ita ex hoc mundo
tranſiens ab om̃i corruptione ſeruaretur
aliena. Tertium, quia ex eius præſentia no
uis & perpetuis gaudijs curia cœleſtis fuit
inebriata. Noua quippe regina noui re-
gis, noua mater, nouiter adueniens, noua
contemplantibus ſe & mirantibus nõ po-
tuit non exercere gaudia dulciſſimæ con-
Bernardus ſolationis. Teſtatur hoc deuotus Bernar-
dus, dicens: Dum glorioſa virgo cœlos aſ
cendit etiam ſupernorum ciuium gaudia
Lucæ 1 copioſis augmẽtis cumulauit. Etſi paruuli
nondum nati Iohannis anima liquefacta
eſt vt Maria locuta eſt, quęnam fuit illa ex
ultatio cœleſtium ciuium, cum & eius au-
dire vocem & videre faciem, eiuſque beata
frui præſentia meruerunt. Tantæ igitur ac
talis reginę chariſſimi ſolẽne feſtum agen
tes, excitemus nos omni quo poſſumus
ſtudio ad amoroſam cordis cõpunctionẽ,
vt purificatis affectibus eius excellentiam
digne laudare, eius dulcedinem feruenter
amare, eius ſublimitatem humiliter vene-
rari; eius diligenter quærere gratiam, eius
deuote imitari virtutẽ, eius miſericordia
abunde conſolari (& vt ſemel finiam) eius
meritis feliciter mereamur ſaluari. Præ-
ſtante domino noſtro Ieſu Chriſto qui cũ
patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat deus
in ſeculorum ſecula. Amen.

SERMO II. QVOMOdo in Euangelij lectione beatæ Mariæ uita deſcribitur.

INtrauit Ieſus in quoddam
caſtellum, & mulier quędam
Martha nomine excepit illũ
in domũ ſuam, Lucæ X. Cor
di mihi eſſet chariſſimi fra-
tres ad virginis digniſſimæ honorem (ſi in
genij facultas ſuppeteret) in hac eius iucun
diſſima feſtiuitate nonnihil dicere, ſed nõ
præſumo, quia cum ſanctiſſimi pariter &
doctiſſimi viri, poſt multa pręclara quæ ad
virginis huiuſce præconium extulerant,
omnes adhuc ingenij ſui vires, tantę virgi
nis laude minores confeſſi ſunt, quid eſt
quod ego adijcere non dico auſim ſed poſ
ſim? Attamen quia ſermonem fieri exigit
ordinis conſuetudo, eſt quod dicturus ad
nouitios & ſimplices me conuertam. Vbi
interim doctiores (quibus ſermo noſter in
dignus eſt) patientia ſua & virginẽ laudẽt,
& me (rogo) vel tantillo tempore loquen
tem ſuſtineant. Quo fiet vt ne ipſi quidem
tametſi nulla accedat eruditio) ſine profe-
ctu virtutis, aut merito ſaltim obedientię
auſcultent. Solet, ſcio, mouere nonnullos
veſtrũ chariſſimi, eccleſiæ conſuetudo, qua
hodie de Martha, & Maria Magdalena,
Euangelium legitur, quod nullam de ma
tre dñi huic maxime eius feſtiuitati con-
gruam videtur habere mentionem. Quam
uis e regione conſtet eccleſiam ſpiritu ſan
cto directam (cui obmurmurare nõ licet)
nihil indecens, aut ſine ratione inſtituiſſe,
ijs puto ita reſponderi poſſe. Euangelium
ſane hoc ſecundum literam, nihil de do-
mina noſtra prædicare, at ſecundum alle-
goriam haud vnum ſupereſſe quod vitam
nobis & merita virginis tam plene, tã gra
phice, tã deniq; integre ante oculos depin
gat, q̃ hoc quod præſens habemus. Quod
vt

vt verum probetur. Conſiderandum primo, prudenti cuilibet pugnatori, ſiue alienam terrã inuadere, ſiue propriam recuperare molieti, neceſſarium eſſe vt tutam ſibi munitionem, ſecurumq; prouideat refugij locum quo ſe recipiat, vbi ſe muniat, vnde in hoſtes armatus exeat. Sic in hunc modũ, dei filius ad debellandas aereas poteſtates dum ſe parat accingere iturus ad expu- Matth.12 gnandum fortem qui cuſtodiebat atrium ſuum, hoc eſt, aduerſus diabolum, & pro captiuitate ſuorum redimẽda, arma capturus, caſtrum munitiſſimũ ſibi delegit, virginem integerrimam Mariam, quæ diminutiue caſtellum, non propter imbecillitatem virium dicitur, ſed ob eximiam humilitatem, hoſtibus vehementer terribilem. Anſelmus. Caſtellum autem (vt diuus Anſelmus in eiuſdem Euangelij explanatione teſtatur) dicitur quælibet turris, & murus in circuitu eius, quæ duo ſeſe inuicem defendunt, ita vt hoſtes per murum ab arce, & à muro arceantur per arcem. Tale caſtellum fuit beata virgo, quã corporis ac mentis virginitas nõ aliter vallauit ac murus, adeo vt nullus ad eam libidini vſpiam eſſet acceſſus, nec ſenſus eiꝰ aliqua illecebra corrumperetur. Verum qa virginitatem (cũ libido non poſſit) ſolet impugnare ſuperbia, fuit etiam in eadem virgine turris humilitatis q̃ à virginitatis muro om̃em repellebat ſuperbiam ad hunc modum etiam econtrario, deuicta ſuperbia humilitatẽ ſi ſola eſſet, poſſet impugnare libido. Maria circũcincta fuit muro virginitatis quæ à turre humilitatis prohibuit omnem libidinem. Sicq; hæc duo in Maria, murus vq; virginitatis, & turris humilitatis, ab alterutro muniuntur, vt nunq̃ in ea fuerit aut ſupba virginitas, aut inqnata humilitas, ſed ſemper in ea permãſerit & humilis virginitas & virginea humilitas. Congrue ergo dicitur caſtellum Maria, qa ſublimis eſt & munita, ad quam nullus impetus hoſtilis accederet, ex qua deus amicis ſuis auxilium, protectionem, & ſalutem miniſtraret, & in hoſtem eorum vindictã exerceret, qui vniuerſo generi humano tyrãnice incubabat, & bonam partem ſanctorũ captiuam tenebat. Cum hoc itaq; filius dei congreſſurus vt predam ſanctam de manu eius excuteret, ipſumque fortem, id eſt, diabolum captiuum alligaret, in Maria poſuit tabernaculum ſuum quando ex ſubſtantia eius Eſaiæ 59 carnem aſſumens (vt verbis vtar Iſaiæ) indutus eſt iuſtitia vt lorica, & galeam ſalutis in capite. Indutus eſt veſtimentis vltionis, & opertus quaſi pallio zeli, ſicut ad vindictam quaſi ad retributionem indignationis hoſtibus ſuis, & viciſſitudinem inimicis ſuis. Hoc per allegoriam inſinuatur nobis quando dicitur, Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum, non quodlibet, ſed quoddam, hoc eſt, ſingulare à ſe prælectum, à ſpũ ſancto p̃paratum, & per angelũ cõductum, vtpote nobilius & melius hoſpitiũ, ꝙ in toto poſſet mundo repiri, tanto principe dignum. In hoc caſtello duæ mulieres ſorores, & vtriuſq; erga dñm ſtudia deſcribuntur, Martha videlicet & Maria. Per q̃s intelligendę ſunt duæ vitę, quibus deo ſeruitur. Scilicet actiua quæ per Martham, & contemplatiua q̃ per Mariam ſignificatur fuiſſe in matre dñi. Quæ per actiuã vitam, Chriſto homini, vt Martha miniſtrabat, & per contemplatiuam eidem deo, vt Magdalena vacabat. Porro Marthæ (quæ ſecundum Iſidorum prouocans interpretatur) officia hic tria numerantur. Primum, Iſidorus. quod hoſpitio dominum ſuſceperit: deinde, circa domini miniſterium ſolicita fuerit: & poſtremo, quod pro domino turbata fuerit. Hæc multo rectius, multoq; verius de matre domini (quæ vt dixi per Martham ſignificatur) prædicanda ſunt. Ipſa nanq; virginitatis candore, & humilitatis ſuæ odore, altiſſimum prouocans, vſq; in gremium ſuum inclinauit, adeo vt nõ modo cum ea, verumetiam in ea habitaret, & ex ea carnem aſſumeret. In quo primum obſequium multo excellẽtius quàm Martha impleuit, quandoquidem tam mentis quàm ventris hoſpitio dominum ita ſuſcepit, vt etiam propria carne veſtiret. Quem deinde licet abſque dolore eſſet enixa, non tamen ſine ſolicitudine & diligenti miniſterio cuſtodiuit, pauit, lactauit, baiulauit, cæteraque matris officia exhibens, tum domi, tum foris & inter ignotos exul, ab infantia vſque ad ætatem adultam educauit. In quo quid aliud quàm Marthæ & pluſquam Marthæ Chriſto miniſterium exhibuit? Adde nunc quod cum eodem infante, vel Herodem fugiens, vel Archelaum reditura metuens, cernens ſubinde, Matth. 2 contemni prædicantem, perſecutionem ferre, beneficia exhibentem pro bonis mala recipientem, non ignorans denique in necem eius Iudæos conſpiraſſe. Poſtremo paſſionem eiuſdem & mortem ſub Iohan.11

cruce

cruce maternis oculis aſpiciens, quantum putatis turbata fuit? Omnibus ergo his vitæ actiuæ operibus ſtudioſa beata Maria prædicatur, quando ſub Marthæ nomine quomodo Chriſtum ſuſceperit, quomodo miniſtrando educauerit, quantum pro eo turbata in eius paſſione doluerit nobis myſtice inſinuatur. Sequitur autem mox de alia ſorore Maria hauddubium Magdalena euangelica narratio (per quam æque mater domini ſignificatur, quatenus officia attinet contemplatiuę vitę) quomodo ſcilicet contemplationi vacans erga dominum ſe & ipſa habuerit, tria ſimiliter eius ſtudia commemorans, quod videlicet ad pedes domini ſedens verba eius feruenter audierit, quod vni adhærens ſororem ſolam miniſtrantem reliquerit, & quod optimam partem nunquam amittendam elegerit. Hæc tria quàm congrue tribuantur matri domini, quàm excellēter quoq; ſolę, nemo eſt puto qui ignoret. Quando enim ipſa domini verba neglexit? aut quando alteri occupationi quamlibet ſanctæ domino prædicante animum dedit? Imo quis domini Ieſu ſermones auſcultauit feruentius, retinuit fidelius, quā ipſa, de qua
Lucæ 2 Lucas ait: Maria autem conſeruabat omnia verba hæc, conferens ea in corde ſuo.
Pſalm. 26 Vnum etiam quantum in omni vita ſua à domino petierit, quomodo acceperit, vniqualiter inhæſerit, non ſolum inſeparabiliter verumetiam inauertibiliter, nō eſt mei ingenij poſſe explicare, ſed ne intelligere quidem. Poſtremo optimam partem gloriæ, videlicet dona (quæ gratię & naturæ muneribus pręferuntur) hodie nō tam elegit quàm accepit. Accepit inquam gloriā, non corporis tantum, quę bona pars eſſet id eſt, non hanc ſolam qua deus corpora
Eccl 20 hic ſanctorū glorificat, de qua in Eccleſiaſtico ſcribitur: Corpora ſanctorum in pace ſepulta ſunt, &c. Nec animę tantum, q̄
Apoc. 6 melior eſt, de qua Iohannes ait: Data ſunt illis ſingulę ſtolæ albę, ſed vt optimam haberet partem, vtriuſq; & corporis & ani-
Apoc. 12 mæ. Ipſa ſiquidem eſt illa mulier amicta ſole, quæ volauit duabus alis, id eſt, duplici gloria, in deſertum, id eſt in cœlum, quod deſertum dicitur, vel ab angelis inde cadentibus, vel quia ante Chriſti aſcenſionē non habitabile fuit hominibus, quemadmodum exponitur in parabola euangeli-
Matth. 18 ca de centum ouibus. Addendum vero ꝙ non in hoc tantum, ſed in cęteris om̄ibus cuncta ſupergrediens optima quæq; elegit, optima vbiq; accepit. Quicquid virtutum, quicquid eſt gratiarum optima inde elegit Maria ex omnibus. Optima quantitate, quia totum habuit quicquid cæteris ſanctis, teſte Hieronymo, per partes datur. Optima qualitate, quia excellentiora, meliora ac puriora quęuis accepit. Optima dignitate, nam quæ nulli alteri conceſſa ſunt Mariæ data ſunt. Conuenientiſſime igitur & ſolę Mariæ vere tribuitur quod optimam partem elegerit, quę cunctis ſub deo præeminens, qui ſibi comparari poſſit neminem habuit. Neq; enim de deo pie dicitur, quod optimam partem elegerit, qui totum ſemper habuit neq; de vllo ſanctorum, quia omnibus Maria ſuperior fuit. Liquet ergo nūc tandem (vt credo) in Maria matre domini, cum actiuę, tum cōtemplatiuæ vitę exercitia fuiſſe perfectius ſimul, quàm in Martha & Magdalena ſeparatim, quę ſimul iunctæ vitam illius enunciant. Hæc dixi vt oſtenderem quam conueniat Euangelium hoc legi de Maria virgine, cuius hic vita per alegoriam plene deſcribitur. Et ob hoc maxime quidem, quia fini & conſummationi omnis laus debetur, in Aſſumptione eius potius quàm in alio feſto legitur, quando de præmio vitæ & corona eius agitur, & in Euangelio pręſenti, quemadmodum coronam ipſa meruerit, narratur. Cęterum nunc propter ſolennitatem, ad eius honorem aliquid adijciendum fuiſſet, niſi defectus ingenij & deuotionis (vt ante dixi) inopia meritorum quoq; eius magnitudo vetaret. Quibus fit vt nihil dignum, vel ab alijs non dictum poſſit dici. Non deeſt tamen etiam in hoc ipſo vnde cōmendetur, quia tanta eſt, tam benigna, tam pia, tam potens, tam miſericors, tam digna, adeo ſublimis, adeo glorioſa, tam pulchra, tam ornata, ita excellens ita etiam ad nos humilis, vt ne ab vllo quidem humano ingenio digne queat laudari. Benedictus ergo dominus deus noſter, qui eam hic talibus ornauit gratijs, & tot modo gloriæ coronauit triumphis, vt omnem exhuperet intellectum. Vnde & victi quia effari nequimus quàm libentiſſime ſilentio noſtro eam laudemus. In CHRISTO IESV filio eius domino noſtro. Amen.

Hieronym.

SERMO III. QVOMO-
do peccatores quoſque uel exem-
plo uel oratione beata Maria
reducit atq; deo reconciliat.

QVæ eſt iſta quæ aſcendit per
deſertum ſicut virgula fumi
ex aromatib9 myrrhę,& thu
ris , & vniuerſi pulueris pig-
mentarij. Cantic. III. Verba
ſunt Salomonis in pſona beatorũ ſpirituũ,
glorioſum virginis aſcēſum admirantiũ.
Legimus aũt & alibi in Iſaia, eoſdem pro
Iſaiæ 63 Chr̄i aſcenſione vehementius admirantes
inter ſe dixiſſe:Quis eſt iſte qui venit de E
dom &c. Qui ergo iãdudum Chr̄i (nec id
mirũ)nunc matris quoq; aſcenſionem ad-
miratur, vñ ſingularem quandã excellētiæ
nouitatem vtriuſq; aſcendentis,licet impa
rem,aduertere licet,q̃ ſpiritibus ſummis,q̃
intelligentijs angelicis ſtuporem pariat at
que miraculum. Quæ eſt iſta(inqunt) q̃ a-
ſcendit &c. Virgulam fumi dicunt lineam
gracilis fumi,inſtar virgulæ aſcendētis,ex
ſpeciebus odoriferis. Huic beatã cōparant
Mariam,ꝑpterea ꝙ recta,ſubtilis,gracilis,
agilis & odorifera ſit,quemadmodũ virgu
la fumi. Quorũ oĩm rationē ꝑteriens, cur
virgula diminutiuo noīe dictum ſit tm̄ in
feram. Virgulam paruam eſſe virgam ne
grãmaticus quidē ignorat:fuit aũt B. Ma-
ria(ꝙ ad veram hũilitatem ſpectat)parua
in oculis ſuis,q̃uis revera magna eſſet apd'
deum. Verũ quo minor in ſui erat æſtimati
one,tanto maior digniorq; habebat apud
deum. Hęc paruitas maximã eam fecit,hęc
humilitas ſuper oĩa eam exaltauit. Mirabi
lis tñ plane hũilitas,qua iter immenſa grã
rum chariſmata,inter virtutes excellentiſ-
ſimas,inter diuinorũ munerũ ineffabilē glo
riam , ſui æſtimationem vilem nō abiecit,
Luc. 1 honorata,nihil minus humiliter de ſe ſen-
ſit. Electa in dei matrem, ancillę nomen ſi
bi retinuit. Deum geſtans in vtero incarna
tum,ancillę officiũ vſurpauit. Cumq; bñdi
ctam ſe inter mulieres audiſſet,ſeruilē pſo
nam exhibuit. Magna ꝑfecto & rara vir-
tus,o ſancta Maria,vt magna licet opantē,
ad magna electam,magnã te neſcias, atq;
manifeſtam oĩbus,tuam te ſolã latere ſan
ctitatē,mirabilem te apparere,& cōtempti
bilem te reputare,hoc ipſis virtutibus mi-
rabilius eſt. Porro multa ſunt q̃ pñt ad hu
ius virgulę cōmendationē dici. Sed ad alia
ꝑgendũ eſt. Maria virgula fumi eſt,& odo
rifera. Vere odorifera,q̃ hũilitatis ſuę odo
re altiſſ. filiũ attraxit. Odor aũt eius ex aro
matibus myrrhę & thuris & vniuerſi pul-
ueris pigmentarij. Per myrrhã intellige ca
ſtitatem. Cogor loquēdo eſſe breuis, ideo
rõnem huius ſignificationis explicãdę(qa
tp̄s abſumeret)tranſeo,hoc tñ vnũ dicam.
Sicut myrrha' electa dediſti ſ. o. ſ. d. geni-
trix. Iã caſtitatis tuæ odore excitati , vbiq; Pſalm. 44
offeruntur regi virg. poſt te. Iã non cũ filia Iudic. 11
Iephte deinceps plangit',ſed p̄dicatur &co
ronatur virginitas,idq; adeo vt ne cadaue
ribus quidē virginũ deſint & ſerta & roſę.
Circũluſtrate fr̄es mundũ vniuerſum q̃tã
odor ille vim ſexui vtriq; intulerit. Neſcie Iohan. 1
bant aliud iumenta q̃ putreſcere in ſterco
re ſuo. Venit Maria exemplũ virginitatis
ſuæ odoriferũ ſpargens in vniuer. mundũ,
docuit myrrha mortificationis cōdiri &ca
ſtificari corpora,& ex iumentis angelos fi
eri. Nam & vos o fr̄es,qs ad hoc viuendi in
ſtitutum attraxit: qs vt ꝑpetuum bellum,
moleſtiſ. ſane pugnam indiceretis carni ve
ſtræ pſuaſit,ac in mũdo vitam æmulari cœ
leſtem,niſi odor myrrhę huius electæ: timo
& ꝓbatiſſimæ: Seqtur,& thuris. Per thus
accipimus charitatē,ꝑpterea ꝙ eidem vir-
gini dr̄ in Cant. Odor v.t.ſi.o.thuris. Quo Cant. 4
rum veſtimentorũ: Eorũ profecto ſine qui Matth. 22
bus intrare ad cœnam nuptialē inuitatis
nō licet. Loquitur tñ hic non de veſte,ſed
de veſtimentis. Sunt nanq; duo veſtimēta,
odor vnus, duo p̄cepta charitas vna . O q̃
odoriferam charitatē habuit beata Maria, Pſal. 140
cuius ad deum feruor dirigebatur,ſicut in
cenſum in conſpectu eius. Quis illam ex-
primet: Quis explicabit charitatē eius ad
hoĩes : Hanc tñ eo audimus libentius in
quo vtilius ſentimus. Vtiq; ita nos diligit
Maria,ſicut mater vnicum filium. Qñqui
dem & filij eius ſumus oēs ſub cruce eidē
cōmendati,& ſp̄ualiter ex ea(vtpote Chr̄i Iohan. 19
mēbra)geniti. Huius aũt matris,duo ſunt
erga nos affectus charitatis , velut duo v-
bera qbus pœnitentes & nouiter conuerſi
(quippe cũ ſint teneri filij gr̄æ,& quaſi mo
do geniti infantes) lactētur,hauddubium 1. Petri 2
meliora vino auſteritatis, mĩa & pietas.
Miſericordia em̄ ad ignoſcendum & reci-
piendum inclinat. Pietas vero ad ſubueni-
endum,& benefaciendum extimulat. Vbi
etiã conſiderandũ vix aliquē ſc̄tõrũ ad ro-
bur excreuiſſe pfectionis,q nō primum hu
ius virginis vberibus lactatus ſit,imo (vt

addam)vix peccatoꝝ quempiam conuer-
ſum niſi primo thuris huius odore dele-
ctatum,vix ad innocentiam,vix ad Chr̄m
perueniſſe niſi calefactū ante & fotum ca-
lore charitatis beatę Mariæ. Siquidem po-
tentiſſime ac dulciſſime, ſicut & deſideran
tiſſime peccatores trahit & recipit Maria.
Vnde(vt dixi)ferme quotq̄t diaboli ſerui-
tutem abiurant,in ſchola Mariæ primo e-
rudiuntur, ſub Mariæ cura, ſub eiuſdem
cuſtodia,tutela & educatione, conuerſio-
nem ſuam inchoāt.Neq; eñ ad miſericor
diæ matrem accedere metuūt, vbi durum
nihil inueniunt,vbi cum lacte opus ſit,ad
vbera pietatis eius libere ſe ſuſpendunt.
Accedit quod illi ſit officium.Hæc ei obe-
dietia cōmiſſa vt nouitioꝝ ad deum ſe con
uertentium ſit magiſtra & mater, imo(vt
plus dicam) ad alliciendos,ad capiendos
peccatores,laqueus ſit & decipula ſaluber
rima. Hoc eñ ipm deus pater teſtatur ad
ſanctam Catharinam Senenſem, in extaſi
de quodam quaſi deſperatę ſalutis per Ma
riam ſaluato,loquens.Non eñ(inquit)ob
liuioni tradideram, amorem atq; reueren
tiam eius ad Mariam vnigeniti filij mei ge
nitricem glorioſam. Cui conceſſum eſt à
bonitate mea propter incarnati verbi reue
rentiam,ꝙ quicunq; iuſtus vel peccator q
recurrit ad eam, cum deuota reuerentia,
nullo modo diripietur vel deuorabitur ab
infernali dæmonio.Nam ipſa eſt à me,ve-
lut eſca dulciſſima collocata, & electa pro
capiendis hominibus,& animabus præci-
pue peccatoꝝ.Hęc ibi. Trahit aūt(ſicut di
xi)non minus libenter q̄ ſuauiter:quippe
conteſtata cuidam ſibi deuoto peccatores
gloriam ſuam eſſe.Nam quicquid gratiæ,
quicquid dignitatis,quicq̄d habet pręemi
nentiæ(vt ſit genitrix dei)propter ſaluan-
dos habet peccatores.Qui ſi nō eſſent,nec
deum vtique incarnari, nec ipſam neceſſe
fuiſſet matrem dei fieri.Quid vltra dicam?
Peccatores ſunt etiā in cœlo corona eius.
Siquidem loco quodam inuitans eam ſpō
ſus,idem & filius ſuus de Libano,id eſt,de
monte candoris, hoc eſt, de pfectione (vt
ſummatim perſtringam)candidiſſimę ſan
Cant. 4 ctitatis ad coronam percipiendam. Veni
(inquit) de Libano ſoror mea ſponſa &c.
Coronaberis de capite Amana,de vertice
Sanyr & Hermon,de cubilibus leonum,de
montibus Pardoꝝ.Audiſtis vnde corona
promittatur Marię,videamus etiā q̄d hæc
ſignificet,Amana interpretatur,iniqu⁹ ei,
vel coanguſtans eū,& ſunt oppreſſores iu-
ſtitiæ,& vim inferentes. Sanyr (vt dicunt)
ſonat idem quod fœtor,ſeu auis nocturna
& ſignificat luxurioſos,quoꝝ ſtudiū & vo
latus eſt in tenebris iuxta diuum Iob:Ocu Iob 24
lus adulteri obſeruat caliginem. Hermon
interpretatur,anathema triſtitiæ,& ſignifi
cat peccatores enormes à fidelium cōmu-
nione exciſos aut excōmunicatos. Seq̄tur
autem,de cubilibus leonum,leones q̄d ſi-
gnificent, ex beati Petri epiſtola capitur, 1. Petri. 5
dicentis:Aduerſarius veſter diabolus tan
quam leo rugiens &c. Eſt ergo diabolus
leo,cubile leonis eſt anima vitijs adeo ſub
dita,vt in ea diabolus non ſecus atq; in ho
ſpitio proprio cubet.Cubilia ergo leonū,
peccatores ſunt impij velut habitacula dæ
monum.Porro pardus varicolor,eam ſi-
gnificat animam q̄ partim virtutibus,par-
tim vitijs ſeruit.Cum aūt neq; virtus,neq; Eccl.
ſanctitas ſit ſine integritate,quin potius vę
homini ſit duas vias ingredieti, eo pericu
loſius peccat is,q vel vni peccato obnoxius
ſimul aliquid de genere bonoꝝ agit, de q̄
ſibi blandiens inani præſumptione extolli
tur.Montes ergo Pardoꝝ ſunt iuſti de no
uitate doctrinæ aut ſingularitate vitæ glo
riantes, item: hypocritæ & hæretici bona
malis cōmiſcentes. De oībus aūt ijs pecca
torum generibus,& potiſſime qui in ſcele
ribus inſignes ac excellentiores tanq̄ capi-
ta,vertices,& mōtes ſunt peccantium pro
mittitur corona beatæ Mariæ.Qm̄quidem
per eius pietatem,ſtudia,preces,merita,per
eius attractionem & dulcedinem,peccato
res q̄libet magni cōuertuntur, primum q-
dem ad eius amorem & deuotionem,deiñ
vero etiam ad correctionem vitæ normā,
hoc eſt,ad Chr̄m.Montes igitur & colles
per Mariam humiliātur,de færis fiunt ho
mines,de tenebris lux,de pctōribus,iuſti: Pſalm. 76
(Hæc eñ eſt mutatio dextrę excelſi)ex la- Matth. 3
pidibus ſuſcitantur filij Abrahę.Ex beſtijs
creantur ſtellæ, vt corona capiti tantæ re-
ginę digna imponatur, ijs q̄dē in canticis
de færis.i.impijs pmiſſa,alibi ỽo in Apoc. Apoc. 12
ex ſtellis.i. iuſtificatis exhibita.Sic eñ legi-
mus:Signū magnū apparuit in cœlo,muli
er amicta ſole & luna ſub pedibus eius.Et
in capite eius corona ſtellaꝝ duodecim.
Multum q̄dem differrēt cubilia leonū &c.
eiuſmōi à ſtellis,p Mariam tñ fit vt q ante
conuerſionem erant montes & cubilia fæ
raꝝ,idē poſt vt ſtellę in ipſius fulgeāt coro
na.Quotq̄t eñ eius pietate conuertuntur,
quot-

quotq̄t eius cura ſaluantur in corona eius .i. ad gloriam eius tanq̄ ſtellæ fulgebunt. Credo fratres chariſſimi, ne inter vos q̄dē deeſſe, ex q̄bus corona velut ex ſtellis fiat Mariæ, puta q ad Mariē, ſicut ad thuris odorem excitati, q eius tracti amore primū ad ipſam tanq̄ ad ciuitatē refugij (vtpote ſcelerati, & iudicis ſententia digni) cōfugerunt. Deiñ p eandē recōciliati ſunt Chr̄o.

Ephe. 5

Olim quidem tenebrę, nūc aūt lux in dn̄o. Verū de hoc ſatis, q̄re dicta ſit virgula fumi ex thure. Cōcludunt ſummatim angeli & vniuerſi pulueris pigmentarij, expreſſiꝰ non vnam vel alteram, ſed oēs virtutes cōmendantes. Nā q̄cquid pigmentarius ille ſpūs ſanctus cæteris p̄ partes diſtribuit, Mariæ totum ſimul infudit. Vñ ſicut non defuit ei virginum continētia, ita nec ſobrietas confeſſorū, nec cōſtantia martyrū, non apoſtolorū zelus, nō pphetarum ſcīa, non patriarcharū fides, non puritas angelorū, quinetiam ſicut meritis oēs ordines nō ſolum attigit, ſed ſupgreſſa eſt, ita ſuper cunctos hodie præmiorū quoq; gloria eſt exaltata, ad laudem filij eius dn̄i nr̄i Ieſu Chr̄i, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

IN SOLENNITATE Natiuitatis glorioſiſſ. ſemper Mariæ uirginis, Sermo I. De B. Mariæ pulchritudine, tā externa q̄ interna.

QVam pulchra es amica mea, q̄ pulchra es & decora. Cant. 4. Chariſſimi fr̄es, cū in creaturarū multitudine mira ſit pulchritudo, omniq; ex parte varietas, indeq; maxima emineat gloria conditoris, excitetur deniq; admiratio cōtemplantibus dei potentiam, dei ſapientiā, dei bonitatem ac prouidētiam, nihil dubitandum eſt in beatiſſima Maria pulchritudinem, decorē, virtutes, gr̄am, dona, gloriā, atq; vt ſimul dicam, oīa ſingulariſſime, excellentiſſime incōparabiliterq; enitere, q̄cquid in vlla emicat creaturarum, & p̄terea multa q̄ nulla alia attingit creaturarū. Qn̄ eñ ęterna illa ſapientia matrem ſuā oī pulchritudine, ſingulari decore, admirabili excellentia, incōparabili gloria non exornaret, cuiꝰ pfecta admirabilia, inueſtigabilia oīa ſunt opa? Qn̄ operū ſuorū digniſſimum p̄ſtantiſſimumq; negligēter accuraret? Qn̄ domum ſuam, q̄ decet ſanctitudo, q̄ ædificare voluit, non faceret oībus nobiliorem atq; ſplendidiorem? Proinde certiſſimum

Pſalm. 92

relinq̄tur eam q̄ oēs deberet excedere creaturas, q̄ proxima foret Chr̄o, atq; adeo dei mater, tanta eſſet (teſte Anſel.) q̄ nō poſſet fore maior, niſi eſſet deus. Tanta inquam eſſet, quantam eam facere oīm conditor deus, ſua potuit ſapientia. Itaq; decebat vt ſpecioſiſſimi p̄ filijs hoīm mater eſſet ſpecioſiſſima præ filiabus hoīm, tota pulchra, tota immaculata, tota gr̄a plena, tota virtutibus pfectiſſimis exornata, tota glorioſa.

Anſelmus Pſalm. 44 Cant. 4 Luc. 1

Eſt aūt duplex pulchritudo. Externa ſeu corporis, & interna quę eſt aīæ. De corporali pulchritudine Mariæ multa diſputat venerabilis Albertus, tribuens ei q̄cunq; medici corpori aſcribunt encratico. Quantum vo ex dictis Epiphanij epiſcopi, item ex aliorū deuotorū libris colligitur, erat B. virgo Maria decora facie, elegantis formæ & ſtatura optima. Caro eius coloris lactei cum rubedine, & deſiderabilis aſpectu. Caput eius erat aliquantulū oblongum, frōs nō lata, ſed plana, quadrata, moderatę magnitudinis, decens, humilis atq; demiſſa. Oculi erant pulchri, clare lucentes, aſpectu delectabiles. Viſus mitis, benignus, humilis ac manſuetus, pupilla oculorū nigra, & valde lucida, ſupercilia nigra, nec plus ſatis denſa. Naſus rectus ac mediocris, æquali deſcendens linea. Genę eius ſacrę, neq; pinguiores, neq; macilētiores q̄ ſat eſt, ſed formoſæ nimis albæ ac rubicundæ, quō ſi lacteo roſeus color miſceatur. Os eius ſacratiſſimum delectabile erat ac amœnum, oīque ſuauitate plenum. Labia rubentia habuit, eaq; aliquantulum tumentia, quorū inferius pauxillum exhuperabat ſuperius, non ſine magno decore. Dentes erant candidi, æquales ac recti. Mentū quaſi ad quadrum decenter menſuratum & vallicula diuiſum. Collum candidum non admodum carnoſum, nec etiam macie nimis confectum. Manus erant mundę, digiti tornatiles, recti, longi ac graciles, atq; hoc modo totius corporis ſchema manu ſapiētiæ dei mirificę formatū. Veſtes habuit purpurij coloris, palliū ætherei. Greſſus eius planus, modeſtus erat & compoſitus. Capite incedebat paululum demiſſo, vtputa pudica virgo ac humilis. Vox eius erat ſonora, ſed pudiciſſima pariter ac dulcis atque iucunda. Silentium ſemp amabat. Proinde loquebatur rarius, ſecretum ſolitudinis q̄ maxime obſeruans. Erat miræ patientiæ, nunq̄ viſa iraſci, nunq̄ ridere, nunq̄ verbū pferre otioſum. Optimis vixit moribus, vt

Albertus. Epiphani.

nulli grauis, nemini onerosa, om̃ibus eſſet conuerſatio eius amabilis & ſuauis. Ingenio erat feliciſſimo, libros oẽs ſacros docta, & opere muliebri manuali om̃ifariam peritiſſima. In templo viuens, cunctis virginibus emicabat deuotior iuxta ac humilior, æſtimans ſe nouiſſimam aut infimã, & cæteras ſibi oẽs præferens cum honore. Quia vero plena om̃i erat virtute, omniq́; fulgebat gratia, magna veneratione colebatur ab omnibus, diligebatur ab oĩbus, & fama eius diffundebatur. Hæc ex Epiphanij & deuotorum dictis de corporali eius externaq; pulchritudine & elegantia venuſtæ conuerſationis. Quibus aſtipulatur maxime quod in ſacra ſcriptura hæ ſanctæ mulieres, quibus beatiſſima hęc virgo figurata eſt, ſumma cum laude à pulchritudine laudãtur. E quibus vt pauca referam de multis. Sara vxor Abrahæ mater à dño multarum gentium dicta, & iccirco haud immerito eam de qua loquimur, præfigurans oĩm noſtrum matrem Mariam (ſiquidem ex gentibus conuerſi ſumus omnes, & per fidẽ Abrahę filij) nõne incredibilis refertur pulchritudinis? Quamobrẽ Pharao Aegypti rex neſciens Abrahæ coniunctam tulit eam, ſtatuens ſibi coniungere in vxorem. A deo tamen prohibitus, eã non tetigit. Hac præſtantior multo eſt mater noſtra, quæ licet incredibili fuerit pulchritudine, multoq́; maiore q̃ Sara morum elegantia venuſtata, à nullo tamẽ potuit concupiſci viro. Siquidem pudiciſſima in ea caſtitas adeoq́; pura ac virginea erat, vt oĩm etiam ſe intuentium corda penetrans caſta redderet, hoc eſt, vt deſideria motusq́; illicitos, & quicquid petulantiam olet in ſe contemplantibus aut ſecum conuerſantibus, extingueret. Inde fuit quod dixi, vt à nullo vnquam potuerit virorum carnaliter concupiſci. Hanc deinde Rebecca quoque præfigurauit, quæ ſcribitur puella decora nimis, officioſiſſimaq́; pietate, & hoĩbus & camelis ad vocem pueri Abrahę potum offerens, quemadmodum Maria hęc noſtra longe omnium ſpecioſiſſima, gratiarum fluenta, & iuſtis & peccatoribus, ꝑ omnibus enim gratiam inuenit apud deũ, quæ omnes debuit conſolari, propinat, & vt reliquas omnes præteream, quid de Iudith & Eſther, quarum prior populum Iudaicum ac obſidione & exterminio, altera à communi omnium damnatione ac cruento regis edicto, eripuit. Nunquid non

Gene. 17

Gene. 12

Gene. 24

Iudith. 11

Eſther. 4

vtraq; incredibili pulchritudine roſeoque vultu, gratis quoq; ac renitentibus oculis in ſcriptura perhibetur decora? & hæ quomodo beatiſſimam Mariam pręfigurarint cum ſit nimis manifeſtum, prętereo. Reuera enim hęc virgo caſtiſſima & regina noſtra caput amputauit Holofernis, faciens (vtpote mulier Hebræa) confuſionem magnam in domo Nabuchodonoſor. Sententiam prętere regis ac mortis damnationem contra nos latam reuocauit, vitæque vnde lux noua nobis oriri viſa eſt, nos reſtituit. Nihil his verbis (tametſi ita loquimur) Chriſto derogamus. Scio enim vos pios omnes, & quomodo de Chriſto, quomodo de eius matre hæc vera intelligantur poſſe diſcernere. Verũm hactenus de pulchritudine corporali. Nam eſt in ea pulchritudo alia ſpiritualis. Cęterum pulchritudinem hanc, hoc eſt, puritatem, candorem, internumq́; animę decorem quis non præferat corporis venuſtati? Et de hac qđ dicturi ſumus? Nihil certe dignum, niſi quod admiramur eam, admirariq́; vos monemus tanquam id quod non capimus. Comparationem habemus in creaturis q̃ eam, hoc eſt, ſpecioſiſſimam puritatem dominæ noſtrę ſignificant. In die enim quid lucidius, quid pulchriusve ſole? In nocte quid ſpecioſius luna & ſtellis? Inter vtrunque, hoc eſt, diluculo, quid aurora rutilantius? Et per hæc ſignificatur Maria. Specioſa quidem ſunt hæc, pura ac munda ſunt, lucida ſunt. Veruntamen nihil ad decorem, naturalemq́; pulchritudinem animæ cuiuſuis quę data eſt illi à ſuo creatore, quamdiu impolluta manet à peccato. Si itaq; animæ cuiuſcunq; decor & pulchritudo naturalis, nullo adhuc peccato coinquinata tanta eſt, vt multo maxime vincat pulchritudinem, claritatemque ſolis, quantus erit decor animæ ſupernaturalis (vt ita dicam) Dei gratia ornatę? Quanta demum animæ glorioſæ virginis eſt puritas, quanta lux, quantus candor, quantus decor, quanta venuſtas, quanta claritas, q̃ nunquam inquinata fuit (prę cæteris animabus hac præeminentia gaudens) nunquam deo diſplicuit, nunquam non perfectiſſime deo placuit, omniumq́; gratiarum decore ornata fuit? Quanto prętere gratiarum diuinarum, tum multiplicitate, tum varietate in ea indies creſcente, quotidie maior, etiam ei decor acceſſit? Quid quod angelis illuſtrior, creaturis omnibus clarior,

Iudith. 13

clarior, poſt Chriſtũ ſuprema gaudet puritate? Miremur igitur chariſſimi eius internam, vt dixi, pulchritudinem, quando quidem & angeli admirati ſunt, dicentes:
Cant. 8 Quæ eſt iſta quæ progreditur velut aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtroꝝ acies ordinata? Et eius cõtemplatione accendamur, ipſi quoque puritatem ęmulari cordis. Puritas cordis eſt certe nobis finis quidam pręſertim (vt ita loquar) inſtrumentalis, quo omnes actus vlterius in deum deſtinandos dirigimus. Siue enim abſtinemus delicijs, ſiue ieiunemus cibo, ſiue vigilijs, alijſque mortificemus corpora noſtra ex afflictionibus, neceſſe eſt vt ibi (hoc eſt per ea) quęratur puritas, tranquillitasq́; cordis, ſi prodeſſe debeant. Quid em̃ conducerent hæc omnia, aut quid conferrent cordi impuro ac impacato? Propterea corporalium afflictionum exercitiorumve tantum ſumendum eſt, quantum cõferunt cordis puritati. Nam ſi puritas cordis exercitio tuo corporali, præſertim cui haudquaq̃ obnoxius es, impeditur aut etiã plus turbatur, cui te affligis? Neq; em̃ hoc modo ad deũ, ſed à deo recedis. Puritas igitur cordis omnibus anteferẽda eſt. Cui potiſſime ſuffragatur quæ tranſeunt, & peritura ſunt contẽnere, & veluti indigna, propter quę pax, puritas, ſaluſque æterna impediri debeant arbitrari, atque ideo propterea (vbi ſuo iure quis abſtinere poteſt) pro his nõ rixari, non contendere, nec iudicioꝝ horribiles occupationes quęrere. Cõfert item aliena quæ profectui noſtro non ſeruiunt malle neſcire, proximorum beneplacitis (vbi lex nulla alia obſtat) magis quàm noſtris obtemperare, linguam ſub arctiſſima cuſtodia, ne de abſentibus niſi certa bona loquatur, continere. (Inde enim varia oriuntur mala ac perturbationes) ſingulares familiaritates (vbi in congregatione viuitur) euitare. Hæ em̃ plęrunque diſſidijs & turbationibus grauibus poſt ſoluuntur. Conducit præterea cordis puritati abſtractam vitam agere, otia & colloquendi occaſiones maximopere vitare, ſcrupulos ſuperfluos & quietem conſcientiæ auferentes ſeponere, atque mẽtalibus exercitijs, puta lectioni: potiſſime vero orationi aſſidue, ſermeque continue vacare. Itaque hæc ſunt quæ cordis puritatem iuuant ac ſeruant. Quam vtinam puriſſima hæc virgo Maria feliciſſima omnique laude digniſſima, nobis impetret à filio ſuo, qui ſuper omnia eſt benedictus in ſecula. Amen.

SERMO II. DE MVLtiplici benedictione Mariæ, exhortatioq́; bonorum ad perſeuerantiam uirtutis.

BEnedicta tu in mulieribus, Lucæ I. Duodecim benedictiones chariſſimi fratres in beata Maria, quaſi quatuor ternaria reperio, tãetſi multo ſint plures, quæ deuotiſſimus quiſque Mariæ deberet quotidie recolere, deoque pro benedicta eius matre gratias agere. In primo ternario prima eſt benedictio, pręconium ſeu priuilegium, q̃d prę omnibus mulieribus ad redemptionẽ noſtri generis cooperatrix filij dei electa eſt. Atque ideo redemptori noſtro ab initio vſq; ad
vitæ finem aſtitit. Ipſa nanq; ſola digna vi Eccl. 24
ſa eſt, in cuius tabernaculo is qui ipſam creauerat, requieſceret: atque omnibus ad hoc officiũ neceſſarijs benedictiõibus doniſq́; exornaret. Altera eſt bñdictio, quæ ſequitur ex prima. Quia em̃ pro altiſſimo ſtatu ac officio eſt electa, præſeruauit, hoc eſt, mundam ſeruauit illam deus ab omni peccato. Nunq̃ diſplicuit deo. Nullius offenſionis diuinæ, nullius culpæ cõſcientiam habuit, q̃d quantum ſit cõſcientiæ gaudium, ineffabile eſt cogitare. Tertia, quod omnibus donis, omnibus gratijs, atq; a deo quocunq; potuit decore deus eam & in anima & corpore exornauit. Quæris quãto eam decore ornauerit? Nempe tanto, cui nullus in creatura poſſet alius comparari. In ſecũdo ternario, prima eſt bñdictio (in ordine reliquaꝝ, alioqui quarta)
quod virgo filium cõcepit, non quemcun Lucæ 1
que, ſed altiſſimi, hoc eſt, quod mater eſt dei. Quare dignitas eius ſuper omnẽ excedit creaturã. Altera benedictio eſt, q̃ nouem menſibus deum incarnatũ in ſuo vtero virgineo portauit, hauddubiũ dei amore & conſolationibus diuinis tota ebria. Tertia, quod ſine dolore deum & hoĩem genuit, atq; in partu, & poſt partũ virgo inuiolata permanſit. In tertio ternario benedictio prima (alioqui in ordine ſeptima) quod Chriſtum infantem vbere virgineo lactauit. Neque enim infra miraculum eſt virginẽ lactare, quemadmodum

ſupra naturæ eſt vſum virginem parere.
Altera benedictio quod Chr̃m dei & ſuũ
filium digna fuit educare, alere, veſtire, at
que cætera eidem humanitatis miniſteria
exhibere. Tertia, q̃d triginta annis Chr̃m
deum & hominẽ familiariſſime in eadem
domo ſibi habuit cohabitantem, atq; obe
dientiſſime ſubditum. Quas ibi cõſolatio-
nes, quæ gaudia, quem profectum ex allo
quio, aſpectu, eiuſq́; conſolatione & præ-
ſentia acceperit, quis exprimet? In quarto
ternario, prima eſt benedictio, qua Chr̃m
prædicantem, miraculaq́; facientem vbiq;
comitata fuit, aĩarum gratulans, cõuerſio-
ni ac ſaluti, & filĳ honori. Si enim cæteri
hoĩes admirantes gaudebant in operibus
Chriſti, quę glorioſe fiebant ab eo, q̃tum
Luc. 11 putatis mater gauiſa eſt de filio. Etſi Mar-
tellę dictum eſt, nõ eũ ſolum beatum eſſe
dicendum ventrem qui portauerit Chri-
ſtum, cuiuſq́; idem vbera ſuxerit Chriſtus
verumetiam quoq; beatos q audiunt ver-
bum dei & cuſtodiunt illud, q̃to oĩm puta
Lucæ 8 mus maxime Mariam beatam quæ revera
& deuotiſſime illud audiuit, & diligentiſſi
me in corde ſuo conſeruauit, & ſtudioſiſſi-
me operando impleuit? Altera benedictio
quod ſola ſub cruce fide inconcuſſa Chri-
ſto amariſſime patienti, ipſa doloroſiſſime
Iohan. 19 compatiẽs aſtitit, atq; in filios nos oẽs ma
ter nr̃a pĳſſima à Chr̃o ſibi cõmendatos ac
cepit. Tertia, ꝙ mõ in gloriã corpore & a-
nima aſſumpta, atq; ſup angelos exaltata
Chr̃o filio proxima eſt ſociata, vt queãd-
modum fuerat cõpaſſa eidem in terris, ita
modo cũ eodem regnet in cœlis. Pro his
duodecim bñdictionibus Marię mr̃i vr̃æ,
atq; cœli reginę collatis, Chr̃m debetis fra
tres laudare, bñdicere, adorare, atq; illi gra
tias agere quotidie. Et inde qñ beatiſſimæ
Marię vos vultis cõmendare deuotiſſimũ
vobis exercitium cõſtituere. Nunq̃ eñ effi
citur homo ſpũalis, niſi ſpũalia habeat ex-
ercitia, qbus pc̃tã ſua recolat, & ꝑ ĳs, ſemel
bis, ter ve, quotidie ad gemitus & lamenta
ſe exerceat, pro bñficĳs item diuinis gr̃as
agat, modos emendandi ſe quotidie reno-
uet atq; inſtituat pro virtutibus, maxime
aũt pro charitate perfectiſſima deum oret.
Neceſſaria eſt præterea ꝓficere volẽti fuga
perſonaꝝ, & occaſionũ qbus de implicari,
aut tentari, impedirive ſentit. Nã cũ perſo
nis q non eiuſdẽ ſunt ꝓpoſiti, & quoꝝ mo
ribus, exẽplo, ac v̈bis non ad aĩæ ꝑfectum
ad feruorẽ quoq; & deuotionẽ ſe inflãma-
ri atq; iuuari ſentit, ſed potius ad mẽtis di
ſtractionem, ad pacis turbationem, ad in-
quietationem cordis, ad leuitates & tẽpo-
ris amiſſionem occupari, hoꝝ præſentiam,
colloquiaq́; (vbicunq; poteſt ſalua charita
te) deuitet. Nullam habeat familiaritatem
cũ his quoꝝ nolit in ſe mores, tentationes
atq; defectus transformari. Oportet quoq;
hoĩem volentem fieri ſpũalem pauciſſima
& raro loqui (quia lingua ſpiritum & deuo
tionem interturbat) oportet abſtractam
ducere vitam, oportet tempus vtilibus ex-
ercitĳs locare, otioſitatem vero atq; tem-
poris amiſſionem maxime cauere. Sum-
mopere aũt neceſſarium eſt omne delictũ
nõ minus paruũ quàm magnum velle ca-
uere, hoc eſt, vt nullo vnquam modo ſcien
ter atq; volũtarie velit peccare. Nam ſi pec
cata non cauet, aut quia parua ſibi viden-
ter, aut quia deſideria ſua non vult abnega
re, ſed ĳs vult ſatisfacere huic nulla vnquã
ſperanda eſt ſpiritualis vitæ reformatio.
Quando enim vitĳs atq; paſſionibus mori
etur, qui non vult mori peccatis? In his o-
mnibus nõ eſt attendendum fratrum aut
hominum aliorum eodem ſpiritu ambu-
lare nolentium murmur, aut quaſi de ſin-
gularitate ſcandalum. Neceſſaria omnino
eſt hæc ſingularitas (ſi difformes eſſe volũt
cæteri) vbi cuſtodienda ſunt dei præcepta,
deiq́; beneplacita facienda, peccata & pec-
candi occaſiones vitandæ, tranſgreſſiones
cohibendæ, mortificanda deſideria, atq; v-
bi ſi ita neceſſe eſt, aliorũ animos oportet
offendere, ne Chriſto diſpliceatur. Hęc ſin
gularitas oĩm ſanctorũ fuit, eſt, eritq́; ſem-
per, qua tranſgreſſoribus in delictis non
cõmunicent, vt quę facienda ſunt diligen-
tiſſime cuſtodiant, quæ prohibita ſummo
pere vitent. Ibi filĳ ſi quis de ſingulari-
tate vobis obĳcit. Reſpondeatis illum
potius ſuas ineptias, ſuas tranſgreſſiones
debere relinquere, deſideria, ſtudiaque
propriæ voluntatis debere frangere, ſeſe
ſanctorum ſtudĳs exercitĳſque confor-
mare, faciendoque facere, vt obedienter
ſpiritualiterque viuendo ſimul, nulla
ſit ſingularitas, ſed ſingulorum ad Chriſti
amorem, ad perfectionemque anhelanti-
um conformitas. Porro qui propter Chri
ſtum, propter virtutem, & propter ordi-
nis obſeruantiam, deriſiones, perſecutio-
neſve patiuntur, beati. Beati qui ſe non mi- Matth. 5
ſcent ſtatuta patrum tranſgredientibus,
beati qui magis obediũt Deo quàm homi Acto. 5
nibus.

Gala.1 nibus. Beati qui placere quærunt deo, nõ
hominibus. Beati qui in eiuſmodi prædi-
ctis non recuſant diſplicere hominibus,
ne diſpliceant deo. Beati qui non timent
hominum gratiã amittere, vt dei ſeruẽt.
Beati quorum conuerſatio & bonæ vitæ
exemplum in communitate eſt tranſgreſ-
ſoribus odio, & in reprehenſionem prę ua
ricatorũ. Beati qui bene viuendo alios do
cẽt, quorum feruor atq; deuotio aliorum
arguit negligẽtiam, impellitq́; ad meliora.
Beati quorum obedientia aliorum prę ua
ricatiões terret ac diſſipat. Beati quorum
virtus & obſeruantia (licet à non ſtudenti
bus virtuti aut obſeruantiæ) habetur in re
uerentia, quandoquidem horum deum ti
mentium aſpectum male agentes, ſi de-
prehendãtur fugiũt quo velint nolint o-
ſtendant ſe obſeruantiam, atq; virtutẽ ho-
norare ac reuereri. Super hos filios obedi-
entię, benedictio eſt Ieſu & Marię. Hi ſunt
imitatores bñdictę virginis, hi filij Marię,
hi ſunt laudatores & deuoti Marię, qa ma
ior acceptiorq́; illi eſſe nõ poteſt laus q̃ ei9
deuotionem, eiusq́; virtutes imitari. Itaq;
fratres ſatis ſit hactenus leuiter, negligen-
terque vitam in multis dei ac ordinis of-
fenſionibus egiſſe. Reliquum vitæ in ſpiri
tualibus exercitijs, in dei timore, in obſer-
uãtia ordinis, in obediẽtia ac virtute tran-
ſigatur. Hoc hodie vt ita faciamus propo
ſitum noſtrum ſit, hoc pactum cũ deo ho
die renouem9. Ad laudem domini noſtri
Ieſu Chriſti, benedictę virginis filij, qui &
idẽ ſuper omnia eſt benedictus in ſecula.

SERMO III. QVO IV-
re beata Maria domus Dei di
catur & ſit.

SApientia ædificauit ſibi do-
mum, excidit colũnas ſeptẽ.
Prouerb. IX. Cum omnium
Sapi.7 ſit artifex ſapiẽtia fratres mei
omnem habens virtutem,
per quam omnia etiam conſtẽt, vnum tñ
operum eius, cæteris eſt prę ſtantius. Vnũ
erexit ædificium, quo non modo ſe. i. ſapi
entiam, verumetiam virtutem ac benigni
tatem ſuã nobis, et id quidem excellentiſſi
me monſtrauit. Siquidẽ ædificauit ſibi do-
mũ nõ vtcunq; pulchrã, non mediocriter
nobilẽ, ſed nobilitate excellenter inſignẽ,
excellẽtia mirabilẽ, dignitate ſingularem.
Multas ſane cõſtruxerat ante domos, nec
vlli creaturarum nõ prouiderat habitacu-
lum, angelis dans cœlũ (& hęc eſt domus
gloriæ) dęmonibus & hominibus condẽ-
natis infernum (& hæc eſt domus iuſtitię)
beſtijs vero pro patria aſſignauit mundũ,
quarũ tamen cuivis proprium ſegregãs ha
bitandi locum, piſcibus dedit equor, volu
cribus aera, cęteris fere omnibus terrã. Et
hanc beſtiarum patriam homini lapſo in-
terim dedit pro pœnitentia agenda in car
cerem, qui in exilio modo verſatur, aliqñ
transferendus ad alteram domũ, videlicet
aut angelorum, aut dæmonũ, vtrã merue-
rit. Cunctis igitur ad hoſpitia locatis, hoc
vnum ſuperfuit, vt ſibi quoq; quemadmo
dum cæteris, pararet domum, quæ cũctis
præfulgeret ædificijs, quanto ipſe qui de-
bet inhabitare oĩbus eſſet p̃ſtantior. Hæc
aũt domus quã ſibi ab æterno ſapientia in
creata dei filius prouidit, & ſubinde ami-
cis ſuis ſanctis prophetis extruendam præ
dixit, nunq́; tandem omni ſplẽdore, omni
decore conſummatam, contuendam cun-
ctis exhibuit. Puriſſima eſt virgo Maria, q̃
non ob hoc ſolum digna eſt dici domus
dei, quia eius mentem lux diuina inhabi-
tare nunquam deſiit. Iterum dico non pro
pterea ſolum eſt domus Dei, quod cum cę
teræ animæ omnes in habitacula dei crea-
tæ vacillauerint, peccandoque inquinatæ
ſint, ipſa ſola ſingulariſſime electa, & præ-
ſeruata quietiſſimum, mundiſſimum, ac
imperturbabile, atque id iuge Deo præbu
erit cordis hoſpitium (quippe quæ firmiſ
ſime extructa ſeptem Spiritus ſancti do-
nis, non aliter quàm ſeptem columnis
fundata, nec labi poterat nec inquinari).
Verumetiam & ob hoc maxime, quia in
corpore eius, hoc eſt, in vtero thalami vir-
ginalis corporaliter nouẽ menſibus Deus
ipſe moratus, de carne eius tegimen ſibi
carneum, quo diuinitatis velaret natu-
ram ſupertexit. Hinc non in iniuria venit Exod.25
tam præclaræ virgini, vt arca Dei, domus Gene.28
Dei, tabernaculum Dei, templum dei, tha
lamus Dei, ſacrarium, aula atque ciuitas
Dei, & dicatur, & ſit. Quo etiam nihil mi-
randum, ſi ſuum Deus ipſe habitaculum,
ſi ſuam domum, ſi ſuum thalamum extru
xerit magnificentius, ornauerit ſplendidi
us, exaltauerit glorioſius, quandoquidem
angelis cœlum tam immenſo lumine cho-
ruſcum, & mortalibus tot varietatibus
venuſtatum donauerit mundum. Prædi-
xerat autem iam olim in perſona Dauid
quanta foret eandem gloria illuſtraturus,

quando ſub typo materialis templi de Ma
ria loquens: domus (inquit) quam ædifica
ri volo, talis eſſe debet, vt in cunctis regio-
nibus nominetur. Cæterum quælibet do-
mus cenſenda eſt præſtare gloria maiori,
quanto nobilitate, mundicia, pulchritudi-
ne, ornatu, dignitate, vtilitate magis enitu
erit. Porro, nobilis tum dicitur domus, cũ
materia nobili precioſaq; extructa fuerit.
Munda ſi abſque ſorde. Pulchra, ſi decenti
figura, ordineq; venuſtetur. Ornata, ſi de-
cori ſchematiue quod primus indidit arti-
fex ſplendor, cultusve alius accedat, vt po
te aurata ſeu depicta. Digna vero dicitur
quanto dominum in ſe habuerit præſtan-
tiorem. Vtilis tandem dicitur domus, ſi lo
co congruo, ſi quæſtuoſo fuerit ſita, & ſi
Pſal.92 multis proſit. His om̃ibus præeminere no
Pſal.86 ſcitur domus hæc quàm decet ſanctitudo,
domus quàm fundauit & dedicauit ſibi
altiſſimus. Eſt enim nobiliſſima, quippe ad
cuius ædificationẽ nihil q̃ apud Hebræos
olim redoleret nobilitatem non confluxe
rit. Tria ſunt e quibus fit omnis fœmina
nobilior. Ex genere, ſpõſo, & prole. Si Ma
riæ genus quæritur & origo, de parenti-
bus eſt nobiliſſimis, videlicet, ſacerdotali,
regio, prophetico, & patriarchali ſtemma
te deſcendens. At ſi à ſponſo nobilitatem
quæſieris. (Nam & inde, vt dixi, mulieres
illuſtrantur) MARIA ſponſum habet
longe nobiliſſimum, à quo fœcundata eſt
ſpiritũ ſanctum. Porro, ſi à prole, quia ar-
Matt.7 bor ex fructu quoq; probatur nobilior, fi
lium habet nõ ſolum cœli terræq; regem,
ſed quo maior eſſe non poteſt, deum. Eſt
etiam mundiſſima, profecto omni carens
labe, tãta nitens puritate, qua ſub deo ma-
ior nequeat intelligi. Pulcherrima eſt au-
tem omni venuſtate pollens, elegãtiſſima
dulcis & omnium oculis gratioſa. Orna-
ta præterea gratiarum & virtutum omni
um donis, adeo, vt nihil ſit decoris, nihil
candoris, quod nõ vel excellentiſſime ful-
geat in ea. Porro, dignitatem eius quis ex-
plicare, imo quis intellectu cõprehende-
re poteſt? Quãdoquidem qui creauit eam
Eccl.24 requieuit in tabernaculo eius. Natus eſt
ex ea, qui fundauit eam altiſſimus. Itaque
hanc domum ſapientia ædificauit ſibi. At
nunquid & ſoli ſibi? Cuperẽ & ego fami-
liaris eſſe domus tam ſpecioſæ, tam amœ
næ, tam dulcis, tã amabilis, tam deniq; de-
cori. Quid ni cuperẽ? Nempe, ſi definiẽte
philoſopho domus dicitur, quia defendit
à caumatibus & pluuijs, iuxta hoc Maria
domus eſt defendens nos à caumatibus,
hoc eſt, ab æſtu internarũ tentationũ, ab
ignitis diaboli iaculis, & pluuijs, id eſt, à
tribulationum (quæ ab extra nobis ſuper
ueniunt) inundatione, à procelloſis, vide-
licet huius vitæ fluctibus, quis iam non
præſidium in ea domo ſibi exoptet dona-
ri, niſi qui proprię neſcius miſerię, proprię
imbecillitatis, calamitatiſq; ignarus, ſua
damna non ſentit, opem nõ petit, dignus
plane qui pereat? Eſt igitur Maria domus
dei, eſt & noſtra. Aedificauit plane ſibi eã
ſoli, in qua habitaret, ædificauit vero & no
bis vt nos repararet, tueretur, ſaluaret. Si-
quidem propterea factum eſt nobile hoc
ædificium, vt quod de priori opificio dei e
rat deformatum, huius adminiculo refor
maretur. Angelorũ nanq; creatus nume-
rus permultis cadentibus fuerat minutus
& homine primo lapſo, tota natura infe-
cta iacebat & infirmata. At ædificata eſt
Maria, cuius fructu angelorum ruina re-
pleretur, humana natura renouaretur, quę
cum dei foret mater, angelorum eſſet etiã
regina, dæmonum hoſtis & deprædatrix,
mundi domina, lapſorum ſubleuatrix, de
ſperantium fiducia, mœrentium conſola- Pſal.109
trix, omnium deniq; in hoc mari magno,
inter quaſcunque tentationum procellas
placidiſſimus naufragãtium ſinus, & cun-
ctorum quantalibet tribulatione, angu-
ſtia preſſi fuerint, ad ſe currentiũ domus
refugij, hoſpitiũq; miſericordiæ. Ad hãc
domum confugiens nemo non ſaluatur,
quicunque enim ad ipſam ſe receperit
protectiõem inueniet aut requiem. Quis
enim vnquam auditus eſt aduerſitate, ten
tatione aut fortuna quantumuis contra-
ria iactatus, cui ad hanc domum miſeri-
cordiæ, cui ad xenodochiũ pietatis, cui ad
Mariam confugienti pręcluſus ſit aditus,
non adhibita conſolatio, negatũ ſubſidi-
um? Quis adeo miſer cui inuocanti ſe opẽ
non tulerit Maria? Quis adeo ęrumnoſus
quem ad ſe reſpiciẽtem nõ leuarit Maria?
Aut quæ tãdem domus locuſve alius quo
egeni, exules, impugnati, afflicti, deſolati
confugiant liberius, recipiantur clemen-
tius, requieſcant ſecurius, potentius tuean
tur, dulcius foueantur? Nuſq̃ profecto ali
bi minus diffidendum, nuſquam maiori
ſpe innitendum, quàm Mariæ. Quando
quidem nemo ad eam clamans non exau
ditur, nemo accedens repellitur, nemo in
ipſa

ipſa ſperans decipitur. Cæterum, vt nullo
in loco tibi ſalutis opem defuturum agno-
Gene. 6 ſcas, ſi inter vndarum, id eſt tentationũ tem-
peſtates periclitaris. Maria eſt tibi arca di-
luuij. Si vero in terra, hoc eſt in trãquillo
conſtitutus, & prioris vitæ peccatorum
3. Reg. 16 tibi cõſcius memor fueris quia vir ſangui-
num es, atq; ideo dei iuſtitiam malorum
vindicem contendis effugere. Maria vbi
te ſalues tibi data eſt ciuitas refugij. Adde
Gene. 7 p̃terea, ꝙ ſicut extra arcam Noe tempore
diluuij natantibus nulla erat ſpes viuen-
di relicta, ita extra hanc domum, ita extra
huiꝰ virginis protectionem, quotquot in
ſinum miſerationis eius non recipiuntur,
in aquis diluuij, id eſt, tentationum flucti-
bus perire neceſſe eſt. At vero ciuitatem re-
Nume. 35 fugij ipſam idcirco dixerim, quod nõ mo-
do illis (vt olim ſub Moſe figurabatur)
Pſalm. 32 qui nolentes ſanguinem fuderint, verum-
etiam voluntarijs homicidis, hoc eſt, vl-
tro peccantibus (quandoquidem miſeri-
cordia domini plena eſt terra) facta ſit p-
pugnaculum vitæ, cuſtos ſalutis & tutiſſi-
mus (quo à facie iræ dei fugiatur) immuni-
tatis aſylum. Quamobrem haud prorſus
abſurde tribuitur ei ꝙ canimꝰ ex prophe-
Eſaiæ 26 ta: Vrbs fortitudinis noſtræ Sion, ſaluator
ponetur in ea murus & antemurale. Hæc
autem omnia beatiſſimæ Mariæ tribuimꝰ,
quia & filius eius vult nos ab eadem ſua
matre, & per ſuam matrem habere. Non
vt iam euacuatus ſit Chriſtus, ſed quę ipſe
dat, et quę ab ipſo expectamus accipiamuſ
que, per ſuam (vt ſic loquar) eleemoſynari
am (cui hæc miſericordiæ cõmiſit officia)
vult nos eadẽ recipere. Liquet poſtremo
ex his oĩbus q̃ cõueniat Mariã domũ dici
qñ nec vltima cõditio domus (quã hucuſ-
que diſtuli inueſtigandam) ei defuerit. Di-
xeram nanq; ad glorioſam pertinere do-
mum inter alias conditiões, eſſe vtilẽ mul-
tis aut quæſtuoſo loco ſitam. Vere omni-
bus vtiliſſima eſt Maria, nedũ multis. Lo-
co etiam eſt maxime cõgruo ſita inter deũ
et hominem media, aduocata noſtra, (quę
iram dei auertat à nobis, gratiam dei ad-
ducat nobis). Promptuarium, deniq; fru-
menti, cellarium vini olei & apotheca oĩs
medicinalis vnguenti. Domus in quã re-
condidit nobis deus gratiarum dona, cõ-
ſolationum vnguẽta, aromata virtutum,
cunctorumq; pariter morborum medica-
mina, vt quicquid nobis defuerit, quicq̃d
neceſſariũ extiterit, inde hauriamꝰ, à deo,
vt etiam in hac vita cũ pſalmiſta Chr̃o ve-
re de hac domo dicimus: Implebimur bo-
nis domus tuæ. At quid dixerim implebi-
mur, cum ſignificantius ſcriptum ſit: Re- Pſalm. 64
plebimur, hoc eſt, non ſemel tantum, ſed
iterum atq; iterum, vt peccando exinani-
mur, ita pœnitendo gratiarum donis per
Mariã replebimur. Præſtante domino no-
ſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſe-
cula. Amen.

SERMO IIII. QVOMODO non niſi in pace habitet deus.

Sapientia ædificauit ſibi domum. Prouer. IX. Si conſideramus fratres chariſſimi, domus artificẽ, ſi conſideramus domus inhabitatorem, haud dubium eſt pro ſapientia ſua infinita domũ talẽ ac tantam ab æterna increata ſapientia ſibi extructã, cui nulla ſit ſimilis ſup terram. Omnem eñ artem, oẽm ſuæ ſapiẽtię vim, atq; (vt ita dicã) terminũ monſtrauit facturꝰ, talẽ ac tantã domum, qua maiorem facere nõ poſſit. Porro ſi attẽdimus eius qui inhabitaturus eſt maieſtatem, nihil eſt q̃d eo dignũ poſſumus cogitare. Vñ non diſſimili ratione illũ ędificare ſibi domum tam nobilẽ, atq; egregiã neceſſe eſt, quanto maior eſt & omnibus excellentior, ipſe q vult inhabitare. Si iam interrogamus quæ ſit aut eſſe debeat conditio domus, quæ maxime deum delectet, in mentem venit: In pace factus eſt locus eius. Vbicunq; rixa, vbicunq; contentio, vbicunque repugnantia, vbicunq; tergiuerſatio, vbicunq; proprius amor, vbicunq; ſui eſt quęſitio, inde fugit deus, quia in pace factus eſt locus eius. Et reuera nõ niſi in pace habitat. Nõ in pace vbi nil ſentiatur cõtrarium, ſed q̃ in pace ac mititate æquanimiter omnia fert contraria. Et vnde hæc pax acquiritur, niſi in plena atq; pfecta abnegatione, in ſtabili atq; perpetua relictione ſuipſius, qua homo nõ aliter erga ſe habeat in omni re q̃ ſibi accidit, q̃ ſe haberet ſi alteri accidiſſet, imo nõ aliter atq; ſibi nõ accidiſſet, aut ac ſi ipſe non eſſet. Ad plenã nanq; ac nudã ſui abnegationẽ pertinet, ſui curam prorſus nullã habere, nullum reſpectum, nullum amorem, nullam ſolicitudinem, ſed totum ſe deo committere, nec plus de ſe cogitare, quàm de re quæ non eſt: & hoc in his quæ ſpectant ad quęſitionẽ ſui cõmodi, vtilitatis, cõſolationis,

Pſal. 75 (beside "In pace factus eſt locus eius")

aut

aut alterius cuiuſcunq; proprietatis, id eſt proprij reſpectus, ſiue temporalis ſiue ſpiritualis. Ad hanc ſui abnegationem atq; relictionem congruit cognitio ſuæ nihileitatis. Bis autem homo nihil eſt. Semel ex natura, quia ex nihili conditus eſt & in nihilum redigendus. Iterum nihil eſt ex peccato, quia peccādo ſe nihil & ad nihilum redegit. Hæc duo ſemper verſari debent ante oculos hominis. Non poteſt autem homo ſui curam, id eſt, ſolicitudinē quam pro ſe habet abijcere, niſi prius abiecerit ſui amorem. Amor enim proprius generat ſui ſolicitudinem et diſtractionem, nec poteſt ſeipſum contemnere ac plene Deo ſubijcere quamdiu ſeipſum amauerit. Oportet igitur hominem qui perpetua gaudere vult trāquillitate ac pace, ſtet nudus ab omni amore ſui in cōtinua & plena ſui abnegatione atq; relictione, quaſi qui nō habeat vllā optionem aut electionē, nec interſit apud illum cur vnā rem alteri pręferat aut malit propter ſeipſum, dico propter ſeipſum, quia ſecus eſt propter deum, propter quem diſcrimē vtiq; haud exiguum habendum eſt in rebus, atq; alterum alteri præferendum. Cæterum propter ſe omnia nude de manu Dei accipiat, nihil pro ſe ſolicitans, nil procurans, ſed diuinæ ſe prouidentiæ committens, cui ſemper ſecure confidat & innitatur. Iterum neceſſarium eſt quod nulli creaturæ, nulli occupationi amore inordinato inhęreat, ſed animum habeat exoccupatum, liberumq; ſemper retineat. Tertium quod ea quæ ſibi fiunt non ad ſe recipiat, nec plus quàm ſi alteri fierent, moueatur. Imo quæ facit, q̃ in ſe ſentit (præter peccata) non ad ſe referat nec ſibi aſcribat, ſed ita alienum ſe ab omnib9 cōtineat, ac ſi alius feciſſet aut ſenſiſſet. Qui hæc tria in ſe haberet, hic pacē inter quæcunq; moleſta ac aduerſa, inter quoſcunq; homines, in omni deniq; loco poſſideret. Non opus foret illi alios quærere homines cum quibus conuerſaretur, non mutare locum, quia in ſeipſo haberet vnde non poſſit turbari. Fruſtra nos conquerimur, fruſtra extra nos remedia quęrimus, fruſtra aliorum mores accuſamus, fruſtra aliorum animos iuxta noſtrum deſiderium flectere aut mutare tentamus, ga noſtra pax non in aliorum, ſed in noſtra voluntate conſiſtit. Si nos bene reformati eſſemus, nihil nobis officeret, nihil læderet aliorum irrefręnatio. Imo patientia noſtra, manſuetudine ac longanimitate eltius etiam aliorum importunitatem atq; duriciam vinceremus, quàm repugnādo, fugiendo, nos exonerando aut excuſando. Nemo igitur læditur, nemo lædi poteſt, præterquam à ſeipſo, & quocunq; fugerit homo, in ſeipſo impacatus, circumfert ſemper cauſam vnde turbetur, quia quamdiu non eſt exutus à ſeipſo, hoc eſt, ab amore proprio ſemper habet vnde triſtetur, & vnde conqueratur. Non igitur aduerſus alios conqueramur, ſed aduerſum nos, quia noſipſi ſumus qui nos premimus, immortificatio nr̄a torquet nos. Non igitur alios, ſed noſipſos mutare ſatagamus. Nec contendendum eſt aduerſa effugere, ſed patienter ferre ac vltro occurrere, quia pax quam quærimus non eſt externa, ſed interna tranquillitas mentis, videlicet bene compoſitæ, pro hac orādum ac laborādum eſt, fręnanda eſt lingua, cōtinenda membra & ſenſus, cuſtodiēdum cor, vt nulla ex parte erumpat, quod impatientiam indicet aut propriam voluntatē. Hanc pacem in hac nobili domo ſibi conſtituit, quam increata ſibi ædificauit ſapientia. Tanta fuit pax in Maria, vt non ſolum in ſe nullum diſſidium, nullam repugnantiam, nullum bene agendi aut patiēdi tędium, ſed & nullam perturbationem, aut reniſum, aut fugam, horroremque de omnibus quæ ſibi accidebant ſecundum rationem ſentiret. Atq; ideo dum ſub cruce ſtaret filij, ne vnam quidem cogitationem amaritudinis aduerſus filij perſecutores in ſe habebat, ſed cor per omnia mā ſuetum, tranquillum, pium, & in dulcedine charitatis multo maxime ſerenū. A ſpiciebat enim dei voluntatem, cui non conformare non poterat ſuam. Atq; de illius manu omnia accipiens, nihil hominibus imputabat. Heu q̃ longe ſumus nos ab interna hac pace, quos tam leuis aura perturbat. Hinc tot querimoniæ, tot lamentationes, tot carmina, & vę quod nolum9 pati, & ne pro virtute quidem. Et cum dicat Apoſtol9 omnes qui pie volunt viuere in Chriſto perſecutionem patientur, nos ita pie volumus viuere, vt nolumus pati, quaſi ſine patientia poſſit pie viui. Imo quod grauius eſt etiam, ſi perſecutio inſtet, deſiſtimus pie viuere, nolentes hæc & illa pati. O quàm fragilis eſt virtus noſtra, fragilior tela araneæ: vtpote quæ tam leuiter cedit repugnanti. Maluimus non habere virtu

Iohan. 19
2. Timo. 3

virtutem obedientiæ aut patientiæ, q̃ ab æmulis deſpici, aut verborum iniurias audire, cum tūc maxime virtus clareſcat, qñ premitur aduerſitate. Neq; eñ ſi quis pro delicto, ſed ſi pro iuſtitia qs fuerit paſſus,
Iacobi 5 appellatur ab apoſtolo Iacobo beat9; nos tamen potius dei q̃ hominum gratiam amittere volumus, tametſi reclamet Chri-
Lucæ 9 ſtus: Qui me erubuerit coram hominibus hunc erubeſcet filius hominis coram patre & angelis eius. Erubeſcit imo negat deum quiſquis ne fauorē hominum amittat, virtutē deſerit. Hæc omnia adfert nobis amor proprius quo nolumus pati, nolumus deſpici. Quod cum non poſſumus etiam ſæpenumero prohibere, viuimus ſine pace & amari. Sine pace aūt deus non eſt in nobis. Si igitur deum volumus habere, neceſſe eſt noſipſos abnegare ac relinquere. Quāto eñ reliquerimus noſipſos, tanto deū inueniemus. Quod ipſe largiat nobis cōditor & filius virginis cū patre & ſpū ſancto in ſecula benedictus. Amen.

IN SOLENNITATE S. Michaelis, & omnium beatorum angelicorum ſpirituū, Sermo I.

In tribus hic quomodo conformari debeamus angelis.

ERunt ſicut angeli dei in cœlis. Matt. XXII. Nunc quidē chariſſimi fratres ſumus in regione diſſimilitudinis, in qua tñ (ſi volumus promiſſionē hāc nobis futuram impleri) neceſſe eſt angelorum nos moribus pro modulo hic aliquo conformari. Quod vt fiat (ne charitatē veſtram morer) tria ſunt conſideranda. Primum quod in angelis conſiderandum oc-
Damaſce. currit, eſt puritas. Sunt enim (vt Damaſcenus inquit) angeli quædam lumina tranſparentia, ex primo lumine lumen habentia, nec lingua nec auribus indigentia, ſine ſermone volūtates ſuas ſibi mutuo exprimentia. Simili modo nobis angelicam vitam æmulantibus adeo eſt neceſſaria puritas cordis, vt ſine hac ne minimū quidē cœleſtis vitæ poſſit ſperari. Nam ieiuniorum, vigiliarum, afflictionum, laborum, cæterorumque omnium externorum exercitiorum ſcopus, finiſq; eſt puritas cordis. Hac eñ cętera omnia ſunt inferiora. Quippe quæ propter puritatem cordis aſſumuntur, & tantū ſunt admittēda, quantum vtilia. Vtilia aūt tam ſunt q̃ puritati cordis conducunt. Verbi gratia. Occupationes laboreſq; corporis in ſolitudine, nō tam propter operis vtilitatem (q̃ in plęriſque ſecundū genus ſuum aut operis naturam nulla eſt) q̃ propter excluſionem otij (quod monacho pernicioſiſſima eſt lues) exercēda ſunt, vt videlicet pulſa deſidia animi, excluſis cogitatiōibus quibuſlbet infructuoſis, ꝓſciſſis deniq; varijs deſiderijs (q̃ occidunt pigꝝ) cordis puritas cui deus illabitur, obtineatur. Porro vbi labor fuerit immoderatus, animi nimium diſtractiuus, nec deuotionē fouens, ſed obruēs, cui dubiū eſt, propter puritatē cordis, cui aduerſatur laboris nimietatem tollendā ſeu moderandam? Hoc mō de vigilia, hoc modo de ieiunio, de cęteriſq; carnis caſtigationibus ſentiendum eſt. Et id quidem de ijs q̃ noſtro arbitratu aut ſumere, aut ponere licet. Nam q̃ obedientię aut neceſſitatis ſunt ꝑterire, non eſt puritatem cordis quęrere ſed propulſare. Hęc nanq;, nō pro noſtro arbitratu, ſed pro ſuperiorum iudicio, aut moderari, aut relinquere debem9. Ad puritatem itaq; cordis conſultiſſimū eſt ſummopere ſolitudinem atq; ſilentiū colere, loquendi occaſiones prudenter fugere, & iniecto etiam cogitationum euagationibus fræno, ſilentium cordis, quàm maxime ſibijpſi imperare. Porro de ſilentio oris (q̃ neceſſarium ſit) q̃que vtile quid q̃rimus teſtimonia alia q̃ ea q̃ noſtra experientia, noſtra nos dāna quotidie docēt? Familiare nobis eſt et nimis expertū, quantum turbetur puritas cordis, quantum amittatur internę pacis, ex diutina allocutione ac conuerſatione hominum, potiſſime ſecularium. Et hoc apud eos ꝓcipue, q cū delectatiōe aut dedita opera, eiuſmodi rebus immorant. Quoꝝ tñ nonnulli (q̃d infeliciſſimum eſt) tametſi grauiter ex his in anima lędātur, ſua tñ vulnera nec plangunt nec ſentiunt. Porro q pręter voluntatem ſuam, hoc eſt, qui non ex affectu, nec exquiſita, ſed vltro ingerēte ſe occaſiōe excedunt, vulnerātur quidē, ſed acutiſſimis cōſcientiæ ſtimulis mox purgati, atq; aut innouatiōe ꝓpoſiti denuo erecti, cōtinuo ſanantur. Qui vero ꝑ officij executiōe aut rerum neceſſitate cōtra voluntatē ſuā homines audire, affariq; coguntur, tenentur quidem proximis affabilitatis debitū propter ſilētij lucra nō ſubtrahere, nec etiā in

ſpiri-

ſpiritualibus ſeipſos tantum quærere, veruntamen quia deus cuncta bene moderatur, tãto facilius ad interiora redeũt, quanto inuiti pro ſola charitate ad exteriora prodierunt. Cæterum vt ad primos redeam, quibus hæc non incumbit neceſſitas, gaudeant & potiantur ſua felicitate, ordinent ſua exercitia, & cuiuſmodi ſe accommodent rebus, propter quas non cogantur cellã exire, aut fabulari. Cuſtodiãt pro puritate cordis ſilentium, occupationib9 externis non importune, non cum nimia implicatione atq; effuſione animi ſe tradant, ne cordis tranquillitatem vnde comparare debuerant, etiam amittant. Opera externa atq; adeo lectionem ſuam breuibus ſæpe interrumpant orationibus, hiſq; mentalibus. Inter operandum quoq;, ita animum refocillent vt pia flammigeraq; ad deum deſideria interim haudquaq̃ deficiant, vt expletis etiam laboribus, curę, ſolicitudines, imagines, ſimilitudineſq; rerũ factarum aut faciendarum, orationis tempore ſileant. Sit corporalis exercitatio eiuſmodi, vt aut cum ſpirituali affinitatem habeat, aut per intentionem ſpiritualis fiat. Amentur ita propria, vt ſciatur ſine culpa non fore, ſi communibus pręferantur. Attendatur, non ſolum carere merito, ſed damnabile etiam futurum, quicquid agitur, quo interim quod iuſſum aut debitũ eſt negligitur. Et cum hoc de bonis etiã, atque alioqui laudatiſſimis intelligatur, quid ſentiendum eſt de ijs vere proprijs, hoc eſt, deo vacuis occupationibus, quibus quidam tam miſere quàm infructuoſe (ne grauius loquar) tempus ſuum expẽdunt, & propter illa quę male diligunt, ea quæ obedientiæ ſunt, quæ dei ſunt, quę cõmunia ſunt, quæ neceſſaria & à nobis exigenda ſunt, aut faſtidiunt, aut differunt, aut negligunt, aut vtcunq; perfunctorie, vnde nec meritum nec conſolationem recipiant, abſoluũt. Verum de hoc ſatis. Ad puritatẽ cordis conſequendam vitandæ ſunt etiã oculorũ curioſitates, ſenſuũq; oblectationes, vt in vſu creaturarũ, neque excludatur neceſſitas, neq; attendatur voluptas, ſed cuncta dirigat hæc animi deſtinatio, vt placeatur deo. Itaq; vitetur (vbi poteſt) animi extra deũ occupatio, & cogitatiõibus non ſolum immundis, verumetiã otioſis, maxime autem de mundo occurrentibus negetur ingreſſus. Proximorum actus ſtudioſe neſciantur, & alienæ offenſiones à memoria profligentur. Suſpicionibus non præbeatur audientia, nec ſui cõtempt9, aut paſſa iniuria intelligatur. Poſtremo amori priuato, & propriæ voluntati, vnde cuncta vitia pullulãt, nulla pax, nulla quies tribuatur, donec radicitus eliminentur, atq; inclinationibus malis naturæ, ſemper negetur aſſenſus. Hæc ſunt quę deo locum faciunt in corde noſtro, quod vnum deſiderat, at niſi mundũ ſit, non inhabitat. Verum dicit quis, ego puritatẽ deſidero cordis, ſed pro illa quid faciam non habeo. Tot tentationibus obruor, tot carnis illecebris fatigor, quicquid lego, quicquid oro, quicquid operor, ſemper eiſdem cogitationum fluctibus iactor. Audi, Sentis, fac non cõſentias. Neq; enim idem eſt ſentire & cõſentire. Quamdiu enim ratio contradicit nec conſentit, verſetur in ſenſualitate quantacunq; violentia, non amiſiſti charitatẽ. Ponit exemplũ venerabilis Gerſon de pugile in duello, q quantũcunque deijciatur & ꝑcutiatur, nõ reputatur victus, niſi conſentiat dicendo. Reddo me victum. Sic nec ſpiritus hominis, vincitur à diabolo aut carne, niſi conſenſus voluntatis (intellige rationalis) adueniat. Non enim iudicatur homo ſecundum ſenſum, vel ſentimentum carnis, ſed ſecũdum ſenſum rationis & volũtatem animę. Sed (inquis) moleſtum nimis eſt, tam diu pugnare & toties reſiſtere. Quanto ſæpius reſtiteris, tanto ſemper facilius pugnabis & fortior eris. Nec ſemper hæc pugna erit, corona aũt quam mereris, nunq̃ deficiet. Idem dicit Gerſon. Quicunq; inquiens peccato tentaris præ alijs acrius, tanto ſi legittime certaueris, coronaberis à deo glorioſius. Et tentatus habebis præmium duplex, vbi non tantus habiturus eras præmium ſimplex. Et quãto plus ſentis alicuius peccati fatigationem, tanto amplius ſi non cõſentias, conſequeris inde peccatorum tuorum purgationem. Et quia in huiuſmodi cõflictu cum quis tentatur contigit, vt plura committantur venialia. Ita etiam econtrario contingit ſecundum doctores communiter vt pœna illa quam ſuſtinet in reſiſtendo, deleat pœnam venialibus debitam ex vna parte, & ex alia parte creſcat meritum propter pugnam contra vitia, & propter laborem pro virtutibus. Et iterum dicit: Si non poteris ſenſualitatem ſic ſubigere, vt ſit omnimode ſubdita rationi, ſemper tamen ei reſiſte, nec vnquam

quam ei cedas, & ſic huiuſcemodi rixa & pugna coram deo reputetur tibi pro victoria. Siquidem non ſolum viciſſe malũ, bonum eſt, ſed & pro viribus malo reſtitiſſe imo nonnunquam melius eſt, diutius pugnam exercere quam cito præualere. Attendit nanque prudentiſſimus & æquiſſimus rex noſter militum ſuorum velle potius quam poſſe. Et ſicut poſſe vincere, ſuum, hoc eſt, dei eſt: ita vincere velle, noſtrum eſt. Et quanquam in vtroq; gratia dei neceſſe eſt concurrat, in velle tamẽ magis quam in poſſe liberum arbitrium hominis ſibi locum vendicat, vnde iuxta ipſum militum ſuorum dominus, certamen ad remunerandum penſat. Et dignum vtique, & iuſtum eſt vt qui longius & laborioſius certauit, prẹmium copioſius percipiat. Hæc pro conſolatione pugnantium ex Gerſone. Secundum, quod in angelis conſiderandum imitandumq; venit, eſt, licet inter angelos ſit diſparitas, vt alter altero ſit ſuperior, omnes tamen ſuo contenti ordine, ſocialiter in concordia perſeuerant, adeo vt inferior ſuperiori non inuideat, & ſuperior contra inferiorem ſe non extollat. Ita nobiſcum quoq;, cum & gratia & donis, & alijs multis ſimus diſpares, & natura diſformes, & hic alter excellat alterum, ibi rurſus excellatur ab altero, nemo ſe extollat, nemo alium cõtemnat, nemo alteri inuideat: quia ſi vere vnius corporis mẽbra ſumus, quicquid eſt ſingulorum, eſt omnium. Quo circa vt in nobis in congregatione viuentibus ſpecimen ſit aliquid angelicæ vitæ, viuendum eſt ſingulis, quemadmodum diuus docet Bernardus, dicens: Arbitror quod tu qui in congregatione es bene viuis, ſi viuis ordinabiliter, ſociabiliter, & humiliter. Ordinabiliter tibi, ſociabiliter proximo, humiliter deo. Ordinabiliter, vt in omni conuerſatione tua ſis ſolicitus obſeruare vias tuas, & in conſpectu domini, & in conſpectu proximi cauens, & tibi à peccato, & illi à ſcandalo. Sociabiliter vt ſtudeas, & amari, & ámare, blandum te & affabilem exhibere, ſupportare, nõ ſolum patienter, ſed & libenter infirmitates fratrum tuorum, tam morum quam corporum. Humiliter vt cum hæc omnia feceris, ſpiritum vanitatis ſtudeas exufflare, qui ex huiuſmodi naſci ſolet, & quãtumcunque illum ſenſeris, negare omnino conſenſum. Tertium eſt, angelos gaudere ad conuerſionem noſtram, ſolicitos procurare nobis gratiam apud deum, aſſiſtere nobis, munire nos, & prouidere bona, auertereq; mala, nec vnquam nos deſerere, donec hæc vnio corporis, videlicet & animæ noſtræ, ſoluatur. Simili modo vnicuique deus mãdauit de proximo ſuo præcipue tamen prælatis, vt ſtudeat vnuſquiſque proximum ſuum prouocare ad meliora, placere in bono, & ad ædificationem, non diſſimulare eius peccata, non probare errata, non conſentire in malo, non tacere ad eius damna, ſed monere, arguere, orare, conſolari, portare, non tamẽ (quemadmodum quidam portari volũt) ad infernum, ſed ad cœlum, hoc eſt onera eius, & infirmitates vtriuſque hominis longanimiter ferre, nec ab eruditione ceſſare, ſed tempora etiam apta, commoditatesq; expectare, quibus medicamina applicentur, tam pungitiua atque purgantia, quã lenitiua & conſolantia tum videlicet quãdo ſperatur fructus. Nam ſicut non omni tempore obiurgationes ſunt faciendæ, ita non etiam penitus, qui delinquunt ſunt relinquendi, ſed ita agẽdum, vt iuxta conſilium CHRISTI, calamus quaſſatus non omnino confringatur, & linum fumigans non extinguatur penitus. Verum hoc ſpectat maxime ad ſuperiores. Nos fratres quia feſtum omnium ſanctorum angelorum celebramus, angelis vere celebre feſtum faciamus. Horũ enim feſtum eſt ipſorum gaudium. Gaudium eſt autẽ (inquit CHRISTVS) angelis dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Dignam igitur pœnitentiam faciamus, & angelis gaudium inferemus. Non eſt ſanctior pœnitentia quam deteſtari quicquid deo diſplicet, amare agereque quicquid deo placet. Hæc pœnitentia vt in nobis ſemper inueniatur, præſtat nobis rex angelorum, & dominus qui nos de mundi caligine miſericorditer huc vocauit. IESVS CHRISTVS dominus noſter qui cum patre & ſpiritu ſancto eſt benedictus in ſecula. Amen.

Eph.4 — Bernard. — 2.Cor.11 — Lucæ 15 — Eccle. 17 — Matth. 21 — Iſaiæ 42 — Matth. 12 — Lucæ 15

SERMO II. QVAE SIT ſimilitudo cœleſtis angelicæ que uitæ & monaſticæ probe inſtitutæ ac ſanctæ obſeruatæ.

ERũt ſicut angeli dei in cœlis, Matth. XXI. Quanquam omnium Chriſtianorum talis eſſe debet vita fratres chariſſimi, quæ formam ſimilitudinemq; in ſe quandam vitæ cœleſtis, hoc eſt, angelicę habeat, nullum tamen viuendi inſtitutum hanc adeo perfecte (ſi obſeruetur) exprimit, atque monaſticum, cui ferme hoc vnum peculiare eſt, vt ſit paradiſus quidã alter, quo mortales reformati, vel tantillum recuperent, quod in primo perdiderũt. In paradiſo nanq; illo terreſtri, dum originali adhuc iuſtitia viuebatur, parentes noſtri ſi perſtitiſſent, poſteris plane aureum conſtituiſſent ſeculum. Siquidem in pace & tranquillitate nobiſcum tuta iam agerentur omnia, nec eſſet quod læderet, aut læderetur. Nam deo obediret ratio ſuperior, ſuperiori inferior, inferiori ſenſualitas, ad extremum toti homini omnis creatura. Elementa neq; corrumperent, neq; lęderent, ſed fouerent tãtummodo & obſecundarent. Per inobedientiam hæc omnia amiſſa ſunt, & inuoluunt nos ediuerſo infirmitas, caligo & iuge bellum. Pugnant aduerſum nos cuncta, quæ aliud ante neſciebant quàm ſeruire. Iacemus preſſi ſub onere. Hoc tamẽ ſpei nobis interim quo reſpiramus reliquum eſt, vt qua de Ieruſalem in Iericho deſcendimus via, aliquando redeamus. Per inobedientiæ viam ſumus perditi, per obedientiæ iter reducendi. Vtriuſque viæ habemus auctorem. Adam nos in captiuitatem ſeduxit, Chriſtus inde liberauit. Liberauit inquam, non aliter tamen quam vt obedientiæ exemplo in ſe nobis relicto ſequamur nos veſtigia eius. Ita enim liberauit, non vt hoc ſolo titulo atque cõfidentia liberationis efficiamur ſegniores, non vt inertes pugnam detrectemus, ſed vt deponentes omne pondus & circunſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, mortificantes membra noſtra ſuper terram, vt non quæcunq; volumus hæc & faciamus. Sed ſicut portauimus imaginem hominis terreſtris, ita portemus imaginem & cœleſtis. Propterea enim vita hæc vere euangelica (vtpote ex conſilijs Chriſti deſumpta) à ſeruitute peccati nos liberans, & ad veram libertatem aſpirans (monaſticam loquor) ſpiritu ſancto nobis inſtituta eſt & commendata, vt non regnet peccatum in noſtro mortali corpore, ad obediendum deſiderijs carnis. Huius autem vitæ fundamentum ac baſis, vera eſt & perfecta ſui abnegatio. Super quam ædificatur obedietia, puritas, charitas, pax, gaudium, & cætera id genus omnia, quibus quod in nobis concidit reſtauretur, quod conuulſum eſt redintegretur. Eam ob rem haud immerito alterũ paradiſum dixerim, religionem monaſticã, vel quod hic propemodum nobis redditur (licet non abſque magno ſudore) quod in priori dolemus amiſſum, vel quod ad ſuauem ſpirantis auſtri clementiam (vt ait Bernardus) quaſi tot floribus vernat religio, quot virtutibus abundat. Ipſa etiã eſt, vt idem dicit, auſtralis regio, in qua Chriſtus ſuos abſcondit à contradictiõe linguarũ, poſt modum admiſſurus conſortio angelorũ. Aſſimilatur deinde etiam vita hæc monaſtica vitæ cœleſti, tum propter ſua exercitia, tum propter ſcopum & finem, quem ſibi vtraq; pene eundem præfigit. Religio nanq; monaſtica quicquid agitur in cœlis geſtit imitari in terris. Iccirco de hac loquens Cæſarius: Nõne inquit pars pręmij eſt cœleſtis in religione conſiſtere, nihil cũ hoc mundo commune habere, vanarum rerum cupiditatibus non excruciari, in innocentia vitam tranſigere, beatæ caſtitati operam dare, glorioſam paupertatẽ cum timore domini poſſidere? Porro quam cognata ſit vita monaſtica angelicæ non tacuit Ambroſius, cum dicit: Eſt ſancte viuentibus quædam inter ſe cognatio, coniunctio atq; ſocietas, nec intereſt vtrum in cœlis maneãt an in terris. Cõuerſatio enĩ connectit quos ſeparat elementum, & diuerſis licet corporibus diuidãtur, eiſdem tamen actibus coniungũtur. Vultis noſſe quid ſit vitam cœleſtem agere hic in terris Euſebius reſpondet Cęſarienſis: Qui vult vitam cœleſtem ducere, hunc mundum ſtudeat nõ amare, abijciat à ſe concupiſcẽtias corporales, & ardenter amet delicias cœleſtes, patienter ſuſtineat illatas iniurias, & nulli inferat contumelias. Hæc ille. Cui Richardus de S. Victore ſubſcribens: Ille, ait, cœleſtẽ habet conuerſationẽ qui deum ſitit, qui de deo loquitur & in deo viuit, qui in deo quieſcit, cui deus placet, cui peccatum diſplicet, cui deus redolet, cui mũdus fœtet. Certe religio monaſtica eſt inſtituta vt eo nos dirigat, quo ſi perueniamus efficiamur cœleſtes. Quod cum om̃is præci-

[Margin notes: Lucæ 10; 1. Pet. 2; Heb. 12; Colo. 3; Roma. 7; 1. Cor. 15; Roma. 6; Bernard.; Pſal. 30; Cæſarius; Ambroſ.; Richar. de S. Vict.]

præcipue tamen Carthuſianæ, hoc eſt cœnobiticæ pariter ac eremiticæ religionis eſt ſcopus & finis. Quam ſanctus Bernardus inde commendans, eiuſdem ordinis cellitis ita ſcribit: Secundum formam propoſiti veſtri habitantes in cœlis potius quam in cellis, excluſo à vobis toto ſeculo, totos vos incluſiſtis cum deo cellæ ſiquidem & cœli habitatio, cognatæ ſunt: quia ſicut cella & cœlum videntur ad inuicem aliquam habere cognationem nominis ſic & pietatis. Quod enim geritur in cœlis hoc & in cellis. Quid nã eſt hoc? Vacare deo, frui deo. Quod cũ ſecundum ordinem pie & celebratur in cellis, audeo dicere, angeli dei cellas habent pro cœlis, & æque delectantur in cellis ac in cœlis. Hæc & plura alia Bernardus. Quibus cõſtat monachos, maxime ſolitarios vt Carthuſienſes ſuæ profeſſionis inſtituta ſeruantes, & ad finem religionis animum atque exercitia ſua ordinantes, fore ſicut angelos dei in cœlis. Sunt item aliæ quoque ſimilitudines vtriuſq; militiæ, id eſt, cœleſtis illius exercitus in atrijs domini excubias ſeruantis, laudeſq; eiuſdem tota die & tota nocte in perpetuum non tacentis: & noſtræ huius militiæ in caſtris domini hoc eſt in clauſtris, ſuper cuſtodia ſua vigilantis. Nam angeli in cœlo vni obediunt deo, & boni religioſi in cœnobio vni propter deum eiuſdem obediunt vicario, hoc eſt prælato. Angeli de dei præcepto nihil hæſitant, nihil ambigunt, nihil diſcutiũt, nihil excuſant, nihil ſubterfugiunt, & boni religioſi de ſui prælati mandato nihil trepidant, ſua conſilia prælatorum iudicio humiliter ſubmittunt, ſuperiorum iuſſa (quamdiu diuinis præceptis palam contraria non ſunt) tanquam dei ſuſcipiunt voluntatem, agnoſcentes iuſſa præueniũt, ſine murmure, ſine triſtitia, ſine diſcuſſione vt ſimplices filij prælatis credunt, acquieſcunt, obediunt. Obedientiæ huius laudem eximiam multis præconijs patres ſancti prædicauere, maxime autem ij qui in monaſterijs viuentes huius vtilitatem in ſeipſis experti ſenſerunt, vt ſunt Auguſtinus, Gregorius, Bernardus, Bonauentura, &c. Scitũ eſt tamen quod in noſtris ſtatutis monemur ſolo obediẽtiæ bono cuncta nobis quæ multa ac varia agimus profutura. Cui ſententiæ quidam ſapientũ alludens. Hoc inquit ſolum virtuti adijcies quod volũtati propriæ detraxeris. Multum itaq; virtuti adijcitur, cum per obedientiam propria voluntas amputatur. Cõtra vero (vba ſunt diui Bernardi) Si in die ieiunij mei inueniatur voluntas mea, non tale ieiuniũ elegit ſpõſus Chriſtus. Nec ſapit illi ieiunium meum, quod non lilium obedientiæ, ſed vitium propriæ voluntatis ſapit. Ego autem non ſolũ de ieiunio, ſed etiã de ſilentio, de vigilijs, de oratione de lectione, & ope manuũ, poſtremo de omni monachi obſeruatiõe vbicunq; inuenitur, voluntas ſua in ea, & nõ obedientia magiſtri ſui, idipſum ſentio. Minime prorſus obſeruantias illas (etſi bonas in ſe) inter lilia. i. inter virtutes ſenſuerim deputãdas, ſed audiet à pphta, qui eiuſmodi eſt: Nunqd tale eſt obſequiũ quod elegi dicit dñs? Et addet: In die bonoꝝ tuorũ inueniuntur voluntates tuæ. Grande malũ propria voluntas qua fit vt bona tua, tibi bona nõ ſint. Oportet proinde vt extra lilia fiãt qui eiuſmodi ſunt, qa nihil omino qd propria ſit inquinatũ voluntate guſtabit is qui paſcit inter lilia. Hæc Bernard. ſuper cãtica. Penſandũ aũt qtum diſpliceat deo inobedientia, qñ ſordet corã eo quicqd citra obedientiã offert voluntas ppria Saul quia ꝙ facere iuſſus fuerat quaſi vile neglexit, & qd conſiliũ propriũ ſibi ſuadebat faciendo, tanq̃ melius ptulit, inobedientiæ reus factus eſt, & boni operis alioq laudabilis fructũ ppter inobediẽtię culpã perdidit. Eamobrẽ cũ obedientia vt (Auguſti. lib. XIIII. de ciuitate dei dicit) niſi humilium eſſe non poſſit, qppe qui cõſilij alieni ſe indignos ſentiunt, ppterea qd ſui ſenſus imperfectionẽ intelligũt (cui inniti nõ audent) rogo & moneo chariſſimos fratres, maxime iuniores, ſitis hũiles, nolite iudicio veſtro credere, nolite ſenſui veſtro inhærere, nolite veſtro tm̃ arbitratu velle regi. qa vbicũq; fuerit hæc pſumptio, multa cõfeſtim pericula, multæ ſeductiones oboriant neceſſe eſt, fallit iudiciũ proprium, aut amore inordinato, maxime ſi ad bonum hic amor fuerit, fallit zelo intemperato, fallitur inclinatione naturali aut diſciplicentia, fallitur humano ſeu proprio (quẽ diuinũ putat) inſtinctu, fallit deinde tentatione, fallit violẽta ſuſpicione, fallitur capitis debilitate, hoc eſt, ſpiritualiũ organoꝝ, virium atq; potentiaꝝ internarum, deordinatione, fatigatiõe, atq; exinanitione, fallit deniq; peſſima præſumptio ne & ſuperbia: & poſtremo fallit diuinæ

L ij gra-

Marginal notes: Bernard. | Nume. 3 | Iſaiæ 62 | Bernard. | Iſaię 58 | Ibid. | 1. Reg. 15 | Auguſti.

gratiæ atque illuminationis internæ ſubtractiõe, quæ illis euenit, qui neglecto ſeu potius contẽpto (rerum maxime per quos diuina ordinatione dirigi debuerant) conſilio, ſuis adinuentionibus quaſi ſecuri cõfidunt. Ab his omnibus tutus erit vere humilis, qui de ſeipſo diffidens, q̃ ſibi ipſi non credens, alioꝝ bonorũ præſertim ſuperiorum, cõſilia quærit, ijs credit & acquieſcit. Hic non habet timere quod deficiat (maxime cum periculo conſcientiæ) quia nõ ſuo ſed ſuperioris, quẽ loco dei in terris accepit arbitratu, cuncta agit. Porro qui diuinam hanc ordinationẽ (quæ eſt in regimine ſuperiorum) abijcit, & ſibi ſemetipſum ducem conſtituit, non hominẽ, id eſt, ſuũ ſuperiorẽ, ſed deũ (iuxta illud Samuelis in primo regũ) abiecit, ideo ruinæ certiſſimæ atq; mille periculis ſe exponit. [1.Reg.15] Caueamus igitur chariſſimi à proprio ſenſu, quia periculoſiſſimus eſt in religione, quippe qui propriam voluntatẽ parit & inobedientiam inducit. Hic eſt oculus ille nos ſcandalizans, quem ſaluator admonet eruẽdum. [Matth.5 Mar.9] Propterea patres noſtri, & priſci illi cœnobiorum duces, eis qui monaſticam ſeu cœnobiticam vitam aſſumere recupiebant, irrationabilia atq; abſurda multa pręcipiebant quo diſcerent, eſſentve ſimplices, atque ſine diſcuſſione præcepti ſenioribus obedientes, an proprij ſenſus atq; iudicij tenaces. Nam hos qui magiſtrorum eruditioni notabantur contradicere aut hæſitare, tanquam ineptos cenſebãt ad communem vitam non admittendos. Vnde abbati paſtori quidã ex patribus dixit. Patres ſeniores non loquuntur ab initio fratribus recta ſed magis diſtorta, etſi viderint quia ea quæ diſtorta ſunt faciunt, iam eis non loquuntur, niſi quod expedit, agnoſcentes, quoniam in omnibus obedientes ſunt. Inde ſunt illa abſurdæ iuſſiões, vt eſt, ſportas texere & iterum ſoluere, aquam tota die haurire, & iterum effundere, linguа arida rigare, lęgnam aut beſtias adducere, lapides grandes portare atq; reportare, ſuper aquam currere, & merſum puerum educere, filios in clibanum aut flumen proijcere, &c. in Vitis patrum, & legendis ſanctorum, id genus multa, quæ laudabilia fiunt dum ſequuntur tam præclarę obedientiæ ſimplicium, eorum videlicet q̃ eiuſmodi iuſſa vt recta perficiebãt, propterea, quod perfecte à proprio ſenſu exuti, non poterant cogitare, quod aliud quàm honeſtum, bonum, & poſſibile, ſibi à ſuis magiſtris iniungeretur. Horum obedictia ac ſimplicitas pia, vt cognoſceremus quàm placeret deo, miraculis ſæpenumero fuit glorificata. Talem obedientiã ſuadens diuus Bernardus vbi Carthuſienſibus nouitijs ſcribit. [Bernard.] Perfecta ait obedientia, eſt maxime in incipiẽte indiſcreta, hoc eſt, non diſcernere quid vel quare pręcipiatur, ſed ad hoc tantũ niti, vt fideliter & humiliter fiat quod à maiore præcipitur. Nõne Adam quia præceptũ diſcutiens diſcreuit, inobediens factus eſt? [Gene.3 Ibid.] Porro (vt idem ait) quã imperfecti cordis & infirmæ prorſus voluntatis iudicium eſt, ſtatuta ſeniorum ſtudioſius diſcutere, hærere ad ſingula quæ iniunguntur, exigere de quibusq; rationem, & male ſuſpicari de omni præcepto cuius cauſa latuerit, nec vnq̃ libẽter obedire, niſi cum audire contigerit quod forte libuerit, aut quod non aliter licere ſeu expedire mõſtrauerit, vel aperta ratio, vel indubitata auctoritas. Delicata ſatis, imo nimis moleſta eſt huiuſmodi obediẽtia. Non plane hæc illa eſt quæ ex regula præcipitur obedientia ſine mora. [Pſal.17] Diſputare profecto, hoc eſt, in aſtu cordis, non in auditu auris obedire. Ab hoc vitio dehortatur Cæſarius in quadã homelia ad monachos dicens. [Cæſarius] Quicquid tibi à ſenioribus fuerit imperatũ accipe tanq̃ e cœlo ſicut de ore dei prolatũ, nihil reprehẽdas, nihil diſſentias, in nullo penitus murmurare præſumas, quia in monaſterio ſeruire veniſti, non imperare, potius obedire quàm iubere. Totum ſanctũ, totum iuſtũ, totum vtile iudica, quicqd à prælato tibi videris imperari. Et Bernardus: [Bernard.] Quicquid vice dei præcipit homo, quod non ſit tamen certũ diſplicere deo, haud ſecus omnino accipiendum eſt, quã ſi pręcipiat deus. Quid eñ intereſt, vtrũ per ſe an per ſuos miniſtros, ſiue homines, ſiue angelos, hominibus innoteſcat ſuum placitum deus? Verum ne hoc ſolum de continẽtia à malo intelligatur, audiatur beatus Gregorius dicens. [Gregori.] Nunquam per obedientiam malum fieri debet aliquando tamen propter obedientiam debet bonum quod agitur intermitti. Neq; enim mala in paradiſo arbor extitit quam deus homini ne contingeret interdixit. [Gene.2] Sed vt in melius per obedientiæ meritum homo bene conditus creſceret. Dignum & iuſtum fuit, vt & hunc etiam à bono aliquo prohiberet, quatenus tanto ve-

to verius hoc quod ageret, bonum eſſe cō
gnoſceret, quādo & à bono ceſſans aucto
ri ſuo ſe ſubditum humiliaret. Verum ha-
ctenus de ſimilitudine obedientiæ, inter
angelos & bonos monachos. Eſt alia ſimi
litudo, quia ſicut angeli caſti ſunt, ita bo-
ni religioſi nituntur caſti eſſe & mundi.
Pluris tamen videntur facere Ambroſi-
Hierony. us & Hieronymus caſtitatē, maxime vir-
ginalem, hominum, quàm angelorum. Hi
enim ſine carne viuunt, illi in carne trium
phant. Hi ſpiritus ſunt, illi licet in carne nō
tamen ſecundum carnem viuunt. Proin-
de ſicut Chriſtus inquit ad Brigittam li-
bro ſexto reue. perfectiſſima vita eſt in car
ne, non carnaliter viuere, ſimiliſq; vitæ an
gelicæ. Ne prolixior ſim vnam duntaxat
ex multis adhuc addam. Angelorū cum
ſint varia miniſteria, variaq; officia, & alij
ſint alijs ſuperiores, nulla tamen inter eos
eſt ſuperbia, nulla inuidia. Nemo enim ex
prælatione fit ibi tumidior, nemo de ſub-
iectione vilior, quia cum nulli aliquid de-
ſit ad felicitatem, etiam aliena quiſque poſ
ſidet per charitatem. Simili modo in bo-
nis cœnobijs religioſorum, quamlibet ibi
ſimul viuentium ſit naturalium inequali-
tas, morum varietas, officiorum diſpari-
tas, gratiarum denique diſſimilitudo, per
humilitatem tamen & ſtudium pacis, o-
mnibus eſt ad bonum vnanimitas, omni-
um mutua charitas, vt veluti vno in cor-
pore diſparia membra cum ſint in multis
diſſimiles, concordia tamen & dilectione
ſe arbitretur æquales, nec diſtinctio diui-
dit quos charitas vnit. Hoc nobis largia-
tur Ieſus Chriſtus & angelorum & homi
num creator ac dominus. Amen.

SERMO III. TRES ANgelorum conditiones ſunt quibus in hac uita eiſdem conformari debemus.

ERunt ſicut angeli dei in cœ-
lis. Matth. XXII. Chariſſimi
fratres. Etſi omnibus in fu-
tura promittitur vita fore ſi-
cut angelos dei, hic tamen ni
hilominus eſt reperire ſtatum viuendiq;
genus, quo ſimilitudo aliqua ad vitam an-
gelicam exprimitur. Sit hoc vita monaſti-
ca, vbi regulariter, obedienterq; viuitur in
charitate fraterna, in obſeruantia pacis, &
in cultu deuotionis. Multo magis cenſen
da eſt tamen vita Carthuſiana, in qua vel
ſimilitudo nominis cellitarū & cœlitum,
cellæ & cœli ſimilitudinem ſubindicat a-
ctionis. Itaq; chariſſimi fratres, obſerue-
mus quæ ſint exercitia ſtudiaq; angelorū,
vt illa imitando & nos angeli, aut ſaltem
angelici mereamur & eſſe & dici. Ange-
lorum ſumma eſt concordia, & hæc ſan-
cta & ſub obedientia dei. Chariſſimi fra-
tres, ſit in nobis concordia, pax, mutuuſq;
animorum conſenſus, vt idipſum dicatis
omnes, & non ſint in vobis ſciſmata. Sit Philip.2
concordia inter vos, ſed ſancta ad bonum 1.Cor.1
vt vnuſquiſq; & verbo & exemplo fratrē
ſuum prouocet ad obſeruantiam religio-
nis, ad exercitium virtutis, ad cultum de-
uotionis. Sit in vobis, inquam concordia,
vt idem vobis, parq; ſtudium inſit ad me-
liora proficiendi. Sit in vobis concors pro
virtute certamē, quo nemo velit aliena vir
tute ſuperari, nemo velit emendatione vi-
tę inferior haberi, nemo velit ab altero bo
nitate vinci. Hoc certamen, hoc ſtudium
in ſingulis vigeat, vt concordi animo, vna
nimi propoſito, vnuſquiſq; non laudati-
or, ſed perfectior, hoc eſt, humilior, miti-
or, patientior, obedientior, & quibuſlibet
operibus bonis ditior eſſe contēdat. Cha 1.Cor.9
riſſimi hanc concordiā vobis precor, hāc
ſuadeo, hanc opto, vt ſimul curratis omēs
& ſinguli perfectionis brauium obtinere
ſatagatis. Ex hoc ſtudio, ex hac æmulatio
ne virtutis omnes eritis pares, omnes eri
tis concordes, omēs vnanimes, quia idem
ſpiritus in vobis vos illuminabit, vos re-
get, & ad eundem finem impellet. Inde ſe
quetur vera pax animi, vera tranquillitas
cordis, quia vbi eiuſmodi ſtudium deo in
omnibus placendi perſeuerat, ibi rixa, in-
uidia, rancor, contentio, ſimultas, & quic
quid id generis deo aduerſatur, locum ſeu
quietem non habet. Eam ob rem chariſſi-
mi, ſicut angeli dei eſtote concordes, vt ſit
in vobis idem velle, & id quidem in omni
bus ſecundum deum. Quod ſi in hoc quo
que diſſentio contingat, vt vnus quidem
hæc, alius aliud dicat eſſe ſecūdum deum,
nō deſit humilitas, & ſeruabitur charitas,
recipiatur informatio, admittatur conſi-
lium, nō confidatur ſenſui nimis proprio:
quia & ſapientia quæ de ſurſum eſt (Iaco- Iaco.3
bo apoſtolo teſte) ſuaſibilis eſt, modeſta,
pacifica, & bonis conſentiens. Cogitetur Roma.12
& hæc eſſe voluntas dei beneplacens &
perfecta, cedere videlicet etiam in bonis
proprię opinioni, & ſubdere ſe alterius cō
ſilio,

ſilio,licet non meliori, bono tamen & licito propter deum, non abſq; grandi fœnore ſpiritualis eſt profectus,qui ex abnegatione ſui pro virtute cumulatior exurgit. Nonne Chriſtus dicit: Non veni facere volũtatem meam,ſed eius qui miſit me patris? Et quæ fuit voluntas Chriſti, quã non venit facere, niſi bona? Siquidem in Chriſtum mala voluntas non poteſt cadere. Et tamen dicit: Non veni voluntatem meam facere,ſed eius qui miſit me patris. Dicat ergo & CHRISTI diſcipulus: Non veni ad ordinem vt faciã voluntatem meã,ſed eius qui me vocauit Chriſti. Non veni facere voluntatem meam (licet prælato,aut fraterna charitate non cõtradicente, alioqui bona ſit) ſed non veni facere voluntatem meam licet bonam (vt dixi) Quare? Profecto vt faciã meliorem, id eſt,vt faciam voluntatem prælati, tanquam vicarij Chriſti, cui me ſubdendo propter eum qui ſe ſubdidit, & tradidit ſe in mortem propter me, faciam ſic abnegando me mihi vtilius, quàm faciendo propriam voluntatem, nec ita faciendo propriæ deuotionis amittam meritum, ſed duplicabo etiam fructum,vt bonæ voluntati propriæ tribuatur præmiũ, quam ne prodiret in opus non fecit ignauia aut ſocordia, ſed obedientia. Et cum aliud quod iuſſus ſum interea facio, bonæ voluntatis merito addo etiam obedientiæ fructum. Angeli vbicunque ſint, nihilominus deum cogitant, deum vident, deum laudant,deo inhærent. Et bonus cellita Carthuſianus,quocunque vadit, ſiue ſolus, ſiue inter alios conſtitutus, ſemper cor habere ſatagit ad deum eleuatum,deum cogitat, cum deo mente loquitur, & deum in ſe loquentem audit. O quam dulcis eſt huius deuotio,quàm trãquilla, qui nulla re animum ſuum implicat, nullis curis ſe innectit, ſed hæc ſola eſt eius cura,vt mundum cor offerat deo,vt nihil in ſe habeat quod oculos diuinos offendat aut quo inter ſe & deum medij aliquid fiat. Fratres chariſſimi, qui hæc in ſe nondũ ſentit, interroget ſemetipſum quare non ſentiat, fortaſſe nimium extra ſe raptus, fortaſſe curis temporalibus nimium immerſus, fortaſſe ſenſuum oblectationi deditus, fortaſſe in aliorum vitam & mores nimis oculatus, fortaſſe alienarũ conſcientiarum cenſor aut inueſtigator amarus, aut in occultis peccatis à deo derelictus,aut liuore & ſuperbia, vnde temeraria etiam naſci ſolent iudicia,inquinatus. Chariſſimi, in omni loco & tempore ſtudeatis puritati cordis, nõ obſcœna tantũ à corde propulſando, ſed om̃ia etiam quæ à deo diſtrahunt animum, aut extra deum ad ſui amorem illiciunt. In choro,in diuino officio, circa altaria, in oratione, ſit bonus Carthuſianus ad deum attentus, cum reuerentia & deuotione omnia agens. Hæc enim,id eſt, deuotio & reuerentia, faciunt vt veniæ, genuflectiones, ſupplicationes, vt inclinationes noſtræ non ita perfunctoriæ atque ſteriles, & ita pene ſint mortuæ, hoc eſt, intentione ac ſpiritu carentes, (ſicut quorundam eſſe timeo) ſed viuæ, atque ex pietatis deuotionisque feruore quaſi modo primum genitæ ſuæ elicitæ,per intentionem tunc vigentem, deo offerantur, atque in deum referantur. Hoc contra eos eſt qui rariſſime ad IESV aut matris eius nomen caput inclinant, qui venerabili ſacramento, non toto (vt monachorum eſt bonorum) corpore ſe curuant, ſed tanquam ſi ruſtico bonam diem optarent, capite vix modicum inclinato ſalutant. Ad gloria patri (vbi ſanctæ trinitati cœlites etiam beati ſe inclinant) ſtant erecti, aut quaſi phantaſiis pleni, vix in fine ad ſedendum potius quam ad inclinandum ſe parumper ſubmittunt. Ad finem diuino in officio currunt,quaſi opera illa perdita foret,aut tempus inutiliter conſumptum, quod diuinis laudibus, diuinis miniſterijs, diuinoq; cultui impenditur, aut inania futiliaque alia quibus occupantur, & ad quæ feſtinant,dei obſequijs præferenda ſint. Verum hæc ad alios. Vos autem chariſſimi fratres rogo ac moneo,vt ſcopum finemque veſtrum, id eſt, vocationis veſtræ attendatis. Studeatis puritati cordis. Seruate quæ deo promiſiſtis. Facite cum deuotione,reddite cum hilaritate quæ deo obtuliſtis. Vnuſquiſque ſuæ animæ curam impendat, & alienam conſcientiam non ſcrutetur. Sint colloquia veſtra ædificationis,& ad prouocationẽ charitatis. Nemo alteri referat aut nũciet,vnde charitas illius aduerſus fratrẽ aliquẽ minuat. Nemo de ſe exemplũ teporis aut mali operis fratri pbeat,nemo ſcandalũ.i. peccãdi occaſionẽ relinquat. Nemo offenſiõis memoriã aut amaritudinẽ erga aliquẽ in corde circũferat, ſed ſerenitatẽ vultus,& floridũ aſpectum,

Iohan. 6

Philip. 2

aſpectū, dulcedinemq; cordis, & amicam verbo℞ benignitatem (vbi loqui congruit) frater fratri exhibeat, vt vere hic locus auium cātus. i. nō picarū aut coruo℞ corrixantium, ſed aut turturum peccata ſua plangētium, & pro ſuis defectibus gementium, aut columbarum ad deum amore aſpirantium, aut philomelarum deo iubilātium, aut certe (quomodo domui primo inſtitutum fuerat) angelo℞ deo, ſcilicet miniſtrantium, deumq; indeſinenter laudantium dici queat. Præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

IN FESTO SANCTI Brunonis, primi inſtitutoris ordinis Carthuſienſis, Sermo I. De ordine Carthuſientium, deque diſcretione ac obedientia maximopere uiam dei ingredienti neceſſaria.

ASſimilabitur viro ſapiēti, qui ædificauit domū ſuam ſupra petram, Matthæi VII. Commendatur his verbis beatus Bruno, ꝙ domum ſuā, id eſt, ordinem Carthuſianū, fundauerit ſupra petram, vtpote qui nec ex fluminibus facturus iacturam, nec ex vento, aut tempeſtate paſſurus ſit ruinam. Inde vir, idemq; ſapiens meruit nominari. Siquidem prudenti vſus conſilio, q̄d animo cœpit fortiter eſt executus. Delitias, honores, neceſſarios amicos, & vt ſimul vno dicā verbo: Quicquid in mundo habuit, quicquid eidem offerre mundus potuit, pro te Chriſte contempſit atq; reliquit. Porro ne ſibi tm̄ vtilis fuiſſe videretur. Poſteris ſuis vſque hodie multis, etiā mortuus viuere ſtuduit, ĳs videlicet, quibus bene viuendi leges inſtituens, eruditionē & exempla virtutū reliquit. Nam ædificauit illis domū, id eſt, ordinē hunc quo viuimus, quem vt fundatum ſupra petram ſtatueret atq; firmaret, expendit omnes cum cœnobiticæ, tum eremiticæ vitæ perfectiones: incommoditateſq;, & inde ſeparans precioſum à vili, ex vtraq; medium quoddam viuendi genus inſtituit, q̄d neq; cœnobiticū, neq; eremiticum tm̄, ſed eſſet ſimul vtrunq;. Ex cœnobitica nanque vita diſciplinam, obedientiam, operationem manualem, paupertatē, hoc eſt, cōmunem victum, cōuentum diuino in officio, eruditionē, curam egentium atq; infirmorum, & ſimilia. Ex anachoreſi vero ſolitudinē, ſilentium, abſtinentiæ rigorem, orandi, cōtemplandiq; aſſiduitatem deſumpſit, vt ſecluſis periculis vtriuſq; vitę, hoc eſt, familiaritate ac loquendi cōſuetudine immoderata, quæ cœnobitis imponit, & ſeparatione nimia cōſolationis inſtructioniſq; expertę quę anachoretas male habuit, ex melioribus conſerret optima, & alumnos ſuos nō modo ad actiuam verumetiam ad contemplatiuam vitam (idq; potiſſime) tranſmitteret. Eſt alia domus, nempe interior conſcientię, quam S. Bruno ædificauit ſupra petrā. Verum de hoc aliquid dicere, puto ſuperfluum: quādoquidem vitam eius legimus plenam omni iuſtitia & ſanctitate. Nobis hic potius vigilandum eſt, vt ſinguli domum habeamus ædificatā ſupra petram, hoc eſt, nō deficientem. Deficit autē ſi vel collabi permittitur tepore, vel collidi nimietate. De tepore cōqueritur B. Bernardus in epiſtola, dicens: Bernard9: Multo facilius reperies multos ſeculares conuerti ſimpliciter ad bonum, q̄ vnumquempiā de religioſis proficere de bono in melius. Contra hūc neceſſarius eſt dei timor, ſcriptura dicente: Si nō in timore domini tenueris te, Eccl 27 inſtanter cito ſubuertetur domus tua. Et Bernardus ſermone LIIII. ſuper Cantica Bernard9. poſt longam indeuotionis ſeu acediæ querimoniam, tandem ita infert: In veritate didici nil æque efficax eſſe ad gratiā promerendam, retinendam, recuperandam, quàm ſi omni tempore coram deo inueniaris, non altum ſapere, ſe timere, & cætera quæ ſequuntur. Roma.11 Porro contra nimietatem, neceſſaria eſt diſcretio. Ad quam præmonet angelus in libro viarū dei eremitas loquens ſanctę virgini Eliſabeth de Schoenaugia ſanctimoniali hoc modo: Attendite vos qui in eremo vitam ducere elegiſtis quàm diſcretionem habeatis. Diſcretio enim eſt mater omnium virtutum. Glebis aſpera eſt via veſtra propter duritiam vitæ. Videte ne forte offendat pes veſter. Quod ſi offenderit, cauete ne lumen quod in vobis eſt euacuetur. Propterea autē neceſſaria vobis eſt diſcretio, vt nō cito ſequamini omnem impetū zeli veſtri, qui vos ad altitudinē perfectionis impellit, neq; ſupergrediamini mēſuram virtutis veſtræ laboribus immoderatis. Multi in præſumptione ſpiritus ſui am-

bulātes, vitam ſuam nimia afflictione extinxerunt, & perierūt in adinuentionibus ſuis. Multi menſurā ſuam excedentes, humanum intellectū in ſeipſis ſubuerterūt, & inutiles facti ſunt, & ſimiles iumētis inſipientibus. Multi per immoderatas fatigationes in tædiū adducti ſunt, & elāguit virtus eorū, & abierūt retrorſum, & reuoluti ſunt ad voluptates carnales, factique ſunt in deriſionem ſpiritibus nequam. Bona eſt vexatio carnis, quia aduerſatur concupiſcentijs, immundicię, ſed ſi mēſuram exuperet, inutilis eſt, qa ſuffocat deuotionem cōtemplationis, & lumen eius extinguit. Propter hoc memento homo fragilitatis tuæ, vt caute gradiaris in via dura, quam ingreſſus es, & patienter agas in feſtinatione tua ne ruinam patiaris, dirige in conſilijs ſapientium cunctos labores, non in proprio ſenſu, & non confunderis in exitu tuo. Dominatorē cœli ne tentes ſicut qui incaute ſui curam abijciūt, & habent fiduciam quod mirificetur in eis potentia dñi ſecundum dies antiquos. Hæc ex reuelationibus Eliſabeth. Similia ferme ſancta Agnes loquitur ad ſanctam Brigittam libro reuelationum eius ſexto, ſic dicens: Filia non plus debito procedas, quia cuſpis lāceę acutę ante te ſtat, ad quā ſi plus iuſto proceſſeris, vulneraberis. Nō debes plus debito procedere, id eſt, vltra vires te affligere, aut alios ſuper naturā tuam in bonis operibus imitari, quia ab ęterno diſpoſuit deus operibus charitatis & humilitatis aperiri peccatoribus cœlum, ſeruata in omnibus menſura & diſcretione. Nunc autem diabolus inuidus ſuadet homini imperfecto ſupra vires ieiunare, promittere inconſueta, & importabilia, velle imitari perfectiora, non conſideratis viribus ſuis, & infirmitatibus ſuis, vt deficiente robore, vel homo continuet male incœpta propter ruborē hominū, plus q̄ propter deum, vel deficiat citius propter indiſcretionem & infirmitatem. Propterea mēſura teipſam in teipſa, quia alij ſunt à natura fortiores, alij debiliores, & cætera ibidem. Videtis quàm neceſſaria eſt diſcretio, qando (vt Iſidorus ait:) Quicquid boni cum diſcretione feceris, virtus eſt: quicquid ſine diſcretione feceris, vitium eſt. Virtus enim indiſcreta pro vitio computatur. Et Bernardus ſuper Cantica: Tolle diſcretionē, & virtus vitiū erit, ipſaq; affectio naturalis in perturbationē magis conuertetur exterminiumq; naturæ. Et Chriſtus libro IIII. reuelationū Brigittæ: Multa ſunt virtuoſa opera, non tamen omnia merentur mercedē cœleſtem, niſi diſcrete fiant. Cæterū, diſcretio nō poteſt haberi, niſi quis proprio ſenſui abrenunciet, & iudicio, & credat alieno non cuiuſcunque, ſed prælati, ſi habet, aut boni alterius, quem vt ductorē ſequatur animæ ſuæ. Ita enim conſulit Gregorius, aut ſecundum alios Bernardus, dicens: Recurre ad hominem viuum, deum in homine conſule, aperi impedimentū, & quære medicamentum, auſculta hominem nō de ſe mendacem, ſed per hominem deum veracem, reſpondentem, docentem, conſolantem, & hortantem, & diſce diligenter, ne ſenſu proprio, pro tollendo impedimēto, tali forſitan vtaris remedio, de quo poſtmodum maioris impedimenti occaſio oriatur. Et ſanctus Vincentius prædicatorum ordinis: Dico tibi nūquam IESVS CHRISTVS, gratiam ſuam miniſtrabit (ſine qua nihil poſſumus) ſi homo habet à quo poſſet inſtrui, & deduci, & negligit, vel nō curat, alterius ducatum amplecti ſe credens ſibi poſſe ſufficere, & per ſe poſſe inueſtigare & inuenire quæ ſunt vtilia ad ſalutem. Idem ſentit abbas Moſes, vt Caſſianus de collationibus patrum ſcribit: Sciendum, inquiens, neminē poſſe diſfinitionibus ſuis vel iudicio proprio confidentem perfectionis culmen aliquando poſſe conſcendere, ſed nec diaboli pernicioſa quidē illuſione non decipi. Idem: humilitatis hæc prima erit probatio, ſi vniuerſa nō ſolum quæ agenda ſunt, ſed etiā quæ cogitantur ſeniorū reſeruantur examini, vt nihil quis ſuo iudicio credens, illorum per omnia diffinitionibus acquieſcat, vt quid bonum vel malum debeat iudicare, eorum traditione cognoſcat. Quę inſtitutio non ſolum per veram diſcretionis viam iuuenem recto tramite docebit incedere, verumetiam à cūctis fraudibus & inſidijs inimici ſeruabit illęſum. Nullatenus em̄ decipi poterit, quiſquis non ſuo iudicio, ſed maiorū viuit exēplo, nec valebit ignorationi eius callidus hoſtis illudere, qui vniuerſas cogitationes in corde naſcentes pernicioſa verecundia neſcit obtegere, ſed eas maturo examine ſeniorū vel reprobat vel admittit. Hæc abbas Moſes. Climachus quoq;: Quādo, inquit, aliquis cū innocētia & ſimplicitate dimittit ſe in mani-

Pſal. 80 — Pſal. 48 — Iſidorus. — Bernardꝰ. — Gregoriꝰ. — Vincētius. — Iohan. 11 — Moſes abbas. — Idem. — Climachus.

manibus alterius, tunc non dat maligno
Idem. locum cōtra ſeipſum. Idem refert quodā
in monaſterio monachos portaſſe tabu-
las ad cingulū, qua cogitationes ſuas ſcri-
Anthonius. ptas reuelarent abbati diſcutiendas. Non
diſſimilia hortatur beatus Anthonius, do
cens monacho tm̄ debere adeſſe ſtudiū ni
hil celandi, vt etiā pedum ſuoꝝ veſtigia (ſi
poſſibile ſit) numerata ſuo reuelet magi-
ſtro, vt nuſq̄ fallendi occaſionē relinquat
Climachus. inimico. Qui em̄ tentationem (vt verbis
vtar Climachi) ſuam celat, in tenebris am
bulat. Verum, vt in vitis patrum admone
mur: Si habet quis in aliquo fidem, & tra-
diderit ſe ei ad ſubiectionē, non debet in-
tendere in mādata dei, ſed patri ſuo ſpiri-
tuali omnē voluntatem ſuam cōmittere,
quia illi per omnia obediens, nō incurrit
peccatum apud deum. Confirmat hęc oīa
Chriſtus ad ſanctam Brigittam VI. libro
reuelationum, dicens: Charitas eſt quaſi
arbor de qua omnes virtutes procedunt.
Inter quas primatū tenet obedientia, pro
Philip. 2 qua ego ipſe deus ſubire crucem & mor-
tem non dubitaui. Ideo obedientia eſt mi
hi placita, ſicut fructus ſuauiſſimus, quia ſi
cut pax pacatiſſima, ſic & homo ille eſt mi
hi amiciſſimus, qui ſe ex humilitate aliīs
ſubīcit, & velle ſuum totum ponit ad ma
nus alioꝝ. Et iterum: Obedientia eſt vir-
tus, qua imperfecta perficiūtur, & omnes
negligentiæ extinguūtur. Nam ego deus
præ omnibus perfectiſſimus, & ipſa perfe
Lucæ 9 ctio, obediui patri vſq; ad crucem, vt oſtē
derem exemplo meo q̄ placitum eſt deo
abnegare velle proprium. Sed multi non
attendentes virtutem obedientiæ, nec ha-
bentes zelum diſcretum, ſequuntur con-
ceptum mentis ſuæ. Et ſic modico tempo
re indiſcrete affligunt carnem, vt longio
ri tēpore ſint inutiles ſibīpſis, ex quo deo
minus placentes ſunt, & aliīs onerosi. Cū
que tales conſiderant defectus ſuos retra-
ctare volētes priora, ſtatim accedit rubor
mentis dimittere incœpta, & ex pertina-
cia non audent aggredi ſaniora. Ex tali-
bus hominibus eſt iſte homo quem vides,
qui non attendit ad conſilia probatorum
virorum, nec attendit verba mea quæ di-
xi. Nolo mortem carnis, ſed peccati. Ideo
timendum eſt ei, ne veniat in tribulatio-
nem maiorem & defectum mētis. Verun-
tamen ſi obedierit ſapientibus, & ſubmi-
ſerit animam ſuam à conceptibus propri-
is, duplicabitur ei corona & ſpiritualis de

uotio augebitur in eo. Alioqui ſicut ſcri-
ptum eſt, fiet ei: Venit homo & ſuperſemi Matth. 13
nauit zizania, & ſimul exortæ ſpinæ, ſuf-
focauerunt ſemen eius. Hæc in reuelatio-
num Brigittæ, libro VI. cipite XII. Item in
IIII. ad Brigittam Chriſtus: Cur times?
Nam etiam ſi quater in die comederes, nō
tibi imputabitur ad peccatum, ſi permiſ-
ſione eius feceris, cui teneris obedire. Et
in Extrauagantibus legitur: Cum iuſſa
fuiſſet Brigitta contra ſuam conſuetudi-
nem laxius viuere à magiſtro, quanquam
graue hoc ſibi videretur mutare conſue-
tudinem deuotam, tamen obediuit. Et
tunc audiuit in ſpiritu: Quid times muta-
re vitam, nunquid bonoꝝ tuorum egeo,
aut meritis tuis intrabis cœlum? Obedias
igitur magiſtro tuo. Nam ſi etiam decies
comederis aut biberis in die propter obe
dientiam, non imputabitur tibi ad pecca-
tum. Et in quarto libro capite vigeſimo-
ſexto: Mater dei virgo Maria loquens ad
Brigittam: Ecce, inquit, ſi videris duos ho
mines, alius eſt ſub obedientia, alius in li-
bera poteſtate. Si ille qui liber eſt, ieiunat,
ſimplicem habet mercedem. Si autem ille
qui ſub obedientia comedit illo die ieiunīj
carnes ſecundum inſtitutionem regulæ,
& propter obedientiam, attamen libenti-
us ieiunaret ſi non obſiſteret obedientia,
ipſe habebit mercedem duplicem. Vnam
propter obedientiam, aliam propter dila-
tionem deſiderīj ſui & non impletionem
voluntatis ſuæ, hæc ibi. Videtis quomo-
do & reuelationes diuinæ, & ſanctorum
patrum ſententiæ conſentiant ſcripturæ
ſacræ, quæ meliorem dicit eſſe obedien-
tiam, quàm victimam. Cæterum (vt ver 1. Reg. 15
bis vtar Bernardi) qui ſapientes in oculis Bernardus.
ſuis decreuerunt apud ſe, nec conſilio ac-
quieſcere, nec præcepto, videant quid re-
ſpondeant, non mihi, ſed dicenti: quoni- Ibidem.
am quaſi peccatum, ariolandi eſt repugna
re, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquie
ſcere. Reducatur iam ad memoriam quid
idē Bernardus ſuper hoc verbo in ſermo- Bernardus.
ne quodā de reſurrectione domini ad lon
gum de lepra proprīj conſilīj dicat, quæ
quanto plus abundat in homine, tanto ſi-
bi ſanior eſſe quiſque videtur. Similiter &
vbi ſuper Cantica ſermone XIX. contra
idem vitium inuehitur, dicens: Non legi- Idem.
ſtis in Euangelio quam formā obediendi
puer Ieſus pueris ſanctis tradiderit? Nam
cū remanſiſſet in Ieruſalē, & dixiſſet in his Lucæ 2

quæ

quæ patris ſui erant oportere ſe eſſe, non acquieſcentibus parentibus eius, ſequi illos in Nazareth non deſpexit, magiſter diſcipulos, deus hoīes, verbum & ſapientia fabrum & fœminam. Quid etiam addidit ſacra hiſtoria? Et erat ſubditus illis. Quouſque, inquit, vos ſapientes eſtis in oculis veſtris? Deus ſe mortalibus credit & ſubdit, & vos in vijs veſtris adhuc ambulatis? Bonum receperatis ſpiritum, ſed non bene vtimini eo. Vereor ne alium pro iſto recipiatis, qui ſub ſpecie boni ſupplātet vos, & q ſpiritu cœpiſtis, carne conſummemini. An neſcitis, quia angelus Satanę transfigurat ſe multoties in angelum lucis? Sapientia eſt deus, & vult ſe amari, non ſolum dulciter, ſed & ſapienter. Vnde Apoſtolus: Rationabile, inquit, obſequium veſtrum. Alioqui facillime zelo tuo ſpiritus illudet erroris, ſi ſcientiam negligas. Nec habet callidus hoſtis machinamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem, quàm ſi efficere poſſet, vt in ea incaute & nō cum ratione ambuletur. Hec Bernardus. Quæ omnia oſtendunt quàm neceſſaria in monaſterio ſit obediētia, ne ad teporem remiſſo feruore, neve ad præcipitium proprium conſilium ſequentes indiſcreto proficiēdi zelo veniamus. Et propterea dixit ſancta Syncletice: In congregatione cuilibet cōuerſanti magis obediētiam quàm continentiam proponimus, quoniam cōtinentia arrogantiam habet, obedientia autem humilitatem cōgruam pollicetur. Auguſtinus quoque: Vna, inquit, obedientia plus quàm omnes virtutes aliæ valet. Ieiunium vel cōtinentia ſi diligenter attēderis ſuperbiam tibi facit. Superbia autem eſt inimica deo, & nihil ſic odit deus, vt ſuperbiam. Quicunque non obedit, nō facit de ſanctitate, ſed de ſuperbia: ideo em̄ non obedit, quia meliorem ſe credit illo cui non obedit. Et poſt pauca: Magis em̄ ſe putat ſapientem quàm illum qui dat cōſilium. Et quid dicit in corde ſuo? Ego mihi ſapiens ſum, ego nō habeo quærere cōſilium, nec tu ſapientior es me. Licet nō dicat, tamen ex eo quod contemnit conſilium fratris, in corde hoc loquitur. Hæc Auguſtinus. Non poſſem omittere poſtremo Iohānis Thauleri, apud deuotos haud mediocris auctoritatis viri de obedientia teſtimonium (niſi prolixitatem vitarem) qui in ſermone dominicæ tertiæ poſt Trinitatis feſtum, cunctis exercitijs, bonis operibus, virtutibus & quibuſcunque meritis (quæ ex voluntate ſeu inſtitutione propria parantur) obedientiam præfert, dicens: Neq; dignius neq; acceptius deo offerri poſſe aliquid holocauſto humilis, obedientis ac reſignati cordis. Proinde poſſet homo propter deum humiliter obediendo, & tam in ſpiritu q̄ in natura omnem proprietatem relinquēdo ſemetipſum adeo exire, vt ſub vno momento perfectius duceretur in deum, q̄ ſi decem annis eodem ſemper modo in ſublimi aliqua deuotione propria perſtitiſſet. Verbi gratia: vt ſi poſſibile foret hominē tanta præditum eſſe gratia, cui viſibiliter, atq;, vt ita dicam, perſonaliter deus cō moraretur, ſi hunc ad obedientiam auocari contingeret, dicere deberet deo: Dn̄e deus meus dimitte me, vt ad obediētiam pro tuo beneplacito nunc à te diſcedam. Hæc humilis relictio ſuṗpſius, gratior eſſet deo q̄ ſi interea cū angelis dei cœli delitias penetraret. Et hoc refert exempli cauſa Thaulerus cuidā ſanctimoniali in cœnobio accidiſſe, quā ob ardētiſſimum eius deſiderium & amorē, Chriſtus in forma pulcherrimi pueri viſibiliter viſitauit. Verum vt eius ſynceritas probaretur, eandē virginem mox e cella tunc ad laborē monaſterij contigit euocari: quæ dimiſſo puero Ieſu in cella, ad obedientiam abijt: qua conſummata, deſiderabunda cellam repetit, & iam non puerum, ſed adoleſcentem glorioſum & fulgidū (vt putabat XXIIII. annoꝝ, reperiens, exultabunda dicit: Dulciſſime Ieſu, quomodo tam exiguo tempore adeo ſplendidus, pulcher & grandis effectus es? Reſpondit Ieſus: Hoc profunda fecit humilitas velocis obedientię tuę, & cætera ibi. Verum (vt ibi ſubiungitur) hæc aſſertio contra eos eſt vehementer, qui in religione dum à proprijs ſuis conceptibus, exercitijs, ſtudijs aut deuotionibus auocantur, ſeu impediuntur per obedientiam, mox amiſſa pace interna in triſtitiam aut impatientiam labuntur, quia renuunt ſuam poſſeſſionem relinquere, hoc eſt, nolunt ab his quæ cum amore priuato, & proprietate voluntatis poſſident ſeparari, vt ſunt exercitia eorum aſſumpta, cōſuetudines, & ſentimenta propria, in quibus requieſcunt, quæ diligunt & magnipendunt (propter inclinationem ſpiritus ſeu etiam naturæ ſeipſam quærentis ad illa.) Hæc enim quaſi deum con

Galat. 3 2. Cor. 11 Roman. 12 Syncletice Auguſtin. Iohannes Thaulerus.

conſtituerunt, in quibus confidunt, & ſine quibus ſpem ſui profectus, & conſolationem, atque fiduciam (quam in his habent) amittunt. Atq; ideo non poſſunt vel non audent ſeipſos relinquere, abnegare, aut exire, nec obedientiæ ac prouidentiæ diuinæ ſe credere, ſed aut inuiti & cum murmure obediunt, de obedientia diffidunt, gloſſas & excuſationes quærunt, vt à nobili hac virtute alienos ac nudos ſe faciãt, & in proprietate ſui propoſiti ac ſuorum cõceptuum maneãt. Cum tamẽ hæc oĩa eorum ſentimẽta & exercitia (quæ naturalis eorũ inclinatio & propria electio ſibi dulcia facit) q̃uis precioſa putentur, minus tamen propter proprietatem & irreſignationem cordis deo accepta ſunt, plerunq; etiam deceptoria ac vero profectui aduerſantia: quippe, quæ impedimentum ac medium inter deum & animam conſtituunt. Neq; enim vult deus ſecundũ propriam voluntatem & electionem hominis, ſed ſecundũ ſuum beneplacitum ſibi ſeruiri & obtemperari. Vult etiam hoĩem ab omni proprietate ab omni quæſitione ſuĩpſius, & ab omni vitioſa inclinatione erga ſeipſum, per abnegationẽ exui. Itaq;
Bonauen. cum (vt Bonauẽtura dicit) tota perfectio hoĩs & religionis in volũtatis propriꝫ abdicatione conſiſtat, nemo ad perfectionis ſemitam currendã magis eſt expeditus, q̃ verus obediens. Hic enim tanq̃ vere pau-
Matth. 5 per ſpiritu, neq; minus neq; plus eget, q̃ debet. Ideo domum ſuam ſtabiliet fundatam ſupra petram, id eſt, Chriſtũ, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

SERMO II. LAVS inſtituti Carthuſiani, & quis eremitæ quiſue cœnobitæ ſit finis atq; perfectio.

Simulabo eum viro ſapienti, qui ędificauit domum ſuam ſupra petram, Matthæi VII. In his verbis chariſſimi ad propoſitum noſtrum aſſumptis cõmendatur beatiſſimus Bruno pater noſter, maxime à duobus. Primo à fortitudine. Eſt autem fortitudo ſecundum philoſophum III. Ethicorũ, aggreſſio terribiliũ cauſa boni. Et hoc inſinuatur cũ dicitur: Simulabo eum viro. Ipſe eñ virilem, hoc eſt, fortem animum habuit, & hoc dupliciter ſecundum duas ſpecies fortitudinis ſumendo tamen fortitudinem large, vt includat etiam temperantiam. Primo, quia fortiter & viriliter contempſit mundum, videlicet proſperitates, dignitates, & honores non ſolum quæ vniuerſitate multa habuit, ſed etiam quæ ab Vrbano ſummo pontifice quõdam ſuo diſcipulo maxima habere potuit. Studium quoq; ſcholaſticum (q̊d cæteris arctius amabat) licet ſanctum, tamen ſuo propoſito tanq̃ inconueniens Chriſti pro amore reliquit. Secũdo fortis fuit, quia contempſit ſeipſum, delectabilia ſibi interdicens & triſtia ſuſtinẽs. Nã extenuauit corpus ſuũ vigilijs, macerauit abſtinẽtijs, & cæteris quæ mortificationi congruunt, afflixit diſciplinis. Vnde q̃ auſteram poſt conuerſionem continentiſſimamq́; vitam duxerit pœnitentialem, ac omni virtute cõſummatam, Guigonis & ſucceſſorum teſtantur ſtatuta. Non eñ potuerunt ſequentes eum filij alia ſtatuere (ſiue vt melius dicam) ſtatuta per illum promulgare, quàm à ſanctiſſimo patre ac magiſtro & viderant & didicerant. Nec veriſimile eſt beatum Brunonem aliquid docuiſſe verbo, quod non perfectiſſime (ſicut tunc maxime opus erat) monſtraſſet exemplo. Secundo commendatur beatiſſimus ordinis fundator à ſapiẽtia, ſimiliter & duobus modis. Primo, quia domum ſuam, id eſt, ordinẽ ſuum prudenter inſtituit, ideo dicitur viro ſapiẽti qui ædificauit domũ ſuam. Sapientiſſime nanq; inſtituit ordinẽ ſuum, qui cõſiderans eremiticæ & cœnobiticæ vitæ vtrinq; labem & profectũ, & vtriuſq; pericula abſcindens, de vtraq; meliora excepit, & vnam ex ambabus inſtitutionem faciens, voluit filios ſuos vtriuſq;, hoc eſt, cœnobiticæ & anachoriticę perfectionẽ ſortiri. Quippe, qui ſic quidẽ in congregatione & ſub obediẽtia viuerent, vt tamen ſocialis vitæ pericula neſcirẽt, nec tamen ſic in cœnobio iungerẽtur, vt vel ſolitudinis vel quietis fructu priuarentur, ſed quemadmodum prædixi ſimul vtriuſq; vitæ perfectionem apprehenderent & finem. Eſt autem cœnobitæ (vt in collatione patrum Caſſianus Caſſianus.
teſtatur) finis atque perfectio omnes ſuas mortificare & crucifigere voluntates ac ſecũdum Euangelicæ perfectionis ſalutare mandatum, nihil de craſtino cogitare. Matth. 6
Quam perfectionem prorſus à nemine niſi à cœnobita, qui ſine ſolicitudine ſub alterius viuit imperio, impleri poſſe certiſſimum

mū eſt. Eremitę vero perfectio eſt exutam mentem à cunctis habere terrenis, eamq́ꝫ quantum ſinit humana imbecillitas viuere cum deo, quàm econtrario inter continuos fabulantium ſtrepitus velle adipiſci tam ſtultū eſt ſperare quàm pręſumptuoſum. Hinc plane videtis (ni fallor) chariſſimi, quantum noſtræ inſtitutionis profeſſio extat commendabilis, quæ ad vtriuſq́ꝫ perfectionis finem ſuos tranſmittit alumnos, quæ ſuos profeſſores ſic gaudere facit ſolitudinis commodo, vt tamen actiuę ſocialiſq́ꝫ vitæ non careant emolimento, vt ibi obedientiæ conquirant meritū, vbi contemplationis non patiuntur diſpendium. De hac profeſſione ſanctus Bernardus patribus noſtris ſcribens: Altiſſima, inquit, eſt profeſſio veſtra, cœlos tranſit, par angelis eſt, angelicæ ſimilis puritati, non enim ſolum vouiſtis omnem ſanctitatem, ſed omnis ſanctitatis perfectionē, & omnis conſummationis finē, & omnis conuerſationis perfectionem. Non eſt veſtrum languere circa cōmunia præcepta, neq́ꝫ hoc ſolum attendere quid præcipiat deus, ſed quid velit, & cætera. Cæterum, chariſſimi fratres, quis neſciat ſi proficiendi defuerit ſtudium, nihil nobis prodeſſe ordinem optime inſtitutum? Si non ſeruantes ſtatuta laudamus, quid aliud agimus quàm proprio teſtimonio noſipſos damnamus? Secundo, commendatur à ſapiētia beatiſſimus Bruno, quod domum ſuā fundauit ſtabiliter, quia ſupra petrā, id eſt, Chriſtum. Vnde in ipſius laudem de huius ordinis ſtabilitate quidam exclamat, dicens: O nobilem auctorem ſanctiſſimæ religionis, quæ nunquam à legibus ſuis, & bona inſtitutione cecidit, ſicut cęteræ fere omnes miſere labaſcūt. Sed omiſſo interim quid alieni pie de nobis ſentiant, quæramus proprium teſtimoniū conſcientiæ: Cogitemus cum gemitu quantum à patrum noſtrorum conuerſatione defecimus, quātum ab illorum perfectione diſtamus. Non modo loquor de prolixis vigiliis, tribus in hebdomada abſtinētiis, non deniq́ꝫ de cibo ſale duntaxat condito, & cęteris pœnitentiæ exercitiis pene abolitis, quæ licet adhuc in ſtatutis legimus ſcripta, temporibus tamē noſtris (q̄d valde dolendum eſt) nō ſolum ſeruata nō vidimus, verumetiam poſſe fieri omnino deſperamus. Vtinam vel ſaltem cætera ſilentii, ſolitudinis, obediētiæ, ieiuniorum regularium, & ſimilium ſtatuta diſtricte, inuiolabiliterq́ꝫ cuſtodiremus. Si nō poſſumus (non dicam non volumus) ſed ſi non poſſumus, inquam, primorū patrum abſtinentiæ tantum imitari rigorem, hoc tamen turpiſſimum nobis ſit, ipſos nō ęmulari mortificatione vitiorum. Delicata eſt valde pœnitentia noſtra qua volumus afficere carnem, & nullum afflictionis ſentire dolorem. In paupertatis voto gloriari & nullam penuriam pati. Vtinam annitamur ad id quod ſumus vocati: Ad pœnitentiam & luctum venimus, ſed leuitatibus percrebro (& vltra quàm etiam ſeculares decet) ac riſibus inordinate vacam9. Quapropter non incōgrue Iſaias propheta nos arguens: Vocauit, inquit, eos dominus deus exercituū ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum ſacci, & ecce gaudium, & lætitia. Nolo tamē chariſſimi, vt putet me quis vel mentis hilaritatem, vel ſerenitatem vultus reprehēdere, quę in cōgregatione viuentibus tam ſunt neceſſaria quàm iucunda, quin potius exhortari ad compunctionem cordis, ad diſciplinam obſeruantiæ regularis, & potiſſimum ad prouocationem mutuæ charitatis. Reſpiciamus igitur ad antiquorum patrum noſtrorum feruorem, quomodo in dei timore per cellulas diuiſi & mutuæ nihilominus charitatis germanitate cōiuncti, pro æmulatione virtutum ingentia exercebāt ſtudia, certamina & agones. Studebat vnuſquiſq́ꝫ (dum conueniebant) altero benignior, altero patientior, humilior, obedientiorq́ꝫ inueniri. Cauebant ſinguli alterutrum inobedientiæ, tepiditatis, leuitatis aut negligētiæ relinquere exemplum. Hic zelus, videlicet boni exempli (ſine quo ſtatuta ſcripta parū valent) validiſſima eſt ordinis columna, quę dum perierit & ordinē perire neceſſe eſt. Hunc zelum cum patribus noſtris etiam nos habere, ac poſteris noſtris commendare, & debemus & poſſumus. Ea propter excitate fratres corda veſtra, & quare monaſterium intraſtis, cur ve Carthuſienſes eſtis, recolite. Nunquid vt hoc genere veſtium induamini? Nunquid vt raſo incedatis capite? hæc & alia multa id genus ſigna ſunt, quæ non monachum faciunt, ſed oſtendunt. Quid tunc facit monachum? Paupertas ſpiritus, ſobrietas, abſtinentia delectationum ſenſualium, mortificatio paſſionum, extirpatio vitiorum, con-

Bernard9.

Iſaiæ 22

continentia ſenſuum. Abdicatio propriæ voluntatis, humilitas, manſuetudo, puritasq; cordis, obedietia, patientia, charitas, ac reliquę virtutes quę nos ſeparant à mũdo, cõformant Chriſto, coniungunt deo. Studeat vnuſquiſque bonum in ſe exemplum præbere, & quantum in ſe eſt non tam verbis quàm operibus quid agẽdum ſit, & quid fugiendum fratrem ſuum docere. Studeat vnuſquiſq; ad meliora ſemper progredi, & ſuo inuitet exemplo, alios ac in ſe oſtendat quomodo oporteat ſe humiliare, ſubijcere, mortificare atq; ſubijcere, ad laudem domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

SERMO III. DE IMpedimentis in uia dei, deq; cauẽda murmuratione.

Sint lumbi veſtri pręcincti & lucernæ ardẽtes in manibus veſtris, Lucæ XII. Ei qui in nocte ac tenebris ambulat, duo ſummopere ſunt neceſſaria. Vnum, vt corpus habeat ad iter expeditum. Alterum, vt in lumine ambulet
1.Iohan. 2 ne offendat. Nam q ambulat in tenebris, neſcit quo vadit. Primum eſt nobis neceſſarium, vt corpus noſtrum ad iter habeamus expeditum. Multa nanque ſunt quæ ambulantẽ præpediunt ne veniat, aut tardius veniat ad patriam. Impedit enim ſi graui ꝑmatur onere, ſi differatur ſomno, ſi occurrentia ſpectãdi alliciatur voluptate, ac curioſitate, ſi rixando deniq; remoretur ab aliquo. Graui ꝑmitur onere corpus noſtrum deſideria ſentiẽs carnis, vult dormire, vult delicate comedere, appetit licenter voluptuari, vult nil triſte ſentire, vult nõ fatigari aut laborare. Chariſſimi fratres, cõtra hoc impedimentum, poſuit filijs ſuis ſanctiſſimus pater noſter Bruno, quod in ſchola Chriſti ipſe didicerat remedium cõtinentiæ ſalutaris, inſtituẽs in ordine ſuo, abſtinentias, ieiunia, vigilias, ad domandam carnis laſciuiam, ad fatigandam petulantiam, ad cohibendos deniq; motus quoſcunq; illicitos, ne demus mẽ-
2.Cor. 10 bra noſtra arma iniquitati. Quicunq;, in-
Galat. 5 quit Apoſtolus, ſunt Chriſti, carnẽ ſuam crucifixerunt cum ſuis concupiſcentijs. Si illi Chriſti ſunt, qui carnem ſuam crucifixerunt cum ſuis cõcupiſcentijs, cuius ſunt ij qui carnem ſuam fouent cum ſuis cõcupiſcentijs. Volunt delicate comedere, faſtidiunt communia, & nulla poſſunt ſobrietate ſatiari. Contingit illis ſæpe iuxta cõmune adagium: Vt venter oculo citius ſatietur. Si quæ deſiderant nõ miniſtrantur, aut quomodo accurate volunt non miniſtrantur, iraſcũtur, murmurant, abloquũtur, quaſi in Chriſto ſeruiant, vt ſecũdum carnem quomodo mundi amici viuant.
Si ſecundum carnem, inquit, vixeritis mo Roman. 8
riemini, ſi autẽ ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Hæc chariſſimi ſcientes nolite errare, nolite voſipſos fallere, nolite vos dei gratia indignos exhibere. Scitis
quãtum populus Iſrael murmurãdo pec Exo. 15. 17
cauerit, q̃ grauiter dominus offenſus ob Nu. 14. 16
eorꝫ murmurationem, terribiliter nimis eos (in terrorem murmurantibus) percuſſerit. Nolite igitur murmurare. Plura q̃ digni ſumus accipere, cõtulit nobis deus. Vere plura quàm meremur in omnibus, nobis adminiſtrantur. Legantur ſtatuta quàm legem ſumus profeſſi, videamus qd ex lege nobis debeatur, qd ex gratia. Iam omnia adminiſtrãtur ex gratia, & nemo gratiam agnoſcit. Conſuetudines allegãt omnes. At, conſuetudines iuſte noſtra vocantur ſtatuta, has ſi allegamus iuſte zelamur, fiat nobis ſecundum has conſuetudines: & certe qui nunc conquerimur, tunc gratias agemus. Verum, ſi alias volumus conſuetudines ijs allegare contrarias, hoc non eſt allegare (inquiunt ipſa ſtatuta) cõſuetudines, ſed corruptelas. Verũtamen chariſſimi, quemadmodum odi ac reprehendo murmurationes, ita re vera condoleo etiam, quorundam neceſſitatibus. Inde autem magis doleo, quod paupertas noſtram hic domum adeo premit, vt quomodo vel pro veſtra neceſſitate, vel pro cõſolatione quorundam æquum foret, non poſſit eis prouideri. Eſt tamen & aliud quod male me habet. Video quorundam impatientiam in diuino officio ad finem feſtinantium, quãtum putatis bone Ieſu
nauſeant ipſi ſuper cibo vt putant iſto le- Nume. 21
uiſſimo? Quare nõ zelantur potius vt dei laudes ſtrenue agantur? Zelarentur profecto, inquis, ſi amarent. Iam vero quod quis non amat, quomodo pro eo poteſt zelari? Conuincuntur igitur nec amare deum, cuius faſtidiunt odiuntve laudes. Chariſſimi fratres rogo vos in Chriſti viſceribus non faciatis vobis deum iratum, non faciatis auerſum, hoc tempore peſſimo, hoc tempore cariſtiæ, hoc tempore

guerrarum,hoc tempore exactionum du
riſſimarum , hoc tempore quando mun-
dus totus patitur & vbiq; premitur.Noli
te murmurare pro cibo & potu.Si qui prę
clari ſunt aut præſtãtes in mundo vix pa
nem habent nigrum quo veſcantur ad ſa
tietatem . Per gratiam dei adhuc nobis ſi-
milę abundant & oua,taceo cętera.Quan
do igitur affliguntur omnes, quando ne-
mo non patitur,quomodo nos monachi,
nos eremitę,quibus ex profeſſione incum
bit,& affligi, & penuriam pati , ſi fortaſſe
non aſſit abundantia,murmurabimus? q̃-
modo non vltro etiã nobis ſubtrahemus,
vt aliis afflictis coram deo non ſimus infe
riores? Quid putatis dicturus eſt nobis
dominus in fine quando iam ad regni ſui
Matth.25 pulſauerimus oſtium cum iis qui ad nu-
ptias inuitati ſunt intraturi. Nunquid nõ
merito formidandum eſt ne exprobretur
Matth.6 nobis:Vos recepiſtis mercedem veſtram?
Parũ in ſeculo reliquiſtis, & plura in mo-
naſterio recepiſtis,pro paruis veſtris labo
ribus abundantiam cibi & potus ſine la-
boribus veſtris ſumpſiſtis . Quando alii
ſerui mei eſurierunt,vos plenitudinẽ eru
ctuaſtis . Quãdo ſerui mei afflicti fame &
penuria gratias mihi egerunt, vos cibo ſa
turati murmuraſtis.Quando ſerui mei ea
quæ ſuperfuerunt vobis,ſi habuiſſent,de-
litias arbitrati fuiſſent,vos penuriam eſtis
conqueſti.Recepiſtis mercedem veſtram,
Lucæ 16 recepiſtis bona in vita veſtra.Hęc moneo,
hęc rogo chariſſimi,cuſtodiatis vos à mur
murationibus , ne offenſus dominus ad
tantam inopiam nos monachos redigat,
vt in die Paſchæ ſuper duobus ouis exul-
temus,& gratias agamus.Dura ſunt quæ
dico acerbioraq; quàm fortaſſe dici neceſ-
ſe ſit.Nam ſcio nõ multos in hoc arguen-
dos . In communi tamen ſermone huiuſ-
modi vitia arguuntur,vt paucorum vere-
cundiæ & famæ conſulatur. Qui innoxii
Lucæ 12 ſunt,gaudeãt:qui rei,corrigant.Sint lum-
bi veſtri pręcincti,continentia,ſobrietate,
vigilantia, diſciplina,modeſtia, & ſi quid
eiuſmodi eſt , quo caro noſtra domatur.
Impeditur alio modo iter ambulantis, ſi
diu dormiat.Chariſſimi fratres eſtote pru
1.Petri 4 dẽtes,& vigilate in orationibus: peſſimus
monacho ſomnus eſt tepiditas. Vtinam,
Apocal.3 inquit,eſſes calidus aut frigidus.Sed quo-
niam neq; calidus es aut frigidus, ſed te-
pidus, incipiam te euomere ex ore meo.
Inſit igitur nobis feruor deuotionis,prõ-
pta volũtas,hilaris affectus,vt deſiderium
noſtrum erga deum non langueſcat ace-
dia,ſed igneſcat ſemper ad potiora,vt quę Philip.3
retro ſunt ac præterita obliti,extẽdamus
nos ſemper ad anteriora.Deſpiciamus q̃c
quid hactenus fecimus, & quotidie quaſi
à nouo incepturi nouum feruorem excite
mus.Impeditur tertio iter noſtrum, ſi hæ
reamus occurrentium rerum voluptate
aut curioſitate.Quanto quis delectatur in
creatura , tanto minus placet ei creator.
Amor dei indiuiſus eſt , amari vult enim
deus toto corde.Nemo poteſt duobus do Matth.6
minis ſeruire,nemo duobus dominis pla
cere . Mortificemus igitur deſideria no-
ſtra , volumus enim & hæc & illa , & vo-
lendi non eſt finis, quia oculus non ſatia-
tur viſu, & cupiditas nunquam dicit ſuffi
cit . Vnum igitur ſolum eſt neceſſarium Lucæ 10
quod cor noſtrũ quieſcere facit , & ſe nos
ſatiat.Sint lumbi veſtri præcincti,& lucer
næ ardentes in manibus veſtris . Chariſſi-
mi fratres in operibus veſtris bonis, ſit o-
culus ſimplex , vt totum corpus lucidum Matth.6
ſit.Sit pura ſimplex intentio,vt omnia fa-
ciatis quicquid boni facitis in laudem dei. Coloſſ.3
Nihil moueat vos aliud quàm vt placea-
tis deo.Nemo quærat ſeipſum , nemo co-
gitet quod ſuum eſt,hoc eſt,quod ſibi cõ-
modo , quod honori, quod voluptati,q̃d
vtilitati ſit , ſed quod ad Chriſti gloriam
ſit,ſeipſo poſthabito & contempto,vt lu-
ceat lux eius coram hominibus,qui glori Matth.5
ficent patrem noſtrum qui in cœlis eſt, ſu
per omnia benedictus.Amen.

IN FESTO OMNIVM ſanctorũ, Sermo I. De uita ſanctorum mirabili.

REddidit deus mercedẽ labo
rum ſanctorũ ſuorũ, & dedu
xit illos in via mirabili,Sapiẽ
tiæ X . Chariſſimi fratres q̃
diu in hac vita ſumus, in iti-
nere,in labore,in afflictione,in ærũnis,in
miſeria,vt exules,& peregrini ſumus. Væ
qui hãc vitã, q huius mũdi incolatũ, pro
patria diligũt, quia nõ glorioſus erit eorũ
vitæ finis. Væ qui aliud neſciunt q̃ edere,
bibere,otiari & nugari, vt hęc ſit pars eo-
rum, hoc ſtudiũ atq; gaudium, dum inte-
rim ſancti circuierunt in melotis, in pelli-
bus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, Hebr.11
quibus dignus nõ erat mundus.In ſolitu-
dinibus errantes, in montibus & ſpelun-
cis,

Galat. 5 cis, inedia macerati, extenuati vigilijs, orationibusq; inſtãtes, & carnem ſuam cum
Sapient. 5 vitijs ac concupiſcentijs crucifigentes. Habiti ſunt in deriſum, & in ſimilitudinem improperij, & vita eorũ reputata eſt ſine honore atq; inſania, propterea quod ſtulti propter Chriſtum quæ mundus amat, ipſi abiecerunt, quæ vulgi opinio magnifacit, contempſerunt, quæ caro concupiſcit, execrati ſunt. Itaq; cum in laboribus & afflictione eſſet vita eorum, mortem habuerũt in deſiderio, vitam vero in patientia. At modo q̃ ſunt felices, quibus reddidit deus mercedem laborũ à quorũ oculis
Apoc. 21 abſterſit omnem lachrymam, quorũ paupertatem donauit regno cœlorũ, quorũ luctum conſolatus eſt, vt non ſit illis amplius lamẽtum, neq; labor, neq; vllus dolor, quorũ eſuriem & ſitim reficiẽs exultatio
Matth. 5 ne ſatiauit. Quid dicam? quorũ merces co
Iſaiæ 64 pioſa eſt in cœlis. Adeo, vt neq; oculus vi
1. Cor. 2 derit, neq; auris audierit, neq; in cor hominis aſcenderit, quæ illis præparauerit deus, vtpote diligentibus ſe. Agite nunc chariſſimi & imitamini, non ſint vobis vigiliæ prolixæ, non auſtera iudicentur ieiunia, non carnis afflictio grauis, nõ importabilis ſolitudo, non triſte ſilentium, non dura aut moleſta obedientia, non deniq; intoleranda fratrum immortificatorũ inciuilitas. Exemplum habemus eorum qui
Eccl. 2 præceſſerunt. Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt, & væ interminatur his, qui perdiderunt ſuſtinentiam. Interrogate & diſcite quid nocuerit, imo quid contule
Roman. 8 rit beato Laurẽtio crates ignea, quid Paulo perſecutio & gladius? quid Petro crux, quid deniq; cęteris ſanctis laniatio carnis, truces beſtiæ, ignes cataſtę eculei, pices feruentes, flagella, preſſurę, exilia, atque adeo ipſa ignominioſa mors. Nõne etiam nos hæc in illis oſculamur, veneramur, prædicamus, extollimus? Quanta eſt igitur illorum, nunc beatitudo in gloria, quorum tam glorioſa hic in terris ſunt tormenta? Itaq; reddidit deus mercedem laborũ ſan
Sapient. 3 ctorum ſuorũ. Labor & afflictio ſpiritus deſierunt, & laborũ glorioſus nunc appa
Pſal. 125 ret atq; ſentitur fructus. Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua. At nunc venientes veniunt, cum exultatione portantes manipulos ſuos. Et vos chariſſimi nũc
Galat. 6 dum tempus habetis operemini bonum ad omnes, & quæ vobis occurrunt aduerſa ſufferte in patientia. Nullum enim certius eſt indiciũ ſalutis, quàm bona agere, & mala pati. Eapropter ſeminate in lachrymis, vt in exultatione metatis. Seminate bona operando, ſeminate in lachrymis, mala æquanimiter tolerando, vt etiam vobis reddat deus mercedem laborũ veſtrorum. Quando? Cum laborum, hoc eſt, cum vitę huius ærumnis & laboribus plenæ finis aduenerit. Breue eſt & ſatis tolerabile quod portamus pondus diei & Matth. 20
æſtus. Et quid dico tolerabile, quãdo bonæ voluntati, quãdo cordi deum amanti, eſt etiam dulce ac deſiderabile? Qui ergo ſub onere murmurat, qui ad vias vitæ laxioris anhelat, qui adhuc ad carnis ac ſenſuum oblectamenta ſuſpirat, nonne conuincitur, quia deum non amat? Quis ſanctorũ pro cibo aut potu, quis pro neceſſitate etiã vel in penuria, auditus eſt murmurare? quis in laudum diuinarũ prolixitate auditus eſt cõqueri? Quis viſus eſt, aut pigris operibus, aut diuinis officijs deeſſe, quis carnem ſuam fouere? Nonne ſupra etiam vires, nonne ſupra cæterorũ conſuetudinem, nonne vltra q̃ iuſſerunt diuinæ ſeu humanæ leges in opera pietatis ſe extenderunt? Vbi eſt nunc fratres in nobis illa ſanctorũ deuotio? vbi feruor & impulſio ſpiritus? Tædet me & omnes nos merito tædere debet ignauiæ & teporis noſtri, quãdoquidem plęriq; noſtrorũ inueniuntur ſine affectione, ſine deuotione, ſine feruore, quaſi animalia ad pręſepia aſſueta, ſic ad diuina accedentes, ſine guſtu ſpiritus aridi & frigidi hinc reuertentes, ad ea quę ſpiritus ſunt, & nos deo cõiungere deberent, aut ſtupidi, aut impatientes pro cibo & potu, imo & pro illecebra gulæ ſoliciti, aut etiam murmurantes. Hæc chariſſimi non fuit ſanctorũ deuotio quibus modo reddidit deus mercedem laborũ, quoſque deduxit in via mirabili. Certe via ſanctorum mundo, & ijs qui terrena ſapiunt eſt mirabilis. Nam contumelias pati, iniurias nõ vlciſci, odientem diligere, carni nõ ſolum delectabilia, ſed etiam neceſſaria multa ſubtrahere, honores ſpernere, laudes & gloriam aſpernari, velle ex animo contemni, mundũ fugere, res temporales relinquere, corpus affligere, aduerſa vltro ſuſtinere, pro malis bona retribuere. Videtur profecto huius mundi amicis, & prudentibus ſeculi ſtolidum & indignum. Nam aliam longe viam monſtrat, prudẽtia carnis, ſapiẽtia mundi, quæ inimica eſt deo. Roman. 8

Gaudere enim malunt ad ſonitum, & ad
tympanum,& citharam, vt ducant in bo=
Iob 21 nis dies ſuos,ſed in puncto ad inferna de=
ſcendant. Vos itaq; chariſſimi memores
Coloſſ. 3 vocationis veſtræ, memores propoſiti ve
ſtri, memores promiſſionis atq; ſolennis
profeſſionis veſtrę,ſtudete mortificare ve
Matth. 11 ſtra membra ſuper terrã,diſcite à Chriſto
magiſtro veſtro,humiles & mites eſſe cor
Coloſſ. 3 de,quæ ſurſum ſunt quærite, quæ ſurſum
ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Scitis
ꝙd omnium reꝝ ſobrietas, vilitas, aſperi=
tas, ruſticitas, atque paupertas magis ad
nos pertinet,q̃ ad alios quoſcunq; mona=
Philip. 3 chos. Secundum menſurã igitur vocatio
nis noſtræ obliti quæ retro nos ſunt,extẽ
damus nos in anteriora,vt cum omnibus
ſanctis,hic in virtutum via, nunc gradia=
mur, & poſt hac in gloria coronemur.
Præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto,
qui eſt benedictus in ſecula.Amen.

SERMO II. QVOD ſanctis & meritum & mercedem operetur deus, quomodoque per uiam ducat eos mirabilem,

REddidit deus mercedẽ labo
rum ſanctoꝝ ſuoꝝ, & dedu
xit eos in via mirabili, Sapiẽ
tiæ X. Chariſſimi vbicunque
ꝓmittitur merces, ibi haud
dubium meritũ cui merces debeatur præ
ceſſerit neceſſe eſt. Alioqui merces nõ erit
merces,id eſt,laboris ꝓmium,ſed donum
potius,ſi nõ ſit labor virtus,opuſve cui cõ
penſetur ꝓmium ꝙd merces dicitur. Quã=
do ergo ſanctis legimus redditam merce=
dem, fateri cogimur quoq; illis hanc non
aliter redditã atq; iuxta merita,id eſt,non
aliter q̃ meruerunt,vt reſpondeat merces
merito, hoc eſt, labori aut operi ꝙd acce=
pto fert deus. Itaq; cuicunq; merces debe=
tur meritũ habere credẽdus eſt ſiue id pro
prium ſit ſiue à deo ſibi donatũ. Hoc ideo
ſic diſtinctim loquor,quia q̃modo merces
donat,donatur & meritũ, & ediuerſo,vt
gratia dei in omnibus cõmendetur. Veꝝ
dicit quiſpiã. Quæ habent ſancti aut quæ
nos valemus habere merita,q̃bus obliget
q̃buſve debeat deus, q̃n contra in multis
Iacobi 3 adeo offendimus omnes, pro q̃bus ipſi ſa=
tisfacere nõ poſſumus,vt cogamur etiam
quotidie inter orandũ ad deum clamare:
Dimitte nobis debita noſtra? Reſpõdeo, Matth. 6
videndum quis ſit qui reddat nobis mer=
cedem. Nempe is, qui propiciatur pecca= Pſal. 102
tis noſtris,& in profundũ proijcit oĩa pec
cata noſtra. Ille reddit mercedẽ qui ſimul
nobiſcum nobiſq; operatur,& meritũ cui
ideo debetur,quia reddere vult mercedẽ.
Neq; enim ex nobis neq; à parte noſtra eſt
oriturve meritũ, ſed ex gratia ꝑcipue dei,
quæ gratis hoĩem peccatorem iuſtificat,
& ex diaboli ac iræ filio, dei efficit filium,
cõſortemq;(q̃modo Petrus ait)diuinæ na 2. Petri 1
turæ, vnde homo ſic iuſtificatus iuſtifica=
tur adhuc, id eſt, creſcat in iuſtitia, gratia
dei in ſe iuſtitiæ augmentũ operante. Hoc
itaq; iuſtitię augmentum,cui merces pro=
mittitur æterna, meritũ eſt ꝙd gratia dei
operatur in nobis,nõ tamen ſine nobis,q̃=
modo ſcriptũ eſt: Oĩa opera noſtra opera Iſaiæ 26
tus es in nobis. Hęc autẽ opera quæ gratia
dei operatur in nobis,neceſſe eſt vt ſint bo
na, quemadmodum e diuerſo quæ bona
ſunt opera in nobis,ſiue merita quibus tri
buenda ſit merces æterna,neceſſe eſt vt ea
dem in nobis nobiſcunq; operata ſit gra=
tia dei. His eñ ſolis ęterna merces promit
titur quæcunq; deus in nobis,nõ his quæ
nos ſine deo operamur. His,inquam,quæ
deus operatur in nobis iure debetur æter
na merces, quãdoquidem ſic ſtatuit deus
miſericordiſſimus & iuſtus,vt ipſe in hoĩe
pio ſit qui operetur bonũ, ipſe qui bonũ
hoc homini donet imputetq; in meritum,
propter bonę volũtatis aſſenſum, quãdo=
quidem cũ potuiſſet homo dei gratię non
aſſentire,nõ cooperari,ſed reſiſtere,nõ re=
ſtitit, ſed cooperat⁹ eſt,queãdmodũ Apo 1. Cor. 15
ſtolus dicit: Plus omnibus laboraui, non
ego aũt, ſed gratia dei mecũ,hoc eſt,plus
omnibus laboraui,nõ ego ſolus abſq; gra
tia dei,neq; gratia dei ſola abſque me, ſed
dei gratia mecum. Potiſſime licet gratia
dei in me operata ſit, non tamen ſine me,
ſed mecum. Itaq; quod hoc modo in no=
bis bonũ operatur deus,nobiſq; id donat
ſeu imputat in meritum, in nobis etiã co=
ronat,ſua igitur in nobis quæ operatus eſt
bona nobiſcũ,coronat:his debitorẽ ſe cõ=
ſtituit, his promittit redditq; mercedem.
Quãdo enim alioqui is qui calicem aquæ Matth. 10
frigidę(vt Chriſtus ait)ſitienti porrigit in
nomine Chriſti, pro tam leui faciliq; ope
re non amitteret, hoc eſt, haberet merce=
dem in regno cœloꝝ,aut quando illi im=
menſæ retributionis pondus infinitæq; fe
lici=

licitatis merces redderetur, niſi deus ipſe met eſſet qui operatur in homine ageret que vt ſui cõtemplatione ſuiq; amore homo ſitienti compatiens potum aquæ porrigat. Vnde pro tantillo (quia ipſe deus operatus eſt) homini immẽſam reddit mercedem. Quis em̃ neget auctori tanto tantam quoq; operis mercedẽ deberi? Quicquid itaq; in nobis operatur deus, & quicquid huiuſmodi operi ab ipſo in nobis ſic operato iuſte debetur, hoc imputat donatq; nobis. Inde fit igitur vt pro leui opere merces æterna iuſte debeatur. Iuſte, inquam, attente eo qui operatur in nobis. Neque enim nos minimum quid operari poſſumus ex nobis, quod deũ nobis reddat placatum, aut q̃d merito pręmiove dignũ ſit, aut q̃d pure ex charitate oriatur ad placẽdum deo, ſed huiuſmodi operis auctor eſt deus. Multũ em̃ intereſt inter eum qui calicem aquæ frigidæ porrigit ſitienti, & qui porrigit dei amore ſitienti. Primum abſq; ſingulari gratia poteſt homo (nam generales gratias ſi excludam9, tunc homo etiam deſinit eſſe homo, quia à ſe non eſt.) Alterum ſeu ſecũdum abſq; gratia dei ſingulari deo ſe gratum faciente, nõ poteſt homo. Vniuerſum igitur meritum noſtrũ eſt dei gratia, licet gratia nõ ita ſola velit eſſe, vt abſq; noſtra volũtate operetur. Eſt em̃ aliquid etiam in nobis (quo aſſentimus nõ repugnantes, nec obicem ponẽtes, ſed pro modulo noſtro cooperantes gratiæ dei) ad meritũ neceſſariũ. Hinc videtis q̃ magna ſit in hoc loquendi modo gratiæ dei commendatio. Ipſe in nobis operatur meritũ, idq; nobis imputat ac donat, vt iuſtam habeat occaſionẽ nos coronãdi, ſeu mercedẽ nobis reddendi. Quis iam adeo eſt inſulſus vt eiuſmodi operibus à deo operatis & homini donatis, neget ineſſe meritũ, neget deberi præmiũ? An gratia dei adeo eſt inefficax aut impotens, vt nequeat operari bonum q̃d laudem virtutemq; habeat (etſi homini hoc imputetur) & meritum & pręmium?
Matth. 6 An oculus eius ſimplex & bonus eſt, oculus vero tuus o hæretice nequam? An quę
Matth. 20 vult nõ poteſt facere? An ei nõ licet bona in hoĩe atq; per hoĩem operari, & opera illa bona homini donando ad meritũ eidem imputare? Nonne hoc modo de deo
Auguſtin. ſentire (quomodo ętiam beatus Auguſtinus in duabus epiſtolis cõtra Pelagianos diſputans ſentit) magis eſt gratiã eius prę dicare cõmendareq; ſimul & iuſtitiã eius & bonitatẽ quam dicere nulli prorſus operi bono q̃uis à gratia diuina operato ineſſe virtutẽ, laudem ac meritũ, nec vlli deberi mercedẽ deo licet volente, nec reſpectum boni eſſe operis apud deũ, licet à ſe operati, ſed pro ſuo duntaxat arbitratu, deũ vni bene, alteri male, abſq; merito & ordine iuſtitiæ facere: idque potiſſime eo ipſe quo videlicet poſt hanc vitam, vniuerſa ſcriptura & fides noſtra teſtatur vnumquenq; receptum iuxta opera ſua. Ad ope Prouer. 24
ra mala certum eſt nos nõ indigere ſingu Roman. 2
lari adiutorio gratiæ dei. Ad hęc em̃ ſufficit prauitas noſtra & malũ arbitriũ. Atq; ideo quicquid de eiuſmodi in nobis inuenitur totum noſtrum eſt & iuſte nobis imputatur. Porro ad opera bona nõ ſufficit arbitrium noſtrum ſolum. Non eſt em̃ adeo efficax in bono quomodo eſt in malo, quia vt dixi, ad malũ nullius ope indiget. Porro in bono ſeu ad bonũ, niſi ope fulciatur diuinæ gratiæ, prorſus inualidũ eſt & languet, licet neutrobiq; cogatur.
Eapropter Paulus dicebat: Velle mihi qui Roman. 7
dem adiacet, perficere autẽ non inuenio, loquens haud dubium de perfectione illa quæ eſt interiori homini neceſſaria (etiã ſine opere exteriori) ad cõſummationem virtutis ſeu operis boni, quam nemo hominum inuenit in ſe, ſed à deo neceſſe eſt vt recipiat. Verũ de hoc ſatis. Videndum quomodo ſanctos duxerat in via mirabili. Mirabilis plane erat eſtque ſanctorum
via, non ſibi, ſed mundi amicis, filijs ſecu Lucæ 16
li huius, qui prudẽtiores, hoc eſt, callidiores ſunt filijs lucis, idq; in generatiõe ſua. Dum igitur ſancti mundi gloriã ſpernũt & honores, dum voluptatibus ſeſe abdi
cant, dum ieiunijs ſe affligunt, dum odien Lucæ 6
tes ſe diligunt, dum benefaciunt ſe perſequentibus, dum abijciunt diuitias & paupertatem amant, dum gaudent ad ſui contemptum & iniurias, nonne amicis mundi qui contraria prorſus amant & quęrũt, in admirationem veniũt? Et quid dico in admirationem: quando propterea etiam in contemptum illis quaſi amentes veniunt? Quomodo em̃ poſt iudicium gementes plangent ſe impij, qui modo ſeculi vocantur prudentes & mundi lumina, cum
viderint dei amicos q̃s ſpreuerunt hic, in Sapient. 5
gaudio tunc eſſe maximoq; honore cõſtitutos? Sera profecto pœnitẽtia cognoſcẽt ſe à lumine veritatis aberraſſe, turbabun

turq; timore horribili,& mirabuntur præ
anguſtia ſpiritus, dicentes: Hi ſunt quos
habuimus aliquãdo in deriſum & in ſimi
litudinem improperij,nos inſenſati vitam
illoꝝ æſtimabamus inſaniã,& finem illo-
rum ſine honore.Ecce q̃modo computa-
ti ſunt inter filios dei,& inter ſanctos ſors
illoꝝ eſt. Vultis ſcire quæ ſit via ſanctoꝝ
1.Cor.4 mirabilis? Audite Apoſtolũ: Spectaculũ
facti ſumus mundo, & angelis,& hoĩbus
vſq; in hãc horam eſurimus & ſitimus, &
nudi ſumus,& colaphis cędimur, & inſta
biles ſumus,& laboramus operãtes mani
bus noſtris.Maledicimur & benedicim⁹,
perſecutionẽ patimur & ſuſtinemus, bla-
ſphemamur & obſecramus. Tanq̃ purga
menta huius mũdi facti ſumus omnium
peripſema vſq; adhuc.Hęc quis putatis cũ
euadere poſſet,vellet pati?quis amaret?ni
ſi ſanctoꝝ hęc eſſet via,& niſi deus ipſe in
hac via ambulãtes conduceret? Et tamen
legimus videmuſq; ꝙ non ſolum tolerabi
lia, verumetiam deſiderabilia ſanctis hæc
dei fecerit amor. Nam vt ex veteri teſta-
mento recẽſeamus e multis vnum. Antio
chus rex qui cognominatus eſt nobilis fi
guram habens Antichriſti,cum Iudæos à
patrijs legibus ad ritus moliretur trãsfer-
re gentium,& hoc per varia pœnaꝝ gene-
2. Mach. 7 ra tentaret, cõtigit matrem quandã cum
VII. filijs offerri cõpelliq; ad manducan-
das carnes porcinas in Iudæoꝝ lege à deo
prohibitas. Verum cum VI.filios grauiſſi-
mis impijſſimus rex extorſiſſet pœnis va-
rioq; eos cruciatu ad conſenſum matre a-
ſtante niteretur,neminem eorum vincere
potuit quin omnes eius tormenta pariter
ac minas ſpernerent atq; pro dei legiſque
ab eodem traditæ amore in mortẽ ſe tra-
derẽt. Aſtabat autem, vt dixi, mater & in
ſingulorum filiorum quam videbat mor-
te pro naturæ affectione moriebatur qui-
dem,verum cordi fœmineo, virilem ani-
mum adijciens omnes ad patiendum co-
hortabatur. Sic enim legimus.Supra mo
dum autẽ mater mirabilis, & bonorum
memoria digna quæ pręeuntes VII. filios
ſub vnius diei ipſe conſpiciens bono ani-
mo ferebat propter ſpem quam in deo ha
bebat ſingulos horum patria hortabatur
voce, fortiter repleta ſapientia & cogita-
tioni fœmineæ maſculinum animum in-
ſerens,dixit ad eos: Neſcio qualiter in vte
ro meo apparuiſtis. Neq; enim ego ſpiri-
tum & animũ donaui vobis & vitam, &
ſingulorum membra non ego ipſa com-
pegi. Sed mundi creator,qui formauit ho
minis natiuitatem,quiq; omnium inuenit
originem, & ſpiritũ vobis iterum cum mi
ſericordia reddet & vitam, ſicut & nunc
voſmetipſos deſpicitis propter leges eius.
Hæc mater quaſi denuo pariens filios deo
dum proſequeretur, ſeptimus qui adhuc
ſuperſtes erat filiorũ, & is natu omnium
iunior adducitur, multiſq; blandicijs ac
promiſſis à rege ad conſentiendũ ſibi ten
tatur. Quæ dum vilipendẽs adoleſcẽs oĩa
refutaret, vocata ad regẽ mater admone-
tur ſuadere filio eiq; fieri in ſalutem, pro-
miſit ſuaſuram ſe mater filio. Itaq; irridẽs
tyrannum inclinauit ſe ad filiolum, & di-
xit: Fili mi, miſerere mei quæ te in vtero
nouem menſibus portaui, & lac triennio
dedi, & alui, & in iſtam ætatem perduxi.
Peto mi nate,vt cœlum, terram & omnia
quæ in eis ſunt reſpicias, intelligaſq; quia
ex nihilo oĩa hæc fecerit deus. Ne timeas
carnificem iſtum,ſed dignus fratribus tu-
is, eorumq; particeps ſuſcipe mortem,vt
in illa miſeratione cum fratribus tuis te re
cipiam, hæc illa dicente, adoleſcens vltro
tortores prouocauit, & regis ferocem ſu-
perbiam & tyrannidem increpans. Quo
per varias pœnas conſumpto, nouiſſime
eiſdem pœnis intercempta eſt & mater mi
rabilis vereq; mirabilis, cui deus tantã in-
didit cõſtantiam,tantamq; charitatem vt
ſuperata natura cum gaudio ſeptẽ ſe præi
re cerneret filios,eoſdemq; hortaretur ad
mortem. Huiuſmodi aũt virtutes viamq;
ſanctorum mirabilem in nouo teſtamen-
to ſanctorum geſta innumera teſtantur.
E quibus referam vnum alterumve. Va-
lẽs imperator Arrianus cum in Ediſſa eſ-
ſet ciuitate & Chriſtianos ab eccleſijs,hoc
eſt, templis excluſos vidiſſet in campum
conuenire,miſit præfectum iratus,qui in-
de quoq; eos exturbaret, p̃fectus licet pa-
ganus,hoc ipſum edictũ clàm per ciuitatẽ
fecit Chriſtianis innoteſcere quo ſibi ca-
ueret,neminemq; ipſe craſtina luce quem
læderet in campo inueniret. Mane altera
luce præfectus vidit frequentiorem ſolito
populũ congregari (licet adhuc cum ma-
iori terrore apparatũ faceret, vt interim
Chriſtiani ſibi proſpicerẽt) atq; ad locum
feſtinantes præcipiteſq; currere, quaſi ne-
mo omniũ deeſſe vellet ad mortẽ.Interea
vidit præfectus mulierculam adeo feſti-
nam e domo prorumpere, adeoq; prope-

rare,

rare,vt neq; oſtium domus clauderet,neq; muliebri ſe habitu vt decebat contegeret, ducebat autem ad manum ſecum infantē curſuq; rapido etiam officij atq; armatorū agmen tranſire feſtinabat. Quam præfectus capi,adduciq; iubens,Quo,inquit,pperas tam feſtina mulier? Ad campum ait propero,quo catholicorū populus conuenit. Non audiſti,inquit,quia præfectus illuc pergit quoſcunq; inuenerit peremptu rus? Audiui reſpondit. Atq; ideo feſtinate curro vt ibi inueniar. Et quo ait præfectus,paruulū hūc trahis? Vt ipſe quoq;,ait nobiſcū martyriū aſſequatur. Adeo Chriſtianorum feruorē hinc eſt admiratus pręfectus,vt infecto negocio ad imperatorē rediēs diceret ſe hoc præceptū exeq non poſſe. Videtis q̃ via mirabili ſuos deus ducat. Simile qd in Vuandalorū perſecutiōe contigit dum epiſcopi,preſbyteri,dyaconi alijq;, quorū numerus ſimul erat quatuor milia nōgenti ſeptuaginta ſex miſſi in exiliū proficiſcerentur,ſecuta eſt anus quędā ſacculū,aliaq; veſtimenta portās, manuq; infantulū tenens quē his ſermonibus audita eſt conſolari. Curre dñe mi,vides vniuerſos ſanctos quomō vadunt & feſtināt ad coronam? Quā cum epiſcopi & reliqui ſancti viri increparent quod importuna eſſet quæ cuperet viris iūgi: vtpote propter diſparitatem ſexus moleſta,reſpondit mulier:Benedicite bñdicite, & orate pro me proq; iſto nepote paruulo meo cū quo ad exiliū pergo,ne inueniat eū ſolū inimicus & à via veritatis reuocet ad mortem. Ad quæ verba lachrymis ſancti quoq; infuſi: Dñi inquiūt voluntas fiat. Eſt igitur quod dixi via ſanctorum mirabilis, quā tamen non ambulant niſi eo ductore,quo & auctore. Chriſtus nanq; viā hāc docuit,prior idem ambulauit, & quotquot ſe dicūt
1.Iohan.2 Chriſti eſſe, oportet ſicut ipſe ambulauit ambulare. Eſt aūt mūdo valde hæc via mirabilis, quia qui ſpiritū habent mundi nō poſſunt capere quæ ſunt Chriſti. Eam ob rem,vt in geſtis Marci & Marcelliani legimus inter multa variaq;,tum patris tū vxorum lamenta,quibus martyres labefactare,atq; à propoſito martyrij retrahere nitebātur, mater eorū aduenie͞s plorandoq; dicebat, Heu me miſeram. Amitto filios ad mortē vltro properantes. Quos ſi mihi hoſtes auferrēt per medios ſequerer acies bellatorum. Si iudicia violenta concluderent,carcerem ſimul irrumperem moritura. Nouum hoc genus pereūdi in quo carnifex rogatur vt perimat, vita offertur vt pereat,mors optatur vt veniat. Eſt igitur via ſanctorum mirabilis mundo,licet exoſa,pijs tamen omnibus amplexanda. Quā ambulare cum feruenti deſiderio nos faciat IESVS CHRISTVS omnium ſanctorum rex & dominus. Amen.

SERMO III. VIA MIRAbilis ſanctorū quæ ſit, quā Chriſtus prior, deinde ſancti ambulauerunt, noſq; deceat imitari.

REddidit deus mercedem ſanctorum ſuorum, & deduxit illos in via mirabili, Sapi. X. &c. Omnium hodie ſanctorum chariſſimi memoriam agimus feſtiuam, ipſis gratulantes quod de miſeria ad beatitudinem, de labore ad requiem,ad victoriam,de bello,de pugna ad coronam, de luctu ad triumphum, de metu periculiſq; ad ſecuritatem, de morte tranſierunt ad vitam,& hanc tum fœliciſſimam tum ſempiternam. Itaq; his gratulātes nos quoq; ſimul excitemus ad eorundem imitationem, confortati inde qͦd non ignoramus homines eos fuiſſe quemadmodum nos,vtpote mortales, infirmitatibus ſubiectos,tentatoſq; per omnia,licet gratia dei illuſtriores, vtpote cui in ſe locum maxime congruum præbuerunt. Scimus quoque eandem beatitudinem, quam illi receperūt eſſe nobis promiſſam. Legimus itaq;. Reddidit deus mercedem ſanctorum ſuorū &c. Quam mercedem? Iſaiæ 64
quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, 1.Cor. 2
nec in cor hominis aſcendit, quam præparauit deus diligētibus ſe,nimirum quæ nec videri,nec audiri,nec dici,nec capi poteſt,niſi ab eo qui extra hāc miſeriam cōſtitutus,totus iam felix, totus vnus cum
deo factus eſt. Ad hāc felicitatem ſanctos Sapien.10
ſuos deduxit dñs in via mirabili, hoc eſt, in via à mundi ſapientibus incognita,cōtempta ac reprobata quam Chriſtus ipſe prior ambulauit,docuit, nobiſq; imitabilem fecit. Quo circa in euangelij quoque
principio hodie dicitur. Videns Ieſus tur- Matt.5
bas aſcendit in montem & ſecutæ ſunt eū turbæ multæ. Videns Ieſus turbas. Quas turbas? Nempe quas creauit, quas vocauit,quaſque ſaluare volebat omnes. Itaq;

Ephe.4 aſcendit in montem. Aſcendit ſuper cœ-
Heb.12 los cœlorum, ſedetq; ad dexteram patris.
Aſcendit in montem. Ipſe eſt qui & deſcē-
2.Cor.8 dit propter nos. Cū enim diues eſſet pro-
pter nos egenus factus eſt vt pauperes ſpi
Matth.5 ritu omnes faceret regni cœleſtis ciues. De
Philip.2 nique cum eſſet æqualis deo, propter nos
ſemetipſum humiliauit, formam ſerui ac-
cipiens, vt de ſe & verbo & opere clama-
ret, diſcite à me, quia mitis ſum & humi-
Matth.11 lis corde. Adeo ſane mitis vt ſicut agnus
Iſai.53 coram tondente ſe non aperiret os ſuum,
1.Pet.2 & ſicut ouis duceretur ad victimam, &
cum malediceretur nō maledicebat, quo
mites, quoque qui ſe hic non defendunt
Iohan.12 faceret beatos omnes. Miſericors præte-
rea qui non venerat iudicare ſed ſaluare
Matt.5 quod perierat. Eſuriens, quoque & ſiti-
Lucæ 6 ens iuſtitiam quamobrem prædicationi
adeo feruens inſtitit, adeo orationi, vt no-
Iſaiæ 53 cte ſomnum intermitteret & die differret
Roma 5 cibum. Porro quā fuerit pacificus, liquet
inde quod nō pepercit ſibi, ſed tradidit in
mortem animam ſuam vt nos patri, cum
inimici eſſemus, reconciliaret. Luxiſſe au
Lucæ 19 tem & illum noſtra peccata teſtantur la-
chrymæ quas vel ſuper Ieroſolymam flēs
Sapien. 7 aut in cruce fuderat. Porro quam mundo
corde ſit quis enarrabit? Nempe ſpeculū
Apoca.21 ſine macula, cādor lucis æternæ, in quam
Matth.5 nil poteſt coinquinatum intrare. Ad ex-
tremum non modo perſecutionē propter
iuſtitiam paſſus eſt à Iudæis illi inſidianti-
bus, verum etiam inuiſus exoſuſq; habi-
tus, atq; tandem extra ciuitatem eiectus
& in crucem ſuſpenſus: Hoc modo ſalua-
tor doctor & legifer noſter docuit nos vi
am illam imo factus eſt ipſe via omnibus
credentibus atq; ſe imitantibus in ſalutē.
Propterea enim in mundum ad nos venit,
vt viam ad regnum cœlorum hanc mun-
do ſupra quinq; annorum milia incogni-
tam oſtēderet. Tanto nanq; tempore ne-
mo hanc inuenire, nemo reperire introitū
poterat ad regnum cœlorū. Adeo vt viæ
etiam Sion lugerent quod nemo veniret
Threno.1 ad ſolennitatem. Quia tametſi ex patribus
multi recta ambularēt via, portā tn̄ intro-
itumq; ciuitatis ſupernæ inuenire non po
tuerunt niſi clauſam, quouſq; Chriſtus ve
niret & ad regnum cœloꝝ viam omnibus
Matt.4 faceret manifeſtā, primus ambularet, pri-
mus aperiret, primus intraret. Inde ſecutæ
ſunt eum turbę multæ, nimirum hæ, qua-
rum omnium feſtiuam hodie agimus me

moriam, quibus aliqn̄ & nos iungēdos &
ſperamus & votis ſupplicibus oramus. Ad
Chriſtū em̄ cupimus, ad deū venire opta-
mus oēs, in quo refectio, vita, gaudiū, qes
felicitaſq; eſt ſempiterna. Quis em̄ non cu
peret? quis nō optaret? Veruntn̄ videte cha
riſſimi q̄modo optemus. Nemo ſeipſum
fallat. Eſt ſeruus quęrens atq; ſequi cupiēs
dn̄m ſuū terrenum, reſpōdetur ipſi ex Co
lonia illū in Angliā migraſſe. Inquirit de
via ad Angliā perueniendi ſeruus, cōmon
ſtratur via per Brabantiā aut alia, ſi vicini
or eſt veniendi ad Angliā. Ille vero hęc au
diēs aſcendit Noricum Bauariamq; & Au
ſtriā nihilominus dicens ſe optare quære
req; quo poſſit modo venire ad dn̄m ſuū.
Quomō vero in veritate hęc dicere queat
aut quomodo dn̄m ex animo ſuū quærat
quis eſt qui nō videat? Cui non ridicula vi
debitur reſponſio dn̄m in Anglia habitan
tē quærere in Auſtria? Hoc modo vereor
multis noſtrū contingit. Quis noſtrū non
optat eſſe cū dn̄o deo? Quis mortaliū non
optat ſe fore felicē? Hoc em̄ mō loquimur
oēs, eſſem cū Chr̄o. Vtinā eſſem cū Chr̄o
in regno cœloꝝ. At q̄modo hoc vere dici-
mus q̄ diu hunc mundū amamus, quādiu
ab eius negocijs ab eius occupatione, ab ei
us amore nō auellimur? Scimus viā illā ar- Matth. 7
ctā & anguſtā quę ducit ad vitā, quā Chri
ſtus ipſe prior deinde ſancti om̄es ambu-
lauerūt, hanc ambulemus, illos qui præie-
runt ſequamur, & perueniemus q̄ ipſi per-
uenerūt ad deū. Veruntn̄ qui latam viam
quæ ducit ad perditionē vult ambulare,
hic quærit in occidente aut dicit ſe potius
quærere Chriſtū, qui habitat in Oriente.
Quapropter qui dicis: vtinā eſſem cū deo
pedum tuorum greſſus, hoc eſt, affectu-
um & motuum ſingulorum tuorum greſ
ſus, conſummationeſque conſidera. Vide
iter pedum tuorum quo ambules, vide &
diligenter expende, hæccine ſit via quam
Chriſtus ambulauit, in qua ve ſecutæ ſunt
eum ſanctorum turbæ multæ? Dicitur au
tem via hæc quoque mirabilis, quia re ve-
ra mirabile eſt & inſuetum ſeculi pruden
tibus ad diuitias, ad opes venire per pau-
pertatem omniumque rerum contemp-
tum. Nunquid non via dici poteſt mira-
bilis, paupertatem ſuadere qua hæres effi-
ciaris regni cœlorum aut dicere regnum
cœloꝝ emi paupertate? An mirabile nō eſt
patientia obtinere victoriam, per ſuſtinen
tiam obtinere coronam, labore perueni-
re ad

re ad requiem, per anguſtias atq; preſſu-
ras multas obtinere requiem & ſecurita-
tem? Ecce omnium videt deſideria deus.
Itaq; primum interrogans. Quid inquit
Matth.5 optas? Diuitias, opes regnumq; ſi habere
poſſem, reſpondet, cupio. Eſto inquit de-
us pauper ſpiritu, & habebis regnum cœ-
Matth. 19 lorum. Relinque omnia quæ habes & da
pauperibus, & habebis theſaurum in cœ-
Mar.10 Lucæ 18 lo. Alius inquit volo honores. Eſto ait
Lucæ 6 Chriſtus deſpectus. Suſtine vt oderint te
homines, & exprobrauerint & tibi male-
dixerint propter deum, hoc eſt, propter
iuſtitiam, propter veritatem, propter vir-
tutem. Suſtine vt derideant te, vt tibi illu-
dant, ama neſciri, & vilis reputari, & coro
naberis gloria & honore & hoc tempore
Pſal.6 oportuno. Alius optat libertatem, & huic
dicitur. Suſtine preſſuras & contradictio-
Iohan.16 nes. Alius conſolationem cupit & lętitiā.
Matt.5 Veruntamen reſpondetur illi per luctum
eſſe veniendum ad conſolationem. Vide-
tis quomodo contraria & his quæ opta-
mus ex diametro repugnantia iubemur
amare, quomodoq; via illud dicatur eſſe
ad id obtinendum à quo maxime videtur
diſtare. Mirabilis eſt igitur via in qua ſuos
deducit electos dominus deus noſter. Sed
mirabilius multo eſt quod ſanctis ſuis,
quando viam hanc ambulant, non ſolum
toleranda ſed maxime etiam optata facit
hæc carni alioqui moleſta, mundiq; ami-
cis inuiſa, puta, frigus, æſtum, famem, la-
borem, vigilias, ſitim, exilia, perſecutiões,
obprobria, contumelias, pœnas, iniurias,
perſecutiones, deniq; & mortem, quæ ſan-
cti læti & alacres pro CHRISTI ſubie-
runt amore. Inde videre poſſumus chariſ
ſimi quanto interuallo diſtemus, quanto
ve accedamus ad ſanctorum vitam. Idem
nobis cum illis dominus eſt ęque ac olim
miſericors, non inferior largitate, nec bo-
nitate minor, paratus ignoſcere, paratus
miſereri, paratus ſubuenire, paratus quæ-
cunque neceſſaria ſunt nobis largiter do-
nare, modo ipſi nos non impediamus, nō
præcludamus eius gratiæ oſtium nec pul-
ſantem ad oſtium cordis propellamus.
Iaco.5 Cæterum quia in omnibus delinquimus,
in omnibus non ſolum inferiores ſanctis,
ſed miſeri etiam & peccatores ſumus, mul
tiſq; debitis impliciti indeſinenter ad do-
minum clamemus, ſanctoſq; dei omnes
interceſſores ad deum mittamus pro no-
bis. Cognoſcunt enim quid nobis ſit ne-
ceſſarium. Amant etiam charitate perfe-
cti optantq; bonum noſtrum, nec minus
licet eiſdem orare, nunc pro nobis quàm
olim dum de ſua adhuc ſalute haud erant
ſecuri, nec interceſſores pro nobis mitte-
re eos ad deum, à Chriſto eſt deficere vel
diffidere deo, quandoquidem Paulus nō
deo diffidiſſe aut à Chriſto defeciſſe cre- 1.Tim.2
dendus eſt, quando homines adhuc mor-
tales & ipſe mortalis pro ſe vt orarent ro-
gauit. Poſſunt igitur ſancti pro nobis o-
rare, poſſumus & eos vt pro nobis inter-
cedant (quomodo homines pios adhuc
mortales poſſumus) inuocare. Verunta-
men felicior eſt puto oratio hæc qua con-
fidens in dominum, quis quàm humilli-
me quamq; feruentiſſime poteſt ipſemet
ſalutaria deſideria ſua portat, refertq; corā
deo humiliando, verecunde animam ſuā
coram illo vituperanſq; & accuſans ſei-
pſum, illum vero laudans & bonitatem al
legans illius pro ſe, dum proſternit effun-
ditq; in preces ſe ante illū. Hoc enim mo-
do ſe in cognitionem amoremq; dei per-
ducit, aſſueſcitq; quod ſuper omnia opti-
mum ſuauiſſimumq; eſt fiduciam habere
in deo. Qui ſuper omnia eſt benedictus in
ſecula. Amen.

IN FESTO SANCTI Hugonis Cart. Sermo I. De tripli ci uigilia & tribus hoſtibus.

BEatus ille ſeruus quem cum
dominus venerit, & pulſaue
rit ianuam, inuenerit eum vi
gilantem, Lucæ XII. Chariſ
ſimi fratres, magni paſtoris
hodie feſtiuitatem agimus, qui & ſe immu
nem cuſtodire & pro aliis tuendis erudi-
tus potuit vigilare. Hic noſter eſt Hugo
Lyncolnienſis epiſcopus & Carthuſianus
monachus. Ideo monachꝰ vt ſua tuta ſer-
uaret, ideo autem eſt epiſcopus, vt aliena
quoq; vigilando & docendo protegeret.
Sæpe nos chariſſimi ad vigilandum admo
net dominus eoſq; qui ſuo obtemperant
conſilio beatos prædicat. Quippe qui nos
inter animæ pericula non ignorat verſari
ſerpentes in ſinu circumferre & laquuos
comedere ac bibere. Vigilantia igitur &
circunſpectione quantopere nobis opus
ſit, res ipſa loquitur. Quare prima cauſa vt
vigilemus eſſe poteſt ne circunueniamur
ab hoſtibus. Hoſtes habemus mundum,
carnem, diabolum atque adeo propriam
ipſam

ipſam noſtram voluntatem. Caro nos impugnat & trahere nititur ad ſenſuum oblectamēta, ad luxum, ad curioſitatem noua ſciendi videlicet, vt quæramus mollia, optemus pulchra, procuremus ſuauia, amplectamur cum gaudio, quietem & commoda propria, & reſpuamus laborem, fu-
Gala.5 giamusq; aduerſa. Caro ſuadet diu dormire, laute cōmedere, delicata amare, cōmunia ac minus ſapida reſpuere, otiari, fabulari, labores fugere, ex diuinis tædio affici & cum creaturis ſpiritualiter fornicari. Caro conqueritur de ieiunio, murmurat de viliori cibo, indignatur ſi parce tribuitur, contriſtatur ſi ſobrie miniſtratur, caro fugit paupertatem, horret abſtinentiam, deteſtatur penuriam, quærit conſolationem, amplectitur accidioſam quietem. Qui eiuſmodi ſunt fratres in carne ſunt, & ſi ſponte ita manent, hoc eſt, ſi ſe non corrigunt, ſi non dolent ſi ſe non arguunt, & contra ſe pugnant, dici quidem
1.Tim.5 poſſunt Carthuſienſes, ſed non ſunt, quia primam fidem ſuæ profeſſionis irritam fecerunt. Nam ſi vocationis noſtrę ſcopum finemq; attenderimus, omnino ordinem iccirco ſumus ingreſſi, ne ſecundum car-
Roma.8 nem viueremus. Secundum carnem autē viuimus, ſi opera & deſideria hæc carnis quæ paulo ante recenſui ſpiritu non mortificamus. Hortor vos chariſſimi fratres abijciatis omne otium, ne minima temporis portio in vobis ſine fructu pereat, precioſiſſimum eſt vitæ noſtræ tempus, cuius ratio à deo reddenda à nobis diſtricte exigetur. Doleo ſæpe vehementer quod video pleroſq; veſtrum adeo inaniter, adeo leuiter, adeo otioſe ne dicam etiam pernicioſe tempus ſuum conſumere, & propemodum nihil de fructu ſeu profectu animæ ſuæ cogitare, quæ carnis ſunt pluſquā oportet ſapere, ad propria & quæ corpori conueniunt prudentes eſſe, ad ea vero quæ IESV CHRISTI ſunt, hoc eſt, vt ſciatis quid magis illi placeat, quid vitæ eius conformius ſit, quid denique eius gloriam vberius promoueat, inertes eſſe & oſcitantes. Sanctus Hugo carni bellum indicens, ipſam adeo ieiunijs afflixit vt peculiaria etiam multa ſtatutis pluſquàm teneretur adijceret, & abſtinentias in pane & aqua ter in hebdomada faceret, & manducans, ne de cibi cogitaret delectatione aut vilitate, librū ante ſe habebat ex quo continue legeret. Hoc ipſum boni adhuc hodie omnes faciunt Carthuſiani, formidantes à deo carnalitatis argui, ſi refectionem corporis abſq; animæ cibo ſumerent. At prohdolor, ſunt qui de animæ (cuius refectio magis eſt neceſſaria) cibo parum cogitantes, adeo cum ſuo cibo, adeo cum ſuo fœce corporali ſunt occupati, vt anima interim relicta ieiunet, donec etiam non vltra eſuriat. Chariſſimi fratres ſumamus, cibum in timore domini, ſine quo viuere nemo noſtrum poteſt, non eligentes non diſcernentes quid apponatur nobis, modo eiuſmodi ſit vt, fame vrgente comedi poſſit. Si delectatio (quæ ſemper comitatur quamdiu natura eſt natura) non poteſt non ſentiri, ſentiatur ita vt non quæratur, id eſt, vt in illa non quieſcatur, vt nō deſideretur, vt non intra recipiatur, ſed à corde, id eſt, interiore homine percuſſa, cum actu ipſo commeſtionis trāſeat & pereat. Sentiatur inquam ipſa delectatio, ſed non delectabiliter, id eſt, non propter delectationem, ſed propter neceſſitatem, cui aliter ſubueniri non poteſt. Inde diſpliceat magis ſibi ipſa miſera neceſſitas atq; captiuitas humana, quod non poteſt quomodo vellet vili & impura delectatione carere. Si ita naturæ neceſſitatibus ſerui- Roma.13
tur, neceſſitati ſeruitur non voluptati, & curam quidem carnis facimus, veruntamen (quod ſolum prohibitum eſt) non in deſiderijs. Vigilemus igit chariſſimi circa ſenſuum noſtrorum delectationes, circa creaturas quoque & res quaſcunq; vt nō ibi ſiſtamus, non hæreamus, nihil nos extra deum detineat, nihil poſſideat, ſed animus ab omni creatura ab omnique amore extra deum, ſit liber. Eſt alius hoſtis noſter mundus ipſe, vnde mala haurimus exempla malaq; colloquia. Inquinamur malorum conſortio, quaſi leuius ſit peccare vbi multi delinquāt, aut quaſi coram deo magis ſit excuſabile quod inter complices eorundem aliorumve peccatorum minus erubeſcimus. Inquinat nos mūdus cui placere geſtimus, & ferre non poſſumus ab eo nos eſſe deſpectos. Sumus in oculis noſtris nonnihil, & in cordibus aliorum eſſe aut haberi volumus aliquit. Cupimus de nobis bene ſentiri, nobis faueri, nos æſtimari, & in aliorum opinione bonos aut præſtantes haberi. Hęc quotidiana eſt fornax tentationis humanæ, qua vrimur fallimurq; à nobiſipſis. Nam carnalis illa ſuperbia in veſtiū oſtentatione aut aliarum rerum

rerum gloria,in iactantia ſcientiæ aut po-
teſtatis,minus ad nos ſpectat & manifeſti
or eſt,quàm vt opus ſit de illa, illa cauen-
do vos admonere. Accedit tertius hoſtis
diabolus,exercitum ducens malarum ſu-
ggeſtionum iræ videlicet,ſuperbiæ, inui-
diæ,malarum ſuſpicionum aliarumq; paſ-
ſionum malarum ac vitiorum, quem vn-
dique colligit, duobus prioribus hoſti-
bus carne videlicet ac mundo ſuppetias ei
dem ferentibus.Cui tanto vigilãtius tan-
toq; fortius repugnãdum eſt,quanto mil-
le ei nocendi artes,mille fraudes, mille te-
chnæ ac inſidiæ, quantoq; ex confeſſo &
palam aduerſarius noſter eſt nũquam pla
cabilis. Sed confortat & nos conſolatur
quod nihil eſt ei virium, niſi quantum illi
nos tribuerimus. Pugnare etenim poteſt,
at expugnare aut vincere non poteſt niſi
volentes. Quamobrem cauendum maxi-
me à proditore noſtræ ſalutis & omnium
peſſimo hoſte quem intra nos gerimus,
qui vnus ſi non eſſet nulla nobis exterior
pugna noceret,hic mala eſt noſtra volun
tas,peſſimus vtique hoſtis,& ſemper vin-
cens vbicunque fuerit. Hac abutitur dia-
bolus exufflans &odia,iurgia,inimicitias,
iudicia temeraria,variaq; mala concitans.
Fratres,contra hanc peſtem nil iuuãt præ
dicatio,correctio, conſiliave quæcunque
aliena:hanc oportet primum necari, qua
Lucæ 2 mortua,pax erit hominibus bonæ volun
tatis. Non vt nulla ſit pugna, ſed vt tam
certa victoria,tam certa ſit corona, vt eti-
am ab aduerſarijs noſtris nolentibus ea fa
bricetur,qui quanto plus moleſtiæ, tanto
etiam gloriæ adferant. Interim tamen vi-
gilandum ne circunueniamur, & ne lan-
gueat bona voluntas quærenda ſunt ora-
tionum remedia,ne dormitet lectionibus
Lucæ 12 exhortationibus ac caſtigationibus exci-
tãda eſt:Si,inquit, ſciret paterfamilias qua
hora fur veniret, vigilaret vtique & non
ſineret perfodi domum ſuam. Quia vero
neſcit, omnem horam habet ſuſpectam
ſemperq; vigilat. Hoc modo nobis quia
hoſtes habemus q precioſo theſauro nos
ſpoliare moliuntur ſemper vigilandum
eſt. Eſt tamen & alia adhuc ratio vigilan-
Prou. 8 di.Beatus inquit qui vigilat ad fores eius,
id eſt, ſapientiæ quotidie. Beatus qui viſi-
tatiõem obſeruat diuinam, qui mundum
parat domino hoſpitium, purum videli-
cet cor,& vigilat ſuper cuſtodia cordis ſui
quotidie, vt cum dominus ad oſtium ei-
us pulſauerit, confeſtim occurrat & ape- Lucæ 12
riat ei. Tertia eſt vigilia ad ſponſi aduen Mat. 25
tum,ad egreſſum media nocte, id eſt,ho-
ra nobis incognita, nos euocantis,vt tũc Lucæ 12
vigiles, præcincti lumbis, & ardentibus
lucernis parati ad egrediendum de mun-
do & ad nuptiarum ingreſſum inuenia-
mur. Hac triplici vigilia beatiſſimus Hu-
go ſemper armatus fuit. Contra hoſtes
nanq; adeo fuit vigil ſicut in vita eius legi
tur,vt ne vnam quidẽ victoriam eidẽ dia-
bolus potuiſſet ſubripere.Et vos chariſſi- 1.Pet.4
mi fratres vigilate in orationibus,ac eſto- Matth. 10
te prudentes ſicut ſerpentes ſimplicesq; vt 1.Cor. 5
columbæ contra prudentiã carnis, quæ
mors eſt animæ,& contra prudentiã mun
di quæ ſtultitia eſt apud deum.Meditami Psal.1
ni in lege domini interrogantes quæ ſit Roma.12
via bona,& diſcentes quæ dei ſit voluntas
beneplacens & perfecta. Eamobrem bo-
nos frequẽtate libros,qui ſpiritum inflam
mant,vitia oſtendunt, & ad virtutes eru-
diunt:hic enim lectionis veſtræ debet eſſe
ſcopus & finis. Nam ſi ex curioſitate aut
vanitate vt ſcioli aut docti habeamini li-
bros legitis,fructum veſtrum hic recipie-
tis ſterilem & inanem. Qualis eſt lectio
veſtra,quale ſtudium,talis vita.Deuoti de
uotos optant libros, mundani munda-
nos.Verum hoc alias. In altera vigilia o-
rationum,videlicet ac contemplationum
ad viſitationem diuinam adeo fuit Hugo
auſcultans,adeo vigil,vt ne dormiens qui
dem ab oratione ſpiritum laxaret. Quare
potuiſſet re vera dicere: Ego dormio & Canti. 5
cor meum vigilat. Nam in ſomno cũ nul
la alia ab eo vox audiretur.Hæc tamẽ qua
ſi ad concluſionem orationis ſæpenume-
ro audiebatur Amen Amen. Poſtremo
ad horam mortis quomodo non vigilan-
tiſſimus fuerit qui tam intrepidus ſe non
nunquã enſibus nudatis & ſuper caput ei
us vibratis pro iuſtitia ſuppoſuit, regibus
ac proceribus eorundem,pro eccleſia,pro
populo,pro æquitate, & qui tyrannidem
omnem adeo reſtitit, vt impiorum nemo
eſſet qui non formidaret Hugonis cenſu-
ram,ipſe vero hominum minas floccipen
deret omnes, idque non ex animi leui-
tate aut ſuperbia,ſed ex virtute,&ex bone
actæ vitæ conſcientia: vtpote qui pro deo
omnia agere,& nihil contra deũ ſe ſciebat
velle. Atq; ideo etiã moriens, ſibi hũc eſſe
diem dicebat,non iudicij ſed gaudij & cõ
ſolatiõis, nimirũ plenus fiducia in deũ &
ſecurus

Iob.27 ſecurus quod non reprehenderet illũ cor
eius in omni vita ſua. Quod vtinam pari=
ter nobis tribuat Ieſus Chriſtus cũ patre
& ſpiritu ſancto benedictus. Amen.

SERMO II. QVOMOdo quis iuſtus in proximum, quo modoue placere debeat deo.

ECce ſacerdos magnus q in
diebus ſuis placuit deo & in
uetus eſt iuſt9, Eccl. XLIIII.
Feſtum beatiſſimi patris no
ſtri Hugonis celebrantibus
fratres chariſſimi tanto nobis ardentiori
ſtudio ad eius imitationem enitendũ pu=
to, quanto nobis ille & olim fuit profeſſio
ne coniunctior, & modo creditur charita
te vicinior. Siquidem ordinis noſtri alum
nus, ſimul fuit & pontifex, & monachus,
nihil ex monaſtica humilitate vilior, nihil
ex põtificali ſtẽmate elatior, in vtroq; ma
gnus, & tanto maior, quãto humilior. Di
citur autem quadrifariam aliquid magnũ
Altitudine, profunditate, latitudine, lõgi=
tudine. Primo altitudine dicitur aliquid
magnum, hoc modo arborẽ dicimus ma=
gnam, quam cernimus altam. Altitudo
ſpiritualis, puritas eſt cordis. Quanto eñ
ſpiritus eſt mundior, tanto fit ad deũ ele=
uatior. Sanctus igitur Hugo magnus dici
tur altitudine, hoc eſt, puritate ac ſuperno
rũ contẽplatione, qua gratia quãtum emi
cuerit palam eſt ex eius legenda. Secundo
dicitur aliquid magnũ profunditate, qũo
puteum dicimus magnũ. Spiritualis pro=
Luce 14.18 funditas eſt humilitas quę revera apud de
um magna eſt. Siquidẽ qui ſe humiliat ex
altabitur. Hic Hugo beatus etiã fuit ma=
gnus, quia humilis. Quippe q ſemetipſum
contemnẽs, perfectiſſime propriũ abdica=
ret ſenſum, propriæ abrenunciauerat vo=
luntati, ideo tanta libertate ſpiritus & ala
critate vbiq; obediebat. Quàm humiliter
ſacerdotiũ acceptauit? quàm reuerẽter ex=
ecutus eſt? Porro ad prioratũ ac tar dem
pontificatũ cum peteretur, vrgeretur, ne
ſuſciperet quas non quæſiuit vias? quas vt
euadere poſſet non excogitauit artes? Qd
cum obtinere prorſus neqret, adeo nihil
de priſtina humilitate monaſtica mutauit
vt quod maior ſibi dignitas acceſſerit nõ
poſſet aduerti. Nihil eñ quod epiſcopus
videretur præter annulũ ferebat. Tertio
dicitur aliquid magnũ latitudine, quem=
admodum latam ſeu amplam aulam, dici
mus magnam. Porro latitudo ſpiritus qd
eſt niſi latitudo charitatis, vtpote quæ ad
proximum quenq; ſe extendit? Hoc mo=
do beatus Hugo (quippe in quo cumulus
operum pietatis adeo excreuerat vt vir mi Iob.31
ſericordiarum dici poſſet) non iniuria vel
maximus vocari poſſet. Quis enim beati
viri miſericordiam, quis charitatem eius
non eſt expertus? Infantuli, mulieres, ege=
ni, peccatores, pœnitẽtes, extremo ſuppli=
cio damnati, atq; adeo, & id maxime, de=
functi, omnes beati pontificis latitudine
excipiebantur charitatis. Nulla ætas, nul=
lus ſexus, nullus ordo potuit ſe abſconde
re à calore eius. Nemo (inqt vitæ eius cõ= Pſal.18.
ſcriptor) ad eum pro qualibet cauſa acceſ
ſit qui nõ conſilium & conſolationem in
ueniret. Quarto dicitur quid magnũ lon=
gitudine, ſic viam longã dicimus magnã.
Longitudo ſpiritualis, perſeuerantia eſt
atq; conſtãtia. Hic nõ vulgariter magnus
fuit beatus Hugo, quippe qui neq; blandi
tijs, neq; minis potẽtum huius ſeculi à via
rectitudinis potuit abduci. Non illum po=
teſtas, non minę, non perſecutiones regũ,
non archipræſulis auctoritas, non põtifi=
cum cæterorum ignauia, non intẽtata bo
norum ſuorum confiſcatio, non collegæ
ſui impia proſcriptio, non deniq; ſuper ca
put eius nudati enſes potuerũt à veritatis
& iuſtitię inſtituto deflectere. Vbiq; igitur
Hugo magnus, puritate, humilitate, cha=
ritate, lõganimitate & perſeuerantia. Ma=
gnus pterea põtificali dignitate, magnus
ſignorum claritate, magnus doctrinæ ex=
huberãtia, magnus meritorum copia, ma=
gnus diuina gratia, magnus poſtremo ſu=
perna cœleſtiq; gloria. Ecce igit ſacerdos
magnus, hoc eſt, ſanctitate præclarus, cui=
us ſanctitatis argumentum quoq; euidẽs
ſubditur, qui in diebus ſuis placuit deo, &
inuentus eſt iuſtus. Multa quidem extãt
ſanctitatis indicia. At nullum poteſt iuue
niri certius, q̃ placuiſſe deo. Hoc teſtimo=
niũ infallibile eſt. Quid eñ placeret deo
niſi mundum & ſanctũ? Hoc igitur vnum
deſideremus quod non tam eſt ſanctita=
tis argumẽtum, quam ſanctitas ipſa. Itaq;
commendatur beatiſſimus antiſtes perfe=
ctiſſime, dum nihil eidem quod ſanctum
efficiat prædicatur defuiſſe. Quippe qui
placuiſſe deo & iuſtus, puta, erga proxi=
mum fuiſſe inuentus ſit. Ac ſi dicatur, Ec=
ce ſacerdos magnus, qui legem omnem
impl=

impleuit,quia charitatem ad deum &pro
ximum perfectam habuit. Ita enim con-
grue videtur hoc mihi in his verbis ſigni
ficatum, vt perfectiſſimã habeat laudem
geminæ charitatis,qui placuiſſe deo dici-
tur,& ad proximum fuiſſe iuſtus. Neque
enĩ apte hoc ita verti poſſet,vt iuſtus fuiſ-
ſe deo & hominibus placuiſſe diceretur:
quippe cum neutrum horum euidens ſit
præconium ſanctitatis.Iuſtus nanq; erga
deum(ſi iuſtitia dicatur virtus ius vnicui-
que ſuum tribuens)quis dici queat? Quis
nam domino retribuit quod tribuendum
eſt? Quis largitur deo quod ſuũ eſt? Quis
reddit ei vt non magis maneat debitor?
Atqui ſoluere deo nemo potẽs eſt, nemo
ſatisfacere,quod debet.Multa interim do
nat atq; iterum donat deus,&quis eſt qui
vel dignas poſſit eidem agere gratias? Ta
ceo quod nemo ſatisfacere valet eius ad
nos tantæ charitati,tantæ liberalitati,tan-
tæ beneficiorum multitudini. Quid tan-
dem quod maiora promiſit:imo infinita
& immenſa nobis bona præparauit? Non
ergo ſumus iuſti erga deum,qui ſatisfaci-
endo deo tribuamus quod ſuum eſt. Ve-
runtamen ipſe ſciens noſtram impoſſibi-
litatem & vilitatem, ſi nos eandem quoq;
cognouerimus & ipſi humiles fuerimus,
de ſuo & gratis nos iuſtificat vnde ſibi pla
ceamus.Porro ad proximum iuſti eſſe, &
poſſumus, & debemus, vt illi quæ debe-
mus impendamus. Multa autem illi debe
mus,quæ ne quis ignorare ſe dicat, natu-
ra etiam clamat docens quæ ſibi quiſque
velit fieri eadem etiam proximo debere
impendi, ſic tamen vt nequaquam illud
Actu.5 negligatur,quod obedire oporteat magis
diuinæ voluntati quàm hominis. Quem-
admodum enim diligẽdus eſt proximus,
ita in ſuo beneplacito anteferendus eſt de
us. Præſtat nanq; hominem quàm deum
offendiſſe. Itaq; multa(quod dixi)proxi-
mo debemus. Inter multa illa non mini-
ma ſunt conſilium & auxilium. Cogitate
fratres chariſſimi, ſi quis inter nos conſti-
tutus in aliqua aduerſitate,anxietate, per-
plexitate, aut alteri cuiuis miſeriæ obno-
xius,cuius moleſtia neſciat quomodo poſ
ſet leuari,quàm æſtuanter deſiderat anhe
latq; ad conſilium & auxilium.Quàm vel
let,quàm gaudet aliorum corda ſibi incli
nari & compati? quam optat ſe adiuua-
ri? Hinc ergo diſcat quàm iuſtum ſit mi
ſereri proximo, & eum animum ſtudeat
in ſe transformare erga cæteros, qualem
erga ſe optat inuenire apud alios. Porro
ſunt plęraq; alia beneficia quę quidam nõ
appetunt,vt ſunt refrænatio prauæ volun
tatis, peccatorum correctio, item ad bo-
num inſtrui,à malo arceri, à noxijs retra-
hi,& cæteræ id genus ſalutis æternæ inſti
tuta, quæ quidam quantominus optant,
tametſi maxime quærere debuiſſent, tan-
to diligentius ſunt eis etiam ingerenda.
Quemadmodum beatus præſul Hugo fe-
ciſſe laudatur, qui dum charitatem perfe-
ctam ſeruauit ad proximum, iuſtus fuit.
Neque enim iuſtitia hic opponitur miſe-
ricordiæ,quandoquidem iuſtiſſimum eſt
miſeris miſericordiam impendere,&eum
affectum erga quemlibet gerere, quem er
ga ſe cuperet quiſque, aut cupere deberet
haberi. Hoc dico propter malos qui corre
ctionem charitatis fugiunt quam deſide-
rare & amplecti deberent, quibus non ſe-
cundum affectum quem habent vitioſum
erga ſe,ſed iuxta quem deberent habere
bonum,inſeruiendum eſt.Neque enim di Pſal.10
ligunt ſemetipſos, ſicut ſcriptum eſt, qui
diligit iniquitatem odit animam ſuam.
Atq; ideo non quomodo ſeſe ipſi diligũt,
ſed quomodo nos Chriſtus diligit iube-
mur eos diligere. Propterea dixi, placere
deo & iuſtum eſſe ad proximũ, indicium
eſſe ſanctitatis,quia ſummam totius legis,
& charitatis gemine conſummationem
complectitur.Porro ſicut deo hoc modo
iuſti eſſe non poſſumus,ita e contrario ho
minibus placere non iubemur. Ideo pla-
cuiſſe hominibus nemo dicit ſignum ſan-
ctitatis,præſertim cum placuiſſe malis,vi-
tuperij maior ſuſpicio ſit,& ne bonis qui-
dem in cunctis debeamus placere. Tantũ
abeſt vt cupiamus.Differunt enim longo
interuallo,placere, & cupere placere,quo
rum illud interdum bonum, interdũ no-
xium eſt, hoc vero ſemper (ſi propter ſei-
pſum tanquam finis appetitur) pernicio-
ſum eſt,ſi vero propter proximi ædificati
onem,& vltimo ſaltim propter deum,eſt
meritorium.Cæterum vt cuius feſtum co
limus,etiam ſtudia imitemur. Prima cu-
ra ſit nobis hunc ſcopum præfigere, & il-
luc omnes noſtros conatus extendere, vt
placeamus deo.Siquidem hoc ſtudium a-
gere, eſt iam deum diligere. Vnde apud
quem hæc inuenitur voluntas, vbi hoc
frequentamur exercitiũ, haud neceſſe eſt
præcepta multa indicere. Non opus eſt

 illum

illum obſeruari ſedulius, moneri ſæpius, increpari durius: quippe quem deſideriũ hoc placendi deo inſtruit & ducit ad omnia. Ideo & alijs ſociatus, & in ſolitudine conſtitutus, ſemper idem eſt. Non illum mutat humanus intuitus. Non in oculis hominum eſt feruentior, & in abſcõdito ſegnior, quippe qui ſemper ſecum habet, eum quem timet offendere, cui appetit placere, cuius amore nihil vult negligere, omnia geſtit efficere. At contra, quàm miſera res eſt, quàm oneroſa vbi ſubditis ſemper oportet inuigilari, nunquam nõ timere? Vbi neceſſe eſt ſemper imperare, vrgere, increpare, impellereq; ad dei beneplacitum. Vbi oculus duntaxat humanus timetur, vbi clanculum furtiueq; præuaricatur, quaſi non conſideret, qui omnia videt deus? Non ſunt (inquiunt) tranſgreſſiones iſtæ mortalia peccata. O quam modica eſt noſtra charitas ſi quod lethale nõ eſt, ſi quod gehennæ nos non facit obnoxios (tametſi deus inde offendatur) patrare non metuimus? Nonne hinc formidandum eſt, non ex amore dei venire, quod vel mortalia deuitamus, quando ipſum in venialibus offendiſſe pro nihilo ducimus? Nonne timor eſt ſeruilis quando deum ideo ſolum timemus, quia nobis metuimus? Atq; ideo ibi ſolũ eius ſeruamus præceptum, vbi noſtræ damnationis verſatur periculum. Atqui oportuit ad diuinam gratiam ita aſpirare, ita eius amicitiam ambire (vt ſi nullus eſſet etiam infernus) ſemper tamen maximo ſimus feruore ſoliciti nihil admittere, quo creatorem noſtrum offendamus, quo gratiæ eius augmentum nobis præpediamus, quo de nique noſtrum profectum retardemus, & poſtremo quo eius amicitiæ fruitionem intercipiamus. Porro hæc charitas quæ mortalia tantum, non etiam venialia nititur euadere peccata, quantula eſt? Quàm vicina lapſui? Iccirco bonus monachus, fidelis dei ſeruus, quicquid deo nouerit diſplicere, nititur euitare, quicquid placere, conatur obtinere. Itaq; ſi quid faciendum cognouerit, non diſputat vtrum eius trãſgreſſio fuerit mortalis nec ne, ſed an eius obſeruatio deo fuerit placens, nec (vt quidẽ) quod iuſſum fuerit diſcutit an in ſcripturis etiam ſacris ſit expreſſe mandatũ ſed ne ſcripturis ſacris fuerit contrarium, hoc ipſo ſatis ſe obligatum ad obedientiam ſciens, quod ſuperiori poteſtati (ſiue prælatus ſit ſiue eccleſia) nõ ignorat ſe perpetuo ſubiectum. Huic enim poteſtati cũ etiam ſcriptura nos ſubijcit, quid aliud facit quam vt ad Ananiam Paulum, ita nos ad prælatũ mittit, vt ipſe nobis dicat quid nos oporteat facere? Huius humilitatis atque ſubiectionis obtinendæ gratia, non oportuit omnia atq; ſingula in ſcripturis explicari, ſed vno interdum verbo innumera ſubinſinuari. Quam multa, quando obedire præpoſitis noſtris iubemur hoc vno verbo imperãtur. Quàm multa item propter charitatis obſeruantiã proximo impendenda neceſſario veniunt, quæ in ſcriptura non ſingulariter exprimuntur, niſi quod generatim hoc verbo cũcta mãdata ſunt: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Item: diligatis inuicem ſicut dilexi vos. Item: Quæ vultis vt faciãt vobis homines, hæc facite illis. Itaq; pari modo qui præceptis te ſubdit eccleſiæ, qui poteſtati atq; prępoſitis mandat obtemperare, vno ſimul omnia quæ tibi illi præcipiunt mãdat. Proinde nõ poteſt quis obedire deo aut ſcripturæ, qui non vult obedire prælato ſuo aut eccleſiæ, quia ilico vt præceptũ hominis (qui dei vice præcipit) ſpreuerit, etiã dei mandatum (quo homini ſibi præpoſito iubetur parere) contemnit. Verum de hoc hactenus. Hoc fuit inſtitutũ, quod dicerem deo nos placere nõ poſſe niſi bonos ac virtuoſos. Totum igitur noſtrum ſtudium impendamus vt quales deus ipſe benedictus nos deſiderat efficiamur. Reliquum eſt quod moniti ſumus exẽplo beati Hugonis iuſti inueniri erga proximum Neq; enim commendatur placuiſſe hominibus, quemadmodum deo. Siquidẽ non ita neceſſariũ eſt ad integritatem fraternæ charitatis, vt proximis ſemper placeamꝰ. Alioquin in omnibus cogeremur noſtrã proximi voluntati conformare. Porro cũ proximi noſtri voluntas plęrunq; ſit obliqua, contraria ac diſplicens deo, quis nephas non diceret ad placendum homini eiuſdem impie voluntati morem gerere? Poteſt igitur qs eſſe bonus, poteſt in proximum eſſe iuſtus, poteſt proximum vere diligere, & eidem tamen interea non placere: puta ſi à voluntate eius mala non diſſideat, ſi eius prauitatem arguat, ſi ſtudijs eius noxijs obſiſtat. Eam ob rem iubemur iuſti eſſe in proximum, vt ſi ſemetipſum proximus non diligat, ſi animæ ſuæ bona non inquirat, ſi conſilia ſalutaria ſpernat &

Actu. 9
Lucæ 10
Iohan. 13
Matth. 7
Lucæ 10

nat & odiat, nos in hoc ei non quaſi fauen
tes blandiamur, ſed ſicut ipſe ſe perdite,
ita nos illum ſyncere diligamus, neceſſa-
ria ſaluti vel nolenti ingeramus, noxia ne-
gemus. Et hoc eſt iuſtum eſſe ad proxi-
mum. Porro in his quæ deum non offen-
dunt & neque propriam neque proximi
ſalutem impediunt, pertinet ad eandem
iuſtitiam ſeu charitatem placere proxi-
mo, id eſt, eius voluntati morem gerere,
eius pacem quærere, & conſolationem ei
impartiri. Veruntamen hoc placendi ſtu-
dium fieri debet ad ædificationem, ne no-
ſipſos quæramus, hoc eſt, noſtrum com-
modum, laudem, conſolationem, & alia
id genus, ſed proximi vtilitatem. Tunc
enim recte placere ſtudemus proximo, ſi
in hoc ipſo ſtudio non quieſcimus (ſi finē
Roma.15 ibi non ponimus) ſed noſtra intentio ſit
placere proximo, vt placeamus deo. Et
hoc modo Paulo recte obtēperamus ad-
monenti, vt vnuſquiſque fratri ſuo place-
at ad ædificationem. At ſi quis ita proxi-
mis appetit ſeu quærit placere, quod pla-
cendi ipſa vanitas oblectat, & non tam co
gitat vt proximus ædificetur, quam vt i-
pſe glorietur, intentionem ſuam non in
deū dirigens, ſed in hoc ipſo quod eſt pla-
Pſalm.32 cere alijs, finem ſuum ſibi conſtituens? for
midare habet ſcripturam dicentem: Diſſi-
pauit oſſa eorum qui hominibus placent.
Gala.1 Et illud Pauli: Si hominibus placerem, id
eſt, placere quærerem, CHRISTI ſer-
uus non eſſem. Verum quid de illis ſenti-
endum qui ne diſpliceant homini, etiam
offendunt deum? Tranſgrediuntur & dei
& ſuperiorum præcepta, vt fauorem ho-
minis ſeruent. Ex charitate (inquiūt) hoc
factum eſt. Non audebam illum hominē
contriſtare. Et audebas deum offendere?
Quæ eſt iſta quæſo tam ſancta, tamq́; re-
cte ordinata charitas? quæ adeo cæcos ſui
reddit cultores? Hanc charitatem (ne dicā
carnalitatem) neſcit ſcriptura, neſcit ſan-
ctorum vita. Tullius etſi ethnicus, hanc
primam eſſe legem amicitiæ dicit, nihil ab
amico petere inhoneſti. Alteram, etiam
rogatos propter amicum nil inhoneſti fa-
cere. Inhoneſtum hic maxime diceremus
quocunq; offenderetur deus. Quid enim
inhoneſtius quā ne hominis amittas gra-
tiam, dei contemnere ſeu poſthabere
amicitiam? Sunt alij adhuc magis vecor-
des, qui non audent recte agere vbi vidēt
alios delinquere. Ecce tam potēs eſt ſcan-
dalum, vt ſæpenumero ſcientes & diligen
tes bonum, contra propriam conſcientiā
magis aliorum ſe conforment exemplo,
quàm diuino beneplacito. Nos vero cha-
riſſimi fratres deum ſuper omnia & in o-
mnibus diligamus, proximis propter de-
um placere ſatagamus, & vbi opus eſt, eti
am diſplicere propter deum non timea-
mus. Præſtāte domino noſtro Ieſu Chri-
ſto, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

SERMO III. DE TEMPORE QUO HODIE DETINENTUR PLERIQUE MONACHI, & FERUORE DEUOTIONIS RESUSCITANDO.

IN lege domini fuit volun-
tas eius die ac nocte. Pſalm. I
Lex domini immaculata cō Pſal.18
uertēs animas, dicit Dauid.
In hāc beatiſſimus pater no
ſter Hugo animū ſuū cōtulit, quia die no-
ctuq́; dei beneplacitū inueſtigans, nō com
munibus præceptis cōtentus, nec ſolū ad
ea q̄ iubet deus paratus, ſed quæcunq; di-
dicit placere, acceptaq; fore deo, ad ea im-
pigrū ſe offerebat. Eam ob rem arctiſſimū
quem inuenire potuit in monaſtica religi
one ordinē intrauit, in quo q̄ nihil ſocor-
diæ, q̄ ignauiæ nihil, quā deniq; negligen-
tiæ nihil prorſus admiſerit, liquet ex ipſi-
us (dū eſſet epiſcopus) teſtimonio, arguen
tis aliorum negligentias, & dicentis quod
à tpe quo monachus eſſe cœperit, nulla ſi
bi morantia ſubrepſiſſet. Morantiam dice
re volens moram negligentis monachi,
aut negligentiam aliquam ſeu obliuionē
vnde monachorꝫ reliquus cogitur cōuen
tus expectare. Videtis ſtudium, videtis vi-
gilantiam, videtis diligentiam magnam.
Heu vbi eſt modo huius tēporis miſeria,
vbi ignauia monachorꝫ ad diuina, ad obe
dientias citra excuſationē remorantiū, &
nonnunq̄ in lectis ſuis dormitantiū, idq́;
ſpōte, dū alij vigilantes deo aſſiſtunt in o-
ratione? Quid putatis angeli horꝫ ſentiāt,
quid plangant, videtes reliq̄s angelos, eos
videlicet qui aliorꝫ ſunt monachorū cuſto
des, orationū incēſa offerre ſibi vero cōmiſ
ſos ſomno ſtertere, ſe ꝙ offerāt illorꝫ noīe
nō habere? Erubeſcant & corrigāt ſe eiuſ- Pſal.146
modi, vel angelorꝫ ſuorū moti dilectione
& vbi ſurgendū fuerit ſurgāt, vbi vigilan
dū vigilent, vbi etiā dormiendū dormiāt.

Quod ſi præter voluntatē, aut in diuinis ſomnus, aut in alio quis negligentia obrepſerit, cũ gemitu cordis plangãt, & qcquid neglectũ eſt nequaq̃ neglectũ maneat, ſed emendet & pro eadē negligentia ſatisfiat. Sanctus Hugo inter cæteros ordines etiã eremiticũ elegit, ſciens vitam abſtractã & ab hominũ conuerſatione atq; colloquutione ſequeſtratã, deo vacare cupientibus non mõ vtilē, ſed etiã maxime neceſſariã. Manſit igitur cellæ incola ſedulus, nec ibi ſolus. i. otioſus, ſed aut deo loquēs, aut deum audiens, aut deũ contemplãs, ſemper cum deo erat. Cũ deo loquebatur orando deum audiebat aut legendo, aut diuinos inſtinctus recipiendo. Deũ contemplabatur ſuſpiciendo, cognoſcendo, in eius operibus admirando, afficiendo, ad illa aſpirando, atq; eius bonitatem dulcedinemq; in ſeipſo guſtando. Hæc nanq; ſunt cellæ exercitia, hæc officia eremitę. Sed heu quo ruit hodie tepor & inertia monachorũ? Heu vita ſpũalis q̃modo extincta eſt? Heu q̃uo in plęriſq; religioſis prorſus nulla inuenitur religio? Sine deuotione, ſine affectione, non in ſpũ ſed in carne adhuc viuunt. Quæ interna ſunt neſciunt, & externa quoq; ſua vix in honeſtate quædam ſeculari continent. Rigorē ordinis, q maximus tunc erat in initio, ſanctus. Hugo ſeruabat, pluraq; quam debuit feruēte deuotione ſupererogabat. Aſſidua fuit illi cogitatio, q̃uo archanas dei ſemitas ambularet, & nihil quod deo placeret negligeret. Non ad opes terrenas adeo inhiat auarus quã ille ſitiebat ad virtutes. Rogo chariſſimi fratres emendemus noſtras negligentias, ſine quibus non ſumus. Officiũ diuinũ aliarum domorũ & ordinis more, hoc eſt, nõ curſim, ſed cũ grauitate ſoluamus. Lectiones ita legantur vt intelligi queãt. Cur eñ legitur quod non intelligit? Itaq; legant vt non abſorptio, ſed diſtinctio pariter & expreſſio fit literarũ ac ſyllabarum Ponat etiã diuino in officio cuſtodia cordi, vt ſit mens attenta, & ex his q̃ leguntur aut cantantur eliciat ſuſpiria affectuſq; caſtiſſimi amoris in deũ. Tã varia eñ legunt tam varia cantantur, vt nunq̃ deſit quo ſe occupet deuotio, vel peccata gemētis, vel pro iuſtitia & virtute poſtulantis, vel infirmitatem ſuam plangentis, aut ad deũ aſpirantis, deum contemplãtis, deũ admirantis, in deo exultantis, & pro toto mundo id eſt, nunc pro hoc gñe hominũ, mõ pro alio deum rogemus, Chariſſimi fratres, ſi quē ſomnolentia p̃mit, excutiat ſe & moueat: ſi victus ſomno (licet inuitus) fuerit, negligētias ſuppleat, & infirmitatē ſuã doleat, ſomnolentiæq; cauſas in diuinis ſcrutetur & vitet: Sunt qui adeo ſunt in diuinis diſtracti, vt etiã putent ſe cũ cæteris cantare, cũ ne labiũ quidem moueant. Sunt alij adeo occupati, oculos & caput huc illucq; gyrantes, & quaſi muſcas capturi, nihil nõ obſeruantes. Teneant quæſo oculi, idq; in diuinis maxime caueat, ne videat q diſtractionē, quodve leuitatem aut turbationē cordi adferat. Chariſſimi fratres. In lege dñi ſit voluntas & meditatio veſtra die ac nocte. Libros accipiatis q ad cõpunctionē & deuotionē extimulent. Lectio veſtra & ſtudiũ ſit nõ vt doctiores videamini, ſed vt efficiamini humiliores, mitiores, & in omni virtute perfectiores ac feruentiores. Quotidie propoſitũ melioris atq; correctioris vitæ renouetis, & ad profectũ veſtrũ ſatagite, vt q̃tidie incrementi aliquid adijciatis. Veſpere iturus ad quietē interroget ſe vnuſquiſq; qd hoc die boni egerit, & in q̃ ſit factus quã heri, melior. Si nihil inuenerit, quin etiã à bono defecerit, ex toto corde gemat & p̃ficiendi animũ fortius reſumet. Deſinant quæſo inter vos clãdeſtinæ illæ obſeruatiões & explorationes quę pacē turbant, charitatem vulnerãt, & monaſticũ regimen peſſundãt. Studeat potius bonus cellita quicqd extra ſuã cellã agitur neſcire, cũ dictis & factis aliorũ ſe nõ occupare, ab omĩ colligatiõe, ab omĩq; ſolicitudine liber eē, & ne deũ offendat, ne dei gratiã in ſe vel minuat vel impediat, ne deniq; tentationũ laqueis ſe inuoluat, neve delinquendi occaſiões incidat, ſemp formidare, vigilãterq; aduertere, hæc ſit ſolicitudo veſtra chariſſimi fratres, hoc ſtudium veſtrũ, q̃uo deum ex toto corde diligatis, q̃uo illi ſemp placeatis. Et ne aliqd in cordibus veſtris verſetur vnde corã deo erubeſcatis, ideo eius p̃ſentia ſemp in oculis ſit veſtris & q̃d omĩa veſtra ſecreta, oēs cogitatus, omnes motus intentioneſq; animorũ in eius oculis ſint, timorē & reuerentiã in vobis generēt, adeo vt nihil quod illi diſpliceat audeatis, vt ſic circa interna veſtra occupati, & ab externis abſtracti, vere ſpirituales efficiamini, meditantes in lege dñi quæ ſit eius voluntas beneplacens atque perfecta. Ad laudem domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt bñdictus in ſecula. Amen.

Pſal. 1 (margin, at "In lege dñi")
Roma. 12 (margin, at "meditantes in lege dñi")

DE

DE SANCTA BARbara uirgine & martyri, Sermo I. Quibus extollenda ſit diua ſponſa Christi Barbara, quomodoue ſancti pro ſibi deuotis iudicem interpellet.

LAudabit vſque ad mortem anima mea dominum, quoniam eruis ſuſtinentes te, & liberas eos de omni anguſtia dñs de9 noſter, Eccl LI. Hæc verba fratres mei optime in CHRISTI ſponſam quadrãt ſanctam Barbaram, quandoquidem mira dei beneficia ipſa in conuerſione, in vita, in paſſione denique & in morte ſua experta eſt, quæ omnia (qa nihil ſibi eorum vſurpauit in laudem ſuam nihil arrogauit, nihil tribuit ſibi, in deũm vero retulit omnia) illius eſſe, dona nihilque ibi ſuum, perfectiſſima humilitate cognoſcens. Propterea dixit: Laudabit vſque ad mortem anima mea dominum & cætera. In conuerſione nanque illius quis dei bonitatem digne collaudet, qui abſque hominis eruditione illam prę ueniens illuminauit adeo vt naturali quoque lumine ſimulachrorum, deorumque multiformium deprehẽderet vanitatem. Adeo nanque rationis lumen in ea præualuit vt ea quæ facta ſunt, quæ inſtituta ſunt, quæ aliquando non fuerunt viliora crederet eſſe ijs qui cultum venerationemque illis inſtituerunt, quam ob rem eos quoque deos qui ab hominibus colebantur (quandoquidem homines olim fuere) iudicabat prorſus nihil poſſe numinis habere, ſed neceſſarium fore, vt
Gene. 17 Sapien. 1 aliqua virtus ſit omnipotens oĩa ſciens, omnia creans ac regens, infinita, ſine tempore, numero, & menſura, quæ ante oĩa ſempiterna ac indeficiens fuerit, à qua omnia reliqua quę habent eſſe, incœperint, quæ iuſtius diuinitatis & rem & nomen habeat quam ea quorum nomen ac honor (ſine virtute) ex aliorum pendet voluntate & inſtitutione, pro hanc itaq; ſui illuminatione laudat te Ieſu bone Sancta Barbara puella ſapientiſſima, qua deorum tum vanitatem tum ſtultitiam deprehendens illos reſpuit, & in tui deſiderium amoremq; (licet nondum te perfecte cognoſceret) tua illuſtrata gratia, exarſit. Tu enim ipſam vt te quæreret, tu vt perfectius te cuperet & cognoſcere & amare eam excitaſti. Tu inueniendum ei te obtuliſti. Nam vbi ſeruum tuum Origenem veræ diuinitatis audiſſet Alexandriæ doctorem, confeſtim illi literas ſcribens & tui veræq; fidei ſibi petijt notitiam inferri. Quod te cuncta dirigente quomodo petiuit, ab Origenis quodam diſcipulo clam ad ſe miſſo edocta impetrauit. Pro ijs inquam præclaræ ſponſæ tuæ Barbaræ anima laudabit vſque ad mortem te dominum, quoniam eruis ſuſtinentes te à caligine perfidiæ & errorum tenebris ad veri luminis tui notitiam, quod in mundum venit illuminare eos qui in tenebris & in Lucæ 1
vmbra mortis ſunt, ad dirigendos pedes ſuos in viam pacis. Itaq; in ſanctæ Barbaræ vita mirabilis valde atque laudandus apparuit dominus. Siquidem in turri quã pater eius paganus illi cõſtruxerat lectioni ſanctoꝝ librorũ (quos Origenes illi miſerat) abſtinentiæ, ieiunijs, orationi atque vigilijs deuotiſſime ſolitaria inſudabat. Super oĩa aũt, fauente etiã patre qui ob ſui dilectionem putabat id fieri, & propterea turrim pulcherrimã ei fecit ædificari, preciosiſſimũ virginitatis theſaurũ Chriſto quem toto amabat corde, cuſtodiebat. Videns vero in turri ſibi cõſtructa duas tantũ eſſe feneſtras, his tertiã adijci contra patris mandatum iuſſit, vt exercitiũ pariter & occaſionem ſanctæ trinitatis adorandę colendæq; inde ſumeret. Progrediens deinde longius lauachrum ſibi à patre paratũ inuenit ſculptũ miroq; artificio ornatum. Quod introiens dum aqua abeſſet dñm rogauit, & mox aqua vſq; ad eius vmbilicũ impletum eſt, in quo à præcurſore dominiq; baptiſta Iohanne baptiſata eſt. Pro ijs alijsq; multis in vita ſua acceptis beneficijs, quæ prætergrediẽs ad eius vitam, legendã vos mitto, inquit, beata Barbara: Laudabit vſq; ad mortẽ aĩa mea dñm &c. Cognouit eñ omnia dei eſſe dona gratis ſibi collata, pro quibus ita gratias agendas deo ſciebat, quomodo eadẽ dona cognouit haud eſſe negligenda. In paſſione vero ſua benignitatẽ dei clementiſſimã experta eſt. A quibuſdã eñ grauibus tormẽtis illam eripuit, in quibuſdã fortitudinẽ dedit & tolerantiã, charitate quoq; conſtãtiſſima ac ignea cor eius ſuccẽdit, vt nõ ſolũ tolerabilia rerum deſideratu, que patiebatur, etiã redderentur, licet naturæ alioqui horrida erant. Cæterũ, inquis, ſi naturæ erant horribilia quomodo deſidera-

bilia facta ſunt? Id patiendi fecit cauſa. Haudquaq̃ em̃ pro ſe ſed pro Chriſto paſſa eſt, cui9 amor adeo pectori eius erat impreſſus, adeo erat feruens, adeo ſuauis vt dulcia ac leuia ei viderētur quæcunq; in eius gloriā ferre potuiſſet. Itaq; gaudebat anſam occaſionemq́; ſibi præberi, quo ſuū Chriſto amorē poſſet oſtendere, proinde patre demum redeunte (longius enim abſens fuerat) poſtquā tertiam vidit in turri feneſtram contra ſuum mandatum factā à filia huius rationem ſciſcitatur. Quę nihil metuens patrē veram diuinitatem eandemq́; vnam in perſonarum trinitate prędicabat, fallētem vero ac vanam eſſe ſimulacrorum impoſturam. Iratus itaq; pater per ſeipſum primo licet eam flagellaſſet, tamen Martiano pręſidi, qui nulla miſeratione commotus neruis iubet thaurinis eam expoliatam cędi, obtulit. Ibi dum fuſo ſanguine liuidas acerbasq́; ſuſtineret plagas, (vtpote quibus ſal crepitās iniectum fuerat) atq; in teterrimum carcerem reducta foret, Ieſus illi apparuit, eius amator ſponſusq́; pijſſimus dicens: Prælecta filia mea ac ſponſa Barbara confide atq; cōfortare, quoniam copioſum magnumq́; gaudium fit in cœlo ſuper tua paſſione. Quo hęc dicente eius plagæ omnes ſanatæ ſunt, pro hoc quoq; laudauit te dulcis Ieſu Barbaræ anima vſq; ad mortem, quoniam non ſolum à pœnis his liberaſti ſpōſam tuam, verum etiam fortitudinem animiq́; conſtantiam illi indidiſti, vt ſermonibus veritatis confutaret torqueretq́;, & tyrannos, & quoſcunq; veritatis ac fidei tuæ hoſtes. Nam cum poſtea in eculeo eſſet iubente Martiano, pedibus ſurſum erectis, ſuſpenſa & arpaginibus latera eius lacerarentur, lampadarumq́;, hoc eſt, facium ardētium applicatione vrerentur, lamiæq́; ferreæ ignitæ adhiberentur, quæ vulnera, vnde ſanguis vbertim fluebat, carnemq́; torrerent, quis eam vt ferre hæc poſſet, interea etiam pſallentem ac te laudantem conforrtauit, niſi tu, qui eruis ſuſtinentes te & liberas de omni anguſtia dominus deus noſter? Deinde cum eculeo depoſita verſoq́; capite in ſtipite eſſet ligata, & caput eius malleis ferreis tunderetur, atque ſubinde mammillæ eius gladijs deſecarentur obtuſis, quis ei hāc dedit fortitudinem vt tyrannum etiam ludens obiurgaret dicens: Quid, inquit, in me ſecas fœmineum decus? Vis me virum efficere? & reliqua quæ non niſi ſpiritu ſancto charitateq́; dei plena potuit dicere? profecto tu ſolus. Ad hæc cum furioſus Martianus nudam vulneribusq́; ſauciatam per prouinciam iuſſerat ignominioſe duci, dolet quidem Barbara ſancta ac pudiciſſima virgo, propter pudicitiam virginalem quę in virginibus valde eſt tenera ac verecunda. Suſtinet tamen. Atuero (quia morte ac om̃ibus erat illi pœnis hæc ignominia atq; honeſtatis denudatio grauior) pudicitię gerit curam atq; pro tegimēto ſuæ nuditatis tibi ſponſo ſuo ſupplicat. Qua oratione fuſa mox adeſt angelus qui ſtola candidiſſima eam induit ſignansq́; illam, omnia ſimul eius vulnera & dolores adeo abſtulit, vt decorem etiam adderet, quam olim habuerat, maiorem. Dulcis Ieſu pro hoc laudat te ſponſæ tuæ anima vſq; ad mortem quoniam eruis ſuſtinentes te &c̃. Poſtremo circa mortem quoque, quam dictata ſententia genitor ei ſuus intulit, quem alium laudaret, cui gratias alteri quam tibi benigniſſime Ieſu hæc digniſſima tua ſponſa Barbara ageret, quod in hanc vſq; horam varia ei dediſti pro tui amore tormenta ſuſtinere, vbi in om̃ibus etiam eidem affuiſti doloribus atq; patiēdi virtutē adminiſtraſti? Cæterum quantæ virtutis, quantæ charitatis fuit, id quod hæc glorioſa virgo Barbara in extremis iam vitæ conſtituta, vtpote iam iamq́; gladio trucidanda proximorum non fuit immemor, pro quorum tam diligenter orans ſalute etiam hoc plena fide abs te impetrauit, vt quicunq; ſui egerit memoriam inuocaueritve, hoc eſt, quicunq; ipſam aduocauerit ad orandum pro ſe, illiusq́; hoc eſt, gratiæ ac miſericordiæ ſibi multiplicis abs te factæ fuerit memor, à te ſuorum peccatorum obtineat veniam & ante mortem ſuam ſacramenti venerabilis recipiat munitiōem? Quod quia tu benigniſſime Ieſu exaudire hancque ſponſam tuam conſolatione huiuſmodi dignatus es vt ſciret & ſe pro alijs exauditam & ad thronum gloriæ tuæ ſeipſam vocatam, laudabit non ſolum ipſa, verum etiam & vniuerſa eccleſia te dominū, quoniam eruis ſuſtinentes te &c̃. Cæterū quia multi addubitāt de hoc an iuſte hoc debeat credi de ſctā Barba. vel Catharina vel Margareta alijsve ſanctis, q ſingulares habent interceſſores (tametſi om̃es ſctī intercedere p nobis poſſint) vt ipſi in hac vita ita p ſui memoria agentibus orāuerint, q̃doqui-

doquidem quibuſdam id ſuperbia, illicitũ atq; incongruum videtur. De ſuperbia certe nemo habet iudicare aut in ſuſpicionẽ trahere ſanctos, pręſertim in illa hora, qua Chriſto pro eiuſdem amore ſuſcipientes mortem, ſpiritum ſuum reddiderunt, nec quis debet iuxta ſuas paſſiones vitioſas (ſi fortaſſe ipſe abſq; ſuperbia id non poſſet, quomodo etiam fortaſſe alia non poteſt multo minora) de ſanctis impie ſentire, quoniam in hac oratione inuenti ſunt huiuſmodi ſancti humillimi, à ſuperbia prorſus alieni atq; pro dei honore maxime zeloſi, cuius honoris zelo duntaxat inducti hæc orauerunt, & de hoc infra dicemus plura. Verum diſcutiamꝰ primum an, aut quare, incongruum fuerit ſanctam Barbaram, Catharinam alioſve ſanctos id oraſſe, aut quare veriſimile non ſit id eos oraſſe, ſed ſcriptor id quiſpiam aſſuerit mendacij, ad hiſtorię reliquæ veritatem? Sed & hoc ante videatur quomodo orauerunt huiuſmodi ſancti, S. Barbara certo hoc modo oraſſe legitur. Vbi primum pro ſe orauerat, domino ſeſe agonemq;, quem vltimũ eſſet ſubitura, ſuum commendans, humilibus atq; ſupplicibus tandem verbis adiunxit pro ſuis orans ꝓximis hoc modo: Domine Ieſu Chriſte, concede miſericorditer ancillæ tuę gratiam hanc, vt omnes qui in neceſſitatibus ſeu anguſtijs ſuis mei memoriam agentes, fideliter te inuocauerint largiflua tua pietate conſolentur, & præcipue paſſionis meæ ad laudem tuam recolentes, quatenus morte non pręueniantur improuiſa, ſed vera confeſſione conterantur, cum munimine perceptionis ſacro ſancti corporis & ſanguinis tui, ne à diabolo (Tobiæ 3) illaqueati faciali gloria tua priuentur. Domine ne memineris peccata eorum in die (Pſalm. 77) iudicij, ſed propitiare eis. Scis enim omniũ benigniſſime conditor quia caro ſumus. Hæc ſunt beatæ Barbaræ orantis verba, quomodo in eius geſtis inuenitur. Cuiuſmodi leguntur de quibuſdam alijs quæ parum in verbis differunt quia ſpiritu, orandiq; intentione conſentiunt. Iam ergo interrogo quid hic abſurdum, quid incongruum, quidve illicitum ſit in hac oratione? Primo quod orauerit pro alijs non poteſt non laudari, tantum abeſt, vt reprehen- (Iacob. 5) di poſſit quandoquidem iubemur alter pro altero orare, (1. Theſſ. 1) & Paulus pro alijs orans alioꝝ rurſus pro ſe petiuit orõnes. (2. Theſſ. 5; 2. Cor. 13) Quod vero orauit pro ijs qui ſui acturi eſſent memoriam, nihil video quid contineat illicitum. Si mihi licet imo ſi à Chriſto iubeor (Lucæ 6) orare pro calumniantibus & perſequentibus me, quare non licet orare pro ijs qui amant me, aut qui mihi gratulantur aut fauent? Certe puto legem naturę quoq; hoc iubere. Iam ſi hic amor, aut fauor, aut gratulatio, proximi eſt erga me propterea, q̃a Chriſti ſum, aut quia exiſtimor eſſe Chri-, vt Chriſtus cauſa ſit quare mihi hic honor aut gratulatio fiat, quis legens illud euangelium. Amen dico vobis: Si quis vos rece- (Matth. 10) perit quia Chriſti eſtis, &c. (Ibidem.) Et illud: Si q̃s calicem aquę frigidę ſitienti dederit in no- (Marc. 9) mine meo &c. dicet aut illius amorem fauorem aut gratulationem erga me non ſummopere commendabilem dignamq; Chriſto, cui idem retribuat qui omnibus retribuit ijs quicunq; ſuo nomine, hoc eſt ad ſui honorem aut ſui contemplatiõe amoreve aliqd egerint aut ſuſtinuerint. Et quare nõ liceat mihi ijs qui propter Chriſtum me amant aut gratulantur mihi, orare deum? Sed quæro vltra an liceat mihi de- (Eccẽs 9) um orare pro ijs q me inuocant licet ignorem ipe, an odio amoreve dignus ſim? Nõ video cur non liceat humiliter orare, propter fidem præſertim illiꝰ qui bene de me ſentit & orationibus ſe meis cõmittit, licet fortaſſe erret & plus de me ſentiat quã eſt ſentiendum. Cur enĩ non liceret mihi dño deo dicere. Domine deus meus da illis qui me inuocant (licet adhuc mortalem) hoc eſt, qui pro ſe poſtulant à me orari, hæc & illa ſalutaria, ꝓpter humilitatem eorum? Neq; enim propter me orationem meam ſcio tibi placiturã. Scis enĩ tu quia ego nullius ſum virtutis coram te, & ideo tu pro bonitate tua non ſinas eos falli. Nam etſi errent in me, tñ quomodo debẽt bene ſentiunt de ꝓximo. Da igitur illis ſalutẽ qui me ad orandum inuocant, aut q mihi bñfaciunt, aut q mihi benefacturi ſunt, aut q mihi tua beneficia fauẽt, mihiq; gratulantur aut gratulabuntur vnq̃ p̃ſertim cũ tu ſis finis oĩm & cauſa cur hęc faciant? Quare inq̃ hæc oratio foret illicita? imo quare ego ex charitatis debito non obliger orare pro hmõi? Non quod pręſtare aliquid poſſem ſed ꝙ ego nequeo p̃ſtare, valeo & debeo emendicare ꝓ illis à magno illo, largiſſimoq; donatore atq; omĩ bñfactore deo, ipm cum Pſalm. rogando, vt ipſe dñs retri- (Pſalm. 115) buat pro me. Quare non debeã orare pro eiuſmodi qui ex charitate mihi dei grãm,

 deiq;

deiq; beneficia fauent, q mihi gratulantur qui benefaciunt, cum horum oi͂m quod dixi vt fiant, ſolus eſt cauſa ſcopus finisq; deus? Quo non debeo eos redamare à quibus intuitu Chriſti ſolius me ſcio amari? Si hoc licitum foret peccaſſet Paulus & alijs peccandi occaſionem anſamq; præbuiſſet, quos ipſe viuentes adhuc in carne, & de ſalute propria incertos inuocauit vt pro ſe orent. Quare mihi nõ liceret quod illis licuit, & quod Paulus vt pro ſe fieret flagitauit? id eſt, quare non licet mihi orare pro ijs qui à me hocipſum poſtulant, qui fauent mihi dei beneficia, & gratiam qui gratulantur meo ꝓfectui maxime ſi propterea per hoc nihil deſidero, vt habear ſanctꝰ talisve qui poſſit orare aut aliqd impetrare, nec locum habeat ambitio huiuſmodi in me aliquid, vt cupiam nonnihil æſtimari, ſed potius erubeſco & in meipſo confundor, quo de me melius ſentiunt homines quàm ipſe me inuenio. Atq; illorum pio errori compatiens, Deum quomodo debeo rogo, vt ille ſuppleat pro me, vt quãuis indignus ſim ego audiri, ipſe tamen faciat illos non indignos propter fidem & ſuam humilitatem exaudiri. Iam igitur ad ſanctam Barbaram tranſeamus, eiusq; ſimiles ſanctos. Ipſa non petiuit (vide illius verba) ſe ad interpellandum inuocari, nec ſibi petijt feſtum, honorem, memoriamve ſtatui, ſed rogauit ſi quis ſui memoriam agens, deum inuocauerit, hoc vel illud obtineat. Quid hic abſurdi auditur? Non petiuit ſe inuocari, nec petiuit vt qui ſe inuocaturi ſunt exaudiantur, q̃uis etſi ita oraſſet (ꝙ fortaſſe in ſanctoꝝ aliorum vita legitur) nequaq̃ oraſſe perperã putanda foret. Nihil enim oraſſet aliud quàm iſti (quos Paulus inuocauit) orauerunt, qui vtiq; deum rogauerunt, vt is qui ſe inuocauerat Paulus exaudiretur. Hoc modo S. Barbara quoque oraſſet (etiamſi dixiſſet qui me inuocauerint, hoc eſt, qui me pro ſe vt orẽ flagitauerint) vt daretur illis hoc quod illorum conduceret ſaluti. Iam vero nõ dixit, qui me, ſed q te Chriſte inuocauerint mei habentes memoriam, id eſt, miſericordiæ tuæ in me fulgentis, da tu, &c. ridiculum eſt id eſſe illicitũ cogitare. Deinde (quod fortaſſe ſciolos hos magis torquet) quod orauit pro his qui ſuæ paſſionis forent memoriam acturi &c. volunt quidam mox iudicare quaſi corona ſe martyrij dignam habuerit. Certe etſi de miſericordia etiam diuina hoc ſenſiſſet, cui omnes alias ſuas aſcripſit victorias, eidemq; ſoli propterea gratias egit, vt ſe martyrij corona dignam faceret, qui fecerat ſui amore vt pateretur dignam, nihil ſuperbi egiſſet, nec præſumptionis propterea foret arguenda. Tantã enim in ſe tamq; mirabilem ac exhuberantiſſimam experta iam fuerat in omni vita ac paſſione ſua dei tum miſericordiam, tũ munificentiam, vt deſperare non poſſet dignam ſe (non dico ex ſe fieri) ſed dignam per miſericordiam diuinam haberi, atque faciente id dignatione diuina tanq̃ dignã ſe martyrio miſericorditer acceptari, per multa enim iam à deo cœlitus dona, auxilia & beneficia receperat, vnde æternę ſalutis confidenter ſe ſperare potuit abſq; vlla hæſitatione fore participem. Hęc ſi omnia legiſſent hi qui modo temere obganniunt ori ſilentium imponerent: neq; enim ſpes firmior atq; maxima confidentia de Deo impedit, ſed perficit humilitatem. Volunt enim & ipſi om̃es homines ſalutem à deo ſperare & quodammodo certos fore, & tamen Barbaram de ſua reddunt ſalute non ſecuram, quaſi quæ adeo ſibi timere debuerat, vt licet in vita adhuc conſtituta, ꝙ bonis malisq; commune eſt, orare pro alijs propterea non debuiſſet. Iam vero om̃ino ne verbum quidem habetur in illius oratione, quod id ſonaret, quaſi martyrij corona, aut ſanctitatis nomine, aut feſtiuitas ſibi inſtitueretur dignam ſe æſtimaſſet, tametſi merito à domino id ſperare potuit, vt inter martyres haberetur apud deum, quę iam iamq; pro eius amore genua flectens, gladiũ poſt alios multos paſſionũ agones quas domino confortante vicerat, erat ſuſceptura. Certe tam ipſa quàm alij tunc ſancti non ignorabant, quomodo martyrum tunc fiebant memorię (quod ex multis quoq; ſanctorum vita facile colligitur) Nempe, vt ad ſepulchra martyrum aut ad martyrij loca cõueniebant pij homines & ieiunio orationiq; vacantes deum laudabant qui pro magnificentia ſua, pro fideique ſuæ exultatione gratiam huic dediſſe martyrij atq; victoriam qua adiutus & tyrannos, & mundum, & amicos, & carnem ſuam contempſiſſet atq; illi, hoc eſt, Chriſto non abſque ſui effuſione ſanguinis teſtimonium fidele (quod ipſe cum patre & ſpiritu ſancto verus vnusq; eſſet Deus) reddidiſſet. Iam vide quid fuerit piaculi vel S. Barbaram vel alium queuis ſanctoꝝ oraſſe pro

2. Theſſ. 3

ſe pro ijs qui diem paſſionis ſuæ cũ aliqua
ſui memoria obſeruauerunt, vt ꝓpterea à
domino miſericordiam cõſequantur. Nã
quid aliud ſic orans orat, quàm: Rogo te
domine Ieſu pro ijs qui diem hunc meę re
colunt paſſionis, in qua tu tua me gratia,
tuiq; amore, pati ac mortem ſuſtinere feci
ſti & adiuuiſti. Qui fragilitatis inquã meę
fuerint memores ſimul ac tuę virtutis, qui
hanc miſericordiam tuam mihi fauerint
qua tãta me dignatus es gratia vt dares &
animũ & volũtatem pro tuo nomine pa-
tiendi. Qui deniq; huius diei reminiſcun-
tur mihi gratulãtes qua ex innumeris me
periculis eripuiſti, & qui te, dona tua miſe-
ricordiãq; tuam in me honorauerint, qui-
vis ꝓ me tibi gratias egerint, atque q te pro
miſericordijs tuis in me relucentibus lau-
dauerint, quandoquidem nunq̃ ego te ſa-
tis laudare queo, licet ad mortem vſque te
anima mea laudet domine, da eis quicqd
à te ſalutare petierint. Quid quæſo illicitũ
eſt ſic oraſſe? Si tibi diſplicet oratio Bar-
baræ deo non diſplicuit qui libenter an-
nuit eius ſupplicationi. Nam & q̃d promi
ſit, innumeris poſtea eã per S. Barbarę ſpõ
ſæ interpoſitam memoriam ſe inuocanti-
bus miſericorditer eſt largitus, & in hodi-
ernum vſq; diem, licet remurmurante lar-
gitur. Vana igitur omnino eſt illorum ca-
lumnia vel qui ſanctos ita oraſſe non cre-
dunt, aut ſi ita orauerint modo eos illicito
oraſſe credũt. Siquidem omnia eorum ob
iecta inde oriuntur, quod ſanctorum ge-
ſta vitioſo corde, quemadmodum ſeipſos
ſentiunt (vtpote ſpiritualium rerum atq;
verarum virtutum prorſus inexperti) diju
dicant. Dicũt enim temerariũ fuiſſe quod
ſancti eiuſmodi orauerint pro alijs quan-
do ipſi adhuc neſciebant ſe ſaluandos, hęc
eorum indoctiſſima eſt iuſtitia, & ſtulta
omnino obiectio. Nam ſi præterea non fo
ret orandum pro alijs, nemini tunc liceret
Eccẽs 9 orare (quod cõtra Chriſti eſt præceptum,
pro ſuo proximo, quandoquidem nemo
ſcit an amore odiove dignus ſit. Sed dicũt
orauit Barbara pro ijs qui adhuc poſt mor
tem ſuam forent ſui memores. Et hoc va
num eſt inaniterq; obijcitur. Vbi eñ ſcri-
ptum eſt pro ijs tantum qui nobiſcum ad-
huc viuunt, orari debere, non pro futuris
neq; pro præteritis? Si ante viginti annos
audirem aliquem deliquiſſe non orabo ꝓ
eo, quia ante multos annos hoc pactũ fa-
ctum eſt? Bona verba. Item ſi aliqua conie
ctura ęſtimo futuros q poſt mortẽ meã in
bono, atq; ex charitate, & dulci Chriſtia-
noq; affectu mei recordabuntur. Nũ quã-
diu ſuperſtes ſum non licebit mihi ꝓ eiuſ-
modi orare? Num in vita (quomodo oro
pro ijs qui modo per charitatẽ me diligũt
aut mihi bonum fauent) non poſſum ora
re pro ijs qui poſt mortem aut mihi faue-
bunt, aut me excuſabunt, aut charitatis a-
liquid defuncto impendẽt aut ſaltẽ Chri-
ſti intuitu diligũt, atq; ſuauiter, hoc eſt, cũ
affectu charitatis mei recordabuntur? Ne
minẽ vix ita deſipere puto, q hoc nefas eſſe
iudicet, imo qui hoc non laudet. Si igitur
licet hoc & laude dignum eſt, quomodo
tunc ſunt arguendi ſancti qui leguntur ꝓ
ſui memoriam habituris oraſſe? Reſpõdes,
non hoc mõ negamus vt licitum ſit orari
ꝓ ſui memoriam facturis. Sed hoc repre-
hendimus ꝙ aras, ſacrificia, memorias, ſo-
lenneſq; inuocationes ſibi ſtatuendas pu-
tarunt. Dico omnino id fictũ atq; falſum
eſſe. Nullus hoc ſanctorum optauit licet
quibuſdam hoc futurum à deo in vita re-
uelatum ſit, paucis tamen & humillimis,
qui non poterãt inde fieri deteriores, ſed
fundati in humilitate inde magis humili
abãtur, ex tam magna admirabiliq; digna
tione dei erga ſe, quàm eſſent in terris etiã
poſt hãc vitam ab eodem recepturi, quod
tamen omnino illis abſurdum videbatur
vt fieret ſibi: vtpote tam indignis, licet nõ
haberent quo promiſſiones diuinas aut ar
guere, aut illis obſtrepere ſeu non credere
deberent. Quo modo enim poſt mortem
(vt inique nonnulli calumniantur) ſibi
hoc fieri appeterent ſancti, aut quomodo
honoribus ſibi futuris oblectarẽtur quan
do in vita omnia hæc radicitus à ſe extir-
parunt, hoc eſt, & honores & honoris ap
petitum. Abſit hoc ab illis, abſit etiam à
nobis vt putemus eos vel vnam cogitati-
unculam admiſiſſe, qua ſe fuiſſent conſo-
lati exultaſſent, ſperaſſent, deſideraſſent-
ve ſibi honores inſtitui, celebrarique no-
mina ſua poſt mortem. Haudquaquam
de illis hoc eſt ſentiendum. Hoc enim o-
mnino commiſerunt DEO, quid poſt
mortem ſibi fieret in terris, quandoquidẽ
ne ea quidem quę viuentibus occurrebãt
aliter quàm de manu domini acceperunt,
in illius gloriam omnia referentes. Non
tñ inficias eundum puto optaſſe etiã eos
& in vita & in morte & poſt mortem ſu-
am, vt haberent qui deũ pro ſe laudarent

qui benedicerent,qui gratias agerẽt,quan
doquidẽ impares atq; minores ſe in omni
vita ſua fuiſſe agnoſcebãt vt pro tot bene
ficijs gratijsq́; ac dei donis dignas deo e=
giſſent agereve poſſent gratias.Iccirco per
alios hoc cupiebãt expleri atq; in deo lau
dando ſe optabãt adiuuari,vt dei laus quã
ipſi minus extuliſſent, per alios ſupplere=
tur. Erat autem hoc non arrogantiæ ſed
profundiſſimæ humilitatis, qua dei boni=
tatem beneficiaq; in ſe, & e regione ſuã vi
litatem indignitatemq́; perfecte agnoſce=
bant. Inde eñ videntes ſe ad gratias Deo
agendas omnino nõ ſufficere ſuaq́; omnia
nihil æſtimantes cupiebant per quoſcũq;
deo laudes fieri pro illius beneficijs,quę in
ſe tãto clariora atq; maiora videbãt,quan
to ea indignioribus ſibi præ cæteris(vt pu
tabãt)hominibus,qui fuiſſent magis gra=
ti eſſent collata beneficia. Hoc mõ deſide=
rare vel vſq; in finem mũdi haberi memo
riam mei,vnde deo gratiæ agantur & lau
des pro me,mihi quoque peccatori quare
non liceat?Omnino enim cupio per alios
ſuppleri quod ipſe negligo,quantomagis
id licuit, imo laudari debet in beata Bar=
bara?Abſit. Abſit igitur vt dixi,in ſui ho=
norem aras aut monumenta ſibi beatiſſi=
mam Barbarã optaſſe fieri poſt mortẽ, q̃
in vita propter Chriſtum omnia contem
pſit,neq; ſeipſam,neq; aliud quid diligens
aliter q̃ propter deum. Quomodo ergo
poſt mortẽ aliquid poſſet deſiderare quod
in dei gloriam & laudem non dirigeret,
aut q̃d propter deum non concupiſceret?
Tanti eñ tunc faciebat Chriſtum vt non
modo pro exaltatiõe & honore illius ſan
guinem funderet,verumetiam ad traden=
dam in mortem animam ſuam pro eiuſdẽ
gloria genua ſua iam iamq́; moritura fle=
ctebat. Quomodo igitur tunc adeo potu
iſſet eſſe cæca vt ambiret aliquid in illa ho
ra quo omnes alias virtutes ſuas obũbra=
ret,aut Chriſti gratiam amitteret?Ne pro
pterea in hac parte cenſenda eſt falſa eſſe
hiſtoria qua ipſe, vel alij nonnulli pro ſui
memoriam agentibus oraſſe leguntur,
quandoquidem & in vita & poſt mortem
nihil quàm gloriam aliud quæſierunt.
Quamobrem quomodo licuit illis orare,
ita licuit etiam ſcriptori eorundem orati=
onem manifeſtando ſcribere. Cogitetur
de ſanctis quàm pure dilexerint deũ,adeo
vt nec ſeipſos amauerint nec vllã creatu=
ram niſi quãtum in deo & propter deum
amare tenebantur. Dei aũt gloriã pure in
ſe & in omnibus quęſierunt, propter quã
& ſe & reliqua omnia ſpreuerũt,& ſecun=
dum hanc normam ea quę dixiſſe egiſſeve
leguntur,intelligãtur, tunc nõ erit quod
obijciant ij qui cuncta ſemper in deterio=
rem iudicant partem, adhoc nati vt quæ=
uis aliena,cum ipſi nihil agant laudandũ,
carpant. Dominus Ieſus illis poſthac ſani=
orem tribuat mentem, qui eſt cum patre
& ſpiritu ſancto benedictus. Amen.

PLANGITVR MONAſticæ religionis defectio, & quibus poſſit eius redintegrari ſynceritas inſinuatur. Sermo in congregatione patrum.

TE elegit dominus deus tuus
vt ſis ei populus peculiaris,
de cunctis populis q̃ ſunt ſu
per terrã, vt cuſtodias oĩa p̃=
cepta illius,& faciet te excel
ſiorem cunctis gentibus quas creauit in
laudem,& nomen,& gloriam ſuam,vt ſis
populus ſanctus domini dei tui. Deutero
nomij VII. & XXVI. Non adeo deſipio
reuerende cæteriq́; colendiſſimi patres, vt
de iniuncta obedientia,de ruſticitate dicẽ=
di,de latini ſermonis exiguitate, aut vt de
eruditionis defectu(quod exordiendo ſo=
lent nonnulli) me excuſem, quandoqui=
dem omnibus conſtat vobis, niſi iuſſum
munus hoc dicendi me nequaquam obitu
rum. Ea propter ſi aliter atq; velim ipſe ſer
mo ceciderit,ſi hæſerit lingua,ſi memoria
dormierit, aut certe ſi latini ſermonis di=
ctio vobis mea non placuerit, veſtris hoc
imputari volo paternitatibus,quę horum
inopiam apud me ſcientes compuliſtis,q̃ 2.Cor.11
inſipientiam vobis meam commonſtrem.
Nequaquam igitur iniunctam o patres o=
bedientiã ſubterfugio, nec minus obpro=
brium quàm laudem pro obedientia reci
pere ſum paratus, ſed vnum hoc precor,
ſi quid pro dolore cordis mei dixero, ſi ex
zelo,quo ad ordinem non iniuria trahor,
effutiero quippiam,quod alicui diſplicue=
rit, nemo in ſui vel cuiuſcunq; ſuggillati=
onem,nemo ex felle aut arrogantia id di=
ctũ putet. Poſſum quidẽ plus minusve di
cẽdo hallucinari aut offendere, verum de
dita-id opera facere longe eſt à me alie=
num. Cæterum ne longiori paternitates
veſtras

veſtras præfatione onerem, rem ipſam ad
quam accinctus ſum aggrediar. Si per reli
gionis nomen aut ſtatum quo hodie reli-
gioſi dicimur, eos intelligimus patres co-
lendiſſimi, qui cõmunia vel naturæ, vel le-
gis, vel Euãgeliꝭ pręcepta (ad quæ omnes
iuxta tẽporis varietatem aſtringimur) ſe-
ſe extendũt, & præter ea ſine qbus homi
ni non eſt ſalus, ſua in deum pietate, vbe-
rioriq́; deuotiõe, plus aliquid q̄ à domino
præceptum eſt offerre, geſtiũt: inuenimus
mundo nunq̄ hoc hoĩm genus defuiſſe,
nunquam etiã non fuiſſe ſtatum quo ſeſe
huiuſmodi præ cæteris deuotiores, libere
ad ea quę domino forent beneplacita, ex-
ercerent. Quocunq; itaq; nomine vocen-
tur, hoc eſt, ſiue colentes, ſiue filiꝭ, id eſt, di
ſcipuli prophetarum, ſiue religioſi, ſiue di
ſcipuli apoſtolorum, ſiue monachi, nihil
refert, quãdoquidem eadem res varia ſor
titur nomina, & cum res ipſę antiquiores
ſunt nominibus maneantque ſemper eæ
dem, licet nomina varientur, omnes quot
q̄t in veteri aut nouo teſtamento ad eum
viuendi modum, & ad hoc propoſitum
ſe deo mancipauerunt, vt præter commu
nia præcepta, alios quoſdam ritus, alium-
que modum colendi deum, & arctius ab-
ſtractiuſque ſeruiendi deo ſibi aſſume-
rent, in eo ſtatu, quo hodie religioſos ſi-
ue monachos cenſemus. Quo liquet anti-
quiſſimum plane eſſe ſtatum religionis, in
veteri quidem teſtamẽto celebrem, in no-
uo autem celeberrimum atque omnium
Chriſtianoꝝ primum, proinde valde qua
drat in eos adductũ hoc Deuteronomiꝭ:
Te elegit dominus deus vt ſis ei populus
peculiaris &c. Itaq; conſideranti mihi ſta-
tum, decorem, laudem, incrementum, ac
honorem religionis monaſticæ, eum vi-
delicet quem olim poſt aliquot tempora
Chriſti in ſui habuit renouato exordio at
que progreſſu, & eum quem habet modo,
quando nunc antiquata & cõtempta vile-
ſcit, magis flere libet quàm aliquid dicere.
Quantus em̄ erat olim patres religioſiſſi-
mi apud religionis alumnos feruor, quan
ta deuotio? ſanctimonia, pietas, manſuetu
do, miſericordia, quantus deniq; & is con
tinuus, pro virtute agon? Quare etiam põ
tifices contempto diademate, ſpretaque
purpura filiꝭ regũ monaſticis ſeſe gaude-
bant ſubdere inſtitutis. In omnium tunc
ore erat religio, à nemineque ſatis pote-
rat commẽdari. Excipiebatur perinde ac
dei angelus vbi religioſus accederet, nec
infauſta ſibi euenire poſſe putabat quæ-
cunq; e familia ſua gens monachum ha-
buiſſet. Paruuli eis offerebãtur benedicen
di, nec optimatum filiꝭ alibi q̄ in monaſte
riꝭs educabãtur. Iucundiſſimum erat vide
re gregẽ domini velut apum examina nu
meroſam. Creſcebat nihilominus indies
religio & noua domino caſtra q̄tidie con
ſtruebãtur. At patres optimi videte q̄ lon
ge quæſo nunc ab eo ſtatu res plane in di
uerſum mutata ſit. Periꝭt religio, periꝭt re
ligiõis honor, parumq́; abeſt hodie apud
nonnullos, vt monachum non recẽſeant
inter Chriſtianos. Non minor eſt hodie
monaſtici nominis ignominia & perſecu
tio quàm fuit olim gloria. Contẽnuntur,
illuduntur, ſpoliãtur, & quaſi ſacrificium Iohan. 16
in hoc fiat deo, modis omnibus perſecu-
tio illis infertur. Verum tanta hæc cala-
mitas patres colendiſſimi vnde in nos,
vnde tanta venit deſpectio? Non aliunde
profecto, vt reor, quàm à deo. Quàm mul
ti em̄ à primo feruore noſtro excidimus? Apoc. 2
Quàm multi à prima charitate lapſi ſu-
mus? Certum eſt, q̄ vbiq; defloruerit labe-
factaq; ſit religio, apud nõnullos extincta
penitus, licet item multi reſurrexerunt.
Nam vnde aliter hæc nomina reformato
rum obſeruantiumq́; inoleuit, niſi quia &
olim ipſi deformati aut non obſeruantes
(vt hodie multi inueniuntur) fuere? Itaq;
vbicunq; lapſa eſt religio, propter nomi-
nis tamen venerationem, plauſum & glo-
riam apud vulgũ inaniter ſibi vſurpabat.
Inde donis dei, ac principum libertatibus
multi ſunt abuſi. Cõplures neglecto cul-
tu ſpiritus in ſolis cęremoniꝭs gloriati, plę
riq; tam miſera tepiditate, tam periculoſa
inertia obruti, vt quid eſſet vitioꝝ mortifi
catio vix verbotenus ſcirent. Et licet ſpiri-
tuales fuimus vocati, vocemurq́; hodie,
verũtamen q̄ longe diſcrepet à nomine vi
ta multoꝝ, quæ interna ac ſpiritualis eſſe
deberet, ipſimet vix aduertunt. Putaba-
mus ante aliquot annos ex laudibus & o-
pinione hominum aliquid nos eſſe, cum
in oculis dei eſſemus nihil. Eam ob rem Apoc. 3
dominus quoq; euomuiſſe multos ex ore
ſuo videtur, quandoquidẽ adeo nobis cũ-
cta infeſta, adeo oĩa contraria ſunt. Quod
niſi deus ſe nobis inclementem oſtende-
ret, noſtram tepiditatem faſtidiret, non
fieret. Deo enim non protegente, quis eſt
qui in nos reſpiciat? Nõ protegit aũt, quia
vt di-

vt dixi,perijt in multis timor, perijt ordinis zelus,perijt cultus ſpiritus atque(vt ſimul oĩa dicam)ab intimis ad externa inaniaque reuoluti ſumus. Non de omnibus hæc loquor. Scio congregationes multas bonam vitam in paupertate, in deuotione ſpũs ac ſimplicitate cordis, agere. Scio etiam tepidis aut malis, mixtos haud mediocriter bonos. Tamen eadem ferme pœna inuoluimur omnes ſimulq́; obprobrijs hominum deſpicimur,quia religionis nomen q̃d paſſim oĩs olim honorabat,nunc generatim mundo deſpicabiles atque exoſos reddit. Quapropter parcite quæſo patres ineptijs meis. Tacere mallem,niſi qa ſemel cœpi,cogerer loqui. Nõ abſq; gemitu tamen loquendum eſt, & veſtra ac bonoꝝ omnium pace. Tanta erat apud religioſos, & hodie adhuc apud plærosq; tanta eſt tepiditas, tanta diſſolutio, tanta diſcordia,tanta,vt ita dicam partialitas,tanta deniq; in eis vigebat paſſionum malarum ac vitioꝝ immortificatio & propriꝰ amor,vt bonorum etiam quorumuis nomẽ obfuſcarit. Deinde ſi eorum vitam omnem ſpectaueris, præter externa quædã in veſtibus religionis ſigna, nihil offendi, nihil poterat audiri,quo mundanis hominibus præſtarent. Quid igitur nunc miꝝ ſi dominus pariter nos omnes det in ſibilum,in ſtuporem, in obprobrium, &(q̃d non ſemel minatus eſt) in direptionẽ cunctis gentibus? Quid,inquam, miꝝ ſi prophanis hominibus, & honore & nomine nos inferiores habeat?quandoquidẽ mundanis hominibus deo deuotis,quotus eſt monachoꝝ qui deuotione, pietate ac moribus præſtet? Ego, inquit,elegi vos vt ſitis mihi populus peculiaris præ cunctis gentibus, & ego ero ſors veſtra & hæreditas,&c. Probe & miſericorditer quidem. Multa enim in patribus his priſcis ſingularia ſui amoris officia erga ſe,multa excellentioris gratitudinis indicia quàm nunc in nobis inuenit deus,quare ſingulari electione,& tam varijs,totq́; amoris ſui titulis eos dignaretur. Merito prę cæteris mũdi hominibus, tunc monachi à ſeruitute, ab exactione, à tributo,& à reliquis mundi oneribus erant exempti, quando & ab actione mundiali erant liberi ac alieni,merito pauperum genuflexionibus venerandi, quandoquidem eorum prorſus conuerſatio erat in cœlo. Amantiſſimi patres hæc plangens dico,quia torquet me, non ſolum æui huius infelicitas,ſed & deſidia, & vanitas,& dormitantia noſtra. Quæ ſi vos quoq;(vt credo)torquet,nõ indignabuntur paternitates veſtræ ſuper doloris mei aut ſuper verboꝝ exceſſu. Cæterum, quid iuuat amandi colendiq́; patres dolere,ſi nihil cõtingat emendari?Quæ conſolatio eſt ſi omnes plãgimus,ſi nihil inuenitur quo nobis mediatur?Huc igitur Reuerende cæteriq́; omnes venerabiles patres conſilia conferte, & pro reſuſcitanda aliqua in ordine noſtro,ſi fortaſſe & ibi non nihil perierit, feruoris nouitate tractate. Si nos ad deũ feruentes reuertimur,reuertetur ipſe quoq; ad nos. Ego quid mihi in mentem ſubijt,non tacebo. Tria mihi videntur pro reſuſcitãdo feruore ordinis alumnis maxime neceſſaria. Primũ,& ante omnia neceſſariũ eſt dei timor, quo omni loco,omniq́; tempore,cum ſoli,tum inter alios,vigiles ſimus tam circa externa quàm interna noſtra, ne prodeat aliquid ex nobis, ne intus aliquid naſcatur, quo deum quis auertat à ſe, aut quod dei præſentiam contriſtet. Timor enim dei, præſertim ille filialis,de quo loquimur, ab omni auertit ſe delicto. Itaq; bono Carthuſiano,quemadmodum cuiuis fideli dei ſeruo,nõ hoc ſolum, tametſi maxime cauendum eſt, ne deum à ſe excludat, ne deum offendat, ne mortaliter aut venialiter delinquat, ſed etiam ne gratiam illius licet nullum interuenerit delictum, aut impediat,aut negligat. Nam cum liberaliſſimꝰ ſit deus, & ſui totus profuſiuus, num exiguo nobis vitio dandum eſt ſi non omni hora, omni loco,omni deniq; momento pro gratia eius extendimus? ſi non omni ſtudio gratiã eius in nos vberiorẽ prouocamus?Quod ꝑfecto tũc fieret, ſi in quouis negocio,ſi in q̃uis ſermone,ſi deniq; in q̃cunq; eſſemus loco vigiles, ne aliter atq; illi placet nos geramus, neve lucrum animæ noſtræ (quod ſtrenue prudenterq́; agendo augere poſſumus) negligentia atque inertia noſtra nobis pereat. Quiſquis enim deum timet (ait ſcriptura) nihil negligit. Vtinam diſceremus ſaltim vel à negociatoribus,vel ab aulicis,quomodo virtutes & commoda ſpiritualia quærenda, quomodove dei gratia amicitiaque nobis ſit ambienda. Illi enim non hoc tantum agunt, vt damna euadant,ſed perquiſitis ac perueſtigatis etiam cũctis lucrandi occaſionibus maximopere ſatagunt, ne ſibi lucri

Hiere. 25

Eccl̃es 7

lucri quippiam,quod accidere potuiſſet,e manibus labatur, ne tempus lucrãdi otioſum prætereat,neve occaſio data maioris fortunæ negligatur. Porro ijs,hoc eſt,aulicis,nullum ſatis graue aut moleſtũ cenſetur periculum,q̃d non veloces ſubeant, quo fidelitatem ſuam oſtentent principi, nihil tamẽ propterea aliud q̃ eiuſdem gratiam ac fauorem (qua diuites ſe ac beatos æſtimant) expectaturi. Certe non minoris æſtimanda nobis eſt gratia dei,non ſegnius aucupãda. Atq; ideo dixi timorem dei non ſolum cauere delicta,ſed eſſe etiã ſolicitum ac ſtrenuum,quo nullam gratię diuinæ conciliandæ,aut augendæ, negligat, minuatve quis ſibi occaſionem. Iam videte chariſſimi patres, quantum apud cunctos mortales, quantum apud religioſos,quantum deniq; (q̃d acrius pungit) in ordine noſtro labefactatus ſit dei timor? Iterumne cogor meum vobis luctum offerre? Vnuſquiſque ſuam nouit domum. Vnuſquiſque ſuam prouinciam. Quotus quæſo eſt in qualibet domo, de quo vere
Iob 1 hodie prædicari poſſit, q̃d vir ſit ſimplex ac rectus, timens deum, ac recedens ab omni malo? Quemadmodũ generatim loquendo de monachis,quotus eſt hodie in plæriſque locis,qui non pro cibo potuve,
Exo. 15. 16 cum Iſraelitis contra Moſen,id eſt,prælatum obmurmuret,qui non ſuo detrahat, vel inuideat prælato,qui denique malum aduerſus proximũ ſuum non cogitet,qui ſuo obedientiã ac amorem ſyncere priori impendat, aut qui nõ machinetur aliquid
Eccl 18 mali in corde ſuo? Taceo ꝙ poſt concupiſcentias noſtras multi imus, & vbi nobis leuiſſimum foret deſideria noſtra frangere, fatigamur, immortificationẽ noſtram vbiq; in collo circumferentes, q̃ hoc vno turpi verbo etiam plęriq; excuſantes. Nõ eſt,inquiunt,hoc mortale peccatum. O ſi dei vel cuiuis ineſſet timor, ſi diuinæ præſentię æſtimatio,nulla occurreret ei diſputatio mortalene an veniale eſſet peccatũ, quãdoquidem vnum perinde ac alterum vitaremus: quippe cum nullum ſit peccatum quod non execretur dei timor. Et licet abſq; peccato veniali hic vitam agere nemini contingat,ſeruo tamen fideli,bonoq; potiſſimum Carthuſiano,hoc poteſt & debet eſſe propoſitũ,ſcienter nulli conſentire velle delicto. Nam peccare,& ſcienter atq; vltro peccare, q̃ longo interſtent interuallo quis non videat: quando hoc ſanctis eſt omnibus alienum, illud omnibus cõmune? Plangite nunc patres,plãgite ſuper filios veſtros,in q̃bus ſanctus dei timor aut receſſit aut friget,plãgite quod pro bona parte etiã inter noſtrates cõtentio,ſuſurria,inuidiæ,æmulationes, animoſitates interdum reperiuntur atq; iurgia. Nõnullos habetis carnales,animales plures, ſpirituales (vt vereor) non adeo multos. Plures habetis qui de otio,de ſomno, de cibo potuve: de veſtitu,de domus negocijs,de fratrum defectibus, atq; de ſuis inter ſe adinuentionibus (vt cętera prætercam) ſciunt,loquuntur aut cogitant: De his (formido) bona eſt pars ordinis. Sunt alij qui ſolutis vtcunque horis & ordinis debitis, deinceps externis ſuis vacant, nihil prorſus de internis,parum de meditatione aut cõtemplatione, parũ de oratione mentali,aut exercitijs ſpiritus ſcientes: veruntamen ſi alioqui ſunt innocentes,tolerandi atq; iuuandi ſunt: neq; eñ omnia poſſumus omnes. Attamen,quod dixi,de conſummatis in dei timore monachis, q̃ pauci videte ſunt inter nos? Ea propter religioſiſſimi patres, benefecerit vnuſquiſq; veſtrum ſibi commiſſos ad dei ſemper timorem erigere,quo diuinæ p̃ſentiæ reuerentiam in oculis ſemper habeãt,nihil niſi q̃d in dei gloriam queat referri, p̃ſumant: non leue aut tanq̃ veniale peccatũ quodcunq; quod deo diſplicet exiſtiment,quia re vera leuiſſimi eſt cordis,vltro atq; ſciẽter agere quæ deo contraria ſunt,quaſi leue aut parum ſit offendiſſe dominum. Nõ leue erit profecto illis quicunque hæc leuia putauerint: at qui cum gemitu nunc, quæ olim parui æſtimabant, plangunt errata, his à dño miſericordia veniet. Alter℞ ad ſpiritualem vitam neceſſariũ eſt amor. Neq; eñ hic ſumus tñ,vt peccata vitemꝰ, ſed vt deſiderijs proprijs,etiã cum deſiderio atque gaudio moriamur, dei amicitia delectati. Ad quæ profecto amor eſt inſtrumentum potẽtiſſimum ac ſuauiſſimũ, vtpote animæ in via dei omne cito tollẽs impedimentum,quo gaudia ei terrena deſipiant, quo ſpiritui caro ſubdatur, quo paſſiones quieſcant, quo aſpera fiant leuia,& quæ naturę erãt horrida,cũ deſiderio amplexẽtur. Hic amor de peccatis nõ habet ſolicitudinem (ab his enim iam dictus timor vigilans & ex amore conforta tus atque ſuauis effectus animam propugnat) ſed effluit & ſe dilatat,zelãs pro honore

1.Cor. 3 (margin beside "Nõnullos habetis carnales")

nore dilecti cum ſui etiam contemptu. Se enim cupit neſciri, vt ille prædicetur: ſe gaudet confundi, vt ille honoretur: ſe amat poſtponi & negligi, vt ille præferatur. Deniq; vt ille ab omnibus ametur, ſe deſiderat abijci, atq; contemni. Amor priora ac vetera paruipendens, ad anteriora & optima quæq; ſe ſemper extendit, ſemper noua meditans, ſemper perfectiora inquirens, quibus placeat deo. Hoc em̄ ſibi ſtudium familiare habet, hoc ſibi indeficiēs ac iuge deſideriū, videlicet magis ac magis placēdi deo. Amor nunq̄ ſolus eſt, ſed comites ſecū adfert longo omniū ſuauiſſimos. Tres nanq; comites, tres, inquā, conditiones ſecum adfert amor nobiliſſimas. Prima, ꝙ hominem ſuipſius facit immemorem, abſtrahens illum à ſeipſo in continuam dilecti memoriā, adeo vt poſthac hoc ſolū cogitet, hoc ſolum expectet, hoc ſolum implere cupiat, quicquid voluerit deus: Altera cōditio eſt, ꝙ hominē in profundiſſimam ſuipſius cognitionem deprimit. Vt quicqd ſibi fiat ſiue laudis ſiue obprobrij, nihil ad ſe trahat, hoc eſt nullo moueatur neque gaudio neque mœrore. Quippe cum ſeipſum haud aliter atq; nihil ęſtimet, inde quicquid ſibi fit ab hominibus, quaſi nihili aut ei cui non extat factum ſit accipit. Solum em̄ eum qui vere eſt, & qui ſolus eſt, & qui ſolus in eius viuit memoria ac voluntate, amat ac cogitat. Tertia eſt conditio, ꝙ adeo reddit hominem tranquillum, adeo ſerenum, vt inter quæuis aduerſa, inter quoſcunq; euentus miꝝ in modum ſit in corde quietus, atque in ea pace conſtitutus, qua nullius rei ſciuerit diſcrimen, nullius voluerit optionem, niſi ꝙ hoc ei præſtātius, hoc ſemper melius exiſtimatur quod dilectus aut voluerit, aut admiſerit. Admiſerit, inquam. Nam deus & mala quædam admittit quæ nihilo ſecius admittit ab eius voluntate prodeunt. At quomodo deus, inquis, vult mala? Nempe, vult illa nō vt impij eadem faciant, ſed vt boni & amici ſui eā tolerēt. Iob 2 Propterea quod dixi bona malaq; de manu domini tāquam illius beneplacita dei amicus accipit. Non vt bona ac mala inter ſe comparata ita crude, æqualia & ſine diſcrimine iudicet, ſed quod eo modo bona, quomodo mala nō ab hominibus, ſed à prima cauſa, hoc eſt, à deo omnipotente, à ſapientiſſima eius prouidentia, à beneuolētiſſima eius manu, ab amantiſſimo ac paterno eius corde accipiat, in quo omnia indifferenter contemplatur, in quē omnia refert, quem deniq; in omnibus cogitat ac videt. Et ideo reſecata omni proprietate videlicet volendi, amandi, optandi aut nolendi, hoc ſolum amat, quicquid ab iuſtiſſima dei ſentētia ſibi ſenſerit miſſum. Inde fit quoque vt de nulla re ſaltim in interiori homine, perturbetur. Amor hic non eſt neceſſe vt ſentiatur in corde, quia nō in ſenſu aut in cordiali ſuauique effluxione percipitur, ſed eſt amor rationis ac voluntatis, cuius fortitudo, conſtantia, fidelitaſq; manifeſtatur in abnegatione omnis proprietatis, in mortificatione alterius cuiuſque amoris, in reſignatione plena ſuipſius, in carentia omnis commodi & conſolationis. Siquidem huius exercitium eſt in carendo & patiendo. In carendo quidem omni conſolatione interna & externa, in patiendo vero omnem derelictionem tam à deo quàm ab hominibus. Qui eiuſmodi ſunt vni ſoli neceſſario inhærent, vnum neceſſarium longanimiter expectant, pro cuius amore hic in- Lucæ 10 ter anguſtias, inter pplexitates ambiguas, inter tentationum procellas fluctuant, & in quadam caligine relicti, ac nude fidei innixi, ſcire cupiūt ſolam (quam eſuriunt & ſitiunt) volūtatem dei beneplacentem ac perfectam. Hi vbicunque ſunt, abſconditi amici dei ſunt, licet mundo miſeri ac contempti videantur. Tertium, pro religionis ſeu ſpiritualis vitæ reformatione neceſſarium eſt habere ſpiritus exercitia. Si enim ſpiritui deſit exercitium, ſi deſit cultus, labaſcit peritque protinus omne propoſitum bonum. Quod vt nutriatur, coaleſcatque neceſſaria ſunt ſpiritui exercitia. Sint hæc aut oratio mentalis, aut meditatio tranſiens in affectum, aut aliud q̄duis exercendi genus mentem excitans, liquefaciens, & inflammās, iuxta cuiuſq; & ingenium, & ſtatum, & gratiam, ac cōmodum. Ad hæc vehementer adminiculantur vita abſtracta à mundi negocijs, ab occupationibus animi nimijs, ab hominū familiaritate, à curis & ſolicitudinibus exoccupata. Huic enim omnes noſtri ordinis monachi: tum præcipue priores (quos cæteris exemplum dare monent ſtatuta quietis & ſtabilitatis) ſeſe debent accōmodare. Nō hic eoꝝ excuſationes recipimus, qui tota die totoq; tēpore quæſtionibus ſe caducis & terrenis implicant, quaſi pro

neceſſi-

neceſſitate monaſterij, pro officio amicorum, pro cura fratrum ſic oporteat, quaſi terrenis, temporalibus atque adeo externis, tantum ſic occupari cogantur, vt ad ſpiritualia eis temporis prorſus nihil ſuppetat. Habent procuratores, habent fratres laicos, quibus externa hæc committant: quorum opera monaſterio vt fortunet, ipſi impetrent oratione. Ipſi quidem cuncta regāt, magis tamē oratione, quàm diſcurſu & occupatiōe. Ipſi oratione fruges ferant & arbores. Ipſi oratione tueantur pecudes. Ipſi oratione totā familiam, atque omne prorſus monaſterium gubernent, foueant ac protegant. Felicius fortiusq; olim in Amalechitas Moſes oratione, quàm Ioſue armis pugnauit, imo vt hic vinceret, ille oratione impetrauit. Pari modo, hoc faciūt priores orationum ſuarum vbertate, quod cæteri exequuntur diſcurſu & ſolicitudine. Omnibus interſint officinis, omnibus aſſiſtant fratribus, nulli domus negocio, deſint orationum protectione. Oratione pericula abigant, oratione animas ſibi creditas muniant, & ſentient facto periculo plus ſeſe oratione in quiete proficere, quàm illa neglecta corpore & animo moueri. Quod ſi inter homines euocati compulſive veniunt, ita ex eremo veniant, vt quiſquis illos intuitus

Num. 14

fuerit, in eorum ſimplicitate, innocentia, deuotione, ac manſuetudine ædificetur. Quiſquis viderit eos cognoſcat illos, q̊d ipſi ſunt ſemen cui benedixit dominus. Isaiæ 61
Tunc nanque fratribus prodeſt priorum exhortatio, quādo paupertas, ſimplicitas, vitæ abſtractio, exercitiaque ſpiritus eorum lucent exemplo. Hoc modo deus faciet mundi amicis atque monaſticæ vitæ hoſtibus eos venerabiles, ſi foris nihil de mundo præferunt, ſi honorē ſui non quęrunt, ſi ſolius dei gloriam amant atque zelantur, pro qua ſtatuēda optant etiam ipſi deſpici & eſſe contempti. Itaq; ſi vere conemur eſſe quod dicimur, ſi deo gloriam ſuam contendimus reſtituere, & nos ad interiora conferre, potens eſt deus peſſimo licet hoc æuo, in benedictionibus ſuis nos protegere ac creſcere facere in ſpiritualibus ac temporalibus bonis: quandoquidem qui primo quærit regnum dei & iuſtitiam eius huic reliqua quoq; adijcientur. Det nobis dominꝰ noſter Ieſus Chriſtus per huius vitæ laqueos, per laudes & perſecutiones, per lęta ac aſpera, per ignominiam ac bonam famam, per abundantiam & penuriam, ſic tranſire illęſos, vt regni quoque ſui faciat participes ac cohæredes, qui eſt deus benedictus in ſecula. Amen. Lucæ 12

Sermones de ſanctis, per Iohannem Iuſtum Lanſpergium Bauarum Carthuſianum, Deo Optimo Maximo auxiliatore, finiunt.

i 18973590


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm